ANTONII DE ESCOBAR ET MENDOZA VALLISOLETANI,

Societatis IESV Theologi,

AD EVANGELIA SANCTORVM

COMMENTARII PANEGYRICIS MORALIBVS ILLVSTRATI.

VOLVMEN QVINTVM.

Lignum vitale Religionum Fundatores.

PRODIT NVNC PRIMVM.



LVGDVNI;
Sumptibus Hæred. Petri Proſt, Philippi Borde, & Laurentij Arnaud.

M. DC. XLVIII.

CVM SVPERIORVM PERMISSV.



EMINENTISSIMO D.

D. IOANNI DE LVGO, S. R. E. CARDINALI E SOCIETATE IESV.

PVRPVRAM ſecuriſſimi fuiſſe confugij ſymbolum EMINENTISSIME CARDINALIS, & priſci aliquot ritus, & multarum vſus Gentium, & nonnulla maiorum ſigna teſtantur. Videns Demonax Principem inhumanum purpura indutum, fatur: *Redde purpuram Tyro, lana haud tincta contentus, ſi te non æſtimas commune perfugium debilium, aſylum miſerorum.* An otioſè Reges purpura induuntur? De ſummo Imperatore Salomon, *Comæ capitis tuæ ſicut purpura Regis vincta canalibus.* Cantic. 7. Vbi Septuaginta Interpretes, *Rex ligatus in tranſcurſibus.* Tres Patres expoſuere, Rex vinctus in tranſcurſibus, quia eorum veſtes in purpuræ canalibus tinctæ fuerant. Nam ex purpureo indumento neceſſariò quaſi funiculo ligantur in tranſcurſibus præſentis calamitoſæ vitæ, vt miſeros excipiant, & foueant accurrentes. Num otioſè vos Purpurati Patres? Porrò veſtræ Regiæ dignitati agnatum deſtituti cuiuſuis alligari commodis. Neque enim vos purpura temerè abuſi, aiunt enim Tyrij Herculem purpureæ infecturæ authorem extitiſſe. Quis alius præter Herculem debuit, qui omnium ſemper commune confu-

gium, communis tutela, commune patrocinium. Ad tuam PRINCEPS EMINENTISSIME Purpuram; & publico, & priuato iure confugio. Publico quidem, quia ex Societate IESV aſſumptus ad purpuram, præſidium debes Societatis alumno. Exuberans tui vis fulgoris ex ſanctitate, ex ſapientia, quæ te è Societate ad Eccleſiæ cœlum abripuit, nunquam non ſapit in Societatem affectum, imò mirum in modum accreſcens obiicitur. Fulgore igitur tanto in fronte Voluminis noſtri eminente, & beneuolas mentes exhilarandas, & prauas, atque inuidas exurendas ſpero. Meum quale quale officium hoc opto gratum habeas non mihi, qui nihil prorſus: ſed Societati tuæ, per quam tibi nonnihil, & tuus ſum. Priuatum iam ius exponitur. A primis Societatis cunabulis meis expertus ſum tuam in me ſingularem humanitatem, & quia R. P. Franciſci de Lugo fratris tui dilectiſſimi (cuius moralia Volumina miratur orbis, expectat ſcholaſtica) Diſcipulus extiti Philoſophiæ in curriculo: & tuum in Theologico condiſcipulum feliciter egi, cum te non ſemel audiui Academiæ florentiſſimæ indixiſſe ſilentium ob miram reſpondentis iam, iam arguentis dexteritatem; quod quidem ſilentium ſemper clamitoſum deſinebat in plauſum. Nec purpura ornatus poteris repellere tuum, quem vel alienum ab ipſa purpura cogereris admittere. Sacræ Paginæ ſtudioſus ad ſapientiæ gymnaſium accurro. Volumen dico ei, qui tot Volumina, virtutis excitamenta, morum informationem, Theologiæ fulgorem, iuriſprudentiæ ornamentum, ſapientum plauſum, eruditiſſimorum admirationem orbi tradidit acclamanti. Audi ex Sidonio Apol. Scriptorum tuorum effigiem. *Perſuadent* (fatur de viro eruditiſſimo) *vt Tullius; iraſcuntur vt Demoſthenes, explicant vt Plato, implicant vt Ariſtoteles, vernant vt Hortenſius, vt Baſilius corripiunt, inſtruunt vt Hieronymus, deſtruunt vt Lactantius, adſtruunt vt Auguſtinus, attolluntur vt Hilarius, ſumuntur ad ſuperos vt Ioannes, vt Gregorius conſolantur, vt Paulinus prædicant, vt Ambroſius ſemper in acumine ſtyli ac ſententiarum perſeuerant.* Teſtor Tomum de Incarnatione, de Sacramentis, de Iuſtitia, & Iure, de Fide admiranda Volumina, quorum ſingulæ literæ integro Panegyrico exhibent materiam. Quid plura? Fundatores Religionum laudans Ignatiíque mei euulgans elogia, gratiſſimum apud Religioſum Principem, apud filium Ignatij, apud Societatis eminentiſſimum Protectorem, vultum ſortiturum ſpero. Si placidè acceperis, quid timore corripior. Fatus aliquando Libanius epiſt. ad Baſil. *Baſilio me*

laudante

laudante, aduerſus quoſuis victoriam obtinebo. Licebit iam incedere, poſtquam tuos adeptus ſum calculos magnifico quodam greſſu, inſtar tactabundi cuiuſdam; & omnes morſus contemnentis. Precor non vt laudes, ſed vt ſolum accipias exoro. Te accipiente quale quale munuſculum, fulgebit opus. Tanti enim Principis manu quis credet vile vitrum rutilare? Proculdubio putabit adamantinum lapidem; æſtimabit ſtellam.

TVÆ EMINENTISSIMÆ
Dominat. ſeruus obſequentiſsimus

ANTONIVS DE ESCOBAR,
ET MENDOZA.

AD LECTOREM.

EN lignum vitale quintum duodecim fructibus dulciſſimum ſpirituali guſtui ſuccum offerens. Religionum etenim Fundatores Euangelicæ perfectionis exprimunt puritatem,

NEMPE

1. Benedictus, Gregorius, Ægidius.
2. Bernardus.
3. Alij Monachorum Duces Antonius, Baſilius, Hieronymus, Bruno & Romualdus.
4. Auguſtinus, Monica, Nicolaus Tolentin: Martinus Canon. Legion. & Ioannes de Sahagun.
5. Norbertus.
6. Dominicus, Thomas Aquin. Petrus Mar. Catharina Senenſis.
7. Franciſcus, Stigmata, Antonius Paduenſis, Bonauentura, & Clara.
8. Nolaſcus, Ordo ſanctiſſimæ Trinitatis.
9. Elias, & Thereſia.
10. Franciſcus de Paula.
11. Petrus Alcantara, & Ioannes de Dios.
12. Ignatius de Loiola, Franciſcus Xauier, Franciſcus Borgia, Ludouicus Gonzaga, Paulus, Didacus, ac Ioannes Mart.

Fructuum ergo duodecim libris totidem exprimam abundantiam.

R. P. Prouincialis Prouinciæ Caſtellanæ Facultas.

EGo Franciſcus Antonius Societatis IESV in Prouincia Caſtellæ Præpoſitus Prouincialis, poteſtate ad id mihi facta à Reuerendo admodum Patre noſtro Vincentio Carraffa Præpoſito Generali facultatem facio, vt Operis inſcripti *In Euangelia Sanctorum Commentarij, illuſtrationes, moraléſque obſeruationes circa literam: Authore P. Antonio de Eſcobar Valliſoletano noſtræ Societatis Theologo, Tomus quintus, Religionum fundatores complectens*, eiuſdem Societatis grauium, Doctorúmque hominum iudicio approbatus typis mandetur. In quorum fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus Valliſoleti in noſtro D. Ignatij Collegio die 28. Iulij 1646.

FRANCISCVS ANTONIVS.

APPROBATIONES.

NOs infra ſignati Doctores in Theologia Facultatis Pariſiẽſis perũoluimus *in Euangelia Sanctorum Commentarios, illuſtrationes, moraléſque obſeruationes circa literam R. P. Antonij de Eſcobar & Mendozá è Societate* IESV, nihilque reperimus Orthodoxæ fidei nec bonis moribus contrarium; imò omnia planè & maximè Concionatoribus vtilia. In quorum fidem noſtrum chirographum appoſuimus huic quinto Volumini hac vigeſima die Februarij anni Domini 1647.

FR. STEPHANVS MOLIN Carmelita.
FR. PAVLVS LOMBARD Carmelita.

VISA

VISA per nos RR. Patrum in facultate Pariſienſi S. Theologiæ Doctorum authentica Approbatione & Atteſtatione, qua aſſerunt Paraphraſes, Obſeruationes & Panegyricos Morales in Euangelia Sanctorum, hoc quinto Volumine contentos, R.P.Antonij de Eſcobar & Mendoza, è Societate IESV, eſſe orthodoxæ fidei & bonis moribus ex toto conformes, prælo demandandos quoque meritò cenſemus. Lugduni 20. Februarij 1647.

De Ville Prouic.Gen.

Facultas R. P. Præpoſiti Prouincialis Societatis IESV, in Prouincia Lugdunenſi.

CLAVDIVS MAVCLER, Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Lugdunenſi, iuxta priuilegium eidem Societati à Regibus Chriſtianiſſimis Henrico III. Henrico IV. & Ludouico XIII. conceſſum, quo omnibus interdicitur editione ac diuenditione librorum ab hominibus eiuſdem Societatis conſcriptorum, niſi Superioris conſenſus accedat; annuo vt Hæred. Petri Proſt, Philip. Borde, & Laurentius Arnaud, excudant ac diuendant lucubrationes Antonij de Eſcobar & Mendoza, Societatis IESV, ad Euangelia Sanctorum Tomus quintus. Scripſi Lugduni 10. Februarij, 1647.

CLAVDIVS MAVCLER

PANEGYRICORVM MORALIVM SYLLABVS.

Ligni vitalis, ſeu Fundatorum duodecim Fructus.

Fructus primus.

FRVCTVS PRIMVS.

Benedictus.

1. PANEGYRICVS I.

Ex omnium renunciatione.

Lib.1. ſect.1. num.1. pag.4.

OBSERVATIO I. BEenedictus ſanctitatis, collocatur in vertice. *Sine imminutione innumeris ſpiritum communicauit. quia quod proximis exhibetur, non amittitur.* n.1.p.4.

II. Benedicti adhuc ſanctitas mira, ſeu iuſtitia illuſtratur. *Perfectus quippe debet æſtimare ſe nihil adhuc geſſiſſe, vt velociori curſu ad iuſtitiæ verticem aſcendat.* n.7.p.4.

III. Benedictum pietas mira effecit illuſtriſſimum. *Edocet Præſules manſuetudine exundare, ſed non ideò ſubditis delinquentibus indulgere.* n.14.p.6.

IV. Benedictus tam perfectè Dominum ſequutus eſt magiſtrum vtique perfectionis, vt nec otioſi verbi fuerit leuiſſimo piaculo maculatus. *Quàm difficile ſit otioſo verbo non maculari: quamque id perfectiſſimi animi documentum,* n.20.p.6.

2. PANEGYRICVS II.

Ex ſedibus iudicantium.

Lib.1. ſect.2. n.1. pag.8.

OBSERVATIO I. BEnedictus rurſum à Chriſto generatus in eremo, glorioſiſſimo cœleſtis parentis nomine fuit donatus; nomine quidem & abundantiſſima gratia Benedictus. *Quam Felix qui illuſtri nomini reſpondet operibus.* n.1.p.8.

II. Chriſti vices exerens Benedictus innumerabilis genealogiæ Parens efficitur. *Innuo, filiorum perfectionem parentis arguere ſanctitatem.* n.12.p.9.

III. Benedictus magiſter egregius ſedem obtinuit, vt innumeros ſubditos edoceret, quidquid ipſe præſtaret. *Aſſero operari debere prius Magiſtrum. quidquid velit diſcipulis perſuadere.* n.17.p.10.

IV. Perfectiſſima Benedicti doctrina perfectiſſimum oſtendit præceptorem. *Vbi de obedientiæ propera executione, ſilentij accurata obſeruantia, Oratione efficaci, paupertatis cuſtodia, iuniorum erga ſenes reuerentia, ac Prælatorum exemplo Religioſis documenta prælibo.* n.24.p.11.

V. Benedicto ad Superos properanti ipſum cœlum obuiam procedit. *Specialis gloria præparatur illi, qui filios ſpirituales curat acquirere.* n.37.p.13.

PARS ALTERA.

Benedicti proles.

In Gregorium magnum.

PANEGYRICVS III. 3.

Ex Mundi Luce.

Lib.1. ſect.3. num.1. pag.14.

OBSERVATIO I. GRegorius magnum Eccleſiæ luminare, meritò magni ſortitus eſt appellationem ob ineffabilem ſapientiam. *Illam aſſero magni Concionatoris, aut Magiſtri doctrinam, quæ morum compoſitioni auditoris accommodatur.* n.1. p.14.

II. Gregorius iuſtiſſimè Magnus eſt appellatus ob miram ſanctitatem. *Innuitur veritatis amatores quaſi humanam naturam exuere, induereque quodammodo diuinam.* n.7.p.15.

III. Gregorius meritò magnus appellandus obiicitur ex mirabili humilitatis profunditate. *Agnatum eſt enim humilitati, magnos efficere cultores ſuos.* n.12.p.16.

In Scholaſticam ſororem Benedicti.

PANEGYRICVS IV. 4.

Ex ſomno.

Lib.1. ſect.4. n.1. pag.17.

OBSERVATIO I. NOn dormitauit Scholaſtica, non dormiuit, ſemper Orationis exercitamento inuigilans, vt ſeſe ſponſi cæleſtis præpararet aduentui. *Oſtendo, eum precantem mox à Domino exaudiri, qui imperanti ſuperiori citò præſtat obſequium.* n.1.p.17.

II. Quàm feliciter Scholaſtica obdormiuit, quæ columbino Spiritu informabatur. *Edocemur innocentiæ ſtudere, ad mortis pericula tentaminaque, quæ obueniunt iuſtiſſimis quibuſque ſuperanda.* n.7. p.18.

III. Vt ſponſus minimè moram ageret, ſed præſens proculdubio adeſſet, curat Scholaſtica ſacrum cum Benedicto colloquium producere. *Sciens vtique, Deum vberioris dilectionis oſtentatione cum eis morari, qui ſermones pios contexunt.* n.13. p.19.

In Ægidium Benedicti filium.

5\. PANEGYRICVS V.

Ex diuina retributione.

Lib.1.ſect.5.n.1.pag.20.

OBSERVATIO I. ÆGidius vel tunicam inopi exhibuit, quo Dei omnimodam benedictionem conſequeretur. *Moneo, eleemoſynam adeò hominem gratum reddere conditori, vt cœleſtibus eum muneribus oppleat.* n.1.p.20.

II. Ægidius cuncta à Domino poſtulans accipit illico, quia & ipſe ſe totum Domino dedidit. *Ille enim protinus ſua voluntati Deum quaſi obſequentem ſortietur, qui totum ſe addicit diuinæ voluntati.* n.7.p.21.

III. Ægidius fugiens ſedere & honorari ab hominibus, ideo ſedet, & honoratur. *Honor enim fugientem ſequitur: & dignus honore obiicitur, qui nihili ducit honorari.* n.12.p.22.

Fructus ſecundus. FRVCTVS SECVNDVS.

Bernardus.

1\. PANEGYRICVS I.

Ex Regeneratione.

Lib.2. ſect.1.n.1.pag.24.

OBSERVATIO I. BErnardus Chriſtum in regeneratione ſequitur à Deipara partu editus feliciſſimo. *Innuo infantes nutricum referre mores, vnde parens prudens debet probam filio nutricem prouidere.* n.1.p.24.

II. Perfectiſſimæ Bernardi renunciationi, quaſi non ſufficeret Apoſtolicum præmium, nempe ſedere, & iudicare: aliud eleuatius admodum à Domino excogitatur, ſcilicet à Chriſto potari ſanguine, ſicut lac biberat, propinante Maria. *Ediſcant ſcriptores, ac Concionatores à latere Ieſu vitalem doctrinam haurire.* n.11.p.25.

III. Apoſtolico Choro Bernardus adſcribendus eſt ex Apoſtolica vtiliſſima orbi prædicatione. *Ex fructu enim copioſo colligitur Concionatoris zelus: aut concionis excogitata vis.* n.23.p.26.

IV. Bernardus præſul illuſtriſſimus, acerrimus Eccleſiæ propugnator, gregis dominici canis vigilantiſſimus, ſuauitate deſperatis vulneribus medebatur. *Illum maximè laudo Præſulem, & Concionatorem, cuius ſuauia monita officium exerunt flagelli ad improborum correptionem.* n.31.p.28.

2\. PANEGYRICVS II.

Ex temporalium dimiſſione.

Lib.2.ſect.2. n.1. p.29.

OBSERVATIO I. BErnardus plus dimiſit pro Ieſu, quàm ipſe Dominus imperarat: ſe etenim adeò naturâ humanâ exuit, vt præter morem hominum nihil inuenerit in aliis hominibus, quod poſſet reprehendere. *Proprios defectus agnoſcere, aliorumque errata putare eſſe virtutes, ineffabilem arguit perfectionem.* n.1.p.29.

II. Tam perfectè Bernardus cuncta reliquit, vt è terra vix aſſumeret ad vitæ nutritionem; tam illuſtris equidem fuit abſtinentia, vt hominibus pulcherrimus appareret. *Vbi innuitur, ieiunio hominem reddi pulchriorem, & fortiorem,* n.7.p.30.

III. Bernardus ſpecialiſſimè ſtuduit ſexus fœminei fugere ſocietatem, ad ineffabilis puritatis cuſtodiam. *Puritas enim caſtitatis ſine ſtudioſa fuga cuſtodiri non poteſt. Nulla circa caſtitatis tuitionem cautela nimia videri debet.* n.14. p.31.

IV. Bernardus eleemoſinæ operibus in maxima inopia Monaſteriis conſtitutis, eorum egeſtati ſuccurrit. *Edocens aperire manus ad pauperes, quoties te videris vacuum, vt ex beneficio eleemoſynæ diteſcere valeas.* n.20.p.32.

V. Bernardus licitis nuptiarum voluptatibus nuncium remittens, innumerabili filiorum ſpiritualium familia honoratur. *Aſſero bonos filios virtutum paternarum eſſe confirmationem.* n.25.p.33.

FRVCTVS TERTIVS. Fructus tertius.

Antonius.

PANEGYRICVS I. 1.

Ex Lumborum conſtrictione.

Lib.3.ſect.1. n. 1.p. 36.

OBSERVATIO I. ANtonius ad vitam aſperrimam quaſi alatus exſurgit, quia cupiditati renunciauit ex temporalium bonorum ablegatione. *Innuo mortificationis vitam, laborum ſuſtinentiam homines requirere bonis mundialibus vacuos vt requie potiantur, quum tentantur tribulatione.* n.1.p.36.

II. Antonius lucernas accendit ad orationis exercitamenta, nec ideò à corporeis laboribus excuſatur, imò lumbos accingit ad externam operationem. *Taxans vtique eos, qui ex prætextu orationis, aut deuotionis, otioſitate ſoluuntur.* n.5.p.37.

III. Tunc Antonius vt lux velociſſima aſcendit, volat ad ſuperos, cum vinctus & illigatus laboribus, & tribulationibus aſpectatur. *Quia tribulationes faciunt homines præpropero curſu tendere ad perfectionem.* n.12.p.38.

IV. Antonius orationis lumine tam acerbæ conſtrictionis lumborum, ſeu horribilis carceris tenebras effugauit. *Vix poſſibile reor, diu poſſe nos laborum ſuſtinere tentamina, ſine orationis adminiculo.* n.19.p.39.

V. Poſt tot opera egregia Antonius præ dilectionis magnitudine, putabat ſe nihil geſſiſſe, nullo affectum eſſe cruciatu. *Amor equidem quò veracior eſt, eò ad obſequia promptior; vnde ex facilitate operandi, putat ſe nihil agere obſequij.* n.25. p.40.

PARS II.

Baſilius.

PANEGRICVS II. 1.

Ex odio ſæculi.

Lib.3.ſect.2. n.1.pag.42.

OBSERVATIO I. BAſilius perfectiſſimè omnibus ablegatis, Chriſti verè filius extitit è Sole Sol. *Non enim verè fulget vt Sol, qui vti Luna mutatur. Virtus perſiſtens commendabilis. Id permanens habemus, quod ex Chriſto Sole imitamur.* n.1. p.42.

II. Baſilius non tepidè, ſed feruentiſſimè Dominum ab ætate florenti ſecutus eſt. *Monemur, ſpirituales viros nec parentum amore, nec ſeculi bonis detineri, quominus Chriſtum ſequantur.* n.6.p.43.

III. Baſilius verè diſcipulus Chriſti crucem portat egregiè operando, quem quidem antiqua

ſanctitatis luminaria minimè ſuperaſſe videntur. *Expendo qualis debeat exiſtere Magnus Diuus, Doctor egregius, perfectus vndequaque.* n.17.p.44.

PARS TERTIA.

Hieronymus.

3. PANEGYRICVS III.

Ex Eccleſiæ lumine.

Lib. 3. ſect. 3. n. 1. pag. 48.

OBSERVATIO I. Diuus Hieronymus prius ſal quàm lux, quia ſcientia ex ſuppoſita virtute admodum commendabilis. *Oſtendo interim, haud poſſe ſapientiam vtiliter fulgere, perſiſtenter ſtare niſi probæ vitæ fundamina prius ſubmittantur.* n.1.p.48.

II. Hieronymus lux Eccleſiæ fulgentiſſima id fulgoris eſt aſſecutus precibus & lacrymarum profluentia. *Sapientia etenim, & quæque illuſtria non abſque labore comparantur.* n.8.p.49.

III. Hieronymi ſapientia mirabilis planè, ſed minimè ad oſtentationem ingenij, & mentis ſolummodo illuminationem: ſed ad voluntatis magiſterium, ablegationemque ignorantiæ. *Commendo ſcientiam, doctrinam, aut prædicationem illam, quæ omnibus vtilis exiſtit.* n.13 p.50.

IV. Hieronymus in vertice poſitus aſpectatus ab hominibus, non vt laudibus efferrent, ſed vt acriter calumniis vulnerarent. *Exprimo ineffabile hominis meritum ex calumniis patienter toleratis.* n.19.p.51.

V. Vitæ Hieronymi integritas oſtentat eius interni luminis fulgorem, quem tenebras eſſe proclamantes æmuli, Diuum innocentiſſimum ditiori vulnere afficiunt. *Acriùs enim ex acceptis iniuriis vulneratur innocentia, quam iniquitas.* n.23.p.51.

VI. Præfulget Hieronymi caſtitas ineffabilis, ſed poſt pugnas horribiles. *Edocemur, virginitatis, aut caſtimoniæ decus, poſt multas victorias comparari debere.* n.26.p.52.

VII. Hieronymus fulgentiſſimus ex communi plauſu, ex miraculis, ex Religionis incrementis, quia mirum in modum Chriſtum patientem imitatur. *Aſſero homines ex infamia iniuſtè illata, ſed patienter tolerata, mirum in modum à Domino honorari.* n.31.p.52.

PARS QVARTA.

Bruno.

4. PANEGYRICVS IV.

Ex lucernis ardentibus.

Lib. 3. ſect. 4. n. 1. p. 55.

OBSERVATIO I. Bruno lucerna eſt ardens quidem ſed minimè lucés proximis. *Vitæ contemplatiuæ gloriam recluſam ſub ſignaculo obiicio. Vbi innuo, eremo additos haud debere cum proximis conuerſari.* n.1.p.55.

II. Brunonis miram ſanctitatem recognoſco, quia ex ignis ac damnationis æternæ ſtudioſa meditatione ſeculum dereliquit. *Aſſero aſpera quæque ſuffirre poſſe, qui continuo aut mortis, aut iudicij, aut gehennæ horrorem aſpectat.* n.8.p.56.

III. Bruno ſe ad Carthuſianam familiam perfectiſſimum oſtendit ex mira ad contemplationem eleuatione. *Contemplationis cœleſtis elogia recenſeo.* n.13.p.57.

IV. Bruno, cunctique Carthuſianæ familiæ alumni quaſi non homines: vel ſaltem homines haud communi ægritudine preſſi, ægrotantis naturæ à cibis (carnibus ſcilicet) ineffabili conſtantia abſtinent. *Vbi innuo, ieiunium, ſeu abſtinentiam hominem oſtendere quaſi naturæ eleuatioris.* n.18.p.58.

V. Brunonis ineffabilem caſtitatem illuſtro ex ipſius ſcribentis teſtimonio. *Innuens luxuriem igne tartareo ſuccendi, ſupernam lucem eſſe caſtitatem, quæquidem fugiendo delinquendi occaſiones tuenda eſt.* n.24.p.59.

VI. Ex Brunonis doctrina eiuſdem ineffabilem expendo vigilantiam. *Serò vigilat, qui dici ſui pace potitur, & non ſe in diem iudicij præparat.* n.29.p.59.

PARS QVINTA.

Romualdus.

PANEGYRICVS V. 5.

Ex Dominica ſede.

Lib. 3. ſect. 5. n. 1. p. 61.

OBSERVATIO I. Mirabilis erga Deum Romualdi dilectio oſtenditur, dum adoleſcens voluptatibus addictus; cupiebat Chriſtum in deſerto requirere, & ſequi feruentiſſimè. *Mirabile id, nihil enim adoleſcenti impudico magis adnatum, quam vel deitati inſidias collocare.* n.1. p.61.

II. Romualdus ſecutus eſt Chriſtum in Camaldulenſem ſolitudinem, qua quidem Diuus tanto conſticit affectu, vt oſtenderet; quàm à curis liberum gereret animum. *Solitudinis enim amor arguit animum omninò à ſecularibus abſtractum illectamentis.* n.6.p.62.

III. Relinquens Romualdus cùm eſſet viginti annorum totam reliquam vitam pro Domimino centum ſupra illos viginti annos accepit. *Aſſero hominem diu viuere ex obedientia, ex Dei præſentia, & familiaritate.* n.11.p.62.

IV. Sedit Romualdus tanquam Deus imperans creaturis omnibus, quia perfectiſſimè Domino, quem ſequitur obediuit. *Obediunt enim cuncta ei qui prælatis, pro Deo, humilem exhibet obedientiam.* n.16.p.63.

FRVCTVS QVARTVS *Auguſtiniani.* Fructus quartus.

PARS PRIMA.

Auguſtinus.

PANEGYRICVS I.

Ex ſale & Sole.

Lib. 4. ſect. 1. n. 13. p. 68

OBSERVATIO I. Auguſtinus terræ ſal vtiliſſimus, qui egregiè ſalis proprietates expleuit, ſufficit ſolus Eccleſiæ. *Innuo, vnum perfectum Euangelij miniſtrum pro mille.* n.13.p.68.

II. Auguſtinus Eccleſiæ ſal prius in ſe expertus eſt incorruptionem ex mira actionum ſanctitate. *Prius enim Euangelij miniſter aut doctor in ſe*

debet praſētire, quod in alijs ſtudet efficere. n.20.p.69.

III. Auguſtinus ſapientiæ ſal ex proprio penu cunctis ſapientiæ theſauros expoſuit Doctorum facilè maximus. *Aſſero Doctores eos verè eſſe, qui aliorum doctrinam ſic digerunt, vt velut propriam exprimant; differat vti inter librum, & authorem.* n.27.p.70.

IV. Sol Eccleſiæ Auguſtinus, vitæ & doctrinæ fulgorem ſpargens. *Oſtendo, Doctores, ac Concionatores, in morem Salis, & vita, & doctrina radiis debere decorari.* n.34.p.72.

2. PANEGYRICVS II.

Ex vitæ fulgore.

Lib.4. ſect.2. n.19.p.76.

OBSERVATIO I. AVguſtinus ſapientiſſimus, & ſanctiſſimus, quia Dei induere curauit imaginem, non laudi propriæ ſtuduit, ſed ad Dei gloriam, doctrinam, & opera expoſuit. *Aſſero, in eos, qui opera ſua Dei gloriæ libāt, gloriam ipſam incrementis addictā refluere.* n.19.p.76

II. Auguſtinus egregiis virtutis exercitamentis acuit ingenium ineffabile ad cunctarum ſcientiarum penetrationem. *Quò enim ſanctior doctor, eò perſpicacior ad ingenij fœtus.* n.28.p.77.

III. Auguſtinus non ſolùm grauia mandata ſeruauit, ſed minima perfectiſſimè impleuit. *Aſſero viros iuſtos parua piacula fugere, ea præcipuè, quæ aliquam ante acta improba vitæ vel minimam reddunt ſpeciem.* n.34.p.78

IV. Licet Auguſtinus ineffabili ſapientia præfulſerit, eius ſanctitas mirum in modum ſapientiam ſuperauit. *Innuo, viros, aut fœminas ingenii perſpicacis poſſe in precelſioris ſanctitudinis prorumpere affictus.* n.41.p.79.

3. PARS II.

Monica.

PANEGYRICVS III.

Ex viduæ lacrymis.

Lib.4. ſect.3. n.1. p.81.

OBSERVATIO I. PLorantem viduam Monicam Chriſtus aſpexit, & non loquentem exaudiuit. *Quia lacrymæ vtiliter profuſæ in conſpectu Domini vociferantur.* n.1.p.81.

II. Monica diu plorans, minimè prohibetur à luctu, quia non ob temporaria incommoda lacrymas profundebat, ſed ob Spiritus Auguſtini iacturam. *Edocet vidua, ob temporarios labores flendum non eſſe.* n.8.p.82.

III. Monica ob perſeuerantiam luctus, demùm Auguſtinum Eccleſiæ peperit. *Oſtentans efficaciſſimas eſſe lacrymas ad quæque difficilia ſuperanda.* n.13.p.83.

PARS III.

Nicolaus Tolentinus.

4. PANEGYRCVS IV.

Ex regno à Patre

Lib. 4. ſect.4.n.1.p.85.

OBSERVATIO I. NIcolaus rex cœleſtis patris æterni hæres aptè appellatur, imitatur enim Dei munificam erga omnes naturam. *Oſtendo, nihil magis adnatum Regibus, quam ſubditis omnibus beneficia exponer* n.1.p.85.

II. Nicolaus non ſolum ex humilitate puſillus, ſed ex omnium virtutum fulſit varietate. *Eum Diuum commendabilem admodum reor, qui Protoparentes virtutum imitari contendit.* n.7.p.86.

III. Nicolaus ouis manſuetiſſima, erga proximos mira compaſſione afficitur. *Oſtentatur inde egregia ſanctitas, quia pietas, & miſericordia erga afflictos perfectionis magnæ eſt documentum.* n.13.p.87.

PARS IV.

Martinus Canon. D. Iſidori Legion.

PANEGYRICVS V. 5.

Ex geſtis, & dictis.

Lib.4. ſect.5 n.1. pag. 89.

OBSERVATIO I. MArtinus Legionenſis, D. Iſidori Conuentus decus, Magnus protſus ex ſanctitudinis miræ documentis. *Oſtendo virtutis operibus Diuos oſtentari Doctores; Geſta enim diſertius, quam ſermones adducunt proximos ad virtutem.* n.1.p.89.

II. Magnus Martinus Doctor poſt volumen acceptum ab Iſidoro, ex cœleſti theſauro proferens cunctas diuitias ad Eccleſiæ vtilitatem. *Edocens Doctores non abſcondere lucem, ſed ad proximorum eruditionem fulgurare.* n.8.p.90.

III. Martinus ſapientia plenus minimè inflatur, ſed mirificè exercitamentis humilitatis ſtudiū impendit. *Quam mirum! Etenim agnata eſſe aſſolet vanitas iis, qui implentur ſapientia. At ſoliditas veræ ſcientiæ vanitati vacuum non relinquit.* n.16.p.91.

IV. Martini magnalia recenſeo, ipſiuſque Diui doctrina illuſtro, ex ſalis ſymbolo, *Interim caſtitatis, ſapientiæ otium fugientis, paupertatis religioſæ, aliarumque virtutum fulgorem oſtendo ad Religioſi inſtitutionem.* n.22.p.92.

V. Martini magnalia expono, eiuſdemque Doctoris ſententiis confirmo, ex lucis typo. *Vbi adhuc Religioſum virtutibus, ac miraculis fulgentem deſcribo perfectum.* n.30.p.93.

PARS V.

Ioannes de Sahagun.

PANGYRICVS VII. 6.

Ex perfecta mundi renunciatione.

Lib. 4. ſect. 6. num. 1. pag. 95.

OBSERVAT. I. AVguſti diui commendabiles admodum oſtentantur, dum viri cùm ſint, puerilem ſynceritatem conſeruant, Ioann. de Sahagun hinc auguſtus obiicitur. *Deo gratiſſimus, qui in ætate virili, aut ſenili ætatis puerilis refert ſinceritatem.* n.1.p.95.

II. Si auguſtè Ioannes de Sahagun vir, ſe puerum oſtendit: auguſtius planè puer, ſe virum operibus illuſtriſſimis expoſuit. *Gratior adhuc numini oſtenditur, qui in puerili ætate virilem fortitudinem, ſenilem grauitatem oſtentat.* n.6.p.96.

II. Si auguſtè Ioannes de Sahagun vir, ſe puerum oſtendit: auguſtius planè puer, ſe virum operibus illuſtriſſimis expoſuit. *Gratior adhuc numini oſtenditur, quæ in puerili ætate virilem fortitudinem, ſenilem grauitatem oſtentat.* n.6.p.96.

III.

III. Ioannes de Sahagun Ieſum poſſidens, cuncta temporaria contemnit, diuitias, & honores conculcat. *Nam qui Deum poſſidet vnicum theſaurum, cuncta mundi bona contemnere neceſſarium eſt.* n. 12. p. 97.

IV. Ioannes de Sagahun ſe exponit agrum fructibus omnibus plenum ſpiritualibus, ex vicinitate cum Ieſu ineffabili. *Nam qui iuxta Chriſtum morantur, eiuſque continua præſentia fruuntur plenitudine donantur.* n. 17. p. 98

V. Ioannes de Sahagun Ieſum in Euchariſtia aſpectans, ſe omninò purum affirmat, & immaculatum. *Qui ad cæleſtium, ac diuinorum exceptionem magna cordis mundities neceſſaria eſt.* n. 22. p. 99.

Fructus Quintus.

FRVCTVS V. *Norbertus.*

1. PANEGYRICVS I.

Ex principis profectione.

Lib. 5. ſect. 1. num. 1. pag. 102.

OBSERVATIO I. Norberto Dominus innumera tradidit talenta iuxta tanti animi capacitatem. *Innuo à munificentiſſimo Domino plus accipere, qui ſe ſe amplius capacem effecerit.* n. 1. p. 102.

II. Norbertus Chriſti æmulator ſe omnium ſeruorum Dei minimum reputabat. *Se equidem ſanctiſſimum oſtentat qui exiguam aliorum virtutem ſua arbitratur præcelſiorem.* n. 7. p. 103.

III. Norbertus prædicationis talentis à Domino donatus, miros fructus parturit Eccleſiæ. *Edocens quidem Concionatores Euangeliique miniſtros, ſolummodò auditorum vtilitati curam expendere.* n. 12. p. 104.

2. PANEGYRICVS II.

Ex Principis reuerſione.

Lib. 5. ſect. 2. n. 1. p. 105

OBSERVATIO I. Norbertus fideliſſimus ſeruus oſtenditur, dum talentis talenta acquirit, id eſt filios innumeros lucratur, qui parentis optimi referant perfectionem. *Quàm laudabiles filij, qui parentum virtutes æmulantur.* n. 1. p. 105.

II. Norbertus totum id, quod à Domino accepit, etiam temporariorum bonorum, ipſi reddidit in pauperibus, nihil ſibi retinuit. *Commendabiles admodo Præſules, qui de Eccleſiæ redditibus nil propriis commodis reſeruant,* n. 7. p. 106.

III. Norbertus fideliſſimus præſul non ſolùm ſermone, ſed & opere Prælatus eximius totam vitam ouium vtilitati conſecrauit. *Quàm commendabilis Præſul, qui nihil ſibi e vita reſeruat, totam litat ſubditorum obſequio.* n. 12. p. 107.

Fructus ſextus.

FRVCTVS VI. *Prædicatores.*

PARS PRIMA. *Dominicus.*

1. PANEGYRICVS I.

Ex prædicationis Sale.

Lib. 6. ſect. 1. num. 1. pag. 109.

OBSERVATIO I. Liberi Dominici terræ ſal, virtutum condimentum, ſalis inſtar, ab igne proſilientes. Prædicatorum doctrina orbi ſalutaris. *Innuo, Euangelicam doctrinam gratis proferendam eo ſolo præmio, vt plures ad conditorem adducantur.* n. 1. p. 109.

II. Sal Dominicus Chriſti ſalis extitit imitator, qui corruptos iam peccatores ad ſanitatem adduxit. *Quàm difficilis conuerſio illius, qui diu exiſtens in crimine, peccata addit peccatis.* n. 12. p. 111.

III. Dominicus nunquam timore proſperitatis euanuit, ſeculi contempſit proſperitate frui, vt veræ ſapientiæ gloriam tueretur. *Etenim ſuperbia, aut arrogātia ſapientiā omnino diſperdit.* n. 21. p. 112.

IV. Prius Dominicus ſale virtutis ac pietatis, quàm doctrinæ luce ornatus obiicitur. *Quia minimè laudanda, ſine virtute ſapientia oſtenditur.* n. 28. p. 113.

V. Dominicus vt in ſapientia profectus egregios faceret, abſtinentiæ miræ operam impendit. *Sapientia enim acuitur, cùm vini ſpecialiter vſus abſtrahitur.* n. 35. p. 114.

VI. Dominici pueri ſapientia fuit cum corporis puritate coniuncta. *Caſtitas etenim aſſolet cum ſapientia adeò colligari, vt ſumma ſapientia ſummam innuat puritatem.* n. 42. p. 115.

VII. Dominici ſapientia non fundata erat in vtilitatibus, aut commodis ſæcularis commendationis, ſed in Deo ſolummodo. *Inanis enim ſapientia, quæ & Dei gloriæ, & proximorum ſaluti non ſeruit.* n. 47. p. 115.

VIII Dominicus, eiuſque Religionis doctrina à veraci ſapientiæ fonte profluere probatur; quia mundialem ſapientiam ſuperat. *Nam quæ à Deo ſapientia profluit, omnes ſæculi fallacias, hæreticorum verſutias abſumit.* n. 52. p. 116.

PANEGYRICVS II. 2.

Ex ſanctitatis luce.

Lib. 6. ſect. 2. num. 1. pag. 117.

OBSERVATIO I. Mira Dominici ſapientia ex ſanctitatis luce maximè eſt commendanda. *Illa enim prædicatio efficax ad peccatorum reductionem quæ magis vita, quàm ſermone clamat.* n. p. 117.

II. Dominici lux ros erat lacrymarum ex miſeriæ ærumnæque proximi piiſſima compaſſione Ideo Angelus habebatur. *Lacrymæ enim hominem in Angelum conuertunt.* n. 6. p. 118.

III. Dominici interna virtus in manifeſtum erumpebat ad proximorum communem vtilitatem. *Vbi oſtendo Euangelii proferendi miniſterium viros requirere abundanti ſpiritu ſucceſſos.* n. 12. p. 118.

IV. Dominicus lucis Angelùs, quia egregius extitit Prædicator. *Perfectum deſcribo Prædicatorem ad lacrymas auditores excitantem, liberè increpantem: ſed plauſu exauditum, quia puri mores, & vox correptionis ſuauiſſima.* n. 17. p. 119.

V. Dominicus ſeſe Deo propinquum oſtentauit ex lucis eleemoſynæ fulguratione. *Eleemoſynam gerens Deum æmulatur adeò, vt ad eius propinquitatem eleuetur.* n. 28. p. 120.

VI. Dominicus ex eleemoſynæ luce profuſa plus à Deo accepit, quàm pauperi exhibuit. *Ex primo eleemoſynæ diffluentiam, plus accipiente, quam dante eleemoſynario.* n. 35. p. 121.

VII. Dominicus Sol, inſtar magni luminaris, quinque radiis ornatus, ſcilicet Caſtitate, Charitate, Oratione, Exemplo, & Miraculis. *Aſſero, veracem Diui fulgorem non tam à miraculis, quàm ab exemplis procedere.* n.40.p.122.

VIII. Dominicus, eiuſque Prædicatoria familia ſub gremio Deiparæ velut gemma pretioſiſſima cuſtoditur. Vnde & Patris, & Filiorum mira humilitas eluceſcit. *Exprimo, ſecuriſſimè degere qui ſub tutamine Mariæ verſatur.* n.46.p.123.

PARS II.

Thomas.

3. PANEGYRICVS III.

Lib. 3. ſect. 3. num. 1. pag. 125.

OBSERVATIO I. DOctrina Thomæ ſanctitas eſt, ſanctitas eſt doctrina. *Quid doctrina, quid ſapientia ſine ſanctitudine proficit.* n.1.p.125.

II. Thomas Angelicus ſal eſt auguſtiſſimæ ſapientiæ cuius dogmata non diſcipulos, ſed Magiſtros informant. *Ea doctrina apprimè commendabilis oſtenditur, quæ ad proximorum ſalutem gerendam erudit diſcipulos.* n.7.p.127.

III. Thomas eſt verè Angelicus, quia non ſolùm eius interni ſenſus, ſeu animi potentiæ: ſed externi Angelicam ſapiunt naturam. *Ex virginitate ſenſus corporei quaſi in ſpirituales potentias conuertuntur ad myſteriorum cognitionem.* n.11.p.127.

IV. Thomas non iam ſolùm Angelicus, ſed quodammodo Deificus, vt diuidere poſſit lucem à tenebris, ſiue ab erroribus dogmatum veritatem. *Doctores, aut Concionatores, qui ſtudent veritatem à mendacio ſecernere, aut virtutem à vitiis, quaſi Deifici oſtentantur.* n.18.p.129.

V. Thomæ ſapientia ſanat, præſeruat verò ſal. *Illam ſapientiam taxo, quæ floridis ſtudet ſermonibus, non fructibus. Verè ſapiens fructuoſus obiicitur.* n.22.p.129.

4. PANEGYRICVS IV.

Ex luce mundi.

Lib. 6. ſect. 4. num. 1. pag. 130.

OBSERVATIO I. THomas ex virginitate tot myſteria cœleſtia expreſſit, tot expoſuit arcana, vt cum Prophetis debeat collocari? *Caſtitas quidem admodum confert ad ſapientiam; veritas enim menti puræ apertius manifeſtatur.* n.1.p.130.

II. Thomas meritò appellatur Angelicus, quia pro tuenda Virginitate decertauit. *Ea enim caſtitas Virgines efficit quæ pugnax exſurgit, & victorioſa fulget, ſeu aduerſus luxuriem in proximis decertando, ſeu proprios appetitus comprimẽdo.* n.9.p.131.

III. Miram D. Thomæ humilitatem ſapientiſſimi illuſtro. *Aſſero, verè humilem nibil in ſe ſpectabile indicare, miroſque humilitatis profectus innuo.* n.15.p.132.

IV. Thomas miro ſilentio animi ac corporis puritatem ornauit, cuſtodiuit. *Silentium enim puritatis animæ, corporiſque caſtimonia cuſtos eſt.* n. 21. p. 133.

V. Thomas ſapientiſſimus oratione præmiſſa contra luxuriem, contra hæreticos certamina inſtituebat, & dictis, & ſcriptis; ideò eorum conſilia viriliter diſſipauit. *Oratio enim efficaciſſima ad conſilia noxia obruenda hoſtium Eccleſiæ, & ad ſacra fidei dogmata (ſapientiæ regulam) concilianda.* n. 27.p.134.

PARS III.

Petrus Martyr.

PANEGYRICVS V. 5.

Ex Vitis veræ palmite.

Lib. 6. ſect. 5. num. 1. pag. 136.

OBSERVATIO I. PEtrus multis coronis ornatus, Confeſſor, Virgo ac Martyr, cunctas debet Deiparæ Mariæ. *Cui quidem Diuorum omnium adſcribendæ victoriæ.* n.1.p.136.

II. Petrus fructus ſuauiſſimus ex amariſſimo palmite exortus: ſeu hæreticorum filius malleus à cuna hæreticorum. *Miraculum ne*, in filijs non inueniri, quidquid pietatis, aut nequitiæ in parentibus præceſſit. n.7.p.137.

III. Petrum Palmitem quidem fructiferum ſanctiſſimis Deus Religionis prædicatoriæ exercitamentis excoluit, vt vberiores fructus & in perſecutione hæreticorum, & in Martyrio produceret. *Edoceris, prius gladio ſanctorum exercitamentorum te cunctas paſſiones ſuperaturum, quàm ad Euangelicum munus, fideique tutamina procedas.* n. 12.p.138.

IV. Petrus non trahitur ad Martyrium, ſed lubens ſequitur, perſecutionis quærens certamina mortis captans pericula. *Fortiſſimorum* IESV *militum eſt, labores quærere, ad dira certamina properare.* n.20.p.140.

PARS IV.

Catherina Senenſis.

PANEGYRICVS VI. 6.

Ex lampadis fulgoribus.

Lib. 6 ſect. 6. num. 1. pag. 142,

OBSERVATIO I. CAtherina puellula gradus ſcandit, dum Deiparæ præſtat obſequium: ſubindicans, patrocinio & ducatu Mariæ ad ſupremum perfectionis cumulum aſcenſuram. *Mirabiles planè ex affectu in Deiparam Religioſæ mentis profectus.* n.1.p.142.

II. Catherina puellula, virtute perfectiſſimam tranſcendit ætatem. *Puer Deo litans obſequium, Dei commendat potentiam; quia quod vltra naturam puerilem eſt, ab Authore naturæ eſſe dignoſcit.* n.8.p.143.

III. Virginis Catherinæ immortalis fulgor, ad cœleſtia penetranda Myſteria ad ſpiritum Prophetiæ. *Quia Virginitati Dei occulta Myſteria ac conſilia reſerantur.* n.14.p.144.

IV. Catherina iam non mulier, ſed vir fortiſſimus: non fœmineæ deuotioni dat ſtudium, ſed egregiis Apoſtolicis exercitamentis operam impendit. *Aſſero fœminas fragiles ex virtutum eleemoſyna, ac charitatis exercitamentis in fortiſſimos viros mutari.* n.20.p.145.

FRVCTVS

Fructus ſeptimus.

FRVCTVS VII.

Seraphici.

PARS PRIMA.

Franciſcus.

1. PANEGYRICVS I.

Ex paruulis facta reuelatione.

Lib.7. ſect.1. num.1. pag.148.

OBSERVATIO I. CHriſtus acceptus Gentilibus, non Iudæis, Franciſco ſuo dilectiſſimo dedit acceptum fuiſſe cunctis hominibus *Egregÿ planè eſt meriti, hominem cunctis hominibus acceptum, ac gratum eſſe.* n.1.p.148.

II. Franciſcus ad tantæ ſanctitatis felicitatem euectus eſt incipiens à pauperum ſubleuatione. *Miſericordia enim in pauperes viam aperit felicitati.* n.12.p.150.

III. Gratias agit Franciſcus pro temporariis bonis, queis pauper abundat; quia eadem bona liberaliſſimè omnibus elargitur. *Qui enim pauperi dat, retinet quod largitur, & multiplicat.* n.17.p.150.

IV. Franciſco Chriſtus reuelauit ſuæ Paſſionis myſterium, vt Ieſu labores præſidium exiſterent patienti. *Allenat enim noſtros labores laborantis Domini meditatio.* n.23.p.151.

V. Labores, improperia perſecutiones, quibus miles tyro Franciſcus actus eſt, perſpicuum teſtimonium eiuſdem ineffabilium profectuum ſpiritualium extitere. *Laborum ſuſtinentia viros aptos beatitudini efficiũt: præparãt ad auguſta.* n.28..152

VI. Franciſcus paupertate ſumma curauit Chriſti conſanguinitatem adipiſci. Vbi de ſtigmatibus. *Equidem paupertas homines Dei conſanguineos efficit.* n.34.p.153.

VII. Paupertate ſpecioſiſſima Franciſcus eiusque paruulorum ſeu minorum Religio illuſtriſſima omnium animos, oculoſque arripit. *Porrò paupertas voluntaria, ſæcularium que rerum deſpicientia ſibi omnium conciliat affectum.* n. 40. p. 154.

VIII. Aduerſus Franciſcum cuncti tartarei hoſtes inſurgunt pugnaces ne militia minorum roboraretur, ſed nuditate paruulorum facillimè debellãtur. *Nihil enim fortius paupertate voluntaria, ad horribiles impugnationes ſuperandas.* n.46.p.155.

2: PANEGYRICVS II.

Ex omnibus paruulo datis.

Lib. 7. ſect. 2: num. 1. pag. 156.

OBSERVATIO I. FRanciſco tradita à Deo tanta multiplicatio filiorum, vt Chriſtum æmulari videatur, cui traditus à patre omnium cœtus prædeſtinatorum. *Profectò tanta prolis multiplicatio à ſolo Deo parente optimo poteſt ortum habere.* n.1.p.156.

II. Omnes in filiis minoribus parentem Franciſcum illicò agnoſcimus, ſanctitas enim filiorum patris adhuc refert ſanctitatem. *Aſſolent boni filij poſt multa ſecula, poſt diſcrimina rerum patria referre natalitia.* n.6.p.157.

III. Franciſco pater cœleſtis omnia, id eſt, omnipotentiam tradidiſſe videtur, qui in morem Filij Dei, miracula excitat hominibus ſalutaria. *Illa etenim mirabilia ſapiunt cœleſtem Auctorem, non Dæmonis preſtigium, que ad Dei gloriam & ſalutem proximi excitantur.* n. 11. p. 158.

IV. Franciſcus à Patre cœleſti ob innocentiam vitæ ad hæreditatem, quam amiſit Adamus, eo perfectius eſt introductus. *Innocentiæ ſtatum innuit in Diuo, animantibus, & volucribus imperitare: ſed præcipuè à Deo oculos ſiue mentem nunquam abſtrahere.* n. 17. p. 159.

V. Franciſcus à Domino accepit dona cœleſtia innumera & ſpiritualium chariſmatum, & conuentuum innumerabilium; quia ſtudioſiſſimum ſe oſtendit circa templorum ornatum, præcipuè circa Deiparæ delubra. *Expendo, quàm Deo acceptus ſit, quanque auguſto præmio afficiatur, qui ornatui templorum dat operam.* n. 26. p. 161.

VI. Diſcimus à Franciſco, multa à nobis gerenda ex vitæ aſperitate, & virtutum exercitamentis; vt valeamus ab impudicitia liberari. *Profectò indiget multis, aſperitate ſcilicet, lacrymis, receſſione à fœminis, vti otio fugere ſilentio decorari, qui curat à luxurie non vinci.* n. 32. p. 162.

VII. Humilitas Franciſcum ad auguſtiſſimum verticem nempe ad Luciferi vacuam ſedem eleuauit. *De humilitatis quidem more, nam qui humiliantur propter Chriſtum, ab ipſo exaltantur.* n.38.p.163.

VIII. Franciſcus corde humilis, oſor fuit affectatæ ſubmiſſionis, qua hypocritis ad occupandos honores vti aſſolet. *Quam capitali odio Deus hypocrſim proſequatur innuo.* n.44.p.164.

PARS SECVNDA.

Sacra Stigmata.

PANEGYRICVS III. 3.

Ex hominis abnegatione.

Lib. 7. ſect. 3. num. 1. pag. 166.

OBSERVATIO I. FRanciſcus Chriſti vulnerati imago, Chriſtiani populi validiſſimum eſt propugnaculum. *Innuo Chriſti ſuffixi imaginem Domini vulnerati memoriam validiſſimam eſſe aduersùs animi tres hoſtes præſidium.* n. 1. p. 166.

II. Ab ſtigmatibus Franciſci omnis gratia Ieſu fidelibus profluxit ad vitiorum extinctionem. *Nam vulnera Ieſu fontem emittunt, ad iram, atque luxuriem, aliaque vitia extinguenda.* n. 6. p. 167.

III. Quàm glorioſum Franciſco in Ieſu vulnerati conſortium aſſumi, imò quæri, & inuitari ab illo, qui ad conſortium Crucis auguſtiſſimum neminem cogit, ſed vltroneos excipit. *Ediſcimus, perſpicuum admodum diuinæ dilectionis documentum eſſe; quæri nos à Domino ad laborum ſuſtinentiam.* n. 18. p. 168.

IV. Franciſcus, qui ſuſtulit crucem Saluatoris, ſacris ſtigmatibus honoratur. *Nam ſimilitudo Chriſti paſſi nunquam non homini glorioſa & honorabilis eſt.* n.17.p.169.

V. Franciſcus ex ſacris ſtigmatibus non vanè extollitur, ſed humiliter compungitur. Vide eius vulnera peccatoribus, compunctionem norunt excitare. *Quàm durus, qui non compungitur Chriſti ſuffixi imagine obiecta.* n.21.p.170.

VI. Franciſcus Chriſtum ſequitur vulneratum, ex compaſſionis affectu factus Chriſtus, quem Seraphici ſequi, & imitari Ieſum veluti al-

terum poſſint. *Innuitur, Religioſos ex Paſſionis contemplatione ad perfectionem excitari.* num. 25. pag. 171.

VII. In Franciſci ſtigmatibus omnimoda ſecuritas peccatoribus accurrentibus, qui tamen contritione præmiſſa acceſſerint. *Chriſti etenim paſſio peccatoribus pœnitentibus protectionem, ac ſecuritatem impendit.* n. 30. p. 172.

VIII Franciſcus aptè poteſt de Ieſu amicitia gloriari, qui ex dilectionis affectu Seraphico dilecti in ſe vulnera aſſumpſit. *Equidem ineptè te amantem oſtentas, ſi dilecti non ſtudes poſſeſſiones, ac dolores imitari, & in te transferre.* n. 34. p. 173.

IX. Franciſcus non ſuam, ſed Ieſu crucem ex initio conuerſionis ſuſtulit; quia tribulationes cum ipſo tolerans, idem cum ipſo corpus, & ſanguis factus eſt. *Idem cum Chriſto efficiuntur, qui cum ipſo labores tolerant.* n. 39. p. 174.

PARS TERTIA.

Meus Antonius.

4. ### PANEGYRICVS IV.

Ex præcincti fulgoribus.

Lib. 7. ſect. 4. num. 1. pag. 176.

Observatio I. Antonius præcinctus aſperitate vitæ, & virtutū exercitamentis, homini tamen ſimilis apparuit, vitæ aſperitatem, virtutemque facilem eſſe oſtentans, cunctis ipſe amabilis. *Aſſero lenia onera reddi ex affectu voluntatis.* n. 1. p. 176.

II. Antonius promptiſſimum ſe ad omnia mala ſuſtinenda oſtendit, qui magnum Antonium ſecutus, ſe ſe in ſolitudinem recepit. *Ad prædicationis dira certamina ſe debent Concionatores in laborum ſuſtinentia præparare.* n. 6. p. 177.

III. Antonius egregius prædicator doctrinæ ac operum ſimul fulgorem ſpargebat ineffabili animi donatus puritate. *Edocet Concionatores egregios quaſi impeccabiles oſtentandos ad proximorum conuerſionem.* n. 12. p. 177.

IV. Antonius lucerna fuit ductrix, exemplis ſuis cunctos ad perfectionis verticem adducens. *Aſſero exẽplis potius, quàm verbis, adductos auditores perſeuerantiores in via virtutis conſiſtere.* n. 18. p. 179.

V. Antonius fortiſſimus ſacræ militiæ Dux ad nullos procerum Concionator pauebat occurſus, liberè emittebat corruptionis iacula. *Edocens Euangelij miniſtros Apoſtolicam in dicendo libertatem.* n. 21. p. 179.

VI. Licèt Antonius tanta ſapientia polleret, vt doctor primus Seraphici Ordinis exiſteret, & Concionator egregius exſurgeret: tamen mira humilitate emicuit, nunquam vanitati libans obſequium. *Mirum planè, nam ſapientiæ aſſolet eſſe agnatum vanitatis piaculum.* n. 27. p. 180.

VII. Ex vigore prædicationis Antonij ferè omnes auditores conuertentis, innumeros hæreticos, illuſtrem hæreſiarcam conuincentis, & reducentis, colligitur virtus, ſanctitaſque prædicatoris. *Etenim concionis vis à prædicatoris virtute exoritur.* n. 36. p. 182.

VIII. Antonius verè arca teſtamenti fuit appellatus, quia & Euangelij tabulas venerabiles, & vitale Manna auditoribus miniſtrauit. *Oſtendo, ſanctum Concionatoris vitam quaſi Euangelium ſanctificare: Verbáque Euangelica vitam æternam præſentare auditoribus.* n. 41. p. 183.

IX. Antonius ſanctiſſima Regularis vitæ fulgore conſpicuus, viuus Martyr exponitur. Ideò Martyrio mitiori quidem, coronatus non eſt, qui tam ardenti illius flagrauit affectu. *Oſtendo perfectum Seraphici Ordinis alienum, imò quemlibet Religioſum perfectione fulgidum, illuſtriſſimum Martyrem eſſe.* n. 47. p. 184.

X. In manu Antonij lucerna ardentiſſima dilectio Ieſu oſtenditur, imò ipſe dilectus Ieſus puer aſpiciendus obiicitur. *Quia deuotus animus eius, qui perfectioni ſtudet, gratiſſima Ieſu pueri ſedes eſt.* n. 53. p. 185.

XI. Antonius fulgentiſſima miraculorum lumina expoſuit ad auditorum ſolummodo confirmationem, ad peccatorum vtilitatem, vti ſuum æmularetur Ieſum. *Ea Diuorum mira exprimunt poteſtatem, quæ in proximorum vtilitatem excitantur.* n. 58. p. 185.

PARS QVARTA.

Bonauentura.

PANEGYRICVS V. 5.

Lib. 7. ſect. 5. n. 2 pag. 188.

Observatio I. Bonauentura perfectiſſimus extitit Religioſus. tanto cœleſtis gratiæ ſale conditus, tanto virtutum fulgore ſtipatus vt in Adamo minimè deliquiſſe quodammodo videatur. *Perfecti Religioſi mores in Monachorum eruditionem exponam.* n. 1. p. 188.

II. Bonauentura ſol, & lux, verus doctor, & Pontifex non ſibi, ſed ſubditorum vtilitati vim exerit. *Edocens Doctores, & Pontifices, ac Præpoſitos, addicendos commodis ſubditorum.* n. 9. p. 189.

III. Bonauenturæ lucerna fulgentiſſima ex doctrinæ ſapientia, ſal eſt ex humilitatis affectu. *Vana admodum ſcientia ſine humilitate, ſicut ſal, infatuatur.* n. 16. p. 190.

IV. Bonauentura ſapientiæ ſal cum charitatis luce coniunxit, ne ſapientia euaneſceret, ac difflueret. Si enim charitatis, ſeu ſanctitatis calore ſapientia non ſolidatur, illicò perire cogitur. n. 23. p. 191.

V. Bonauenturæ ſapientiæ & ſanctitatis ſal Sole donatur, vt in conſpectu Solis huius glorioſiſſima appareat omnium linguis cantabilis ſanctiſſimi doctoris fama. *Plauſus enim communis aſſolet infallibilis plerumque meritorum Diui indicatio.* n. 29. p. 191.

PARS QVINTA.

Clara.

PANEGYRICVS VI. 6.

Ex vna de prudentibus.

Lib. 7. ſect. 6. num. 1. pag. 194.

Observatio I. Opera Claræ ex cœleſti Oraculo, claritati nominis reſponderunt. *Felix, cuius præclara geſta nominis cohærent claritati.* n. 1. p. 194.

II. Clara verè prudens virgo oſtenditur ex mirabili eius orationis efficacia. *Virginitas enim ad exorandum efficaciſſima aſſolet oſtentari.* n. 7. p. 195.

III. Clara gladio Euchariſtici panis, cuius ſpecialiſſimo flagrauit affectu, ab hoſtibus inuiſibilibus

bilibus, ac viſibilibus, illuſtriſſimas victorias reportauit. *Aſſero Euchariſtiam à cunctis hoſtibus reportare victorias*.n.14.p.197.

IV. Prudentiſſima Clara virili conſtantia ſe ad fœmineæ fragilitatis ditionem minimè pertinere, oſtendit. *Agnata equidem fœminis inconſtantia.* n.21.p.198.

Fructus octauus.

FRVCTVS OCTAVVS.

Redemptores.

PARS PRIMA.

Nolaſcus.

1.
PANEGYRICVS I.

Ex perfecta nudatione.

Lib. 8. *ſect.* 1. *num.* 1. *p.* 200.

Observatio I. Apud dexteram manum infantis Nolaſci apum examen viſum condire fauum mellis, manus illius munificentiam in pauperes præſignans. *Hinc colligo benedictionem Nolaſci vbertatem, quia pietas in pauperes cœleſtibus muneribus donatur.* n.1.p.200.

II. Nolaſcus mirum in modum creſcens obiicitur benedictionibus vberum Mariæ, erga quam cum lacte exſuxit affectum. *Innuo, pueros ſub Virginis tutela feliciter educari.*n.6.p.201.

III. Nolaſcus Saluatorem Crucifixum ſequitur, vt Deiparam protegat ab Albigenſibus impugnatam: Ordinemque inſtituit temporali pugna, ſpiritualique certamine Virgini propugnaculum præparantem. *Aſſero, per Mariæ obſequium exhibitum nobis victorias, puritatem, imperium diuitiaſque cæleſtes præparari.*n.12.p.202.

2.
PANEGYRICVS II.

Ex æterna retributione.

Lib. 8. *ſect.* 2. *n.* 1. *pag.* 204.

Observatio I. Operibus Nolaſci ineffabilis muneratio reſpondet, quia Virginem de Mercede, aut de beneficiis ſibi plurimis deuinxit obſequiis. *Vos aſſero, Mariæ alumnos miris profectibus & ſpiritualibus, & temporariis exornari.*n.1.p.204.

II. Nolaſcus propinquos dereliquit, à ſeculo abſtractus, ab hæreticis omninò recedens, contagium fugiens ſocietatis. *Aſſero, ex improborum ſocietate iuſtos cruciatibus affici horribilibus, vnde prudentiſſimè ab eis recedunt.*n.9.p.205.

III. Sanctiſſimum Nolaſci odium in hæreticos, fidei, ac Deiparæ hoſtes expendo. *Perfecto enim odio iuſti improbos proſequuntur, dum vitia, non naturam impugnare ſtudent.*n.16.p.206.

IV. Nolaſcus Regiam domum puritatis ſtudioſus dereliquit, Curiæ infectionem timens. *Aureis enim in poculis, dulcibus in cibis, domibus in proceribus vitiorum venena propinantur, condiuntur, ac conduntur.*n.22 p.206.

V. Nolaſcus nuptias fugit virginea immortalitate in præſenti quodammodo decoratus. *Caſtitas enim virgines exuit mortalitate, & ad Cœlicolarum conſortium adducit.*n.26.p.207.

PARS II.

Ordo.

PANEGYRICVS III. 3.

Ex expreſſione Trinitatis.

Lib. 8. *ſect.* 3. *num.* 1 *pag.* 209.

Observatio I. Ordo SS. Trinitatis non ab hominibus excitatus Diuis, ſed à ſolo Deo trino & vno Conditoris ſui gerit imaginem. *Aſſero commendabilem Religioſum qui Fundatoris virtutes imitatur: hominemque Trinitatis imaginem.*n.1.p.209.

II. Ioannes & Felix primi Ordinis Triadis Patres vnitatem pacificam Trinitatis beatiſſimæ æmulantes, pacificæ militiæ dant initium. *Innuo Religioſorum concordiam, quæ plures perſonas quaſi vnicam conſtituit eſſentiam.*n.8.p.210.

III. Dedicit Ordo Trinitatis Conditricis ſuæ concordiam inter ſe ſe Perſonarum imitari, vt in Redemptione captiuorum eundem concordiæ, ac amoris nexum obſeruaret. *Adnoto, fideles ſeipſos in proximis, etiam hoſtibus recognoſcere debere, & illos vti ſe diligere.*n.14.p.211.

IV. Ordo Triadis Fundatricis Trinitatis refert paternitatem piiſſimam erga captiuos, erga peccatores adeò, vt omnibus mundi quodammodo ſufficiat afflictis. *Moneo Eccleſiæ præſules, Euangelij miniſtros, patres-familias, paternum affectum erga delinquentes ſubditos oſtendere.* n.19.p.212.

FRVCTVS NONVS. Fructus nonus.

PARS PRIOR.

Elias.

PANEGYRICVS I. 1.

Ex Raptu.

Lib. 9. *ſect.* 1. *num.* 1. *p.* 214.

Observatio I. Ad montis verticem, ad transfigurationis gloriam Petrus eleuatur, quia errantium correptor erat electus. Elias ad cœlorum cacumina raptus, quia egregius veritatis præco errantem corripuit Iſraëlem. *Oſtendo perfectos Euangelij miniſtros, præcelſos Præſules decere ſeueritatem, quæ quidem vera eſt manſuetudo.*n.1.p.214.

II. Elias alter Iacobus vitiorum vtique ſupplantator, mõtis Thabor, ſeu Carmeli adducitur in verticē, quia ſacræ militiæ regularis inuentor. *Aſſero inuentores rerum ſpiritualium apud Deum ſeſe auguſtos oſtentare.*n.10.p.215.

III. Ioannes ad montem adſumitur cultor virginitatis, Elias curru igneo rapitur virginitatis præco. *Aſſero, Virgines (ſpeciatim primos) eſſe affines proximoſque Deitati.* n.16.p.217.

IV. Hos Chriſtus ad montem ſpecialem adduxit, quia aliis zelo potiores. Meritò Elias ad ſuperos eleuatur igneo curru tam igneo zelo accenſus in peccatores, vt proprio incommodo numinis conſuluerit honori, ac illorum ſupplicio. *Probatur verus Concionatorum, aut Præſulum zelus, dum vel*

proprio

proprio incommodo inſtant correctioni peccatorum. n.22.p.217.

V. Petrum Iacobum, ac Ioannem Dominus teſtes ſuæ elegit gloriæ, quia validiſſimi non corripiendi erant timore coram principibus. Ideo Elias ad Antichriſti tempora, dominicæ gloriæ curru raptus, aſſeruatur in teſtem. *Edocentur Euangelij miniſtri liberè proferre veritatem in principum conſpectu.* n.29.p.218.

2. ## PANEGYRICVS II.

Ex apparitione.

Lib. 9. ſect. 2. num. 1. pag. 220.

Observatio I. Elias, qui olim totus erat horribilis, in conſpectu Euangelij Moſis ſocius, id eſt pietate conditus apparet. *Edocens vtique, Euangelij miniſtris, fideliumque Præſulibus, neque in iram, neque in lenitudinem nimiam deflectendum, ſed manſuetudine condiendam ſeueritatem.* n.1.p.220.

II. Apparet Elias è paradiſo adductus, vt videat ſibi ob pelliceam zonam pœnitentiæ niuea veſtimenta præparari. *Immo quàm Deo placeant atra pœnitudinis indumenta.* n.9.p.221.

III. Diſſerit cum Domino de Paſſione Elias coram Diſcipulis, non vt ipſe Elias promptior redderetur ad patiendum, quem promptiſſimum aſpiciebat Ieſus, ſed vt Apoſtolos alliceret ad patientiam. *Negotia enim circa crucem ac labores faciliora redduntur ex collocutione, aut communicatione.* n.16.p.221.

IV. Elias auguſtiſſimo à Ieſu honore afficitur, dum in gloria oſtentatur, vt eum faciat difficili dilatione apud paradiſum patienter perſiſtere. *Certè honores valdè conferunt, ad firmandos homines in difficili virtutis ſtatu.* n.19 p.222.

V. Apoſtolis ſignum de cœlo datur ad Deitatis fidem Elia apparente. *Supra homines enim oſtentatur Propheta, qui à gloria, ſeu propria voluptate ſcit pro ſalute proximorum abſtinere.* n.23.p.223.

VI. Elias quaſi præcipuus in hac glorioſa apparitione oſtenditur, vt aſperitas vitæ Prophetæ ſpeciali honore afficiatur. *Qui enim aſperitati vitæ ſtudent ſpecialiſſimo præmio, ſeu laude, ſeu honore, ſeu gloria, à Domino donantur.* n.30.p,224.

VII. Eliam Dominus gloriæ mundialis contemptorem adducit Transfigurationis die, vt moneat diſcipulos, gloriam præſentem citò tranſire: nec debere Petrum operam date tabernaculi perſiſtentis molitioni. *Sic prudens mundi delicias aſpectat, ſic cuncta aſpicit temporaria.* n.36.p.225.

PARS POSTERIOR.

Thereſia.

3. ## PANEGYRICVS III.

Ex quinque Virginibus prudentibus.

Lib. 9. ſect. 3. num. 1. p. 227.

Observatio I. Thereſia decem, ſiue omnium virtutum fulgore coruſcat, omnimoda nitet puritate: *Aſſero, perfectam Chriſti ſponſam omnium virtutum concordi varietate niteſcere debere.* n.1.p.227.

II. Thereſia Virgo fulgenti contemplationis lampade accenſa, è Carmeli vertice ad cœli cacumina tartarei hoſtis fugatura tenebras, euolauit. *Oſtendo iuſti preces efficaciſſimas ad inuiſibilium hoſtium comminutionem.* n.6.p.228.

III. Pulcherrimis mortificationis greſſibus Thereſia diſcalceata ad dilectiſſimum properauit ſponſum, *Aſſero, mortificationem animum infirmum robore maſculo donare, firmiùſque Deo vt adhæreſcat efficere.* n.11.p.229.

IV. Thereſia obuiam procedit non ſolùm Sponſo, ſed Sponſæ, quia maſculæ fortitudinis, Ordinis reformatæ quaſi Sponſus oſtenditur. *Aſſero Deum fragili fœminarum in ſexu illuſtrius triumphum agere.* n.17.p.230.

V. Thereſia vt Virgo, Chriſti procedit ad nuptias; vt Mater, adſtat ſponſo; quia Mater & Virgo mira virginitate, ac fœcũditate floruit. *Virginitatis fœcunditatem ſpiritualem commendo.* n.26. p.232.

VI. Thereſia lampadum, ſeu virtutum fulgore redditur ſponſo Deo agnata: vnde de Iesvs appellatur, quaſi ſimilis Deo ſponſo. *Aſſero, omnium virtutum colligatione animum reddi ſimilem conditori.* n.33.p.233.

PANEGYRICVS IV. 4.

Ex quinque fatuis Virginibus.

Lib. 9. ſect. 4. num. 1. pag. 234.

Observatio I. Non ſolùm fatuas Virgines, ſed & prudentes Thereſia vinxit, quæ nunquam circa ſponſi dilectionem dormitauit. *Illa dilectio præſtantiſſima eſt, quæ non nouit intermiſſionem.* n.1.p.234.

II. Thereſia non viris ſubdita eſt Virgo fatua, ſed prudentiſſima viris præpoſita obiicitur. *Immo, maritos dignè ſubmitti vxori, ſi virili prudentia ac fortitudine maſcula prædita eſſe videatur* n.6.p.235.

III. Thereſia non fatua virgo ad obſiſtendum tentationibus inermis & fragilis: ſed Virgo prudens, ex aſperitate vitæ, robuſtiſſima. *Aſſero mortificationem ſeu vitæ aſperitatem neceſſariam eſſe ad tentamina viriliter ſuperanda* n.15.p.236.

IV. Fatuæ Virgines ſe vacuas oleo videntes, curant alias vacuas reddere: prudentes autem ſe plenas comperientes ſtudent ſocias plenitudine donari. Thereſia ſui ſpiritus ſimiles conatur reddere & fœminas, & viros. *Proprium enim eſt animi ſpecialiſſimè à Domino dilecti ad tantam fœlicitatem cunctos excitare.* n. 20.p.237.

V. Stultæ Virgines è clauſtri oſtio egreſſæ, miſerè depereunt: Thereſia tantæ virtutis eſt, vt etiam extra clauſtra progrediens recluſas perfectionis ſpiritu ſuperet Moniales. *Nam qui ſpiritu Dei aguntur, cum improbis mundialibus impunè commorantur.* n.25.p.238.

FRVCTVS DECIMVS. Fructus Decimus.

Franciſcus de Paula.

PANEGYRICVS I. 1.

Ex puſillo grege.

Lib. 10. ſect. 1. num. 1. p. 241.

Observatio I. Franciſcus ſe puſillum, ſeu minimũ profitendo, oſtendit,

dit, quanta magnitudine apud Deum donatus ſit. *Ex humilitatis enim menſura Diuorum merita, & excellentia deputantur.* n.8.p.241.

II. Humilis Franciſcus Minimorum cognomen Ordini præſcribens, eum fecit diuina fœcunditate dilatari. *Patris enim cœleſtis fœcuditatis eſt æmulator, qui ſe verè humiliare diſcit.* n.14.p.242.

III. Et Franciſci, & filiorum gloria fulgurat merita rutilant in cognomine puſillitatis. *Humilitas enim anguſta planè aduerſus diaboli iniquitatem pugnat, imperat naturæ.* n.18.p.243.

IV. Franciſcus cunctis placet Hiſpanis, à Gallis plurimi ducitur, à cunctis nationibus celebratur Ordo Minimorum, nempè in euidens ſignum quòd Parens, & Filij Patri cœleſti admodum placuerint. *Qui omnibus hominibus acceptus eſt, indicamentum præbet, quòd Trinitati beatiſſimæ placeat; merita enim adſtruunt communem acceptationem.* n.23.p.244.

2. PANEGYRICVS II.

Ex Theſauro cœleſti.

Lib. 10. ſect. 2. num. 10. p. 246.

OBSERVATIO I. FRanciſcus egregiarum virtutum, (quarum haud facile præconium) in ſuperis theſaurum conſtituit. *Vbi commendo perſeuerantiam diuturnam circa virtutum exercitamenta.* n.10.p.246.

II. Mira abſtinentia Franciſcum omninò remouit à carne, hominem in ſpiritum immutauit. *Aſſero, ex abſtinentia quadrageſimali hominem quodammodo in Angelum, in numen conuerti.* n.16.p.247.

III. Franciſcus ex ineffabili puritate non carne quidem, ſed ſolo ſpiritu compactus eſſe apparuit. *Exprimo virginitatis velocitatem, ad ſcandendum cœlum, vt ſocius fiat Angelorum puritatis eorum cultor: innuoque ad contemplationis eleuationem conferre caſtitatem.* n.21.p.248.

Fructus vndecimus. FRVCTVS VNDECIMVS.

Petrus de Alcantara.

1. PANEGYRICVS I.

Ex præcincto fulgore.

Lib. 11. ſect. 1. num. 1 pag. 251.

OBSERVATIO I. EX perpetuæ mortificationis cingulo Petri de Alcantara caſtitas mira, ineffabilis puritatis candor illuſtratur. *Moneo ad puritatem caſtitatis neceſſariam eſſe corporis aſſiduam mortificationem.* n.1.p.251.

II. Petrus Alcantara mortis continua memoria ineffabilem erga Deum dilectionem præcinxit. *Innuens ex mortis reſpectu ſacram acui animi dilectionem.* n,6. p.252.

III. Petrus Alcantara expetebat pro Chriſto trucidari, quod quidem faciliùs præſtabat ex mortificationis conſtrictione. *Nam ad mortem intrepidè ſubeundam, exercitamenta mortificationis conferunt.* n.12.p.252.

IV. Petrus mortificationis continuæ vita ita linguam alligat, vt vix extra chorum quis poſſet aſſerere eum mutum non exiſtere. *Aſſero, mortificationis ſtudioſos labra frenare, ne verba inaniter proferantur.* n.17.p.253.

V. Petrus orationem efficaciſſimam reddidit ex mortificationis conſtrictione. *Precibus enim opera pœnalia efficaciam adiiciunt.* n.23.p.254.

PARS ALTERA.

Ioannes de Dios.

PANGYRICVS II. 2.

Ex laborum cingulo.

Lib. 11. ſect. 2. num. 1. pag. 256.

OBSERVATIO I. IOannes de Dios continuis laboribus præcinctus, cuncta incommoda ſuperauit, fulgentiſſimum ſe cunctis exponens. *Homo enim illuſtris redditur, inſuperabilis efficitur ex laborum tolerantia.* n.1.p.256.

II. Improperia dementiæ ſimulatæ tam contraria honoris fulgori Ioannem de Dios ad honoris, æſtimationiſque verticem adduxere. *Improperiis enim pro Chriſto toleratis agnata eſt æſtimationis, & honoris gloria.* n.5. p.257.

III. Ioannes de Dios ex affectuoſiſſima in pauperes miſericordia Chriſtum non ſolùm hic expectauit, ſed hoſpitio excepit; non ſolùm vt reliqui, agnouit, ſed vidit. *Aſſero pauperum ſubleuatoribus ex officio datum, tanta fide niti ere: vt non ſolùm agnoſcant in paupere Dominum, ſed & aſpicere videantur.* n.11.p.258.

FRVCTVS DVODECIMVS. Fructus duodecimus.

Ieſuitæ.

PANEGYRCVS I. 1.

Ex Cingulo.

Lib. 12. ſect. 1. num. 1. pag. 263.

OBSERVAT. I. IGnatio arctiſſima lumborum conſtrictio, ſiue mortificatio aſſidua indicitur, ac ſimul Lucernarum fulgor, ſeu virtutum exercitamentum illuſtrium imperatur, *Quia virtutum exercitatio continua mortificationis ſolatium eſt.* n.14.p.263.

II. Ignatius perfectus obediens ſemper indifferens, ad vtrūlibet erat paratus, ſcilicet vel ad contemplationis eleuationē, vel ad actionem, ſeu proximorū miniſteria. *Nam perfectus obediēs nunquam præcipitat ſententiam, ſed ad vtrumlibet iuxta numinis determinationē paratus, & indifferēs eſt.* n.20.p.264.

III. Ignatius ferreus planè ad ſuſtinenda mala fuit, vt quaſi in ære virtutes firmiùs ſculperentur. *Viros ferreæ conſtantiæ ad virtutis facinora laudibus efferendos expono,.* n.26. p.265.

IV Pugnat Ignatius doctrinæ lumine præcinctus, nihil ſcribens, quod proximorum non cedat in vtilitatem. *Illam enim veracem ſapientiam ſolummodò reputo, quæ vtiliter aliis communicatur.* n.31.p.266.

V. Ignatius ex laborum ſuſtinentia, ex perſecutionum tolerantia, vel in hoc ſæculo beatus quodammodo obiicitur. *Ipſum enim pro Ieſu pati, iam frui eſt beatitudine.* n.35.p.267.

VI. Ignatius præcinctus fortitudine ac robore obiicitur, vt ſolidum ſit Societatis fundamentum, Eccleſiæ fabricam æmulantis. *Aſſero Eccleſiam Euangelicorum miniſtrorum labore protegi, ac fulciri* n.40.p.268.

VII. Præcinctum Ignatium perſecutionum coarctatio

coarctatio fulgentiſſimum toti orbi expoſuit. *Perſecutionum enim impugnatio iuſtos reddit clariores.* n.46.p.270.

VIII. Præcinctus Ignatius ad currendum, adeò velociter curſum inſtituit, vt nec ad valedicendum propinquis, ac cognatis demoraretur. *Edocens domeſticos, ac conſanguineos, ſpiritualis viri inimicos eſſe.* n.52.p.271.

IX. Ignatius præcingitur ad innumera patranda miracula, quia accinctus eſt ad miniſteria cuncta gratis præſtanda. *Nam qui manus à muneribus excutit, eas exerit ad miracula.* n.58.p.272.

X. Ignatius accingitur ad Eccleſiæ propugnationem cùm è tartaro impugnator Lutherus aſſurgit. *Innuo, viros egregios poſſe Ieſu fortitudinem æmulari.* n.64.p.273.

XI. Diuina prouidentia Ignatius apud ſeculum militem geſſit, vt ediſceret, quonam modo ſpirituali addictus militiæ pulchra exhiberet ſpiritualis roboris documenta. *Aſſero militiam ſecularem eſſe pietatis inſtructionem* n.69.p.274.

XII. Ignatius amictum, ſeu pileum clericalem non mediocriter illuſtrauit, effectus quidem egregius Petri Clericorum Antiſtitis æmulator. *Ignatij mei igneum nomen illuſtro. Nomen ſapiat eſſentiam.* n.73.p.275.

XIII. Ignatius dum viuit, præcingitur ex perſecutionum tolerantia; ſed poſt mortem miris ſplendoribus exornatur. *Aſſero vitam perſecutionibus plenam honorificentiſſimam mortem ſequi.* n. 81.p.276.

XIV. Cùm primùm Ignatius ſe præcingit ad bellum nouus miles iam ſe alterum Ieſum ad Inferni debellationem oſtentat. *Feruens etenim inſtitutio, & inchoatio virtutis quaſi victoria perfectio eſt.* n.88.p.277.

XV. Ignatius ſemper eſt præcinctus ad itinera ex præſcriptione Domini perficienda, ad animarum ſalutem. *Illuſtriſſima planè perfectionis eſt, loco non alligari, ſed per varias mundi plagas diſcurrere ex obedientia.* n.94.p.278.

XVI. Ignatius conſtrictus in carceribus, ediſcit à profligatis peccatoribus, ac meretriculis, quas ad Deum curabat adducere auguſtioris virtutis perfectionem. *Aſſero te ex obedientia cum flagitioſis agentem minimè afficiendum corruptione: ſed omnimoda ſecuritate donandum.* n.99.p.279.

2. PANEGYRICVS II.

Ex lucernis.

Lib.12.ſect.2.num.12.pag.281.

OBSERVATIO I. ARdentes hæ lucernæ affectus ſunt Ignatij, qui totum igneum ſe eſſe zelo ineffabili manifeſtat. *Spiritui interim ingero documenta.* n.12.p.281.

II. Irrigat Ignatius vehementiſſimam charitatis ſuæ flammam aqua paludis frigida, ſeu potius in ſe adoleſcentis impudici infrenat incendium. *Edocens patres familias, ac Præſules, in ſe vindicare filiorum, ac ſubditorum crimina.* n.40.p.286.

III. Ignatij ignis frigidam pergit ad lacunam, vt proximi luxuriem in loco natiuitatis eius poſſit debellare glorioſiùs. *Potentiſſimi militis documentum vitia, propria in regione id eſt, in delinquendi illectamento vincere.* n.44.p.287.

IV. Ignatius Lucernarum loco ſeptem Planetarum Luminaria manu oſtentat: vt omnium Religionum ſplendore effulgeat minimum luminare, ſiue Luna Societas. *Humilitatis innuo exaltationem.* n.51.p.288.

V. Ignatius quaſi in Angelum mutatur ex pœnitentiæ lacrymis, miriſque cœleſtibus illuſtrationibus decoratur. *Lacryma enim hominem Angelis contubernalem efficiunt.* n.61.p.291.

VI. Ignatius, quia caſtitate egregius fuit, ſpiritu Prophetico donatur: imò quia innocentiæ quodammodo induebatur ſtola. *Adnatum aſſero puritati, ſeu innocētiæ, ſpiritum prophetiæ.* n.67.p.292.

VII. Ad ſtatum quodammodo innocentiæ recurrit Ignatius, dum operum Lucernas per ſingula momenta expungit particulari quidem examine. *Nam examen conſcientiæ particulare homines ad innocentiæ ſtatum quodāmodo reducit.* n.73.p.293.

VIII. Ex Lucernarum, ſeu vitarum Chriſti, & Diuorum fulgore Ignatius à ſæculi vanitate ſurgit, vt ad perfectiſſimæ vitæ gradum ſupremū aſcendat. *Etenim Sanctorum exempla lecta fortiter ad imitationem adducunt, vel ſæculari addictos vanitati.* n. 81. p. 294.

IX. Mirabilis Ignatij humilitatis (lucernæ planè rutilantiſſimæ) fulgorem obiicio, ponderans nomen illud, quod Societati dedit, nempe, *Minima Societas. Egregiæ humilitatis aſſero in ſublimibus demiſſionem.* n. 87.p.295.

X. Operatrices admodum Ignatij manus diuino liberalitatis fulgore nitent, dum gratis cuncta peragunt miniſteria. *Equidem liberalitatis, ac munificentiæ fulgor homines efficit diuinos oſtentari.* n.95.p.296.

XI. Licèt Ignatius omnium virtutum fulgore coruſcaret, ſe tamen in via ſpiritus æſtimabat infantem, & quaſi primum greſſum peragentem. *Ineffabilis humilitatis documentum eſt, non ſolùm ſe cunctis poſtponere: ſed & exiſtimare cunctos ſibi eſſe ſuperiores virtute.* n.104.p.298.

XII. Ignatius gratitudinis fulgore ſic cuncta ſua opera decorauit, vt auguſtiora oſtentarentur. *Etenim gratitudo opus effert, & pulchrius obiicit.* n. 109.p.299.

XIII. Lucerna Ignatii in diuinæ prouidentiæ manibus collocata erat, vt à flatibus perſecutionum protegeretur. *Etenim Deus ſpeciali protegit prouidentia eos, qui ſpeciale ſeruiendi Numini ſtudium impendunt.* n.113.p.300.

XIV. Quia Ignatius igne ardet Spiritus ſancti impunè inter homunciones, ac mulierculas igne prophano accenſas diuerſatur. *Porrò qui igne ſacri amoris non ſuccenditur periculosè cum peccatoribus agit.* n.117.p.300.

XV. Ignatius in ſpirituali infantia fulgoris auguſtiſſima incrementa oſtendit. *Aſſeritur, affectus intenſione poſſe quem breui tempore ad perfectionis cumulum auolare.* n.122.p.301.

XVI. Ignatius curauit ſic proximos luce donari, vt exiſtimaret ſe & proximos eandem eſſe eſſentiam; vnde non primum ſibi, & deinde proximis, ſed primò & ſibi & proximis vacare nititur. *Aſſero te & proximos tuos vnam quodammodo eſſentiam eſſe.* n.129.p.303.

XVII. Ignatius non ſolùm primò ſe & proximum illuminare curat, ſed expetit aliquando proximi ſaluti curam impendere, vel proprio periculo. *Supremus erga proximos dilectionis gradus, vel proprio periculo eorum ſalutem procurare.* n.134. p. 303.

PANE

3 PANEGYRICVS III.

Ex vigilia.

Lib.12.ſect.1.num.3.pag.307.

OBSERVATIO I. IGnatius ſimilis hominibus in veſtitu, glorioſiùs de hoſtibus triumphum egit. *Aſſero mirabilius, communi viuendi ratione ſanctitate fulgere, quàm ſi animus ad peculiarem viuendi rationem eleuetur.* n.307.p.21.

II. Ignatius cùm ex virtutum fulgore Diuus eſſet ſe hominem abiectiſſimum reputans labores maximos ſuperauit. *Humilitas enim potentiſſimum eſt aduerſus perſecutiones præſidium.* n.26.p.309

III. Ignatius cupit diſſolui, & eſſe cum Chriſto, ac ſimul expetit diu in ſæculo ad proximorum vtilitatem permanere. *Charitas enim complicatione affectus aſſolet ſuccendi; expetit mori Diuus, vt quieſcat, cupit viuere, vt aliis proficiat.* n.32.p.310.

IV. Ignatius non ſe gerit vt Dux Societatis, ſed vt homo miles expectans Ducis imperia. At Ieſum nominans Ducem Societati, proprium nomen celebrius effecit. *Humilitas enim eo eleuatior oſtenditur, quo abiectior curat apparere.* n.37.p.310.

V. Ignatius tam perfectè expectauit, vt vel in hoc ſeculo ſpes eius muneraretur multipliciter. *Incrementa etenim auguſta virtuti ſpei adſcribuntur.* n.43.p.311.

VI. Fragantia, Ignatii ſepulchrum nobilitauit in auguſtiſſimum eius virtutum documentum. *Aſſero ad æternam memoriam Diuos virtutum erigere trophæa in tumulis, non ſtemmata vanitatis.* n.48.p.313

VII. Ignatius matutini præcurſor, ſocios ſuos ad orationem excitat, vnde Societas Ieſu, tot ac tam illuſtres perficit victorias. *Equidem præmiſſa oratione matutina, die tota illuſtriſſimas Euangelici milites comparant victorias.* n.53.p.313.

VIII. Ignatium vigiliæ ſapientiſſimum fecerunt; & Societatis viri & vigiliis fiunt tanta præditi ſapientia, vt Angelos referre videantur. *Sapientia equidem omninò eſt inſomnis.* n.58.p.314.

IX. Præcingit, ſeu præparat ſe Deus ad retributionem. Nam dum Ignatius perſecutiones patitur, Deus ſibi vindictam & retributionem aſſumit. *Te enim perſecutionibus acto, ac tacente, Deus exſurgit ad hoſtium comminutionem.* n.67.p.315.

X. Ieſus ſocium ſuum Ignatium ſic adiuuit ad opera difficillima, vt ex ipſis laborem ſibi caperet, vt Ignatius ſine moleſtia actionem exerceret. *Ad actiones difficiles homo infirmus alterius indiget adiutorio: Quid non Dei auxilio ad virtutem egeamus.* n.73.p.316.

XI. Ignatio tam iucundi labores, ac perſecutiones, vt in ſuperis manens, quodammodo patiatur, vt ex laborum moleſtia gloria ei plenam pariat voluptatem. *Expendo gloriam laborum, perſecutionum beatitudinem.* n.77.p.317.

XII. Ignatius tertia in vigilia Dominum excepit, ſed ita redemit tempus, vt primæ, & ſecundæ profectus ſuperarit. *Aſſero nullum tempus ineptum peccatori; qui poteſt quidem paruo temporis interſtitio diuturni præteriti redimere defectus.* n.84.p.318.

XIII. Ignatio Ieſuitæ, ſiue in nomine Ieſu operanti dies fuere triplicati, & ſupra modum amplius. *Nomen enim Ieſu, ſine Accelera, & Feſtina, efficit ſuos velociſſimè operari.* n.89.p.319.

XIV. Ignatius à ſecunda vigilia incepit ſpiritus viam percurrere: nunquam fuit inter ſpiritu pueros adnumerandus. *Innuo iuſtorum ſerò ad virtutis viam accedentium conatum ad operum intenſionem.* n.93.p.320.

XV. Semper Ignatius paratus ad obediendum; præcinctuſque inuentus eſt. *Aſſero obedientiam; deuictis hoſtibus ſemper triumphum agere, cunctationem in obediendo infeliciter repugnare.* n.97.p.321.

XVI. Poſt ineffabilem vigilantiam, poſt ſummam ſanctitatem Ignatius, ex auguſtiſſimæ humilitatis affectu, ſe inutilem ſeruum reputabat. *Illa enim humilitas vera, quæ ſanctitatis fulgorem in ſe reputat eſſe tenebras.* n.105.p.322.

XVII. Diabolus, qui curat diligentiſſimè Sanctos allicere ad iniquitatem, cui dulcis cibus iuſtorum excidentia: Ignatium ita odio proſequitur, vt quodammodò eum non appetat ſibi, nec requirat. *Innuo Dæmonis ſollicitudinem ad iuſtiores homines peruertendos.* n.111.p.323.

XVIII. Ignatius magnus Paterfamilias multiplicis fortitudinis filiorum, quorum ſinguli pro plurimis valent. *Illos commendo Euangelij miniſtros, qui adeò vires ad operandum colligunt, vt vnuſquiſque pro multis eſſe videatur.* n.115.p.324.

PARS II.

Franciſcus Xauier.

PANEGYRICVS IV. 4

Ex lumbis præcinctis.

Lib.12 ſect.4.num.1.pag.327.

OBSERVATIO I. XAuier eſt fortiſſimus Gad, qui præliatur accinctus, feliciſſimus Eccleſiæ partus, illuſtriſſimorũ excitator. *Vbi varia ingero moribus documenta.* n.1.p.327.

II. Xauier continuæ mortificationis cingulo illigatur, vt tot poſſet velociſſimè perficere profectiones, tot tranare maria, ad tot peregrina Regna auolare. *Etenim mortificationis laqueus homines efficit expeditiores.* n.29.p.332.

III. Accinctus eſt Xauier, ſeu expeditus ad cuncta Euangelij miniſteria, & officia obeunda in cunctis tantam dexteritatem oſtentans, ac ſi vni ſolummodò eſſet addictus. *Rarus planè, qui ad plura diuerſa munia aptus exponitur.* n.37.p.333

IV. Xauierio tam dulcis labor circa proximorum acquiſitionem, vt à contemplationis dulciſſimo ſomno enixè poſtulet excitari, vt proximis ſaluandis curam poſſit expedire.

dire. *Ediſcant Euangelii Miniſtri, meditationis requiem dimittere, vt proximos acquirant Saluatori.* n. 43.p.334.

V. Xauier veſtibus vilibus indutus, imò nudus, à Regibus, ac Principibus ſeculi ampliùs honoratur. *Paupertas enim cunctis eſt venerabilis, quia hominis occultum fulgorem manifeſtat.* n.50.p.335.

VI. Præcingitur Xauier, vt Eccleſiæ innumerabiles generet filios. *Nec enim Chriſticola perfectè implet appellationem qui laborat ſterilitate, nec ſaltem vno ſpirituali nato nobilitatur.* n. 56.p.336.

VII. Xauier regio ex ſanguine (quod præcinctio innuebat) in manibus Planetas geſtat, vt omnibus vtiles impendat affectus. *Regalis nempe virtus munificentia, ac miſericordia eſt.* n.65.p.337.

VIII. Licet Xauierij illuſtriſſima facinora prætermittas, ſola actio illa relinquendi Romam, & Hiſpaniam, vt ad incognita pergeret: oſtendit mihi mirabilem Diui perfectionem. *Innuitur Religioſorum perfectio ex loco in locum profectionibus ex obedientia.* n. 72.p.338.

IX. Pondero egregium Xauierij animum iuxta Palatium Xauier tranſeuntis, nec volentis accedere, vt Matri viuenti vltimum vale diceret. *Monentur Euangelij miniſtri carnis, & ſanguinis, (difficile quidem) affectus amputare.* n. 77.p.339.

X. Mittitur Xauier determinatè ad innumeros labores ſubeundos, & tamen libentiſſimè ſe accingit itineri. *Probatur Diui perfectio ex laborum ſuſtinentia. Apprehenſio laborum aliquando horribilius torquet quam ipſa malorum exequutio.* n.83.p.340.

5. PANEGYRICVS V.

Ex ardentibus Lucernis.

Lib.12.ſect.5.n.1.p.342.

OBSERVATIO I. XAuier omnium egregiarum virtutum fulgore nitet, omnium diuorum colligans quodammodò perfectiones. *Moribus ſuggero viri Apoſtolici proprietates.* n.1.p.342.

II. Chriſtus, qui aſſolet eſſe hic pars in ſingulis diuis, non omnia in omnibus: in vno Xauierio omnia fuiſſe videtur. *Vnde varia elicio ad compoſitionem morum documenta.* n. 32. p.347.

III. Xauier Orientis ſol manibus radios ardentiſſimos geſtat, quia non tam ore, quàm operibus prædicauit. *Efficaciorem oſtendo operum, quàm verborum prædicationem.* n. 50. p. 351.

IV. Xauerio caſtitas, aut virginitas quaſi agnata fuit. Quaſi Angelus enim extitit puritate. *Vbi immortalitatem virginitatis illuſtro.* n. 58. p. 352.

V. Xauier ſanctitatis Collegium quaſi Manna fuit omnium perfectionum, & ſtatuum Eccleſiæ dulcedinem referens pluribus nominibus apellandus. *Innuo, perfectum Euangelij miniſtrum cunctos gerere perſonnatus ad Dei gloriam.* n.65.p.353.

VI. Dum Xauier vnicæ linguæ idiomate vteretur, cunctis diuerſæ linguæ hominibus intelligebatur; quia Dei erat vox. *Innuo, eam Concionatorum vocem Dei eſſe oſtendi, quæ auditorum corda emollit.* n.72.p.354.

PANEGYRICVS VI. 6.

Ex ſeruorum vigiliæ laude.

Lib.12.ſect.6.num.1.pag.356.

OBSERVATIO I. CVrrit Xauier confeſtim aperturus ſponſo, id eſt, ſollicitè Dei negotiis impendit obſequium: ac ſimul orationis, & meditationi ſe totum norit conſecrare. *Moneo Euangelij miniſtros poſſe externis miniſteriis vacare, ſine receſſu à contemplatione.* n.1.p.356.

II. Xauier ſimilis expectanti, (quod moleſtiſſimum,) à Domino enixè poſtulat, vt imminuantur conſolationis gaudia, & creſcat laborum anguſtia. *Quia ſciebat, plus cum Numine illigari, qui plus laboribus exercetur.* n.7. p. 357.

III. Nuptiale gaudium indicitur Xaueirio conſtricto laboribus. Tunc enim exultat, cùm tribulatur; tunc autem verè patitur, cùm laborum aſpicit terminationem. *Iuſti perfecti in laboribus gloriantur, vulnerantur in requie.* n. 13. p.358.

IV. Obiit Xauier ante Sinarum conuerſionem, ſed poſt annum meſſis copioſa diuo ſeminatori aſſurgit. *Id enim tibi opus tribuendum, quod tua doctrina, ac laboribus coaleſcit. O quàm fructuoſa Sanctorum mors.* n.19.p.359.

V. Dum Xauier apud Indos præcinctus laborum cruciatibus oſtenditur, Chriſtus etiam præcinctus ex compaſſione in Hiſpania exponitur. *Veri enim amici ita attemperari debent, vt vulnerato vno, alter vulnere ſe dedat affectum.* n. 23. p.360.

VI. Paterfamilias Deus ſe præcingit, quia non vni filio totam bonorum vbertatem tribuit: potiùs ex cunctis filiis detrahit cibos, animarum ſcilicet conuerſionem, vt famelcenti nimium Xauerio reſeruet. *Commendatur Euangelij miniſtrorum fames circa peccatorum conuerſionem.* n.27.p.361.

VII. Xauierio prædicante, Deus eius ſermonem confirmat, miniſtrans tot miraculorum effectionem: vt videatur Deus quaſi debitor Xauierio reddi ex miraculo vno, ad aliud illuſtrius excitandum. *Hinc erga egros Diuos diuinæ munificentiæ largitas penſanda. Ita enim vbertim dat vni, vt videatur ſe ex vno beneficio debitorem reddere ad alіud maius conferendum.* n.31.p.362.

VIII. Xauier ſe Domino omnino conformauit in fortitudine ac efficacia ſermonis, & in manſuetudine, ac pietate erga peccatores. *Euangelici miniſtri ſpiritus non virgæ, ſed pietatis.* n.35.p.363.

IX. Deus velut Xauierij voluntati ſeruit, eúmque quaſi Deum ad Gentiles immittit, vt quodammodò Deum habeant eorum voluntati ſeruientem. *Deus ſeſe humanæ voluntati accommodat. Debet igitur homo Dei ſubiacere voluntati.* n.42.p.364.

X. Xauier

X. Xauier non in ſecunda vigilia vt ſanctiores, nec in tertia vt ſancti; ſed in prima vti ſanctiſſimi inuentus à Chriſto, tanta oppletur beatitudine, vt ſufferre minimè poſſe videatur. *Innuo cœleſtes conſolationes laborum ponderi reſpondere.* n.48.p.365.

6. XI. Xauier verus Pater oſtenditur, qui nihil operatur, quod ad filiorum ſalutem ſpiritualem non directum ſit. *Euangelij miniſtri vel temporaria commoda, quæ filiis ſpiritualibus impendunt, ad animi dirigunt vtilitatem.* n. 53. p.366.

XII. Raptus Xauier ad ſuperos immaturè, ac repentè, ne ex impigro eius labore ſedes ſupernæ ex Sinis & Iaponienſibus occuparentur: nec daretur locus aliis, ex vniuerſis nationibus, prædeſtinatis. Addo præparatum iam eſſe ad deſponſationem, ex virtutibus, & fructibus. *Præparati rapiuntur ad ſuperos. Iuſti perfecti cupiunt diſſolui, ſed ob proximos malunt in valle manere lacrymarum.* n.58.p.367.

PARS TERTIA.

Borgia.

7. ## PANEGYRICVS VII.

Ex conſtrictione.

Lib.12.ſect.7.n.1.pag.370.

Observatio I. Borgia immoderatæ virtutis cùm fuerit, poteſt affirmari moderatæ fuiſſe ſanctitatis, quia quod in aliis nimietatem olet virtutis, in eleuatiſſimo Borgiæ ſpiritu mederationem induebat. *Immoderata, ſeu affectata virtuti, quæ caſui eſt obnoxia, monita praſcribuntur.* n. 1. p. 370.

II. Borgia adeò ſe mortificationis exercitamentis præcinxit, vt ex natura detrahens, paulatim ad innocentiæ ſtatum velut remearit. *Exercitia enim pœnitentiæ, id eſt ieiunium, verbera, vigiliæ, &c. carnem macerando, & imminuendo, hominem ad ſtatum ſpiritus adducunt.* n. 8.p.371.

III. Priuſquàm Ieſus Borgiæ in Societate appareret ſponſus nuptias celebraturus: in ſeculo vir ſe ſe ad eius præparauit aduentum. *Laboribus præparamur ad labores. Nemo ſupremis poteſt moleſtiis exerceri, niſi inferioribus ſe curet aſſuefacere.* n.13.p.372.

IV. Præcinctus in adoleſcentia Franciſcus, Deo quoddam ætati illi repugnans litauit obſequium: & innumera illo ex die à Domino beneficia accepit. *Nam munificentiſſimus Deus, ad muncrandum obſequium, quod ex victoria (ob repugnantium naturæ) habet exortum.* n. 19. p. 373.

V. Ieſus ipſe faſciis Borgiam præcinxit, addixit vberibus, & in Societatis Paradiſo nutritum collocauit. *Diuina erga nonnullos Diuos ſpecialiſſima dilectio adnotatur, quos accipit Deus ipſe quaſi nutritius lactandos, cuſtodiendos.* n. 24. p. 374.

VI. Borgia præcinctum ſe ſe Regulari mortificatione oſtentat in ſeculo, in aula; priùs quàm in Dei domo expectet venturum ſponſum, vti ei confeſtim aperiat. *Mirum probum inter improbos commorari. Commendabilis admodum, qui Religioſum agit in ſeculo.* n. 28. p. 375.

PANEGYRICVS VIII. 8.

Ex fulgore.

Lib.12.ſect.8.num.1.pag.377.

Observatio I. Cvm Borgia lucernam accendit, vt procedat obuiam ſponſo, antequam ingrediatur ad Religionis nuptias, ad oſtiū Palatii Regis cœleſtis ſtans, plus à Domino beneficiis afficitur, quàm magni alij Diui intra Regium cubile reſidentes. *Aſſero, Diuos quos initio Dominus magnis cumulat donis, ad auguſtiſſimum perfectionis gradum plerumque deduci.* n.1.p.377.

II. Domino Franciſcus plura terrena bona litans, innumera ineffabiliter ſpiritualia, ac cœleſtia recepit. *Mirum in modum vel hic ſuperat præmium virtutum obſequia.* n.5.p.378.

III. Borgia funebrium lucernarū obiectione, ſiue memoria mortuæ Imperatricis armatus, hoſtes horribiles animi ſuperauit. *Et quidem ex mortis memoria hominis ad ſuperandos hoſtes mirum in modum roborantur.* n.10.p 378.

IV. Princeps Borgia conteritur, vt mundum relinquat, ex Imperatricis mortuæ conſpectu: agnoſcens ex Auguſtæ obitu, Principes communi conſtantes fragilitate. *Aſſero, mortem Principum efficaciſſimam eſſe, ad lapidea corda emolliendum* n.17.p.380.

V. Borgia viuens, & valens, ſibi funereas faces accendit, vt cuncta relinquens, priuſquàm ab illis relinquatur, ſe perfectiſſimum vel in ſeculo oſtendat. *Poteſt quis ſeculari in tumultu vitam gerere Religioſam, in tepidorum Regularium confuſionem.* n. 23. ibid.

VI. Pro Franciſco de Borgia gerit Deus ſollicitudinem, vt alliciat ad Religionem, vbi ſolummodò à peccatoribus aſpectatus prædicat efficaciter, proximos adducit ad virtutem. *Eccleſia indiget operariis Euangelicis, qui plus operibus, quàm vocibus prædicare valeant.* n. 29.p.381.

VII. Ardebat Borgia vel in ſeculo exiſtens charitate in pauperes, qua præparatur ad Societatis ingreſſionem. *Innuo opera charitatis erga inopes conducere ad felicem accipiendi ſtatus euentum.* n.35.p. 383.

VIII. Adeò fulgent, & ardent Borgiæ virtutes, vt non ſit iam hominibus ſimilis: ſed vni Deo homini Ieſu poſſit aſſimilari. *Virtutes enim efficiunt homines Deo aſſimulari.* n. 39. ibid.

IX. Borgia Dux, ſanguinis nobilitate, virtutum fulgori incrementa adiecit. *Virtus enim in nobilibus ampliùs eluceſcit: & commendabilior obiicitur.* n. 45.p.384.

X. Borgiæ Dominus ſe ſe non ſolùm in creaturis viſibilibus, & inuiſibilibus manifeſtauit, ſed in ſe ipſo; vnde innuitur Diui pluſquam Maieſtas Regia. *Aſſero veram magnitudinem maiorem, aut minorem, ex maiori, aut mino-*

ri ſanctitudine ponderari n. 53. p.386.

XI. Borgia Dei gerit imaginem, dum curat omnium virtutes fulgurare; & cunctis exponi, vt laudentur, ad Dei vtique gloriam. *Dominum etenim æmulatur, qui ſtudet de omnibus benè profari cunctos laudibus efferre.* n. 59. p.387.

9. PANEGYRICVS IX.

Ex præmio.

*Lib.12.ſect.9.p.n.1.p.*388..

Observatio I. Borgia & Dux, & Societatis Præpoſitus Generalis homo fuit circa gubernationem, humanitate ſcilicet ſubditos continens. Imò ſupra humanitatem eleuatus aſpicitur. *Qui enim ſubditorum commoda ſpiritualia curat, ſupra homines eſt, Numen quaſi conuertitur in caleſte.* n.1.p.388.

II. Borgia Dominum quæſiuit, qui mori non poſſet, cùm vidiſſet Imperatricem dominam morti addictam. *Pudeat viros Apoſtolicos verbi ſacri pracones, in aula commorari ſeruireque Domino morituro.* n.7. p.389.

III. Borgia diſcumbit quaſi miniſtrandus, non iam miniſtraturus. *Ieſum enim ſedentem Iuſtus æmulatur, dum è contemplatione efficitur aquila; dum humilis exaltatur; dum putat ſe Deo in hominibus ſeruire.* n.14. p.391.

IV. Borgia Dux verè pauper ſpiritu, ineffabiliter à Domino exaltatur. *Maximæ enim perfectionis vir oſtenditur, imo ſupra virum, qui diuitias, contemnit in paupertate diues.* n. 21. p. 392.

V. Auguſtiſſimus Borgiæ locus præparatus eſt, quia egregiarum virtutum magiſter extitit, & quia ſalutarem animo muſicam adinuenit. *Innuo: præcelſa præmia dari ei, qui virtutem aliquam primus inuenit.* n.28.p.393.

PARS QVARTA.

Gonzaga.

10. PANEGYRICVS X.

Ex Expectatione.

*Lib.12.ſect. 10. n.1. pag.*395.

Observatio I. Expectat Ludouicus Ieſum à nuptiis ad nuptias reuertentem, quia ei ſe dilectiſſimam offert ſponſam. *Vbi ex elogiis Luiſij varia inſero moribus documenta.* n.1.p.395.

II Ad excipiendum Dominum Luiſius faces Orationis continuæ ſuccendit. *Qui Orationis ſeu Contemplationis exercitamento dat operam, omninò debet à viſibilibus abſtinere, continere ſenſus.* n. 8. p. 396.

III. Luiſius extitit Lucerna ardens, ideſt, nimium lucens caſtitatis fulgore. *Aſſero nullam nimium eſſe caſtitatis cuſtodiam, quæ tot hoſtium patet incurſibus.* n. 14. p 397.

IV. Luiſius intra Societatis Ieſu clauſtra ſemper Domini expectator extitit, obedientiæ præſcriptione conſtrictus, redit ad Palatium. *Aſſero, Religioſos, & Virgines cunctos decere recluſionem, ne diuagantes delinquendi periculis implicentur.* n. 18. p. 398.

V. Luiſius ſanctus orat dum expectabat ſe à Ieſu in domum adducendum: prælibans, in Societate futurum ſanctiſſimum. *Innuo nouitium ſeruorem arguere illuſtres profectus.* n. 22. p. 399.

VI. Luiſius antequam naſceretur, ad currendum ita præcinctus eſt, vt ad Dei domum acceſſerit, priuſquàm paternam domum iniret. *Magnum iuſti decus eſt, à cunabulis Deo litatum fuiſſe* n. 27.p.400.

VII. Adeò præcinctus puritatis cingulo Luiſius oſtenditur, vt nunquam impuram paſſus fuerit cogitationem. Ita fugiebat, vt fœminarum inimicus appellaretur. *Edocens nunquam non gerendas cum impuritate inimicitias.* n.31. p. 400.

VIII. A Virginitatis fulgore robur militaris Gonzagæ procedit. Horribilis leonibus ex igne pudicitiæ oſtentatur. *Virginitas enim nulla non facinora audet, nullas non reportat victorias.* n. 37. p. 401.

IX. Luiſius ſimilis homini, ſed verè Angelus innocentia. *Angelorum innuo manſuetudinem ab honoribus fugam, virginitatem, ſeu puritatem, vocis efficaciam, gratitudinem.* n. 42.p.402.

X. Luiſius intra cubiculi clauſtra reſidens, ſolitudinis amans, à Deo vocatur, cum Deo reſidet, ipſi ſimilis oſtentatur. *Aſſero ſolitudinem, & ſilentium conferre ad Dei vocationes, & viſitationes.* n. 51.p.404.

PANEGYRICVS XI. 11.

Ex Vigiliis.

*Lib.12. ſect.11.n.1. pag.*406.

Observatio I. Obiiciens menti Luiſius Ieſum præcinctum, ſiue Cruci ſuffixum, miros in perfectionis via geſſit proceſſus. *Confert enim ſuffixi Domini contemplatio ad egregiorum facinorum expeditionem.* n.1.p.406.

II. Luiſius Religioſus quidem perfectiſſimus Chriſtum in Euchariſtia æmulatus eſt, dum viuit, dum moritur. *Affirmo Euchariſtiam perfecti Religioſi gerere ſimulacrum, interimque perfecti Religioſi mortificationem expendo.* n. 8.p. 407

III. Gonzaga vocatus à Domino fuit prima in vigilia, ſiue in infantia. Quàm illuſtris Diuus, qui tunc Domino ſeruit, & apetit, cùm alij primo ſomno grauiter ſopotantur! *Exprimo, Dei auguſto munere hominem vocari ad perfectionem à puerili ætate.* n. 24. p. 409.

IV. Luiſius in prima vigilia ſeu ab vtero à Deo electus eſt, qui quidem initium tam anguſtum miſericordiæ agens, ineffabilia dona multiplicauit. *Vbi oſtendo, è Baptiſmatis vndis homines miles auolare ad perfectionis verticem.* n. 29. p. 410.

V. In prima Luiſius vigilia perfectus oſtenditur, dum nullum tributum voluit carni, ſanguini, cognationi litare. *Edocet, Religioſos perfectè à carnis ac ſanguinis reſpectibus ſeparandos.* n. 34.

n.34.p.311.

V I. Luiſius à prima vigilia Deo ſeruiit: ſed tanta humilitate nituit, vt ſeſe inſignem peccatorem profiteretur. *Innuo Confeſſionem poſſe cum virtutum pulchritudine copulari.* n.38.p. 412.

PARS QVINTA.

Staniſlaus.

12. PANEGYRICVS XII.

Ex Vigilia Prima.

Lib. 12. *ſect.* 12. *n.* 1. *pag.*414.

OBSERVATIO I. STaniſlaus prima in vigilia ſurrexit præcinctus ad dira certamina, mundum reliquit, cum vix in mundo fuiſſet commoratus. *Amat Conditor paruulos ad ſe venire: contra parentes, qui pueros ſuos à propoſito Religionis auertunt.* n.1.p. 414.

II. Prima in vigilia Staniſlaus ſe Dei armatura præcinctum oſtentat, puer quidem, ſed potens ad certamina. *Innuo, in Religione futurum fortiſſimum, qui in ſeculo valens eſt mundum & diabolum ſuperare.* n.7.p.415.

III. Staniſlaus in prima vigilia, ſeu in ætate prima eunctos ſecundæ & tertiæ, ſiue virilitatis, & ſenectæ, fructus protulit. *Pueritiam, ſenilem Deo gratiſſimam deſcribo, quæ quidem comparanda eſt ex ſpeciali affectu ad Mariam, & ad Eucharistiæ myſterium.* n.13.p.416.

IV. Staniſlaus puer virili animo præditus ſpecialiſſimè dilectus fuit à Conditore. *Nec enim decenter in conſpectu Domini apparent, qui virili animo non ſunt præditi.* n. 18. p. 417.

V. Non venit Dominus in prima vigilia, quia, (ſic ludere verbis liceat) ipſa habitat cum Staniſlao puero, cuius reſpectu innumerabile vulgus puerorum ſibi elegit. *Reſpectu alicuius dilecti Diui aſſolet Deus pluribus peccatoribus munera præſtare.* n. 24. 418.

VI. Non aſſolet Dux Ieſus in prima vigilia venire, quia pueri aſſolent diſtrahi puerilis ætatis luſibus, qui non decent milites vigilantes. Luſus Staniſlai viriles auſus. *Aſſero pueriles luſus muſicæ, ſaltationis, milites non decere.* n. 31. p.419.

VII. In pueritia Staniſlaus perfectus à Domino inuenitur ſine ætatis ſuperfluitatibus, ſine paleis granum. Ideo in prima vigilia venit. *Aſſero, vel in ſpiritus ſtudioſa vita, Religioſos perfectos aliquibus leuibus imperfectionibus eſſe obnoxios.* n.36.p.420.

VIII. Ideo in prima vigilia Dominus non aſſolet venire, quia pueri iugum expellunt obedientiæ. Deus autem eligit famulos perfectæ obedientiæ ſtudentes. Talis Staniſlaus in pueritia. *Omnia opera ſine obedientiæ prætextu ſunt tenebroſa, non poſſunt grata numini exiſtere.* n.40.p. 421.

IX. Mirum eſt Sataniſlaum in prima vigilia, ſeu pueritia ſe morti immaturæ obnoxium vidiſſe; vnde ſeculum reliquerit periturum. *Seductio communis pueritiæ eſt, nunquam de morte cogitare. Nulla vitæ ſecuritas.* n.45.p.422.

PARS SEXTA.

Martyres Iaponienſes.

PANEGYRICVS XIII. 13.

Ex animæ in Martyrio poſſeſſione.

Lib. 12. *ſect.* 13. *n.* 1. *pag.* 424.

OBSERVATIO I. OCcumbentibus Paulò Didaco, & Ioanne; non ſolùm non ſtatim finis, verùm & nouæ prolis initium, ex eorum ſanguine, veluti ex granis copioſo Martyrum germine in Iaponiâ profluente. *Fœcundiſſimam oſtendo patientiam; Martyrium Martyria profert, crux cruces germinat.* n.1.p.424.

II. Martyres noſtri ineffabili patientia tormenta ſuperarunt, flammas ſortiti refrigerium; crucem thalamum. *Patientia equidem leuiſſimos reddit labores; imò qui patienter ſuſtinet, non laborat.* n. 9. p.425.

III. Martyres noſtri egregiis operibus plures ex inuiſibilibus hoſtibus reportauere victorias, vt ſeſe ad martyrij triumphum præpararent. *Aſſero Regularis vitæ non mitiora certamina; quàm Martyrij.* n.15.p.426.

IV. Martyres noſtri in patibulo conſtantiſſimi fidei Prædicatores, animas Gentilium plurium poſſederunt oſtendentes Ieſum, pro quo patiebantur. *Conſtantia Martyrum Deum roboratorem, Chriſtum ſocium & præſidiū neceſſariò manifeſtat.* n.20.p.427.

V. Mirabilis Martyrum noſtrorum ſapientia, ac efficacia ad Gentilium, qui eos pati viderant, conuerſionem. *Diſertiſſima planè ad perſuadendam lingua illius, qui laboribus agitur.* n. 26.p.428.

VI. Propter nomen Ieſu Martyres Iaponienſes multa ſuſtinuere, ſed ipſo ex nomine protecti obiiciuntur. *Nomen enim Ieſu fortiſſimum eſt Martyrum, fidelium omnium, qui patiuntur armamentum.* n.29.p.428.

VII. Poſt occiſionem noſtri Martyres viuunt, animorum vtique poſſeſſores. *Non enim poteſt occumbere, qui pro numine patitur.* n. 33. p. 429.

VIII. Martyres noſtri diu crucem ſuſtinuere, Ieſuitæ. *Religioſæ enim vitæ exercitamenta diuturnæ ſuffixionis locum gerere videntur.* n.37.p. 429.

IX. Noſtri fortiſſimi Martyres ipſa in cruce vulnerati lethaliter cœleſti iucunditate fruuntur, afficiuntur exultatione. *Quid mirum, ſi tota Dei gloria in cruce, in laboribus exiſtens obiicitur.* n.42.430.

X. Martyrum Ieſuitarum victrix patientia, vox triumphans, vulnera pulcherrima, ſaluberrima. *Oſtendo Martyrij gloriam, Eccleſiaque ex fractione corporum Martyrum pulchritudinem.* n.48.p.431.

14. PANEGYRICVS XIV.

Ex ſancta ac docta poſteritate.

Lib. 12. *ſect.* 14. *n.* 1. *pag.* 433.

Observatio I. IGnatij filij ſapientiſſimi terram vniuerſam mirabili doctrina condiere. *Aſſerò neceſſariam eſſe ſapientiam, vt quis magnus exſurgat vbique terrarum.* n. 1. p. 433.

II. Ieſuitarum ſapientia, quaſi ſplendor quodammodò Lucis æternæ; nam Ieſu Vicarij ſcientiarum omnium librum ſeptem ſigillis obſignatum reſerauerunt. *Vera ſapientia donauit Ieſus alumnos ſuos, quæ quidem ſplendor eſt lucis æternæ & omnipotentis gloria emanatio.* n. 7. p. 434.

III. Ignatij filij mirabilem ſapientiam egregia ſanctitate colligarunt ad orbis illuminationem. *Oſtendo, veram ſapientiam ſanctitate copulandam, ad proximorum profectum.* n. 25. p. 446.

IN DOCTISSIMOS,

ET ACVTISSIMOS EVANGELIORVM COMMENTARIOS

R. P. ANTONII DE ESCOBAR ET MENDOZA

Societatis IESV.

SIVE

In duodecim vitales arbores ab eodem plantatas, rigatas, auctas cum alluſione.

AD ILLA VERBA APOCALYPSEOS 21.

Oſtendit mihi fluuium aquæ viuæ procedentem de Sede Dei, & Agni: & ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim.

FEDERICVS SCOTVS EIVSDEM SOCIETATIS.

ANTONIVS (bone lector ades) tibi flumina, ripas,
Fructibus oſtendo Ligna onerata ſuis.
Hic viridis, marcenſque & florida ſurgit IESV
Planta, tibi variis conſpicienda modis.
Illic bis ſenus ſpecioſus eſt paſtus oliuæ,
Seu platani, vere quæ propè degit aquas.
Blandus Apoſtolica dependet ab arbore fructus,
Duritiem ponit iam quoque Petra ſuam.
Vtpote pomorum PETRVS prior agmina ducit,
Quorum ſat toto notus in orbe ſapor.
Stipitis an memorem benedicti tempus in omne
Fructum? Qui ſemper qui BENEDICTVS erit.
Quàm gratus, dulcíſque fuit, quámque vtilis Orbi,
Vnus pro reliquis LOYOLA teſtis adeſt.
Pergito, quam carnis, variis pulcherrima ramis
Arbor, & erecta eſt ordine ſexta ſuo.
Hic omnes quicumque ſacri ſunt fulmina belli,
Angelicuſque ſedent, virgineuſque chorus.

Duplex lignum vitale Chriſti vita, eiúſque ſolemnia.
Lignũ vitæ Deipara.
Lignũ vitæ Apoſtoli.

Lignũ vitæ Religionũ parentes.

Lignũ vitæ Angeli, Martyres, Cõfeſſores, Virgines.

Flumina

Ex ripâ fluminis altera.

Flumina ne paueas, humilem preme ſtrenuus vndam,
Quò modo veniſti ripa videnda tibi eſt.

Lignum vitæ, Ieſu miracula.

Obſtupeo! Quibus è ramis? quæ pendula ſigna
Proſpicio. Solùm quæ decuere Deum.
Hæc reſerant aurem, linguamque in verba reſoluunt?
Lætaque quos facit hæc percipit illa ſonos.
Erectus ſequitur mirantia lumina greſſus,
Attonitoſque trahunt hæc modò cæca pedes.

Lignũ vitæ, Ieſu perſecutiones.

Ecce ſtat oppoſitis hoſtilis frondibus arbor,
Mala cui tot ſunt, quot tua Chriſte mala.

Ligna vitæ, Ieſu colloquia, ſermones, parabolæ.

Porro quàm dulce eſt, tria ligna ſequentia dicent,
Audire & Dominum, cum Dominoque loqui.

Arbor, quæ ſupereſt, venturum proſpicit æuum,
Noſque ſequuturis poma legenda tenet.

Lignum vitæ, Ieſu Prophetiæ.

Nec fruſtra obtegitur denſâ ſpiſſiſſima fronde,
Huius enim fructus pars bene magna latet.
Sat ſat fructiferos hortos iam vidimus, inquis,
Quale ſit hoc medium flumen, & vnde rogas?
Hoc eſt, quod placidas ſinuoſo margine ripas,
Fingens, fertilibus nutrit, & vrget aquis.
Hæc MENDOSA tuo docto voluuntur ab ore,
Hæc ſunt ingenij viua fluenta tui.

ANTONII

ANTONII DE ESCOBAR ET MENDOZA,
E SOCIETATE IESV,
IN
EVANGELIA SANCTORVM,
VOLVMEN QVINTVM.

Lignum vitæ Religionum fundatores.
DVODECIM FRVCTVS.

PARADISVS Ciuitatis cœleſtis Ieroſolymæ ſyluarum arboribus exornatur. Adſunt enim Religionum Parentes qui in deſerti, ſeu Clauſtri, à mundiali tumultu abſtracti, ſyluas ſeſe contulere. D. Ambroſius expendens illud Geneſeos: *Lignum etiam vitæ in medio paradiſi*, ait: *Paradiſus, in quo omne lignum, quid eſt niſi Ciuitas illa Ieruſalem, in qua plurima ligna? Bona Sanctorum illorum plantatio, de quibus dicitur: Et exultabunt omnia ligna ſyluarum.* Si ſyluarum ligna, quónam modo ad paradiſi dicuntur pertinere ditionem? Certè, quia Religionum Parentes ad ſyluas abſtracti, ſæculi fugientes à tumultu, lignum vitale paradiſi cœleſtis honorem conſtituunt, fructibus dulciſſimis adeò ſtipatum, vt potius vitaliũ colligatio lignorum, quàm vnius arboris vberrimi fructus videantur. Vnde aptè Dauid multa inibi ſyluarum ligna aſſerit exultare. Exultat Benedictus magnus Pater cunctis Monachorum Ducibus cinctus. Exultant Bernardus, Antonius, Baſilius, Hieronymus, Bruno, Romualdus. Exultat Auguſtinus, Norbertus, Dominicus, Franciſcus, Nolaſcus, beatiſſimæ

Trinitatis Redemptores. Exultat Carmelus Eliæ, & Thereſiæ domicilium. Exultant Franciſcus de Paula, Petrus de Alcantara, Ioannes de Dios. Exultat denique Ieſuita Ignatius à facie Ducis venientis. Et vndénam ſyluis exultatio? Reſpondet Euthymius, Quia Crux Domini ex ipſis. *Eo quòd ex eis ſumendum ſit Chriſti lignum.* Martyres certè Crucem alibi naſcentem ſibi baiulant, at Religionum Fundatoribns adnata Crux, quia diuturno Martyrio diſtorquentur. Syluæ igitur ex mortificatione, ex virtutum exercitamentis, exultationem mea exprimet Panegyris.

LIBER PRIMVS, BENEDICTVS.

PARAPHRASIM, AC COMMENTARI(
literales ad caput decimumnonum Matthæi pete
ex Tom.4. lib.1. Part.4.

Panegyrici Morales circa literam in Benedictum.

PROLVSIO.

BERNARDVS parentem ſuum celebraturus, ait: *Conuenientibus vobis in vnum, ad audiendum verbum ſalutis, magnus mihi timor, fratres mei, ne quis fortè minus dignè illud recipiat, & non ſicut recipiendum eſt verbum Dei. Scio enim terram, quæ ſæpius ſuperuenientem in ſe recipit imbrem, ſi fructum non fecerit, reprobam fore, & proximam maledicto. Et ego vtique, ſi poſſem, benedictiones illi dare mallem, & non maledictiones.* Vis ô ſanctiſſime Benedicti fili, ſine maledictionis incurrendæ periculo, fidelem terram benedictionibus redundare? ſit Benedictus granum emittendum; nec enim vlla erit maledictionis ſuppoſitio, vbi totum ſemen & re, & nomine benedictio eſt. Adiicit pulchrè Bernardus, *Imò verò ipſam benedictionem Patris noſtri Benedicti opto vobis benedictionem manere ſemper, nec in maledictionem poſſe mutari. Celebramus enim hodie magiſtri noſtri Benedicti natalem.* Salua igitur res, nullum adeſt maledictionis periculum, vbi granum ipſum ingerit ſtudium diſpoſitionis.

Ligni vitalis, ſeu fundatorum, FRVCTVS PRIMVS. Bernard.

SECTIO PRIMA.

Omnium renunciatio.

TEXTVS.

VERS.27. TVnc reſpondens Petrus, dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te; quid ergo erit nobis?

IN BENEDICTVM PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS CIRCA LITERAM.

EX OMNIVM RENVNCIATIONE.

Observat. I.

Ad illa verba:

Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.

Benedictus ſanctitatis collocatur in vertice.

Sine imminutione filiis innumeris ſpiritum communicauit, quia quod proximis exhibetur, non amittitur.

1. *Benedictus cum Moſe confertur.* Anſelm.

ANſelmvs aſſerit eum, qui Chriſtum ſequitur, perfectionis attingere verticem; quia Chriſti vita totius perfectionis exhibet magiſterium.

2. *Ex cellario Benedicti tres panes petimus ad conuiuium ſuamet ſolemnitatis.* Bernard.

Porrò Monachorum ſanctiſſimorum Dux ea debuit ſanctitate nitere, quam ſequentes alumni, perfectionis verticem attigiſſe dicerentur. D. Bernardus Patris Benedicti præconia euulgaturus *ſerm. in eius ſolemn.* ſic exordium gerit: *Quoniam diſpenſatio mihi credita eſt, & ſi non habeo apud me, quod vobis apponam, quæram à B. Benedicto tres panes, quibus vos paſcam. Reficiat vos ſanctitas eius, iuſtitia eius, pietas eius.* Domum refertam fructibus cœleſtibus adeò affirmat Abbas, vt nulla ſit hora importuna ad exquirendos ab amico panes, ſalutis quidem pabula. *De fructu eius ſunt tria illa, ſanctitas, iuſtitia, pietas. Sanctitatem miracula probant, doctrina pietatem, vita iuſtitiam.*

3. *De ſanctitate Benedicti innumeri Sancti opplentur.* Eccli. 45. Guerric.

Quis poſſit verbis æquare Benedicti ſanctitatem maius vtique luminare, è cuius igne lucido tot præclariſſima lumina ſuccenduntur? De ſanctiſſimo Moyſe fatur Eccleſiaſticus, *Dilectus Deo, & hominibus Moyſes, cuius memoria in benedictione eſt*, cap. 45. Aſſerit Guerricus Abbas Moyſi memoriam eſſe in benedictione Benedicti. *In fide & lenitate ipſius ſanctum fecit illum.* De lenitate inferiùs agemus, de fideliſſimi viri ſanctitate locum expono cum Abbate, *Hæc de Moyſe ſcripta ſunt; ſed hodie beato Benedicto non incongruè quantum arbitror aptata ſunt. Qui cùm omnium plenus fuerit Spiritu ſancto, multo magis de ſpiritu Moyſi credendus eſt habuiſſe non minimum.* Preme illud: *Cùm omnium plenus fuerit Spiritu ſancto.* Quónam modo plenus fuerit Benedictus omnium Spiritu ſancto? Quia innumeris filiis de Spiritus ſancti, quo plenus erat ipſe, redundantia præſtitit. Si Spiritum ſanctum, quo plenus erat, filiis innumeris præſtabat, quomodo eodem ipſo Spiritu plenus erat? An non, quia huiuſmodi communicatio ex profuſione non minuitur, ſed potiùs augetur? Quis abneget?

4. *Totus Moyſi ſpiritus, qui pluribus ſenioribus datus eſt, vbi Benedicto præſtatur, innumeris Diuis filiis ſine imminutione diuidendus.* Guerric.

De ſpiritu Moſis Deus quaſi de luminari fulgentiſſimo inferiora ſeniorum luminaria ſuccendit, ſine ſpiritus Moſis imminutione. Sic Benedicti ſanctitas tot Monachis illuſtriſſimis ſine imminutione præſtatur. Ait Guerricus ſerm. illo 4. *Si Dominus de ſpiritu Moyſi tulit, & poſuit ſuper omnem illam ſuffraganeam turbam ſeniorum, qui in partem miniſterij ſunt aſciti: quanto magis ſuper iſtum, qui plenitudinem totius miniſterij tanto veriùs, quanto ſpiritualiùs impleuit?* Spiritus totus, quo tot ſeniores implentur, vnus oppletur Benedictus, quem ipſe innumeris filiis ſanctiſſimis præſtans, nullam ſentit imminutionem.

Iam Moyſes poteſt de Benedicti ſpiritu 5.
Moyſes poteſt de Benedicti redundantia ſanctitatis accipere. Guerric.

vtilius accipere, qui perfectionis exhibet magiſterium. *Ille Dux fuit,* (ait Abbas,) *exeuntium de Ægypto, iſte renuntiantium ſæculo: legiſlator ille, legiſlator & iſte. Ille tamen miniſter literæ occidentis, iſte ſpiritus viuificantis. Ille ad duritiam cordis Iudæorum dedit eis iuſtificationes non bonas præter pauca moralia: iſte ſolam puritatem Euangelicam, ſimplicémque morum tradidit diſciplinam. Ille tam multa ſcribit intellectu difficilia, factu impoſſibilia, vel inutilia: iſte rectiſſimam vitæ ſcribit regulam, ſermone luculentam, diſcretione præcipuam. Denique Dux ille filiorum Iſraël, quos de Ægypto eduxit, in requiem promiſſam non induxit: Dux noſter recta via, Orientis tramite, tanquam ſignifer exercitus Monachorum hodie præceſſit nos in Regnum cœlorum.* Concludit, *Itaque non erit abſurdum, ſi credatur illius adæquaſſe meritum, cuius inuenitur etiam ſuperaſſe miniſterium.*

Iam expendo Eccleſiaſtici locum, *In fide* 6.
Cunctis mundialibus Benedictus nuncium remiſit. Hebr. 11. Guerric.

ſanctum fecit illum. Egregia planè Moſis fides, de qua Paulus, *Fide Moyſes grandis factus negauit ſe filium filiæ Pharaonis: magis eligens affligi cum populo Dei, quàm*, &c. Hebr. 11. Ad quòd Guerricus adiicit de Benedicto, *Quid præclarius Benedicti fide, qui in ætate puerili mundum ſibi arridentem irridentem irridens, tam mundi, quàm corporis ſui florem quaſi iam aridum calcauit, magis appetens, pro Deo mala mundi perpeti, quàm in eo temporaliter proſperari. Quid ſimilius illi fidei Moyſi, quam Apoſtolus commendauit?* Plura proxima obſeru.

Observat. II.

Ad illa verba:

Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.

Benedicti adhuc ſanctitas mira, ſeu iuſtitia illuſtratur.

Perfectus quique debet æſtimare, ſe nihil adhuc geſſiſſe, vt velociori curſu ad iuſtitiæ verticem aſcendat.

REficiat vos (Bernard.) *Iuſtitia eius.* Perfe- 1.
ctè Benedictus. Chriſtum Ducem ſequutus

quutus ſeſe ſanctiſſimis filiis exhibuit imitandum. Dum ſtudeo Patris ſanctiſſimi magnalia recenſere, haud ab arte Rhetorica Panegyricos lubet mutuare, ſed ſynceriter Benedictum exponere ſuis virtutibus exornatum. Chriſti triumphus à Ieroſolymæ ciuibus celebratus fuit, & veſtium, & ramorum geſtatione & ſubtractione. Quàm aptius à veſtibus, & ramis abſtinuiſſent, qui Chriſtum arborem pulcherrimam oſtentantes, feſtiuitatem redderent celebriorem. Aliter profectò D. Benedictum concelebrabimus, dum nec veſtes ſternimus viam, nec ramos geſtamus alienos; ſed Benedictum arborem virtutum pulcherrimam oſtentamus. Bernardus ſerm. de Bened. *Si non habeo veſtes, quas pedibus veſtris proſternam, tentabo vel ramos cædere de arboribus, vt tantæ proceſſioni vel parum aliquid non deſit miniſterij mei.* An ramos è ſylua præcidam? Minimè, ſed ipſum Benedictum lignum vitale exponam, vt ſibi ipſe ad triumphi ſolemnitatem expediat ornatum. *Arbor fuit beatus Benedictus grandis, atque fructifera, tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum.*

Benedictus ſuiſmet virtutibus celebrandus eſt.

Bernard.

8\. Porrò Benedicti ſanctitati ſectionem Euangelicam noſtram ſic D. Petrus Damianus ſerm. de Benedict. accommodauit: *Cui ſic ſpecialiter totus Euangelicæ lectionis excurſus aſſignari poteſt, quemadmodum Patri, & Magiſtro noſtro B. Benedicto? Hic à pueritia mundum cum flore reliquit, & currentem Chriſtum curſu rapidiſſimo ſecutus eſt: nec deſtitit, donec conſequeretur. Quis inter iudicantes ſublimius iudicabit? Quis ita centuplum in hac vita percepit? Quis vitam æternam glorioſius poſſidebit?* In primis preme τὸ *Nec deſtitit donec conſequeretur*! O Athlantici pigri greſſus, ſi cum Benedicti curſu componantur! Illum ne, qui *exultauit vt Gigas ad currendam viam* Benedictus ſequitur? Et omnes ſequimur, à longè, properantem. Non id mirabile. Attamen conſequutum eſſe Chriſtum per veram ſui abnegationem, mirandum prorſus eſt. *Donec conſequeretur.*

Currentem Chriſtū curſu rapidiſſimo ſecutus eſt.
Damian.

Conſecutus eſt eum.

9\. Deinde pondero illud: *Quis inter iudicantes ſublimius iudicabit?* An non Petrus iudicabit ſublimiùs, qui Dominum ſecutus eſt? Certè aliquando (ſummi Præſulis veniâ dixerim) Chriſtum à longè ſecutus eſt, ſante Mathæo, *Petrus autem ſequebatur eum à longè*, cap. 26. Benedictus autem ab adoleſcentia Chriſtum rapidiſſimo curſu ſecutus eſt. Non quidem Benedictum Petro Apoſtolorum Principi præponam: ſed oſtendo quàm valido fundamine poſſit Cardinalis proclamare: *Quis inter iudicantes ſublimius iudicabit?*

Quis Benedicto ſublimius iudicabit?
Matth. 26.

10\. Profectò Benedictus inde velociori vſus eſt curſu, quia cùm Chriſtum velociſſimo curſu ſequebatur, exiſtimabat nihil profeciſſe. Cecinit Dauid, *Quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo*, Pſalm. 1. Ad deſertum adoleſcens ſe contulit, vigiliis, ac ieiuniis ita corpus compreſſit, vt penè defeciſſet. Veprium ſpinis egregio aſperitatis documento vulneratur. Et tamen nihil adhuc ſe fructificaſſe putat. Fatus D. Bernardus, *Tribus annis Benedictus ſoli Deo notus, hominibus manſit incognitus. Fructum quidem multum tulit, ipſi cernitis: ſed in tempore ſuo. Neque enim credebat tempus eſſe fructificandi, quando tanta carnis tentatione grauatus eſt. Ego enim nec iſtum quidem ramum prætéribo, quoniam etſi hirſutus ſpinarum aculeis, quibus ſeipſum Benedictus iniecit, tamen fructuoſus eſt omnino.* Tot fructibus Pater ſtipatur, & adhuc exiſtimat tempus fructuum non adeſſe, ſed ad opera egregia ampliùs gerenda properabat. Quid mirum iuſtitiæ Benedicti tantum adſcribi, vt aſſeratur: *Quid inter iudicantes ſublimiùs iudicabit?*

Cùm velociſſimè curreret, cùm vbertim fructificabat, exiſtimabat Dinum, nihil ſe adhuc profeciſſe.
Pſal. 1.
Bernard.

11\. Salomon ait, *Beatus vir, qui in ſapientia morabitur, & qui in iuſtitia meditabitur*, Eccli. 14. Vbi Guerricus ſerm. 1. de Benedict. *Quàm congruè verba hæc in laudem beati Benedicti cantata ſint, facilè quiuis veſtrûm intelligit, cui vita ipſius non ignota ſit.* Moratus eſt in ſpiritus ſapientia, & in iuſtitia meditabatur, cùm *ſoli Deo cognitus*, (vti Bernardus aiebat) ſibi apud rupium verticem vacabat. Tunc igitur, quando æſtimabat Pater, ſe nondum germinaſſe, iam à Deo beatus appellatur. O quàm velociter curſum peregit, qui ſe eum minimè inſtituiſſe cogitabat! Quid poſtquam è deſerto emergens tot ſubditis præficitur?

Tunc cùm beatus appellatur Benedictus putat ſe nondum germinaſſe.
Eccli. 14.
Guerric.

12\. Vis iuſtitiæ Benedicti vnico verbo præſtantiam deſcribam? Audi Salomonem. *Dilectus Deo, & hominibus*, Eccleſiaſtic. 45. Ad quæ Guerricus ſerm. 3. *Paucis expreſſit bonum, ac beatum virum, qualem nimirum conſtat dilectum Domini fuiſſe Benedictum. Paucis inquam, comprehendit ſummam perfectionis plenitudinem gratiæ, & virtutis, ſimúlque beatitudinem vitæ perennis, & conſolationem præſentis. Quid enim deeſſe poteſt ad æternam felicitatem illi, qui à Deo diligitur? Quid ad præſentem conſolationem illi, qui ab hominibus amatur.* Hinc ineffabilem Benedicti iuſtitiam contemplor. Qui adeò diligebatur à Numine, & ab hominibus amabatur, nunquam exiſtimauit vel poſt magnos profectus ſenectutis, ſe aliquid in via ſpiritus profeciſſe, id equidem prouidente Deo, vt ad ſuperiores profectus per ſingula momenta accingeretur.

Cùm Benedictus eſſet Deo, ac hominibus dilectus, putabat ſe prorſus infirmũ.
Eccli. 45.
Guerric.

13\. Paulo indictum, *Virtus in infirmitate perficitur*, 2. Corinth. 12. Deus prouidet Benedictum ſe adhuc exiſtimare infirmum, vt de perfectione agens ſubliomiorem ſanctitatis gradum attingat. Guerricus pulchrè, *Benedicto, qui à Deo diligitur, & ſi aliquid* (imò totum) *deeſſe videtur, non ob aliud deeſt, niſi vt nihil ei deſit: & ſuo, vt putatur, defectu perfectior ſit; nam virtus in infirmitate perficitur.*

Huiuſmodi cogitatione Benedicto ideo Numen ingeſſit, vt velociùs currat ad perfectionẽ.
2. Cor. 12.
Guerric.

Observat. III.

Ad illa verba:

Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.

Benedictum pietas mira effecit illuſtriſſimum.

Edocet Præſules manſuetudine exundare, ſed non ideò ſubditis delinquentibus indulgere.

14. TERTIVM panem conuiuio noſtro Bernardus apponit. *Reficiat vos pietas eius.* Secutus eſt Dominum, dum eius ſtuduit pietatem imitari.

15. De Moſe aiebat Eccleſiaſticus, *In fide & lenitate ipſius ſanctum fecit illum*, cap.45. Aſſerit D.Gregorius Benedictum à falſis fratribus ſæpe iniuriis affectum. *Benedictum* (inquit) *varios habebat perſequentes ſe, ſibique inſidiantes: inter quos fuit Sacerdos quidam, qui vocabatur Florentius. hic vehementer perſequebatur virum ſanctum, & de eius nomine, quantum poterat, detrahebat, perſuadebatque omnibus, ne viſitarent eum. Quo pergitis, dicebat, viri nouitatis ſtudioſi? Quid, quæſo, aliquid habet Monachus iſte. quàm habeant reliqui, qui ſunt in Regionibus veſtris? Peccator eſt, ſicut & cæteri: atque vtinam non lateat in eo error aliquis pernicioſus, atque hæreſis, quam velit ipſe inter vos diſſeminare.* Creſcente autem fama Benedicti, & peregrinorum frequentia, *aduerſarius ille ſuſtinere non potuit, & miſit ad eum panem quendam veneno infectum ſub prætextu eleemoſynæ. Dedit illud Benedictus coruo, quem nutriebat, & fratrem appellabat, quòd veſtitus eſſet eodem colore, quo fratres ſui. Coruus recuſabat panem accipere. Cui vir ſanctus dixit: Nolo, vt comedas; ſed vt ad locum adferas remotum, vbi nemini nocere poſſit.* Inſtat inuidia, *& inducit procaces quaſdam fœminas, vt in Religioſorum hortos ingrederentur, &c. Quod cùm vidiſſet vir ſanctus, & cognouiſſet huiuſmodi ab aduerſario fieri, vt ipſe inde recederet, atque abiret, decreuit malitiæ dare locum. Cùm autem id Sacerdos intelligeret, maximo gaudio debacchabatur; vix autem in huiuſmodi gaudio verſabatur, cùm repentè domus eius corruit, & eum protinus interfecit.* Quid plura? *Doluit Benedictus de eius morte, tum quia non haberet illum aduerſarium, ex cuius perſecutione plurimum mereretur: tum etiam, quia intelligebat diſcipulum ſuum propterea lætari, quo nomine eum vehementer reprehendit.* Certè ſi tanta lenitas Moyſi, vt ex illa ſanctus fuerit effectus & ſimul fide: *In fide, & lenitate ſanctum fecit illum*; tanta Benedicti lenitas materiam ſuppeditauit, vt in illa ſoluinmodò ſanctiſſimus fuerit effectus.

Mira Benedicti pietas in æmulos. Eccli 45. Gregor.

Doluit de perſecutoris crudeliſſimi morte.

16. Nec inuidia Patri panem venenatum appoſuit ſolummodo, vinum veneno infectum propinauit. Quid Benedictus? An ira correptus in verba immitia rapitur? Ait Guerricus ſer.4. *Quid autem ſanctius lenitate Patris noſtri, qui nec malitia falſorum fratrum vitæ ipſius inſidiantium potuit exaſperari?*

Quàm pius in inuidos. ei necem inferre curantes. Guerric.

Certè mitiſſimus Moſes valdè iratum (iuſtè, profiteor) aduerſum æmulos, quia Deo inuiſos, memorat Scriptura. Ergo lenior Benedictus qui falſorum fratrum ipſius vitæ inſidiantium malitia exaſperari non potuit. Appoſitè Guerricus, *Moyſen quidem Scriptura prædicat mitiſſimum fuiſſe ſuper omnes homines, qui morabantur in terra: nunquid tamen exaſperatum ſpiritum eius negat? Nunquid non iratum, & valde iratum aduersùs æmulos memorat? Huius autem Magiſtri noſtri manſuetudinem non ſolùm erga maledicos, ſed etiam erga maleficos mirabilem me legiſſe meminì, iracundiam non memini.* 17.

Moſem mitiſſimū Benedictus ſuperauit. Guerric.

Nec ideo affirmo, Benedictum ſubditorum vitiis indulſiſſe, quod quidem nota afficeret lenitatem, Apoſtolus enim dixit, *Habete ſalem in vobis, habete pacem inter vos.* Lenitatis pax commendatur, ſed dum ſimul ſal correptionis ſubditorum præparat aduersùs corruptionem immunitatem. Addit Abbas, *Quamquam nec in ipſo, ſicut nec in Moyſe præconium ſanctæ lenitatis præiudicet, ſi iuſtus zelum contra peccantes ſeruet, ſine quo lenitas tepor, aut timiditas eſt. Quomodo namque lenitas illa ſanctum quempiam faceret, quæ in Heli, qui aliàs ſanctus erat, damnata eſt? Fratres habete pacem inter vos, mandat ille magiſter pacificus, & lenis: priùs tamen præmittit, Habete ſalem in vobis: ſciens nimirum, pacis lenitatem vitiorum eſſe nutricem, niſi priùs aſperitas zeli mordacem eis inſperſerit ſalem: ſicut & carnes vermeſcere facit clementia teporis, niſi deſiccauerit eas feruor ſalis.* 18.

Piiſſimus cùm eſſet, ſubditos delinquentes corripiebat. Guerric.

A Domino didicit, de quo Ioël, *Erumpite, & venite omnes gentes de circuitu, & congregamini. Ibi occumbere faciet Dominus robuſtos tuos*, cap.3. Ad innumeros viros ad Benedicti clauſtra vndique concurrentes locum accommodo. O congregatio Benedictina, feliciſſimè tantùm Chriſti imitatorem ſortita es Parentem, qui poſſit robuſtos tuos (ſi qui imperij tranſgreſſores) comprimere debellare. L X X. pro, *Occumbere faciet Dominus robuſtos tuos*, legunt, *Manſuetus ſit pugnator.* Quónam modo manſuetudine repugnabit? An non quia illa manſuetudo accommodabilis apparet, quæ pugnax ſimul ad comprimendos robuſtos, oſtenditur? 19.

Didicit à Domino Benedictus. Ioël 3.

Observat. IV.

Ad illa verba:

Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.

Benedictus tam perfectè Dominum ſecutus eſt magiſtrum vtique perfectionis, vt nec otioſi verbi fuerit leuiſſimo piaculo maculatus.

Quàm difficile ſit otioſo verbo non maculari: quámque id perfectiſsimi animi documentum.

D. HIERONYMVS, *Secuti ſumus te* in eo, *quod eſt* ſummæ *perfectionis.* Certè 20.
illam

illam ſummam perfectionem appellarim, cùm non ſolùm in multis non offendimus, ſed nec in aliquo. An non Ioannes Baptiſta omnium è fœmina natorum maximus à Domino appellatur? Hic profectò ad deſerta confugit, ne ſaltem leui famine macularentur ſeculari colloquio. O quàm difficilè in verbo non offendere!

21. *Oſtendit ſe Benedictus beatitudine condecorari, dum abſtinet à quolibet otioſo verbo* Exod. 4.

D. Gregorius Dial. 1. de vita B. Benedict. Patrem aſſerit ferè nunquam aliquod verbum protuliſſe, quod non ſaperet ſanctitatem. Addit exaggeratiùs, nunquam otioſo verbo fuiſſe maculatum. O Benedictum omnino Dei addictum ditioni, ſi vel ditionem habuit omninò ſubditam Conditori! Moyſi Dominus ſanctiſſimo, *Perge igitur, & ego ero in ore tuo, docebóque te, quid loquaris*, Exod. 4. Quàm facile verbo otioſo delinquet ille, quem Dominus non docuerit os claudere, & aperire. L X X. *Aperiam os tuum, & inſtruam te, quæ quæ oporteat loqui.* Origenes ad hæc: *Beati ſunt, quorum Deus aperit os, vt loquantur.* Cùm enim homo ſine piaculi ſuſpicione loquitur, documentum exhibet, ſe inter beatos cœli incolas debere annumerari. (Origen.)

22. *Paulus ſermonem petebat dari ſibi, & oris apertionem, ne verbo delinqueret.* Epheſ. 6. Origen.

Vel ſanctiſſimus Paulus, *Vt detur mihi ſermo in adapertionem oris mei*, Epheſ. 6. Vt nullum otioſum verbum proferat non ſolùm petit os à Domino ſuum adaperiri, ſed & verbis ipſis donari. Origenes, *Eorum ergo, qui verba Dei loquuturi ſunt, os Deus aperit.* Tam difficile enim homo mendax à Dauide appellatur, à verbo abſtinet otioſo, vt ne delinquat verbo, ſpecialiſſimo Dei munimine indigeat.

23. *Puriſſimum fuit cor Benedicti Chriſti habitaculum, vt verbum otioſum non proferret.* Auguſt.

Profectò cùm lego Benedictum nunquam verbo otioſo deliquiſſe, cordis eius arguo puritatem, ſimulque agnoſco Chriſtum eius in animo iucundiſſimum inire domicilium. Niſi enim corde Chriſtum geſtaret, minimè ab otioſis verbis abſtineret. D. Auguſtinus, *Fratres chariſſimi, bona iugiter cogitemus, vt os noſtrum Deus aperiat. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Vnuſquiſque enim noſtrûm, cuius præſentiam ſuſceperit in corde, ipſius verba proferre conſueuit ex ore. Noſtrum autem cor aperiatur Chriſto, vt in nobis impleatur illud: Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Qui ſemper quod iuſtum eſt loquitur, & Deus in illo habitat, & ipſe in Deo.*

24. *Lingua Benedicti thuribulum Deo laudando dicatū omnino.*

O vir ineffabilis Benedictus, cuius cuncta verba ad cœleſtis Conditoris benedictionem proferebantur! Linguam huiuſmodi aptius thuribulum appellaro. *His ritè celebratis, offeret vitulum, & rogans pro ſe, & pro domo ſua immolabit eum, aſſumptóque thuribulo, quod de prunis altaris impleuerit, &c.* Leu. 16. Ad illud: *Aſſumptóque thuribulo*, Interlinearis ait, *Id eſt, lingua erudita Spiritus ſancti igne repleta.* Stephanus adiicit, *Thuribulum dicitur hîc lingua. Thuribulum eſt inferius clauſtrum, ſuperius perforatum. Hoc Paulus exponit, dicens: Omnis ſermo malus de ore veſtro non procedat. Ecce inferius clauſum. Sed ſi quis bonus eſt in ædificationem fidei. Ecce ſuperius perforatum. Superius non eſt apertum, ſed perforatum; quia verbum non repentè, vel indiſcuſsè procedere debet de ore tuo.* Quàm aptè lingua, quæ nullo piaculo verbi inficitur thuribulum Deo omnino conſecratum, eiúſque laudibus addictum appellata eſt. (Leuit. 16. Stephan.)

Arguit equidem mirabilem Benedicti perfectionem, id tam facilè ab ipſo præſtari, quod cuilibet Monacho aſſolet eſſe difficillimum. Non ego ſilentium vocarim, omnino tacere; ſed loqui neceſſitatis circumſtantia, nullúmque otioſum verbum proferre. Porrò ſilentium difficillimum. Ait Iſaias, *Onus Duma.* c. 21. vbi Ailred. *Duma interpretatur ſilentium.* Silentium *onus* opportunè appellatur; quia ſic loqui, vt aptè ſermo à ſilentio non recedat, grauiſſima prouincia eſt. *Scitis fratres, quàm multos ſilentium onerat. Itaque ſi videris Monachum in clauſtro reſidentem, huc illucque circunſpicere, oſcitare crebriùs, manus ac pedes extendere, nunc librum ponere, nunc reſumere: poſtremò quaſi quibuſdam ſtimulis agitatum de loco ad locum, de auditorio in auditorium curſitare, ſub onere Duma eum ſuſpicare non dubites.* Tandem ille oneri cedens, otioſa verba profert. Quàm abſtractus à ſeculo Benedictus, cui loquutio, non ſilentium, onus. Cùm neceſſariò videris Patrem à cella in auditorium pergere, vt loquatur, exiſtima eum ſub onere loquelæ ſuſpirare. 25. *Perfectiſſimus Benedictus, qui facile præſtabat, quod vel Monachis ſanctis difficile, nempe otioſè non loqui.* Iſai. 21. Ailred.

Ad hæc Paulus, *Sermo veſter ſemper in gratia, ſale conditus ſit, vt ſciatis, quomodo oporteat vos vnicuique reſpondere.* Col. 4. Multum ſalis ſe habere in labiis & lingua oſtendit, qui nullius verbi piaculo inficitur. En Benedicti labia, en linguam. Cui quidem apprimè congruit Pet. Dam. filij ſententia. *Sit lingua noſtra modeſta, ſobria, diſcreta, pudica. Sit ori noſtro ſalliua virgo die creſcente; & niſi vtilitatis occaſio præbeatur vſque in craſtinum incorrupta ſeruetur. Ponamus ori noſtro cuſtodiam. Auceps non emittit, accipit rem, niſi anſerem videat: & Monachus dimittit linguam ſuam, ſi loquendi neceſſitas non aſſiſtat. Facilius eſt tacere, quàm loqui.* O Benedicti prudentia, cui facile tacere, cùm tempus ſilentij, & rectè loqui officium, cùm loquendi opportunitas inſtat. 26. *Silentiū & ſermo Benedicti laudatur.* Col. 4. Damian.

SECTIO II.

Sedes iudicantium.

TEXTVS.

VERS. 28. IEſus autem dixit illis: Amen dico vobis, quòd vos, qui ſecuti eſtis me in regeneratione, cùm ſederit Filius hominis in ſede Majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes iudicantes duodecim Tribus Iſrael. 29. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet; & vitam æternam poſſidebit.

IN BENEDICTVM
PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS CIRCA LITERAM.
EX SEDIBVS IVDICANTIVM.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Amen dico vobis, quòd vos, qui ſecuti eſtis me in regeneratione.

Benedictus rurſum à Chriſto generatus in eremo, glorioſiſſimo cœleſtis Parentis nomine fuit donatus; nomine quidem, & abundantiſſima gratia Benedictus.

Quàm felix, qui illuſtri nomini reſpondet operibus.

1. Strab. EX mente Strabi, Baptiſmus prima hominis ex Parente Chriſto generatio eſt, regeneratio autem religioſi ſtatus inſtitutio. Chriſtum ergo *in regeneratione* ſequuntur, qui à ſeculo egreſſi, ad Clauſtra properant rurſum à Domino generandi.

2. *Chriſtus Filium Benedictum proprio nomine decorauit.* Cuinam, precor, aptius ſententia accommodatur, quàm illi, qui à Chriſto natus exſurgens, omnium Monachorum Parens oſtenditur. Profectò cœleſtis Conditor iam à natalitio primo indictum nomen *Benedicti*, in regeneratione proprium ſpeciali iure confirmauit. Paulus Chriſti Patrem æternum Benedictum appellauit, *Qui eſt ſuper omnia Deus Benedictus in ſæcula.* Ex Benedicto æterno Parente Chriſtus Filius Benedictus debuit nominari. *Et Benedictus fructus ventris tui*, Luc. 1. Liceat in Benedicti præconium verbis ludere.
Luc. 1.
D. Thom. D. Thomas ſerm. de Bened. ait, *Verè re, & nomine Benedictus.* Aptè quidem, quod facilè expendam.

3. *Benedictus quia cõfidit in Domino re Benedictus eſt.* Præmitto Ieremiam profantem, *Benedictus vir, qui confidit in Domino*, cap. 17. An non re & nomine Benedictus, qui cuncta ſecularia relinquens totum ſe Domino addixit in eremo? Hunc cunctis benedictionibus Dominus donauit. Guerric ſer. 2. *Sanctus Pater noſter gratia Benedictus, & nomine, cuius memoria in benedictione eſt. Ipſe profectò fuit Benedictus vir, qui confiſus eſt in Domino.* Quem enim Dominus præuenit in benedictionibus dulcedinis, vt in Domino confideret, iam benedicit omni benedictione ſpirituali in Chriſto, quia
Ier. 17.
Guerric.

4. *Iacobum in benedictione vtraque ſuperauit.* Re quidem Benedictus, qui in cœleſtibus, & terreſtribus bonis fuit affectus benedictione. An celeberrima Iacobi benedictio illa: *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini, eſto Dominus, &c.* Geneſ. 28. latiùs, me hercle, patet Abbatis ſanctiſſimi benedictio. Guerricus, *Nec ſolùm in cœleſtibus benedictionem omnium Angelorum, ſed etiam in terreſtribus benedictionem omnium Gentium dedit illi Dominus. Vbi enim gentium non benedicitur hodie benedictus Domini Benedictus?*
Gen. 28.
Guerric.

De Benedicto planè Salomon prædixit, *Benedictio Domini ſuper caput iuſti*, Prouerb. 10. Et quando Dominus non prodigalitate pietatis vtitur, vt iuſtum valeat benedictionibus cumulare? *Planè* (ait idem Doctor) *benedictio Domini ſuper caput Benedicti, quem tot benedictionibus cœli & terræ gratia Dei cumulauit.* 5. *Benedictio Domini ſuper Benedicti caput.* Prou. 10. Guerric.

Eſau afficitur quidem benedictione, ſed in pinguedine terræ, & rore cœli materiali, fante Iſaac, *In pinguedine terræ, & in rore cœli erit benedictio tua*, Geneſ. 28. Ait Benedictus in rore cœleſtis lucis, nempe in Chriſto, & in ſpiritus pinguedine benedicitur. Addit Guerricus, *Non tamen ſicut Eſau in pinguedine terræ, & in rore cœli benedictio Benedicti: ſed in pinguedine ſpiritus, & in Auctore cœli, qui per Prophetam loquitur, Ero quaſi ros; & cui dicitur: Ros lucis ros tuus, in Chriſto vtique benedictio Patris, cui Pater imprecatus eſt: Qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur.* 6. *In pinguedine ſpiritus, & in rore Chriſto benedictus eſt.* Gen. 28. Guerric.

Sæpè aiebat Benedictus, *Ego totam ſpem meam Deo commiſi.* Id Ieremias celebrat, *Benedictus vir, qui confidit in Domino*, cap. 17. Si ergo qui in Domino confidit benedictionibus donatur, & Benedictus totam ſuam ſpem Deo commiſit: quid mirum ſi cœleſtibus benedictionibus oppleatur. Appoſitè Guerricus, *Meritò proinde benedictus vir, qui confidit in Domino, quia qui in Domino fidit, in eo ſe ipſum figit. Vbi autem arbor radicem figit, inde ſuccum vitæ, atque humorem pinguedinis bibit. Planè ad humorem radices miſit, qui (verbis vtar Benedicti) totam ſpem ſuam Deo commiſit: atque de ipſo fonte ſummi boni aquas vitæ totius benedictionis, & gratiæ bibit.* 7. *Benedictionib. opplebatur, quia totam ſpem ſuã in Domino collocabat.* Ier. 17. Guerric.

Olim Hebræis Dominus, *Si audieris vocem Domini Dei tui, vt facias, atque cuſtodias omnia mandata eius, quæ ego præcipio tibi hodie, faciet te Dominus Deus tuus excelſiorem cunctis gentibus, quæ verſantur in terra. Venient ſuper te benedictiones iſtæ*, Deut. 28. Recenſet quidem cunctas haſce benedictiones, ac D. Benedicto accommodat Gregorius, fatus: *Hoc appoſitè quadrat Benedicto, qui audita voce Domini, & ſeruando eius præcepta, & mandata, meruit Dei benedictionem. Fuitque benedictus in ciuitate, in qua dedit bonum exemplum, & multas Chriſto animas lucri fecit. Fuit etiam benedictus in agro, ſiquidem cùm ipſe extiterit primus fundator Monaſteriorum in ſolitudine, fecit vt multi ſaluarentur, & Deo multi obſequerentur. Tum etiam benedictus fuit fructus eius, per quem poſſunt intelligi eius diſcipuli. Fuit etiam benedictus fructus terræ eius; per quem poteſt intelligi multitudo animarum, quæ eius cauſa, & occaſione* 8. *Vberrimæ Benedicti benedictiones recenſentur.* Deut. 28. Gregor.

Diſcipulo

Diſcipulorum eius conuerſe ſunt ad Chriſtum. Neque hic adhuc quieuit benedictio, quin potiùs voluit Deus, vt ipſe etiam ſanctus diceretur Benedictus.

Tot Pater benedictionibus plenus, quot ad Deum fecit ingreſſiones. Geneſ. 24. Carthuſ.

9. Abrahami fideli famulo ſic Laban frater Rebeccæ: *Ingredere benedicte Domini, cur forìs ſtas?* Geneſ. 24. Quàm appoſitè ſeniori Chriſti famulo accommodari poſſunt verba, tot Pater benedictionibus plenus, quot ad Dominum geſſit ingreſſiones! Audi Dionyſium Carthuſ. ſerm. 1. de B. Benedict. *Ingredere Benedicte Domini, cur foris ſtas? ſpecialis, & feliciſſimus Pater noſter re, & nomine Benedictus, Deo vocante, & inuitante, ingreſſus eſt in vita præſenti in Militantem Eccleſiam, in proprij cordis ſecretum, in deuotorum congregationem, in eremum, & ſpeluncam, in fratrum conuentum, in ſanctuarium Dei: & poſt vitam hanc, ingreſſus eſt in manſionem, ac gloriam cœli.* Plura Doctor. En tot benedictiones, quot ingreſſus.

Innumera Benedicti benedictiones. Pſalm. 117. Carthuſ.

10. De Chriſto turba proclamauit, *Benedictus, qui venit in nomine Domini,* vti aſſeruit Dauid Pſalm. 117. De Benedicto vices gerente IESV idem Carthuſianus expoſuit. *Verba iſta* (ait ſerm. 2.) *ad litteram de Chriſto conſcripta de beatiſſimo Patre noſtro Benedicto congruè exponuntur. Quoniam gratiosè benedictus, id eſt, multiplici gratia decoratus, ac repletus eſt à Spiritu ſancto. Fuit namque, & eſt Pater Religioſorum, inſtitutor, ac legiſlator multorum. Fuit Eremita, & Anachoreta, ſoloque pane contentus in eremo. Fuit potens in verbo, ac opere, faciens miracula multa, & magna, imò & maxima, ſoli omnipotenti poſſibilia. Cordium vidit ſecreta, ſpiritu ſplenduit prophetiæ, copioſumque fructum fecit in mundo.*

Cunctis benedictionibus, quibus antiqui Proceres donati ſunt, Benedictus plenus oſtenditur. Geneſ. 12. Gregor.

11. Abrahæ è domo paterna exeunti Dominus, *Erisque benedictus*, Geneſ. 12. Re quidem & nomine Benedictus omnibus benedictionibus, quibus cuncti Proceres affecti ſunt, donatus oſtenditur. Benedictus ne Iacob Deum videns, & ab Angelo benedictionem accipiens? Aſſerit D. Gregorius Benedictum viatorem eſſentiæ diuinæ aſpectaſſe fulgorem. Benedictus Ioſeph victor ex fuga, potentiſſimus ex formidine? Benedictus veptium in manibus pro pallio pellem dereliquit, ne ſuccumberet hoſti. Benedictus Daniel apud lacum leonum à Propheta refectus? Immiſſus à Deo Clericus quas parauerat eſcas ad epulum abdito, eſurientique Benedicto appoſuit. Benedictus Moſes è ſaxo torrentem eliciens? Imperio Benedicti percuſſus lapis tribus Monaſterijs arido in ſitu ex ædificatis aquæ perennis reddidit abundantiam. Benedictus Elias, quia Sunamitis filium reuocauit ad vitam? Filium pij ciuis functum potentiſſimo complexu Benedictus ad viuos aduocauit. Benedictus Eliſæus, quia cadaueris attactu defunctum hominem ſuſcitauit? Tranſlationis Benedicti ſolemni defunctus ad tumulum ferebatur, contactu autem oſſium Diui ſolutus à mortis vinculis ſe expediuit à Sindone funebri Benedicti gloriam inclamitans. *Ingredere ergo Benedicte Domini, cur foris ſtas?* Omnium Diuorum æmulator eum Diuis omnibus celebrabere.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Quòd vos qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me in regeneratione.

Chriſti vices exerens Benedictus innumerabilis genealogiæ Parens efficitur.

Innuo, filiorum perfectionem parentis arguere ſanctitatem.

ADHVC premens Strabi ſententiam 12.
Chriſtum aſſero, fidelium ſemel & iterum Strab.
Genitorem in Baptiſmo generat, regenerat autem in Religionis ingreſſione. Deus cunctorum hominum Pater eſt, cùm tamen Adamum omnium hominum parentem conſtitueret. Crediderim Chriſtum Patrem Monachorum dum viuum Benedictum ſibi adeò ſimilem generat, vt ipſe poſtmodum Chriſto innumeros filios præſentaret. Sethi filij, Dei filij appellantur, quia ſpecialiſſimè Seth fuerat à conditore coaptatus, ac perfectus, collegium equidem ſanctitatis. Adeò Chriſto Domino aptatus Benedictus, vt quoquot ſpiritualiter filios progenuit, Dei filios expoſuit.

Chriſtus Benedictum Adamū & Sethum genuit, innumeros filios generaturū.

Præmittam Petri Damiani Cardinal. ſerm. de 13.
B. Benedict. ſententiam. *Hoc ſolum dixiſſe ſufficiat, quia ſolus iſte militarem manum excelſo Principi cæteris abundantius præſentabit, & Monachorum turmis Angelorum more viuentibus cælorum adimplebit palatia. Quàm igitur refulgens, & ſplendidus miles aptabit Imperatorio tribunali plenus infinitis virtutibus, agminibus innumeris comitatus. De Benedicto planè, eiuſque ſequentibus dixit Simon Petrus ad IESVM: Ecce nos reliquimus omnia.* O ineffabile Benedicti præconium! E tot militibus Patrem ſanctiſſimum ſequentibus nec vnus inuenietur, de quo non dixerit Petrus, *Ecce nos reliquimus omnia?* Commendabilis prorſus mirabilis multitudo filiorum, ſed planè commendabilior ſanctitas ſingulorum, ſi omnium ex ore Simon locutus: *Ecce*, ait, *nos reliquimus omnia.* parum eſſet Benedictum, inſtar Adami, plurimos filios genuiſſe; ſi, inſtar Sethi, Dei filios eos minimè generaſſet.

Benedictus multorum filiorum DEI parens. Damian.

Si libet innumerabilis familiæ Benedicti ca- 14.
pita recenſere, ad Monaſteriorum numerum accurre, Proceres filios ad memoriam reuoca: &, vt verius dixerim, *Numera ſtellas ſi potes. Sic erit ſemen tuum*, Geneſ. 17. Benedicti Patris noſtri filij appoſitè comparantur ſtellis. Stellæ innumeræ, ſplendore quidem cœli ornamentum. Filij Benedicti & numero & ſplendore facilè ſuperant cœleſtia luminaria. Recenſeo Planetas, Reges, inquam, qui ſanctiſſimum, abiecta purpura, induere cucullum. Abrahamo Deus, *Reges ex te egredientur*, Geneſ. 17. Imperator Anaſtaſius II. Machaël I. Theodoſius III. Lotharius, Hugo, Iſatius, Theophilus,

Benedicti familia innumerabilium ſtellarum Collegium. Geneſ. 17.

Imperatores, & Reges

Theophilus, Emanuel, & alij quamplures ad Benedicti Clauſtra properarunt. Reges, Reginæque innumeræ, filiique Regum, ac Principum Benedicti pertinent ad familiam. Treberius Rex Bulgarorum, auctore Trithemio, ſacra vnda dilutus nomen audit Benedictinæ militiæ. E qua Abbas quidam aſſumptus fuit in Aragoniæ Regem, appellatus quidem Ramirus II. Carolus ille Francorum gloria, qui inter Chriſticolas Magni ob egregia facinora acquiſiuit appellationem, dimiſſo Imperio nigro indutus veſtimento Maximus deberet nominari, quia curauit ſe cunctorum minimum exponere.

15. *Abbatia, ac Prioratus, & Diui.* Vis Benedicti Monaſteria cum ſtellarum numero colligare? Pluſquam triginta mille Abbatiæ, decem & ſeptem mille Prioratus Benedicti parent imperio. Hinc collige numerum ſine numero filiorum. An vulgus indoctum, & minimè ſanctitate conſpicuum? Trithem. Trithemio authore, quinquaginta quinque mille Diui canonizationis fulgore conſpicui Benedictum einxere parentem: aliis autem, quos legi, aſſertoribus, pluſquam ducenti mille Ordinis Benedicti Sancti adnumerantur. Ducentos Martyres apud Cardeniam vna die à Pontifice Summo Eccleſiæ expoſitos noſtra vidimus tempeſtate: ego puer adfui ſolemni.

16. *Tanta ſanctitas filiorum ſanctiſſimum arguunt parentem.* Tanta ſanctitas filiorum ſanctiſſimum arguunt proculdubio parentem. Nondum natus fuerat Chanaam filius Cham, & iam à Noë maledictione afficiebatur, *Maledictus Chanaam ſeruus ſeruorum erit*, Geneſ. 9. Gen. 9. Quónam modo maledictis afficitur, cùm bonum, aut malum minimè eſt operatus? Certè ex nequitia parentis filij futuri iniquitas arguebatur. Ambroſ. Ambroſius, *Vtique Chanaam natus non erat, addit tamen nomen filij: vt & vitio patris deformaretur filius, & pater filij nequitia grauaretur. Nec poterat fieri, vt bonum generaret filium, qui bono patri nequam filius & naturæ, & eruditionis degener extitiſſet.* Sicut autem maledictus filius patrem arguit maledictum, tot benedicti filij patrem ineffabiliter Benedictum re quidem, non nomine, ſolùm arguebant. Vix ex Benedicto parente poſſent filij maledicti prodire. Chryſoſt. Diuus Chryſoſtomus homil. 45. in Matth. *Vt regula eſt humanæ naturæ, quòd omnis homo naſcatur duos oculos habens, & quinos digitos: aliquando tamen, vt manifeſtentur opera Dei, naſcitur homo ſex digitos habens, ſic & homo extra regulam naturæ rarò procedit, vt diſſimilis naſcatur filius parentibus.*

O Benedicte collegium ſanctitatis,
perfectionis colligatio, è quo
tot Diuorum præconia
celebrantur!

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Sedebitis & vos ſuper ſedes iudicantes duodecim Tribus Iſraël.

Benedictus Magiſter egregius ſedem obtinuit, vt innumeros ſubditos edoceret, quidquid ipſe præſtaret.

Aſſero, operari debere priùs Magiſtrum, quidquid velit diſcipulis perſuadere.

SI regeneratio ex mente Strabi Religionis eſt inſtitutio, in regenerationéque Diui Chriſtum ſecuti ſedi ſunt addicendi, non ineptè expoſuerim ſpirituale Magiſterium. 17. Strab. Ad cathedram igitur Benedictus aſcendit innumeros diſcipulos docturus ſpiritualis myſticæ ſcientiæ perfectionem. Certè non tam verbis vtitur, quàm exemplis. Dionyſius Carth. ſerm. 2. *Tota Benedicti vita informatiua eſt Monachorum.* Carthuſ.

A ſæculo Benedictus abſtrahitur, viam init arctiſſimam, corporis vires comprimit prius quàm edocendis proximis impendat ſtudium. 18. *Sanctus Benedictus curat ſanctos reddere ſubditos.* Si enim Magiſter non priùs immutatur, immutabiles Diſcipulos ſortitur. Aſſerit Ioannes Chriſtum ab aquarum in vinum mutatione miraculis dediſſe principium. *Hoc fecit initium ſignorum Ieſus in Cana Galilææ*, cap. 2. Ioan. 2. Quare obſecro? Aſſumendæ erant aquæ, vt Baptiſmatis vnda effectæ homines, peccatores in iuſtos immutarent; & ideo neceſſarium fuit aquas in ſe mutationem à Domino experiri. Hilarius homil. 1. *Mutantur ſubitò aquæ homines poſtmodum mutaturæ.* Hilar.

Hodie Petrus profatur Apoſtolus, *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis?* 19. *Petrus aſſumitur ad confirmandos ſubditos poſtquam omnia reliquit, & conuerſus eſt à negatione.* Dominus autem, *ſedebitis & vos ſuper ſedes.* Tu ô Petre Cathedram aſcendes, vt ſubditis doctrinam expedias, ac in fide confirmes. Delicto abnegationis maculatur Apoſtolus, cui Chriſtus, *Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.* Nec enim aptè cathedram occupabis confirmaturus fratres, niſi operam priùs expedias conuerſioni. Matth. 19. Ambroſius lib. 10. in Luc. Ambroſ. *Ille confirmare iubetur fratres ſuos, qui dixit: Omnia dimiſimus, & ſecuti ſumus te.* Neque enim aptus ad confirmandum in vocatione Regulari Monacho ſpiritualibus inſtitutionibus Benedictus obiiceretur, niſi priùs affectu, & effectu ſæculum reliquiſſet.

20. *Chriſtus oſtendit ſe reſurrectionem, & vitam, quod ſupponitur, vt alium poſſit ſuſcitare.* Vt Marthæ luctum Dominus ablegaret, docerétque defunctum Lazarum ſuſcitandum, ait: *Ego ſum reſurrectio, & vita*, Ioan. 11. Cur non potiùs dixit, *Ego reſuſcitabo eum*? Profectò, quia nihil magis propinquum reſurrectioni Lazari gerendæ, quàm operaturum in ſe habere, quod erat alteri præſtiturus. Qui in me Ioan. 11.

me reſurrectionis habeo virtutem, facilè alios reſurrectione donabo. Chryſologus ſerm. 63. *Quid eſt: Ego ſum reſurrectio; & non, Ego reſuſcito, aut reſuſcitabo? Quia ſuſcepit hominem, ſuſcepit & mortem, vt qui reſuſcitat iubendo vnum, reſurgendo in ſe reſuſcitat omnes.* Aſſerit Ioannes, *In ipſo vita erat, & vita erat lux hominum*, cap. 1. An vitam præſtaret hominibus, quam in ſe non haberet? *Ego* igitur, ait, *ſum reſurrectio, & vita.* Non eſt, quo retarder ab opere gerendo, ſi iam habeo in me, quod Lazaro præſtare valeam.

Chryſol.

Ioan. 1.

21. Recurre, obſecro, ad vitam mirabilem Benedicti, vt ediſcas, quàm efficacem doctrinam diſpenſatit alumnis. D. Bernardus ſerm. de D. Benedict. ait, *Doctrina verò inſtruit nos, & dirigit greſſus noſtros in viam pacis. Porrò vita iuſtitia omninò roborat, & animat nos: vt tanto magis accendamur ad agenda, quæ docuit, quanto certi ſumus eum non alia docuiſſe, quàm fecerit. Sermo quidem viuus, & efficax exemplum operis eſt, plurimum faciens ſuadibile, quod dicitur, dum monſtrat factibile, quod ſuadetur.* In hunc ergo modum & Benedicti ſanctitas confortat, pietas informat, iuſtitia confirmat.

Quàm efficax Benedicti doctrina ſacientis, quod docebat!

Bernard.

22. Tam vitalis in ipſius operibus doctrina fuit, tantæ operam dedit ſanctitati dum viueret, vt nunquam non doctrina perſuaderet & ſanctiſſimæ radice operationis. Quod adnotauit idem Abbas, dum adiicit. *Quanta pietatis aut ſanctitatis fuit, quòd non ſolùm præſentibus profuit, ſed & futuris.* Ac ſi diceret, ineffabilem arguit operationem, ſeu ſanctitatem, poſt tot ſæcula adhuc vigere doctrinam, adhuc præcepta præſcribi efficaciſſima ſubditis ex vitæ perfectiſſimæ virtute. *Non ſolùm his qui tunc erant, fructum tulit hæc arbor, ſed vtique hodie fructus eius & creſcit, & manet.* Quid mirum ſi Benedicti ſanctitas eſt *tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum*, Pſalm. 1. An non vides totam Benedicti familiam tam addictam obſeruationi inſtitutorum, vt quilibet Monachus oculis referat Benedictum? O quàm abſtracti à ſæculo! quàm Prælatorum obedientiæ illigati! quàm accurati legum obſeruatores? Quid mirum ſapiant primæui ſpiritus perfectionem, ſi vocalia ſemper, Benedicti opera, nunquam non vociferantur.

Tam ſanctus fuit, vt poſt multa ſecula hodie doctrina eius efficaciſſima ſit ex virtute ſanctitatis.

Bernard.

Pſalm. 1.

Benedictina familia obſeruantia mira.

23. Confirmo excogitationem ex Dionyſio Carthuſ. ſerm. 1. *Benedictus ingreſſus eſt fratrum conuentum, ad quorum inſtantiam inſtituit cœnobia multa, & fratribus ſuam communicauit præſentiam, vt quod in occulto didicerat, alios manifeſtè doceret. Spiritualem etenim vitam alios edocere ineptus eſt, & indignus, qui non hanc eſt experimentaliter edoctus.* Benedictus nunquam deſtitit edocere, quia vberrimè fuit in ſpelunca à Domino inſtructus *Porrò tam in ſpelunca, quam extra ingreſſus eſt Benedictus ſanctuarium Dei, id eſt, abyſſum ſapientiæ increatæ, contemplationis ſecretum, reuelationum altitudinem diuinarum, quia incerta & occulta ſapientiæ ſuæ manifeſtauit ei Altiſſimus.* Tam egregius ſpiritus Magiſter ex mira operatione euaſit, vt nunquam ſermo viuus & efficax poſt tot ſæcula conticeſcat. *Edocemur* (addit Carthuſianus) *nos alios non inſtruere audere, quod ipſi non fecimus.*

Quod Benedictus in occulto didicerat, edocet ſubditos; & nunquam non edocet, quia ſuperabundätiſſimè didicit.

Carthuſ.

Observat. IV.

Ad illa verba:

Sedebitis & vos ſuper ſedes iudicantes, &c.

Perfectiſſima Benedicti doctrina perfectiſſimum oſtendit Præceptorem.

Vbi de obedientiæ propera executione, ſilentij accurata obſeruantia, Oratione efficaci, paupertatis cuſtodia, iuniorum erga ſenes reuerentia, ac Prælatorum exemplo Religioſis documenta prælibo.

IN huius argumenti robur nonnulla præſcripta Benedicti edocentis expedire lubet, è quibus Præceptoris ineffabilis ſanctitas illuſtratur. Aſſerit D. Gregorius D. Benedictum non potuiſſe aliter docere, quàm vixit. Ergo ſi docuit perfectiſſima, perfectiſſimè vixiſſe oſtentatur. 24.

Gregor.

Audiendus Dionyſius Carthuſ. ſerm. 2. qui memor ſententiæ D. Gregorij fatur: *Quoniam, teſte B. Gregorio, ſanctus vir Benedictus aliter docere non potuit, quàm vixit: ex ſua doctrina, ac regula poſſumus virtutum ſuarum perfectionem inſpicere. Attendamus ergo nonnulla, quæ ſcribit in Regula. Quidquid boni inchoas, à Deo perfici inſtantiſſima oratione depoſcas. Ad Deum per laborem obedientiæ redi, à quo per inobedientiam receſſiſti. Quicumque Chriſto militaturus propriis voluntatibus abrenuncias, præclara, atque fortiſſima arma aſſume. Primus humilitatis gradus eſt obedientia abſque mora, vt mox cùm aliquid fuerit à maioribus imperatum, quaſi diuinitus imperetur, ſtatim ex occupatis manibus obediatur, imperfecto relicto, quod agebatur. Ecce qualiter nos oporteat obedire.* 25.

Non potuit Benedictus aliter viuere, quã docuit: aliter docere, quã vixit.

Carthuſ.

Circa obedientiam Benedicti doctrina.

E quibus obedientiæ præſcriptionibus illud adnotarim: *Imperfecto relicto, quod agebatur.* An opus minus pulchrum manebit, quia imperfectum, vt obedires incunctanter, reliquiſti? Legi Monachum, vt impleret Benedicti monitum, literam inceptam reliquiſſe atramento, quam auro perfectam rediens ex obedientia reperit. Si morulam geras, nulla operi aderit pulchritudo. Barach indicitur, *Præcepit tibi Dominus: Vade, & duc exercitum in montem Thabor.* Dixitque Barach, *Si venis mecum, vadam; ſi nolueris venire mecum, non pergam.* Debora autem: *Ibo quidem tecum, ſed in hac vice victoria non reputabitur tibi*, Iudic. 4. Barach igitur inobediendo aliquantiſper cunctatus eſt, dum Deboræ comitatum, præſentiamque efflagitat, dum conditiones nectit, ac morulas. E qua quidem cunctatione operis illius deturpat venuſtatem. Aureum erat, & atramento perfici ex morula effecit. Hebraïcè, *Verè tamen non erit gloria tua in via, qua gradieris.* Abulenſis quæſt. 11. *Non erit pulchritudo ſuper iter, quò vadis.* Nam qui præceptis curat quidem obedire, ſed aliquantiſper 26.

Redduntur ex obedientia pulchriora illa opera, quæ, vt pareas, imperfecta reliquiſti.

Iudic. 4.

Abulenſ.

quantiſper cunctatur, opus obedientiæ deuenuſtat, ſeu non adiicit ei illud pulchritudinis, quod ex propera executione aſſolet prouenire.

27. *De ſilentij obſeruatione Benedicti doctrina.* Carthuſ.

Addit Carthuſianus, *Porrò de obſeruantia ſilentij ait: A bonis eloquiis interdum, propter taciturnitatem, abſtinendum eſt: quanto magis à malis? Ideo rara detur loquendi licentia propter taciturnitatis grauitatem diſcipulis, quamuis bona, ſancta, & ædificatoria verba velint conferre: quoniam ſcriptum eſt, in multiloquio non effugies peccatum*, Prouerb.20. *Ideo ſi quæ requirenda ſunt, à Priore cum omni humilitate, & ſubiectione reuerentiæ requirantur. Scurrilitates verò, & verba otioſa in riſum mouentia æterna clauſura in omnibus locis damnamus: & ad tale eloquium non permittimus os aperire diſcipulum.*

28. *Silentiũ pudoris eſt cuſtos. Vel à licitis abſtinendum.* Cant.4. Richard. Victor.

Preme illud: *Rara detur loquendi licentia, quamuis ſancta verba velint conferre, quia in multiloquio non effugies peccatum.* Aſſolet quidem ſolui pudor, ſi labia non omnino fuerint infrænata. *Vitta* (ait ſponſus) *coccinea labia tua*, Cantic.4. Vt vitta crines, ita labia, ne diſſoluta fluant verba, conſtringunt. Richardo Victor. auctore. An non aptius verbis otioſis frænum ſolummodo pararetur? ſine vitta labia ſoluta adſint, vt ad ædificatoria verba poſſint aperiri. Porrò omnino religanda ſunt, *quamuis ſancta verba velint conferre*, ob periculum, ex otioſo verbo, piaculi.

29. *Soluitur pudor ſi labia effrænantur.* Ambroſ.

Deinde expendenda particula, *Rara detur loquendi licentia, propter taciturnitatis grauitatem*, aut pudorem ſtatus Religioſi. A pudore enim alienus eſſe oſtenditur, qui non ſcit labia religare. Ambroſius lib. 3. de Virgin. *Taciturnitas commendat pudorem.* Et de Suſannæ ſilentio ait, *Accuſabatur & tacebat, ſilentio ſe tegebat, ne nudaret pudorem.* An reſpondendo neceſſaria, pudor fœminæ ſolueretur? Certè vix labia vel ad neceſſaria aperiuntur, quin aliquod otioſum verbum elabatur.

30. *Monita Benedicti circa orationis inſtantiam, chori religioſum.* Carthuſ.

Cæterùm *de modo orandi*, (Carthuſianus adhuc) *& pſallendi diſſeruit: Conſideremus, qualiter oporteat nos eſſe, & ſtare in conſpectu Dei, & Angelorum, ſicque pſallamus, vt mens noſtra voci noſtra concordet. Si dum hominibus potentibus aliqua volumus ſuggerere, non præſumimus hoc niſi cum humilitate, & reuerentia facere; quanto magis Deo cum omni humilitate, & puritate deuotionis ſupplicare oportet: & non in multiloquio, ſed in cordis puritate, & lachrymarum compunctione ſciamus nos exaudiri.*

31. *Breuiſſima cum reuerẽtia oratio exorat.*

Expendo particulas: *Cum omni humilitate, & puritate deuotionis: & non in multiloquio.* Breuiſſima enim cum reuerentia oratio in conſpectu Domini exorat. Ita Deipara in nuptiis Canæ reuerenter accedens, & vnico vſa verbo primum à Chriſto miraculum extorſit. *Vinum* (inquit) *non habent*, Ioan. 2. Ad quæ Bernardus de gradib. hum. *Quàm breuiter, quàm reuerenter ſuggeſſit, vnde piè fuit ſolicita Et vt diſcas in huiuſmodi magis piè gemere, quàm præſumptuosè, pietatis æſtum pudoris temperans vmbra, conceptam precis fiduciam verecundè ſuppreſſit.*

Ioan.2.

Bernard.

32. *Circa vitiũ proprietatis Benedicti placitum.* Carthuſ.

De vitio proprietatis penitus amputando ſæpius loquitur, inter cætera dicens: Præcipuè hoc vitium radicitus amputetur de Cœnobio; ne quis præſumat aliquid dare, aut accipere ſine iuſſione ſuperioris, neque habere propriam vllam omninò rem, neque codicem, neque tabulas, & nihil omnino: quippe quibus nec propria corpora, nec voluntates licet habere in propria poteſtate.

33. *Quàm pulchra, quàm cũctis ornata nuda paupertas Religioſorũ.* Rom. 10.

Pende illud: *Quippe quibus nec propria corpora licet habere in propria poteſtate.* Rogas, an vacui omninò, qui huiuſmodi ornantur circa paupertatem affectu? Certè hi corpora propria non habent, quia terrena deſpicientes cæleſtes in incolas conuertuntur. *Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem*, Rom. 10. Pauperes enim ſpiritu à corpore abſtracti quaſi nudi ſpiritus ſupra cœli verticem conſpiciuntur. Gregorius, *ſpecioſi erant, quia non ſua commoda quærebant. Specioſi erant, quia terreni lucri inquinamenta ex ipſo ſuæ operationis inceſſu non contrahebant.* Aptiùs Hugo, *Specioſi, quia iam terram non tangebant.* Nam paupertatis Dominicæ æmulandæ affectu corpore minimè vtebantur, ſed ſpiritus exſurgebant.

Gregor.

Hugo Cardin.

34. *De reuerentia iuniorũ erga ſenes, ac Prælatorum exemplo ſententia Benedicti* Carthuſ.

Alia multa (concludit Dionyſius,) *cunctis Religioſis vtiliſſima ſcribit in Regula, ſicut de mutua fratrum dilectione. Qualiter debebant iuniores ſenioribus aſſurgere, & deferre. Poſtremò de diligentia, cura, exemplaritate, doctrina, diſcretione pertinentibus ad Abbatem. Sciat Abbas, ait, culpæ Paſtoris incumbere, quidquid vtilitatis Paterfamilias in ouibus minus potuerit inuenire.*

35. *Quàm iuſta Benedictina familia iuniorum ſenioribus mira ſubmiſſio.*

Vbi duo occurrunt ponderanda. Vnum, *Qualiter debeant iuniores ſenioribus aſſurgere.* In D. Benedicti familia ſenes præcedunt iuniores, tam accurata iuniorum reuerentia, vt piaculum ſit graui ſupplicio dignum ſenectutis, vel leuiter iura violare. Quotieſcumque ſeniores ac iuniores conueniunt, Ioſephi menſæ obiicitur apparatus. *Sederunt* enim *coram eo primogenitus iuxta primogenita ſua, & minimus iuxta ætatem ſuam*, Gen. 43. An non in Benedicti familia Rationalis myſterium obiicitur? *Sculpes in eis*, (lapidibus onychinis,) *nomina filiorum Iſraël iuxta ordinem natiuitatis eorum*, Exod. 28. In Rationali ſeniores præcedunt; iuniores enim ſenioribus ſubmitti rationi eſt conſentaneum: contrarium planè non rationale, ſed prorſus irrationale eſt, vt vulgariter explicare liceat, ſenioribus iuniores ſubmitti.

Geneſ 43.

Quàm rationalis!

36. *Abbates à cunctis ſubditis aſpiciuntur.* Zach.3.

Alterum autem, *De diligentia pertinenti ad Abbatem, & exemplaritate.* Oculis enim patet omnium Præſulis vita, neceſſariò cunctis manifeſtatur lapis primarius, fante Zacharia, *Super lapidem vnum ſeptem oculi ſunt*, cap.3 Lapis primarius conſtitutus es? Innumeris oculis tua geſta præſentantur. Caſſiodorus lib. 11. var. cap.7. ſic Patricio homini. *Latere non poteſt, quod inter cancellos egeris. Tenes quippe lucidas fores, clauſtra patentia, feneſtras, ianuas. Et quamuis ſtudioſè claudas, neceſſe eſt, vt te cunctis aperias.* Præcipuè cùm cuncti adſint obſeruatores vt aſpiciant: *Super lapidem vnum ſeptem oculi ſunt.*

Caſſiod.

Observat. V.

Ad illa verba :

Et vitam æternam poſſidebit.

Benedicto ad Superos properenti ipſum cœlum obuiam procedit.

Quàm ſpecialis gloria præparatur illi, qui filios ſpirituales curat acquirere?

GRæcè pro *Poſſidebit*, eſt, *Hæreditabit.* Filij enim cuncta ſæcularia relinquentes, patrem, matrem, ſorores, fratres, agros, &c. hæreditate cœleſtis donantur.

37. *Viam cœlũ parat Benedicto obeunti.* Carth. *Filij Benedictum glorioſius coronare fecerunt.*

37. Benedictus poſt tot egregia facinora Domini ſui, ſeu Patris ſui intrauit in gaudium. Ait Dionyſius Carth. ſerm. 1. *Feliciſſimus Benedictus ingreſſus eſt gaudium Domini ſui, ad perpetuam beatitudinem Regni æterni, in quo eſt tanto glorioſius coronatus, quanto hic fuit prius conuerſatus, maiori charitate accenſus, pluréſque animas Deo lucratus, quo item in omnibus humiliauit profundius ſemetipſum.*

38. *Potius videtur gaudiũ Domini in Benedictum ingredi, quàm Benedictum in gaudiũ.* Gregor.

38. Preme particulam, *Ingreſſus eſt gaudium.* Potiùs aſſeruerim gaudium ipſum cœleſte in Benedictum intrauiſſe. Fatur D. Greg. *Inuaſit Benedictum vehemens quædam febris, quæ quotidie vehementior fiebat. Vltimo autem die iuſſit ſe adduci ad Oratorium quoddam, vbi ſanctiſſimum Chriſti corpus deuotiſſimè recepit, ibique ſupplices ad Deum palmas tendens beatiſſimum ſuo Domino reddidit ſpiritum. Hoc autem die duo ex diſcipulis eius viderunt lucidiſſimam quandam viam in cœlum ipſum tendentem, & pretioſis ornamentis decoratam. Et accedens ad eos vir quidam magno circumamictus ſplendore, dixit eis: Hæc eſt via, per quam aſcendit modò Benedictus ſeruus Dei.* Quid ſi via ſit, per quam Angeli cuncti que cœli Proceres ad Benedicti gloriam properarent. *Dei* Opt. Max. *Domicilium* iuſtè Benedictus à Carthuſiano videatur. Nihil in Benedicto terrenum remanſerat, ſolus ſoli æterno patebat habitatori, cœlum aderat Numini conſecratum: quid mirum cœlicolas pergere ad Benedictum?

39. *Inuitat cœlum Benedictum renuentẽ exire, vt Deo diutiùs militaret.* Truxil. *Soli Benedicti Filij obuiam precedentes ineffabilem obijciunt apparatum triumphi.* Trithem.

39. An parum eſſet, cœlum Benedicto reſerari ingreſſuro, niſi inuitaret properantem ad labores, renuentémque requie potiri? Thomas Truxillo ad calcem vitæ Benedicti, quam ex Gregorio, Trithemio, & aliis texuit, fatur: *Cæterùm ſi qui occaſionem dat vni tantùm, vt ſaluetur, tam æterno, & ſingulari afficitur præmio; quid de eo dicendum erit, qui fuit occaſio ſalutis tantarum animarum?* Eſto ſoli Benedicti filij beati ad *Dei domicilium* pergerent: ô quàm ineffabilis proceſſionis apparatus! Aſſerit Trithemius ex Benedicti Ordine vſque ad annum Domini 1490. creatos fuiſſe decem & octo ſummos Præſules, ducentos Cardinales, mille ſupra ſexcentos Archiepiſcopos, quatuor mille Epiſcopos, Abbates inſignes, vel literis, vel moribus 15700. Diuos canonizationis honore præfulgidos 15600. Affirmat præterea viginti Ordines ſub D. Benedicti Regula militare. Cuncti parenti optimo obuiam ſi procederent, quiſnam Diuus gaudium intraret tanto fulgentiſſimo ſatellitio cinctus?

40. *Pallio excipitur Chriſtus alter.* Gregor.

40. *Pallis* quidem *ſtratam viam* Gregorius ſcripſit. An Regni cœleſtis hæres Benedictus pallio obtegente excipitur? Certè ipſa via pallijs pulcherrimis exornatur. Porrò Domini triumphus Ieroſolymam ingreſſuri innouatur: niſi quòd non turba mutabilis, aut innocentes pueri; ſed Angeli, ac Diui incolæ equidem Ieroſolymæ cœleſtis gloriæ beatiſſimas immittunt ſtolas, vt tanto Diuo Ieſu æmulatori via præpararetur, acclamantibus cunctis, *Benedictus, qui venit in nomine Domini.*

PARS ALTERA.

BENEDICTI PROLES.

Ad cap. 5. 25. & 19. Matthæi.

Panegyrici Morales circa literam.

IN GREGORIVM, SCHOLASTICAM, ÆGIDIVM.

PROLVSIO.

NOBILISSIMO viro Cypriano, qui filios Patritios genuerat, ſic Rex Theodoricus applaudit ex calamo Caſſiodori lib. 8. variar. cap. 21. *Quando talium filiorum pater effectus es, natura ipſa videris eſſe Patritius.* O Benedicte, Pater Magni Gregorij, Scholaſticæ ſororis, Ægidij, Petri Damiani, Ruperti, Paſchaſij, innu-

merabilis familiæ Diuorum, licèt tua geſta non prædicentur, *natura ipſa videris eſſe Diuus.* Decem & octo Summi Pontifices, Cardinales ducenti, Abbates & vita & doctrina celebres 15700. Diui Eccleſiæ iam celebritate illuſtres 15600. quomodo non te natura Sanctum oſtentabunt? Quid ſi dati hi filij Benedicto in ineffabilis ſanctitatis præmium? *Pro Patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos Principes ſuper omnem terram*, Pſalm. 44. O Benedictina familia tot filiis illuſtris, quot ſtellis globus æthereus, pro illo Patre tuo Benedicto, qui Adami ſuperat paternitatem, tibi tot filij Diui naſcuntur. Nec aliter tanta Parentis ſanctitas debito munere donaretur. Simul aſſero Religionem ipſam hoc præmio donati ob eximiam obedientiam qua Abbatibus vel grauiſſimi Monachi ſubmittuntur. D. Baſilius apud Cat. Græc. *In obedientiæ retributionem nunc Ordo Benedictina pro Patre filios accipit tot, ac tantis dignitatibus excellentes, Præſules Summi, Cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Martyres, Confeſſores, Virgines: vt eos Principes ſuper omnem terram conſtituat.* Exſurgant ergo Filij, beatiſſimum Patrem prædicantes.

SECTIO III.

Magnitudo.

TEXTVS.

MATTH. c. 5: VERS. 14. VOs eſtis lux mundi. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. 19. Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno cœlorum.

IN GREGOR. MAGNVM Benedicti filium,

PANEGYRICVS MORALIS TERTIVS CIRCA LITERAM.

EX MVNDI LVCE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Qui docuerit, hic magnus vocabitur in Regno cœlorum.

Gregorius magnum Eccleſiæ luminare, merito Magni ſortitus eſt appellationem ob ineffabilem ſapientiam.

Illam aſſero Magni Concionatoris, aut Magiſtri doctrinam, quæ morum compoſitioni auditoris accommodatur.

1. ASſerit Dominus Magnum eſſe appellandum, qui docuerit? Meritò Gregorius Doctorum decus Magni ſortitus es appellationem. Ait D. Antoninus p. 2. tit. 12. cap. 3. *Gregorius Magnus dicitur propter ſapientiæ præcipuè moralis ſublimitatem, vt penè in ea omnes Doctores exceſſerit.* Preme illud, *ſapientia præcipuè moralis.* Illam ſapientiam commendo, quæ mores immutat auditorum.

Antonin.

2. Magnum iuſtè Gregorium appellamus, cuius ad proximorum vtilitatem ineffabilis eruditio. Multi Sapientes ſuggeſtum aſcendunt, & proferunt, & dictant ſublimia pietatis documenta, ſed adeò aut verbis perpolitis & occultis ambagibus, aut ænigmatibus metaphoratum digeſta, vt vix à doctioribus percipi valeant. Haud huiuſmodi Doctorem magnum compellarim. Chriſtus à Diſcipulis commendatur apud Ioannem. *Dicunt ei Diſcipuli eius: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. Nunc ſcimus, quia ſcis omnia*, cap. 16. Ac ſi dicerent: Nunc ſcimus, quia Magnus Doctor es. Ille enim ex mente ipſius Greg. Magnus quolibet in ordine appellandus obiicitur, qui eius ordinis attigit perfectionem.

Cùm Doctor ita ſublimia loquitur, vt proſit proximorum moribus, debet Magnus appellari.

Ioan. 16.

Scis

Scis omnia? Attigiſti ſapientiæ verticem. Vndénam ergo Magnum ſapientiâ appellant niſi quia nullum prouerbium, ſeu inutile auditoribus ignaris proferebat.

3. *Magnus Gregorius, qui etiam prophanas facultates conuertit ad ſpiritus eruditionem.* Clemens Alexand.

D. Gregorius Magnus quidem Magiſter etiam omnes prophanas facultates ad morum compoſitionem adaptauit, vel Muſicæ artem ad vtilia animi documenta transferre dignouit. Clemens Alexand. lib. ſtrom. *Ille vtiliter didicit, qui varias attigit diſciplinas, vt poſſit meliùs colere agrum,* (v.g.) *aut curare ægrotos. Ita hîc etiam eum bene, & vtiliter eruditum exiſtimo, qui omnia refert ad vtilitatem, adeò vt ex Geometria, & ex Muſica, & ex Grammatica, & Philoſophia colligens quod eſt vtile, nullis inſidiis interceptam ſeruet fidem.*

4. *Gregorius Magnus, qui cuncta prophana traxit ſpiritui deſeruire, vti Nabuchodonoſor ariolorum ſapientiam ad ſuum obſequium curauit adducere.* Dan. 2.

Dum video Gregorium non ſolùm Iobi patientiſſimi geſta, ſed & prophana quæque ad ſpiritus moralem informationem dirigere, Magnum vocatum meritò recognoſco. Ob difficilium facinorum procurationem legimus Alexandrum, Pompeium, ac Carolum Imperatorem appellatione Magnorum fuiſſe decoratos. Quàm Magnus Gregorius, qui difficillimũ facinus aggreſſus eſt, nempe prophanas facultates morum vtilitati deſeruire. Magnus ille Nabuchodonoſor poſt ſomnum auolans à memoria, *præcepit, vt conuocarentur arioli, & magi, & malefici, & Chaldæi, & indicarẽt Regi ſomnia ſua,* Dan. 2. O quàm magnum erit, efficere, vt prophanitas illa Regij cordis eruditioni deſeruiãt! Audi perpulchram Richardi Vict. p. 1. c. 2. ſententiam ex lib. 1. de erud. inter. hom. *Regiũ* (*Magnum* mutare liceat) *profectò animum gerit, qui deſideriis imperare, & ſtudia ſua pro deliberationis arbitrio diſponere conſueuit. Eiuſmodi itaque animus magnus omnes ſapientes Babylonios in vnum conuenire facit; & diuerſas ſectas in vnum per ſcrutinium cogit; & omnem indagationẽ, quam per varia ſtudia, & exercitia diſpergere conſueuit, vni & ſoli cœleſtis vtilis doctrinæ negotio impendit.* Sic Gregorius Regium, ſeu Magnum ſe oſtentat, dum cunctas prophanas facultates ad vnius moralis doctrinæ documenta cogit.

Richard. Victor.

5. *Magnus Gregorius omnes noxias ſcientias digeſſit in auditorũ, & lectorum vtilitatem.* Exod. 7. Damian.

Alij DD. haſce prophanas facultates omninò vt inutiles à concionibus ablegant, aut ſcriptis. In cuius typum olim Aaron virga Maleficorum virgas deuorauit. *Proieceruntque ſinguli virgas ſuas, quæ verſæ ſunt in dracones. Sed deuorauit virga Aaron virgas eorum,* Exod. 7. Vbi D. Petr. Damian. filius Benedicti, ac frater Gregorij ait lib. 8. epiſt. 9. *Virga quippe Aaron Maleficorum virgas abſorbuit; quia ſapientia Chriſti, quam illa ſignabat, omnes huiuſmodi ſapientias annullauit, mundique ſapientes ſui corporis, quod eſt Eccleſia, viſceribus conniuit.* Chriſtus itaque ſapientes digeſſit in Eccleſiæ filios, ſapientias autem prophanas penitus diſperdidit, vt edoceret Doctores ſuos huiuſmodi facultatum fugere infectionem. Profectò ex eo Chriſtus Doctorem ſuum Gregorium Magnum inter omnes oſtentari diſpoſuit, quòd non ſolùm ſapientes conuertit, ſed & doctrinas prophanas in proximorum digeſſit vtilitatem.

6. *Magnus cõſilio hinc Gregorius oſtenditur.* Clemens Alexand.

An non Clemens Alex. citatus de Magno Gregorio protulit: *Qui ſingula refert ad rectam vitam, exempla afferens ex Græcis, & ex Barbaris, is valde peritus veritatis inueſtigator, & Magni reuera conſilij, & inſtar lapidis Indici* (Lydius is eſt) *creditur poſſe diſcernere aurum adulterinum à probo,* &c. O lydium lapidem è cunctis facultatibus ablegantem adulterina, vt moribus ingeras probitatem! Non ſolum te magni conſilij eſſe profiteor, ſed pleno ore Magnum in Regno recognoſco: *Hic Magnus vocabitur in Regno cœlorum.*

Observat. II.

Ad illa verba:

Vos eſtis lux mundi: Qui fecerit, hic Magnus vocabitur in Regno cœlorum.

Gregorius iuſtiſſimè Magnus eſt appellatus ob miram ſanctitatem.

Innuitur, veritatis amatores quaſi humanam naturam exuere, induereque quodammodo diuinam.

QVi fecerit (addit Dominus) *Magnus vocabitur.* Opera egregia homines cognominibus Magnorum exornarunt. Ob miram ſanctitatem D. Gregorius Magni nomen obtinuit. Antoninus, *Qui Magnus dicitur propter eximiam ſanctitatem.* Audi Thomam Truxillo ex Ioanne Diacono, & Beda Venerabili filio Benedicti. Iuxta hanc Chriſti ſententiam, *Qui fecerit & docuerit, hic Magnus vocabitur, appoſitè quadrat B. Gregorio hoc nomen Magnus, vt dicatur Gregorius Summus Pontifex Magnus, quandoquidem fecit, & docuit. Vnde & Eccleſia Catholica eum appellat eo nomine, & Magnus eſt in Eccleſia militante, tum etiam in Eccleſia triumphante.* 7.

Gregorij nũquam vel leuis mendacij rei ponderatur. Truxil. ex Ioan. Diac. & Beda.

Illam premo particulam: *& magnus eſt in Eccleſia militante, tum etiam in Eccleſia triumphante.* Nam cùm Magnus ex ſanctitate in militanti exhibetur Eccleſia, inter cœleſtes incolas poterat adnumerari, quaſi homo cœleſtis exſurgeret. Ait Epiſcopus Equilinus lib. 3. c. 192. *Orbatus patre Gregorius, ſex Monaſteria in Sicilia conſtruxit, & ſeptimum intra vrbem in honorem S. Andreæ, quibus de proprio largè dotatis, omnibus reliquis pauperibus erogatis, in ſeptimo ſe fecit Monachum ſub Abbatis diſciplina. Vbi ad tantam in breui perfectionem deuenit, vt poſſet iam in cœleſtium numero computari.* Gregorius in cœleſti Regno Magnus inuenitur dum in terra commoratur; quia quodammodo hominis exuit naturam, & cum Angelis adnumerandus ex ſanctitudinis perfectione oſtenditur. 8.

Gregorius in Regno cœlorũ Magnus naturã humanã quodammodo exuit, induit Angelicam. Epiſcop. Equil.

Proclamat Dauid, *Ego dixi in exceſſu meo: Omnis homo mendax,* Pſalm. 115. Quónam modo omnes mendaces appellauit, ſi adſunt egregij in Eccleſia viri, humanis qui mendaciis omnino renunciarunt? An non Gregorius in humana natura peregrinus, qui Benedicti parentis æmulator nullo, vel leui mendacio vnquam fuit maculatus? Ita planè: ſed Gregorius homo non eſt, qui iam Cœlicolarum fuit tranſlatus ad Regnum, Angelicam eum naturam induiſſe aſſerui: parum erat tam præcelſæ ſanctitudinis viro; affirmo eum ad Dei- 9.

Gregorius verax, homo non eſt, ſed Numen. Pſalm. 115.

tatis quodammodo thronum aſcendiſſe, vt non iam Magnus, ſed Maximus Optimus in cœlorum Regno appellari valeat. Chryſoſt. *Omnis homo, qui hanc vitam amat, mendax eſt: qui verò in virtutibus illam tranſmittit, mendax non eſt, eo quòd qui talis eſt, non ſit homo, ſed Deus.* Chryſoſt.

10\. *Qui in veritate ambulat Chriſto pleno veritatis, aſſimilatur.* Certè illud in veritate hominem ambulare, eum efficit Deificum, omnibus ſuperiorem, Magnum, Maximum. De vnigenito Dei Filio Ioannes, *Vidimus gloriam quaſi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis,* cap. 1. vel in terra exiſtens ex veritate, qua ſe ab hominibus mendacibus abſtractum aſſerebat, Deificus in cœlorum Regno ac Maximus omnium oſtentabatur. D. Cyrillus, *Vidimus gloriam Chriſti, inquit, adeò ſublimiorem creaturarum gloriis, vt mentis quiſque compos nulli alij quàm vnigenito Dei Filio conuenire illam fateretur. Plenus enim erat veritate, & gratia.* O Chriſti æmulatorem Gregorium! ſi tanta plenus es gratia, vt nunquam à veritate receſſeris, quidni ad Deitatis ditionem pertinere quodammodo videaris? Ioan. 1. Cyrill.

11\. *Gregorius veritate ornatus coram Domino quaſi Deus Magnus exſurgit.* Redeo ad Ioannis Diaconi verba illa: *vt dicatur Gregorius Magnus, quandoquidem fecit, & docuit.* Vita & doctrina egregiæ Magnum efficiunt hominem, adeò vt Angelus appareat, Diuinus exponatur. Monet Dominus, *Pones in rationali iudicij doctrinam, & veritatem. Quæ erunt in pectore Aaron, quando ingrediatur coram Domino,* Exod. 28. Profectò veritas ad vitæ perfectionem pertinet. Homo ergo veritate, ſeu vitæ perfectione ornatus humanam quodammodo naturam egreſſus, coram Domino ingreditur, velut Deus exſurgens. Philo lib. de Iudic. *Quid in vita eſt æquè pretioſum, ac veritas? Quam Deus inſcripſit loco ſacratiſſimo, ea parte veſtis Pontificiæ, vbi eſt principalis vis animæ. Vt Sacerdotem per hoc ornamentum auguſtiorem redderet.* Quid Deitate auguſtius? Ambulans in iuſtitia Gregorius adeò Auguſtus exſurgit, vt Maximus in cœlis valeat quodammodo vocitari. Ioan. Diacon. Exod. 28. Philo.

Observat. III.

Ad illa verba:

Hic Magnus vocabitur in Regno cœlorum.

Gregorius meritò Magnus appellandus obiicitur ex mirabili humilitatis profunditate.

Agnatum eſt enim humilitati, magnos efficere cultores ſuos.

12\. Faciens quidem, & docens Magnus vocabitur, ſi geſta, ſi doctrina egregia non inferant animo elationem: quin imò Doctor vt Magnus appellari valeat, quo plus ex ſapientia, & geſtis euehitur, eò debet ad profundiora, ex humilitatis affectu, properare.

13\. *Gregorij ex humilitate magnitudo.* Quàm hinc Magnus fuerit Gregorius, Antoninus tom. 2. tit. 12. cap. 3. expreſſit. *Gregorius Magnus dicitur propter Summi Pontificij digniſſimam adminiſtrationem cum maxima humilitate. Cùm nihil magis in ceruice Pontificia, quam humilitas ſplendeat, vt ipſe ait diſt. 100.* Aſſerunt graues ſcriptores Præſulem Gregorium auctorem extitiſſe illius Pontificiæ ſubſcriptionis: *Seruus ſeruorum Dei.* Quàm iuſtè Magnus vel in Regno cœlorum, ſiue in Dei conſpectu oſtenditur, qui propriis oculis tā minimus obiicitur. Anton. Epiſcop. Equil. & alij.

14\. *Humilitas magnum efficit, vel ſi de Centurionem Gentilem: quid Gregorium Diuum?* Certè humilitas hominem ſolet magnum coram Domino reddere. Cùm Dominus ad ſeruum Centurionis ſe iturum offerret, miles ait, *Domine, non ſum dignus, vt ſub tectum meum intres: ſed tantùm dic verbo,* &c. Cui Chriſtus, *Amen dico vobis: Non inueni tantam fidem in Iſraël,* Matth. 8. vbi Auguſt. ſerm. 72. de Temp. *In populo, ad quem venit IESVS, non inuenit tantam fidem. Tantam, quid eſt? Tam magnam. Vnde Magnam? De minimo, id eſt, de humilitate grandem.* Quid excogitatius? Si nondum ingreſſus virtutis viam Gentilis ex vi humilitatis tam magnus oſtenditur, quid Gregorius poſt continua tot annorum humilitatis exercitamenta? *Magnus* pleno ore vocabitur. *Non inueni tantam fidem.* Matth. 8. Auguſt.

15\. *Dum Gregorij cor humilitate deprimitur, eius animus ad Regnum cœlorum exaltatur.* Profectò dum ſe deprimit Gregorius ſeruum ſeruorum proclamans, ad Regni cœlorum verticem mirificè eleuatur. Dauid, *Non eſt exaltatum cor meum, nec elati ſunt oculi mei, nec ambulaui in magnis, nec in mirabilibus ſuper me. Si non humiliter ſentiebam, ſed eleuaui animam meam,* Pſalm. 130. ſi cor non erat Dauidis exaltatum, nec elati oculi, quia humilitatis prætextu & cor, & oculi deprimebantur: quodammodo aſſerit ſe non humiliter tunc ſentire, ſed animam eius eleuari? An fictè ſe humilem obiecit? Porrò ea eſt humilitatis veræ conditio, vt neceſſariò hominem efferat ad celſitudinis gloriæ magnitudinem. Dum ergo Rex ad ima deprimitur, ad ſuperiora eleuatur, vt magnus in Regno cœlorum valeat oſtentari. D. Zeno Veron. Quæ Prophetæ iſta diuerſitas eſt. *Non exaltat cor, & animam exaltat, excelſus animo, & corde ſubmiſſus: humilis in ſuis, & non humilis in ſenſu eſt?* Reſpondet pulchrè, *ſenſus eius in cœlo eſt, anima eius eſt in excelſis.* Quia eo ipſo, quòd humilitate fulgeret, neceſſarium erat ex adnata humilitati magnitudine ad cœlorum Regnum exaltari. Pſalm. 130. Zeno.

16\. *Humilis ſupra ipſum Regnū cœlorum quodammodo Magnus oſtenditur.* Tam eleuatus animus humilis Diui oſtenditur, vt non ſolùm in Regno cœlorum Magnus, ſed ſupra Regnum obiiciatur. Exprimens Apoſtolus Regni cœlorum ineffabilia gaudia, ait: *Oculus non vidit, neque auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit quod præparauit Deus diligentibus ſe,* 1. Cor. 2. Cur vſus eſt verbo *aſcendit*, cùm de Regni cœlorum gloria diſſerit? Reſpondet acutè Societatis Doctus, quippe vbi homo habet cor altum & exaltatum, nihil ex cœleſtibus bonis ad illum accedit. Minimè enim cœleſtia bona amant aſcenſus, ſed deſcenſus. Auguſt ſerm. 74. de Temp. *Quanto humilior, tanto capacior. Colles enim aquam repellunt, valles implentur.* Aptius tamen argumento reſpondeo, Paulum de ipſis hominibus cœlorum Regno deputatis locutum: aptè autem vſum verbo aſcendiſſe; quia electi ob ſtudium humilitatis cor deprimentes, adeò ſimul ex humilitatis eleuatione exaltatum ſuper Regna cœlorum obiiciunt, vt quodammodo ipſa gaudia regni neceſſariò debeant 1. Cor. 2. Auguſt.

Gregorij humilitas. debeant aſcendere, ſi ad eleuatiſſimum cor hominis moliuntur acceſſum: *Nec in cor hominis aſcendit.* Hinc contemplor Gregoriũ Magnum ſupra Regnum cœlorum obiici, dum eum video ad ſeruorum Dei pedes prouolui. *Tanta autem humilitatis fuit* (loquor cum Equil. Epiſc.) *quòd primus ſeruus ſeruorum Dei ſe nominauit, & alios nominari inſtituit.*

SECTIO IV.

Somnus.

TEXTVS.

MATTH. 25. VERS. 1. SImile eſt Regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades ſuas, exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ. 5. Moram autem faciente ſponſo, dormitauerunt omnes, & dormierunt.

IN SCHOLASTICAM ſororem Benedicti

PANEGYRICVS MORALIS QVARTVS CIRCA LITERAM.

EX SOMNO.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Moram autem faciente ſponſo, domitauerunt omnes, & dormierunt.

Non dormitauit Scholaſtica, non dormiuit, ſemper orationis exercitamento inuigilans, vt ſeſe ſponſi cœleſtis præparet aduentui.

Oſtendo, eum precantem mox à Domino exaudiri, qui imperanti ſuperiori citò præſtat obſequium.

1. DVM virgines deberent vigiliis ſtudere, vt ſponſi ſe ſe præpararent aduentui, ſomno indulgent. Olei ſuperabundantia prudentes eximit à periculo, ſtultas negligentia damnat.

2. Scholaſtica preces efficaciſſimæ, quia virginis obedientis ſemper. Petrus Natali. Scholaſtica virgo prudentiſſima Benedicti ſoror ab ipſo infantiæ tempore (loquor cum Epiſcopo Equilino lib. 3. c. 110.) *Domino dedicata in Monaſterio fuit.* Porrò contemplationis exactioniſque exercitamentis adeò Scholaſtica ſtuduit, vt huius doctrinæ cunctis afferat magiſterium. Audias precum virginis efficaciam. *Ad quam Benedictus* (ait ille) *ſemel per annum viſitandam venire conſueuerat. Quadam die cum diſcipulis ad eam ex more deſcendit. Qui totum diem in ſacris colloquiis deducentes, incumbentibus iam noctis tenebris ſimul cibum ſumpſerunt. Cùm ergo adhuc ad menſam ſederent, & tardior ſe hora protraheret, virgo fratrem rogauit, vt ibi eadem nocte permanens, eam diuinis ſermonibus refoueret. Quod ille omnimodè facere denegauit. Et cùm tanta eſſet in cœlo ſerenitas, vt nec parua nubecula appareret, Scholaſtica inſertis digitis manus ſuper menſam poſuit, & caput in manibus Dominum rogatura declinauit. Mòxque tanta coruſcationis, & tonitrui virtus, tantáque inundatio pluuiæ erupit, vt neque Pater ſanctus, neque qui cum eo erant fratres extra loci limen pedem mouere potuiſſent. Sicque ipſe exire extra tectum non valens, qui remanere ſponte noluit, inuitus in loco cum vxore permanſit. Totámque noctem peruigilem deduxerunt, & per ſacra vitæ colloquia ſe vicaria relatione refecerunt. Diéque ſequenti vir Dei ad Monaſterium rediit.* Illud adnoto: *Ab ipſo infantiæ tempore Domino dedicata in Monaſterio fuit. Et, Mox,* poſt orationem emiſſam, *tanta inũdatio pluuiæ erupit,* &c. Quid mirum tam citò Scholaſticæ preces fuiſſe à Domino exauditas, ſi ab ipſo infantiæ tempore virgo Domino didicit obedire. Obedit Dominus hominis voci, qui voci Domini obedire non renuit.

Canit Dauid, *Cùm inuocarem exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ*, Pſ. 4. Ac ſi diceret, iuſtitiã meã Dominus aſpiciens exaudiuit, ſiue iuſtè exauditus ſum, quia velox corde ad obediendum Deo ab adoleſcentia exhibeor. *Filij hominum vſque quò graui corde? Scitote, quoniam mirificauit Dominus ſanctum ſuum. Dominus exaudiet me, cum clamauero ad eum*, ibid. Vos Dominus non exaudit illico, quia graues corde ad diuinæ voluntatis executionem. Me autem obedientem exaudit, vel mirabilibus excitatis. Profectò Aſterius in Cat. Græca aliter confirmat cogitationem. Quærit, *Cur Dauid auxilium implorans, exauditus eſt.* Et reſpondens adiicit: *Quoniam reprehenſus à Nathan, illico rediit ad cor.* Diceſſerat 3. Dauid illicò orans exauditur, quia diligens circa obedientia executionem. Pſalm. 4.

à corde, id eſt, à ſummiſſione illa, qua ſemper diuinæ paruerat voluntati; quare Dominus proclamarat, ſe virum iuxta cor ſuum inueniſſe. Poſtquam autem reprehenſione afficitur à Nathan, illico ad cor rediit, obedientiſſimè ſeſe Numini rurſum præſtitit: vnde illicò exauditus eſt: *Idcirco in ipſo orandi officio exauditus eſt.* Scholaſtica vix inſertis digitis, manus ſuper menſam poſuit, & caput in manibus Dominum rogatura declinauit, cùm mox exaudita tanta inundatio pluuiæ erupit, vt neque Benedictus, neque fratres extra loci limen pedem mouere potuiſſent. Quid mirum in officio orationis ipſo exauditam, quæ obedientiæ officio ab ipſo infantiæ tempore ſtuduerat.

Ideo ſcholaſtica in ipſo orandi officio exaudita.

4. Per ſingulas noctes ſponſus hærens ſcholaſticæ otio pulſarat, *Aperi mihi ſoror mea.* Nec pigritans obdormierat obedientiæ, ſed protinus oſtium reſeratura ſurrexerat. O ſcholaſtica, ſi nocte ad oſtium acceſſeris ſponſi precatura, illico exaudita recedes. Dominus ait, *Quis veſtrûm habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me.* Accepit proculdubio. Luc. 11. Inſtante nocte ad Chriſti oſtium accedit ſcholaſtica, ô Domine, accommoda mihi tres panes, id eſt, Benedicti illius *qui venit in nomine Domini*, doctrinam, quam adhuc eſurio; quia frater meus venit ad me de via, & mox recedere feſtinat. Profectò Dominus tonitruorum ſtrepitu cryſtallum miſit ſicut buccellas, vt virgo Benedicti doctrinæ pane ſuauiſſimo ſatiaretur.

Quia ſcholaſtica ſurrexerat diligenter, vt ſponſo aperiret: exaudita eſt illicò panes poſtulans.

5. An importunè orans noctis inſtantia mox exaudietur? Ita planè, quia importunè pulſanti aperuit ſponſo, nihil prætermittens quod ad promptitudinem obedientiæ pertineret. Aliter Lucæ teſtimonium expono. Quinam amicus ille, qui è via acceſſerat? Auguſtinus ſermon. 171. de Temp. *Quis eſt iſte hoſpes qui in nocte de via venit ad amicum niſi qui dicit: Ecce ſto ad oſtium & pulſo. Si quis aperuerit mihi, intrabo, & cœnabo cum illo?* Igitur ſurgens illico vt aperiat pulſanti amico Domino, confidenter ad oſtium amici Domini illico accedit exaudienda. Nunquam renuit ſcholaſtica aſſurgere, vt pulſanti aperiat ſponſo, illico ex obedientiæ prætextu è lecto aſſurgit: cur non illico ad oſtium ſponſi pulſans exaudiretur?

Scholaſtica impetrat, quod precatur, quia obedierat. Aperienti Deo oſtium cordis, oſtiū miſericordiæ aperitur. Auguſtin.

6. Quid clamas ad Dominum querulus, quòd non illico exaudiaris, qui ſæpe Præſulis ex voce vocatus, obedire imperiis minimè feſtinas? Zacharias ait, *Sicut locutus eſt Deus, & non audierunt: ſic clamabunt, & non exaudiam, dicit Dominus exercituum*, cap. 7. Exercituum Ductor cœleſtium milites ſub ſe habens, *dicit huic: Vade, & vadit*, &c. Ad homines loquitur, imperia præſcribit, quibus Angelorum in morem, deberent obtemperare. Non illico exaudiunt? Serò, precantes, à Domino exaudientur. Hieronymus, *Non audiet Deus verba inclamantium, quia illi verba Domini ſurda aure contempſerunt.* Religioſi ediſcant, vndénam ſæpe clamantes, ad tentaminum propulſanda pericula, non exaudiantur illicò, quia ſcilicet pulſanti Domino ſæpiùs, Præſulis ex clamore, non mox oſtium reſeraturi aſſurrexere.

Qui non audit Deum obediēs monitus, non exauditur, in Religioſorum documentum. Zach 7.

Observat. II.

Ad illa verba:

Moram autem faciente ſponſo, dormitauerunt omnes, & dormierunt.

Quàm feliciter ſcholaſtica obdormiuit, quæ columbino ſpiritu informabatur!

Edocemur innocentiæ ſtudere, ad mortis pericula, tentaminaque, quæ obueniunt iuſtiſſimis quibuſque ſuperanda.

Caietanus aſſerit dormire iuſti ſomnum mortis ſignificare. Ille etenim dulciſſimè dormit, cuius ſpiritus tunc immaculatus reperitur. Feliciſſimam planè ſcholaſticam appellarim, quæ in dulcedinis ſpiritualis innocentiæ pace requieuit. 7. Caietan.

Fatur D. Gregorius in Benedict. vita. *Poſt triduum* à colloquio illo, (de quo obſeru. præcedenti) *vidit B. Benedictus animam ſororis ſuæ in ſpecie columbæ ad cœlos ipſos aſcendentem. Miſit igitur, vt adferretur ſibi corpus, illúdque in Monaſterio ſuo ſepeliuit.* Cum omnimoda feliciſſima requie potiri optabat Dauid, hoc habitu petebat ad cœlum aſcendere. *Quis mihi dabit pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam?* Pſ 54. Ac ſi diceret, quis mihi dabit in pace innocentiæ à ſæculo recedere? Auguſtinus, *Piè viuit in Chriſto, vnde optat iam fugere*, &c. Ei enim mors ſomnus dulciſſimus præparatur. 8.

Sub ſpecie colūbæ anima ſcholaſticæ auolauit ad ſuperos. Gregor. Pſalm. 54. Auguſtin.

Altius auolat Dauidis deſiderium, dum pennis columbæ expetit donari. Cupit quodammodo in Spiritum ſanctum ex innocentia conuerti. Theodoretus, *Admiratione dignum, quare columbæ, & non alterius animalis pennas accipere voluerit? Manifeſtum eſt, cum Spiritus ſancti innocentiæ gratiam deſiderare, qui columbæ ſpecie volauit.* Id ergo ſcholaſtica conſecuta eſt, quod Dauid ſanctiſſimus cupiebat, columbæ ſpecie puriſſimus auolauit ſpiritus, Spiritus ſancti ſponſi referens innocentiam. 9.

Spiritus ſancti columbæ ſcholaſtica gerit morem ad nuptias auolans. Theodor.

Quidam Benedictinæ familiæ doctus probare contendit non ineptis coniecturis ſcholaſticam ſine ægritudinis moleſtia ſaucia dilectione obiiſſe, in cuius typum pacificæ auis ſpecie ad ſuperos viſa eſt eleuari. Nullæ hoſtis in morte ſcholaſticæ inſidiæ, nulla tentamina, tota mors lectus, & quies. Nec enim columba territa fugit tentaminum ſtrepitu, ſed pacifico volatu præcelſum eleuatur ad nidum. Priuilegium planè fuit ineffabile, cùm fortiſſimi, ac ſanctiſſimi quique obituri duris tentaminibus afficiantur. Lucam teſtor profantem poſt narratas Domini victorias, *& conſummata omni tentatione, diabolus receſſit ab illo vſque ad tempus*, cap. 4. Quodnam tempus? Athan. orat. de poſſ. *Tunc diabolus cum pudore reiectus obſeruandum ſibi perſuadebat tēpus mortis, certus omnino poſſe ſemper mortem, qua omnes in ſeruitutem redegerat, etiam hunc tentationibus ſubigere. Scriptum eſt enim apud Lucam, quod cùm conſummaſſet diabolus omnem tentationem,* 10.

Haud territa fugit ſcholaſtica, pacifico volatu fertur in ſuperos.

Vel Chriſtū diabolus terrere curauit. Scholaſticam aggredi non audet? Luc. 4. Athan.

tionem, abſceſſerit ab eo in tempus idoneum. An idoneum tempus ſcholaſticæ obitus ad tentamina molienda? Haud accedit tentatori; quæ enim à cunabulis ſæculum reliquerat, ſæpiſſimè cum hoſte confligens, oſtendit nullam ſpem victoriæ vel in nouiſſimo periculo reliquiſſe.

11\. O accipiter crudeliſſime, cur non ſaltem procuraſti innocentiſſimam diſturbare columbam? Profectò ſcholaſtica ſeſe oſtendit columbam ſponſam thalamo ſeu nidulo cœleſti meritò excipiendam. Fatur Dominus, *Venit Princeps huius mundi, & in me non habet quidquam,* Ioan. 14. Putarem ego ſolùm innocentiſſimum Dominum potuiſſe profari, *In me* accipiter *non habet quidquam.* O ſponſi dignatio! ſponſam ſcholaſticam tam ineffabili innocentia donauit, vt moritura poſſet inclamitare, *Venit* quidem accipiter, ſed neque timidam auiculam diſturbare auſus eſt, quia *in me non habet quidquam.*

Sicut ait ſponſus: In me Princeps huius mũdi non habet quidquam: columba ſcholaſtica idem profatur. Ioan 14.

12\. Quæſiuit profectò, ſi fortè aliquid in Virgine candidiſſima inueniret, quemadmodum quæſierat in ſponſo: ſed non inuenit. Hinc edoceamur, ſtudio innocentiæ curam expedire, ne hoſtis diligens inueniat aliquid, quod ad eius ditionem pertinere videatur. Ait D. Gregorius hom. 39. in Euangel. *Vnde curandum nobis eſt, & cum magnis quotidie fletibus cogitandum, ne quam rabidus, quàm terribilis ſua in nobis opera requirens in die noſtri exitus Princeps huius mundi veniat. Si enim ad Deum carne venientem venit, & in illo aliquid quæſiuit, in ſuum inuenire nihil potuit: quid nos miſeri dicturi, quid acturi, qui innumera mala commiſimus?*

Quæſiuit, ſi inueniret quidquam ſuum accipiter in columba, ſed non inuenit. Gregor.

Observat. III.

Ad illa verba:

Moram autem faciente ſponſo, dormitauerunt omnes, & dormierunt.

Vt ſponſus minimè moram ageret, ſed præſens proculdubio adeſſet, curat ſcholaſtica ſacrum cum Benedicto colloquium producere.

Sciens vtique, Deum vberioris dilectionis oſtentatione cum eis morari, qui ſermones pios contexunt.

13\. Diligens anima vel cum dilecto hæreſcit, exiſtimat præ affectus magnitudine longè recedere. Haud ſcholaſtica dormitauit, aut obdormiuit ſponſum expectatura: ſed vt citiùs adueniat, ſeu vt minimè diffugiat, qui præſens aderat, curat affectuosè fratrem Benedictum diutiùs commorari. Dum enim colloquia ſacra duo iuſti contexunt, Chriſtus iuxta ipſos, imò in ipſis commoratur. O frater, non recedas ab amante ſorore, vt dum colloquium ſacrum producitur, certiſſima præſentia ſponſi perfruamur.

14\. Olim filij Iſraël *ſteterunt ad radices montis. Totus autem mons Sinaï fumabat, eo quòd deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne,* Exod. 19. An Dominus ad Iſraëlitas ad radicem montis reſidentes deſcenderit? Minimè, D. Cyrillo Alex. lib. 7. de adorat. in ſpirit. profante: *Intelige Deum, cum priſcis illis hominibus legem ferret, deſcendiſſe non vbi populus erat, ſed in ſublimem locum, & quidem procul.* Quare procul? Quia Iſraëlitæ terrenis addicti de cœleſtibus non loquebantur, vt cogerent Deum ad ſe, qui in medio piè colloquentium commoratur.

Deus non acceſſit ad Iſraelitas, quia non colloquebãtur de cœleſtibus.

15\. Aliter meo aptius argumento particulam *procul*, vel ad ipſum Moyſem extendo, vt Deus procul eſſet à Moſe, & ſolummodo quaſi de vertice à longè, non familiariter loqueretur. Ratio eſt, quia Moyſes ſolus inibi morabatur, ſpecialis autem Dei præſentia promiſſa eſt colloquentibus de cœleſtibus. *Vbi duo, vel tres congregati ſunt, ibi ſum in medio eorum.* Ideo vt Moyſes familiariùs Dei præſentia frueretur, ait: *Vade, aſcendéſque tu, & Aaron tecum,* ibid.

Deus procul à Moſe, quia ſolus aderat. Ideò ſcholaſtica curat Benedictum ſocium ſibi colligari. Exod. 19.

16\. Profectò *aſcenderunt Moyſes & Aaron, & viderunt Deum Iſrael, & ſub pedibus eius, quaſi opus lapidis ſapphirini, & quaſi cœlum cùm ſerenum eſt,* Exod. 24. Qui horribilis vel Moyſi iuſtiſſimo apparuerat, cùm ſolus morabatur, adeò allicitur ad pietatem ex duorum colloquio, vt inſtar ſereni ætheris oſtendatur. Sciebat ſcholaſtica Deum minimè à iuſto corde receſſurum: ſed dulciùs ſe eius præſentia potituram, ſi de cœleſtibus cum Benedicto colloqueretur.

Cùm Aaron Moyſi additur, Dei benigniori fruuntur aſpectu. Exod 24.

17\. Ideo clamat ſponſa, *Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles. Similis eſt dilectus meus capreæ, hinnulóque ceruorum. En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum. En dilectus meus loquitur mihi,* Cant. 2. Priùs ſponſa Deum in collibus à longè videbat, iam iuxta ſe agnoſcit, iam dulciſſimo eius colloquio fruitur. Cur priùs dilectus procul aderat, iam autem hæreſcit ſponſæ? An non quia priùs ſola ipſa commorabatur, *Oſculetur me oſculo oris ſui,* &c. Cant. 1. Præſentitne ſponſi præſentiam? Ita planè, nam adiicit, *Quia meliora ſunt vbera tua vino.* Loquitur tanquam præſenti, ſed fatetur à longè locutum: *Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles.* At cùm ſponſa ſociis ſtipatur, vt de more fœminarum amantium de ſponſo loquantur, mox proclamat: *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum.* Non dixit *meum*, quia iam aderant ſociæ. *En dilectus meus loquitur mihi.* Hoc vobis debeo, ô ſociæ chariſſimæ. Debet Benedicto ſcholaſtica dulciſſimo ſponſi cœleſti nocte illa fruitam eſſe conſpectu.

Sponſa dum ſola adeſt, quaſi à logè ſponſum videt: dum colloquitur cum ſociis præſentiſſimum intuetur. Cant. 2. Cant. 1.

18\. Ioannes Baptiſta vidit Spiritum ſanctum in ſpecie columbæ ſupra caput IESV vnda diluti ſacra, Ioan. 1. Ioannes autem Euangeliſta vidit ſpiritum eundem in ſpecie ignis ſupra caput ſuum. *Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum,* Act. 2. Annotauit Cæſarius dial. 3. *Ille diuinum ſpiritum vidit tantùm ſuper Verbum in carne baptizatum, hic autem ſuper ſuum ipſius proprium accepit caput.* Cur Baptiſta iuxta Dominum ipsúmque diluens, non etiam ſupra proprium caput Spiritum ſanctum præſenſit: quemadmodum Euangeliſta? Porrò ille abſtractus à iuſtis ſolus cum Domino morabatur, vnde non tam

Ioannes Euãgeliſta dulcius fruitur ſpiritus præſentia dum colloquitur cum Apoſtolis: quàm Baptiſta dum ſolus commoratur. Ioan. 1. Act. 2. Cæſar.

ſpeciali aſſiſtentia Spiritus ſancti afficitur, ſicut hic, qui cum' Apoſtolis in Marci domo aſſiſtit, & meditationi, & colloquiis cœleſtibus ſtudium impendens. Ideò tam enixè curauit Scholaſtica, Benedictum apud ipſam tota nocte remanere: vt ſcilicet dies clariſſimus ex ſpecialiſſima dilecti præſentia oſtentaretur. Cùm Pater vidiſſet orationis ſororis effectum, fatur, *Quid eſt hoc*, (loquor cum D. Gregorio) *quod feciſti, ſoror mea? Cui ſoror Scholaſtica dixit: Ego te ſupplex rogaui, vt hîc maneres, tu verò me non audiſti. Itaque ego Dominum rogaui, qui orationem meam exaudiuit.* Cur ſupplex rogaſti? An tanta inſtantia, tam humili prece digna Benedicti commoratio? Ita planè, quia ex colloquio pio à nobis texendo dulciùs dilecti mei 'præſentia fruar. Ediſcant Religioſi, quàm facilè poſſint Chriſtum apud ſe piorum verborum vinculis detinere.

Supplex rogabat Scholaſtica Benedictum remanere, vt dulciſſima Ieſu præſentia frueretur. Gregor.

SECTIO V.

Diuina retributio.

TEXTVS.

MATTH. 19. VERS. 27. Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? 28. Ieſus autem dixit illis: Amen dico vobis, quòd vos, qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cùm ſederit filius hominis in ſede Majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes iudicantes duodecim, iudicantes duodecim Tribus Iſraël, &c.

IN ÆGIDIVM
Benedicti filium,
PANEGYRICVS MORALIS QVINTVS
CIRCA LITERAM.
EX DIVINA RETRIBVTIONE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Ecce nos reliquimus omnia, &c.

Ægidius vel tunicam inopi exhibuit, quo Dei omnimodam benedictionem conſequeretur.

Moneo, eleemoſynam adeò hominem gratum reddere conditori, vt cæleſtibus eum muneribus oppleat.

1. *Inſtituentes perfectionis viam, ab eleemoſyna incipiant actionibus.*

REQVIRIT Apoſtolus, quónam munere afficiendus fuiſſet, qui propter Deum geſtit vel nudus remanere; nam relinquere perfectè omnia idem eſt, ac Chriſtum nudum ſequi, & æmulari. Reſpondet autem Dominus centuplum acceptarū: *Centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.*

2. *Ægidius inſtituit viam ſpiritus ab eleemoſyna illuſtri actione.* Petrus de Nat.

Ex Equilino Epiſcopo D. Ægidij perfectiſſimam audi omnium renuntiationem. *Ægidius Regia ſtirpe*, (ait lib. 8. cap. 18) *dum quadam die ad Eccleſiam pergeret, ægro cuidam in platea iacenti, & eleemoſynam petenti tunicam ſuam tribuit, qua indutus mox ſanitatem recepit. Parentibus verò ſuis defunctis, patrimonij ſui Chriſtum fecit heredem.* En Ægidij primos in via perfectionis greſſus.

Ab eleemoſyna ducit initium? O quot Dei 3.
benedictionibus donabitur! *Centuplum accipiet.* Mox adiicit Author, *Die quodam, dum ab Eccleſia rediret, obuium habuit virum à ſerpente percuſſum: ſed oratione fuſa, ab eo protinus virus fugauit. Dæmoniacum quendam in Eccleſia conſiſtentem Ægidius orans liberauit continuò ab immundo ſpiritu.* Factus eſt cunctis ægris pharmacopolium, Regibus reuerendus tam diues, vt munera ſibi à Rege oblata deſpiceret, Peccatoribus veniam impetrat, Regis peccatum aboleri diuinitus aſſequitur, omnibus proſperè vtilis, quia omnibus à Deo benedictionibus ex eleemoſynæ donatur effectu.

Accepit à Deo potentiam diuinam exercere. Petrus de Nat.

Hæc vis eleemoſynæ, cunctas à Deo bene- 4.
dictiones acquirere. Eſuriens Iſaac à filio Iacobo Eſau exiſtimato accepit edulium, quod omnimoda benedictio ſequitur, fante ſene, *Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam*, Gen. 27. An ſolius frumenti, & vini. Profectò omnium bonorum abundantia donatur, qui ab eleemoſyna via ſpiritus inſtituit profectionem. Vnde clamante Eſau, *Numquid non reſeruaſti & mihi benedictionem?* Iſaac reſpondit. *Dominum tuum illum conſtitui, frumento & vino ſtabiliui eum, & tibi vltra fili mi, quid faciam?* ibid. An ignoras pro eleemoſyna totum deberi benedictionum cœleſtium theſaurum? Pulchrè Diuus Chryſoſtomus,

Hæc eleemoſynæ vis, cunctas Dei benedictiones acquirere. Gen. 27.

Reſpondit

Reſpondit Iſaac, & dixit: Diſce, quòd omnes benedictiones in eum effudi. Nec guttulam reſeruaui; nam qui ſpiritus viam ab eleemoſyna inſtituere curat, & Dominus omnium oſtenditur, & cœleſtium bonorum copiam poteſt hominibus diſpenſare. Ægidius quaſi creaturarum dominator obiicitur, quia dum viam perfectionis inſtituit, inopi tunicam impendit. An non ponderaſti ſimul inopem ægrotantem & tunica, & ſanitate donaſſe? *Et tunicam ſuam tribuit, qua indutus, mox ſanitatem recepit.* Homo impedit tunicam, quaſi Dominus omnium ſanat; quia illa ipſa datio eleemoſynæ fuit acceptio diuinæ poteſtatis: *Dominum tuum illum conſtitui.*

Quaſi Deus exſurgit Ægidius ex eleemoſyna actione.

5. Ioſephi vita, qua Saluatoris exiſtit æmulator ab egreſſione è carcere inſtituitur. Primos greſſus ab eleemoſyna gerit, vnde neceſſariò cœleſtibus benedictionibus redundans obiicitur. Fatur Iacob, *Diſſoluta ſunt vincula manuum illius. Inde Paſtor egreſſus eſt.* E carcere egreditur, vt mox eſurientibus tribuat alimoniam. Primos greſſus inſtituens, eſurientibus cibandis operam impendit? O quot benedictionibus donabitur! *Deus patris tui erit adiutor tuus, & Omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli deſuper, benedictionibus abyſſi iacenti deorſum*, Gen. 49. Et cur tot benedictionibus exundauit? Pulchrè Rupertus lib. 9. de vict. Verb. cap. 36. *Quia tempore famis vigilantiſſima Paſtoris cura multos paſceret populos.* Ab inopiæ ſubleuatione incipit? Ineffabiles progreſſus aget.

Ioſeph incœpit ab eleemoſyna, paſcens eſurientes, ideo impletur benedictionibus.

Gen 49.

Rupert.

6. Dum video Ægidium primum greſſum gerentem à pietate, veſte inopi data, recognoſco eum benedictionibus cœli deſuper, & abyſſi iacentis deorſum fore afficiendum. Ille *ſterilitatem terræ*, (loquor cum Petro de Natal.) *ſuis meritis fugauit*; quia benedictionibus cœli deſuper potens, ætheris influentias terræ ſterili diſpenſat. Ille *dæmoniacum cunctos in Eccleſia clamoribus conturbantem ab immundo ſpiritu liberauit*; quia benedictionibus abyſſi deorſum donatus ſuper tenebrarum Principes exerit poteſtatem.

Ægidius plenus benedictionibus cœli deſuper, & abyſſi deorſum.

Petrus de Nat.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Amen dico vobis, quòd vos qui reliquiſtis omnia, &c. ſedebitis & vos.

Ægidius cuncta à Domino poſtulans accipit illicò, quia & ipſe ſe totum Domino dedidit.

Ille enim protinus ſuæ voluntati Deum quaſi obſequentem ſortietur, qui totum ſeſe addicit diuinæ voluntati.

7. SEdebitis *& vos*, ait. Cuncta veſtra in manu aderunt conſtituta, Deo miniſtrante, iuxta illud: *Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & tranſiens miniſtrabit illis*, Luc. 12. Omnia Apoſtoli reliquère, Chriſtum ſecuti ſunt, vt ei miniſtrarent, ſoli eius voluntati parentes. Meritò igitur Dominus eorum ſeſe accommodat voluntati, executioni mandans quidquid illi poſtulauerint.

Deus vel obedire obedienti non dedignatur. Luc. 12.

Chriſtus ait, *Ego elegi vos, vt eatis, & fructum afferatis: & quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis*, Ioan. 15. Caietanus, *Dixit hæc, ad exponendum, quòd ipſe eſt vitis non naturalis, ſed voluntaria, quæ produxit Apoſtolos tanquam palmites ferentes fructum non periturum.* Poſt fructus autem editos propriæ voluntatis ſubiectæ diuinæ, ſicut voluntaria vitis Ieſus Patris voluntati ſubmiſſa eſt: quodcumque petieritis Patrem, dabit vobis, ſeſe vtique veſtræ accommodando voluntati. 8.

Qui dat fructum obedientiæ exauditur à Deo. Ioan. 15. Caiet.

Monet Dominus, *Non apparebis in conſpectu meo vacuus*, Exod. 23. Ad quæ Author Imperf. in Matth. hom. 2. *Tu quando venis ad orandum Deum, munera tecum in manibus tuis porta.* Quænam deferemus munera petituri, niſi voluntatem noſtram diuinæ ſubiectam, vt vice verſa ſuam Deus noſtræ accommodet voluntatem? *Oratio tua bonis operibus commendetur. Quia in lege ſcriptum eſt: Nec intres in conſpectu Domini Dei tui vacuus.* 9.

Vacuus obedientiæ fructibus, Deū non habet obſequētem. Exod. 23. Imperfect.

Illi planè *viginti quatuor ſeniores ceciderunt coram Agno habentes ſinguli phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes Sanctorum*, Apoc. 5. Seniores hi precaturi flectunt genua. An exoraturi? Ita planè, quia odoramenta precum cum bonis operibus obedientiæ colligantur. Audi Imperfectum hom. 18. *Oratio quaſi odor ſuauitatis eſt operis boni. Sicut ergo res aliqua ſine odore poteſt eſſe, odor autem ſine re aliqua eſſe non poteſt: ſic opus ſine oratione aliquid eſt, oratio autem ſine opere bono nihil eſt.* Quia ſcilicet inaniter precaris minimè impetraturus, cùm curas Deum ſe tuæ accommodare voluntati, qui renuis executioni mandare diuinam. 10.

Orantes ſeniores opera deferunt obedientiæ, vt exaudiantur. Apoc. 5. Imperfect.

Huc aduoco Ægidij magnalia. Aſſerit Epiſcopus Equil. Surius, & alij, Ægidium à pueritia ſeſe Deo omnino litaſſe, patrimonij ſui Chriſtum feciſſe hæredem, vni diuinæ voluntati propriam ſubmiſiſſe. Vis euidens argumentum? nihil petiit à Domino, quod illico non obtineret. *Ægidius orans dæmoniacum continuò liberauit. Aſpiciens nautas maris tempeſtate periclitantes, facta oratione tempeſtatem ſedauit. Rex Dinum rogauit, vt pro ſe ad Dominum oraret, eo quòd peccatum enorme commiſiſſet, quod nulli vnquam confiteri auderet. Sequenti Dominica Ægidius celebrans, pro Rege* (Abbas tunc) *orauit, & continuò Angelus eidem apparuit, qui cedulam in altare depoſuit, in qua ſcriptum erat Regis peccatum, & ſi de eo pœniteret, Ægidij precibus iam dimiſſum.* Quid mirum Deum ſeſe omnino Ægidij accommodare voluntati, qui nunquam diuinæ parere contempſit. 11.

Ægidius ſemper obedit Deo: Deus ſemper obtemperat Ægidio. Epiſcop. Equil. Sur.

Observat. III.

Ad illa verba:

Vos, qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes iudicantes, &c.

Ægidius fugiens ſedere, & honorari ab hominibus, ideo ſedet, & honoratur.

Honor enim fugientem ſequitur: & dignus honore obiicitur, qui nihili ducit honorari.

12. VOs (inquit Dominus) ſedere fugitis, quia me miniſtrantem ſequi conamini: ideo neceſſariò ſedebitis. Honor enim ſequitur fugientem, & dignus admodum honore oſtenditur, qui contemnit honorari.

13. Emicat hinc Ægidij gloria. *Regia ſtirpe progenitus*, (vtor Epiſcopi Equilini verbis) ſurrexit à ſede, vt cum Chriſto proximis miniſtraret: ſed dignus adeò throno oſtenditur, vt fugam arripere meditaretur. *Cùm per totam Græciam ipſius fama creſceret, ipſe humani fauoris vitans periculum, clam littus maris petiit, vt ad partes alias ſe transferret.* Sed miraculorum fuit fulgore cognitus, gloriæque humanæ tabernaculo addictus. *Deinde famam humanam fugiens, interiorem eremum penetrauit, vbi antrum ſpinis obſitum, & fontem inueniens certam ſibi diuinitus præparatam nutricem habuit.*

Ægidium fugientem honor inſequitur, digniſſimum planè eo, quod fugit.

Epiſcop. Equil.

Honor fugientem vel canibus venatoriis inſequitur, Rex & Epiſcopus antrum petunt, procidit purpura Eremitæ in aſpectu, Monaſterium Regiis expenſis extruitur, Ægidius præficitur Monachis Ordinis Benedicti Abbas. Quàm dignus honore qui deſpicit! Ideo ipſum honorem reor fugientem inſequi, vt dignum apprehendat.

Fatur Dominus, *Inueni David ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum*, Pſalm. 88. 14.
Et cur quæritur, niſi quia abſconditur; ex eo enim quòd effugit, dignus oſtenditur, qui ab honore quæratur. Ambroſius ad Pſal. 118. *Qui à Sacerdote quæſitus, & accerſitus à paſcuis prærogatiuam Regiæ vnctionis accepit.* Qui enim abſconditur negligens honorem, ab honore dignus ipſo quæritur, & inuenitur.

David fugiens honorem, eo dignus ab honore quæritur.

Pſalm. 88. Ambroſ.

Ad Regium tabernaculum Saul quæritur, 15.
cùm dignus à Domino Regno adiudicatur. Aſt qui dignus erat imperio, neceſſariò id debebat aufugere: *Quæſierunt ergo eum, & non eſt inuentus.* Dominus autem honori quærenti abſconditum ait, Ecce abſconditus eſt domi. Currerunt itaque & tulerunt eum inde, &c. 1. Reg. 10. Cur ipſi Deo curæ vt Saul inueniatur? Credo, quia digniſſimus honore qui fugiebat: aptiſſimus Imperio, qui ſtudebat contemnere. Gregorius lib. 1. Reg. cap. 16. *Quærat ergo qui ordinare, imò ornare Eccleſiæ caput cupit, occultos.* Nam qui occultatur, vt fugiat honores, dignus qui ad honores aſſumatur. Ideo Deus Saulem cùm melioris eſſet metalli, requirit ad Regni Iſraëlitici ornamentum. Hæc ô Benedictina familia de Fratribus perſtrinxiſſe ſufficiat ſtudioſo breuitatis, non ſtudioſo tui. Si enim calamus affectum ſequeretur, nunquam non tuis in laudibus curſitaret.

Fugit Saul Regnum, ſed ideo dignus, qui afficiatur honore, ab ipſo honore (Deo ſuggerente locum latibuli) requiritur.

1. Reg. 10. Gregor.

LIBER

LIBER SECVNDVS, BERNARDVS.

PARAPHRASIS, AC COMMENTARIVS literalis ad caput decimumnonum Matthæi, petendus ex Tom.4. lib.1. Part.4.

Panegyrici Morales circa literam in Bernardum.

PROLVSIO.

DIVERSIS Euangelij lectionibus video Bernardi celebrari ſolemnia. Alij Regis in Regionem longinquam parantis receſſum Parabolam proferunt. Alij Doctorum ſale curant Bernardi ſapientiſſimi laudes condire. Alij Patriarcharum Euangelium cantant, *Ecce nos reliquimus omnia.* Quid mirum, ſi tanto viro cunctarum ſolemnitatum poſſent præconia accommodari. Patriarcha fuit Doctor egregius, Pontifex dum Præſulatus reſpuit oblatos. Martyr equidem profante Alexandro III. lit.Canon. *Vt confidamus, Martyrum quoque eum merita obtinere Sanctorum.* Virgo extitit integerrimus. D.Thom. *ſer. de Bernard.* Fuit vas pretioſum per virginitatis puritatem. Apoſtolicum munus, tot Barbaris conuerſis, tot Chriſticolis mundo renunciantibus ob prædicationem Diui,geſſit. Annon Confeſſores, Religioſi, Doctores, Pontifices, Virgines, Martyres & Apoſtoli poſſunt pro Bernardo decertare, quemadmodum pro Homero ſeptem Græciæ vrbes pugnauere? Tull.orat. pro Archia. *Septem vrbes certant, docto quæ Patria Homero.* O exigua Abbatis Claræuallenſis laus, ſeptem Diuorum Choros decertare, qui Thronus Bernardo? Si D.Thoma autore decertaturi ſpiritus Angelici ad arenam deſcendunt. *Habuit*,inquit, *in ſe virtutes, & officia omnium Ordinum Angelorum.* Vt igitur de tanto Patre Ciſtercienſium loquar, ipſius planè ore donari indigerem,de quo idem Doctor Angelicus citatus ait, *Bernardi os gemmeum.* Vt enim præconia tam ineffabilis Diui gloriam exprimant, debet encomiaſtis eloquium non ſolùm pulchrum, ſed pretioſum exiſtere.

SECTIO PRIMA.

Regeneratio.

TEXTVS.

VERS. 27. TVnc reſpondens Petrus, dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? 28. Ieſus autem dixit illis: Amen dico vobis, quòd vos, qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cùm ſederit Filius hominis in ſede Majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes iudicantes duodecim filios Iſraël.

IN BERNARDVM
PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS
CIRCA LITERAM.
EX REGENERATIONE.

OBSERVAT. I.
Ad illa verba:

Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, &c.

Bernardus Chriſtum in regeneratione ſequitur à Deipara partu editus feliciſſimo.

Innuo, infantes nutricum referre mores, vnde parens prudens debet probam filio nutricem prouidere.

1\. *Bernardus à Deipara nutrice lactatus, filius eius exiſtit, ſimilitudinē eius morum refert.*

ILLE perfectè Chriſtum ſequitur, qui eius virtutes imitatur. Profectò D. Bernardus tam ſtudioſus Chriſti extitit æmulator, vt regenerationis beneficio affectus apparuerit. A Chriſto progenitus Parentis cœleſtis præfert imaginem, à Deipara editus, eiúſque ſuauiſſimo lacte potatus alterum quodammodo coaleſcit in Chriſtum. Vnde ſecutus ſit in *Regeneratione*, Chriſtum Dominum ſedet ſuper thronum orbem iudicaturus.

2\. *Lactationis huiuſce miraculum.* Caniſ.

Caniſius aliíque Doctores aſſerunt Bernardum apud Eſpiram ad audiendam Antiphonam *Salue Regina*, Templum iniiſſe, ſupplicémque coram Deiparæ imagine, Choro proferente: Et Ieſum benedictum fructum ventris tui, nobis poſt hoc exilium oſtende, Diuum vlteriùs inclamaſſe, *O clemēs, ô pia, ô dulcis Virgo Maria.* Tunc Virgo Ieſum, quem habebat in dextera, ad læuam tranſtulit, vberéque educto Bernardi lacte puriſſimo labia irrigauit. At Nicolaus Aquauila, & Alanus Epiſcopus Altiſiodor. ſcribunt Virginem viſibiliter deſcendiſſe, cùm Bernardus Hymni illa verba proferret: *Monstra te eſſe Matrem*; ipsúmque feliciſſimè natum lactauiſſe. Nic. Aquauil.

3\. Probatur Deiparens, *Ego murus, & vbera mea ſicut turris*, Cant. 8. Contemplatur recèns natum Bernardum ex ſe, & Matrem veram futuram eſſe promittit. Guilhelmum Paruum audi. *Conuertit ſe Deipara ad a lopsimum filium Bernardum, atque hortatur, eum in ſuis neceſſitatibus ad ſe, quaſi ad locum munitum, confugere, & in ſua tutela conſiſtere, donec eou que creſcat, atque grandeſcat, vt inſi-mioribus proximis Monachis Ciſtercienſibus, vel murus, vel oſtium fiat. Ego murus, inquit, & vbera mea ſicut turris. Paruulus es, & delicatus; ergo ad me veni, apud me mane. Ego enim murus ad protegendum. Ego murus ſimul & Mater, murus ad tuam protectionem, Mater ad nutriendum. Propter inſufficientiam virium campum times? Murus ſum, intra me abſcondere a facie inimici. De paruitate tua confunderis, & creſcere vis? Mater ſum, meo lacte nutrire. Ego murus inexpugnabilis, & excelſa, habens propugnacula: Ego mater amabilis, & grandia habens vbera. Quam grandia? ſicut turris.* En quónam modo Deipara ſeſe Bernardi clamantis, *Monſtra te eſſe Matrem*, piiſſima Parentem oſtendit.

Deipara Bernardo nutrix, vt protegat, & lactet. Cant. 8. Guilhel.

Lactatus à Virgine, ſuauis ſuis, terribilis hoſtibus prodit Bernardus.

O ineffabile nutritionis huiuſmodi priuilegium! Nutritio ab Ariſtotele genaratio partialis vocitatur. Qui nutrit quaſi generare videtur. Deus apud Iſaiam, *Filios enutriui, & exaltaui*, cap. 1. L X X. *Filios genui.* Ergo Bernardus nutritus à Virgine, eius filius eſt appellandus: enixa eſt Deipara Bernardum. Annon olim *peperit Filium ſuum Primogenitum?* Luc. 2. Primogenitus Chriſtus vocitatur, quia alter partus præparatur Deiparæ, Bernardo naſcente. 4.

Filius Deiparæ lactatis Bernardus. Iſai 1. Ariſt. Luc. 2.

Annon hinc Abbas Diuinus exſurgit? Canit Alciatus *Embl.* 138. Herculem ad numerum Diuûm admiſſum non fuiſſe, donec Diua Iuno eum quaſi recenter natum ſuo lacte potaret. Quo quidem imbutus ad Deitatis admiſſus eſt conſortium. 5.

Hinc Bernardus quaſi diuinus exſurgit. Alciat.

Nec prius eſſe Deus potuit, quam ſugeret infans
Lac ſibi, quod fraudis neſcia Iuno dabat.

Si verè, ô Deipara, Dea eſſet, quemadmodum per exaggerationem Dea à Damaſceno, & aliis vocitaris, aſſerere liceret Bernardum ad Deitatis verticem eleuatum fuiſſe tuo lacte potatum. Quòd ſi id verè non poſſimus affirmare, per exaggerationem conſequenter aſſerimus à Diua lactatum ad Deitatem exceptum.

6. *Quomodo Maria potuiſſet nutrix Bernardi eſſe, quin Mater exiſteret.* Gelli. *Simillimus Deipara Bernardus.* Gelli.

O fili Mariæ! An nutrix potuit eſſe, quin Mater exiſteret? Vxori Fauotini Philoſophi (auctor Gellius *lib. 12. cap. 1.*) parturienti nutrix quærebatur, quæ lactaret infantem. At Philoſophus dixit nutrici: *Oro te mulier, ſine eam totam ac integram eſſe matrem filij ſui.* Num non ſaltem, ô Bernarde, dimidia Deiparæ maternitate potiris? Num non te hinc ſimilem nutrici beatiſſimæ appellabimus? Addidit Fauorinus, *Sicuti valet ad confingendas animæ, atque corporis ſimilitudines vis, & natura ſeminis: non ſecus ad eandem rem lactis quoque ingenia, & proprietates valere.* Macrobius autem lib. 5. cap. 11. *In moribus inoleſcendis magnam ferè partem nutricis ingenium, & natura lactis tenet.* Macrob.

7. *Romulus & Remus latrociny ſtudioſi, quia à lupa nutriti.*

Cur exiſtimas Romulum, & Remum latrocinandi vitio addictos? Reſpondet Iuſtinianus *lib. 43.* Quia à lupa lacte fuere potati. Cur Agis Rex ceruorum hinnulos curſus velocitate ſuperaſſe legimus? Quia, eodem autore, ceruam ſortitus eſt infantiæ nutricem. Vnde vt Dido Ænæam aſſereret crudeliſſimum, eum tygridis vbera ſuxiſſe clamitauit. Æneid. lib. 4. Virg.

Perfide, ſed duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus, Hircanaque admorunt vbera tigres.

Vnde nam Bernardi ſuauitatem, dulcedinem, pietatem tractam putatis, niſi ex vberibus Marianis omnimoda ſuauitate plenis?

8. *Pacifica vbera Mariæ alumnū Bernardum ſuauiſſimū, peccatoribus reddidere.* Cant. 8. Hailgr.

Redeo ad Canticorum locum. *Et vbera mea ſicut turris, ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens*; Cant 8. Cur Virginis vbera turris vocitatur? Crediderim; quia dum filios adoptiuos Eccleſiæ nutrit, eis pacificos indit mores, vt ſibi reddat ſimiles, cuius vbera turris ad peccatorū protectionem. Hailgrinus Cardin. *Miſericordia mea & pietas mea quibus quaſi vberibus dulcedine lacto filios Eccleſiæ, ſunt turris, munimentum ſcilicet, refugium, & ſecuritas peccatorum. Et hoc ita, ex quo ſum pacifica tanquā Mater veri pacifici.* Ergo Matris huius vbera ſugēs neceſſariò pacificus peccatoribus oſtentabitur. Quomodo non ſeſe piiſſimum Bernardus delinquentibus exhiberet, qui turris pietatis trahens dulcedinem factus eſt & ipſe pietatis, ac miſericordiæ turris.

9. *Bernardus perfectiſſimos Mariæ ſapit mores.* Plutar. Quinti.

Cùm videris adeò perfectum Bernardum, vt nec otioſo verbo deliquerit, crede id à Mariæ traxiſſe nutricis perfectione. Chryſippus (auctore Plutarcho) dictitabat, *Ante omnia non ſit vitioſus ſermo nutricibus.* Adhibet Quintilianus rationem, *Has primum audiet puer harum verba effingere imitando conabitur.* Quid mirum Bernardum ad laudes diuinas profundi, ad verba otioſa, ac inutilia contineri, ſi nutricem beatiſſimam imitatur, de qua Ambroſius lib. 2. de Virgin. *Verbis grauis, animo prudens, loquendi parcior.* Ambroſ.

10. *Hinc elucet innatus Bernardi amor erga Deiparam.* Gelli.

Sed Bernardi hinc etiam erga Deiparam affectum agnoſco. Gellius citatus. Ipſius quoque infantis affectio animi amoris conſuetudinis in ea ſola, vnde alitur, occupatur. Vnde fantes arctiùs aſſolent nutrices amplecti, quàm matres. Guilhermus Abbas ſic: *Extitit B. Bernardus ſemper deuotiſſimus Virginis ſacratiſſimæ, adeò, vt miras laudes de Deipara monumentis ſuis immortalibus proditas relinqueret.* Guilher. in vita Bern.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis?

Perfectiſſimæ Bernardi renunciationi, quaſi non ſufficeret Apoſtolicum præmium, nempè ſedere, & iudicare: aliud eleuatius admodum à Domino excogitatur, ſcilicet à Chriſto potari ſanguine, ſicut lac biberat, propinante Maria.

Ediſcant ſcriptores, ac Concionatores à latere Ieſu vitalem doctrinam haurire.

ANSELMVS, *Si reliquimus omnia, quod eſt perfectio; quid erit nobis præmij?* Certè ſanctiſſimis Apoſtolis iudiciarius thronus præparatur: *Sedebitis & vos ſuper ſedes duodecim*, &c. At Bernardo non ſolùm omnia velut à cunabulis dimittenti, ſed & ſibi ipſi nuncium danti, nunquam non infrænanti corpus vigiliis, ieiuniis, aliud eleuatius præmium præparatur. 11. *Bernardi cōmendo volumina.* Anſelm.

Aſſerit Barnabas à Montaluo ex aliis Scriptoribus Chriſtum è Cruce pendentem Bernardum ſuauiſſimo amplexu donaſſe, eique lateris fontem aperuiſſe, profatum: *Bibe Bernarde.* Iam Deiparæ lacte, iam Chriſti ſanguine potaris? An non familiares Iobi, vt oſtenderent ſuum erga virum affectum, cupiebant eius ſanguine ſatiari? 12. *Chriſtus Bernardum donat amplexu, ac lateris fonte.* Guilhel.

O ineffabilis Bernardi erga Chriſtum affectus? Narrat Tacitus apud Armenos Regios coniuges compreſſis manibus leue adiicere vulnus, vt eductas ſanguinis guttulas lamberet vterque ſponſus in mutui æterni amoris documentum. Quam exuberans erga Deum Bernardi dilectio; ſi non guttula ſalutaris ſanguinis lambit, ſed labia fonti addicit vbertimo? *Bibe Bernarde.* 13. *Lambere ſanguinem, indicamentū dilectionis æternæ: quid biberit* Tacit.

Aſſerit Ambroſius *ſerm. de S. Agnete*, Virginem ſupremo ab ſponſo munere affectam, cum ſanguine genulas puellulæ exornauit. Ipſa profatur, *& ſanguis ornauit genas meas.* Vtrum, quæſo, anguſtius priuilegium exterius genas ſanguine rubricari Agnetis, an interiùs Bernardi animum nutriri? 14. *Priuilegium eſt, exterius genas Ieſu ſanguine rubri arit quid ſatiari interius?* Ambroſ.

Proclamat Ioannes è latere Chriſti ſanguinem & aquam vbertim profluxiſſe: *Continuò exiuit ſanguis, & aqua*, Ioan. 19. Vbi Auguſtinus, *latus Chriſti eſt vita oſtium, vnde Sacramenta manarunt.* Totus torrens Sacramentale quidem eſt. Quid mirum totidem Bernardum Sacramenta profundere, quot verba voluminibus exarauit, ſi totum flumen Sacramentorum hauſit? 15. *Volumina Bernardi quot verba, tot profundunt Sacras menta.* Ioan. 19. Auguſt.

16. *Multipliciĕ Bernardus vitam ex latere hauſit Saluatoris.* Ioan. 19. Auguſt.

Miraris Bernardum duplici ſpiritu adeò ornatum, vt & contemplationi totus addicatur, & totum ſe proximorum ædificationi dedat? Mirarer profectò, ſi non viderem eum non vna, vel alia, ſed omnimoda vita, redundare, dum aſpicio eum vitarum fonti hæreſcere. Preme loci Ioannis illa verba: *Vnus militum lancea latus eius aperuit*, cap. 19. Cur non dixit, vulnerauit latus, ſed, aperuit? D. Auguſtinus, *Non dixit, Percuſſit, aut vulnerauit: ſed aperuit; vt illic quodammodo vitæ oſtium panderetur.* Non ſemel oſtio illo vitali *inſpirauit* Dominus in Bernardum *ſpiraculum vitæ*, vt factus eſſet *in animam multipliciter viuentem.*

17. *Quanta reuerentia oporteat nos Bernardi ſcripta perlegere.* Chryſoſt.

Hinc elicio, quanta reuerentia oporteat te ad volumina Bernardi accedere, quæ proculdubio de lateris fonte profluxere. Fatur D. Chryſoſtomus, *Quia de latere Christi habent ortum diuina myſteria, cùm acceſſeris ad tremendum calicem, ita accedas, vt ab ipſo bibiturus Christi latere.* Liceat hinc ducere argumentum, Quia de latere Christi habet ortum Bernardi prædicatio, voluminàque, cùm acceſſeris ad non tremenda (fateor;) ſed admodum ſuauia Diui verba, ſermones, Commentaria, Epiſtolas, ita accedas vt ab ipſo bibiturus Ieſu calice. Vnde obſeruat Guilhermus Abbas cuncta Bernardi ſcripta ſapere Christum Cruci ſuffixum.

CAPVT I.

Christi amplexum illuſtro.

18. *Bernardus non de futuro, ſed de præſente & læua & dextera Christi donatur.* Cant. 2.

AMplexum autem illum quònam modo debitè ponderabimus, niſi volminum Bernardi hauriamus ſpiritum? Vt ſponſa exprimeret ſe vnicè Christi dilectam, proclamat, *Læua eius ſub capite meo, & dextra illius amplexabitur me*, Cant. 2. Vbi Patres læuæ amplexu exprimi aſſerunt ea dilectionis documenta, quæ Deus in præſenti aſſolet dilectis expendere: dexteræ verò ea, quæ in ſuperis ad æternam amoris oſtentationem reſeruauit. Hæc quidem ineffabilia, quia *nec in cor hominis aſcendit, quod præparauit Deus diligentibus ſe.* Ait igitur dilecta ſe in præſepti læuæ amplexu donandam, dexteræ autem in futura retributione. O ineffabilia Bernardi merita, quibus ſimul & læuæ & dexteræ præſentantur amplexus, Domino è Cruce vtrumque brachium liberante, vt ſuum Bernardum amplecteretur.

19. *Quaſi æternitate gloria illic Bernardus fruitus eſt.* Prou. 16.

Si in dextera eius longitudo dierum, (id eſt, æterna vitæ duratio,) *& in ſiniſtra eius diuitiæ & gloria*, Prou. 16. ſimul Bernardus dextera & ſiniſtra illigatus, diuitiis ac gloria fruitur: imò longitudine dierum, ſiue æternitate potitur; quia tanta vis gloriæ illa in temporis particula colligatur, vt gloriæ æternitas quodammodo poſſit appellari.

20. *Christus inclinato capite cunctis ſubditis vale dicit, Bernardum autem amplexu donat.* Ioan. 19. Chryſoſt. Auguſt.

Christus equidem in Cruce ſuffixus *inclinato capite, tradidit ſpiritum*, Ioann. 19. Vbi Chryſoſt. apud Saa, *Non quia ſpirauit, inclinauit capue: ſed poſt inclinationem expirauit; per quæ indicauit Euangeliſta omnium eſſe Dominum.* Quònam modo autem omnium Dominus oſtentatur ex capitis inclinatione? An quia tradit ſpiritum quando voluit? Auguſtin. inibi, *Quis ita dormit, quando voluerit, ſicut Christus mortuus eſt?* Aptiùs tamen argumento reſpondebo, ſi liceat Petrarchæ laudem illam Regis cuiuſdã præmittere: *Diſceſſurus cunctis ſubditis capitis ſubmiſſione vale dixit: verè Princeps.* Indicauit ergo Christus ſe verè Dominum, dum diſceſſurus, dum è Cruce pendens ſuis vale dixit, capitis ſubmiſſione. Hinc colligo ineffabile Bernardi priuilegium, cui quidem non ſubmiſſione capitis valde dicit, ſed è clauis manibus liberatis, ſuauiſſimè eum illigauit amplexu.

Franciſc. Petrarch.

21. *Qui propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit crucem, crucem relinquit, vt Bernardum apprehendat.* Luc. 12. Heb. 12. Matth. 27. Leo.

Affectum Ieſu erga Crucem ſuam ſæpè ſum contemplatus. Clamat ille, *Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor vſque dum perficiam*, Luc. 12. Paulus ad hæc, *Propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit Crucem*, Hebr. 12. Cui tam firmiter illigatus eſt, vt noluerit ex illa deſcendere, vel clamantibus Iudæis: *Si Rex Iſraël eſt, deſcendat de Cruce, & credemus ei*, Matth. 27. D. Leo, *Nunquid legiſtis, ô Iudæi, Dominus deſcendet de Cruce, & non potiùs, Dominus regnauit à ligno* Qui ergo promittentibus Iudæis pœnitudinem, tanti æſtimat Crucem, vt deſcendere nolit: vt Bernardo poſſit illigari, brachia excuti è patibulo. An Cruce amabilior?

22. *Christus equidē Crucē pro Cruce ſtrictiori cõmutauit: nã Bernardus è vitæ aſperitate Crux.* Gaufrid.

Fateor tamen Crucem non dimiſiſſe, quia Bernardum Crucis imaginem recognoſco. Audi Gaufridum. *Erat Bernardus ſibi aſperrimus, & durus. Erat tam aſſiduus in oratione, vigiliis, ieiuniis, & in comedendo tam parcus, vt vix pedibus ſuis poſſet ſuſtentari. Afferebat aſperrimum cilicium ad carnem macerandam. Admirabantur quidem medici videntes tantam viri ſancti aſperitatem in victu, & quod tanta cibi tenuitate, tantaque aſperitate vitæ poſſet vel biduum ſanus traducere. Videbatur enim in tanta aſperitate quaſi vitulus ad aratrum arandi cauſa colligatus.* Si totus Bernardus Crux, iam non miror, dimiſſa Cruce Bernardo Dominum illigari: potiùs vberius collaudari lubet Christi deſiderium patiendi; dum enim de patibulo ad Bernardum tranſit, mihi ſtrictiorem Crucis habitum iniiſſe videtur.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Et ſecuti ſumus te, &c.

Apoſtolico Choro Bernardus adſcribendus eſt ex Apoſtolica vtiliſſima orbi prædicatione.

Ex fructu enim copioſo colligitur Concionatoris zelus: aut concionis excogitata vis.

RElìquimus (inquit Petrus) omnia, & te ſecuti ſumus concionantem, homines ad frugem meliorem reducentem. Hieronymus, Non reliquère tantùm Apoſtoli omnia, quod multi alij fecerunt Eremitæ, & ſolius proprij ſpiritus perfectioni Religioſi vacantes: ſed ſecuti ſunt Christum, nempe proximorum ſaluti incumbentem, *quod eſt proprium Apoſtolorum.* 23.

Bernardus

24. *Semper ex concionibus Bernardus fructus magnos deferebat.*

Bernardus ad propriæ perfectionis inſtitutionem Monachos aduocans innumeros doctiſſimos, ſanctiſſimos, dum poſſet ſomno dulciſſimo contemplationis frui, horribilem procedit ad campum, vt qui æternùm voluminum armis cum hoſtibus inuiſibilibus erat pugnaturus, etiam verbis efficaciſſimis decertaret. Ait Gaufridus Ciſtercienſis Ord. Notar. *Tam præclarè Bernardus concionabatur, & tanto Dei fauore iuuabatur in ſuis prædicationibus, vt ſemper ex eis fructus maximos, & commoda reportaret.* Gaufr.

25. *Concionator hic Deipara ſemper numine donatus.*

Non mirabitur, tam vtilem extitiſſe Bernardi prædicationem, qui Nauclerum legerit affirmantem, Bernardum apud Eſpiram (vbi copioſiſſimos fructus concionando collegit,) ab imagine Deiparæ in altari Matricis Eccleſiæ collocata iuſſum ſalutere, *Salue Bernarde.* An non Concionatorum mos, vt gratiam poſſint imperrare ad dicendum, auditorum fructu à ſalutatione Angelica exordiri, *Aue Maria?* Ergo Deipara nunquam non à noſtro Concionatore ſalutata perpetuum auxilium ei impretatur, & promittit: *Salue Bernarde.* Iuſſo itaque à Maria ſalutere, quaſi neceſſariò doctrina Concionatoris toti orbi ſalutaris eluxit. Vt dicat Alexander III. *Vniuerſa Eccleſia Dei fidei & doctrinæ ſanctitate ac lumine Bernardus radiauit.* Naucler. Alexand.

26. *Fructus ex Bernardi prædicatione.*

Iam fructus ſigillatim ex Bernardi prædicatione expono. Scribit Gaufridus Bernardi conciones ſecutam fuiſſe innumerabilium hominum conuerſionem. *Vnde effectum eſt,* (concionante Diuo) *vt tametſi homines agreſtibus moribus, & barbaris præditi in ea valle habitarent; ita vt propterea vocaretur Vallis abſynthialis, & amara: nihilominus tamen ſancta prædicatione, & vita integritate Beati Bernardi; ferino victu, & vita barbara relicta, laudabiles mores complexi fuerint: ita vt poſtea Clara vallis fuerit appellata.* Addit, *Tanta porrò fuerunt Monaſteria, cauſa huius ſanctæ prædicationis extructa, & tam multi vitam monaſticam eius exemplo ſunt profeſſi, vt iam Alpes omnes, deſerta, & loca etiam maritima Monaſteriis Bernardi, & Monachis exornati eſſent à mari, vt dicitur, vſque ad mare, & inter barbaras omnes Nationes.* Gaufr.

27. *Imperator Conradus ferculū fecit poſt Bernardi concionē ad triumphum.*

Eſpiræ Bernardus tanto auditorum plauſu concionabatur, vt cùm Templum maius eſſet anguſtum hominum confluxui, pro foro dixiſſet. Ad diſcrimen vitæ Diuum auditorum vocauit affectus, adeò enim conſtrinxere virum, vt penè ſuffocarent. Quid plura? Conradus Imperator vnus ex auditoribus brachiis & humeris Bernardum deportans pius Æneas Penates, Patremque orbis liberat ab exitio. Triumphat Doctor egregius? Meritò admiratione affectus Cedrenus *in comp. Hiſtor.* narrat Seſoſtrem olim curru vectum à Regibus. Nonne admirabilius Imperatorem Bernardi currum auguſtiſſimum extitiſſe? Tanto Concionatori triumphus tam inſolitus debebatur.

28. *Efficacia dicendi.*

Proh Bernardi dicentis efficacia? Teſtes adhibeantur Francia, Anglia, Mediolanenſis ciuitas, aliæque plurimæ; quas adduxiſti ô Pater, vt communi conſenſu ſchiſmate abiurato Anacleti, vero Chriſti Vicario ſubderentur. Innocentio, & Petro Piſano ſapientiſſimo Bernardi cedenti argumentis, & cunctis Chriſticolis Innocentium acclamantibus. Fatur Gaufridus, *Quàm egregiè Eccleſiam Catholicam defenderet, & eius cauſam ageret, facilè colligitur ex epiſtola, quam ad eum ſcripſit Innocentius Pontifex, vbi inter alia dicit de Bernardo; quàm firma, quámque perſeueranti conſtantia cauſam beati Petri, & ſanctæ Matris tuæ Romanæ Eccleſiæ, incandeſcente ſchiſmate, feruor tuæ religionis, & diſcretionis ſuſceperit defenſandam, & ſe murum inexpugnabilem pro domo Dei ponens, animas Regum, & Principum, & aliarum tam Eccleſiaſticarum, quàm ſæcularium perſonarum ad Catholicæ Eccleſiæ vnitatem, ac beati Petri, & noſtram obedientiam frequentibus argumentis & ratione munitis inducere laborauerit, magna quæ Eccleſiæ & nobis prouenit, vtilitas manifeſtat.* Mitto Abaïlardi, & aliorum Hæreticorum ex prædicatione Bernardi confuſionem. Gaufr.

29. *Quàm plauſibilibus vocibus efferatur Bernardus, dum ſolus Eccleſiæ ſchiſma ablegat.*

Laërtius de Eſchine aſſerat *fuiſſe potentem in perſuadendo.* Affirmet Textor Olympium dicentem intonaſſe. Cunctos Bernardus ſuperauit. Vis indicem eius ſermonis efficaciam? Audi Sidonium Apollinarem epiſt. ad Raurit. ſuum. *Medicus in deſperatione, gubernator in tempeſtate cognoſcitur: horum omnium famam præcedentia pericula extollunt; quæ profectò deliteſcit, niſi vbi probetur, inuenerit. Sic & magnus Orator ſi negotium aggreditur anguſtum, tunc amplum plauſibilibus manifeſtat ingenium.* Solus Bernardus dicendo potuit Eccleſiæ ſchiſmata ablegare? O quàm plauſibilibus vocibus amplum ingenium oſtentauit. Sidon.

30. *Qui cupiebat diſſolui, & eſſe cum Chriſto, & Maria, libentiſſimè moratur in ſæculo, putãs ſe vacuum proximis diſceſſurū, ſi non diu moraretur.*

Quod quidem concionandi munus in animarum lucrum tanti ducebat Abbas, vt cupiens diſſolui, & eſſe cum Chriſto, Deiparáque, quam ardentiſſimo affectu proſequebatur; minimè grauatus eſt rurſum prædicationis inſudare certamini, vt plures animas ad ſuperos immitteret. *Cùm infirmitate grauiſſima,* (ait Gaufridus) *Bernardus detineretur, apparuit ei glorioſiſſima Virgo Maria, Laurentius, & Benedictus, atque ita tandem eorum contactu ſanatus eſt.* An affectus mœrore ex non petita valetudine? Imò lætitia perfuſus, vt plures animas Domino lucraretur. O verè Paulum! Apoſtolus quidem, cui mori lucrum, animarum tamen auarus à morte ac periculis liberari contendit dum ait, *Cæſarem appello*, Act. 25. Vbi Chryſoſtomus *homil. 7. de laud. Paul.* quærit, *Cuiuſnam rei cauſa* Cæſarem appellat, & ad Romam ire feſtinat? & reſpondet, *Proculdubio, vt diutius prædicationi inſiſteret.* An non innumeris hominibus ſtipatus pergeret tunc Bernardus? Ita planè, ſed ſtudioſus animarum lucrator, putabat ſe vacuum properare. *Cúmque,* (addit Chryſoſtomus,) *multis hinc cedentibus atque omnibus coronatus iret ad Chriſtum; iam profectò metuebat, ne pauper hinc, atque inops multorum ſalutis abſcederet.* Nec enim aſpiciebat fructum collectum animarum; ſed quæ ex arboribus poma pendebant, hæc arbitrabatur à ſe neceſſariò colligenda, vt aliquo modo non inanis, ac vacuus Prædicator aſcenderet. Gaufr. Act. 25. Chryſoſt. *Exiſtimet Concionator Apoſtolicus poſt copioſos fructus, nihil egiſſe.*

⁂

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Vos, qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes iudicantes duodecim Tribus.

Bernardus Præſul illuſtriſſimus, acerrimus Eccleſiæ propugnator, gregis Dominici canis vigilantiſſimus, ſuauitate deſperatis vulneribus medebatur.

Illum maximè laudo Præſulem, & Concionatorem, cuius ſuauia monita officium exerunt flagelli ad improborum correptionem.

31. Chryſoſt. CHriſtus ſedit, (Chryſoſtomus ait,) *in ſede maieſtatis, iuxta illud: Regnabit Deus ſuper gentes: & ex tunc Apoſtoli ſederunt ſuper duodecim thronos, id eſt, in omnibus Chriſtianis iudicantes.* Innuitur Eccleſiæ Præſulatus, ad quem quotidie viri egregij aſſumuntur. Hi profectò perfectiſſimè ſuum munus obibunt, qui Regis Chriſti extiterint æmulatores. Dauid quidem Chriſti Principis proprietates
Chriſtus dulcedine ipſa rectus erat, ſeu acris. expreſſit: *Dulcis & rectus Dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus.* Ergo benignus, & acris? Quomodo ergo Dauidis verba illa de Chriſti Præſulatu poſſent verificari: *Memento Domine, Dauid, & omnis manſuetudinis eius?* Profectò, quia in ipſa ſuauitate rectitudinis ſeueritas includitur. Hoc mirabile in Chriſto ſuauitate deſperata vulnera curaſſe. Difficile prorſus Præſulem omninò benignum ipſa benignitate ſe oſtendere ſeuerum. Certè Bernardus Chriſtum perfectè ſequitur, dum ipſa pietate rigidus, ipſa benignitate ad medelam criminum oſtentatur auſterus.

32. *Bernardus melle curauit vulnera.* Bernard. Bernardum Bonævallis Abbatem præmitto, *Cum mater Bernardi eum vtero geſtaret, vidit in ſomnis præſagium futurorum, catellum ſcilicet candidum totum, & latrantem ſe in vtero habere. Super quo territa vehementer, cùm religioſum quendam virum conſuluiſſet, dixit ei vir: Ne timeas, rectè enim res agitur, optimi catelli mater eris, & qui domus Dei cuſtos futurus, magnus pro ea contra inimicos fidei editurus eſt*
Lingendo latrat canis Dominici gregis. *latratus. Erit enim egregius Prædicator, & tanquam bonus canis gratia linguæ melliſluæ, & medicinalis, in multis multos morbos curaturus eſt animarum.* Quid quæſo linguæ melliſluæ ac medicæ cum valido horribili latratu catelli? Equidem is egregius Præſul, ac concionator eſt, cuius lingua melliflua ac dulciſona verba vices exerant latratus formidabilis. Melle curat Bernardus, dulcedine terret.

33. *Reprehenſio tota dulcis, ſi ſanat, apprimè laudanda.* Matth. 10. Ambroſ. Mihi credite, efficacior admonitio Rectoris, inſtar medicæ radicis amaræ, ſacchato dulcedinis, ac pietatis oportet condiatur. Apoſtoli iubentur à Domino virgas non deferre: *Neque virgam,* Matth. 10. Vbi Ambroſius ad Luc. cap. 10. *Quid eſt virga niſi vlciſcendi doloris inſtrumentum, & profundæ poteſtatis inſigne.* Oportet enim Præſules, & Prædicatores peccatores corripere, punire piacula. An vulnerando? Alij dixerint, alij geſſerint laudabiliter. Chriſtus Dominus non vulnerando corripit, ſed dulciſſima verba proferendo. Vel Iudam correpturus appellauit amicum: *Amice, ad quid veniſti?* Matth. 26. Matth. 26. Quàm dulciter Magdalenam excepit: quàm benignè Samaritanam adduxit! Is egregius Præſul & Concionator, cuius irrigatio vulneris putridæ eſt aduſtio, cuius pietas horribilis delinquenti. Addit Ambroſius, *Hoc eſt ergo dicere: Imitatores mei eſtote* *Bernardus imitator Ieſu.* Chriſtum Bernardus æmulatus linguæ melliſluæ ac medicæ vi corripuit peccatores.

34. *Bernardus vtitur ad corripiendū ſuauiſſimo Ieſu nomine, quod dulcedine ſanat.* Cùm ſubditum delinquentem corriperet, hoc verbo vtebatur. *Ieſu bone, quomodo hoc geſſiſti?* Quid dulcius? An efficax? Si Ieſus ipſe medicamen eſt vulneris & oleum, quónam modo non vulnera ſanarentur. D. Hilarius aſſerit Præſules Euangelicos ad correptionem delinquentum virga aſperitatis non indigere *habentes virgam de radice Ieſſe.* Hilar. Hæc virga, id eſt, Ieſu ſuauiſſimo, cuncta vulnera reſecantur. Addit Propheta (poſtquam dixit, *Egredietur virga de radice Ieſſe,*) *& flos de radice eius aſcendet*; vt oſtendat Chriſtum totum ſe floridum exhibendo, quaſi virga vulnerans, homines donare ſanitate. Hilarius ad hæc: *Continuò propheticus ſermo adiecit, Et flos de radice eius aſcendet, vt virgæ ſeueritatem floris ſuauitas temperaret.* Ergo ſeueritate vtitur Dominus. Profectò idipſum pietatem melliſluam vulneri adhibere, idem eſt ac ſeuerè corripere.

35. *Correptio Bernardi virga dilectionis quæ eſt correptio Ieſu.* Audiſti ne dilectionem virgam appellari? Dauid cecinit, *Virga dilectionis virga Regni tui,* Pſalm. 44. Si dilectionis, quónam modo virga? Si virga, quomodo dilectionis? An non, quia Regis, aut Præſulis dilectio vires gerit amaræ correptionis apud eos ſubditos, qui non agreſti omnino animo imbuuntur? Pſalm. 44. Rupertus lib. 8. in Matth. Rupert. *Virga Diſcipulorum Chriſti virga dilectionis eſt.* Dilectio percutit, ac verberat peccatores. Virgam Aaron habuit non in vulnera tumentem, & verbera: ſed in gemmas, ac flores vernantem, *Num.* 17. At mellifici flores vulnerabant. En Bernardi doctrinam melliſluam omninò, ſed curantem vulnera, verbera infligentem Monachis ſubditis, qui in vinculis charitatis plerumque ad frugem meliorem adducuntur.

36. *Medicamina Bernardi florida, ſed efficacia.* Elias medicus Iſraël, ſed rigido calamo medicamina præparauit. Prophetæ communiter rigidi præclamarunt. Sed cùm Bernardus totus floridus oſtentatur, profatur Eccleſia: *Iam hyems tranſiit, imber abiit, & receſſit, flores apparuerunt in terra noſtra,* Cant. 2. Cant. 2. Rigiditas verbi ſacri tota ceſſit in flores, vno Bernardo prædicante. Vt dicat opportunè Iſaias, *Quàm pulchri ſupra montes pedes euangelizantis pacem,* cap. 52. Iſa 52. Ad quæ Tertullianus lib. 5. in Marc. Tertull. *Quàm maturi pedes euangelizantis.* Nihil in Bernardo *Nihil acerbum in Bernardo.* acerbum vero Chriſti Domini imitatore. De quo quidem Ambroſius *epiſt.* 11. legens Iſaiæ locum, *Tanquam maturitas in montibus,* adiicit: Chriſtus nobis tanquam maturitas aduenit, vt nihil acerbum, nihil immaturum in noſtris *Conciliis,* (ſeu *communitatibus*) *ſit, nihil aſperum in operibus,* aut verbis. Penè deſperatus æger, qui Præſulis benignitate adhibita ab ægritudine minimè eripitur.

SECT.

SECTIO II.

Temporalium dimiſsio.

TEXTVS.

VERS. 29. ET omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.

IN BERNARDVM

PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS CIRCA LITERAM.

EX TEMPORALIVM DIMISSIONE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, &c.

Bernardus plus dimiſit pro Ieſu, quàm ipſe Dominus imperarat: ſe etenim adeò natura humana exuit, vt præter morem hominum nihil inuenerit in aliis hominibus, quod poſſet reprehendere.

Proprius defectus agnoſcere, aliorúmque errata putare eſſe virtutes, ineffabilem arguit perfectionem.

1. Anſelm. VNico verbo exponit Anſelmus, *Qui omnes humanos affectus charitati præpoſuerit.* Profectò inter affectus humanos ille admodum viget, nempe ſe hominem magni ducere, alios autem contemnere: propria ad errata cæcutire, lynceos oculos habere ad piacula proximorum. Vnde Philoſtratus aiebat, *Cæcus ad propria, ad aliena oculatiſſimus.* (Philoſtr.)

2. *Bernardus omnes putabat ſanctos, & perfectos.* Hoc omnino tam adnato affectu ſeſe Bernardus adeò expediit, vt cunctos perfectos eſſe reputaret, ſe ſolummodo imperfectionibus crederet laborantem. Præmittam Gaufridum. (Gaufr.) *Cæteros præterea ſanctos eſſe arbitrabatur, atque perfectos: ſe verò ſicut nouitium, & incipientem.* Nihil exaggeratius dici poſſet, vt ineffabilem Bernardi ſanctitatem poſſimus efferre.

3. *Sãctus Loth audiebat, & videbat opera iniqua Sodomitarum.* Sanctus equidem erat Loth ſpecialiſſima Numinis cura ab incendio eripiendus. Attamen improborum delicta aſpiciebat, agnoſcebat, è quibus nimium cruciabatur. Ait Petrus, *Aſpectu enim, & auditu iuſtus erat habitans apud eos, qui de die in diem animam iuſtam iniquis operibus cruciabant*, 2. epiſt. 2. (*An ſanctior qui non videbat ſociorum errata, ſed putabat pia geſta.* 2. Petr. 2.) Laudo prorſus iuſti viri affectum, nec abnego ex perſpicua Dei, ac proximorum dilectione ortum habuiſſe. Sed mira eſſet ſynceritatis, humilitatiſque iuſti commendatio, ſi habitans inter peccatores, eorum opera iniqua minimè aſpectaret. D. Gregorium ad meam mentem allicio lib. 1. Moral. cap. 1. (Gregor.) *Loth cruciari non poſſet, niſi praua propinquorum opera & audiret, & cerneret: & tamen & aſpectu & auditu iuſtus dicitur.* Ergo iuſtior diceretur ſi non aſpiceret, & audiret; id eſt, ſi audiens, & aſpiciens, adhuc putaret opera iniqua excuſabilia eſſe.

4. *Ezechiel ſanctus, dũ videt peccata ſociorum: quid ſi ex humilitatis magnitudine non videat Bernardus?* Ezechielis ſanctitas ex innumeris titulis efferenda aſpicitur. Apud Babylonem captiuitate preſſus nimirum torquebatur, dum incolarum crimina conſpiceret. Chryſoſtomus lib. 3. de Prouid. (Chryſoſt.) *Id ſolum quòd inter hoſtes, ac barbaròs, impuróſque homines vir iuſtus & ſanctus iugiter verſatus ſit, omni erat illi ſupplicio acerbius.* Laudo acerbitatem huiuſce ſupplicij, nec vllo ex capite taxo criminum viſionem: iuſtus, & ſanctus erat videns proximorum crimina. Attamen ineffabilibus laudibus dignam proferam Bernardi cæcitatem, qui cùm iugiter verſaretur cum imperfectis quibuſdam, & apud vrbes cum peccatoribus diu moraretur: cum hæreticis diſputaret, multos peccatores exciperet, *Sanctos eſſe arbitrabatur, atque perfectos.*

5. *Pluſquam iuſtus Bernardus, dũ non videt proximorũ errata.* 2. Petr. 2. Gregor. Preme Apoſtoli præfata verba: *Aſpectu, & auditu iuſtus erat Loth*, 2. Petr. 2. vbi Gregorius, *Aſpectu, & auditu iuſtus dicitur, quia iniquorum vitia non delectando iuſti aures, atque oculos, ſed feriendo tangebant.* O Bernardum ſurdum, & cæcum glorioſius! Si Loth iuſtus & ſanctus appellatur, quia viſus, & auditus eius criminibus hominum feriebatur: quanto iuſtior, qui tales aures, ac oculos habebat, qui peccatorum criminibus non feriebantur, ſed mulcebantur; quia perfectionis facinora videbantur humillimo ſibi tantùm conſcio?

6. *Quod ſanctè Loth Mar-* Locus paradiſi Bernardo erat vel peccatorum ſocietas, cùm apud exercitum defenſurus Eccleſiã ſchiſmate turbaram commorabatur.

tyrium erat, fuit Bernardo recreatio, quia nō videbat, à quo torqueretur. Auguſt.

Loth equidem Martyrio coronatus, dum apud ſceleratos degeret, ſante Auguſtino ad cap.69. *Neque enim & Loth ille Sanctus in Sodomis ab aliquo corporalem perſecutionem patiebatur, aut dictum illi erat, vt non ibi habitaret. Perſecutio eius facta mala Sodomitarum erant.* O Bernarde ſanctiſſime, facta militum impudicorum tua erat ædificatio; putabas te apud Monaſterij paradiſum habitare cum ſanctiſſimo Monachorum filiorum cœtu, dum inter profligatorum pacem Eccleſiæ conturbantium militum multitudinem commorabaris; quia (vt cum Philoſtrato loquar) cœcus ad alienam, ad propriam oculatiſſimus vitam extitiſti. Vnde ſi Loth Martyrio laudabiliter afficitur, quia Sodomitæ *animam iuſtam iniquis operibus cruciabant*: Bernardus recreatione donatur, quia peccatores quique vel iniquè agentes ei videbantur geſta perfectionis exponere.

Observat. II.

Ad illa verba:

Et omnis, qui reliquerit domum, aut fratres, &c.

Tam perfectè Bernardus cuncta reliquit, vt è terra vix aſſumeret ad vitæ nutritionem; tam illuſtris equidem fuit abſtinentia, vt hominibus pulcherrimus appareret.

Vbi innuitur, ieiunio hominem reddi pulchriorem, & fortiorem.

7. DOMVM, eunctáque mundialia Principes Eccleſiæ ſunt perfectè relicturi, quia ad proximorum ædificationem, hoſtiúmque debellationem à Domino aduocantur. Quiſnam cuncta perfectè relinquit, niſi qui ex mundialibus tantùm appetit id, quod præciſè neceſſarium eſt ad vitæ ſuſtentationem: *Habentes quibus veſcamur, & tegamur, his contenti ſumus.*

8. *Præparat ſibi Bernardus alimoniam ex iis rebus, quæ victui non cedunt.* Gauſr.

Porrò Bernardus tam parum ex terra deſumpſit, vt nihil aſſumere videretur; quia ex iis rebus præparauit ſibi alimoniam, quæ ad victum hominum minimè computantur. Audi Gaufridum, *Abbas creatus fuit Claræuallenſis, vbi tanta cum paupertate victum ducebat, vt pulmentaria ex foliis fagi ſibi Monachi conficerent. Panis etiam, quo veſcebatur, erat ex hordeo, milio, & vicia: ita vt aliquando religioſus vir quidam appoſitum ſibi in hoſpitio plorans vbertim, clam aſportauit quaſi pro miraculo omnibus oſtendendum quòd inde viueret homo, & talis homo.*

9. *Sine cibo pulcher, & robuſtus.* Guilherm.

Viuebat equidem, nec maciei dedecore, aut infirmitate affectus: ſed pulchritudine, & robore admirabili donatus. Recolo Abbatis Guilhermi obſeruationem. *Admirabantur medici tantam Bernardi aſperitatem in victu, & quòd tanta cibi tenuitate poſſet vel biduum traducere. Videbatur enim in tanta victus aſperitate & tenuitate quaſi vitulus ad aratrum arandi cauſa colligatus.* An vires ſuppetunt ad laborem? Certè Bernardus pulchrior ac vegetior ex ieiunio reddebatur, vt abſtinentiæ poſſet alumnis commendare virtutem.

Aiebat Prophetæ ex ore Dominus, *Cùm effuderis eſurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua*, &c. *Et oſſa tua liberabit, & eris quaſi hortus irriguus, & quaſi fons aquarum*, Iſa.58. vbi ex mente Ambroſij idem eſt animam effundere eſurienti, ac victum, qui neceſſarius præciſè eſt ad vitæ ſuſtentationem, non admittere. Profectò tunc abſtinentia rigida *oſſa tua liberabit, & eris quaſi hortus irriguus.* LXX. *Oſſa tua pingueſcent, & erunt ſicut hortus ebrius.* Dum præcidis neceſſarium victum, oſſa roborantur, ac pulchritudine comparata, pulchreſcunt? Hæc planè ieiunij vis & pulchritudine, & robore hominem redonare. Nam cùm corpus macie obruitur, ſpiritus mirum in modum roboratur, & ex infirmitate vires colliguntur ad operationem. Ambroſius lib.3. epiſt.25. *Pingueſcit anima tua, virtutéſque eius ſpirituali adipe ieiunij: & fructus tuus multiplicatur vbertate mentis tuæ.* Dum deficit corpus inedia, adipe ieiunij animus roboratur. Liceat vulgari idiomate exponere, *Bernardo todo es alma*, cùm corporis vires ex ieiunio, ac inedia deficiunt.

10. *Ex ieiunio homo pingueſcit, & roboratur.* Iſa.58. Ambroſ.

Imò corporis pulchritudo comparatur inedia. Audiſti D. Bernardum pulchritudine corporea decoratum? Gaufridus, *Erat formoſiſſimus*, &c. Quomodo poterat beneficio ediæ non pulcher admodum oſtentari? Hortaturus Dominus ad ieiunium Diſcipulos, ait: *Ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ, quid manducetis: neque corpori veſtro, quid induamini. Reſpicite volatilia cœli, quoniam non ſerunt*, &c. *& Pater veſter paſcit illa. Conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt*, Matth.6. Cur ad curam victus ablegandam à Diſcipulis aues, & lilia memorauit? Reſpondet Nazianzenus, Non iubet reſpicere quadrupedes ventri obedientes (cùm ad parſimoniam victus nos adhortatur) in quibus nulla pulchritudo; *ſed lilia & aues quibus victus facilis, & pulchritudo natiua eſt.* Quid autem neceſſarium eſſet ad perſuadendam victus parſimoniam, oculis obiicere auium, aut liliorum pulchritudinem? Certè, quia tam adnata eſt ieiunanti, aut parcè edenti pulchritudo, vt non poſſit fieri mentio ieiunij, quin conſequentis pulchritudinis memoria geratur; vnde neceſſum fuit auis, & lilij comparatione vti, in quibus & cibi parſimonia & pulchritudo colligantur.

11. *Bernardus pulcher ex inedia.* Gaufr. Matth.6. Nazianz. *Neceſſariò colligantur parſimonia, cibi & pulchritudo.*

Profectò licèt corporis pulchritudo, viréſque corporeæ deficerent; haud dubium, quin cibi parſimonia ſpiritus pulchrior appareat Conditori, viréſque ſpiritus ad egregia opera confirmentur. Teſtor Bernardum macie confectum, ſed in conſpectu Domini formoſiſſimum, de quo illud Iſaiæ: *Vidimus eum, & non habebat pulchritudinem*, cap.53. *Medici videbant Bernardum* (loquor cum Gaufrido) & tantam aſperitatem in victu adnotantes, admirabantur poſſe viuere, qui ſpeciem pallidi cadaueris obiiciebat. Porrò tunc in conſpectu Domini formoſiſſimus apparebat. Hieronymus, *Quare non habebat pulchritudinem? Quia caro ipſius immutata eſt propter oleum, non habebat delitias corporis, ſed Dei ſpiritus. Et nos ergo cùm ieiunamus,*

12. *Quàm pulcher ſpiritu Bernardus, cùm faciem pallidam offert!* Iſai.53. Gauſr. Hieron.

namus, cùm facies noſtra pallida ſunt, quando fœdi videmur, cognoſcamus noſmetipſos tunc pulchriores apparere Chriſto.

13. Addit de viribus corporis Gaufridus, *Tam aſſiduus erat Bernardus ieiuniis, & in comedendo tam parcus, vt vix pedibus poſſet ſuſtentari.* Tunc tamen *quaſi vitulus ad aratrum arandi cauſa erat collectus.* An non, quia vires ieiunio colliguntur? Præcinit Dauid, *Genua mea infirmata ſunt à ieiunio, & caro mea immutata eſt propter oleum*, Pſalm. 108. Ac ſi diceret, cùm genua ex ieiunio infirmantur, tunc propter vnctionem roborantur membra ad laborem; inunctio enim ad robur conciliandum aſſolet adhiberi. Vndénam oleum confortans, aut roborans cum ieiunio infirmamur? Quia ipſum ieiunium infirmans corpus, animum roborat ad actiones quæ tanto perfectiùs peraguntur, quanto agens, nempe ſpiritus validior eſt corpore. Hieronymus, *Quando infirmantur genua eius à ieiunio, tunc maximè roborantur.*

Cù Bernardi genua à ieiunio infirmantur, tūc ipſius mēbra confirmātur oleo.
Gaufr.
Pſalm. 108.
Hieronym.

Observat. III.

Ad illa verba:

Et omnis, qui reliquerit domum, & fratres, & ſorores, &c.

Bernardus ſpecialiſſimè ſtuduit ſexus fœminei fugere ſocietatem, ad ineffabilis puritatis cuſtodiam.

Puritas enim caſtitatis ſine ſtudioſa fuga cuſtodiri non poteſt. Nulla circa caſtitatis tuitionem cautela nimia videri debet.

14. Ex mente Hieronymi indicitur hîc Diſcipulis puritas mentis, & corporis. Vnde myſticè & à viris, & à fœminis monemur diſcedere. O vir à fœminis vel ſororibus, vel matre abſtrahi ſtude: ô fœmina, à viris omnimoda adhibita diligentia, vel à fratribus, vel à patre diuellere. Ad caſtimoniam enim cuſtodiendam, nulla abſtractio nimia debet appellari.

Hieron.

15. Hinc commendabilis mihi perfectiſſima Bernardi, ex abſtractione accuratiſſima, puritas obiicitur. Abbatem Guilhermum audiamus. *Porrò cùm iuuenis eſſet formoſiſſimus, atque à multis mulieribus ſollicitaretur, ipſe tanquam alter Ioſeph caſtitatem ſuam integerrimam perpetuò conſeruauit.* Tanquam alter Ioſeph conſeruauit integerrimam pudicitiam? Ergo fugientem Ioſephum eſt imitatus.

Bernardus caſtiſſimus Ioſephum æmulatur fugientem.
Guilherm.

16. *Cùm aliquando*, addit, *graui quodam capitis dolore vexaretur, inductaque eſſet mulier quadam ſuauiter canens, vt poſſet aliquo modo allenare eius dolorem, protinus Sanctus iuſſit, eam à conſpectu ſuo amoueri, atque ita diuino auxilio, ea recedente, dolor omnis abſceſſit.* An nimietas abſtractionis? Minimè, ſed neceſſaria, vt auxilium ea recedente, roboret infirmitatem noſtram.

Fœminam dolens capite repulit cantatricē.

17. *Cùm in oratione Pater* (adhuc Author) *poſitus eſſet, acceſſit ad eum ianitor Monaſterij, qui dicebat, ſanctum Abbatem à quadam muliere pro foribus Conuentus euocari. Ad quam cùm egreſſus eſſet vir Dei, procidens ad pedes eius mulier illa, duodecim librarum benedictionem ei obtulit, orationum ſuffragia implorans viro ſuo periculosè ægrotanti. Quam breuitr allocutus vir ſanctus, dimiſit à ſe, dicens: Vade bona mulier, ſanum inuenies virum tuum.* An vrbanitatis tuæ ô Bernarde, fœminam nobilem beneficium tam opportunum tuæ extremæ inopiæ conferentem, tam breuiter alloqui, tam ſine aliqualis gratitudinis oſtenſione dimittere? An non nimia viro Abbati inedia confracto puritatis cuſtodia. Quòd adoleſcens ſecularis, vel dolens capite dimiſeris fœminam cantatricem: adoleſcentem Ioſephum æmularis, nimia omnino actio non reputanda; ſed Abbas macie confectus tam ſtudioſam fugam meditatis? Profectò nulla cuſtodia tanti theſauri debet immoderata haberi. Qui ergo plus Ioſephum fuerit imitatus fugientem, caſtor exiſtet. Semel fugiens Ioſephus deſcribitur, ſed iudico diligentem puritatis conſeruatorem perpetuæ fugæ debere operam impendere: tantum enim apud te puritatis adeſſe iudicarim, quantum velocitatis ad fugiendum.

Fœminam ſubleuatricem inopiæ Monaſterij breuiſſimè allocutam dimiſit.

Nulla nimia tanti caſtitatis theſauri cuſtodia.

18. Laudatur ideò greſſus ſponſæ. *Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia Principis*, Cant. 7. in Hebræo, *Filia Aminadab.* Certè Aminadab idem eſt ac *Populus ſe ſponte offerens.* D. Hieronymus aſſerit Aminadab, ſeu populum ſe ſponte offerentem ſignificare Religioſos, qui ſe ſpontè, voto caſtitatis emiſſo, Domino litant. *Aminadab* (inquit *lib. adu. Iouin.*) interpretatur Populi ſe ſpontè offerentis virginitatem ſignat. *Virginitas enim volūtaria eſt.* Addit pulchrè, *Et ideo greſſus Eccleſiæ in caſtitatis pulchritudine collaudantur.* Cur voluntaria puritas ſponſæ non collaudatur in mente, aut in corde: ſed in greſſibus? Quia in poteſtate greſſuum ponitur, caſtitatem eſſe pulchram, aut quidem defœdari. Quónam modo in greſſuum poteſtate? Quia ſi graderis ad colloquia, vel licita fœminarum, aut virorum, & non accuratè non neceſſaria verba præſcindis, periculo theſaurum exponis; ſi autem vel à neceſſariis abſtines verbis, ſi graderis ad abdita fugiens, puritatis pulchritudinem conſeruabis: *Ideo greſſus Eccleſiæ in caſtitatis pulchritudine collaudantur.*

Caſtitatis pulchritudo in greſſibus ſponſæ collocatur, quia tantum huiuſce habebis pulchritudinis, quātum receſſus, & fuga.
Cant. 7.
Hieron.

19. Legerat Bernardus fœminam manus iniecisse, palliúmque tenuiſſe, quod ille conſtanter in manibus reliquit. Curabat autem ne vel tenuiter eum apprehenderet, & ideo perpetuo fugitantis curſu vtebatur; quemadmodum eques, ne hoſtium iaculis poſſit vulnerari. Sciebat Dauidem temeraria ſecuritate periiſſe. Dum enim ambularet per ſolarium, iaculatrice fœmina, greſſus ſiſtit, & exitiali vulnere afficitur. Vnde edoctus Bernardus ſemper fugiebat, ne poſſet vel tenuiter apprehendi, nedum grauiter vulnerari. Laurentius Iuſtinian. *De hac voluptate quicumque ſemper fugerit, glorioſiſſimè triumphabit. Innumeros hac temeritate armatos debellando proſtrauit: terga verò vertentibus vix tenuiter manus iniecit.* Nulla nimia

Bernardus ſēper fugiēs obiicitur vt miles in cāpo, ne ab hoſtibus bellici tormenti iaculo vulneretur, vt Dauid: vel tenuiter apprehēdatur; vt Ioſeph.
Laurent. Iuſtin.

cautio eſt, qui theſauri cuſtos, conſtituitur præcipuè ſi latronum adſit abundantia.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba.

Et omnis, qui reliquerit domum, &c. propter nomen meum, centuplum accipiet.

Bernardus eleemoſynæ operibus in maxima inopia Monaſteriis conſtitutis, eorum egeſtati ſuccurrit.

Edocens aperire manus ad pauperes, quotiens te videris vacuum, vt ex beneficio eleemoſynæ diteſcere valeas.

20. *Eleemoſyna Deum reddit debitorē.* Hieron.

QVónam modo centum accipit, qui vnum Domino impendit? Hieronymus, Quia *qui carnalia pro Chriſto dimiſerit, ſpiritualia recipiet, quæ comparatione, & merito centenario numero computantur.* Profectò & temporariis muneribus aſſolet impleri, qui pro Chriſto temporaria dimittit. Exemplum in eleemoſyna lubet exhibere. An non cunctis eſt nota cœleſtis pro collata eleemoſyna retributio? Quis vnū inopi tribuit, qui non pluribus à Domino donaretur. Vnde prudentes vidi, qui vt domus egeſtatem propellerent, cùm nimia laborarent inopia, ex illa exigua annona aliquid ſubtrahebant, vt alienæ egeſtati ſuccurrerent, quo quidem Domino retribuente, propriam implerent vacuitatem, votis planè effectu reſpondente.

21. *Bernardus ſuccurrendo alienæ inopiæ ex annona exilitate, propriam egeſtatem impleuit.*

Bernardum teſtor, de quo Guilhermus, *In eleemoſynis largiendis liberaliſſimus erat, etiam cùm iuuenis admodum eſſet, propter compaſſionem maximam, qua ferebatur erga pauperes.* Abbas poſtmodum Claræuallenſis effectus tanta inopia laborauit, vt ſæpiùs ex foliis fagi pulmentaria conficerentur à Monachis. E quibus cibis aſperrimis hoſpitibus, aliiſque pauperibus accedentibus liberaliter apponebat. Nec exigua liberalitas ex pugillo farinulæ viduam aſcendenti Eliæ vel particulam exhibere. Daret profectò totam portionem Bernardus, ſi cunctis non ſufficeret, vt fidelis vidua non ſine lucro geſſit. Profectò & opus Bernardi ſecuta eſt abundantia *hydria farinæ* minimè deficiente. *Cæterùm* (ait ille) *cùm aliquando extrema inopia in monaſterio premerentur Monachi, neque ſuppeteret iam Procuratori, quid impenderet pro fratribus ſuſtentandis*; mulier pia viduæ Sarephtanę æmulatrix ad oſtium acceſſit, Bernardoque *procidens duodecim librarum benedictionem obtulit. Neque ſemel tantùm, ſed ſæpiſſimè huiuſcemodi miracula, & beneficia obtinuit Bernardus à Domino*, pro vno centum retribuente.

22. Excepit Abraham hoſpitio Angelos, quibus præfatus eſt: *Domine, ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuum: ſed afferam pauxillum aquæ, & lauate pedes veſtros. Ponámque buccellam panis, & confortate cor veſtrum*, Geneſ. 18. Duplicem premam particulam, *Domine*, & *ſi inueni gratiam.* Si Abrahæ aperienti oculo, *apparuerunt tres viri*, cur ſingulari numero eos *Domine*, & non potius Domini, aut amici, appellauit? Si gratiam eis ipſe parabat impendere aquam afferendo, panem apponendo: cur ab illis gratiam ſe accepturum aſſeruit? Credidit profectò Patriarcha Deo ſe illud pauxillum aquæ & panis exhibere, & ideo non pauperibus, ſed Domino ipſi allocuturus ait: Domine. Beneficium autem ſe profitetur ab illis accipere, dum offert eleemoſynam, quia beneficium maximum eſt Deo aliquid impendere, dum reddimus ipſum debitorem. Vnde pro vno redditurus centum maximo nos afficit beneficio, cùm excitat, vt ipſi in paupere aliquid exhibeamus. Ad meam ſententiam allicio Chryſoſtomum. *Si inueni*, ait, *gratiam. Hoc eſt mirabile. Beneficium das, non accipis.* Cur ergo dicis, *ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuum*, &c. Reſpondet pulchrè, verè enim huiuſmodi hoſpitalitas eſt, quæ magis accipit, quàm dat, *qui illam exercet.* quia ſcilicet Deum reddit debitorem, vt pro vno centum exhibeat.

Abraham excipiēs inopes, gratiam ſe ab eis accepiſſe fatetur; quia plus accepturus erat à Deo reddito ſibi debitorem. Gen. 18.

Chryſ.

23. *Qui dat pauperi gratias exhibet, quia plus accepit, reddendo Deū debitorē ad centuplum.* Pſ. 133. Hieron.

Monet Religioſos clauſtris incolas, quibus cura communitatis commiſſa eſt, Propheta. *Ecce nunc benedicite Dominum omnes ſerui Domini, qui ſtatis in domo Domini. In noctibus extollite manus veſtras, & benedicite Dominum*, Pſ. 133. Quem locum ad eleemoſynæ elargitionem myſticè exponit D. Hieronymus, *Extollite manus veſtras*, in domo Domini moramini, vt inopiæ alienæ ſuccurrere poſſitis. *Da pauperibus eleemoſynam, & benedic Domino. Magis tu gratias Chriſto agito, quando dederis, quàm ille, qui à te accipit. Grande nobis beneficium præſtant pauperes.* Quare? Quia pauper à te accipiens vnam panis particulam ſortitur, at tu conferens, Deum reddis debitorem, qui pro vno centuplum ſe promiſit redditurum.

24. *Fœmina datura argentū Bernardo ideo ſupplex accedit, quia dās, centuplum ſperabat. Sic Bernardus ex parua annona dat, vt accipias.* Gaufr. Baſil.

Teſtor fœminam illam ad Bernardum ſupplicem accedentem, & pecuniam offerentem egenti. Quare ô pia coniux, ſupplex accedis, dum largiris? Certè, quia mariti valetudinem centupli ergò accipere à Bernardo expectabat. Nec ſeducta. *Procidens ad eius pedes mulier, illa duodecim librarum benedictionem ei obtulit orationum ſuffragia, implorans viro ſuo periculosè ægrotanti. Vade* (inquit Bernardus) *bona mulier, ſanum inuenies virum tuum.* Ergo plus accepit illa, quàm dedit: ergo meritò ſupplex accurrit gratias exhibens pro auctario. Pulchrè D. Baſilius homil. in diteſc. *Benefactorum gratia in dantes reuertuntur. Dediſti, ô mulier, eſurienti, tibi conſuluiſti. Quod dediſti enim, ad te cum auctario reuertetur. Sanum*, inquit Abbas, *inuenies virum tuum, quod quidem ita factum eſt.* Ideo Bernardus ex inopia pauperibus præſtans particulam, Monaſterij expleuit vacuitatem.

OBSERVA

OBSERVAT. V.

Ad illa verba:

Et omnis qui reliquerit domum, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, propter nomen meum, centuplum accipiet.

Bernardus licitis nuptiarum voluptatibus nuncium remittens innumerabili filiorum ſpiritualium familia honoratur.

Aſſero bonos filios virtutum paternarum eſſe confirmationem.

25. Chryſ. PRemo particulam, *aut vxorem*. Vult ne Dominus nuptias diuellere? Reſpondet Chryſoſtomus, *Non vult Chriſtus ſimpliciter nuptias diuelli, ſed omnibus præferri pietatem.* Bonæ nuptiæ, ſed melior admodum ſtatus continentiæ, cui præmium præparatur auguſtius.

26. *Innumeris filiis muneratur Bernardi renũciatio nuptiarum.* Guilberm. *Quaſi adnata Diuo ſanctitas.*

Potuit Bernardus ſeculari ſplendori morem gerere, ſed maluit, ſpretis nuptiarum licitis voluptatibus, cucullo auguſtiſſimo exornari. Adnata certè quodammodo Bernardo renunciatio ſeculi, qui è Sanctorum familia fuerat exortus. Audi Guilhermum Abbatem. *Fuit Bernardus parentibus clarus ſecundùm dignitatem ſeculi, ſed dignioribus ac nobilioribus ſecundùm Chriſtianæ religionis pietatem. Pater vocabatur Theſelmus, mater Aleth, quæ ſeptem genuit liberos, non tam viro ſuo, ac ſibi, quàm Deo: ſex mares, fœminam vnam; & mares quidem Monachi, fœmina autem ſanctimonialis fuit.* Cùm ergo quaſi adnata Bernardo Religioſi ſtatus inſtitutio eſſet, annos natus circiter viginti tribus, Ciſtertium ingreſſus cum ſociis fermè triginta ſub Abbate Stephano, ſuum Chriſti iugo collum ſubmiſit. An ſterilis vitam terminauit? *Migrauit Bernardus ad Dominum annis natus ſexaginta quatuor cùm ædificaſſet centum ſupra ſexaginta filiorum Monaſteria.*

27. *Bernardi proles ſtellarum, Confeſſores, Martyres.* Auguſt.

Quid autem poſt obitum ſi (authore Origene) apud ſuperos Diui ſpiritali huiuſce generationi dant operam? Fatur Auguſtinus *ſerm. Omnium Sanct.* Eccleſiæ fœcunditatem ſic deſcribit: *Quam victorioſorum Martyrum ſanguis exornat, quam inuiolatæ Confeſſionis candida induit virginitas.* O Ciſtertienſis Bernardi familia deliciarum Dei Paradiſus, quam candidi, ac purpuri flores exornant! Num ad numerum adduxiſti Monaſteria virginum, toto orbe terrarum exædificata Angelorum facilè domicilium! Num Confeſſorum exercitus poteſt apud ſuperos numerum in ſtellis fulgentiſſimis inuenire? Num viri literis & pietate fulgidi non poſſent cum marini littoris arenis conferri, ſi non aptiùs ad cœleſtia lumina pertinerent, pauca planè ad catalogum tam numeroſum referendum? Quid de Martyribus attexam? Expono Bernardum de Aleira Regum filium vna & altera ſorore Gratia & Maria ſtipatum ſanguinem Regium purpura auguſtiori ornantem. Obiicio Petrum à Caſtronouo primum aduersùs hæreticam prauitatem Propugnatorem, qui ſanguine fidem, quam defendebat, rubricauit. Memoro Martyres ducentos, qui in Angliæ finibus quatuor in Monaſteriis Bernardi gloriam adauxerunt. Præſento Martyres quinquaginta, qui Abbatem ſecuti gladium in Monaſterio Firmitenſi puriſſimo ſanguine purpurarunt. Apud Calatrauam vetuſtam multi Monachi candidam veſtem in ſanguine Agni amplius dealbauere. Martyres centum Gallia Ciſtertienſis familiæ veneratur, & alij quamplurimi exercitui fortiſſimo nomina dederunt, quæ ingenioſo ac docto admodum volumine *Laurea Euangelica* illuſtriſſimus ac ſapientiſſimus D. Fr. Angelus Manrique Epiſcopus Pacenſis expoſuit vberiùs in Ciſtertienſis Ordinis hiſtoria memoraturus. Vnum & alterum volumen conſule. Angelus Manriq.

O filij Patris ſanctiſſimi fulgorem æmulantes, imaginem perfectiſſimam obiicientes! Tot Bernardos exponis Ciſtertienſis familiæ venerandos, quot annumeras filios. Deleturus Deus orbem Noëmo iubet, *Ex omnibus animantibus mundis tolle ſeptena & ſeptena*, Geneſ. 7. Cur iubet aſſeruari animantia, qui facillimè poſſet verbo recuperare, ſicut verbo crearat? De antiquis ſeruari præcipit appoſitè, vt expreſſit Baſilius Seleu. Orat. 6. *Idcircò creationis antiquæ ſymbola retinet, generis radix ſeruatur, vt priſci operis prima iura cum dignitate retineantur.* Profectò tota in familia Ciſtertienſi tam addicta Clauſtris, tam egregia doctrina & prædicatione, tam obſeruatrice perfectiſſimi inſtituti, tam aſſidua diuinis laudibus decantandis priſca D. Bernardi, cuiuſque ſociorum ſanctiſſimorum iura retinentur: tota poſteritas præſens antiquorum præſentat ſanctitatem; quot poſteri, toties Bernardus replicatus exſurgit. 28.

In familia Ciſtertienſis Monachis ſingulis recapitulatur Bernardus, eius dum ſanctiſſima geſta exprimuntur. Geneſ. 7. Baſil. Seleu.

Poſteritas Bernardi confirmat planè ſanctitudinis Bernardi documenta. Audiſti Bernardum orationi aſſiduum, feruidum Euangelij miniſtrum, doctrinâ præſtantem? Audi ex ore Guilhermi: *Erat aſſiduus in oratione, vigiliis, ieiuniis, præclarè concionabatur, & tanto Dei fauore, vt ſemper ex eis fructus maximos reportaret. In diuina Scriptura ita egregiè inſtructus erat, vt ſecundùm quod in Iob legimus, profunda fluuiorum ſcrutaretur, & abſcondita proferret in lucem, cap. 28. Nam confeſſus eſt aliquando, ſibi meditanti, vel oranti ſacram omnem velut ſub ſe poſitam, & expoſitam ſibi apparuiſſe Scripturam.* An credis huiuſmodi ineffabilia Bernardi præconia? Neceſſariò credo, cùm video poſteritatem eiſdem geſtis Parentis optimi laudes confirmare. Aptè Caſſiodorus lib. 3. var. cap. 6. *Sicut indigna poſteritas laudes antiqui generis abnegat, ita præclara de Patribus egregiè dicta confirmat. Creditum eſt de iis omne, quod legitur: dum præconia veterum præſens docuit vena virtutum.* 29.

Tota vita Bernardi hodie in Ciſtertienſibus Monaſteriis vbique terrarum expreſſa eſt: cuncta ſapiunt Ciſtertium. Guilherm. Caſſiod.

O digniſſima Bernardi poſteritas de Parente Bernardo egregiè dicta præclariſſimo fulgore confirmans!

* * *

CAPVT

CAPVT ALTEVM.

Factus eſt Bernardus Pater parentum ex mirabili patientia, quæ vel hoſtem reddit in patrem.

Alapa Bernardus percutitur. Guilherm.

30. DVm mente voluerem, vndénam Bernardo tam præclara poſteritas, vt Pater Patrum ſanctiſſimorum exſurgeret: comperi, ex mira patientia tantam paternitatem prodiiſſe. Audiendus Guilhermus Abbas, *Cùm aliquando quidam Canonicus Regularis habitum ab eo peteret, & vir ſanctus videns id non conuenire, blandis verbis à ſe dimitteret: ille dæmonis inuectus furiis, viro ſancto colaphum impegit maximum, ita vt in eius maxillis impreſſa ſigna facilè apparerent. Quod cùm Monachi reſciuiſſent, eum grauiter propter tantam iniuriam caſtigare volebant. Bernardus tamen clamans, & adiurans per nomen Chriſti, nullatenus eum tangere permiſit.* Quónam fructu? Crediderim, ex tanta patientia Bernardum Patrem non filiorum ſolummodo, ſed & parentum ſanctiſſimorum extitiſſe. Patientia enim non ſolùm amicos, ſed & inimicos conuertit in parentes. Vbi patientia nitet, paternitas mirum in modum multiplicatur.

Viri patientia non ſolū filios, ſed & Patres multiplicauit.

Dauid potuit grauiter ſæpe à Saule vexatus hoſtem comprimere, & punire: attamen patientiſſimè pepercit. Egreſſus ab ſpelunca Saul, & cognoſcens vocem Dauidis è cuius manibus liber euaſerat, clamauit: *Vox iſta tua fili Dauid?* 1. Reg. 24. Cur filium hoſtis appellat eum, quem toties perdere procurauit? Chryſoſtomus *homil. de Saule*. Quid igitur patiente Dauide felicius, *qui vel ex homicida fecit patrem?* Si patientia facit patres ex homicidis: non efficiet ex Sanctis? Si vis patientiæ tanta eſt ad multiplicationem fœtus, vt ipſum hoſtem homicidam in parentem immutet: quid mirum patientiæ tantæ Bernardi deberi tot filiis parentibus egregiis Ciſtertienſem familiam nobilitari. 31.

Patientia vel hoſtis facit Patres.
1. Reg. 24.
Chryſ.

LIBER

LIBER TERTIVS,
Alij Monachorum Duces.

PARS PRIMA.

ANTONIVS.

PARAPHRASIS, ET COMMENTARIVS literalis ad caput duodecimum Lucæ perquirendus infrà lib.10.Part.1.

PROLVSIO.

VIRVM expono ab adoleſcentia ad ſenectutem in obſequio Domini perſiſtentem, ſeruum profectò vigilem. Semper enim præcinctus ad manuum laborem, & orationis fulgore coruſcans oſtenditur: *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris: & vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum.* Ac ſi diceret Dominus: Nunquam non in Dei obſequio perſiſtes, ſi & orationi ſtudeas, & operationi, aut labori externo vacare procures. D.Auguſtinus ſer.17. ad Fratr. in Erem. *Orabat D.Antonius Dominum, & ab eo petebat cum lacrymis multis, dicens: Obſecro Domine per viſcera miſericordiæ tuæ, vt ſempèr in tuo ſeruitio immobilis perſeuerem. Cui vox quædam reſpondit: Antoni, deſideras placere Deo? Ora, & cùm defatigatus eris orando, manibus tuis labora: & conſequêris, quod tantopere deſideras.* Deo ſemper hæſit Abbas, quia ab oratione ad opera manuum tendens ab operibus ad orationem motu continuo recurrebat. Id quod de Deipara Ambroſius affirmat.

Ligni vitalis, ſeu Fundatorum, FRVCTVS TERTIVS.

SECTIO PRIMA.

Conſtrictio lumborum.

TEXTVS.

VERS.35. SInt lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.36.Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptiis: vt cùm venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei, &c.

IN

IN MAGNVM ANTONIVM.

PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS CIRCA LITERAM.

EX LVMBORVM CONSTRICTIONE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Antonius ad vitam aſperrimam quaſi alatus exſurgit, quia cupiditati renuntiauit ex temporalium bonorum ablegatione.

Innuo, mortificationis vitam, laborum ſuſtinentiam homines requirere bonis mundialibus vacuos, vt requie potiantur, quum tentantur tribulatione.

1. Chryſol. LVMBORVM conſtrictioue ex Chryſologo vita innuitur continuæ mortificationi addicta, ad quam tamen lucernas geſtátes in manibus quibus velociſſimi quaſi igneis alis deferantur, progrediuntur, qui terrenis cupiditatibus omnino nuncium remittunt.

2. *Antonius relinquens mundialia cuncta Crucem Domini facilius deportauit.* Matt. 19. Hinc rimari licet D. Antonij in aſperrima vitæ inſtitutione perſeuerantiam. Ablegauit omnino terrena, & ideo Crucem Dominicam, ſeu continuam mortificationem facilè ſuſtinuit. Euagrium audiamus. *Cùm Antonius ætatis eſſet decem & octo annorum, ad Eccleſiam cùm acceſſiſſet, audiſſetque Euangelium illud, in quo dicitur: Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus: vendidit vniuerſa, quæ habebat, & pretium eorum diſtribuit pauperibus: conceſſitque in ſolitudinem, vbi vitam denegaret ſeiunctus à mundo, & Deo Opt. Max. quietè ſeruiret, & in maxima tranquillitate.* In maxima tranquillitate? An oblitus es Antonij pugnas? Num ad tuas aures non peruenere tartareos exercitus aduersùs Eremitam validiſſimè decertaſſe? Quoties vulneratus exitialiter Diuus auxilium à Domino depopoſcit? Quot ieiuniis confractus? Quónam modo ergo continuam lumborum conſtrictionem vitam quietam & maximè tranquillam appellaſti? Profectò, quia terrenarum rerum ablegatio, eleemoſynæque elargitiò maximopere roborant homines ad aſperrima quæque ſuſtinenda.

3. Dominus admonuit Diſcipulos, *Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue*, Mat. 11. Miror equidem perfectionis vitã, ad quam Chriſtus aſſeclas aduocauit, onus leue, iugũ ſuaue vocitari. An leue, & ſuaue, continua mortificatione conſtringi? nunquam non ſuffigi patibulo? diris vulneribus ſauciari? Ita planè, ſi monita proximè cõtemplemur. Præmiſit namque Dominus, *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiã vos.* Venite, onus deponite. Anſelmus, *Exonerabo.* Chryſoſtomus, *In omni quiete conſtituam.* Onera ergo diuitiarum ſecularium me opem ferente, deponite, & in omni quiete conſtituemini. Illi enim, qui mundi onera ex humeris excutit, & operibus pietatis mundialia ſubſidia litat: dum Crucem portat, imò dum Cruci ſuffigitur, dum vitam inſtituit aſperrimam, ſumma quiete potitur. D. Paulinus epiſt. 4. *Iugum Chriſti leue eſt, quia ſeruenientes Chriſto operamur bona, quibus pennati in altum prouehimur.* Quænam bona operamur? Antonium interroga. *Vendidit vniuerſa, quæ habebat, & pretium eorum diſtribuit pauperibus.* Huiuſmodi bona gerens, iugum Chriſti admodum ponderoſum perleuè expertus eſt, quia pennatus in altum prouectus fuit. — *Iugum tribulationum ſuaue eſt eis, qui terrena dimittunt.* Mat. 11. — Paulin.

4. *Tribulationes pennata homines ad requiem cœleſtem euehunt, cùm eos mundialibus vacuos inueniunt.* Cùm nauis tumente pelago vertitur in diſcrimina, exonerata diuitiis vndas ſuperat, à quibus onerata premeretur. Antonius non deprimitur laborum, ac tribulationum procellis, quia priùs diuitiarum onera depoſuit. De Arca Nohemitica Moſes ait, *Vehemẽter inundauerunt, leuauerunt Arcam in ſublime à terra*, Gen. 7. Vbi D. Anſelmus ſer. ad cap. 14. Luc. *Quid enim per aquas niſi tribulationes: & quid per Arcam niſi Eccleſia figuratur? Aquis ergo inundantibus leuatur Arca in ſublime à terra.* Quare? *Quoniam ſeparatur a terrenis cupiditatibus fidelis anima, & cœlo fit proxima.* Non miror Antonium apud deſerta *Deo quietè, & in maxima tranquillitate ſeruiſſe*; quia priuſquam irruerent vndæ tumentes, & tribulationibus quateretur, ſeparatus eſt à terrenis cupiditatibus ex perfecta mundialium renunciatione. Vnde non ſolùm non premitur laboribus & mortificatione continua quaſſatur: ſed factus cœlo proximus, inſtar Arcæ, maxima tranquillitate potitur. — Gen. 7. — Anſel. — *Antonius laboribus actus requie potitur, quia omnino vacuus mundi bonis.*

Præmium quidem perfectæ illius renunciationis eſt, hominem in laboribus gloriari: alatum ad ſuperos deferri.

***

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Antonius lucernas accendit ad orationis exercitamenta, nec ideo à corporeis laboribus excuſatur, imò lumbos accingit ad externam operationem.

Taxans vtique eos, qui ex prætextu orationis, aut deuotionis otioſitate ſoluuntur.

5\. *Cõtinuatur oratio, dum ſtudium damus neceſſariis operibus temporalibus, non interrumpitur.* Maxim. Theoph.

D. MAXIMVS ait, *Lucerna accenſa oratio, & contemplatio.* Theophylactus autem, *Lumbos præcingere eſt ſemper proclines eſſe ad exequenda opera.* Laudatur qui præſtiterit vtrumque: qui ita orationis, ac contemplationis exercitamentis ſtuduerit, qui ſimul procliuis fuerit ad opera manuum perficienda, vt ex D. Auguſtino *in Proluſ.* adnotauimus.

6\. *Antonius ab oratione ad opera externa procedebat.* Euagr.

D. Antonius frequenter ſomno orationis ſoluebatur, ſed ad opera externa, quibus victum comparabat, opportunis temporibus recurrebat. Fatur Euagrius Presb. *Frequentabat orationem dies noctesque, & ſe in cœleſti meditatione, contemplationeque diligentiſſimè exercebat. Comedebatque de fructu manuum ſuarum, & labore; Laborabat enim manibus propriis.*

7\. *Vti Paulus, à tertio cœlo ad opera ſcenofactoriæ artis deſcendebat.* Auguſt.

Paulus ad tertium vſque cœlũ (me iudice) non ſemel rapiebatur, ſæpe edoctus contemplationis aula cœleſtia myſteria; ſed mox ad ſcenofactoriæ artis exercitamenta deſcendebat, vt victum ſibi compararet. Idem arbitror Antonio accidiſſe. Auguſtinus Prol. lib. 1. de Doctr. Chriſt. *Oportet, vt ad intelligentiam ſacrorum myſteriorum ſtudeamus, & tum humilitate laboremus.* Mox æquiparat Apoſtolum, & Eremitam, quos Deus ad tertium cœlum ſeu verticem contemplationis traxit edocendos. Sciat ergo qui rapitur, deſcendere ad externam operationem, ne ſolutus otio aut fame prematur, aut minus decenter victum cogatur acquirere.

8\. *Deipara ab inuiſibilibus ad viſibilia decurrebat.* Cant. 6.

De Virgine profantur Patres ab oratione ad opera manuum deſcendiſſe. Proclamant cœlicolæ, *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens?* Cant. 6. Conſurgit ad verticem contemplationis alis, ſed quaſi aurora, quæ quidem homines excitat ad labores. Virgilius *Æneid.* 11. canit,

Virgil.

Aurora interea miſeris mortalibus almam
Extulerat, lucem referens opera, atque labores.

Ergo ipſum Mariæ eleuari ad ſuperorum verticem auroræ in morem, erat connotare labores, ad quos perficiendos oportebat à contemplationis ſomno excitari. Antonium orationi exercitamento addictum fulgentiſſimam contemplor auroram, ſed quam decet, mox ad opera laboreſque excitare: *Frequentabat orationem dies noctesque, ſed comedebat de fructu manuum ſuarum.* Cùm enim conſurgeret, apparebat aurora, id eſt, neceſſitas laborandi, ad victus acquiſitionem.

Sic Antonius aurora ſibi referens opera.

9\. *Iacob ab inuiſibilibus ad temporalia neceſſaria non relinquens inuiſibilia, procedebat.* Gen. 32. Anſelm.

Iacobum teſtor orationis luctæ expendentem ſtudium. Cui quidem Angelus, *Dimitte me, iam enim aſcendit aurora*, Gen. 32. Aurora quidem *referens opera, atque labores.* Anſelmus appoſitè, *Iam tibi tempus eſt ab inuiſibilibus, & diuinis ad corporalia, & humana negotia tractanda deſcendendi.* Inſtat neceſſitas acquirendi victus.

10\. *Non dimiſit Antonius orationem, cùm in externis operibus occupatur.*

An quia deſcendo ad humana negotia, omnino deſero diuina. Profectò non deſcendo à diuinis ad humana relinquendo diuina, imò ſecurius diuinis inſiſto, inuiſibilibus hæreſco, cùm ad humana pertractanda recurro. Num non diuinis hæreſcit, qui in obſequio Dei æterno moratur? Quis abneget? Profectò dum ab oratione ad opera externa procedo, tunc firmiùs in Domini ſeruitio contineor. Neceſſum mihi rurſum D. Auguſtini citati in Proluſ. pulchrum teſtimonium exponere. *Orabat aliquando D. Antonius Dominum, & ab eo petebat cum lacrymis multis, dicens: Obſecro te Domine, per viſcera miſericordiæ tuæ, vt ſemper in tuo ſeruitio immobilis perſeuerem. Cui vox quædam reſpondit: Antoni, deſideras immobilis placere Deo? Ora, & cùm defatigatus fueris orando, manibus tuis labora, & conſequêris, quod tantopere deſideras.* Preme *τὸ vt ſemper in tuo ſeruitio immobilis perſeuerem.* Quo modo ergo immobilis perſeuerat qui ab oratione ad opera, ſeu manuum labores tranſit? Portò tranſire abnego. Qui enim cogente neceſſitate tranſit ab inuiſibilibus ad temporalia, immobilem planè in inuiſibilibus perſiſtere, certum eſt. Adhuc orat cum manuum labori incumbit. Hinc damno illos, ſeu potiùs illas mulierculas, qui prætextu orationis omninò otio torpeſcere non verentur. Auguſt.

11\. *Moyſes aſſerit in vna ſede morari orationē, & operationem externam.* Exod. 3.

Non tranſis, mihi crede, ab inuiſibilibus ad temporalia, cùm externis neceſſariis operam impendis. Morantur enim in vna ſede exercitamenta orationis, & manuum labores, aut temporalium cura ad vitæ ſuſtentationem. Olim Moyſes gregem ſoceri Iethro paſcebat, *apparuitque ei Dominus in flamma ignis. Vadam,* (ait ille) *& videbo viſionem hanc magnam*, Exod. 3. Legit D. Zeno Veron. *Tranſibo, & videbo viſionem.* Tranſibo ait? Ergo neceſſariò à temporaria cura gregis tranſitus eſt parandus ad ſpiritualem mentis eleuationem. Igitur haud vna in ſede morantur oratio & operatio externa. Profectò potiùs tunc accuratiùs gregi prouidebit, cùm orationis, aut meditationis exercitamento ſtuduerit. Pulchrè Præſul, *Quid eſt iſtud: Tranſibo? Nulla enim locorum interualla diſcreuerant: eodem in loco & loquitur, & videt. Quid ergo tranſit? Tranſit planè corporales curas, & ſoceri ſui oues paſcens in cœleſtem cognitionem, relictis terrenis operibus, excedit.* Preme illud, *oues paſcens.* Curans de ouibus excedit, immobilis cùm hæreſcat curæ ouium tranſit ad ſublimia. Perficitur quidem miniſterium externum, quia terrena opera relinquuntur, id eſt, gero negotia temporalia non auaritia, ſed ſola victus neceſſitate: & mirum in modum operatio externa cum oratione ac contemplatione copulatur. Zeno.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Tunc Antonius vt lux velociſſima aſcendit, volat ad ſuperos, cùm vinctus & illigatus laboribus, & tribulationibus aſpectatur.

Quia tribulationes faciunt homines præpopero curſu tendere ad perfectionem.

12\. IN conſtrictione lumborum ex Chryſologo morrificatio, labores, ac tribulationes indicuntur: in lucernis protectio perfectionis. Quónam modo poteſt creſcere, currere, & inſtar lucis ad perfectionis culmina auolare, qui tribulationum catenis accingitur, qui vinculis mortificationis illigatur? Porrò ea eſt tribulationum, ac tentaminum vis, vt dum homo alligatus, aut præcinctus aſpicitur, tunc velociùs ad ſuperiorem perfectionis cumulum aſcendat.

13\. *Dum Ieſus cruci illigatur, viſus eſt à latrone volans ad ſuperos.* Luc. 23. Bernard.

Chriſti volatum exprimo velociſſimum. Fatur latro ille beatus, *Domine, memento mei, dum veneris in Regnum tuum*, Luc. 23. Pende illud, *cùm veneris in Regnum*. Quónam modo venturus erat in Regnum, qui clauis diris, fortiſſimis cruci ſuffigebatur? D. Bernardus ſerm. in Ramis Palm. *Euntem in Regnum vidit, quò cùm perueniſſet, ſui memorem eſſe rogabat.* Quónam modo vidit euntem, quem videbat illigatum? Porrò oculatiſſimus iam ex gratia cœleſti latro Chriſtum ideo videt properantem ad ſupêros, quia vidit tribulationum catenis alligatum. Tunc enim velociùs tendimus ad cumulum, cùm laboribus agitamur.

14\. *Dum Ioãnes in carcere recluditur, volat ad Chriſtum.* Matth. 11.

Ioannes Herodis tenebatur in carcere, tunc *mittens duos ex Diſcipulis ſuis*, ait Chriſto: *Tu es, qui venturus es, an alium expectamus*, Mat. 11. Cur non dixit, Aiunt Diſcipuli, ſed ait Ioannes, qui tunc abſens aderat vinculis vtique colligatus? Profectò carcere qui tribulationibus agitur, non poteſt alligari, ac detineri; nunquam enim ita pernici vtitur volatu, quàm cùm videtur grauiſſimo onere ſubiacere. Creſcit, auolat vſque ad verticem perfectionis, qui tribulationibus conſtringitur.

15\. *Dum laborũ aſperitate conſtringeris, velocior incedis, imò, inſtar lucis, volas.* Nazianz.

Confirmo ex Nicobuli ſententia apud Nazianzenum, *Altera*, inquit, *via aſpera, ardua, arida, anguſta, atque obliqua eſt, omnique ex parte preceps, & abrupta eô hominem virtute præſtantem ſubuehens, vt non antè aſcendendi finem faciat, quàm ad ſummum illud præſtantiſſimumque lumen peruenerit.* Ratio eſt, quia *iuſtorum* per viam aſperam tribulationum incedentium, *ſemita, quaſi lux ſplendens creſcit vſque ad perfectum diem*, Prou. 4. Velociſſimo volatu ad cumulum perfectionis fertur, qui tribulationis carcere affligitur. Prou. 8.

16\. *Ioãnes vteri carcere recluſus ad verticẽ perfectionis aſcendit.*

Teſtem Ioannem Baptiſtam rurſum adhibebo, alio vtique carcere recluſum, nempe vteri anguſtiis. Priuſquam rationis vſu donaretur, apud vterum habitaculo non illigabatur, ſed commorabatur, nutriebatur in domo: poſtquam autem agnouit Saluatorem, officiumque Præcurſoris ſuſcepit, iuxta illud: *Et tu puer, Propheta Altiſſimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini*, &c. Luc. 1. iam incipit in carcere detineri, iam moleſtè fert illigationem, iam cruciatu afficitur. Fatur Chryſoſtomus apud Metaph. *Non fert Ioannes, præſente Domino, contineri, non fert naturæ expectare terminos: ſed contendit rumpere carcerem ventris, & ſtudet præſignificare Saluatorem. Acceſſit, inquit, qui ſoluit vincula, & quid ego ſedeo vinctus? Venit Verbum, vt omnia conſtituat, & ego adhuc maneo detentus. Exibo.* Quorſum hæc? Aſſerunt Patres Ioannem apud vteri recluſionem illis menſibus vſque ad natalitium mirum in modum profeciſſe in perfectionis via. *Exibo*, ait. Non modò *exiuit*, ſed & volauit; quia afflictio ei indidit alas. Luc. 1. Chryſoſt.

17\. *Antonius ex vitæ aſperitate adeò aſcendit, vt eum adhuc eſſet iuuenis timuerit diabolus eũ futurũ Protoparentem Eremitarũ.* Euagr.

Hinc colligere licet ineffabiles Antonij profectus, ſi tot annis ſuperſtes nunquam non tribulationum, ac tentaminum duriſſimo detinetur in carcere. Ex ore Euagrij, qui ab Athanaſio accepit, audiamus. *Hoſtis humani generis omnes inſidias molitus eſt, omnes artes conquiſiuit, vt poſſet Antonium à ſancto ſuo propoſito deflectere, inuidens eius ſanctitati, ſicut initio inuiderat Protoparentibus noſtris.* Quid, ô infenſiſſime hoſtis, in Antonio videbas, quod poſſet in te antiquam illam inuidiam excitare, & ſuccendere? Crediderim collegiſſe ex feruore mirabili adoleſcentis, ex præpeti volatu, ex rara vitæ inſtitutione futurum Protoparentem Eremitarum ac Monachorum, ſicut Adamus hominum. Imò vberiori cruciatum inuidia reor Diabolum, quia horribilior ipſi Antonij paternitas, quàm Adami. Hic enim futurus humanitatis fons, ille autem virtutis filiorum ſcatutigo.

18\. *Sepulturæ carcere incluſus Antonius, & inibi omni tentamine vulneratus, ad ineffabilem perfectionis verticem eleuatur.* Euagr.

Interdum ergo Diabolus *aſtutus ante oculos Antonij ponebat diuitias, quas propè inexhauſtas propter Deum dereliquerat: dicens ei, quàm opulentè poſſet in eis viuere, ſi eas ſibi reſeruaſſet: & quomodo adhuc poſſet multas opes congerere. Interdum blanditias ſeculi, & carnis oblectamenta ſimulato quodam artificio deſcribebat. Denique curabat, quantum in ſe erat, vt internis ſuggeſtionibus, exterioribus motibus, & ſtrepitibus eum perterreret. Nonnunquam Dæmon apparebat ſub draconis horribilis effigie, aliquando formidabilem Æthiopem ſe eſſe ſimulabat. Comedebat ſemel in die vt poſſet duntaxat vitam ſuſtentare, ſæpe bidui, ac tridui inediam ſuſtinebat, cilicio inſuper carnem domabat. Et cùm hæc tam magna præſtaret, atque heroica, ſibi tamen præ humilitate ſua, hæc minima videri prædicabat, præ amore illo vehementiſſimo.* Quid plura? Carceri addictus erat, vt, Ioannis in morem, auolaret. *Vt autem iugis mortis memoria, quæ ad vitam ſanctè traducendam plurimum iuuat, in eo vigeret, ſibi ſepulchrum quoddam inhabitaculum, vbi moram faceret, prudentiſſimè delegerat. Et noluit vel cibi conquirendi gratia illinc pedem reuocare, ſed potius cuidam hanc curam commiſerat.* Vinctus igitur, conſtrictione

tam

tam valida lumborum affectus, ad tam præcelſum perfectionis verticem viſus ab hoſte conſcendiſſe, vt iam timeret, *ſibi horribile bellum indicendum, dum ſuo illo cæleſti exemplo multos ad Chriſtum conuerteret. Vnde omnes dæmones facto agmine cum vno Antonio præliabantur. Hìc iam ſenſiſſes non modò horrenda verba, verùm etiam crudeliſſima verbera, quibus virum ſanctum miſeris modis dilaniabant, & excarnificabant.* An fractus Antonius? *Etſi corpus haberet ſaucium, & dilaniatum, animum inuictum habens, longiori adhuc, & diuturniori certamine dæmones ipſos prouocabat, ſentiens ſibi ex eo certamine fore palmam victoriæ dandam, multiſque nominibus adaugendam.* Sic volabat Antonius ad perfectionis verticem, dum in ſepulturæ illius carcere tam fortiter conſtringitur, tam dirè verberatur.

Obsеrvat. IV.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Antonius orationis lumine tam acerbæ conſtrictionis lumborum, ſeu horribilis carceris tenebras effugauit.

Vix poſſibile reor, diu poſſe nos laborum ſuſtinere tentamina, ſine orationis adminiculo.

19. *Max.* *Cyrill.*

FAtur D. Maximus, *Lucernæ accenſa oratio eſt, & contemplatio.* Cyrillus autem lumborum conſtrictione promptitudinem ad ſufferenda mala ſignificari expreſſit, *Prompti ſitis, ad ſuſtinenda mala.* Cur ergo cum ſuſtinentia laborum lucem orationis copulauit, *ſint lumbi præcincti, & lucernæ*? Certè, quia ſine orationis adminiculo impoſſibile quodammodo diuturnam laborum ſuſtinentiam ferre.

20. *Antonius orat, vt vincat.* *Euagr.*

Quónam modo Antonius potuiſſet tot à dæmone & à proprio perfectionis ſtudio inflicta verbera ſuſtinere, niſi continuo orationis munimine fulciretur? Profatur Euagrius poſtquam diaboli tentamina expreſſit: *Verùm inanes, & vani erant hi omnes dæmonis conatus; fruſtrabatur planè, quoties Antonium aggrediebatur; etenim contra inimici inſidias firmiſſimo orationis ſcuto, & munimine ſe protegebat, & animosè defendebat.*

21. *Marthæ labor ſuſtinetur ex orationis præſidio.* Luc. 10. Paſch.

Querebatur aliquandò Martha, *Domine, non eſt tibi curæ, quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? Dic ergo illi, vt me adiuuet,* Luc. 10. Vbi D. Paſchaſius *lib. 1. in Thren.* premit particulam, *reliquit me ſolam*, & aſſerit myſticè Mariam & Martham vnam fidelem animam conſtituere & laboribus actam, & orationis exercitamento fultam. *Prodeſt ergo laboranti Marthæ quidquid Maria ſecus pedes Domini deplorat.* Non ſola moraris ô anima laboribus acta, dum Mariæ exercitamentis ſtudes, orationis enim munimine fultas, poteris ignita diaboli tela propulſare.

22. *Antonius fortiſſimus Sampſon coma meditationis præſidio victor.* Ioach.

Contemplare Antonium Sampſonis vires ſuperantem, hoſtes validiori potentia comminuentem. Vndénam Sampſon ille tam valido robore præditus? Exiſtimo è capillis, quibus meditatio animi exprimitur. Dum ornatur coma, vincit: dum orationis vi nititur, hoſtes ſuperat potentiſſimos. Abbas Ioachim ſummi Abbatis Antonij facinora commendans ad Apocal. part. 1. *Neceſſe eſt vt mens fortis viri ſanctis, & Deo dignis meditationibus implicetur. Alioquin vt ruat neceſſum eſt, qui abraſo interiori capite fortiter ſe poſſe agere, & in tuto ſtare præſumit.*

23. *Curant hostes Danielem eum ab orationis præſidio deturbare, vt ſuperare poſſint.* Dan. 6.

Cónabantur dæmonis vicarij Satrapæ Regis Babylonici perdere, ac omnino debellare Danielem, nec ſperabant optatis frui, niſi munimine orationis fraudarent. Vnde Dario, *Rex in æternum viue. Conſilium inierunt omnes Principes Regni tui, vt decretum Imperatorium exeat, & edictum, vt omniſqui petierit aliquam petitionem à quocumque Deo & homine, niſi à te Rex, mittatur in lacum leonum.* Confirmatur edictum, Daniel autem conflicturus cum hominibus leone dirioribus, *ingreſſus eſt domum ſuam, & feneſtris apertis in cœnaculo ſuo contra Ieruſalem tribus temporibus in die flectebat genua, & adorabat,* Dan. 6. ſciebat Daniel nunquam ſuperandum, ſi ab orationis exercitamento non recederet. Tertullianus lib. de idolol. *Daniel cætera Dario ſubnixus, tam diu fuit in officio, quàm diu à periculo diſciplinæ vacaret. Nam id ne ſubiret, non magis leones Regios timuit, quàm pueri Hebræi Regios ignes.* Igitur & Daniel & tres Hebræi adoleſcentes omne diſciplinæ periculum ſolius orationis munimine propulſarunt. Ideo curabant Satrapæ eum debellare, dum ab orationis exercitio cogeretur recedere. Tertull.

24. *Antonij ex precibus replicatis replicata victoria.* *Accidit Antonio quod Moyſi.* Chryſ.

In Antonium tartareus validiſſimè irruit exercitus, verbera replicantur. Sed orans Diuus, *animo virili & pectore armatus oratione dicebat: Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebo, quoniam tu mecum es. Aggreſſi ſunt dæmones acriori conflictu tartareo quodam horrore, & vehementi ſtrepitu, ignorantes planè, quòd qui primo certamini non ſuccubuerat, minus in ſecundo certamine vinceretur.* Quare? Quia citiùs ad probatum iam orationis præſidium accurrebat. Accidit Antonio, quod Moyſi, de quo Chryſoſtomus homil. de ipſo. *Orat Moyſes, & vincit. Nec quiſquam poterit excuſari, qui hoſtem vincere noluit, dum orando ceſſauit,* &c. *In Moyſe corpus deficiebat, non voluntas aliquando ceſſabat. Si ergo fragilitatis cauſa in Moyſe excuſari non poterat, quónam modo in nobis voluntas poterit excuſari.* Vltroneus equidem hoſti ſubmittitur, qui tam facilè precibus profuſis poterat ipſum debellare.

* * *

Observat. V.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Poſt tot opera egregia Antonius præ dilectionis magnitudine, putabat ſe nihil geſſiſſe, nullo affectum eſſe cruciatu.

Amor equidem quo veracior eſt, eo ad obſequia promptior; vnde ex facilitate operandi, putat ſe nihil agere obſequij.

25. Max. Theoph. D. Maximus inquit, *Lucernæ ardentes ſunt ſpiritualis dilectio.* Theophylactus autem expendens particulam, *ſint lumbi veſtri præcincti*, ait: *Semper ſitis procliues ad exequenda opera Domini.* Porrò ex Patrum aliorum mente non ſignificat conſtrictio illa pronos eſſe ad opera ſeruos, ſed egregia patientiæ facinora peregiſſe. Quomodo ergo poſt mandata executioni patientiæ opera, ea non operatio quidem, ſed promptitudo ad operationem vocitatur? Credito tem, qui dilectionis diuiuæ lucernæ ſuccenduntur, in cuius conſpectu opera egregia patientiæ nihil omnino ab homine ſaucio amore cœleſti reputantur.

26. *Poſt ineffabiles victorias, exiſtimat Antonius præ dilectionis præſtantia ſe nihil egiſſe.* Euagr. Antonij mei affectum expono, Euagrij Presbyt. pulchra ſententia. *Cum Antonius hæc* (de quibus ſuperiùs) *tam magna præſtaret, atque heroica, ſibi tamen præ humilitate ſua hæc minima videri prædicabat præ amore illo vehementiſſimo, & ſingulari, quo Chriſtum Dominum proſequebatur, & pro quo ſuis omnibus renunciauerat.* Addit, *Eſt enim tam vehemens diuini amoris flamma, tantáſque habet vires; vt ſi ſemel alicuius animum complexa ſit, etiamſi ardua, operoſa, ac difficilia ſibi proponantur; omnia tamen leuia, facilia ac minimè laborioſa eſſe videantur.*

27. *Antonio cuncta tribulationes locus quietis, lectus ſomni extitere, quia diligebat.* Cant. 3. Gillibert. Vidiſti Antonium ſepulchri in lecto hoſtes ad diriora certamina prouocantem? Audi ipſum patientiſſimum Eremitam inibi clamantem cum ſponſa: *In lectulo meo per noctes quæſiui, quem diligit anima mea: quæſiui eum, & non inueni*, Cantic. 3. Pende τὸ *in lectulo.* Ex mente Gilliberti Abbatis in lectulo campus certaminis aſſignatur. Inibi enim ſponſa dilecti abſentiam lamentatur, quo vulnere nullum dirius excogitari poteſt. Porrò ſepultura illa in qua Antonius ſemper habitabat, quæ palæſtræ fuit puluerulenta tellus, vbi tot à tartareo exercitu ſuſtinuit vulnera, lectulus tibi ſit. O Chriſti ſponſa, ô Antoni tot actæ tribulationibus, cur campum certaminis tam horribilis lectulum appellaſti? Quia amanti cunctæ tribulationes locus eſt quietis, & ſomni. Audiendus Abbas, *Multæ noctes, ſed vnus lectulus. Multæ enim tribulationes iuſtorum; ſed tamen quaſi non ſentientes, nec reſpicientes, vno dormiunt, & requieſcunt in lectulo.* Illi planè ſoli lectulus, quies, & ſomnus eſt tribulatio, quæ dum laboribus agitur, nihil experitur acerbum, niſi abſentiam dilecti.

An non ſolo hoc vulnere ſaucium ſe exiſtere proferebat Antonius, cùm inter verbera clamabat. *Quæſiui, & non inueni. Ecce igitur Dilectus* (cum Euagrio loquor, & Surio) qui non deſerit ſuos in tribulatione poſitos, in tam acerrimo conflictu Antonio apparuit. Cui Antonius magna cum humilitate dixit: *Heu vbi eras, Domine* IESV, *vbi eras? quare non à principio affuiſti, vt ſanares vulnera mea? Et vox ad eum facta eſt, dicens: Antoni, hic eram, ſed expectabam videre certamen tuum. Nunc autem, quia dimicando viriliter non ceſſaſti, ſemper auxiliabor tibi, & faciam te in orbe toto nominari.* Preme illam particulam: *Heu vbi eras?* Dolet de abſentia Dilecti, non de vulneribus inflictis. *In lectulo quæſiui quem diligit anima mea.* Dum tentaminibus, ac verberibus afficiebar, vnus mihi dolor abſentia Domini vulnerari: *Quæſiui eum, & non inueni.* 28. *Solummodo torquebat Antonium abſentia Dilecti* IESV, *vnde reliqua tentamina dulcia.* Euagr.

Cantatiſſima prorſus Chriſti dilectio erga homines, qua cuncta tormenta validiſſima paruum conflictum reputauit. Paulus Hebræis, *Eum autem qui modico quàm Angeli minoratus eſt, videmus* IESVM *propter paſſionem mortis gloria, & honore coronatum: vt gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem*, cap. 2. τὸ *Guſtaret mortem*, innuit cunctas mortis ac paſſionis anguſtias pro parua Chriſtum afflictione reputaſſe. Anſelmus, *Dico, quia minoratus eſt, & hoc ideo, vt guſtaret mortem, id eſt, horariam, & non longam: quaſi aliquid guſtando tranſiret, pro omnibus*, ſeu præ amoris magnitudine, præ vulnere dilectionis. Itaque Chriſto mirum in modum homines diligenti paſſio *horaria* fuit, horam ſolùm laboris ſe putauit ſuſtinuiſſe. Quid Antonius? *Cùm tam magna præſtaret, hæc minima videri prædicabat præ amoris magnitudine.* An quod rariſſimum diligente prædicatur in Chriſto, & in ſeruo Antonio commendatur? O Chriſti primogenitum Eremitam Patris cœleſtis præſentantem imaginem. 29. *Dilecti* IESV *imitator Antonius diuturna certamina leuia arbitratur.* Hebr. 2. Anſelm.

Illuſtro excogitationem ex illa Saluatoris ſententia: *Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis*, Matth. 5. Quænam minima Chriſta mandata? & cur minima appellat, quæ tam accurato ſtudio præcipit obſeruari? Reſpondet Hilar. *Minimum eſt omnium mandatorum Domini paſſio, & crucis mors.* Quare tam horribilis paſſio & mors minimum appellauit mandatum? An non, quia tam flagranti dilectionis ſtudio Dominus pro hominibus morti additur, vt quid Chriſtus facillimum reputarit. Imitator Antonius *hæc minima videri prædicabat, præ amore illo vehementiſſimo.* 30. *Sicut paſſio & mors minimum fuit præceptum amāti* IESV: *minima omnia diligenti Antonio certamina.* Matth. 5. Hilar.

PARS

PARS SECVNDA.

BASILIVS.

COMMENTARIVM PERBREVEM AD caput decimumquartum Lucæ pete à Tom. 6. lib. 5. Part. 4.

PROLVSIO.

DISCIPVLIS indicit Dominus operæpretium, vt ad alumnorum numerum referantur, primæ natiuitati nuntium remittere, vt ſecundam cœleſtem inire poſſint. D. Baſilius adeò à mundialibus cunctis abſtractus, vt è ſeculo ſolummodo oſſa arida & pellem acquiſierit (vti inferiùs exponam) vnde totus gratiæ filius Chriſti perfectus æmulator exſurgit. Metaphraſtes *Tract. de Circunciſ. Dom.* fatur, *Diuiniſſimos Sacerdotes Dominus excitauit in ſua Eccleſia, inter quos Magnum Baſilium, qui ſi non corpore peruaſit cœlos, contemplatione, & ſpiritu eſt primus ſacrorum Antiſtes: & qui erat in principio Deus, imitans* IESVM CHRISTVM. *Hic in velum ingreditur intimum, & illinc legem ſpiritus, & dogmatum magnificentiam magno ore detonat*, &c.

SECTIO II.

Odium ſeculi.

TEXTVS.

VERS. 26. SI quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. 27. Et qui non baiulat crucem ſuam poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipulus, *&c.*

IN BASILIVM.

PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS CIRCA LITERAM.

EX ODIO SECVLI.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, &c. non poteſt meus eſſe diſcipulus.

Baſilius perfectiſſimè omnibus ablegatis, Chriſti verè Filius extitit è Sole Sol.

Non enim verè fulget vt Sol, qui vti Luna mutatur. Virtus perſiſtens commendabilis. Id permanens habemus, quod ex Chriſto Sole imitamur.

1. Ambroſ.

FAtur Ambroſius eum, qui ſtudet Chriſti filius, ſeu perfectè eius imitator exſurgere, ſtudium impenſurum ſecularium renunciationi perfectiſſimæ, adeò, vt vel parentibus ſciat renunciare. Dominus eis, qui monuerant pro foribus adeſſe Matrem ſuam, reſpondit: *Quæ eſt Mater mea*, &c. Ergo Chriſti alumni, vel matris affectui debent nuncium remittere, vt Patris cœleſtis voluntati ſe perfectius accommodare valeant. *Si Dominus* (ait Doctor) *propter te renunciat Matri: Quæ eſt, inquit, Mater mea, & fratres mei? cur tu Domino tuo cupias anteferri? Ita indulgendum naturæ, vt venereris Authorem, nec à Deo parentum amore deſciſcas.* D. Baſilius nec patri, nec matri, nec vllis ſecularibus bonis hæſit, ſoli Chriſto illigatur.

2. *Baſilius Soli comparatur perſiſtenti, veraci.* Metaphr.

Simeon Metaphraſt. de Baſilio locutus, tract. de Circunc. Dom. *Hic eſt Baſilius, qui eſt magni, & præclari nominis, qui eſt fax Catholicæ Eccleſiæ, qui ſol inſignis veritatis, qui illuſtras omnem terram radiis ſuæ Theologiæ. Hic eſt ſublimis & excelſa Eccleſiæ Dei columna, liminare Theologiæ, ornamentum Hierarchiæ, Patris homo veriſſimus,* (non, vti reliqui, mendax) *vnigeniti nuncius acerrimus, ſancti Spiritus OEconomus, & ſcriba fideliſſimus, ſapientiæ partus, plenitudo intelligentiæ, penarium cognitionis, ſacri & diuini conſilij eruditor, & Chriſti potentiæ & virtutis turris infracta, & immobilis.* En apud Baſilium nihil humanum reperiri. Nam ſi *omnis homo mendax*, & Baſilius eſt, *Patris æterni homo veriſſimus*, ab humanæ naturæ adnata conditione abſtractus perfectus Dei filius exponitur.

Baſilius maius homine quiddã eſt, quia veriſſimus.

3. *Sol Baſilius totus adhæſit Saluatori, vt Sol poſſet appellari.*

Illud ſpeciatim illuſtro: *Qui ſol inſignis veritatis.* Vnde colligo Baſilium totum Chriſto adhæreſcere, vt lumen de lumine Eccleſiæ candelabro apponeretur mundum illuminaturus. Cur Baſilius Soli compararetur, ſi mutabilibus ſeculi bonis addictus eſſet, & non ſolùm à Chriſto traheret dependentiam? Si in Præſule noſtro aliquid mundiale non ſapiens Chriſtum reperiretur, Sol minimè poſſet appellari. Rupertus lib. 7. de Vict. Verbi, cap. 26. *Concedendum eſt*, ait, *quòd nullum bonum tranſitorium meretur nuncupari Sol, aut comparari Soli, cuius lux non mutatur, vt Luna: ſed plena perſeuerat.* Ergo ſi aptè Baſilius Sol appellatur, omninò oſtenditur à tranſitoriis abſtractus perfectiſſimus æmulator Saluatoris. Sol eſt Baſilius, quia Solem iuſtitiæ Chriſtum geſtat in corde, in operibus repræſentat. Chriſtus ſæcularibus ita renunciauit, vt vel Matri ſanctiſſimæ ob Patris voluntatem nuncium remitteret? Baſilius cuncta à ſe ſæcularia excuſſit omninò, vt ſoli Chriſto illigaretur, eiuſque facinora referret; nec aliter verè Sol appellaretur. Rupert.

4. *Iacob & Eſther Sol appellantur, quia ſapiũt Chriſtum. Baſilius totus Chriſtũ referebat.* Geneſ. 37.

Referens aliquando Ioſeph ſomnium, aſſeruit ſe vidiſſe Solem & Lunam ſui adoratores: *Vidi Solem & Lunam, & Stellas adorare me*, Geneſ. 37. Iacob Sol appellatur? Ergo perfectè ad Chriſti pertinet ditionem. Eſther Regina dicta eſt *fons paruus in Solem conuerſus.* Sol Eſther? Ergo ad Chriſtum pertinere videtur. Si enim perſonæ ſolummodo aſpiciantur, nullatenus dignæ tanto nomine exponentur. Profectò ex quo capite Iacob, & Eſther Soli ſunt comparati, Saluatorem ſapere conſpiciuntur. Pulchrè Rupertus citat. *Igitur neque Iacob, neque Eſther propter ſuam perſonam Soli aſſimilantur, ſed propter Chriſtum Solem iuſtitiæ vnum & ſolum tam ille, quàm hæc per Solem ſignata eſt. Ille, quia iam Chriſtum habebat in promiſſione; hæc, quia Chriſti genus, vnde naſceretur, reſeruauit.* Baſilius autem Sol verè appellatur, quia Chriſti ſanctitatem & doctrinam perfectiſſimè æmulatus eſt. Rupert.

5. *Baſilius non Lunæ mutabilibus ſubiectus, ſed fideliſſimus Spiritus ſancti miniſter, Sol perſiſtentia nitens, Chriſti imago Solis.* Ioan. 1.

Baſilius itaque Sol, non Luna mutabilis recurrens ad ſæcularia, quæ dimiſerat. Premo illam Metaphraſt. particulam: *Baſilius ſancti Spiritus OEconomus, & ſcriba fideliſſimus.* Fideliſſimus cur appellatur, niſi quia Chriſti imitationi hæreſcens Solis iuſtitiæ ſtabilitatem æmulatur. Ioannes Baptiſta de Chriſto clamabat: *De cuius plenitudine omnes accepimus*, Ioan. 1. De plenitudine quidem, quia Sol eſt nulli obnoxius mutationi. Qui ergo Solem retulerunt, nulla mutatione afficiuntur, fideliſſimi Spiritus ſancti miniſtri. Ait Leontius, *Plenitudinem ipſius vocat inſpirationem, quæ fuit in Adam, quam & dedit Apoſtolis poſt reſurrectionem, nempe Spiritum ſanctum. Pro gratia enim Adæ conceſſa, à qua excidimus: ditiorem Chriſtus donauit nobis per lauacrum Spiritus ſancti inhabitationem.* Adamus gratiæ fulſit ſplendore; ſed Lunæ, non Soli comparandus mox excidit, & mutatur: Apoſtoli autem ex Solis plenitudine accipientes Spiritum ſanctum, nunquam mutandi fideliſſimos Paracleti miniſtros ſe expoſuerunt; quos quidem Sol Baſilius imitatus ex Sole Dominico lucem accepit. Leont.

OBSERVAT.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Si quis venit ad me.

Baſilius non tepidè, ſed feruentiſſimè Dominum ab ætate florenti ſecutus eſt.

Monemur, ſpirituales viros nec parentum amore, nec ſæculi bonis detineri, quominus Chriſtum ſequantur.

6. *Mira Baſilij ſanctitas illuſtratur.*

FATVR Theophylactus, *Quia multi non ex toto affectu, ſed tepidè ſequebantur Dominum: oſtendit qualem deceat eſſe ſuum Diſcipulum.*

7. *Velociſſimè à cunabulis Baſilius Chriſtum ſecutus eſt.* Nyſſen.

O verè Saluatoris alumnum Baſilium, qui non tepidè poſt annos adoleſcentiæ, ſed ab ipſa ætatis inſtitutione Chriſtum ſecutus eſt! Ait Gregorius Nyſſenus de fratre, *Hunc igitur dico, nempe vas electionis vita, doctrináque præſtantem Baſilium, qui iam inde ab ipſo ortu Deo charus fuit, & in ipſa adoleſcentia moribus ſenex. Qui quemadmodum Moyſes inſtitutus eſt, & adoleuit, & floruit.* Preme illud, *& in ipſa adoleſcentia moribus ſenex.* An non, quia tam velociter currebat poſt Dominum, vt de more feſtinantium, citiùs attingeret curſus perfectionem?

8. *Baſilius ab exordio erat vas electionis inſtar Pauli.* Act. 9.

Deinde illud expende: *Nempe vas electionis.* A cunabulis Baſilius electionis vas, inſtar Apoſtoli, à Chriſto portaturum ſalutare nomen exponitur: *Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum,* Act. 9. Vnde ſe electum præſentiens Baſilius poſt Chriſtum velociſſimè curſum peregit. Nec poſſet non properare, qui Dominum aduocantem præſenſerat. D. Chryſoſtomus de Ioanne dum Chriſti præſentia donabatur, ſcripſit apud Metaph. *Non fert Ioannes, præſente Domino contineri: non fert naturæ expectare terminos; ſed contendit rumpere carcerem ventris, & ſtudet præſignificare,* ſiue imitari, *Saluatorem.* Non fert Baſilius, præſente IESV, contineri, non fert naturæ expectare terminos, ſed *in ipſa adoleſcentia ſenem moribus* oſtentatur.

Metaph.

9. *Baſilius, vt velocius Chriſtum ſequeretur, cuncta ſæculi odio proſequebatur.* Luc. 9. Ambroſ.

Nullus ſæcularis reſpectu Baſilium tenuit, qui *ab ipſo ortu Deo charus,* vel parentibus, qui aſſolent ſequentium Chriſtum curſum retardare, renuntiauit: quaſi odio patrem, & matrem proſequeretur, vt velociùs Dominũ ſequi valeret. Adoleſcens quidam Chriſtum ſecuturus precabatur: *Permitte mihi priùs ire, & ſepelire patrem meum,* Luc. 9. Vbi Ambroſius ſerm. 79. *Mortuum illum reliquerat, quem vt reuertens ſepeliret, exorat. Non enim dolor retinuerat, non mors retardauerat; quia feſtinabat ad vitam.* Nihil humanum, ſeu ſæculare noſtrum adoleſcentem retinuit, quo minus Dominum velociſſimè ſequeretur.

10. *Si poſt Apoſtolos, vir aliquis magnus ſine nomine obiiciatur, cũ ſit clamabimus, Baſilium eſſe.* Nyſſen.

Vis expromam viri ſanctitatem, vt colligas eum greſſu giganteo poſt Dominum properaſſe? Tam perfectus Baſilius, vt ſi magnus poſt Apoſtolos Diuus ſine nomine deſcribatur, Baſilius ſit intelligendus. Pulchram audi fratris Nyſſeni ſententiam. *Primum Apoſtoli, & Prophetæ ſpiritualem chorum duxerunt. Hæc enim omninò duo gratiarum munera prima ſunt hominibus data, nimirum Apoſtolicus, & Propheticus Spiritus. Quo in numero ſunt Stephanus, Petrus, Ioannes, Paulus. Poſt hos ſuum ordinem ſeruans hodiernæ feſtiuitatis Dux ſequitur, Paſtor, & Doctor. Quis eſt hic? Dicam nomen? An nominis loco gratia ſatis virum ipſum declarat? Etenim cùm Doctorem, Paſtorémque poſt Apoſtolos audis, quinam ſecundùm illos Paſtor, ac Doctor ſit, omnino debes intelligere. Hunc igitur dico Baſilium.*

Preme illud, *Poſt Apoſtolos.* Certè cum Apoſtolis ipſis non eſt adnumeratus, quia Apoſtolica tempora non attigit. Nam ſi Apoſtolici viri tunc extitere cum Apoſtolis colligandi, non dubito Baſilium illa donandum gloria ſi iis temporibus floruiſſet. Vnde Nyſſenus adiicit, *Hunc igitur habemus & nos præſentem, nobis conſtituentem celebritatem, germanum ſpiritus vatem, interpretem, egregium Chriſti militem, excellentem ſalutiferæ prædicationis præconem, Eccleſiæ Chriſti propugnatorem, ac defenſorem. Cui ſecundas* (attende) *poſt Apoſtolos tempus tribuit ſoli. Nam ſi eo tempore, quo Paulus, vixiſſet Baſilius: ſic ei prorſus fuiſſet adſcriptus, quemadmodum Syluanus, & Timotheus.*

11. *Si Apoſtolica tempora attigiſſet Baſilius, cũ Apoſtolis adnumerandus eſſet.* Nyſſen.

Poſt Apoſtolorum tempora Baſilius emicuit, ſed planè Apoſtolicus, *electionis vas,* (vt aiebat Metaphraſtes) Petrus, Ioannes, & cuncti vno in Baſilio refloruere. Confirmans excogitatum Nyſſenus, ſubiicit. *Quòd tempore præceſſerit Baſilio Paulus, multiſque pòſt ſæculis Baſilius extiterit; ea re non inferior virtutis gradus oſtenditur: ſed diuinæ diſpoſitionis opus in hominum procreatione declaratur. Siquidem & Moſes Abrahamo multo tempore poſterior fuit: & Samuel Moſe, & Samuele Elias, & hoc magnus Ioannes, & Ioanne Paulus, & Baſilius Paulo.* Exiſtima, cùm Baſilium videris, Pauli tempora eſſe inſtaurata: Redeunt Saturnia Regna, Apoſtolorum tempora præſentantur.

12. *Suo tempore Baſilius fuit Paulus vas electionis, & alij Apoſtoli.* Metaph. Nyſſen.

Virtutes, quæſo, Baſilij contemplare, fallar, niſi profeſſus fueris tempora Apoſtolica præſentari. Metaphraſtes *tract. de Circunc. Domini,* ait. *Baſilius in actione eſt inimitabilis, & in contemplatione talis, vt ad eum nequeat vllus peruenire. Qui vita perfectus, & ſermone ſapientiſſimus: qui virtute eſt omnibus numeris abſolutus: & in diuina, & humana doctrina eſt planè conſummatus; & cui nihil deeſt. Hic eſt, qui Dei timorem, & præceptum Domini, & virtutem omnes homines docet Magnus Baſilius. Dei Verbi tuba, vel maximè Regia, quæ ſuæ vocis magnitudine omnes fines orbis terræ comprehendit.*

13. *Virtutes Baſilij Apoſtolicam ſapiunt perfectionem.* Metaph.

Singulas preme particulas, præcipuè: *In actione eſt inimitabilis.* An non hoc Paulum ſapit? Imò audax afferam ad memoriam Apoſtolum monentem, *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti,* 1. Cor. 11. An Chriſtus imitabilis ex Pauli ſtudio, Paulus item ex fidelium deuotione imitabilis eſt: & Baſilius in actione ſeu operatione eſt inimitabilis? O exaggeratio tanti viri exprimens perfectionem!

14. *Cùm Paulus, imò Chriſtus ſit imitabilis quinam modo Baſilius inimitabilis exponitur?* 1. Cor. 11.

Adiicit Doctor, *In contemplatione talis, vt ad eum nequeat vllus peruenire. Qui virtute eſt omnibus numeris abſolutus.* Cuncta perfectionis documenta, quę in Baſilio conſpiciuntur, ea ſunt, vt nullus poſſit attingere, ſi omnibus numeris abſolutus obiicitur. Abrahamo Deus, *Numera ſtellas, ſi potes: ſic erit ſemen tuum,* Gen. 18. Quidquid non ſolùm hominibus, ſed & Numini numerabile eſt, dabitur tibi recognoſcen-

15. *Gradus perfectionis Baſilij Deo ſoli numerabiles.* Gen. 18.

dum ſimul cum gradibus perfectionis Baſilij. *Numera ſtellas*, numera *arenam, quæ eſt in littore maris.* Non poſſum iſtum numerum ſuperare, nec quidem æquare: ergo impoſſibile virtutis Baſilij gradus recognoſcere, qui eſt *virtute omnibus numeris abſolutus.*

16. Denique premo particulam, *cui nihil deeſt.*

Nihil Baſilio deeſt: omnium priuilegia cõtinet.

Ponderat Auſonius Conditoris prouidentiam munera ſua cunctis hominibus præſtantem prudentiſſima diuiſione. Vni dat diuitias, non nobilitatem: alterum diuitiis egentem donat nobilitatis affluentia: & ſic de reliquis. Aſſerit Apoſtolus profatus: *Diuiſiones operationum ſunt, idem autem Dominus. Et diuiſiones operationum ſunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Alij quidem per Spiritum datur ſermo ſapientiæ, alij autem ſermo ſcientiæ, alteri fides, alteri gratia ſanitatum, alij operatio virtutum, alij interpretatio ſermonum: hæc autem omnia operatur vnus, atque idem ſpiritus diuidens ſingulis*, 1. Cor. 12. Omnia igitur hæc munera, quæ cunctis Diuis, ac Euangelij miniſtris diuiduntur, vno in Baſilio adeò colligantur, vt poſſit profari Metaphraſtes: *Cui nihil deeſt.*

1. Cor. 12.

Observat. III.

Ad illa verba:

Et qui non baiulat crucem ſuam, & venit poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

Baſilius verè diſcipulus Chriſti crucem portat egregiè operando: quem quidem antiqua ſanctitatis luminaria minimè ſuperaſſe videntur.

Expendo qualis debeat exiſtere Magnus Diuus, Doctor egregius, perfectus vndequaque.

17. EX mente Anſelmi. *Crux à cruciatu dicitur, quæ ſemper eſt portanda*, egregiis operibus dum ſtudium impendimus. Perfectionis etenim viam quærunt aſſeclæ Saluatoris neceſſariò crucis ſe obiiciunt continuò baiuli. Deponis crucem? à via equidem excidiſti perfectionis.

18. Quàm meritò Baſilius adnumerandus ſit inter Principes Chriſti diſcipulos crucis geſtatores ex elogiis Nyſſeni fratris oſtendere conabor: Poſtquam igitur Gregorius Moyſis, Abrahami, Samuelis, Eliæ, Ioannis Baptiſtæ, & Pauli tempora percurriſſet, concludit: *Quod ſi in aliis Sanctis ad laudem nihil apud Deum ponderis habet ordo temporis, meritò audemus & nos natum hac ætate noſtra virum Dei magnum veritatis vas Baſilium in numero celebrium illorum Sanctorum collocare; cùm tempus nec ſingularem illius erga Deum amorem, nec diuinam gratiam ad animi perfectionem impediat.* Alioquin diuinæ diſpoſitionis propoſitum offendatur, ſi quod arcano conſilio ſuo Deus auxilium mittit, ratione temporis imminutum dixerimus.

Singularis erga Deum amor Baſilij cũ ad Apoſtolorum cœtum aſſerit pertinere.

Nyſſen.

19. Porrò ob ineffabilem Eccleſiæ vtilitatem Baſilius ab Apoſtolicis temporibus ſubtractus, (quæ quidem ei debebantur,) in ea tempora reſeruatus eſt, quibus vnicum adfuit Eccleſiæ munimentum. Suo tempore Petrus fundauit, & Apoſtolus *fundamentum Apoſtolorum*, Baſilius fulſit, ne hæreticorum tempeſtate Eccleſiæ exædificatio corrueret. *Quis ignorat*, (ait Præſul) *quam ob cauſam Deus hac tempeſtate noſtrum Doctorem oſtenderit? Imperator Apoſtata ſe totum infundens hominibus, qui ad malitiam ipſius capiendam erant idonei, Arrium dico, & Aetium, & Eunomium, & Eudoxium, & alios multos; quorum opera Iulianus obliteratum iam idolorum cultum Chriſtianæ Religionis nomine rurſum introduxit.* Audiſti Eliam Regis Achab tempore Eccleſiam defendiſſe? Audiſti ipſum à debito ſibi ſuperorum habitaculo abſtractum vſque ad tempora nouiſſima aduerſum Antichriſti perſecutionem fulcimentum Eccleſiæ præparatum apud paradiſum commorari: Ergo Baſilius in morem Eliæ miſerum Iuliani, Arrij, Aetij, Eunomij, Eudoxij reſeruatur ad tempus Eccleſiam propugnaturus. *Tunc a Deo magnus Baſilius oſtenditur, quemadmodum Elias, imperante Achab, qui labantem quodammodo Religionem fulciret, & tanquam lucerna deficientem Fidei rationem per gratiam, quæ in ipſo inerat, illuſtraret: luménque ſuum per Eccleſiæ pelagus errantibus ſublime oſtendens, ad rectam omnes viam dirigeret. Præfectos enim adibat, Prætores conueniebat, cum Regibus liberè loquebatur: abſentes epiſtolis, vt ſolebat Paulus, inſtruebat: eludénſque captantium anſas, nihil occaſionis aduerſariis dabat, quo vinci poſſet.* O Elias duplici ſpiritu præditus, imò tot ſpiritibus vigens, quot lineas ſcripſiſti. Illam clauſulam expende: *Tunc à Deo magnus Baſilius oſtenditur.* Non naſcitur, ait, ſed oſtenditur à Deo; quaſi temporibus Apoſtolorum natus à Deo curru igneo raptus fuiſſet, & in Iuliani tempora reſeruatus; vnde opportunitatis inſtantia repentè (in morem Eliæ futuræ manifeſtationis) à Deo oſtenditur Eccleſiæ perturbatoribus, eius acerrimus propugnator.

Reſeruatur Baſilius ad tempus aliud abſtractus à tẽpore Apoſtolico ſibi debito: ob ſingularem Eccleſiæ vtilitatem.

Nyſſen.

Nyſſen.

Non naſcitur, ſed oſtenditur tanquam abſconditus Elias?

20. Miratus ſum non ſemel ſpiritum Pauli clamantis, *Quotidie morior.* Quo quidem oſtendit ſe cunctis paratum eſſe laboribus ſubeundis, qui mortis iacula non timeret. O Baſilium! An aliquid formidabile Diuo: Minimè, quia Pauli æmulator moriebatur quotidie affectuoſo Martyrij deſiderio. *Quid autem*, (inquit Frater) *vel exilij periculi formidaret, qui vnam hominum patriam paradiſum affirmabat; vniuerſámque terram naturæ exilium eſſe cenſebat? Quid mortem comminantes timeret, qui quotidie moriebatur, ſéque volens omni ratione conſumebat, atque macerabat; dolebátque vni tantùm morti naturam obnoxiam eſſe.* O Domine, *ſtatutum ne ſingulis hominibus ſemel mori?* Cur non ſæpe pro nomine tuo mihi ſaltem ſtatutum ſit trucidari? Dolebat igitur, vni tantùm morti naturam obnoxiam eſſe, quo fieret, vt certamina Martyrum pro veritate ſæpiùs imitari non poſſet.

Non timebat Baſilius necẽ, Pauli imitator.

Nyſſen.

Dolebat, quod ſtatutum eſſet hominibus ſemel mori, & non ſæpe trucidari.

21. In lætitia Domino ſeruiebat, & ſi quopiam mœroris ſpiculo pungebatur inde triſtitia, quòd non poſſet pro Chriſto profundere cruorem. Quid ſi exitiali vulnere afficiatis Baſili? Tota cauſa mœroris abſtrahetur. Audi pulchram Gregorij ſententiam. *Præfecto cuidam olim ſe iecur e viſceribus eius extracturum minitanti: riſu minas imperiti hominis excipiens: Ego quidem habebo tibi gratias, ſi id feceris: etenim*

In lætitia ſeruiens; ſolùm triſtis, cum pro Domino non moriebatur.

Nyſſen.

intra

intra viſcera iacens non mediocri mœrore afficitur. Quare ſi illud exemeris, vt minitaris, mœrenti parte corpus liberabis.

CAPVT II.

Baſilius cum Paulo comparatur.

VT illuſtrem Nyſſenum lubet dignoſcere vberiùs, an Baſilius Paulum fuerit æmu-

22. *Baſilij nutra erga Deum dilectio cum dilectione Pauli confe-renda.* Nyſſen. latus. Deum dilexit Paulus, quod bonorum eſt caput. Menſuram charitatis expone. *Diliges Deum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua.* Doctor ait, *ſi Baſilius ab iis,* (quæ ſæculum ducit maximi,) *quàm maximè abhorruerit, & affectionem huiuſmodi omnem è vita ſua primùm remouit; deinde doctrina, exemplóque ſuo communem aliorum vitam emendauit: perſpicuum eſt eam in ſe ipſo habuiſſe charitatis erga Deum menſuram, qua nullam maiorem natura capiebat. Qui enim ex toto corde, & animo, & mente Deum diligit, quo pacto maiorem charitatis modum obtinebit, cùm locus non adſit? Proinde ſi vnum eſſe didicimus terminum charitatis, vt Deus ex toto corde diligatur: dilexerunt autem Deum ex toto corde Paulus, & Baſilius; qui dixerit eandem in vtroque charitatis fuiſſe menſuram, à vero non aberrabit.*

23. *An in aliis virtutibus ſuperauerit Baſilius Apoſtolum.* Nyſſen. Quid de cunctis virtutibus charitatis quidem fulgentiſſimo ſatellitio. Qui in Regina charitate non præſtatur à Paulo, excelletur in cæteris? *Si in eo,* (ait ille,) *quod præſtantiſſimum, & maximum eſt, non ſuperatur à magno Paulo magnus Baſilius: ne in illis quidem omnibus, in quibus charitas excellit, quæque naſcuntur à charitate, minor eſſe deprehendetur. Nam quemadmodum qui naturæ humanæ particeps eſt, omnia quæ huiuſmodi naturæ propria ſunt, habet: ſic qui abſolutæ charitatis perfectionem in ſe continet, omnia bona, quæ in hoc genere conſpiciuntur, vnà cum ipſa virtutum Principe complectitur. Charitas omnia credit, & omnia ſperat, & omnia ſuſtinet, & omnia denique, quæ virtutis nomine cenſentur, tanquam germina quædam pullulant à radice charitatis: vt qui hac præditus eſt, omnia ſimul complectatur. Hanc habuit Baſilius. Quare cæterorum bonorum ei nullum defuit. Quòd ſi poſſedit omnia, nulla re prorſus Paulo minor extitit.*

24. *Num vtilius Baſilius arcana euulgauit, quàm Paulus ſilentio obuoluit.* Nyſſen. Obiicis, Paulus vidit tertium cœlum, & *raptus eſt in Paradiſum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui.* Nyſſenus, *An viderit Baſilius mente, teſtes ſunt eius ſermones, quos vel ore protulit, vel ſcriptos reliquit.* An non vtilius arcana diuina à Baſilio diuulgantur, quàm à Paulo ſilentio ſupprimuntur? An ſubticuit Paulus, vt Baſilio profette liceret? Paulus omnia loca, quæ inter Ieroſolymam & Illyricum ſunt obiens, omnibus Euangelium diuulgauit. *Baſilij oratio, & prædicatio per omnem ferè terrarum orbem tranſiit, & ab omnibus æquè ac illa Pauli probata eſt.* Paulus crucifixus eſt mundo. *Baſilio mundus crucifixus eſt.* Paulus corpus acriter vulnerauit, *Caſtigo corpus meum,* &c. Baſilius aſperitate vitæ *perfecit virtutem in infirmitate. Vtrique Chriſtus vita, vtrique mors lucrum erat: & optabilius diſſolui & eſſe cum Domino, quàm hic peregrinari.*

CAPVT III.

Baſilius cum Ioanne Baptiſta confertur.

NVm Ioanni Baſilius comparandus videtur? Certè ille diuinæ vocis teſtimonio 25. *Baſilius alter Ioannes*
& inter natos mulierum præſtat, & Prophetæ *in deſerto, &*
ſuperat dignitatem. Audax ergo, qui alterius *in ciuitate.*
nati ex fœmina vitam cum eo ſtuduerit conferre. Me quidem Gregorij acumen ab huiuſmodi piaculo liberabit. *Porrò Ioannes mollibus* Nyſſen.
veſtimentis non induebatur, nec erat tanquam arundo vento agitata, loca ſolitaria frequentibus anteponebat, frequentia ſic habitabat, vt rationi terra nihil officeret. En præcipua Eremitæ capita perfectionis *Hæc omnia,* (ait Gregorius,) *Baſilio veritas tribuit, vt in his magno Ioanne non ſit inferior. Quis neſcit, quomodo ab omni delicata ac molli ratione viuendi ſic abhorruerit, vt rebus iucundis, ſuauibúſque prætulerit ea quæ aſpera, duraque ſunt, Soli, frigori, ieiuniis, vigiliis corpus obiiciens. In ciuitatibus tanquam in ſolitudine degebat, nihil intermittens virtutis ſtudium, ciuitates efficiebat ſolitudines. Neque enim multorum conſuetudine ab exquiſita, ac tuta viuendi ratione auertebatur: neque ſi in ſeceſſum aliquem ſe conferebat, liberari poterat ab iis, qui vtilitatis gratia ad ipſum ventitabant; vt in hac etiam re Ioanni Baptiſtæ ſimilis eſſet, quòd ex ſolitudine ciuitatem efficeret, eámque anguſtam, propter frequentiam, & multitudinem confluentium.*

An arundo Baſilius? Quomodo poſſet 26. *Baſilij con-*
arundinis morem imitari vir, quem neque *ſtantia mi-*
mors, nec horribilia quæque potuerunt à *rabilis.*
Domino ſeparare. Addit Præſul, *Quòd autem* Nyſſen.
facile ſententiam mutando Baſilius arundo non fuerit, perſpicitur ex conſtantia, quæ in omnibus vitæ inſtitutis permanſit immobilis. Placuit ei paupertas ab initio. An mutauit propoſitum? *Hac ſententia veluti petra quædam fuit. Per munditiam concupiuit ad Deum appropinquare.* An mutauit ſententiam? *Deſiderium illud non arundo, ſed mons conſtitit.* Tentaminum venti furebant. *Nunquam hiſce flatibus flectebatur. Nam amoris eius in Deum ſtabilitas ſolius Apoſtoli verbis declaratur. Etenim nec vita, nec mors, nec præſentia, nec futura, nec vlla creatura poterat cor illius à charitate Dei ſeiungere. Sic in omnibus, quæ ex virtute decreuerat, non arundineum, & inſtabilem animum præſtitit, ſed in rebus honeſtis firmum, & immobilem conſeruauit.*

Ioannis prædicationem quis poterit elogiis 27.
dignè celebrare? Liberè allocutus eſt Hero- *Æmulatio*
dem. Profectò & *Baſilius liberè Valentem Im-* *eſt Ioannis*
peratorem allocutus eſt. Vter maiorem expreſſit *libertatem.*
conſtantiam? *Si volumus potentiam iſtorum* *Num glo-*
ponderare, alter parte quadam Palæſtinæ Roma- *rioſius?* Nyſſen.
norum beneficio potiebatur: alterius imperium ſol curſu ſuo propemodum terminabat. A Perſidis enim finibus ad Britannos, & extremas Oceani partes patebat. Quænam cauſa vtilior Eccleſiæ? *Ioanni quidem propoſitum erat, vt Herodis cupiditatem, qui propter mulierculam legem violabat, increparet: Baſilio autem vt Valentem in vera, ſynceráque religione retineret, à cuius defectione totius orbis terrarum perturbatio naſcebatur. Opponat ergo iuſtus rerum ponderator potentiam potentiæ, finémque huius reprehendendi libertatis*

alteri

alteri comparet. Illic in vno tantùm Herodis corpore vulnus inſidebat & animo: hic vniuerſum orbem occupabat. Ioannes, ais, ad mortem vſque retinuit caſtigandi libertatem. *Certè Baſilius ob eandem conſtantiam in exilium pulſus eſt, Imperatore loco mortis diuturnioris exilium decernente.*

CAPVT IV.

Baſilius mirabilis æmulator Eliæ.

Non Diui ex rebus, quas natura non valet aſſequi, laudabiles ita, ac ex moribus.

28. NVmquid audebimus oratione ad ſublimem aſcendere Eliam? Scio curru raptum ad ſuperos: ſed attinget Baſilij fulgor verticem Carmeli. Certè quòd ille in currum ſubleuatus equis igneis vectus fuerit, quódque hinc in altiora loca receſſerit, ab hominis natura minimè poſtuletur. Neque enim intra humanæ naturæ terminos incolumis in monte ſeruatus eſt graui, terrenóque pondere in altum, & leue diuina virture commutaro. Hæc verò quod oratione tanquam claue quadam auxilij cœleſtis vteretur, promens illud, quando volebat: condénſque rurſum pro arbitratu ſuo, ſi quando id magis conducere exiſtimabat. Quódque vno tantùm ſubcineritij illius panis nutritus cibo, tam longum tempus ieiunus traduxerit, in eodem ſtatu vires conſeruans dies quadraginta: ſunt hæc ab homine requirenda, quæ vim humanam longè ſuperant? Nequit humana natura ea, quæ naturam ſuperant, imitari. Sileatur & exiguum illud farinæ vas, & vrceus olei, vnde ſuperadditum eſt, quod victui neceſſarium fuit. Diuinæ enim beneficentiæ miracula ſingularem vim habent, quam nullus humanæ naturæ merito aſſignet.

Nyſſen. *Quid igitur in Baſilio cum Elia habet ſimilitudinem.* Sic requirit Nyſſenus.

Ex virtutibus commendabilius Baſilius Eliam imitatur. Nyſſen.

29. Sic autem pulchrè reſpondet, *Ardor fidei, inimicitia cum impiis, amor erga Deum, boni veracis deſiderium ad terrena nunquam declinans, vita in omnibus explorata, aſpera viuendi ratio, aſpectu vitæ inſtituto conueniens, grauitas non acerſita, ſilentium oratione ſignificantius, rerum futurarum ſtudium, præſentium contemptus.*

Imò in iis, quæ ſuperāt naturam, præcelſior Elia Baſilius oſtentatur. Ex fame clarior.

30. Iam verò Baſilius ea etiam, quæ naturam in Elia ſuperant, æmulatur. *Si quis,* (fatur Doctor,) *quadraginta dierum inediam obiiciat, nos Baſilij per totius vitæ ſpatium cibi paucitatem præferemus. Quamquam & propoſitus ille ſubcineritius panis Prophetæ robur ſuſtentabat, habens aliquid omnino in ſe, quo nutrimenti illati vis conſeruabatur: ex quo virtus quædam ſolida, quæ minimè diſſipari poſſet, per illum cibum corpori inſidebat. Baſilius autem conſuetudine minimè immutata cibi menſuram ratione præſcribebat, tantum corpori præbens, non quantum appetebat natura, ſed quantum temperantiæ lex imperabat.*

Ex expulſione ſiccitatis præcelſior. Nyſſen.

31. Elias terram aquæ penuria percuſſit, idémque vulneri medicinam fecit? Porrò, *Baſilius,* (cum Nyſſeno loquor,) *ſiccitatē nec expulit, nec induxit.* Imò quidem à Deo inductam expuliſſe legimus. Cùm diuino conſilio eiuſmodi quædam calamitas accidiſſet, vt totum hyemis ſpatium aridum tranſiret, nec vlla fructuum ſpes oſtenderetur; ante Deum proſtratus Doctor effecit, ne minarum eius timor longiùs progrederetur: precibúſque Numen placans triſtitiam abſtulit ſiccitatis.

Eſurientes cōſolatus eſt Elias vberius, & mirabilius.

32. Magnus Elias viduæ conſolationem attulit eſurienti? Simile in Baſilij vita poſſumus demonſtrare. Fatur Frater ſapientiſſimus, *Cùm graui quondam fame & ciuitas, in qua ipſe degebat, & omnis ei ciuitati ſubiecta regio laboraret, diuenditis poſſeſſionibus, pecuniámque in egentium alimenta diſtribuens, fecit, vt quod inſtruenda menſæ domeſticæ videbatur exiguum, id toto penuriæ, famiſque tempore ſatis eſſet, cùm omnes vndique confluentes aleret, & totius populi iuuentutem ſic enutriret, vt Iudæorum etiam filij eius humanitatis ex æquo participes eſſent.* Nil autem prorſus intereſt vtrùm ex hydria, an ex arca promatur, quo diuinum mandatum obſeruetur. Pauperum enim conſolatio non quærit, vnde ſit: ſed id aſpicit, quod efficitur.

Illuſtrius Elia Baſilius ad ſuperos eleuatus eſt. Nyſſen.

33. Non poſſum non ingenuè profiteri prorſus mirabilem Eliæ ad ſuperos eleuationem. Attamen *eſt altera ratio,* (verbis vtor Gregorij) *qua quis in ſublime fertur, cum excelſo viuendi inſtituto, iunctóque ſibi ex virtutibus curru, in cœlum volat, ibique verſatur. Quod quidem feciſſe Doctorem noſtrum fatebitur, quiſquis actiones eius æquo animo perſpexerit.* Pergit Præſul fratrem Magnum cum Samuele, ac Moſe comparare, quæ quidèm conſulens breuitati prætermittam. De doctrinæ egregij Doctoris encomiis legendus Metaphraſtes, & Suidas.

PARS

PARS TERTIA.

HIERONYMVS.

COMMENTARIOS LITERALES

Paraphraſimquè ad caput quintum Matthæi pete à lib.4. Part.1. in præſenti.

PROLVSIO.

Magnvs Hieronymus Eccleſiæ luminare fulgentiſſimum ex vita ſanctiſſima, ſal ex doctrina cunctis hominibus ſalutari anniuerſaria dum celebritate obiicitur, videor mihi Magnum me Baſilium rurſum efferre Panegyrico, ſiue ab eius commendatione minimè receſſiſſe. Porrò de clariſſimi Præſulis moribus & doctrina hæc Simeon Metaphr. ſcripſit *tract. de Circunc. Dom.* quæ dubitarim an aptius D. Hieronymo poſſint aptari: *Vir* (inquit) *in diuina, & humana doctrina eſt planè conſummatus. Qui omni mundana ſapientia & ſcientia priùs exercitatus, eas ſubiecit deinde veſtigiis Diſcipulorum Ieſu. Qui omnem librum veterem, & Propheticum ſummè & ſacroſanctè meditando perlegit, & per ipſos ad perfectiſsimam Ieſu Chriſti fidem rectà deductus fuit, & confirmatus. Qui Euangelio quidem duce, aut introductore ductus eſt ad Propheticam veram cognitionem: diuina autem Prophetarum dictione vſus eſt ad ſacri Euangelij accuratam notitiam: & per vtrumque ſublatus eſt ad puriſsimam diuinitatis cognitionem. Denique hic eſt qui moribus Dei timorem, præceptum Dei, & virtutem omnes homines docet Magnus Hieronymus.*

SECTIO III.

Eccleſiæ lumen.

TEXTVS.

Vers.13. Vos eſtis ſal terræ. Quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? ad nihilum valet vltrà, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. 14. Vos eſtis lux mundi. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. 15. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt. 16. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt, &c.

IN

IN HIERONYMVM

PANEGYRICVS MORALIS TERTIVS CIRCA LITERAM.

EX ECCLESIÆ LVMINE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Vos eſtis ſal. Vos eſtis lux.

D. Hieronymus prius ſal, quàm lux, quia ſcientia ex ſuppoſita virtute admodum commendabilis.

Oſtendo interim haud poſſe ſapientiam vtiliter fulgere, perſiſtenter ſtare, niſi probæ vitæ fundamina priùs ſubmittantur.

1. *Studendum prius neceſſariò ſanctitati, quàm ſcientiæ.* Strab.

SAL, & lucem Dominus Doctores ſuos exiſtere aſſeruit. Cur prius ſalis quàm lucis geſſit memoriam? Reſpondet Strabus, *Prius ſal, quàm lux, id eſt, vita, quàm doctrina. Vita ad ſciendum ducit, nec ſcientia caret, qui Deum timet?* Profectò ſcientia illa laudabilis admodum obiicitur, & lucidiſſima oſtentatur, quæ ſanctitatem ſequitur.

2. *Vita ſancta vtilem intellectum facit.* Pſal. 110. Lyran.

Dauid cecinit, *Intellectus bonus omnibus facientibus eum*, Pſal. 110. Vbi Lyranus, *Intellectus diuini mandati, ſeu legis, aut Scripturarum eſt valde bonus illis, qui adimplent mandatum in opere ſecundùm verum intellectum eius: illis autem, qui non adimplent, eſt magis nociuus.* Aptiùs in Gloſſa mor. idem Doctor, *Facientibus eum, id eſt, opus.* Cur intellectum, ſeu ſcientiam opus vocitauit? Quia illa ſcientia quaſi non eſt, quæ in vitæ ſanctæ actionibus non efficitur. Bona ſcientia eſt intelligentia, ſed ea quæ facta eſt vitæ ſanctitate.

3. *Vita ſancta ſcientiæ eſt protectio.* Iob 36. Interl. Strab.

De Numine omnis ſapientiæ fonte Iob ait. *In manibus abſcondit lucem*, cap. 36. Interlinearis legit, *In manibus.* Iuxta primariam lectionem inquit Strabus, *Immanes ſunt, qui ſe elatis cogitationibus extollunt, quibus veritatis cognitio denegatur.* Verùm circa ſecundam lux doctrinæ verax non in argumentis & ſyllogiſmis, ſed in manibus operum abſcondit, ne cogitationis elatæ flatibus extinguatur. Sine ſanctæ vitæ protectione quælibet intellectus lampas, citò cogitur deperire. Siue (vt alij exponunt) illud, *in manibus*, ad ipſum Deum ſit referendum, hoc ſenſu: Lux ſcientiæ abſconditur in operum Dei manibus. Porrò Dei opera appellantur noſtræ virtutis exercitamenta, qui Dei perfectionem imitantur. *Erat pernoctans in oratione Dei*; & ſic ieiunium, ac eleemoſyna Dei appoſitè nominari poſſet. Igitur opera illa, quibus Dei perfectionem, & ſanctitatem æmulamur, ſapientiæ propugnaculum obiiciuntur.

Dominus ideò ciuitati Sion, *Ecce in manibus meis deſcripſi te, muri tui coram oculis meis ſemper*, Iſa. 42. ſcientias muros Eccleſiæ expono, qui quidem ne corruant, in Dei ſanctis operibus debent ſtabiliri. Procopius ad cap. 2. Iſa. *Murus ars eſt ipſa diſſerendi, eos, qui dogmata ſacra diripere, & diſſoluere conantur, propulſans. Inde & vrbis Ieroſolymitanæ muri in Domini manibus deſcripti eſſe dicuntur. Inde*, id eſt, *ideo*; quia vt ars diſſerendi vtilis exiſtat Eccleſiæ ad ſacrorum dogmatum protectionem, in operum Dei, ſeu ſanctitatis manibus debent exædificari; quaſi vitæ ſanctitas ſit ſtabile ſcientiæ fundamentum. 4.

Murus veracis ſapientiæ, quo Eccleſia protegitur rectè in vita fundatur. Iſa. 42. Procop.

Profectò Hieronymi ſapientia ac diſſerendi ars, arx fuit fortiſſima veritati: ſed in mira ſanctitudine ſtabilita. Dionyſius Carth. ſer. 1. de Hier. *Prima laus eſt honeſta & ſtudioſa pueritia eius.* Vacauit ſtudio, ſed priùs honeſtati morum. *Fuit non voluptati, non vanitati, non laſciuiis vnquam vacans, vt moris eſt puerorum: ſed caſtè deuotéque viuens, & die ac nocte diligentiſſimè ſtudens. Sicque in breui literis Græcis, Latinis, ac Hebraicis excellenter inſtructus eſt.* A ſupremo Magiſtro corripitur, vt ad Scripturas, ſcientiarum fontem recurreret, prophanæ eruditionis voluminibus ablegatis. *Poſt caſtigationem* (addit Autor) *totum ſe dedit ſtudio virtutum, ac Scripturarum.* Nam qui ad litterarum Græcarum, ac Latinarum ſtabile fundamentum ſubpoſuerat à vitiis abſtinentiam: ad Scripturæ præcelſam cognitionem ſtabilius, ac eleuatiùs virtutis fundamina ſtatuit. 5.

Hieronymi ſapientia, fundata in vita perfectione. Carth.

Cupiebat Hieronymus altiùs auolare, & præcelſiori ſacræ Sapientiæ illuſtrari fulgore, & neceſſarium tanto luminari candelabrum ſuppoſuit ex ſanctitatis miris incrementis *Contra Religioſorum, & Clericorum laſciniam* (cum Carthuſiano loquor) *verbo & ſcripto fortiter loquebatur. Ideo oderant eum, & grauiter perſequebantur. Iam ob ſapientiam & virtutem ordinatus erat Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis, iam, mortuo Papa, ſummo Pontificatu dignus ab omnibus acclamatus fuerat: cùm æmuli eius iuxta lectum ipſius veſtem poſuerunt fœmineam, quam ipſe more ſolito ad matutinas ſurgens, induit ſine aduertentia, ſicque Eccleſiam introiuit. Quo viſo impij irriſerunt eum, & expulerunt tanquam qui fœminam habuiſſet in lecto.* Idem teſtatur Euſebius Hieronymi diſcip. Epiſt. de morte eius. *Hieronymus tunc impiiſſimis illis compatiens, & cuncta patientiſſimè ferens*, Romà ceſſit. Quare non repreſſit impudicos? Certè curabat ad 6.

Vt præcelſiori ſapientiæ Hieronymus ſtudium dare, ſuperiorem ſanctitatis gradum inire curat. Carth. Euſeb.

eleuatioris

eleuatioris ſcientiæ verticem auolare, & ideo virtutis præcelſioris perfectioni impendit ſtudium. Adiicit pulchrè Carthuſianus, *Cuncta pertulit patientiſſimè, quia ad doctiſſimum Præſulem Gregorium Nazianzenum profecturus erat, vt in diuinis Scripturis ab ipſo vberiùs erudiretur.* Quàm neceſſarium ſanctitudinis fundamentum ad ſapientiæ profectus!

7. *Hieronymus domus ſapientiæ columna ſtabilita in fundamine ſanctitatis.* Prou. 9. Laurent. Iuſtin.

Domus illa ſapientiæ ſeptem columnis nitens obiicitur. *Sapientia ædificauit domum, ſcidit columnas ſptem*, Prou. 9. D. Laurentius Iuſtin. *ſerm. de D. Hieron.* aſſerit Doctores Eccleſiæ columnas. *In hoc Tabernaculo ſpirituali Hieronymus ſummum ſortitus eſt locum. Meritò quippe eum colit Eccleſia, qui eam, ſcientiæ munimine cuſtodiuit, protexit, & docuit. Erat profectò columna argentea, erecta, fulgens, & ſolida.* An ſuppoſitum ſanctitatis fundamentum? Adiicit appoſitè, *Tanquam columnas ſuper baſes aureas)* ſanctitudinis) *mens illius erigebatur in cœlum, cœli alta penetrabat, vt lumen veritatis intueretur in lumine. Nunquam tamen imbrem potuiſſet ex ſe proferre doctrinæ, niſi in cœleſtibus ipſe fuiſſet imbutus. Fons namque ſapientiæ Verbum Dei in excelſis eſt, & ingreſſus illius mandata æterna ad illum diligendo propinquans, ſapientiæ fluenta percepit. Non enim talis eſt illa, de qua loquimur, ſapientia, vt humano valeat vendicari ingenio. Impetratur precibus, cordis puritate ſuſcipitur, humilitate cuſtoditur.* Preme illud, *Puritate ſuſcipitur.*. Suppponitur enim vitæ puritas vt fundamina præſtet turri ſapientiæ.

Observat. II.

Ad illa verba:

Vos eſtis lux mundi.

Hieronymus lux Eccleſiæ fulgentiſſima id fulgoris eſt aſſecutus precibus & lacrymarum profluentia.

Sapientia etenim, & quæque illuſtria non abſque labore comparantur.

8. Anſel.

ANSELMVS ait, *Vos eſtis Lux mundi, percipientes in Chriſto lucem veritatis, vt per vos poſtea omnes illuminentur, ignorantiæ tenebris ablegatis.* Priùs itaque Doctor in ſe percipere debet veritatis lucem, quàm ſtudeat ab aliis ignorantiæ tenebras relegare. An facilis perceptio lucis huiuſce? Profectò ſtudium requiritur operoſum. Nec enim ſine precum, ac lacrymarum labore veræ ſapientiæ conſequimur perfectionem.

9. *Hieronymus precibus, & lacrymis aſſecutus eſt miram ſapientiam.* Laurent. Iuſtin.

Cuius probationem in Hieronymi ſapientiſſimi profectibus exhibebo. Vndenam Diuus aſſecutus, *in ſapientiæ Tabernaculo* (vt cum Laurentio Iuſt. loquar) *ſummum ſortiri locum?* Equidem ex precum ac lacrymarum labore. Addit Iuſtinianus illo ſerm. de Hier. *Tumorem euacuet, gemitibus Dominum deprecetur, qui diuinæ ſapientiæ cupit veritatem agnoſcere. Quantis, oro, Hieronymus exhortationibus, quantis profluuiis lacrymarum quantis vigiliarum laboribus, quantáve humilitatis virtute mentis ſuæ mundabat hoſpitium, vt dignus ſapientiæ contubernio haberetur?*

10. *Vt fax intellectus cœleſti igne inflammetur, & ſuccendatur fulgens, neceſſariæ lacrymæ, & flatus precum.* Iſa. 45.

Ex quorumdam interpretatione de ſapientibus Euangelij miniſtris ait Iſaias, ſeu eius ore Dominus: *linum fumigans non extinguet*, cap. 42. O ſerui vigilis patientia! Ex lmo fumigante non facile clara ignis flamma exſurgit; prius enim, fumo oculos pungente, lacrymæ profluunt: & rarus ſit, qui tanti laboris penſione expetat flammæ beneficium. *Vos eſtis lux mundi.* O quot lacrymarum, & flatuum ſumptu flamma vtilis excitanda eſt, vt ſine noxio fumo vanitatis & ſuſpectæ doctrinæ poſſit Eccleſiæ domũ illuminare! D. Athanaſius *in vita S. Syncletica*, ait appoſitè, *Quemadmodum qui ignem ſuſcitare volunt, fumi moleſtia lacrymas ab eorum oculis excutit: deinde quod quærebant conſequuntur. Sic quoque diuinus* ſapientiæ *ignis in nobis lacrymis, & laboribus accendendus eſt.* Athanaſ.

11. *Intellectus aſcendẽs ad Ieroſolymã cœleſtis ſapientiæ, debet prius lacrymarum, & precũ labore affici.* Mat. 20. Iſaac Ab. apud Tilm.

Dominus Apoſtolis profatur, *Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & Filius hominis tradetur Principibus ſacerdotum, & ſcribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus, ad illudendum, & flagellandum*, Matth. 20. Vbi myſticè Abbas Iſaac *hom.* 1. in hominis filio intellectum humanum contemplatur ſcientias acquirendi ſtudioſum, qui quidem multis actus laboribus, ac tribulationibus, nempe ieiuniis, precibus, lacrymis, tandem ad proprij ſenſus ablegationem, ſapientiæque cœleſtis acquiſitionem peruenturus eſt. *Tradendus eſt hic hominis filius, ſeu homo interior* (aut intellectus qui cupit Ieroſolymam ſupernæ cognitionis aſcendere) *gentibus alienis, id eſt, abſtinentiæ, vigiliis, precibus, lacrymis, donec funditus à proprio ſenſu moriatur.* Tunc planè Scripturarum ſenſus animo eluceſcet. Allegorica cogitatio, ſed argumento pulchra. D. Hieronymus lacrymis & precibus, ieiuniis, aliiſque iuſtis operibus pœnalibus actus quaſi per Iacobeam ſcalam ad cœleſtis intelligentiæ cumulum aſcendit. *Quantis profluuiis lacrymarum,* (aiebat Iuſtinianus) *quantis vigiliarum laboribus mundabat hoſpitium, vt dignus ſapientiæ contubernio haberetur!*

12. *Hieronymus poſt lacrymas potitus eſt ſapientiæ complexu.* Iuſtin.

Num conſecutus eſt? Adiicit Doctor, *Illam concupiuit, quæſiuit, inuenit, & tenuit, atque caſtiſſimis illius potitus eſt amplexibus. Vnde tanquam amiciſſimo ſibi incerta & occulta eloquiorum ſanctorum myſteria reſerauit innumera. Factus planè erat ex aſſidua meditatione Scripturarum Templum Dei, ſapientiæ ſedes, Paracliti miniſter, vas mundum, æterni luminis oſtenſor, ſcientiæ magiſterium, atque Angelorum imitator.* Plura Pater.

Observat. III.

Ad illa verba:

Vos eſtis lux mundi, &c.

Hieronymi ſapientia mirabilis planè, ſed minimè ad oſtentationem ingenij, & mentis ſolummodo illuminationem: ſed ad voluntatis magiſterium, ablegationemque ignorantiæ.

Commendo ſcientiam, doctrinam, aut prædicationem illam, quæ omnibus vtilis exiſtit.

13. *Anſelm.* PRemo illud Anſelmi, *Vos eſtis lux*, per quos ſcilicet omnes illuminentur à tenebris ignorantiæ. Omnes, inquit, nullum eximit à prædicationis, aut doctrinæ beneficio. Doctus auditor debet illuminari? Planè, multorum enim ſapientum aſſolet caligare voluntas. Saltem iuſtis, & perfectis non proderit ſapientiæ lux. Certè adiicit Dominus, *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, & glorificent Patrem veſtrum.* Si non illuminantur perfecti conſolatione afficiuntur, eriguntur ſpe, vt in Numinis laudem deferantur.

14. *Sciẽtia Hieronymi aſcẽdens, & deſcendens.* Illam commendabilem numeris omnibus doctrinam expono, quæ ſolummodo tendit ad diſcipulorum, aut auditorum vtilitatem. Porrò Hieronymus nihil dixit, nihil ſcripſit, quod proximorum vtilitati non aptaretur. Contemplate Iacob ſcalā, per quam Angeli aſcendebāt. & deſcendebāt. Hieron. Angelicus ex doctrinæ acumine aſcendit ad eleuatiora myſteria penetranda, ſcribenda: ſed ne inutiliter mens acuatur, deſcendit ad turbas ſic edocendas, vt ſapientibus, & inſipientibus debitor eſſe videatur. Ait Laurentius Iuſtin. ſerm. de Hieron. *Laur. Iuſt.* *Corpore Hieronymus tenebatur in terris, re autem vera mente conuerſabatur in cælis. Scalam namque ſibi conſtruxerat ſpiritualem, cuius cacumen tangebat cælos, per quam aſcenſus frequentabat, & deſcenſus. Aſcendebat vtique contemplando cæleſtia myſteria, ac meditando diuina: deſcendebat autem vt indulgeret proximis. Talibus quippe ſtudiis aſſuetus veluti lampas accenſa, atque perlucida omnem domum illuſtrauit Eccleſiæ. Quis in Eccleſiæ gremio Hieronymi non eſt eruditus ſcientia?* Deſcendebat enim adeò, ad viros, ad fœminas informandas, vt nulli Hieronymus altum ſapere videretur, qui ſapientiæ cæleſtis ad faſtigium auolarat.

Hieronymus aſcendebat ad eleuatiſſimum doctrinæ faſtigium; ſed deſcendebat ad ignorantiam diſcipulorum informandā.

15. *Sic Doctor velut Pater agricola, qui è cæleſti faſtigio exiit ad ruſtices.* Eleuetur Doctor ad ſupremum myſteriorum verticem, ſed deſcendat ad cunctorum informationem, ne ſolùm ſapientibus proceribus ſalutaris exiſtat doctrina. Fatur Dominus, *Exiit qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum*, Luc. 8. Alibi Dominus aſſerit, *Doctrina mea non eſt mea, ſed eius, qui miſit me*, Ioan. 7. Cur Patris ſuam doctrinam eſſe affirmauit? Certè, quia *Pater meus*, ait, *agricola eſt.* Mea doctrina non tam videtur eſſe Verbi, quod erat apud Deum eleuatiſſimo in vertice Diuinitatis conſtitutum, quàm agricolæ. Quid cum doctrinæ cæleſtis prolatore agricolæ? Profectò agricola exit ſeminare ſemen ſuum. Non manet in occulto, non perſiſtit in vertice Pater, ſed exiit, & propria agricolæ ſemina ſpargit: exiit planè ſæpiſſimè ad agriculturam perficiendam, & nullam terræ partem incultam reliquit. Theophylactus, *Sæpè egreditur agricola, vt ſeminet ſemen ſuum.* Illos Doctores minimè commendarim, qui apud adyta ſapientiæ recluduntur, ſed qui norunt nunquam non exire ad ruſticos informandos. Frequentet agricola introitum ad diuina myſteria, ſed ſimul exitum ad ignorantiam diſcipulorum illuſtrandam. Et quemadmodum *Hieronymus aſcendebat contemplando diuina, & deſcendebat vt indulgeret proximis*, ſeminator Euangelicus ingrediatur ad cæleſtis ſapientiæ altitudinem penetrandam, ſed mox egrediatur ad informandam diſcipulorum ignorantiam. *Exiit, qui ſeminat.*

Luc. 8. Ioan. 7. Theoph.

Hieronymus frequentat introitū, & exitum.

16. Hinc lucem videbit illa Ieſu ad parentes ſententia: *Neſciebatis, quia in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe*, Luc. 2. Cùm duodecim eſſet annorum in Templo Ieroſolymitano commoratur, & cum Doctoribus de myſteriis diſputat eleuatis. Cur itaque aſſeruit, ſe in iis verſari, quæ Patris erant? Crediderim, quia *Pater agricola eſt*, quem imitatur puer à gremio materno exiens, à continua meditatione, à recluſione egreſſus, vt ſcientiam cæleſtem ignorantes edoceat. Quàm ignorantes Doctores illi, qui Ieſum non nouerant? quàm edocendi, qui alta cùm ſaperent, neſciebant ad paruulos deſcendere informandos!

Chriſtus gerit officiū Patris agricola ad paruulos ſe accommodante æternā ſapientia. Luc. 2.

17. Et cur Euangeliſta numerum annorum Domini memorauit? *Cùm factus eſſet*, ait, *Ieſus annorum duodecim.* An quia in duodecimo numero Verbi diuini ſeminatores ſelecti à Domino, *Matth.* 10. exprimuntur? Sic Ambroſius lib. 2. in Luc. *A duodecimo anno Dominicæ ſumitur prædicationis exordium. Hic enim prædicandæ fidei Euangelizantium Apoſtolorum numerus debebatur.* Aptius argumento meo crediderim Chriſti annum duodecimum ad diſputationis exordium memoratum, vt innuat Euangeliſta ſapientiam Verbi dignatam eſſe ad puerilem ætatem deſcendere, vt edoceat Doctores ſenes cum paruulis paruulos exiſtere. Deſcendit ergo Antiquus dierum, Verbum ſcilicet, quod erat apud Deum, ad puerilem ætatem, vt ſenilem ſapientibus adnatam doctrinam, quaſi puellulam paruulis præpararet.

Verbi ſapiẽtia ad puerilem ætatẽ ſe accommodat informādam, edocturum ſapiẽtes deſcendere ad ruſticorum eruditionẽ. Luc. 2. Ambroſ.

18. Audi Dominum inclamantem verbi ſacri miniſtris, Doctoribus, Scriptoribus. *Neſciuit, quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum: & argentum multiplicaui ei, & aurum quæ fecerunt Baal*, Oſe. 2. Porrò Baal *Idolum dominans* per quod (ex Petri Bleſſenſis ſententia) ſapientes ſignantur. Agricolis ergo Euangelicis Deus dedit & frumentum ad ſerendum, oleum, & vinum; ſimulque aurum, & argentum: vt ſcilicet ſublimioribus aureis atque argenteis documentis informarent ſapientes: ruſticos autem rei ruſticæ ſpiritualis ſpecie celſa dogmata præſentarent. Ait Doctor Epiſt. 26. *Dedi eis*, inquit Dominus, *frumentum & aurum meum*, quod deberent apponere ſapientibus: & dedi triticum, quo ruſticis exponerent. Ipſi verò de cunctis muneribus meis fabricauerunt Baal; id eſt, tam inuolutam, & implicatam verborum, & metaphorarum ambagibus exhibuere doctrinam, vt ſolummodo doctis deſeruiret. *Nónne* fabricant Baal de auro argento, & tritico Domini, quibus ſapientiam, & eloquentiam dedit Deus ad *dandam ſcientiam ſalutis plebi eius*? Quomodo ſcientia plebi dabitur ſi nihil in volumine, aut in verbo, quod vulgari, aut ruſticæ intelligentiæ poſſit aptari?

Dat Deus Doctoribus aurum & argentum ſapientibus appendum, frumentum & vinum rudioribus. Pet. Bleſſ.

Mali Doctores totum id Baal libāt, nil ruſtico auditori reſeruant.

***

OBSER

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita.

Hieronymus in vertice poſitus aſpectatus ab hominibus, non vt laudibus efferrent, ſed vt acriter calumniis vulnerarent.

Ex primo ineffabile hominis meritum ex calumniis patienter toleratis.

19. Chryſoſt. CHryſoſtomus expoſuit, profatus: *Doctores decet eſſe ſollicitos*, (quaſi ciuitatem,) *in omnium oculis poſitos*. Tam diligentes debent oſtentari Doctores circa ædificationem morum, vt ab ſpecie piaculi abſtineant; ne virtutis inimici anſam arripiant, vnde in calumnias profundantur.

20. *Quàm patienter Hieronymus calumniarũ vulnera diræ tolerarit.* Carthuſ. Hieronymus ciuitas fuit poſita ſupra verticem dum purpura ornatus ad ſummum Præſulatum aſſumendus acclamatur à cunctis. Profectò tunc calumniæ aſpectantes inimici ſanctitatis anſam arripuerunt. Ait Carthuſianus ſerm. 1. *Cum ordinatus fuiſſet Presbyter Cardinalis in Romana Eccleſia, & mortuo Papa, ſummo Pontificatu dignus ab omnibus acclamaretur, æmuli eius iuxta lectum veſtem muliebrem poſuerunt*, &c. *vt impudicum aſſererent*, qui virginitatis vel factis præſtitit documenta. *Hieronymus ergo cuncta patientiſſimè ferens ad beatiſſimum, ac doctiſſimum Gregorium Nazianzenum profectus eſt.* Addit, *Ab hæreticis quoque, & aliis innumerabiles detractiones, diffamationes, perſecutiones, inſidias eſt perpeſſus in tantum, quod eum eſſe hæreticum publicè mentiebantur. Sed & egregiam eius tranſlationem, ac alia ſcripta falſiſſimè criminabantur. In quibus omnibus inuictiſſimæ patientiæ manſit. Nam, teſte D. Euſebio, dixit: Gratias* Euſeb. *ago Deo meo, quia dignus habitus ſum, vt odiat me mundus maleficum me eſſe garriens. Scio enim ad æternam perueniri gloriam per infamiam.*

21. *Patientiſſimum inter calumnias Hieronymũ hominem nõ agnoſco.* Matth. 17. O diuinum Hieronymum! Cùm obiicio menti meæ Hieronymum infamiæ perſecutione actum, & patientiſſimè tolerantem, hominem non agnoſco, ſed in Numen reor eſſe conuerſum. Dominus illigatus ad Pilatum adducitur. *Et cùm accuſaretur à Principibus Sacerdotum, & ſenioribus, nihil reſpondit. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis, quanta aduerſus te dicunt teſtimonia. Et non reſpondit ad vllum verbum, ita vt miraretur Præſes vehementer.* Quàm, quæſo, vehementer. Ex quorundam ſententia ſuſpicatus eſt eſſe Filium Dei. Quod expreſſit, cùm, militibus aſſerentibus iam ſpiritum emiſiſſe, miratus eſt Præſes, *quòd iam obiiſſet*. Cur miratur ex obitu, qui prius poſt tot vulnera mirari potuiſſet eſſe tam diu ſuperſtitem? Conceperat ex patientia, qua iniurias, teſtimoniáque falſa ſuſtinuerat eſſe plus quàm hominem: & excogitationem confirmat, miratus, quòd veluti hominum vnus obiiſſet. D. Chryſoſtomus hom. 77. in Matth. Chryſoſt. *Non temerè ſcripta ſunt omnia, quæ Ieſus fecit, quæ certè poterant Iudæos reuocare* ad agnitionem vtique Deitatis. Quænam, precor, Chriſtus exhibuit diuinitatis documenta? Enumerat Doctor adiiciens, *Illos vel ſupinos in terram proiecit, & auriculam ſeruo reſtituit, & humiliter eos allocutus eſt, & mirabilia pendens in Cruce ſigna edidit, radios Solis auertens, lapides ſcindens, mortuos ad vitam reuocans, vxorem iudicis ſomniis territans, & in ipſo iudicio inauditam patientiam oſtendens*, dum ſcilicet falſis teſtimoniis afficeretur. *Quæ* patientia non minus quàm ſigna *potuiſſent eos attrahere* in Deitatis cognitionem.

Superat equidem humanam naturam virtus hominis inter calumnias obticens. *Ieſus autem tacebat.* Silentium equidem mihi reddit dulcedinem Deitatis. Paſchaſius lib. 12. in Matth. *Fortior erat in Ieſu virtus, quam humana natura ſe habeat. Ideo poterat non ſolùm admirari Pilatus, verùm etiam vehementer, quòd taceret ſine vlla defenſione ſua, cùm poſſet ſe, ſi vellet, in iudicio defendere.* O Hieronyme, non ſolùm tacens, ſed & clamans interritus, & plures iniurias ſubeundi cupidus: *Gratias ago Deo meo, quia dignus ſum habitus, vt odiat me mundus, maledicum eſſe garriens.* Alibi plura. 22. *Si Chriſtus tacens inter calumnias Deus oſtentatur: quid loquens ad aſſſecutionem gratiarum?* Matth. 27. Paſchaſ.

OBSERVAT. V.

Ad illa verba:

Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum.

Vitæ Hieronymi integritas oſtentat eius interni luminis fulgorem, quem tenebras eſſe proclamantes æmuli, Diuum innocentiſſimum diriori vulnere afficiunt.

Acrius enim ex acceptis iniuriis vulneratur innocentia, quàm iniquitas.

D. Anſelmus lucernam ſanctitudinis perfectionem, candelabrum autem vitæ innocentiam, nempe modeſtiam, caſtitatem, temperantiam expoſuit. Lux fulgentiſſima Diui oculos illuminat aſpicientium; quam tamen æmuli inuidia affecti eſſe tenebras affirmarunt. Rogo, an Hieronymus nimium fuerit huiuſmodi inuidia vulneratus? Reor vehementiſſimè hac preſſum fuiſſe tribulatione Doctorem; durius enim percutitur à calumniis innocentia, quàm ab opprobriis ſolet iniquitas vulnerari. 23. Anſelm.

Fatur Arnobius lib. 4 aduerſ. Gent. *Maioris contumeliæ res eſt, falſis quempiam notare, atque inſigniri criminibus, quàm vera ingerere, atque obiectare delicta. Quod enim ſis dici, & quod eſſe te ſentias, morſum habet minorem teſtimonio tacitæ recognitionis infractum. Illud verò acerbiſſimè vulnerat, quod inurit innoxios, & quod decus nominis, atque exiſtimationis infamat.* O Hieronymi ineffabilem gloriam! vas ipſius ſanctitatis (vt Laurentius Iuſtin. aiebat,) te exiſtere perfectiſſimis actionibus oſtentabas, & à calumniatoribus vti ſal infatuatum conculcandus abiiceris. 24. *Maioris eſt contumelia, falſis quempiam notare, quàm vera carpere.* Arnob. *Vulnerauit Hieronymũ, quod inurit innoxios.*

cetis. Illud te acerbiſſimè vulnerauit, quod inurit innoxios.

25. *Manſuetiſſimum Dauidem patientia Hieronymus vicit, quia querelas minimè excitauit.* 1.Reg.24.

Miror patientiam tuam, quòd ſufferas: ſed ampliùs me in admirationem rapit, quòd non conquceraris. Patientiſſimus erat Dauid, de quo ipſe proclamat, *Memento Domine, Dauid, & omnis manſuetudinis eius.* Iniuria innocens afficitur à Saule, & ad Dei tribunal ſiſtitur iudicium inclamans. Poſtquam in ſpelunca potuit Dauid hoſtem infenſiſſimum lethaliter vulnerare, & perſecutori pepercit, profatur: *Cùm præſcinderem ſummitatem chlamydis tuæ, nolui extendere manū meam in te. Animaduerte, & vide, quia non eſt in manu mea malum, neque iniquitas. Tu autem inſidiaris animæ meæ, vt auferas eam. Iudicet Dominus inter me, & te: & vlciſcatur Dominus me & te,* 1. Reg.24. Omnis ne manſuetudo Dauid potuit aduerſum Saulem exaſperari? Quid mirum, ſi vidit innocentiæ manuum puritatem. Nam qui dum innocens exiſtit calumniis, inſidiiſque agitur, quantumuis ſit manſuetus, mirum eſſet ſi non ferretur in querelas. D. Baſilius Seleuc.

Baſil Sel.

orat.16. *Qui ſollicitè ab eo, quem nō rarò ſeruauit, ad necem circumuenitur: beneficentiæ ſuæ, ſeu innocentiæ recordatione attonitus, quòd per eam in arma concitarit aduerſarium, intolerabilis doloris morſu ſauciatur. Ita Dauid aduerſis vndequaque ingruētibus, obruebatur.* Vnde quaſi vix poſſet ſpiritum attrahere conclamabat ex impetu: *Iudicet Dominus inter me, & te,* &c. Fortiorem planè tanti Regis venia, Hieronymum recognoſco, qui conſcius innocentiæ, iniuriam reputat beneficium, dum exclamat, *Gratias Deo, quia dignus habitus ſum, vt odiat me mundus.*

Observat. VI.

Ad illa verba:

Nec accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum.

Præfulget Hieronymi caſtitas ineffabilis, ſed poſt pugnas horribiles.

Edocemur, virginitatis, aut caſtimoniæ decus poſt multas victorias comparari debere.

26. Chryſoſt.

D. Chryſoſtomus myſticè aſſerit modium eſſe mundiales homines luce caſtitatis, ſeu puritatis vacuis: candelabrum autem iuſtos eſſe plenos lucis huius candore.

27. *Hieronymus fuit Martyr ex pugnis pro caſtitate ac virginitate tuenda ſuſceptis.* Laurent. Iuſtin.

D. Hieronymus puriſſimus extitit caſtitatis verbo & opere propugnator. Num lux illa repentè fuerit in Doctoris animo accenſa? Adnata ne Hieronymo? Porrò priuſquam in candelabro apponeretur à cunctis aſpectanda, tentaminum fuit flatibus affecta. Audi Laurentium Iuſt. ſerm. de D. Hieron. *Nempe ſine ſanguinis effuſione glorioſum Martyrij triumphum obtinuit. Quod enim carnificis mucrone non pertulit, hoc in ſe ipſo caſtitatis amore compleuit. O quoties ego, inquit, in eremo conſtitutus, & in illa vaſta ſolitudine, quæ horridum Monachis præſtat habitaculum, Romanis me putabam intereſſe delitiis, ſedebam ſolus, qui amaritudine plenus eram. Horrebant ſacco membra, deformis & ſqualida cutis ſitum AEthiopica carnis obduxerat. Quotidie lacrymæ, quotidie gemitus,* &c. *Vides ne, quanta animi ſoliditate viriliter pugnauerit contra ſe? Dum enim contra ſe factus eſt crudelis, & rigidus, ſuimet factus eſt triumphator egregius. Virgo fuit,* &c. addit Carthuſianus ſerm.2.

Et quónam modo caſtitatis propoſitum poſſet ſine horribili pugna ſubſiſtere? Sponſa puriſſima audiuit, *Odor veſtimentorum tuorum ſuper omnia aromata. Odor veſtimentorum tuorum ſicut odor Libani,* Cant.4. Vbi Ambroſ. lib. 1. de Virg. *Vide, quem nobis tribuit virgo proceſſum. Primus odor tuus ſuper omnia aromata, quæ in Saluatoris miſſa ſunt ſepulturam, & emortuos corporis motus, membrorúmque redolet obiiſſe delitias. Secundus odor tuus ſicut odor Libani Dominici corporis integritatem virgineæ florem caſtitatis exhalat.* Igitur non exhalat caſtitatis integerrimæ fragrantiam, donec corpus mortificationis actionibus cum Domino commoriatur, ſpirituíque imperitanti cedat. 28. *Præcedit neceſſariò mortificatio, vt acquiratur caſtitatis decus.* Cant.4. Ambroſ.

Pſalm.44. titulus, *Vincenti pro liliis,* iuxta Aquilæ verſionem. Poſt mille victorias lilium pulcherrimum caſtitatis exſurgit. Paſchaſius hic. *Multa dilectiſſimæ, fortiter fertis, quia ſurſum, vbi Chriſtus eſt, radicem fixiſtis. Sectamini virtutes Chriſti, vt vireant florida, augeantúrque lilia caſtitatis.* Ergo ad caſtitatis virorem multæ fortiter pugnæ ferendæ obiiciuntur. 29. *Victorum eſt puritas caſtitatis.* Pſalm.44. Paſchaſ.

In conuiuio Ioſeph *maior pars ceſſit Beniamin, ita vt quinque partibus excederet,* Gen.43. Vnde nam honor hic Beniamino? Reſpondet Ambroſius *lib. de Ioſeph, cap.* 10. Ex caſtimoniæ puritate. *Ideo in conuiuio pars eius quintupliciter maior effecta eſt, quod deberet ſuperioribus anteferri militia corporis, & gratia caſtitatis.* Audiſtis ne Beniaminum aduersùs hoſtes validè depugnaſſe? Minimè, ſed qui viſus erat præcellens caſtitate, neceſſariò debebat & militia præcedere. Caſtitas enim minimè acquiritur, niſi prius corpus ad dira certamina afferatur. Poſt mille ergo victorias, Hieronymus fulgentiſſimus caſtitatis iubar exſurgit. 30. *In quo rutilat puritas caſtitatis, neceſſariò robur emicat militaris.* Gen.43. Ambroſ.

Observat. VII.

Ad illa verba:

Vt luceat omnibus, qui in domo ſunt.

Hieronymus fulgentiſſimus ex communi plauſu, ex miraculis, ex Religionis incrementis, quia mirum in modum Chriſtum patientem imitatur.

Aſſero homines ex infamia iniuſtè illata, ſed patienter tolerata, mirum in modum à Domino honorari.

Anſelmus pro *domo* poſuit *Eccleſiam,* vel *Mundum.* Euangelici Doctoris fax toti Eccleſiæ, toti mundo ſuccenditur. Porrò ex Patrum mente particula, *vt luceat omnibus,* tam pertinet ad diſcipulorum, aut auditorum illuſtrationē, quàm ad ipſius Magiſtri gloriā, & elogium; lucet enim glorioſè emicat, fulgurat, dū proximis illuminādis ſtudium profert. 31. Anſelm.

Ineffabi

Ineffabilis honor Hieronymi ex ineffabili patientia, qua pertulit calumnias.

32\. Ineffabilem prorſus exiſtimo Hieronymi fulgorē, nullus non luminare maius eum profitetur, cùm videat totum orbem terrarum in Doctoris conſpectu prouolui, nullámque ætatem, ſexum nullum, aut ſtatum de tanti viri laudibus conticeſcere. Certè contemplatus ſum non ſemel tanti honoris faſtigium ex iniuriarum, ex perſecutionum, ex infamiæ, ac patientiæ merito Hieronymum tenuiſſe. Extra ciuitatem vir ſanctiſſimus deturbatur, iacet apud Bethlehemum ſolitarius, in deſerto vti leproſus ſterquilinio prouoluitur. Confluunt ad ipſum Reges, Eccleſiæ Proceres eius gloriam proclamant, Religioſi Diſcipuli ab eo Regulam accipiunt tantæ perfectionis epilogum, Hieronymi Religio toto orbe terrarum glorioſa conſurgit. An non cuncta debentur illi ex Roma tunc infami ablegatione? Teſtor Iobum patientiſſimū. Extra ciuitatem ſedebat vir lepra infectus, & tunc amici eius Principes *ſederunt cum eo*, cap. 2. Et cur non deſpiciunt eum, quem ciues repulere? Hæc patientiæ vis tunc honorari à cunctis, cum ab inuidis homo repellitur. Extra vrbem coniacet Hieronymus quaſi leproſus, tot falſis criminibus ei impoſitis, (de quo Marianus Victor.) in deſerto abſconditur; ſed inibi à Proceribus Eccleſiæ quæritatur, & honore afficitur. Origenes de Iob, *Quàm diu venirent illi Principes, ille foris erat in murana in ſtrata, euidenter oſtendens paſſionem ſuam.* Oſtendebat paſſionem, quia honor ille, quo à concurrentibus Principibus afficiebatur, fructus erat patientiæ.

Iob 2.
Marian. Victor.
Origen.

Cùm è Roma egreditur, honorabilis à cunctis iudicatur.
Marian. Victor.

33\. Verùm vel cùm è Roma egreditur, à cunctis honorabilis iudicatur. Neque enim ceſſit, vt leproſus ex vrbe; ſed ne inuidi ex eius præſentia ditiori lepra inficerētur. Audiendus Marianus Victor. *Cùm Roma Hieronymus omnium ore dignus Summo Pontificatu acclamaretur, Clerici, (ô mortalium vita ſemper incerta!) in quorum vitia ille ſemper inuectus fuerat, & laici, quos ſæpe reprehenderat, & quod durius illis videbatur exemplo ſanctioris vitæ & offuſcabat quotidie, & viliores reddebat, Hieronymi famæ detrahere cœperunt: rapta occaſione, quod nobiles, ac diuites matronas lucri, & amoris inhoneſti cauſa ſanctioris vitæ prætextu deceperat, & Ieroſolymam explendæ libidinis cauſa ducebat. Subornatus eſt, quo faciliùs res crederetur, quiſpiam, qui ſe neſcio quid inhoneſti de Sancto cum Paula vel vidiſſe, vel audiſſe aſſereret. Eóque factū proceſſit, vt vilis ille homuncio captus, quæſtionibus ſuper ea re examinandus ſubiiceretur. Negauit ille quod priùs dixerat: atque hoc modo viri ſancti fama incolumis perſeuerauit.* Attamen, (vti addit Carthuſianus,) *impiiſſimis illis compatiens,* (ne ſcilicet eius præſentia eos ad vberiorem excitaret malitiam,) ceſſit ex vrbe. An infami exilio? Certè auguſto patientiæ triumpho.

Carth.

Ex vrbe Hieronymus egreditur, quaſi humeris latus ad triumphum, non eiectus, ad infamiam.
Ion. 1.
Remig.

34\. Obiicite in Hieronymi exilio Ionam è naui ablegatum, de quo textus, *Et tulerunt Ionam, & miſerunt in mare*, cap. 1. Premo particulam, *tulerunt*. Porrò ex vi ſignificationis Hebraïcæ ferre idem eſt ac honorificè deportare. Ergo Ionas, cùm dignus ſubmerſione adiudicatur, deportatur à nautis? Pulchrè D. Remigius, *Tulerunt, id eſt, quaſi quodam cum honore, & obſequio portantes, non præcipitantes miſerunt in mare.* Ac ſi diceret, ipſi nequiſſimi, cùm curant eum ex naui deturbari, profitentur honore digniſſimum. Ergo relegatio illa honoris eſt, non infamiæ documentum. Extractio Hieronymi ex vrbe mihi credite portatio eſt, ſiue triumphi vehiculum, non præcipitatio. Ipſe, inſtar Ionæ, cupiit in pelagus exturbari, vt tempeſtatis vis deferueſceret.

Iam verò quanto honore dignus Hieronymus Iob patientiæ ſtipatus corona apud deſerti volutabrum? *D. Auguſtinus miſit ad Hieronymū per Cyprianum Diaconum & alios, epiſtolas multas:* (loquor cum Mario Victorio,) *vehementérque dolebat, ſe eò, ad diſcendum, peruenire non poſſe. At non ſolùm Auguſtinus, ſed totus terrarum orbis ſenem venerabatur. Seuerus Sulpitius propterea eum inuiſit, & ſex menſibus cum eo manſit: manſiſſetque* (ipſe ait,) *perpetuò ſi potuiſſet. Epiſtolæ ad eum plenæ arduis difficultatibus & quæſtionibus ex vniuerſis Regionibus, & Prouinciis mittebantur, vt eas diſſolueret, & extricaret.* Quid plura? *Tantum eius eruditionis fama, & ſanctitatis celebritas vniuerſum terrarum orbem complexa fuerat, vt vndique ad eum tanquam ad Romanam quandam Curiam in Bethleem innumeri proficiſcerentur, & circumcurſarent.* Quid quòd Religioſorum exercitus ex Hieronymi patientia illuſtriſſimus excitatur, cuius fulgorem præclariſſimum ex ſapientia, ex ſanctitate, ex accuratiſſima ſanctionum obſeruatione, ex dulciſſimo cœlicolis continuo cantu, ex prædicatione egregia, ex Regum circa inſtitutum æſtimatione ſolus poterit Parens Hieronymus ſua ineffabili eruditione præconiis celebrare. *Et ſi multos,* (addit ille,) *in Eccleſia præſtantiſſimos, ac doctiſſimos viros habuerimus, neminem tamen, qui tot & tanta in omni doctrinarum genere ſeminarit. Quòd ſi in aliqua re ab aliquo vincatur, ſemper tamen & ſuperſunt alia, in quibus ipſis præſtet Hieronymus, & victor abſcedat.* Plura Auctor. Porrò *Auguſtinus, qui Doctorem Ioanni Baptiſtæ comparat, fatetur in ſe nec eſſe, nec poſſe quidem vnquam tantum ſcientiæ diuinarum Scripturarum, quantum in Hieronymo eſſe videbat.* 35.

Actus iniuriis Hieronymus, à cunctis honoratur, Religionem illuſtriſſimā inſtituit.
Marius Victor.
Auguſt.

De miraculis præclariſſimis quid licebit attexere? Nonnulla memorat Carthuſianus ſer. 2. *In vita eius fuit mirabile, quòd leo ſpina læſus in pede acceſſit ad Hieronymum, qui ſpinam extraxit; quo facto leo manſit in Cœnobio, eidem deſeruiens, pergénſque cum aſino, & eum non lædens. Teſte Euſebio, in die ſepulturæ eius quidam à natiuitate cæcus corpus tangendo viſum adeptus eſt. Alius iuuenis ſurdus, & mutus ſanctiſſimum Hieronymi corpus deoſculans, loquelam obtinuit, & auditum. Hæreticus quidam, dicens corpus Hieronymi dignum eſſe incendio, repentè igne cœlitus veniente, vſque ad cineres eſt combuſtus. Quo viſo multi hæretici fideles effecti ſunt.* Addit appoſitè, *Alia valdè magnifica de Hieronymo leguntur, in quo excellentiæ correſpondebant excellentiæ vitæ* laboribus quidem exactæ. 36.

Fulgor miraculorum Hieronymi.
Carth.

Hieronymus iuſtè cum Domino, cuius patientiam fuerat æmulatus, clamare licebit: *Ego flos campi*, Cant. 2. Cur ſeſe Dominus non horti, ſed campi flori comparauit? Reſpondet Ambroſius, *Campus à feris calcatus & paſtus quibuſcumque ſiccitatibus agri omne illud, quod alitur, in florem quadam virtute genitali ex ſeſe, atque in ſe ſucci ſemper manentis animatur.* At hortos florere faciunt culturæ, & cuſtodiæ: illorúmque flores leuis aura perdit. Hieronymus flos campi qui è temporis iniuriis, ex animalium conculcatione, ex ardoribus Solis, ex ventorum rabie, ex peſtilenti teſtimoniorum mendacium aura tam pulcher exſurgit, verè Dominici floris æmulator. 37.

Hieronymus æmulator Chriſti campi flos iniuriis creſcens.
Cant. 2.
Ambroſ.

PARS QVARTA.

BRVNO.

PARAPHRASIM, AC COMMENTARIOS literales ad caput duodecimum Lucæ perquire hîc lib.12. Part.1.

PROLVSIO.

EX mente Theophylacti lucernis ardentibus deſignantur viri contemplationi addicti, quos quidem Dominus non in candelabro Eccleſiæ proximos doctrina illuminaturos ſtatuis, ſed quaſi ſub ſignaculo propriæ ſaluti ſolummodo ſtudentes claudit. *Hæc dicit,* (aiebat Dominus,) *qui habet ſeptem ſtellas in manu ſua*, Apoc. 1. In manu planè clauſa, vt ſoli illuceſcant Conditori. Porrò ſtellæ hæ ſeptem beatiſſimus Bruno Carthuſianæ familiæ Parens, ſéxque primi clariſſimi ſocij appoſitè exponuntur, ſi Hugonis Epiſcopi viſionem reuoces ad memoriam. *Hic autem ſanctus Epiſcopus*, (authore Franciſco de Puteo Priore Carth.) *mirabilem quandam viſionem habuerat. Videbatur enim ſibi, quòd in deſerto quodam loco Carthuſia vocato, in ſuo Epiſcopatu, ædificaret ſibi Chriſtus ingens quoddam Palatium. Vidit etiam ſeptem ſtellas aureo præditas colore, quæ ſe inuicem coniungentes coronam quandam efficiebant, paulatímque ex ipſa terra in cœlum aſſurgebant, & eleuabantur. Manè ergo facto, acceſſit beatus Bruno cum ſex ſocijs ſuis ad Epiſcopum*, &c. Comprimit Dominus Carthuſienſis Ordinis fulgorem intra clauſtra, Monachóſque ſtellas fulgentiſſimas abſtractiſſimo à ſæculo loco quaſi ſub ſignaculo recondi, vt contemplationis ætheri luceant. Attamen illa ipſa recluſio Eccleſiæ totius præclariſſima eſt illuminatio.

SECIO IV.

Lucernæ ardentes.

TEXTVS.

VERS. 35. SInt lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. 36. Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertetur à nuptiis: vt cùm venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei, *&c.*

IN BRVNONEM

PANEGYRICVS MORALIS QVARTVS CIRCA LITERAM.

EX LVCERNIS ARDENTIBVS.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Bruno lucerna eſt ardens quidem, ſed minimè lucens proximis.

Vitæ contemplatiuæ gloriam recluſam ſub ſignaculo obiicio. Vbi innuo, eremo addictos haud debere cum proximis conuerſari.

1. Vos eſtis ô Apoſtoli, lux mundi, per quos (ex Anſelmi mente) Eccleſia eſt illuminanda. De Præcurſore dicitur, *Erat lucerna ardens & lucens.* Sibi ardebat charitatis flamma, & proximis lucebat prædicationis ſpargens fulgorem iam Dominus, *Et lucernæ ardentes.* O Bruno lucerna quidem ardens! Cur non dixit: *& lucernæ ardentes, & lucentes?* Quia ſerui vigiles expectantes Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptiis intra clauſtra domus, ſpiritum præferunt in operibus, & vitæ inſtitutione ardentem quidem, non lucentem; quia propriæ perfectioni vacantes, proximorum acquiſitioni non ſtudent.

Bruno ſibi vacat.

2. Ad memoriam adfero reuelationem illam factam Hugoni Epiſcopo. *Hugo Epiſcopus* (ait Franciſcus de Puteo Carthuſ.) *nocte mirabilem quandam viſionem habuerat. Videbatur ſibi, quòd in deſerto quodam loco Carthuſia vocato ædificaret ſibi Chriſtus ingens quoddã Palatium. Vidit etiam ſtellas ſeptem aureo præditas colore, quæ ſe inuicem coniungentes coronam quandam efficiebant, paulatimque ex ipſo Palatio in cælum aſſurgebant, & eleuabantur.* Preme particulas, *Ingens quoddam Palatium: ſtellas ſeptem: ex ipſo Palatio in cælum.* In Palatio, ſeu Monaſterio Carthuſiæ ſtellæ, id eſt, Bruno, eiuſque Monachi recluduntur. Vbi ardent, dum propriæ ſtudent perfectioni. Ex illoque Palatio recta via ad cœlum eleuantur, non ad terrarum orbem illuminandum immittuntur. Apoſtoli lucernæ ardentes, & lucentes: Bruno autem & Carthuſienſes Diui lucernæ ardentes in manibus, ſiue in operibus propriæ perfectioni dicatis. Ideo ſub metaphora ſeruorum in Palatio regio recluſorum vigilantium quidem exprimuntur; *vt cùm venerit Dominus, & pulſauerit ianuam, confeſtim aperiant ei.*

Ordo Carthuſianorum ſtellas clauſit in Palatio: vbi ſerui expectãt, vt aperiant Domino pulſanti.
Puteo.
Carthuſienſes è cella ad cœlũ recta via non diuagantur per orbem terrarum.

3. Fatur Iob, Deus *præcipit Soli, & non oritur: & ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo*, cap.9. Profectò Brunonis, & ſociorum ſpiritus Sol eſt non ſolùm ardens, ſed fulgentiſſimus. Attamen Deus Soli huic *præcipit, & non egreditur.* Quia ſcilicet comprimit intra Clauſtra Palatij Carthuſiæ fulgorem Solis, ne ad proximos egrediatur; ne tanta Carthuſianorum doctrina progredientibus Doctoribus effundatur. Itaque ſtellas ſeptem, progeniémque ſtelliferam Dominus *quaſi ſub ſignaculo* intra Carthuſiæ palatium recluſit, ne errent luciferæ, ſed ardeant in ſolitudinis firmamento.

Præcipit Deus Soli Carthuſienſi ſpiritus, ne oriatur: & Monachos claudit ſtellas, vt ſibi ardeant.
Iob.9.

4. Do perpulchram D. Ioannis Damaſceni ſententiam de creatione Solis. *In principio*, ait Moſes, *creauit Deus cælum, & terram*, Gen.1. Requiris, an primo illo die Sol fuerit formatus? *Prima* (Doctor reſpondet) *die Deus in cælo finxit corpus ſolare ſine luce, ſine motu quietum & ſtabile.* Primus dies ſtatus Eccleſiæ appellandus Ordo Carthuſianorum, ad quem ex cunctis Religionibus datur acceſſus venia petita, nec obtenta (ſpecialia Ordinum priuilegia circa hoc ſtatutum ſubriceo.) In hac die Sol tibi ſit Ordinis Carthuſienſis ſpiritus igne quidem interno præditus, ſed non externa luce ornatus. Quia videlicet formatus à Domino ſine motu quietum, intra Clauſtra recluſum.

Bruno ac illius Monachi Sol ſine luce, & ſine motu.
Gen.1.
Damaſc.

5. Adiiciatur Soli Carthuſiani ſpiritus lux, mox faciet tranſitum à vita contemplatiua ad actiuam ſoluto Ordinis inſtituto. Tunc erit Ordo lucerna ardens, & lucens ad Apoſtolorum miniſteria, ad Mendicantium Ordinum officium. Aſſerunt Patres quarta die ſolare illud corpus lumine fuiſſe donatum. Id ſignificatur, dum Moſes ait, *Dixitque Deus: Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem, ac noctem. Fecitque Deus duo luminaria magna, luminare maius, vt præeſſet diei*, &c. Geneſ.1. Sol ergo, qui factus fuerat ſine luce, & ſine motu prima die: vt fuit luce donatus, ex ſignaculo egreditur, ad diei gubernationem currit, ad mortalium vitam gerendam exponitur. Damaſcenus bellè, *Verùm Deus quarta die acceptam lucem corpori infudit ſolari. Et ſtatim ab accepta luce ſe ſe in orbe cœpit rotare, pernicique curſu omnes mundiales plagas illuminaturus euolauit.* Cùm interno ardore Monachus propriæ ſaluti vacat, propriæ perfectioni ſtudet, ſine motu perſiſtit in Clauſtris, cellæ ſuauiſſimo carceri addicitur. Lucendi ſpiritu donatur, mox ad Apoſtolicum inſtitutum iuuandi proximi cum Mendicantibus Ordinibus proficiſcitur. Tota ergo gloria Carthuſienſis Ordinis ſit ardere apud ineffabile cellæ ſilentium. Corpus ſolare ſit, ſed ſine motu, ſtabile, & quietum.

Si luceret Sol Carthuſiæ, ſi egrederetur: eius inſtitutum ſolueretur omnino.
Gen.1.
Damaſc.

6. An Brunonis lucerna fulgore priuatur? Minimè. Mox poſt conuerſionem ſex ſocios viros doctiſſimos propoſiti ſui verbis lucentibus adduxit ad gremium. Petrus Blome Prior

Bruno etiã luce donatus eſt ad alios

rum illuminationē, ſed inſtituit occludere: vt ſoli propria vacaret perfectioni. Petrus Blome.

Carthuſ. ait, *Suum inſtitutum, & animum communicauit quibuſdam amicis ſuis, videlicet Landuino Doctori Pariēſi: Stephano Canonicis Pariſienſibus vni & alteri. Hugoni Sacerdoti, & duobus laicis Andreæ, & Guarino. His ſex amicis ſuis inſtitutum ſuum aperuit, & ſalutarem quendam ſermonem atque exhortationem apud eos pronunciauit.* Denique Sol Bruno ſex amicos fecit ſtellas fulgore præſtantes. Igitur haud lucis defectu Bruno recluditur, & quieſcit: ſed inſtituti præſcriptione requie potitur, vt ſine motu poſſit recludendo lucem, illuminare.

7\. *Bruno, & Carthuſienſes ſtando pugnant, & vincunt, cū reclusioni ſtudent, & ſilentio. u e per rimulas prolabente.* Ioſ. 10.

Audiſti ſolem ſtetiſſe aliquando, vt Ioſue milites & fulgore, & victoria donaret? *Sol, contra Gabaon ne mouearis*, &c. *Steterúntque Sol, & Luna*, Ioſ. 10. Glorioſius Sol triumphum egit dum ſtaret, quàm dum pergeret ad occaſum. Sol Brunonis *ſine motu quietus, & ſtabilis*, eo ipſo quòd lucere non curat, ſed recludere ſtudet fulgorem, mille quotidie ſtabilis perficit victorias. Mitto volumina Carthuſianorum doctiſſima, non memoro ipſius Brunonis ſcripta ſalutaria, piiſſima monita tot quotidie ad virtutis gremium adducentia. Solummodo intueor virorum examina ad Monaſteria vndique auolantia. Certè Sol Brunonis ſpiritus ſtat, reprimit lucem, ne egrediatur: ſed per rimulas fulgor agnoſcitur, & tenebræ innumerabilium hominum ablegantur.

Observat. II.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Brunonis miram ſanctitatem recognoſco, quia ex ignis, ac damnationis æternæ ſtudioſa meditatione ſeculum dereliquit.

Aſſero aſpera quæque ſufferre poſſe, qui continuò aut mortis, aut iudicij, aut gehennæ horrorem aſpectat.

8\. *Carthuſianæ familiæ aſperitatē, in qua perſtitit à principio, commendo.*

LVcernas ardentes, ſiue flagrantes faces præmonet Dominus ſuos vigiles ſeruos præferre, vt nouiſſimorum omnium terrorem obiiceret. Iudicium, auctore Gregorio, hac in parabola præſentatur, incertum mortis tempus ex metaphora latronis exprimitur, facium autem ſuccenſione æternā gehennæ flamma exponitur, vt ſcilicet pulſanti ſponſo ſine vlla cunctatione aperiant.

9\. *Bruno iter inſtituit, igne gehennæ territus obiectione. Ideo feſtinā ter cucurrit, nec defecit.* Puteo. Iob 13.

Quàm ſolicitus Bruno ad obſequium, quàm feſtinans ad brauium, cuius in manibus Deus gehennalis flammæ perpetuam meditationem ab ipſa itineris aſperrimi inſtitutione appoſuit. Ex Franciſco de Puteo Carthuſ. Priore exaudi. Lutetiæ vir literatiſſimus obiit, Pariſienſis Vniuerſitas adeſt iuſta ſoluere, Clerico recitante, *Reſponde mihi, quantas habeo iniquitates*, Iob 13. *erexit ſe in ipſo feretro*, qui mortuus ſepulturæ tradendus erat, atque horribili voce dixit: Iuſto Dei iudicio accuſatus ſum. Doctores exterriti ſequenti die ad inhumatum rediere cadauer. *Surrexit etiam mortuus eodem tempore, & aliam horribiliorem vocem protulit, dicens: Iuſto Dei iudicio iudicatus ſum.* Decernitur vſque ad diem tertium mora. *Conuocatis itaque omnibus Doctoribus die tertia, tertiam omnes longè horribiliorē vocem audierunt: Iuſto Dei iudicio condemnatus ſum.* Confitenti ergo ſe affectum damnatione aſini ſepultura, (quæ Regi Ioachim *Ierem. 22.*) adſcribitur. *Interfuerat Doctor quidam Pariſienſis iure in vtroque, qui vocabatur Bruno, natione Germanus, ex ciuitate Agrippina, quæ nunc Colonia nuncupatur. Erat ex claro genere, atque parentibus locupletiſſimus, Canonicus Rhemenſis. Hic igitur diuinitus monitus viſa re tam horribili, & ſtupenda, quòd ſcilicet condemnatus eſſet quem ipſe cum reliquis Doctoribus Pariſienſibus ſanctum eſſe arbitrabatur, decreuit exemplo Baptiſtæ, Antonij Honofrij, Hilarionis, in ſolitudinem concedere, atque ibi aſperam vitam ducere.*

Aſperrima à Brunone Religio inſtituitur, 10.
perpetuo cilitio quæ pungatur, à carnibus quæ vel ægrotans abſtineat, duro decubet lecto non tam ſomno, quàm membrorum defeſſioni præparato, ſilentio labia infrænet vel à familiaribus colloquiis abſtinendo, longum vale ſeculo dicat. Et quónam modo Bruno poſſet tanta vitæ aſperitate affici, niſi æterni ignis faces continuò menti, ac oculis præſentaret? Curauit Deus Hebræos penitus ab Ægypto abducere, & annis quadraginta apud deſerta continuo ieiunio commorari. Vt autem efficaciùs afficerentur ad ardua quæque ſuperanda, nec ſtuderent delicias, quibus renunciauerant, ſecularibus rurſum inire, ignea columna eos duci diſpoſuit. *Dominus autem præcedebat eos per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis*, Exod. 13. Vbi D. Zeno myſticè columnam ignis gehennæ ignis terrorem expoſuit: *In columna ignis, vt moneret arſurum.* Cur inferni ignis fax ardens Hebræis obiicitur? Profectò difficile poterant deſerti aſperrimum inſtitutum perſeueranter tenere & inedia preſſi, & frigore, & calore affecti, niſi obiectione continua æterni ignis munirentur. Hæc Brunonem fax ardens fecit in deſerto Carthuſiæ conſiſtere tanta vitæ preſſum aſperitate.

Vitam aſperam in Carthuſiæ deſerto degunt Monachi æternū ignē meditantes.

Exod. 13. *Hebræos ſic igne, æterno obiecto curat Deus in deſerti aſperitate perſiſtere.*

Zeno.

Perfectè ab Ægypto diuiditur iudicij & 11.
gehennæ Bruno memor. Poſtquam Abraham diuiſerat animantia ad ſacrificium, *cùm occubuiſſet Sol, facta eſt caligo tenebroſa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis tranſiens inter diuiſiones illas*, Geneſ. 15. Vbi D. Bruno ſuo ſeruit elogio profatus, *Solis occaſus, qui finis eſt diei, huius ſeculi finem ſignificat; caligo tenebroſa ipſa, de qua dicitur, quia Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum: ſiue etiam tenebræ, quas in inferno patientur iniqui. Benè autem ignis inter diuiſiones tranſiſſe dicitur.* Quare? Quia perfecta diuiſio ſpiritualiter non fit, niſi ex mortis, iudicij, ac gehennæ obiectione. Diuiſus Bruno à ſeculo adeò, vt nihil in ipſo ſeculare remanſerit. Parum dixi, ita Carthuſienſes à ſeculo diuiſos contemplatus fuerim, vt non viuant in ipſo, ſed inſtar cadauerum illorum in ſepulchris cellulæ recludantur. Quónam modo ergo tam perfecta à ſeculari conſuetudine diuiſio perficeretur, niſi ignis gehennæ, mortiſque, ac Iudicij memoria inter illas

Perfectè diuiditur Bruno ab Ægypto memor ignis æterni. Gen. 15. Bruno.

illas tranſiret diuiſiones : *Benè autem ignis inter diuiſiones tranſiſſe dicitur.*

Potentiſſima dānati apparitio, ad vitæ emendationē, & aſperitatē. Luc. 16.

12. Clamabat damnatus ille ad Abrahamum, *Mitte Lazarum in domum patris mei, habeo enim quinque fratres,* &c. *Si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent*, Luc. 16. Si Lazarus ierit relaturus ſtillam aquæ diuiti miſero abnegatam, pœnitudini peccatores operam impendent? quid ſi diues ipſe vti Doctor Pariſienſis horribiliter vociferaretur: *Iuſto Dei iudicio condemnatus ſum.* Quid mirum Brunonem, Monachóſque Carthuſienſis familiæ nunquam à vitæ aſperrimæ inſtituto defeciſſe, ſi fax illa eorum menti ignis æterni conflagratione obiiciebatur? Iſidorus Clar. Orat. 12. *Nihil mihi videtur tam efficax ad auocandos animos ab iſtis caducis, quàm ignis æterni memoria.* Franciſcus à Puteo Carthuſiani ſpiritus auocationem à ſecularibus, & aſperitatis perſiſtentiam exprimens, ait: *Conſtituerunt, vt cellas quaſdam ſibi conſtruerent, in quibus diuinæ contemplationi intenderent alij ab aliis ſeparati; conſtituerunt, vt carnes nunquam comederent, & cilitium ſemper geſtarent: quod hactenus etiam ſeruant Carthuſiani, & in ſua aſperitate vitæ perſeuerant.* Quid mirum, ſi *nihil tam efficax ad auocandos animos ab iſtis caducis* (aiebat Clarius) *quam ignis æterni memoria.* Hanc equidem Bruno mentibus filiorum duplicis ſpiritus Melotem dereliquit.

Iſidor. Clar.

Puteo.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Bruno ſe, ac Carthuſianam familiam perfectiſſimam oſtendit ex mira ad contemplationem eleuatione.

Contemplationis cæleſtis elogia recenſeo.

Laudo Carthuſianæ familiæ vitam cōtemplatiuam. Maxim.

13. FAtur D. Maximus, *lucerna accenſa oratio, & meditatio eſt.* Addit Dominus, *& vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum.* Si Dominum expectabant, cur eos ſimiles *hominibus expectantibus* eſſe aſſeruit: cùm potiùs deberet affirmare, *& vos homines expectantes Dominum ſuum*? Profectò, quia ex contemplationis continuo exercitamento in Angelos erant immutati. Angeli igitur hi *ſimiles ſunt hominibus expectantibus Dominum ſuum.*

Perfectiſſimorum eſt vel ſemel ad verticem contēplationis aſcendere. Quid Bruno ſemper verticem iſtum tenens? Gen. 19.

14. Hinc collige Brunonis, familiæque Carthuſienſis gloriam, dum ſemper meditationis, aut contemplationis ad verticem auolare contendit. Certè continuum contemplationis exercitamentum perfectiſſimorum eſt. Multi Diui ſanctitudine egregij haud poſſunt contemplatiuæ vitæ verticem tenere, & ideo actiuæ exercitamentis vacare ſatagunt. Plures Marthas videris, quàm Marias. Loth ſanctiſſimus Angelis ducentibus montem ſcandebat, ignem vt fugeret ciues comminuentem. Priuſquam autem teneret collem eleuatum, ait: *Non poſſum in monte ſaluari,* &c. *Eſt ciuitas hæc iuxta, ad quam poſſum fugere, parua, & ſaluabor in ea*, Geneſ. 19. Vbi appoſitè Iſidorus, *Altitudo montium ſpeculatio, vel contemplatio eſt perfectorum. Sed quia multi illecebras mundi fugiunt, tamen in actione poſiti, contemplationis apicem ſuſpicere nequeunt, ad montana non perueniunt: ſed remanent cum Loth in ciuitate parua, id eſt, in vita actiua, quæ iuxta eſt; quia nec à mundi curis ex toto diſcreta, nec a gaudio æternæ ſalutis eſt aliena. Ad quam, inquit Loth, poſſum fugere; quia qui ad contemplationem aſcendere non ſufficiunt, ad actiuam vitam confugiunt, in qua ſaluentur.* Non omnia poſſumus omnes. Ad verticem contemplationis vel ſemel aſcendere perfectiſſimorum eſt? Porrò ita continuè apud contemplationis verticem commorari, vt nunquam ad Segor actiuæ vitæ deſcendatur, Brunonis eſt, cuius ineffabilis perfectio: Carthuſianæ familiæ eſt, cuius filij non homines, ſed Angeli *ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum.*

Iſidor.

Vita actiua cultores permittuntur habitare in ſeculo, quia homines ſancti ſunt. At contemplatiua vita deditus Brunoni nō permittitur id, ſed in cælo iubetur morari, quia Angelus. Gen 26. Lipoman.

15. Iſaaco Dominus, *Ne deſcendas in AEgyptum, ſed quieſce in terra, quam dixero tibi: eróque tecum, & benedicam tibi; tibi enim, & ſemini tuo dabo regiones has, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli*, Geneſ. 26. En Brunonis ſpiritum. Lipomanus, *Abraham, & Iacob permiſſi ſunt intrare in AEgyptum, quia per Abraham patrem multarum gentium Prælati, per Iacob laboribus deditum vitæ actiuæ ſtudioſi intelliguntur. Per Iſaac autem continentem, & domi manentem contemplatiui ſignificantur.* Cur ergo Abraham & Iacob permiſſi ſunt Ægyptum inire, non autem Iſaac? Reſpondet idem Author, *Quia Prælati & actiui ſeculi homines, per mundum bene operando diſcurrere poſſunt. Contemplatiuæ autem vitæ deditì in abſcondito vultu Dei perſiſtere, nec ſecularium conuerſationi miſceri debent.* Preme particulam, *Actiui ſeculi homines.* Certè diui, qui actiuæ vitæ ſtudent, homines appellantur, quia in ſeculo (laudabiliter vtique) commorantur. At contemplatiuæ dediti *in abſcondito Dei vultu* abſconduntur veluti ſpiritus illi ſeptem, qui adſtant Numinis hærentes tabernaculo. Diui ergo vitæ actiuæ gerentes ſtudia homines ſint expectantes Dominum ſuum, quando reuertatur. Aſt Bruno & ſocij primi ſunt ſtellæ ſeptem (vt vidimus) aut ſeptem Angeli, qui in conſpectu Domini commorantur. De quibus Tobiæ vtrique Raphaël, *Sum vnus ex ſeptem*, &c. cunctique Ordinis Carthuſienſis Monachi ſtellifera proles eleuata à ſeculo commoratur in ſuperis.

Bruno & Monachi Carthuſiani alienati à ſeculo à corporéque Angeli Deo viuentes, contemplationis mero. Gen. 27. Lipoman.

16. Haud dubium, quin actiuæ vitæ cultores Deo præſtent obſequia ſicut Martha ſollicita. At Bruno mero contemplationis inebriatus ardentiſſimo conditoris amore ſuccenditur. Acceſſit olim ad Iſaac vitæ contemplatiuæ gerentem ſimulachrum Iacob, cui ſenex: *Da mihi oſculum, fili mi: acceſſit, & oſculatus eſt eum*, Gen. 27. Profectò Iacob cibum parenti miniſtrauit, & merum obtulit hauriendum. Quónam myſterio? Lipomanus, *Poſtquam Iſaac cibum ſumpſit, Iacob obtulit ei vinum, & deinde benedictionem accepit. Per cibum vitæ opera deſignantur, per vinum verò, quod mentes alienat, contemplatiua accipitur, quæ ab amore ſeculi mentes electorum alienas facit.* Ergo vita actiua dum cibat Iſaacum

eum

cum hominem oſtẽtat cibo indigentem. Dum contemplatiuæ merum mentem alienat, eum oſtentat omnino ab humanitate recedentem, cum ſeculo nullum ſignat habere cõmercium.

17. *Bruno non inuidet vitæ actiuæ fœcunditati, tot ſtellarũ parens.* Gen 30. Auguſt.

Brunonis contemplatiuæ vitæ addicti non poſſum nõ priuilegium maximum memorare. Contemplatiua vita aſſolet ſterilitate laborare, qua actiua vita minimè afficitur. *Cernens Rachel, quòd infœcunda eſſet, inuidit ſorori ſuæ*, Gen. 30. Ad quæ Auguſtin. cont. Fauſt. *Rachel clara aſpectu videt in principio verbum apud Deum, ſed vult parere, & non poteſt; quia vacare vult ab omni negotio: & ideo ſterilis eſt. Affectando quippe otium, quo ſtudia contemplationis igneſcunt, non contemperatur infirmitati hominum, qui in variis preſſuris ſibi deſiderant ſubueniri. Sed quia & ipſa procreandi charitate inardeſcit, vult docere, quod nouit; vnde ſcriptum eſt: Inuidit Rachel ſorori ſuæ. Non quia contemplatiua inuideat actiuæ patienti, & laboranti: ſed quia dolet potiùs currere homines ad eam virtutem, qua eorum infirmitatibus, neceſſitatibúſque conſulitur; quam ad illam, vnde diuinum, & incommutabile aliquid diſcitur.* Ex quibus illa expendo: *Sed quia & ipſa procreandi charitate inardeſcit, inuidit ſorori*. Profectò Brunus haud poteſt vitæ actiuæ fœcunditati inuidere, qui tot filiis ſtipatur, qui tot fulgentiſſimas produxit ſtellas, qui non ſemel à Domino iam in Franciæ, iam in Italiæ deſertis audiuit: *Tibi, & ſemini tuo dabo regiones has, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli*, Geneſ. 26.

Gen. 26.

Observat. IV.

Ad illa verba:

Et vos ſimiles hominibus.

Bruno, cunctíque Carthuſianæ famimiliæ alumni quaſi non homines: vel ſaltem homines haud communi ægritudine preſſi, ægrotantis naturæ à cibis (carnibus ſcilicet) ineffabili conſtantia abſtinent.

Vbi innuo, ieiunium, ſeu abſtinentiam hominem oſtendere quaſi naturæ eleuatioris.

18. EX mente Cyrilli lumborum conſtrictione ſignatur promptitudo ad omnimodam corporis mortificationem, quo quidem ſtudio adeò ſerui, vigiles eleuantur, vt ab humanitate receſſiſſe appareant, & ſimiles hominibus aſſerantur, non tamen abſolutè homines vocitentur.

19. *Bruno, & Carthuſiani carnibus non veſcuntur, quia humana infirmitate quodammodo non grauabantur.*

Huc aduoco Brunonis Carthuſianæque familiæ miram aſperitatem ex cilitij perpetuo vſu, ex ſilentij profunditate, ex receſſu à conuerſatione ſeculari. At ſpecialiſſimè me rapit in admirationem illa à carnibus abſtinentia etiam ægrotantibus non quidẽ præcepto graui vrgente, ſed inuiolabili perfectionis ſtudio indicta. Sed dum contemplor Brunonem & Carthuſienſes Monachos, hominibus quidem ſimiles, vel ſpecie tenus, & verè Angelos recognoſco ei adnatam eſſe à carnibus abſtinentiam. Fatur Moſes, Deum hominibus poſt diluuium carnium vſum conceſſiſſe: *Omne*, ait, *quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum*, Gen. 9. Gen. 9.
Cur eſus carnium hominibus conceditur? Rabanus, *Eſus carnium conceſſus videtur poſt diluuium, propter hominis fragilitatem, & infœcunditatem terræ.* Raban.
Si ob fragilitatem humanam vſus carnium exſurgit, quare Brunoni, & Carthuſianis ex continuo cilitio, ſilentio, ſolitudine, reliquiſque laboribus fragilitate preſſis non conceditur? Porrò, quia hi humana fragilitate non tenentur, qui quodammodo verè homines non ſunt, ſed Angeli ſine corporis fragilitate.

Addo ex Ruperto, homini in ſtatu innocentiæ conſtituto victum herbarum & fructuum præparatum fuiſſe, carnium autem vſum ægrotanti & moribundo fuiſſe conceſſum: quemadmodum medici à communibus cibis ægrotantes iubent abſtinere. *Felici adhuc*, ait, *& infirmitatis experti homini tenuis ille victus herbarum, & fructuum ſufficiens extitit. Attamen infirmo nunc & moribundo carnium eſus conceditur.* At Brunonem dum contemplor in Clauſtris, Carthuſienſes dum in hortulis, quos in cellulis colunt, aſpicio: eos aſſero in Paradiſo innocentiæ ſtola ornatos candidiſſima. Eis ſufficiunt herbæ, & fructus quaſi innocentiæ candidatis. 20.

Bruno, & Carthuſiani non veſcuntur carnibus, quia quodãmodo in Paradiſo ſtatu felici fruentes degunt. Rupert.

Sed cur ſaltem non veſcuntur carnibus, cùm ægritudinibus vexantur, vel cùm moribundi obiiciuntur: ſi *homini infirmo, & moribundo carnium eſus conceditur*? Dixerim, Carthuſianos quaſi non verè languore teneri: fictè quodammodo ægrotare, & obire, qui ſolummodo humana ſimilitudine incedere videntur: *& vos ſimiles hominibus*. 21.

Vel moribũdo nõ conceditur eſus hic Carthuſiano, quia verè nõ moritur, quĩ homo quodãmodo nõ eſt. Rupert.

An aſpera Brunoni & ſociis huiuſmodi à carnibus abſtinentia? Certè contemplationis dulcedine ſatiatis omninò extinguitur appetitus, *Fuit* apud montem *cum Domino Moyſes quadraginta dies, & quadraginta noctes, panem non comedit, & aquam non bibit*, Exod. 34. Vbi Ambroſius lib. 3. epiſtol. 11. *Anima quæ ſemel ſuauitatem verbi guſtauerit, quæ ſemel claritatem eius viderit, nihil aliud deſiderat, Moyſes in monte poſitus quadraginta diebus cibum corporis non requirebat. Talis anima igitur corpus hoc non requirit, renunciat ſeculo, exuit omnibus voluptatum iſtarum nexibus, dicens: Suauis es Domine, & in iucunditate tua doce me iuſtificationes tuas.* O Bruno, nunquam non in monte conſiſtens, ſemper contemplationis dulcedine refectus! *Talis anima corpus hoc non requirit*, quia iam omnino ab eo ſeparata cum ſpiritibus Angelicis degit, eorúmque ſpirituali cibo ſaginatur. 22.

Facilis Brunoni & ſociis abſtinẽtia rigida hæc, quia contemplationis dulcedine reficiũtur. Exod. 34. Ambroſ.

Iam verò requires, num quod Religio Carthuſiana contemplationi addicta tam facilè præſtat, magno ſit merito adſcribendum? Ita planè. Nam quod contemplatiuis omnis eſca vileſcit, virtus egregia contemplatiui eſt. Porrò omnimoda commendatione digna eſt huiuſmodi à carnibus interminabilis abſtinentia. Hebræi poſt egreſſionem ex Ægypto vociferantur: *Quis dabit nobis ad veſcendum carnes? Iratúſque eſt furor Domini valde*, Num. 11. Ad quem locum Oleaſter, *Non putes, parum, aut nihil prodeſſe propter Deum à carnibus abſtinere. Audi enim hic, quàm ægrè tulit Deus eos,* quos 23.

Ingens meritum Brunonis, & Carthuſianæ familiæ perpetua à carnibus abſtinentia. Num. 11. Oleaſter.

quos ipſe ad tempus à carnibus priuauerat in carnes deperiiſſe. Magna vtilitas erat ad tempus Deo placere circa abſtinentiam à carnibus? Ergo abſtinere non ad tempus, ſed ſemper ab huiuſmodi Jeſu adeò, vt nec ægrotanti moribundo carnis eſus concedatur: & id non, quia Deus priuauit eos à carnibus graui præcepto, ſed quia Brunonis monitum quaſi præcepto obſtricti inuiolabiliter geſtiunt implere: ineffabilis meriti reor eſſe virtutem.

OBSERVAT. V.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus.

Brunonis ineffabilem caſtitatem illuſtro ex ipſius ſcribentis teſtimonio.

Innuens luxuriem igne tartareo ſuccendi, ſupernam lucem eſſe caſtitatem, quæ quidem fugiendo delinquendi occaſiones tuenda eſt.

24. D. Bruno ſic particulam premit Euangelicam: *Non poſſunt alij eſſe lucernæ ardentes, niſi illi, qui lumbos præcinctos habent. Niſi enim ignis inferior extinguatur, ſuperior lucere non poteſt. Inferior ignis luxuria eſt, ſuperior verò quis alius niſi gratia Spiritus ſancti? Lucernæ autem ipſi ſunt, qui niſi continentiam, & caſtitatem habuerint, non lumen & claritatem, ſed tenebras miniſtrant, & cæcitatem.* Duo Doctor affirmat, & luxuriem igneum eſſe tartareum, & caſtitatem lucem eſſe cœleſtem.

Bruno ſer. 5 de conf.

25. Quis dubitet luxuriem igne tartareo ſuccenſam? Iſaias de Synagoga profatur, *Humiliata es vſque ad inferos*, Iſai. 57. An ſuperbia cecidit? Minimè, ſed impuritate fœdata conſpicitur. Cur ergo ex impudicitia deturbatam ad inferos Propheta Synagogam aſſeruit? Quia idem prorſus luxuriæ fœdari, & igne tartareo ſuccendi. D. Hieronymus, *Humiliata es non ea humilitate, quæ in laude eſt: ſed qua Amon ſororem ſuam Thamar humiliauerat. Et reuera grandis humilitas, imò vſque ad inferos præcipitatio eſt, de luce caſtitatis in tenebras lupanaris, imò in barathrum libidinum præcipitari.*

Luxuriei ignis tartareus. Iſai. 57.

26. Ideò Dauid, *Exaltabo te, Domine, Pſallite Domino ſancti eius. Quoniam eduxiſti ab inferno animam meam*, Pſal. 29. An Dauid fuerat in tartarum exturbatus? Ita planè, cùm luxuriæ contaminatus fuit. Auguſtinus, *Quoniam eduxiſti à peccato adulterij animam meam.*

Cùm Dauid ab adulterio liberatur à luxuriæ, inferno eripitur. Pſal. 29. Auguſt.

27. At caſtitas de cœlo lux. Ollam illam ſuccenſam Ieremiæ electam dixerim impudicitiam, cui è regione oppoſita eſt vigilans virga. *Virgam vigilantem ego video*, cap. 1. Oleaſtri ex ſententia fit alluſio ad virgam Aaron amigdalinam quidem. Abulenſis autem aſſerit amigdalinam minimè extitiſſe. Quonam modo ergo amigdali flores ac fructus haud amigdalina germinauit? Quia caſtitas non ſolùm virtutes hominis inferioris parit, ſed & ſuperioris Spiritus vim exercet. Vnde Ambroſius lib. de Virg. *In cœlo patria eſt caſtitatis: hic aduena, ibi incola eſt.* Bruno à cunabilis ita præcinctus oſtenditur vinculo puritatis, vt adoleſcentibus obiecerit puritatis normam.

Caſtitas eſt lux de cœlo. Ier. 1. Oleaſt. Abul.

28. Attamen perpetua fuga vſus eſt, ad puritatis propugnationem. In ſeculo conſtitutus ſibi ad fugiendum ſolitudines ædificabat: in ſolitudinem demum ſe contulit, vbi fœmineus vultus ei dæmonis apparitio videretur. Tam abſtracti Carthuſienſes à fœminarùm aſpectatione. D. Fulgentius, *Omnis Chriſtianus præcinctos habeat lumbos, vt fugiat libidinem.* Adeò puritate nitens Bruno, vt nec cogitatione vnquam (vel inculpabiliter, vti Hieronymus) ad voluptatum illectamenta abriperetur. Illam Iobi æmulatus perfectionem: *Pepigi fœdus cum oculis meis, ne cogitarem quidem de virgine*, cap. 31. Poſt tot à Diabolo reportatas victorias, à fœmineo tremit aſpectu: vnde vel cogitationem frænare curat, ne feratur in fœminam. Chryſoſtomus hom de Ioſeph. *Quis non admiretur, videns virum hunc cum Diabolo viriliter certare, & omnes maligni machinas vincere: virginis autem faciem fugere, & à puellæ aſpectu oculos ſubducere? Diabolum accedentem non fugit; ſed quaſi leo viribus fudit. Virgine autem viſa, non ſtetit; neque moratus in contuenda pulchritudine; ſed ſtatim ſeceſſit. Cenſebat nimirum in prælio contra dæmones, virili, & audaci animo opus: in continentiæ autem preparatione victoriam concedi non ex virginis conſuetudine, ſed ſeceſſu.* Alij Diui ſecularium, vicini vident neceſſariò, ſed à cogitatione noxia curant auferri. At Bruno ad ſolitudinem fugit ne videat, & ex aſpectu ad mentem aſcendat cogitatio: *Ne cogitarem quidem de virgine.*

Vſus eſt Bruno perpetua fuga, ad puritatis protectionẽ. Quàm abſtracti Carthuſienſes à fœmineo aſpectu. Fulgent.

Iob 31.

Chryſoſt.

OBSERVAT. VI.

Ad illa verba:

Beati ſerui illi, quos cùm venerit Dominus, inuenerit vigilantes.

Ex Brunonis doctrina eiuſdem ineffabilem expendo vigilantiam.

Serò vigilat, qui diei ſui pace potitur, & non ſe in diem iudicij præparat.

29. Exponit Bruno citat. *Si ad vltimum aduentum reſpiciamus, & bonos & malos omnes vigilantes inueniet. Non enim erit tunc tempus dormiendi, ſiue boni, aut mali aliquid agendi; ſed ſolum modò timendi, & iudicium expectandi. Ergo dum tempus habemus, cum Apoſtolo operemur bonum.* Quàm hærens Diui memoriæ Iuriſprudentis illius, imprudentis plenè, ad Dei tribunal commoratio, & miſeræ damnationis exitium.

Animus ieiuniis, vigiliis cuſtodiendus. Vbi de Carthuſienſiũ clauſura.

Qui

30. Qui dum tempus habet, pace potiri curat, nec liti nouiſſimæ dat operam, repentè diuino ſiſtitur tribunali: damnandúſne? lacrymas profundens Dominus ſuper Ieroſolymam proclamat, *Si cognouiſſes & tu, & quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi*, Luc. 19. Ad quæ Paſchaſius lib. 2. in Thren. *Suam ergo diem habet anima peruerſa, quæ tranſitoriis lætatur bonis. Cui ea, quæ ſunt, ad pacem ſunt; quia dum rebus temporalibus gaudet, dum honoribus extollitur, dum in carnis voluptate reſoluitur, dum nulla formidine venturæ pœna terretur; pacem habet in die ſua, quæ graue damnationis habebit iudicium in die aliena.*

Qui liti nunc nouiſſimæ non impēdit operam, in tribunali iudicis cæleſtis damnatur.
Luc. 19.
Paſch.

31. At Bruno Dei diem habet, qui iudicij, mortis, inferni meditationi ſtudet, æternæ pace fruiturus. Vigiliis ille, ieiuniis, flagellorum vulneribus vigilans ſe præcingit Dominum expectans. *Sint lumbi veſtri præcincti*, Luc. 12. Bruno, ſic *præcinctos eſſe oportet, qui Salomonis cuſtodiunt lectum*. Gladios illi ſuper femur geſtantes obiiciuntur. Quinam gladius Brunonis? De Iudith fatur Scriptura, *In ſuperioribus domus ſuæ fecit ſibi ſecretum cubiculum, in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur: & habens ſuper lumbos ſuos cilitium, ieiunabat omnibus diebus vitæ ſuæ, præter Sabbathum, & Neomenias*, cap. 8. Brunonis cubiculum ab hominum conuerſatione abſtrahitur, ibi ſolus commoratur. Perpetuo cilicio Diui lumbi cruciantur, ieiuniis, omnibus diebus vitæ ſuæ, dat operam, tanta quidem ſtrictione, vt neque Sabbathis, aut ſolemnibus quiſque Paſchatum diebus, nec ipſo in mortis articulo abſtinentia à carnibus laxationem agnoſcat. En gladium, quo Bruno cuſtodit animū ſuum cœleſtis Salomonis lectulum. Ait Diuus, *Illi benè præcincti ſunt, qui ſuper femur ſuum gladium habent; illum videlicet quo caſtiſſima Iudith Holophernem interfecit.*

Præparatio Brunonis, vt iudici aperiat, ieiunia, verbera, &c.
Bruno.
Iudith 8.
Vicit Bruno Iuditham, & ieiunio, & ſolitudine.
Bruno.

32. *Et ſi venerit* (addit Dominus) *in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi.* Ad quæ Bruno. *Illa anima dormit, quæ negligens, & deſidioſa eſt: ille bene vigilabat, qui ait: Media nocte ſurgebam, ad confitendum tibi.* An non vigilum ſeruorum Bruno vigilantiſſimus, qui media nocte ſurgit, luciferum aſpectaturus, priuſquam diſcedit à choro?

Media nocte ſurgit Bruno vigilantiſſimus.
Bruno.

33. *Vt cùm venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei.* Animæ non aptius oſtium apertum obiiceretur, ne cogeretur Dominus pulſationi incumbere? Carthuſianæ quidem ſponſæ oſtium vult Dominus eſſe obſeratum ex clauſulæ affectu: imò nec aperiri, niſi priùs ſponſa rogitante: *Quis eſt iſte Rex gloriæ?* An Bruno, filiique Carthuſienſes Angeli, de quibus Dauid aſſerit pulſanti Domino interrogaſſe: *Quis eſt iſte Rex gloriæ?* Nyſſenus hom. 15. in Cant. *Comparat nos Dominus cum Angelis; ſiquidem vigilanter Deo paremus. Et vos, ait, ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum. Vt cùm venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei. Scilicet factis nuptiis, & in thalamum myſteriorum admiſſa iam ſponſa, expectabant Angeli reditum Regis Eccleſiæ ad naturalem beatitudinem, & gloriam.* Angeli expectantes, interrogant pulſantem Dominum: Quis eſt iſte Rex gloriæ? Bruno Angelus ita (de Carthuſienſium more) cellulæ portas clauſas habet cuilibet creaturæ, vt periculum faciat aperturus, Num ſit Deus ipſe, qui pulſat?

Bruno, Carthuſienſesque ſui Angeli ſunt ita clauſi creaturis, vt periculū faciant priuſquam aperiant oſtiū. Num pulsās ſit Rex gloriæ?
Nyſſen.

PARS QVINTA.

ROMVALDVS.

Paraphraſim, & Commentarios literales ad caput decimum nonum Matthæi perquire à Tom. 4. lib. 1. Part. 4.

PROLVSIO.

ALios ſanctiſſimos Diuos Deus promittit, ſeſſuros in Eccleſiæ firmamento: *ſedebitis & vos ſuper ſedes iudicantes*, &c. Romualdum autem non promittit ſeſſurum, ſed futurum ſedem, qua & Chriſtus & Eccleſia requieſcat. Ad ſolitudinem properantem Chriſtus eligit deliciarum ſuarum paradiſum: ad eum Pontifex, ſeu Eccleſia diris perſecutionibus agitata requie potitura diuertit. Iam videor audire, *Fiant luminaria in firmamento cæli*, Gen 1. Vbi Origenes, *ita in nobis fieri poteſt, ſi*

tamen

tamen ſtudeamus & nos vocari, & effici cœlum. Luminaria habebimus in nobis, quæ illuminent nos, ſcilicet Chriſtum, & Eccleſiam, Solem & Lunam. Chriſtus enim eſt lux mundi, & Sol iuſtitiæ: Eccleſia ſicut Luna ſuſcipit lucem à Sole Chriſto; &c. Ergo Romualdus cœlum virtutum fulgore obiicitur, ad quod ſedem ſortituri (ex Equilini Epiſcopi ſententia) Chriſtus, & Eccleſia acti perſecutionibus properarunt. Huiuſce cœli fulgorem paucis illuſtrabo.

SECTIO V.

Dominica Sedes.

TEXTVS.

VERS. 27. ECce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? 28. IESVS autem dixit illis: Amen dico vobis, quòd vos, qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cùm ſederit Filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper duodecim iudicantes duodecim Tribus Iſraël, &c.

IN ROMVALDVM

PANEGYRICVS MORALIS QVINTVS CIRCA LITERAM.

EX DOMINICA SEDE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.

Mirabilis erga Deum Romualdi dilectio oſtenditur, dum adoleſcens voluptatibus addictus, cupiebat Chriſtum in deſerto requirere, & ſequi feruentiſſimè.

Mirabile id; nihil enim adoleſcenti impudico magis adnatum, quàm vel Deitati inſidias collocare.

1. *Peccatorem eſſe deuotū, & ad res ſacras affectū, ſignum prædeſtinationis.* Interl.

AD illud: *& ſecuti ſumus te,* addit Interlinearis *Quod eſt perfectio.* Quæ quidem ſupponit hominem penitus à mundialibus receſſiſſe. Dum enim quis ſecularibus diuitiis, aut deliciis implicatur, haud poteſt nudum inſequi Saluatorem. Si ergo quis adhuc ſeculi diuitiis, & voluptatibus illigatus afficeretur deſiderio Dominum ſequendi & imitandi, nos planè in admirationem abriperet. Vnde ingenuitatē huiuſmodi viri commendaremus. Ratio eſt, quia addictus voluptatibus adoleſcens plerumque aduerſùs ipſam Deitatem inſurgit. At qui immundus cùm ſit, amat Domino ſociari, futura ſacræ dilectionis incrementa ſubindicat.

De D. Romualdo ait Epiſcopus Equilinus, *Romualdus Abbas Ordinis Camaldulenſis, adhuc adoleſcens licet carnis vitio procliuis exiſteret, tamen aliter Deo deuotus iam quaſi Eremum appetebat.* Procliuis vitio carnis appetit eremum, IESVQVE dulciſſimo amplexu frui: O futuræ perfectionis præſagium! Nihil tam adnatum impudico adoleſcenti, quàm inſidias Deitati hoſtis acerrimi collocare. 2.

2. *Bona indoles Romualdi amatoris eremi, vel cum voluptatibus indulgebat.* Equil. Epiſcop.

Venite, (inquiunt impudici) *fruamur bonis, quæ ſunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter; nullum ſit pratum, quod non pertranſeat luxuria noſtra.* Mox conſequenter adiiciunt: *Circumueniamus iuſtum, morte turpiſſima condemnemus eum,* Sap. 2. Quid cum deliciis gladio? Imò vndénam gladius ad vulnerādum Dominum, niſi ex voluptatibus? Auguſt. *Omnia horrenda, quæ timentur in ſceleratis, videte, de qua labe conſurgant. Iam dudum dicebant, fruamur bonis,* &c. *nunc dicunt: Circumueniamus iuſtum. A talibus ligatus, caſus, interfectus eſt Dominus.* 3.

3. *Impudicitia inſidias collocat Chriſto, non illum ſequitur.* Sap. 2. Auguſt.

Preme particulam, *Tanquam in iuuentute.* Vt enim acueretur ſenum ira contra Saluatorem, aptè adoleſcentum recurrit ad libidinem. Non ergo mireris, quòd *Romualdus adhuc adoleſcens, licèt carnis vitio procliuis exiſteret, iam quaſi Deo deuotus,* ſecututus Chriſtum, *eremum* appetebat? 4.

4. *Adoleſcentia impudica Chriſtū perſequitur.*

5. *Deus properat ad aſylum virginitatis, perſecutione affectus ab impudicis.* Luc.1. Cretenſ.

Angelus mittitur ad Mariam virginitate conſpicuam: *Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ ad Virginem.* Cui Cœlicola, *Aue gratia plena, Dominus tecum,* Luc.1. Quærit Andreas Cretenſis, Quónam modo inuenitur in Virgine, qui Angelum ad Virginem immiſit? & reſpondet, *Virginitas Mariæ Dei eſt tutiſſimum ad inhabitandum aſylum.* Ac ſi Deitas hoſtium timeret impugnationem. Certè & poſt diluuium ſæpè vniuerſa caro *viam corruperat.* Vnde Numen, adoleſcentiæ effrænatæ impudicitia minitante, ad locum refugij properauit, ad virginem profectus eſt fugiens impudicos adoleſcentes. Dum ergo Deus fugit vulnera impudicorum, *Romualdus adhuc adoleſcens, licèt carnis vitio procliuis exiſteret, iam quaſi Deo deuotus, eremum appetebat.* vt iam ab exordio Romualdus mirandæ futuræ perfectionis documenta præberet. Cùm videris peccatores erga res diuinas affectos, ſacro qui interſint, qui audito IESV, aut Mariæ nomine, ſoluantur in lachrymas, haud de illorum ſalute deſperes. Conuertantur ad frugem meliorem, citò ad perfectorum cœtum recipientur.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Et ſecuti ſumus te.

Romualdus ſecutus eſt Chriſtum in Camaldulenſem ſolitudinem, qua quidem Diuus tanto conſtitit affectu, vt oſtenderet, quàm à curis liberum gereret animum.

Solitudinis enim amor arguit animum omninò à ſecularibus abſtractum illectamentis.

6. CVncti Diui Saluatorem ſequuntur Apoſtoli, ac Euangelij miniſtri Chriſtum ſequantur ad vrbes properantem, ſolitudinis autem amatores, & qui propriæ ſolummodo perfectioni ſtudent, ad Eremum recedentem conſequantur.

7. *Romualdus amans Eremitica vita oſtendit perfectè ſeculo renunciaſſe.* Equil. Epiſcop.

Audi Petrum de Natal. *Cùm Romualdi pater pro quodam agro cum vno eius propinquo litigaret, & Romualdo præſente, ipſum occidiſſet. Iuuenis quaſi homicidij conſcius quadraginta diebus pœnitentiam in Claſſis Monaſterio perfecit. Poſtmodum Monaſterium Claſſis ingreſſus triennium ibi in vita ſanctitate peregit. Deinde Abbatis licentia ad quendam Eremitam Marinum nomine, qui in Venetiæ partibus degebat, deuenit, & ſub eius diſcipulatu manere cœpit, ab eoque vitæ Eremiticæ obſeruantiam imbibit. Poſt hæc innumeris Fratribus congregatis, in multis locis cellas extruxit, & Camaldulenſem Eremitarum Ordinem inchoauit.* Profectò eremiticæ amans ſolitudinis, oſtendit cuncta ſeculi reliquiſſe, cum Apoſtolo fatus: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.*

8. *Vel à fratribus receſſit Haber Cinæus, qui amator erat ſolitudinis Eremiticæ.* Iudic.4.

Solitudinis amatores neceſſariò debent ſeculo omninò renunciare. Neque enim verè diligere poterit eremũ, qui ſeculi curis implicatur. *Haber autem Cinæus receſſerat quondam à cæteris Cinæis fratribus ſuis*, Iudic.4. Haber ergo tabernacula tranſtulit, tetenditque in valle iuxta Cades, vt à ſuis etiam fratribus procul recederet, homo turbæ neceſſariò fugitans, qui Eremiticæ amator ſolitudinis. Hinc Moſes, *Tollens tabernaculum, tetendit extra caſtra procul*, Exod. 33. Vbi Procopius ad cap.7. Iſa. *Humanis enim ſe rebus eripiens, tentorium ſuum fixit extra caſtra. id eſt, vitam ſuam firmam, & perturbationibus vacuam reddidit.* Quàm à ſeculi perturbationibus ſecurus Romualdus, qui tam amans extitit ſolitudinis. Exod.33. Procop.

9. *Decet Eremitas omninò à curis ſecularibus abſtinere.* Ierem.35. Rabbi. Dauid.

Ionadab Cinæorum ſecutus exemplum filiis præcepit, *Domum non ædificabitis, & ſementem non ſeretis, & vineas non plantabitis, nec habebitis: ſed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus veſtris; vt viuatis diebus multis*, Ierem.35. Rabbi Dauid apud Maldonat. quod dicit, eos *multis diebus victuros*, idem reputat ac viuere apud ſolitudinem, quaſi in Paradiſo conſtituti. Vt autem Eremitæ hi huiuſmodi vita pacifica fruantur, neceſſariò debent à qualibet ſeculari ſollicitudine ſeparari. Maldonatus, *Quod dicit eos multis diebus victuros, ſi hoc fecerint, tribuit humanæ naturæ, quòd poſſeſſiones hominem ſollicitum, & anxium reddere ſoleant, & ſollicitudo vitam minuat.* Maldon.

10. *Mirabilis iuuenis Romualdus ad Dei familiaritatē in Eremo aſſũptus.*

Miror profectò iuuenem viginti annorum tam perfectè ſeculo renunciaſſe, vt affectuoſus amans Eremi, ad ſtrictam cum Deo familiaritatem fuiſſe eleuatum. Poteſt Romualdus cum Iobo profari, *ſicut fui in diebus adoleſcentiæ meæ, quando ſecretò Deus erat in tabernaculo meo*, cap.29. Vbi Philippus præmens particulam, *in diebus adoleſcentiæ meæ*, addit: *Magna virtus, atque præcipua erat in illo, Deique gratia ſingularis, vt in tempore adoleſcentiæ ſuæ in ſecreto eius Deus cum ſuo familiariſſimo moraretur.* Virtus planè magna Romualdi, ſingularis gratia Eremitæ viginti annorum cum quo Dominus in ſecreto eius tam familiariter commorabatur.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Centuplum accipiet, & vitam æternam poßidebit.

Relinquens Romualdus, cùm eſſet viginti annorum totam reliquam vitam pro Domino, centum ſupra illos viginti annos accepit.

Aſſero, hominem diu viuere ex obedientia, ex Dei præſentia, & familiaritate.

11. REliquit Apoſtolus cuncta ſecularia, vitam ipſam ſeculi dimiſit, vt viueret Chriſto. Dominus autem munificentiſſimus, vel illam vitam pro ſe relictam mirificè aſſolet producere. Ne aliquid offeratur Domino, quod non ineffabili prouidentia multiplicetur.

Teſtor

12\. Teſtor Romualdum, qui cùm viginti eſſet annorum, relicta ſeculari vita ad deſerta confugit: cùm autem ex cella in cœlum tranſitũ fecit, centum ſupra viginti annos ætatis numerabat. Equilinus Præſul ait lib.5.cap.128. *A carne migrauit ætatis ſuæ exactis annis centum viginti. Ex quibus viginti conſumpſit in ſeculo, tres in Monaſterio Claſſis, reliquos in Eremitico propoſito.* Quàm verè Dominus Romualdo profitetur: Qui reliquit annos ſeculares pro me ſupra eos, quos habebat ætatis, *centuplum* annorum *accipiet, & vitam æternam poſſidebit.*

Romualdus viginti annorũ pergit ad Eremum: centũ ſupra viginti ſuperſtes.
Petrus de Natal.

13\. Profectò tot anni Romualdo non ſolùm dati fuere in præmium annorum, quos è vita ſeculari Domino litauit: ſed & in præmium virtutum, quas in Eremo expoſuit. Tribus illis prioribus annis Monaſterij Claſſenſis Prælato ſubiicitur. Ex eius licentia pergit ad Marinum Eremitam, *ab eóque* (loquor cum Petro de Natal.) *vitæ Eremiticæ obſeruantiam imbibit, Pſalteriumque rudis multis verberibus pulſatus didicit.* Porrò cùm his verberibus ea capitis pars, quæ vni auri reſpondet, percuſſus eſſet diu, & auditus obturatus iam eſſet, magna Marino humilitate exhibita dixit: Pater, ſi placet, circa alteram aurem dehinc vulnera infer. O Chriſti diſcipulum veracem, qui proculdubio in vna maxilla percutienti præberes & alteram, ſi percutienti acriter, & obturanti vſum auriculæ vnius alteram percutiendam obtuliſti! Hinc longæuitas Romualdi; obedientia enim & ſubmiſſio maioribus præſtita annos aſſolet multiplicare.

Diu vixit Romualdus ex mira obedientia, & ſubmiſſione.
Petrus de Nat.
Offert Marino alteram aurem percutiendam quaſi maxillam alteram.

14\. Redeo ad illud obſeru. proximâ conſilium, quod Ionadab, Cinæus filiis dedit: *In tabernaculis habitabitis cunctis diebus veſtris. vt viuatis diebus multis ſuper faciem terræ*, Ierem. 35. vbi Maldon. innuit in *tabernaculis* Cinæorum ſubmiſſionem ad Præſules, ac ſpirituales parentes ſignificari. *Quaſi dixerit Ionadab: Si vultis diu viuere ſuper terram, obedite parenti veſtro præcipienti.* Quid mirum Romualdum diu vixiſſe, ſi in Eremitico tabernaculo degens non ſolùm patri Marino præcipienti obediuit, ſed & acriter verberanti.

Obedientia & ſubmiſſio ad ſpiritualem parentem producit ætatem.
Ierem. 35.
Maldon.

15\. Addo diuturnitatem vitæ Romualdi ex Dei præſentia ortum ſimul duxiſſe. Profectò Rechabitæ, ſiue Cinæi in ſua illa ſolitudine Dei aſſidua præſentia fruebantur. Quis autem dubitet familiaritatem cum Deo vitam extendere? An non Moſes ex familiaritate cum Deo, ex crebris cum Numine colloquiis vltra centum annos produxit ætatem? *Moyſes* (textus ait) *centum & viginti annorum erat, quando mortuus eſt: non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti ſunt*, Deut. 34. Vndénam Moſi vitæ longæuitas? Pulchrè Abulenſis quæſt. 3. *Moyſi ex familiaritate, & præſentia Dei vigor, & vires proueniebant; quia* ſcilicet *moratus eſt, & collocutus cum Deo.* Quid conuenientius Romualdo tot annos, quot Moyſes, numerante? Num non Romualdo ex familiaritate & præſentia Dei vigor, & vires proueniebant.

Ex Dei præſentia ortum duxit diuturnitas vitæ Romualdi.
Deut. 34.
Abulenſ.

Obſeruat. IV.

Ad illa verba:

Et ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? Amen dico vobis, quòd vos qui ſecuti eſtis me, ſedebitis, &c.

Sedit Romualdus tanquam Deus imperans creaturis omnibus, quia perfectiſſimè Domino, quem ſequitur, obediuit.

Obediunt enim cuncta ei, qui Prælatis, pro Deo, humilem exhibet obedientiam.

His, qui perfectè Dominum quocumque ierit, ſecuti ſunt, dum promptè Prælatorum obedientiæ ſubmittuntur, Dominus promittit fore, vt eis cuncta ſubiiciantur. *Sedebitis & vos.* Cur addidit illud *&*? Certè vt innuat Dominum eſſe æmulaturos. Sedet Chriſtus in ſede maieſtatis? Imperat cunctis creaturis? Cuncta ei ſubmittuntur? *Sedebitis & vos.* Obedientibus omnia ſubiicientur. 16.

Mirabilem planè Romualdi diſcipuli iam Claſſenſis Abbatis, iam Marini Eremitæ obedientiam eſſe profiteor, cui deberi ſuper cunctas creaturas imperium agnoſco. *Vir obediens loquetur victorias.* Laurentius Iuſtin. lib. de ligno vitæ, cap. 3. *Obedientia facit hominem triumphare.* In militia exacta exprimitur obedientia. Miles exactè Ducibus obtemperans victorias loquitur, quia ad obedientiam ſuam vel non ſubditos hoſtes adducit. *Sedebitis & vos.* 17.

Romualdi obedientia triumphum egit.
Laurent. Iuſtin.

Ioſue Dominum præcipientem audiebat, ſemper eius ſubmittebatur voluntati. Sedit & ipſe, & Soli, ac Lunæ non ſubditis imperauit. *Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Aialon. Steterúntque Sol, & Luna*, Ioſue 10. Vndénam Soli ac Lunæ obedientia tanta? An ſubditi Ioſue poteſtati? Minimè, ſed Dei ſolius ſedentis ſubmittuntur ditioni. Attamen viderunt & Ioſue ſedentem, & imperanti ſubmiſſi ſunt, quia & ipſe ſemper Dominum imperantem audierat. D. Hieronymus ad Pſalm 143. *Ioſue ſolus imperat Soli & Lunæ, & ſtat. Homo iubet, & cœlum audit. Audit illum cœlum, quia ipſe audiebat Dominum.* 18.

Obedienti Ioſue Sol, & Luna obediere.
Ioſ. 10.
Hieron.

Abraham Dominum difficilè imperium imponentem audiuit: *Tolle filium, quem diligis Iſaac,* &c. Poſtmodum autem filij Heth ſubditi minimè, eius obedientiæ vltronei ſubmittuntur. *Princeps Dei es apud nos*, Geneſ. 23. Non Princeps mundialis, ſed Dei Princeps, tanquam Deus nobis poteris imperare. Vndénam tanta à non ſubditis Abrahamo ſubmiſſio impenditur? Reſpondet Abulenſis, *Quando filium ſuum voluit immolare, pro tanta obedientia Deus fecit, vt omnes gentes in circuitu cognoſcerent famam eius, & crederent eum Dei familiarem.* Siue quodammodo Deum alterum, quia *amicus alter ego.* Profectò Deo promptè obedientes ad eam cum Deo neceſſitudinem eleuantur, 19.

Abrahamo obedienti filij Heth obedientiã præſtiterunt.
Gen. 23.
Abulenſ.

vt tanquam dij à cunctis creaturis exiſtimentur, & eorum voluntati vltroneè ſubmittantur.

Obedienti Romualdo omnes creaturæ obedierunt.

Petrus de Nat.

Homines ſubmittūtur Diuo.

20. Vberem habeo in Romualdo argumenti confirmationem, cuius vita tota, poſt miram illam ad vtrumque Magiſtrum ſubmiſſionem, continuatum miraculum videtur extitiſſe: obedientibus Eremitæ cunctis creaturis, imò *Domino* veri Ioſue voci *obediente. Miraculis maximis*, ait (Equilinus Epiſcopus) *& ſtupendis hic ſanctus effulſit. Cùm ruſticus familiaris domus Romualdo conqueſtus fuiſſet, quòd quidam diues vaccam ſibi rapuiſſet: & ſanctum vaccam repetentem vir ille deriſiſſet: vaccámque coctam cum aliis in conuiuio ederet, os ſubitò in gutture raptoris tranſuertitur, & ille continuò ſuffocatur. Comitem quendam monito ad pœnitentiam adduxit, & ad Religionem incitauit. Parentem ad ſeculum è Monaſterio redire curantem, in ſancto propoſito confirmauit. Dæmonem orationis munimine & percutientem, & territantem ſæpe repulit.* Sic homines & ſpiritus immundi alteri Abrahamo ſe ipſum Domino litanti obedientiam præſtitere, clamantibus cunctis: *Princeps Dei es apud nos:* & infeliciter ſuffocato, qui non ſubmittitur Romualdo præcipienti.

Obediens Romualdus Princeps apud homines, Medicus, & pane abundans.

Petrus de Nat.

21. Princeps apud nos Romualdus? O quanta nobis incolumitas; quia medicus eſt, & in domo eius eſt panis! *Fratrem Gregorium ſolummodo inſufflans, a dolore capitis ſanauit. A ſcabie vlceroſa ter ipſum aqua ſola perfundens, mundauit. Verùm alium deoſculans capitis liberauit ab inſania. Diſcipulum, quem malignus inuaſerat ſpiritus ob id ſolum, quia eo abſente, non petita licentia, lectum eius aſcenderat, ab infectione eripuit. Vxorem cuiuſdam, quæ virum, quem ſanctus conuerterat, ab ingreſſu Ordinis prohibebat, porrecta ei buccella panis, benedicta, adeò pacauit, quòd virum exinde in pace dimiſit. Puerum à dæmone vexatum, oblato ei pane benedicto, liberauit.* Denique Romualdi aduentantis ad Sutriam inuocatione, *dum Eremitæ piſcibus pro eius aduentu carerent, quidam frater in ſtagno paruiſſimo, vbi nunquam piſcis viſus fuerat, Thamum miſit; & piſcem mox adeo magnum cepit, quod ipſo die ad eſum ſuffecit.* An non Princeps Romualdus Medicus eſt, & non ſolùm panibus, ſed & piſcibus abundat? Accurrite ergo Eremitæ, & facite eum Regem, profantes in deſerto: *Princeps Dei es apud nos.*

LIBER

LIBER QVARTVS. AVGVSTINIANI.

PARS PRIMA.

AVGVSTINVS.

PARAPHRASIS, AC COMMENTARIVS literalis ad caput quintum Matthæi.

Panegyrici Morales circa litteram in Auguſtinum.

PROLVSIO.

ECCLESIÆ lucem Deus Auguſtinum ſuccendit, poſtquam ſine luce ſolare corpus ingenio quidem, & ſubtilitate magnum conſtituerat. Vt Ioannis Baptiſtæ ſuper cunctorum humeros præcellentis magnitudinem Lucas oſtenderet, ait: *Eliſabeth impletum eſt tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt vicini, & cognati eius, quia magnificauit Dominus miſericordiam ſuam cum illa*, cap.1. Tam magnus enim Ioannes, vt parens Dei miſericordiæ magnitudine repleretur. Cùm Auguſtinus è ſeculari vanitate eſt ortus Eccleſiæ, & cum ipſo, & cum Eccleſia Deus ſuam magnificauit pietatem. Dionyſius Carthuſ. ſerm.2. de D. Auguſt. *Sicut Creator ornauit cœlum ſyderibus, ſic animam excellentiſſimi Auguſtini decorauit virtutibus: & verè mirificauit miſericordiam ſuam in illo, & in Eccleſia; quia repentè, ac mirabiliſſimè eſt prauentus, tactus, & immutatus, illuminatus, atque accenſus. O quàm infinita fuit miſericordia Dei! quia iuxta menſuram excellentiæ eius in naturalibus data eſt ei excellentia in donis gratuitis, quibus Eccleſiam illuſtrauit.*

Ligni vitalis, ſeu Fundatorum, FRVCTVS QVARTVS.

MATTHÆI CAP. V.

VERS 13. VOs eſtis ſal terræ. Quòd

PARAPHRASIS.

OPVS *eſt ſale, non multo, ſed efficaci, vt quidquid contigerit, afficiat. In Apoſtolis viuidus Euangelicæ charitatis*

ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Ad nihilum valet vltrà, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.

charitatis vigor perſeueret oportet. Alioqui ſi veſtri quoque mores fuerint amore laudis, cupiditate pecuniarum, aut metu mortis infatuati: quid tandem erit reliquum, quo inſulſa multitudinis vita condiatur? Futurum planè vt in extremum hominum contemptum veniatis.

14. Vos eſtis lux mundi. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita.

14. *Talis ſit vita, doctrináque veſtra, vt omnibus rectè viuendi dux ſit intuentibus. In vobis exiguus lapſus fœdi criminis inſtar erit. Eſtis enim veluti ciuitas in edito monte collocata, quæ etiam ſi cupiat, celari non poteſt.*

15. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt.

15. *Ideo ſal adhibetur, vt condiat: ideo ſol datus eſt orbi, vt luceat: ideò ciuitas in montis cacumine conſtruitur, vt omnibus ſit conſpicua: ideo lucernam accendunt in ædibus, vt luceat omnibus qui in domo verſantur, & ideò non condunt accenſam ſub modio, ſed imponunt candelabro, quo lumen eius magis poſſit ad omnes peruenire.*

16. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.

16. *Luceat igitur lux veſtra, imò mea, Patriſque cunctis mortalibus; vt contemplantes vitam veſtram vndequaque puram, glorificent Patrem veſtrum cæleſtem, cui omnis honos, & gloria debetur.*

17. Nolite putare, quoniam veni ſoluere legem, aut Prophetas: non veni ſoluere, ſed adimplere.

17. *Hæc noua præcepta cùm auditis, quæ nec Moſes tradidit, nec Prophetæ docuere: nolite ſuſpicari, me indicere legis ſolutionem. Nequaquam in hoc veni, vt legem nouis præceptis abrogem; ſed vt legem abſoluam, ac perficiam. Nihil enim illa præcipit, quod hactenus à me non obſeruatum queri aliquis valeat.*

18. Amen quippe dico vobis: Donec tranſeat cœlum, & terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.

18. *Illud certum habetote, adeò non facimus irritam legem, vt ex ea ne minimum quidem elementorum iota, imò ne apiculus quidam ſit ex vniuerſa lege periturus. Vſque adeò nihil in ea ſcriptum eſt, quod non ſit perficiendum. Stultum autem ſit expectare futurum, quod iam præſens ſit: inſanum, ſic vmbris delectari, vt res veras aſpernére.*

19. Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in Regno cœlorum: qui autem fecerit, & docuerit; hic magnus vocabitur in Regno cœlorum.

19. *Qui ergo ſoluerit vel vnum ex his præceptis minimis, quæ nunc Moſaicæ legis præſcriptis adiicio: quum tamen doceat obſeruandum, quòd ipſe per imbecillitatem non præſtat: minimus, ac contemptiſſimus habebitur, adeò, vt ni profecerit ad meliora, prorſus ſit ab Euangelico contubernio excludendus. Cæterùm qui docuerit, hæc minuta non eſſe negligenda, quæ procul arcent ab iis, quæ vetat lex: & quod docet, præſtiterit, is demum magnus, admirandúſque cælorum in Regno habebitur.*

SECT.

SECTIO PRIMA.

Sal & Sol.

TEXTVS.

VERS. 13. VOs eſtis ſal terræ. Quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? ad nihilum valet vltrà, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. 14. Vos eſtis lux mundi. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita; neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum; vt luceat omnibus, qui in domo ſunt.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Sale.

1. *An demulceat Dominus Diſcipulos.* Chryſoſt.

VOs eſtis ſal terræ.*] Dominum demulcere laudibus hoc loci Diſcipulos *homil.* 15. D. Chryſoſtomus exiſtimauit. *Poſtquam prout oportuit, ad virtutum ſtudia cohortatus eſt, rurſus eos laudum admixtione permulcet.* Laudari enim aliquando ſubditum à Prælato rectæ actionis confirmatio eſt, ad futura rectiùs gerenda opera excitatio.

Auctoris mens.

Aptiùs tamen crediderim Dominum diſcipulos documentis inſtruere, & quales eſſe debeant, vna & altera ſimilitudine indicare. Inprimis cum Sale, deinde cum luce contulit.

2. *Cur ſal terra Apoſtoli?* Philo.

Eſtis ſal terræ.] Cur Apoſtoli ſal terræ dicantur? Quia doctrina, & ſanctitatis exemplo homines inſulſos condiere, & à vitiorum corruptione liberarunt. Philo lib. de offer. vict. *Sal conſeruator eſt corporum, ſecundo poſt animam ordine. Nam ſicut anima cauſa eſt incorruptionis corporum: ſic ſal quàm diutiſſimè tuetur ea, redditque quodammodo immortalia.*

Hieron. Hieronymus autem, *Sal appellantur Apoſtoli, quia per eos vniuerſum hominum genus conditur.*

Chromat. Vberiùs Chromatius, *Sicut ſales, cùm operantur in carne qualibet, corruptelam non admittunt, fœtores auferunt, ſordes expurgant, vermes non ſinunt generari: ita & cœleſtis gratia, quæ per Apoſtolos data eſt, ſimili exemplo in nobis operatur. Aufert enim carnalis concupiſcentiæ corruptelam, peccatorum ſordes expurgat, odorem malæ conuerſationis excludit, vermes delictorum non ſinit generari, id eſt, de corpore libidinoſas, & mortiferas exſurgere.*

3. *Quid de ſale myſticè Patres?* Gregor.

Plura Patres circa ſalis ſimilitudinem accommodata & Apoſtolis, & viris Euangelij miniſtris innuerunt. Gregorius 2. part. Paſt. cap. 4. *Fuerunt Apoſtoli ſal terræ, id eſt, mundi ſapientia.* Remigius, *Sal per aquam, & ardorem Solis, & per flatum venti in naturam alteram commutatur: ſic & Apoſtolici viri per aquam Baptiſmi, & ardorem dilectionis, & flatum Spiritus ſancti in ſpiritalem regenerationem commutati ſunt.*

Hilar. Hilarius, *Apoſtoli ſunt rerum cœleſtium prædicatores, & æternitatis veluti ſalitores. Meritò ſal terræ nuncupati, quia per virtutem doctrinæ quaſi ſalientes æternitati corpora ſeruant.* Nec ſolùm incorruptioni, ſed & ſapori ſal Apoſtolicum deſeruiſſe Patres affirmant. *De ſapore & ſale.* Patientiæ, humilitati, modeſtiæ, paupertati, obedientiæ, virtutibúſque reliquis diuinum quendam ſaporem viri Apoſtolici præſtitere. Inſulſa laborum tolerantia, imò amara: haud arrident carnis palato humilitas, paupertas. At Apoſtolico ſale conditæ placent adeò vt homines eſuriant, & ſitiant illis ſaginari: *Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam,* Matth. 5. Matth. 5.

Quid de ſterilitate à ſale proueniente? 4. *A ſale ſterilitas.*
Hieronymus, *Legimus vrbes quaſdam ita victorum ſale ſeminatas, vt nullum in ipſis germen orīretur.* Amalech Sichem ſale ſeminauit. *Cepit vrbem interfectis habitatoribus eius, ipſáque deſtructa, ita vt ſal in ea diſpergeret,* Iudic. 9. Hieron. Iudic. 9.

Fatur Abulenſis, quæſt. 45. Abulenſ. *Cauſa ſterilitatis per Sal apparet. Quia terra ante diluuium erat valde fertilis. Et eius temperie homines veniebant in ætatem quaſi mille annorum. Mox autem poſt diluuium incœpit eſſe vita humana in trecentos annos. Hoc non fuit principaliter niſi propter diſpoſitionem terræ vitiatam in virtute alimentorum. Fuit enim terra corrupta ſalſugine, intrante Oceano, & effuſo ſuper omnem terram: & aqua maris præ ſalſugine reddit terram ſterilem.* Apoſtolicum ergo ſal & fœcunditatem terræ attulit, & ſterilitatem: fœcunditatem attulit virtutibus, ſterilitatem vitiis; nam vitia exedit, ſuccum præbet virtutum germinibus.

Quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur?] Quid, 5.
ſalem euaneſcere? Tunc euaneſcere ſal dicitur, cùm vanum fit, & inutile, amiſſa vi ſaliendi. *Sal euaneſcit.* Græcè μωρανθῇ, id eſt, ſi ſal infatuatum fuerit, & inſulſum. An verbum *ſalietur* ſit impersonaliter accipiendum? Minimè, ſed paſſiuè, ac ſi dicas. *In quo ſalietur ipſummet ſal?* Conſtat ex Marco, *Bonum eſt ſal. Quòd ſi ſal inſulſum fuerit, in quo illud condietis,* cap. 9. Marc. 9.

Ad nihilum valet vltrà, niſi vt mittatur fo- 6.
ras, & conculcetur ab hominibus.] Nullius pretij, aut vtilitatis ſal eſt inſulſum, in plateas mittitur è feneſtra, à prætereuntibus conculcatur. *Sal infatuatum.* Idem vobis eueniet, ſi fidei ac charitatis acrimoniam amiſeritis: veſtro inepti muneri, foras proiiciemini. Verti ſic poteſt ex Græco, ſi ſal fatuum, & ſtultum fiat, id eſt, inſulſum. Doctor qui euaneſcit, qui Doctori neceſſaria

virtutem, doctrinámque amittit, is *μωραίνεται*, id eſt, fatuus, & ſtultus eſt, cùm tamen ſibi ſapere egregiè videatur.

7. *Sal nō poteſt alio ſale ſaliri: ſecus in hominibus Euāgelicus?*

Porrò quamuis in ſale verum ſit non poſſe alio ſale ſaliri: tamen haud videtur in homine poſſe verificari. Si enim homo ſaliendi vim amiſerit, ab alio poteſt homine conditi, doceri, excitari. Reſpondes, Apoſtolos quibuſcum Dominus loquebatur, nullos alios habuiſſe Doctores, à quibus poſſent edoceri: quamobrem ſi ipſi ſalis vim amitterent, nullum aderat aliud ſal, quo conditentur. *Si vos*, (August.) ait Auguſtinus, *per quos condiendi ſunt populi, amiſeritis Regnum cœlorum, qui erunt homines*, &c. Aptiùs dixero interrogationem hanc non impoſſibilitatem, ſed rei difficultatem indicare. Difficile enim eſt Doctorem corrigere infatuatum. Hieronymus, (Hieron.) *Si Doctor errauerit, quo alio Doctore emendabitur?* O quàm difficile euaneſcens Lutherus, aliíque hæretici ad mentis ſanitatem reuocarentur. Foras extra Eccleſiam immiſſi ab hominibus conculcantur.

§. II.

De Sale.

8. *Apoſtoli totius orbis lux.* Chryſoſt.

VOs eſtis lux mundi.] Prophetas Deus olim ad Iſraëlitas, Apoſtolos nunc ad omnes gentes miſit illuminandas: ideò illos totius orbis lucem appellat. Chryſoſtomus hom. 15. *Non ad duas vrbes, aut decem, aut viginti: neque ad vnam vos mitto gentem, ſicut mittebam Prophetas: ſed ad omnem terram prorſus, ac mare, totúmque mundum, & hunc variis criminibus oppreſſum.* Præcinit Zacharias, (Luc. 1.) *Illuminare iis, qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent, ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis*, Luc. 1. Hilarius, (Hilar.) *Mundus extra cognitionem Dei poſitus, obſcuris tenebatur ignorantiæ tenebris; cui per Apoſtolos ſcientiæ lumen inuehitur, & cognitio Dei claret.*

9. *Apoſtoli ſol mundi.*

Lux mundi.] Id eſt, Sol. Hic non vnam illuminat vrbem, aut Regnum, ſed totum orbem terrarum complet ſplendore: ſic Apoſtoli non vnam ciuitatem & gentem, ſed omnes gentes illuminarunt. E cœlo Sol emicat? Apoſtoli in cœlis mente verſantes, iuxta illud: *Noſtra conuerſatio in cœlis eſt*, Phil. 3. (Phil. 3.) ſplendore mundum compleuere. Remigius, (Remig.) *Sicut Sol dirigit radios ſuos, ita & Dominus, qui eſt Sol iuſtitiæ, direxit Apoſtolos ſuos, ad effugandas humani generis tenebras.* Caietanus (Caiet.) putat dici Apoſtolos lucem mundi, id eſt, lucernas, *Lux non vt Sol, hoc namque eſt Chriſto proprium; ſed lucerna.* At quamuis proprium ſit Chriſto Solem eſſe mundi, tamen eandem ſimilitudinem potuit Apoſtolis communicare. Fuerunt quidem mundi Soles, Aſtra, lucernæque extitere, luce à ſummo Sole Chriſto accepta.

10. *Apoſtoli ciuitas ſupra montem.* Caietan.

Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. Caietani præfero expoſitionem. Supremis officiis Paſtorũ claritatem ſtatus adiungit neceſſariò comitantem. Primò excelſitudine perfectionis ſignificata per celſitudinem ſitus ciuitatis in monte poſitæ. *Intendit enim per hanc ſimilitudinem, quòd ſicut ciuitas ſuper montem poſita non poteſt abſcondi: ita vos ciuitatem ſpiritualis Ieruſalem conſtituentes ſal & lux mundi, in tam celſo culmine eſtis, quòd non poteritis occulti manere; ſed manifeſti patebitis palàm.*

11. *Lucerna ſuper candelabrum.*

Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt. Altera ratio eſt, ex intentione ipſius Chriſti, quam declarat ex ſimilitudine intentionis hominum lucernam accẽdentium. *Sicut hominum* (adiicit Cardinalis) (Caietan.) *accendentium lucernam intentio eſt, accendere illam, non vt ponatur ſub modio occultante illam: ſed vt ponatur ſuper candelabrum, & luceat omnibus, qui in illa domo ſunt: ita ipſe accendit eos in lucernas, non vt poneret illos ſub latebris; ſed ſuper candelabrum Eccleſiæ, in ſuperiori loco, vt luceant omnibus, qui in domo totius mundi ſunt.*

12. *De Modio.*

Quid Modius? Menſura eſt rerum aridarum, ſub qua commodè poterat abſcondi lucerna. Senſu quidem morali, ille dicetur ſub modio lucernam, ſiue lucem ſuam ponere, qui ſuam doctrinam non in omnes diffuderit: ſed nobilibus ſolùm, aut diuitibus impertierit.

IN AVGVSTINVM

PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS CIRCA LITERAM.

EX SALE ET SOLE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Vos eſtis ſal terræ.

Auguſtini terræ ſal vtiliſſimus, qui egregiè ſalis proprietates, expleuit, ſufficit ſolus Eccleſiæ.

Innuo, vnum perfectum Euangelij miniſtrum pro mille.

13. *Deſcriptio perfecti Doctoris, aut Euangelij miniſtri.*

FAtur Hieronymus, (Hieron.) *Legimus, vrbes quaſdam ita victorum ſale ſeminatas, vt nullum in ipſis ſemen oriretur.* Porrò Victor mortis, ac tartari Chriſtus mundum victum ita ſale ſeminauit, vt præclariſſima germina proferret. Hoc ſale virginitatis lilia efflorere, Martyrij roſæ, humilitatis violæ, charitatis, reliquarúmque virtutum præclariſſimi flores, & fructus toto orbe parturiuntur. Hic ſal ſuccum terræ non excedit, ſed ſummam affert

Pſalm. 15. affert fertilitatem. *Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt; non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum*, Pſalm. 15. Vt Deus hanc mundi corruptionem, putredinémque ſanaret, ſalem miſit in mundum.

14. *Nihil egregio Doctore vtilius.* Cœlius Rhodig.

Cœlius Rhodigin. lib.6. cap.1. *Vetus ſententia eſt, a celeberrimis vtriuſque linguæ authoribus literis commendata, totis corporibus nihil eſſe vtilius Sale, & Sole.* Addidit, *Adſtringit ſal, ſiccat, alligat, putreſcentia quoque corpora ita vendicat, vt ea durent per ſæcula. Quod AEgyptiorum comprobant inſtituta, quibus mortuos ſale condire, moris fuiſſe planè Herodoto credimus.* Quid, quæſo, vtilius animis Sale, & Sole? *Adſtringit Apoſtolicus ſal, ſiccat, alligat, & corruptionem peccatorum, putredinémque depellit. Sal, quo AEgyptij mortuos condiebant, vitam illis minimè afferebat; Apoſtolicus autem ſal vita carentes à morte excitat.* Sic noſter ſapientiſſimus Barradius. Barrad.

15. *Ex perfecto Doctore vniones cœleſtes procreantur.*

Plinius *lib.9.cap.35.* ſcribit, *Conchæ capiuntur retibus, multo deinde ſale obrutis in vaſis fictilibus, eroſa carne omni, nucleos quoſdam corporum, id eſt, vniones decidere in ima.* Haud aliter Apoſtolicus ſal carnem noſtram erodat, ſeu mortificet, puriſſimi exorientur vniones, fulgentiſſimæque virtutum gemmæ progignentur.

16. *Ad condimentum Eccleſiæ vnus Doctor egregius ſufficit.* Chryſoſt.

Porrò vt condiatur cibus, non magna ſalis copia opus eſt. Vt populus condiatur pauci ſufficiunt Sacerdotes, vnus pro mille ſi ſalis habuerit acrimoniam. Chryſoſtomus hom.1. ad Popul. *Sufficit vnus homo fidei zelo ſuccenſus, totum corrigere populum.* Addit Pater, *Cùm non vnus tantùm, neque duo, vel tres: ſed tanta ſit multitudo, quæ negligentium curam poſſit attingere: non aliunde, ſed per torporem veſtrum, non per impotentiam plures pereunt, & labuntur.*

17. *Auguſtinus ſolus Eccleſiæ ſufficit, vt præſeruet, vt condiat.*

Profectò ille, qui *exiuit vincens, vt vinceret*, totum orbem victum ſale vtiliſſimo ſeminauit Auguſtini doctrina, quæ toti orbi ſola ſufficeret. Vnus Auguſtinus condiuit Eccleſiam. Tolle Hieronymum, Baſilium, Hilarium, Ambroſium, Chryſoſtomum, reliquóſque egregios Eccleſiæ Doctores, eorum conticeſcant linguæ, volumina ſileant: ſolus Auguſtinus loquatur, ſcribat. Rogo, an ſufficiet, vt ſale valeat Eccleſiam condire? Audi ex Poſſidonio Epiſc. Calamen. *Miſit aliquando ad Hieronymum duos Diaconos. Auguſtinus, vt Diſcipuli Doctoris eſſent, & referrent, quæ ab eo didicerant. Cùm autem aliquando rogarent Hieronymum, vt ſcriberet contra Pelagium hæreticum, contra quem Auguſtinus ſcripſerat, dixit Hieronymus: Quis aliquid nouum ſcribere poterit contra Pelagium, aut melius, quàm ſcripſit Auguſtinus?* Quódnam, quæſo, fidei myſterium Auguſtinus inconditum reliquit Apoſtolico ſale? Poſt Auguſtinianum autem condimentum quiſnam Doctor non Hieronymum imitabitur, proclamans: *Quid aliquod nouum, vel melius ſcribere poterit, quàm ſcripſit Auguſtinus? Sufficit* ergo, (rurſum Chryſoſtomus,) *vnus homo tanto fidei zelo ſuccenſus totum orbem corrigere.* Poſſidon.

18. *Quid vtilius Eccleſiæ Auguſtiniano ſale, & ſole?* Carth.

Quid animis totius Eccleſiæ vtilius Auguſtiniano Sale, & Sole? Hoc ſale præparatus totus orbis fit paradiſus. Dionyſius Carthuſ. ſerm.1 *Cùm à Mediolano poſt ſuum Baptiſmum rediiſſet ad Africam, inſtituit Monaſterium Clericorum, cum quibus cœpit communem ducere vitam, & viuere iuxta modum, quo ſub Apoſtolis vixit Eccleſia primitiua. Vacauit orationibus, ieiuniis, ſtudio, editioni librorum, inſtructioníque proximorum adeò, vt ſolus ipſe Sal, & Sol orbi ſufficere videretur.*

19. *Auguſtinus quaſi in Deum totius Eccleſiæ.*

Olim Deus Moyſi, *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis.* Ac ſi diceret, Toti te Ægypto præficio, ſufficis Regno toti, qui te ineptum reputas, vt Legati fungaris officio. Auguſtino Deus, Conſtitui te totius Eccleſiæ quaſi in Deum. Qui humilitatis prætextu te exiſtimas ſalem infatuatum, (ſic Poſſidonius,) toti Eccleſiæ velut Numen exſurgis. Vocabulum illud: *Auguſtus* Deo propriè vniuerſi orbis Principi quadrat, Auguſtinus quaſi Auguſtus paruus, ſicut Antoninus paruus eſt Antonius. Liceat fari Auguſtinum quaſi paruulum eſſe Numen Eccleſiæ. Homo *Microcoſmos*, ſiue Mundus paruus. Auguſtinus ſit paruus Auguſtus, ſiue Deus, vt toti ſufficere Eccleſiæ videatur. D. Benedicto Deus ſub vnico Solis radio vniuerſum orbem colligatum, ſeu contractum oſtendit. Quòd ſi obiicias, quónam modo radius paruus poterat totum orbem complecti, Gregorius reſpondet, *Videnti Creatorem, anguſta eſt omnis creatura.* Aptiùs reſpondebo, è Sole Deifico adeò auguſtos radios procedere, vt quemadmodum Sol ipſe totum orbem complectitur, ita & radij Solis quidem gerentes imaginem eundem orbem capere videantur. Sub vno radio Auguſti Solis Auguſtino tota Eccleſia colligata conſpicitur, quia æmulator Solis toti ſufficit orbi terrarum.

Auguſtinus Auguſtus paruus.

Vno in Auguſtino Solis iuſtitiæ radio totus orbis continetur. Gregor.

Observat. II.

Ad illa verba:

Vos eſtis ſal terræ.

Auguſtinus Eccleſiæ ſal priùs in ſe expertus eſt incorruptionem ex mira actionum ſanctitate.

Priùs enim Euangelij miniſter, aut Doctor in ſe debet præſentire, quod in aliis ſtudet efficere.

20. *Ordinis Eremitici commendatio.*

VIdimus ſalem haud poſſe ab alio ſale ſaliri obnoxium corruptioni. Sal in ſe ſanitatem, aut præſeruationem, aut ſaporem in ſe præſentire debet prius, quàm præſeruandi, aut condiendi muneri incumbat.

21. *Conditus primùm Auguſtinus, quàm alios condiat.* Carthuſ.

Equidem Deus ad perfectiſſimi ſalis naturam Auguſtinum adduxit, prius quàm Eccleſiæ exponeret ſaliendæ. Dionyſius Carthuſ. ſerm.2. *Fidem Catholicam Deus per beatiſſimum Auguſtinum plurimum exaltauit. Et primò ipſum ſacratiſſimum virum,* (qui futurus erat Eccleſiæ ſal) *mirabiliter confirmauit in fide, atque condidit in fidei veritate. Mox autem per eius verba, atque ſcripta, per eius opera & prodigia vniuerſam illuminauit Eccleſiam.* Addit appoſitè, *Quomodo ergo condiuit in fide? Vtique potiſſimè fecit hoc Deus, tam ſupernaturaliter ac piiſſimè operando*

in

in anima eius, & tales actus peragendo in ea, quos ipſe ingenioſiſſimus Auguſtinus euidentiſſimè experimentaliter ſciuit, non poſſe eſſe ex ipſo, aut naturalibus viribus, ſed ſolum à Deo. Eis ſingularius, ac eminentius iſtud videtur eſſe conceſſum, per quos Deus alios decreuit docere, & confirmare in fide per verba, aut ſcripta. Præſenſit ergo Auguſtinus ſe à Deo eſſe conditum, & perfectiſſimum conuerſum in ſalem, vt poſſet ipſe Eccleſiam à corruptione hæreſum præſeruare, ac virtutum ſapore condire.

22. *Auguſtinus aqua ex iniquitate conuertitur prius, quàm aliorum efficiat conuerſionem.* Ioan.2. Hilar.

Apud Cana Galilææ Chriſtus aquam mutauit in merum. *Hoc fecit initium ſignorum Ieſus in Cana Galilææ, & manifeſtauit gloriam ſuam*, Ioan. 2. Particulam illam, *initium ſignorum*, refero ad miracula, quæ ipſis in aquis Chriſtus erat excitatutus: hoc vtique eleuando elementum ad efficiendam gratiam in Baptiſmatis ſacramento. Prius ergo aquæ mutantur, quàm operam impendant hominum mutationi. Hilarius hom.1. *Mutantur ſubitò aquæ, homines poſtmodum mutaturæ.* Auguſtinus qui biberat ſicut aquam iniquitatem ſi ſuauiſſimum non mutatur in merum, in ſalem coagulatur ſole iuſtitiæ emittente calorem, vt præſentiat in ſe mutationem, prius quàm hominum mutationem operari ſtudeat. Dionyſius Carthuſ. ſerm.2. *Cùm Auguſtinus pluribus annis fuiſſet carnalibus vitiis grauiter inuolutus, repentè eſt immutatus. Et poſtquam tot annis vacauit voluptatibus prauis, ſubitò affectus, vnctus impletus eſt voluptatibus puris, ac optimis.* Collige cum Hilarij ſententia, *Subitò*, (ait Carthuſianus,) *affectus Auguſtinus. Mutantur*, (Hilarius inquit,) *ſubitò aquæ.* Experire in te prius mutationem, quàm cures aliorum agere condimentum. Carthuſ.

23. *Aliquando conuerſus Auguſtinus conuerſioni, ac confirmationi Eremitarū ſtudet.* Luc.22.

Petro Apoſtolorum Principi Dominus fatur, *Et tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos*, Luc. 22. Precatus fuerat Chriſtus Patrem, ne Petri fides defectum experiretur: *Ego rogaui pro te Petre, ne deficiat fides tua.* Cur ergo prius conuertendus innuitur Apoſtolus, quàm conuertendis fratribus ſtudium impendat? Certè, quia Euangelij miniſter non ſolùm fide, ſed & operibus debet prius in ſe experiri mutationem, quàm aliis condiendis procedat. Auguſtinus ad fidem adducitur, & perfectis moribus informatur prius quàm doceat, & ſcribat. Dictum Petro à Domino ex ore Arnoldi Carnot. *tract. de verbis Domini, verb. ſitio. Exſurge, & bibe de fonte miſericordiæ; & aliquando conuerſus confirma fratres tuos: & in eadem menſura, qua propinatum eſt tibi, remetire eis: & ad formam tuam, qui ceciderit, adiiciat, vt reſurgat.* Arnold.

24. *Fuit Auguſtinus potatus de miſericordiæ Dei fonte mirificè, vt alios potaret.* Carthuſ.

Apprimè conueniunt Auguſtino. Qui quidem de fonte miſericordiæ fuit abundantiſſimè potatus, Carthuſianus citatus, *Verè mirificauit Deus in Auguſtini conuerſione miſericordiam ſuam, quia cùm fuiſſet vitiis grauiter inuolutus, mirabiliſſimè eſt conuerſus.* An non vt fratres, ſiue totam confirmaret Eccleſiam? *Exſurge, & bibe de fonte miſericordiæ, & conuerſus confirma fratres. Mox poſt conuerſionem*, (adiicit Dionyſius ſerm.3.) *ad ſua, & ad agros ſuos reuerſus ieiuniis, & orationibus cœpit vacare*, (ſic Petrus *egreſſus foras, fleuit amarè*,) *lectioni, & conſcriptioni librorum inſiſtere, corpus domare ab omni vitiorum immoderantia, impetu, & inquietudine abſtinere. Nam menſa frugali, ac parca iugiter vtebatur, oleribus, ac leguminibus contentus communiter.* Iam perfectè conuerſus de fratrum agit confirmatione. *Interea clauſtrum conſtituit Clericorum, cum quibus viuere cœpit in vita communi ſecundùm Regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam. In quanta autem manſuetudine* Auguſtini ſubditi, *humilitate, pace, patientia, concordia, ſobrietate, paupertate, dilectione, ſpiritualique ſtudio, atque munditia mentis & corporis vixerunt ibidem, patet ex ſermonibus Parentis ſanctiſſimi ad fratres illos in eremo.* *Eremitarū Auguſtini ſanctitas mira.*

25. *Auguſtino datum indicere Eremiticū Ordinem, qui prius perfectionis verticem ſcandit.* Matth.19. Luc.22.

Cuinam, precor, Deus commiſit Clericos illos confirmare? Cuinam datum à Domino Eremitis ſapientiſſimis, ſanctiſſimis Regulam Apoſtolicam indicere? Ei planè, qui perfectiſſimè à ſæcularibus piaculis recedens, perfectionis eleuatiſſimum prius verticem ſcandit. Dixerat aliquando Petrus Saluatori, *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te*, Matth. 19. Huic ergo indictum eſt, *Confirma fratres tuos*, Luc. 22. Nam qui cuncta ſæcularia dimiſit, & Chriſtum ſecutus eſt ad eleuatiſſimum perfectionis verticem ducentem, aptus obiicitur fratribus confirmandis. Ambroſius lib. 10. in Luc. *Ille confirmare iubetur fratres, qui dixit: Omnia dimiſimus, & ſecuti ſumus te.* Datur Auguſtino fratrum Eremitarum inſtitutio, ac confirmatio, quia perfectiſſimè recedens à ſæculo ac Chriſtum ſecutus, aptè perfectiſſimæ Apoſtolicæ Regulæ præſcripta conſcribit. Ambroſ.

26. *Qui prædicat è ſæculo quaſi ouis balat. Auguſtinus fit prius chorda dulciſſima, vt canat Regulam Eremit.* Damian.

An ſic poſſet perfectionem edocere fratres, cùm ſæculi voluptatibus indulgebat? Minimè verò. Pulchrè Petrus Damian. epiſt. 105. *Tu fili mi, vt prædicandi ſortiarus officium, imitare vel ouis exemplum. Quæ cum viuit turpiter balat, mortua verò in inſtrumentis muſicis ſuauiter cantat.* Sic qui in ſæculo carnaliter viuunt, balare cum ouibus carnaliter poſſunt; nouiter explere Prædicatoris officium nequeunt. Balabat quis Auguſtiniana apud ſæculum voluptatibus addictus in Cathedra, in voluminibus *turpiter*, eius doctrina execrabilis Eccleſiæ. (Vnde illud: *A Logica Auguſtini libera nos Domine.*) At poſt conuerſionem, poſtquam ſæculo moritur, ex huius ouis viſceribus ſuauiſſimæ chordæ perficiuntur, eius doctrina non ad illud: *Libera nos*; ſed ad *Te rogamus*, pertinere quis ambigat? Mortuus *in inſtrumentis muſicis ſuauiſſimè cantat* Auguſtinus. Profectò ordo Eremitarum dulciſſimis chordis Parentis factus eſt muſicum inſtrumentum, totius perfectionis voces emittens.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Vos eſtis ſal terræ.

Auguſtinus ſapientiæ ſal ex proprio penu cunctis ſapientiæ theſauros expoſuit Doctorum facilè maximus.

Aſſero Doctores eos verè eſſe, qui aliorum doctrinam ſic digerunt, vt velut propriam expromant; differat vti inter librum, & authorem.

27. *Auguſtini volumina elegiis effero.*

IN ſale ſapientia cœleſtis exprimitur. D. Remigius, *Nullum ſacrificium ſine ſale, id eſt,* Remig.

ſapientia

ſapientia cœleſti. Apud Deum quidem ſapientia pelagus eſt, è quo ſal Doctorum perficitur. Porrò Auguſtinus fons, ſeu pelagus ſalis toti exponitur Eccleſiæ, qui Doctorum Doctor maximus meritò debet appellari. Alij ex aliorum Doctorum riuis ſalſis ſapientiſſimum conuertuntur in ſalem: Auguſtinus autem fons, aut pelagus, è quo ſal perficiendus, promanauit.

28. *Chriſtus ſapientia fons, quem Doctores æmulari debent: vt ſcilicet poſſimus ipſos audire, & non alios loquentes in eis.* Matth. 17. Remig. Deut. 18.

Chriſtus non ab aliis ſapientiam emendicat, ſed ſuam ipſe habet, qui eſt ipſa ſcatutiens & perennis Patris ſapientia. Ideo apud Thabor in conſpectu Moſis, Eliæ ac trium Apoſtolorum Pater inclamat, *Hic eſt Filius meus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite*, Matth. 17. Vbi D. Remigius, *Recedant vmbræ, lumen Euangelij ſequimini. Oſtenditur verò ille eſſe, de quo Moyſes, Prophetam ſuſcitabit vobis Deus.* Fatur Moſes, *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, ſicut me, ſuſcitabit Dominus Deus tuus: ipſum audies*, Deut. 18. Preme particulam, *Prophetam ſicut me.* id eſt, in quem Dei ſapientia ita profluet, vt pelagi immenſi Deifici imaginem exprimat. An ſic Moſes? Certè Filij ſapientiam, vt tot Eccleſiæ Patres tot legis Doctores poſſet edocere, eſt imitatus: *Sicut me.* Auguſtinus equidem congregationi Doctorum exponitur, Chriſto clamante: *Ipſum audite*; ſuſcitauit enim Pater eum Doctorem *ſicut me*, id eſt, mei ſapientiæ fontis, ac pelagi imitatorem: ex ipſo cuncti accipiunt ſapientiæ ſales. De Chriſto Pater: *Ipſum audite*, ipſe enim loquitur, & profert ſua. De Auguſtino Chriſtus: *Ipſum audite, ſicut me*, quia à me edoctus, propriam ſapientiam profundit.

29. *Doctor debet proferre de ſuo, vt interſit inter Authorem, & librum.* Seneca.

Senecam audi epiſt. 33. *Turpe eſt ſeni, aut proſpicienti ſenectutem ex commentario ſapere. Hoc Zeno dixit: tu quid? Hoc Cleantes; tu quid? Quouſque ſub alio moueris? Et impera, & dic, quòd memoriæ tradatur aliquid, & de tuo profer. Omnes itaque iſtos nunquam Authores, ſemper Interpretes: nunquam auſos aliquando facere, quod diu didicerant. Memoriam in alienis exercuerunt. Aliud eſt meminiſſe, aliud ſcire. Meminiſſe, eſt rem commiſſam memoriæ cuſtodire. At contrà ſcire, eſt & ſua facere, nec toties ad Magiſtrum reſpicere. Hoc dicit Zeno; & dicit Cleanthes: Aliquid interſit inter te, & librum.* An aliquis perlegat volumina Auguſtini, qui non illico clamet: Author eſt? Scire planè, non meminiſſe ſolùm oſtenditur. Imò, Doctorum venia, auſim profari: Cuncti Doctores poſt Auguſtini edita volumina potius eius Interpretes, quàm Authores apparent; aut ſi Authores, ideo quidem, quia Auguſtinianæ doctrinæ imitatores. Nam adeò ingenioſi Doctoris eleuatæ ſententiæ, vt illas interpretari ſolummodo poſſit, qui dum Interpres fit, iam Author exiſtit.

Interpres fieri Auguſtini idem eſt ac Authorẽ exiſtere.

30. *Cuncta Auguſtini opera vnum ſapiũt Authorẽ, quia abſumpſit & digeſſit omnis ſapientiæ volumina, &* *ſua fecit omnino.* Ezech. 3. Apoc 10. Haymo.

Preme illam particulam: *Aliquid interſit inter te & librum.* Libri eſt aliorum notas, & conceptus referre: Auctoris eſt ex propria vena in alios, ſeu in volumina ipſa inſtillare ſapientiam? Hoc præſtitit Auguſtinus, Author egregius eſt, libros enim & Scripturæ ſacræ, & præcedentium Doctorum ſic abſumptos digeſſit, vt vnum & verba, & ſcripta ſapiant Auguſtinum. Ezechieli Dominus, *Fili hominis, quodcumque inueneris, comede: comede volumen iſtud, & vadens loquere ad filios Iſraël*, cap. 3. Idem accidit Ioanni, cui Angelus, *Accipe librum, & deuora illud*, Apocal. 10. vbi Haymo, *Acceptum librum deuorare, eſt cum auiditate Scripturam ſecretis recondere viſceribus. Non dicit, Accipe, & bibe illum: ſed deuora, id eſt, auidè manduca.* Vt ſcilicet digeſtum volumen proferatur iam verbo, iam ſcriptis ex ore Doctoris. Auguſtinus auidè ſacra volumina, Patrum ſcripta, humanæ eruditionis libros abſumpſit, digeſſit, vt ſuos Author, non liber, conceptus proferat audientibus, ſeu legentibus.

31. *Quanta, ac qualia Auguſtini ſcripta.* Sigibert. Hieron.

Sigibertus *in Chron. anno 406.* de Auguſtini ſcriptis ſic: *Librorum, tractatuum, commentariorum, epiſtolarum numerus pluſquam ad mille triginta extenditur, multis numero nôn comprehenſis.* At qualia cuncta? Hieronymus epiſt. ad Auguſt. *Certè quidquid dici potuit, & ſublimi ingenio de Scripturarum ſanctarum hauriri fontibus, à te poſitum, atque diſertum eſt.* Abſumpſiſti ſacra volumina, & aquæ vitæ vena perennis ex tuo ore procedit. D. Paulinus *epiſt. 37.* quæ habetur tom. 2. Auguſt. *Os tuum fiſtulam aquæ viuæ, & venam fontis æternæ meritò dixerim.* Alij Doctores riui quidem vitales, Auguſtinus à fonte immediatè accipiens vena eſt ipſius æmulatrix æterni fontis. *Aquæ viuæ.* Viuit ne Auguſtinus? Sua volumina eum viuentem exponunt. Poſſidonius in vita Auguſt. *cap.* 31. aſſerit à Poëta quodam hoc ſepulchro Epitaphium exaratum fuiſſe:

Paulin. *Auguſtini volumina vena aquæ viuæ.* Poſſidon.

Viuere poſt obitum vatem vis noſſe viator?
Quod legis, ecce loquor, vox tua nempe mea eſt.

An Deus Auguſtinus qui viuit vbique? Vbinam gentium Auguſtini non leguntur ſcripta. Theologi, Iuriſprudentes, Concionatores, Philoſophi, Mathematici, Medici, Grammatici euoluunt. Cathedris ac ſuggeſtis nomen reſonat Auguſtini. Vniuerſitatum aulis, ſi valida argumenta contorquentur, Auguſtini vigent ex doctrina. Si Doctores, ſi Concilia oſtendunt mentem Auguſtini aliquod eſſe dogma, in ſilice inſeribitur. Reddit rationem D. Paulinus epiſt. 35. tom. 2. Auguſt. *Quod ita miramur, atque ſuſpicimus, vt dictata diuinitus verbo credamus.*

Paulin.

32. *Auguſtinus vas ſalis, vnde cuncti Doctores accipiunt in ciborum condimentum: & præſeruationem corruptionis.* Prou. 9. Paulin.

Vidiſti apud menſam vas ſalis in medio collocari, vnde cuncti conuiuæ accipiunt ciborum condimentum? Exiſtima ſapientiam cœleſtem ſuam menſam apposuiſſe, iuxta illud: *Sapientia ædificauit domum, poſuit menſam*, &c. Prou. 9. Doctores hærent menſæ ſapientiæ, quæ in Auguſtino velut vaſe aureo apponitur, vnde omnes accipiant. Exclamat Paulinus epiſt. 31. tom. 2. Auguſt. *O verè vas ſalis, quo præcordia noſtra, ne poſſint errore ſæculi euaneſcere, condiuntur.* Condiuntur planè cùm ſal illud ex aureo Auguſtiniano vaſe acceptum nobis à Doctoribus, à Concionatoribus miniſtratur.

33. *Eſt doctrina Auguſtini fons paradiſi, è quo condiuntur aquæ cunctæ ſapientiæ.* Gen. 2. Rupert.

Aſſerit Rupertus cunctas aquas inferiores ad fontem paradiſi confluxiſſe, vt acciperent naturæ condimentum ab illa quaſi *magni corporis mamma.* Potabiles aquæ condiuntur ſale ad ſaporem, ne inſulſæ è fontibus propinentur. Aquæ marinæ ſal capiunt, ne ſtagnatæ corruptione afficiantur. Auguſtinus equidem *magna eſt* Eccleſiaſti corporis *mamma.* Inſipidi

riui

riui doctrinæ cuiuſuis, ſi Auguſtini ſale non condiatur. Deficiente ſale Auguſtiniano, & verba, & ſcripta cuncta obnoxia exiſtima corruptioni. *O verè ſal, quo præcordia noſtra ne poſſint euaneſcere, condiuntur: quo ſapida cuncta redduntur.* En *fons* egreſſus *è medio paradiſi*, Gen.2.

O B S E R V A T. I V.

Ad illa verba:

Vos eſtis lux mundi.

Sol Eccleſiæ Auguſtinus, vitæ & doctrinæ fulgorem ſpargens.

Oſtendo, Doctores, ac Concionatores, in morem Solis, & vitæ, & doctrinæ radiis debere decorari.

34. *Doctrinam, & ſanctitatem Auguſtini commendą.*

STrabus Apoſtolos aſſerit lucem mundi, ſeu ſolem vitæ ac doctrinæ fulgorem ſpargentes. O Auguſtine, quàm pleno ore poteris ſol Eccleſiæ appellari, ex radiis vitæ, ex doctrinæ cœleſti fulgore? Parentis magni elogia ex ore deuotiſſimi ac doctiſſimi filij Thomæ de Villanoua prælibare licebit.

35. *Auguſtinus velut Sol in Eccleſia refulſit.* Eccli.50. Thomas à Villa. Dionyſ. *Sol Dei gerit imaginem.*

De Simone Oniæ filio fatur Eccleſiaſticus, *Quaſi ſol refulgens, ſic ille effulſit in Templò Dei*, cap.50. Fatur Thomas ſerm. 1. *Sic Auguſtinus refulſit in Templo Dei*, ſeu in mundo Aſſerit D.Dionyſius *de diu.Nomin.cap.5.* inter cunctas creaturas corporeas nullam eſſe ita Deo ſimilem ſicut ſolem. Quid eſt omnis corporea pulchritudo Solis pulchritudini comparata? *Qui præ nimia pulchritudine videri ſe ſol non permittit, Deo fit ſimilis, qui lucem habitat inacceſſibilem. Pulchritudo eius omnia pulchrificat, eius virtus omnia viuificat, ex alto omnia corpora diſponit, omnia illuſtrat, omnia conſeruat. Sole recedente, omnia ſiccantur: Sole aſcendente, omnia naſcuntur. Hoc eſt*, addit Thomas,) *Sol ſuo modo corporibus, quod Deus eſt omnibus. In Sole enim Deus hominibus ſe depingit, in eo ſe figurauit, vt eſſet in eo quodammodo viſibilis inuiſibilis Deus.*

1.Ioan.1. Hebr.1. Luc.12.

De Patre dicitur, *Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ*, 1.Ioan.1. De filio autem, *Qui cùm ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius*, Hebr.1. De Spiritu denique ſancto, *Ignem veni mittere in terram*, &c. Luc.12.

36. *Auguſtinus & iuſtitia, & ſapientia Sol eſt Dei æmulator, quaſi in Eccleſia Deum orbi datus.* Eccli.21.

Iam diſcurſum Auguſtino accommodat. *Neque abſonum videatur, quòd Pater Auguſtinus Sol Eccleſiæ nuncupatus ſit. Solent enim iuſti ſapientes Solis vocabulo etiam in Scriptura ſacra vocitari. Homo ſenſatus permanet vt Sol*, Eccli.21. *vbi ſapiens comparatur Soli. Si igitur quilibet iuſtus ſenſatus in Eccleſia Dei Sol nuncupari poteſt: nónne etiam Auguſtinus, qui non ſolùm vitæ ſanctitate, ſed etiam miro ſapientiæ fulgore Chriſti Eccleſiam luce plena, & copioſiſſima irradiauit? Si ſapientia lux eſt, quis in Eccleſia Dei magis lucet, quàm Auguſtinus? A Sole omnia Aſtra lucent, ab Auguſtino omnes, qui poſt ipſum fuere, Doctores ſapientiæ lumen arripiunt. Diuiſiones gratiarum ſunt, neque Sanctus dici poteſt, qui in aliqua virtute, vel gratia non extitit inſignis. Eſt Auguſtinus inſignis, iuſtus; ſed quod eſt ſapientiæ proprium, Scripturas intelligere, penetrarè Sacramenta, noſſe myſteria, innodata diſſoluere, obſcura propalare, hoc ſibi iuſtiſsimè vendicat Auguſtinus. Etenim intellectus acumine, ingenij perſpicacitate, diſputandi acrimonia, inueniendi copia, diſſerendi ſubtilitate monſtrum quoddam in natura fuit Auguſtinus. Qui humanæ intelligentiæ*, (attende,) *terminos, irradiante Deo, viſus eſt tranſcendiſſe, vir intellectu & ſapientia prope diuinus* En Auguſtini Solem Solis iuſtitiæ fulgorem æmulantem.

Cuncti Doctores à Sole Auguſtino elucent.

Iam verò quónam modo Auguſtinus refulſit in Dei Templo, exponit. *Quatuor* (Præſul adiicit,) *modis aliquis in Templo Dei lucet, ſcilicet fide, ſapientia, vita, regimine. Iſta ſunt quatuor luminaria, ſiue quatuor feneſtræ in Templo Dei, à quatuor eius angulis totum Templum illuminantes. Fide lucent in Eccleſia Martyres, ſapientia Doctores, vita Confeſſores, regimine Pontifices. Omnibus iſtis quatuor modis Auguſtinus in Templo Dei refulſit. Ideóque ſi ille, qui vna iſtarum rationum in Eccleſia fulget, Sanctus eſt; quantus erit Auguſtinus, qui omnibus obiicitur effulſiſſe?* 37. *Quatuor modis Sol Auguſtinus refulſit fide, ſapientia, vita, regimine.* Thomas à Villa.

Primò quidem fide refulſit. *Quantum*, (ait Præſul,) refulget fide? quantum fidei contulit Auguſtinus? Martyres in illo oppido, vel ciuitate, vbi patiebantur, fidem credentium confirmabant? *Auguſtinus doctrina ſua fidem non in vno oppido, ſed in toto orbe defendit. Vnde ſicut maioris meriti eſt defendere fidem ſanguine, quàm verbo: ita etiam maioris laudis, illam defendere in orbe, quàm in vrbe.* Haud profudit ſanguinem, quod maioris eſt meriti. *Auguſtinus non defuit Martyrio, ſed magis Martyrium defuit Auguſtino.* Sæpiùs namque vitam pro fide apud hæreticos expoſuit, niſi Deus aliter diſpoſuiſſet eius vitam cuſtodire, quia plus doctrina, quàm morte populo Dei profuturus erat. Fatur Auguſtinus. *Oppugnata eſt Eccleſia prius à leone in Tyrannis, & deinde à Dracone in hæreticis.* Porrò minorem non reputo Draconis, quàm leonis perſecutionem extitiſſe. At quemadmodum victus eſt leo in Martyribus, ita victus eſt Draco in Doctoribus. *O quam acerrima fuit Auguſtino pugna cum Dracone hæreticorum! O firmiſsimam Eccleſiæ columnam! ô magnum fidei propugnaculum!* 38. *Fide Auguſtinus fulſit, deficiente Martyrio doctor., & non ipſo Martyrio.* Thomas à Villa. Auguſt.

Nec fidei ſolùm contulit Auguſtinus, eam ab hæreticis defendendo, ſed & fidelibus exponendo ineffabiliter. *Quis*, (Thomas ait,) *in exponendis Scripturis vigilantior? Quis in diſcernendis myſteriis eruditior? Quis in enodandis quæſtionibus diſertior? Auguſtinus cœpit primus catholicas veritates enucleare, digerere, dilucidare, diſtinguere, atque in ſcholaſticam formam redigere, docens, quid in quolibet fidei myſterio ſentiendum: quid ad obiecta reſpondendum eſſet.* 39. *Expoſuit egregiè fidē fidelibus.* Thomas.

De ſanctitatis fulgore quid eloquar? *Sanctitatem Auguſtini*, (fatur Archiepiſcopus,) *& eius ſapientia, & doctrina ſatis poterit elucere.* Dum lego Doctoris egregij volumina, tot plena perfectionis documentis ineffabilem eius ſanctitatem reor ſolummodo hiſce linguis effabilem eſſe. Omnibus Eccleſiaſticis è pietatis ac ſanctitudinis proprio fonte viuendi regulam præſcripſit. Virginibus librum de virginitate dicauit, viduis de viduitate vera, coniugatis de bono coniugali volumen, Monachis librum 40. *Eminuit ſanctitate mira.* Thomas.

de

de Opere Monachorum, mulieribus librum de fœminarum honeſtate, Clericis Canonicorum tradidit Regulam, cunctis ſalutis præſcripta halantia perfectionem Authoris prælibauit.

An ſapientia refulſit? Plura dedi de Augu-
41. ſtini ſapientia indicamenta, eius ingenium effetendum aſſumam. *Omnes ille liberales ſcientias ſine Magiſtro didicit. Tantæ facundiæ fuit, vt in ſingulis libris alius à ſe ipſo videatur. Adeò enim copioſus extitit Auguſtinus,* (ait Encomiaſtes,) *in ſcribendo, vt ſingulis libris accommodatum dederit ſtylum, adeò vt non ab eodem, à quo alius, videatur pectore proceſſiſſe. O copioſum ſapientiæ flumen fœcundius Nilo, & Danubio redundantius! O vaſculum ſapientiæ capaciſſimum! O immenſum diuinorum ſecretorum pelagus! Omnis laus te eſt inferior.* An non ingenij Auguſtiniani vim exprimit tanta librorum multiplicitas! *Tot ſunt Auguſtini volumina, vt vix legi poſſint. Tam varij libri, vt non ab vno, ſed ab vniuerſitate Doctorum ſcripti videantur: ſic in eis diuina ſapientia lucet, vt humana quoque ſapientia ſupra modum fulgeat, & eloquentia polleat.*

Fulgor ineffabilis Auguſtiniani ingeny. Thomas.

Fulſit denique regiminis dignitate. *Fuit,*
42. (adiicit Præſul,) *fideliſſimus, & prudentiſſimus Antiſtes conſtitutus à Deo ſuper familiam ſuam, vt det illis in tempore ſpiritualis tritici menſuram.* Ad hæc Dionyſius Carth. *ſerm.* 1. commendans Præſulatum Auguſtini, addit, *laudandus eſt à ſua fructuoſiſſima præſidentia in Epiſcopali officio, quod feruentiſſimè adimpleuit. Nec ſolùm plebem ſibi commiſſam, ſed vndique informauit fideles. In cibo, potu, ſomno, ac veſtibus moderatiſſimè ſe habuit.* quia ſcilicet ſe pauperibus ſciebat debitorem.

Regiminis dignitate præfulſit Antiſtes Auguſtinus. Thomas. Dionyſ. Carth.

Porrò D. Hieronymus diſcurſum confirmat
43. *epiſt.* 25. *tom.* 2. *Aug.* hoc Doctoris eximij ſcribens elogium. *Abſque tui nominis mentione neque vnam quidem horam præterire patimur, qui contra flantes ventos ardore fidei præſtitiſti.* Solem te potius reputem, quàm lucernam, qui tot flantium ventorum impugnationem radio haud tremulo ſuperaſti. Effulſit fide? *Catholici te conditorem antiquæ rurſus fidei venerantur.* Chriſtus primus fidei conditor, ſecundus Auguſtinus? O titulum egregium! Alij Diui Eccleſiæ propugnacula vocitentur, Auguſtinus antiquæ rurſum fidei conditor appellatur redintegrans ruinas ab hæretica impugnatione. Addit Hieronymus, *Magnæ virtutes in orbe celebraris.* Mira eſt ſanctitas Auguſtini, ſi vno ore toto in orbe à cunctis celebratur. Quid de doctrinæ, ſeu ſapientiæ fulgore? *Quod ſignum,* inquit, *maioris gloriæ tuæ* ſapientiæ eſt, *hæretici deteſtantur.* Quia cuncta voluminum Auguſtini verba in hæreticam prauitatem fulmina contorquent. Quid quòd ſingulæ particulæ ſint myſteria, aut frumenti adeps, nullo ſuperfluorum verborum furfure admixtus? Ait D. Gregorius, ſi delitioſo cupitis pabulo ſaginari, patriotæ veſtri Auguſtini opuſcula legite, & ad comparationem ſiliginis illius noſtrum furfurem non quæratis. Et Claudianus Mammer. lib. 5. de ſtatu anim. cap. 9. *Aurelius Auguſtinus & acumine ingenij, rerum multitudine, & operis mole velut quidam Chryſippus argumentandi virtute aut Zenon ſenſuum ſubtilitate, aut Varro noſter voluminum magnitudine.* D. Thomas *ſerm. de Aug* Doctrinæ ineffabilis Doctoris maximi Iobi illud accommodat: *Profunda quoque fluuiorum ſcrutatus eſt, & abſcondita in lucem produxit,* cap. 18. Quinam hi fluuij? Reſpondet Angelicus Doctor, quatuor veluti paradiſi flumina *Scripturæ, Creaturæ, Culpæ, & Gratiæ.* Cuncta Auctorum ſcripta legit, calluit, digeſſit. Creaturarum ſecreta ſcrutatus eſt Angelorum, hominum, animantium. Culpæ originalis difficilem materiam enodauit. Gratiæ denique immenſum pelagus ad liberi arbitrij riuulum attraxit. Quid denique de Præſulatus Auguſtini fulgore? An Chriſtus *Epiſcopus animarum? Catholici,* (aiebat Hieronymus,) *te Conditorem antiquæ fidei venerantur.* id eſt, veri Conditoris Chriſti eſſe imaginem profitentur. Adonem audi. Omnibus gratulantibus, atque id fieri ingenti deſiderio clamantibus, Epiſcopatum ſuſcipere ſuo viuente Epiſcopo, coactus eſt. Vixit in Epiſcopatu annis ferè quadraginta, verbum Dei vſque ad extremam ægritudinem in Eccleſia prædicauit. Teſtamentum nullum fecit, quia vnde faceret pauper non habebat. quia pauperum commoda verè procurauit Antiſtes. Plura inferiùs.

De Auguſtini prædictis radius fulgētiſſimus mens Hieronymi. Hieron.

Conditor antiquæ fidei eſt.

Magnæ virtutis fuit reputatus toto in orbe.

Hæreticis horribilis Auguſtiniana doctrina.

Adeps farinæ ſine furfure. Gregor.

Scripta Auguſtini. Claudian.

D. Thom.

Iob 18.

Scrutatus eſt profunda fluuiorum.

Epiſcopus fuit Chriſti æmulator. Hieron.

SECTIO II.

Vitæ fulgor.

TEXTVS.

VERS. 16. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. 17. Nolite putare, quoniam veni ſoluere, ſed adimplere. 18. Amen quippe dico vobis: Donec tranſeat cœlum, & terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. 19. Qui ergò ſolueris vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in Regno cœlorum: qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno cœlorum.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Ad legis obſeruationem Chriſtus Diſcipulos hortatur.

1. *Opera ſuadet.* SIc luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant,&c.] An non lux eſtis mundi,ô Apoſtoli? Num non Apoſtolicum munus omnium in oculis verſari? Ergo colligite ſingularis probitatis exemplum à vobis eſſe proferendum. Ciuitas celſo in monte extructa, aur lucerna candelabro expoſita latere non poteſt? Date ergo operam, vt non ſolùm verbis, ſed etiam operibus fulgeatis.

2. *Opera in Dei gloriam gerenda.* *Vt videant homines opera veſtra bona, & glorificent Patrem,* &c.] Nolo vos opera veſtra inaniter oſtentare, ſed ita viuere adhortor, vt qui opera viderint, Deum collaudent. Videant homines opera veſtra proba, non vt vos glorificent, ſed vt Patrem, qui in cœlis commoratur, laudibus efferant. Anſelmus, *laudent Deum in vobis, non vos.* Strabus, *Quaſi dicat, ita hæc agite, vt non finem boni operis in laudibus hominum conſtituatis,* &c. (Anſelm. Strab.)

3. *Chriſtus legem impleuit.* *Nolite putare, quoniam veni ſoluere legem: non veni ſoluere, ſed adimplere.*] Non veni frangere legem ô Diſcipuli, ſed facere: idémque vobis præſtandum eſt. Author Imperf. *Dicit Chriſtus, ſe non veniſſe, vt ſolueret legem, ſed vt adimpleret; vt Diſcipulos ſuos, quos omnibus bonis adornatos eſſe debere ſuprà docuerat, his verbis ad ſuum prouocaret exemplum. Vt quemadmodum ipſe omnem legem implebat, ſic & illi omnia etiam minima legis feſtinarent implere.* Addit Doctor, hæc à Chriſto moueri, vt Iudæorum futuræ calumniæ occurrat. *Quia futurum erat, vt Iudæi calumniarentur eum in ſabbatis operantem, quaſi ſoluentem legem: ideo priuſquam incurrat in calumniam, calumniatoribus ſatisfacit, dicens: Nolite putare, quia veni ſoluere legem.* (Imperf.)

4. *Poterat Chriſtus legem ſoluere, vt Dominus.* Soluitur quidem lex vel cùm non ſeruatur, vel cùm euertitur, aut abrogatur. Vtroque modo Chriſtus poterat legem ſoluere legis Dominus; ſed nullo modo ſoluit, dum vixit. At hoc loci id: *Non veni ſoluere legem*, idem reor, ac non veni frangere, legis præcepta deſpicere. *Miſit* namque *Deus Filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege*, Gal.4. Hoc eſt, legi obtemperantem. Porrò Chriſtus tribus modis legem impleuit. Primò, quia illam ſeruauit. Secundò, quia illius promiſſa præſtitit, & vmbrarum, ac typorum veritatem exhibuit. Tertiò, quia legem interpretando perfecit. Addo cum Chryſoſtomo quartum, quia gratiam, quam lex vi ſuadere non poterat, ipſe contulit. *Studebat lex hominem facere iuſtum, atque in hoc inueniebatur infirma. Veniens Chriſtus, & per fidem,* (viuam cum operibus,) *modum iuſtificationis certiſſimum inducens, voluntatem legis impleuit.* Anſelmus, *Chriſtus eſt legis ac Prophetarum virtus, per quem omnia implentur.* Strabus, *Venit adimplere legem, & Prophetas, faciendo quod lex, & Prophetæ dicunt: vel ſupplendo, quod deerat, vel imperfectum erat.* (Gal.4. — *Quatuor modis Ieſus legem impleuit.* — Anſelm. — Strab.)

§. II.

De Iota, & apice.

5. *Locus exponitur: Donec tranſeat cœlũ.* AMen quippè dico vobis: Donec tranſeat cœlum, & terra, iota vnum, aut vnus apex, non præteribit de lege, donec omnia fiant.] Senſus eſt, Ad diẽ vſque iudicij, nihil ex lege peribit, quod à me non impleatur. Aliter ſignificat impoſſibile eſſe, lege promiſſa, & typos non impleri, hoc ſenſu: Facilius erit, cœlum, terrámque omninò perire, quàm vel minimum aliquod legis promiſſum, aut vaticinium per me non impleri. Donec pereat cœlum, non peribit legis apex: cœlum nunquam quoad ſubſtantiam peribit; nec ergo peribit legis apex, aut iota, quin quod ſignificat, impleatur. Hoc ſenſu Dominus apud Lucam, *Facilius eſt, cœlum, & terram præterire, quam de lege vnum apicem cadere.*

6. *Quid Iota?* Quidnam *Iota*? Particula eſt ſignificans i. Porrò Chriſtus, qui Hebraïcè loquebatur, *Iod* dixit. At tam Græcis *Iota*, quàm Hebræis *Iod* minima literarum eſt. Cur autem huiuſmodi fandi more vſus? Caiet. reſpondet, *Ad manifeſtandũ, quòd omnia, nullo prætermiſſo, etiã minimo, impleri oportet, quæ sũt in lege, & Prophetis ſcripta.* (Caiet.)

7. *Quid Apex.* Quidnam *Apex*? Tempore Chriſti nondum puncta Hebræa, & apices extabant, qui nunc ob minorem linguæ notitiam in inſcitiæ ſubſidium ſunt in vſu. Quidnam ergo Dominus Apicem appellauit? Crediderim vocari *Apicem* literæ Hebrææ faſtigium ſummum: vt caput ipſius *Iod*, vel alterius literæ. Exaggerat Dominus ſententiam: Non ſolùm *Iota*, ſed vel huius minimæ literæ apex non præteribit à lege. Hinc colligit Hieronymus, etiã quæ minima in lege videntur, & veluti apices, typica eſſe. *Ex figura literæ* Iota *oſtenditur, quòd etiam quæ minima putantur in lege, Sacramentis ſpiritualibus plena ſint.* (Hieron.)

§. III.

De mandatis minimis.

8. *Quanam mandata memorat Dominus?* QVi ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, &c.] Requirendum in primis, de quibuſnam mandatis Chriſtus loquatur? An de veteris legis, an de nouæ mandatis? Exiſtimo locutum Dominum de mandatis, quæ hoc ſermone tradit ad perficiendam, & implendam legem in hanc ſententiam: *Non veni ſoluere legem, ſed adimplere* opere, & præceptorũ explanatione. Qui ergo vnũ de minimis præceptis iſtis, quæ ſequũtur, quæque ego tradã, fregerit, minimus erit, &c. Chryſoſt. *Minima mãdata dicit, quæ ipſe traditurus erat, non legalia.* Author Imperf. *Quæ ſunt iſta minima mandata, Dominus oſtendit, dicens demonſtratoriè: Si quis ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, id eſt, quæ modò dicturus ſum. Nam talis eſt mos loquendi in Scriptura, quæ poſt modicum dicturi ſunt, quaſi iam dicta demonſtrantur. Sicut eſt* Pſalm. 48. *Audite hæc omnes gentes. Quæ* hæc, *niſi quæ in ſequentibus erat dicturus.* Adhærent Theophylactus, & Euthymius. (Chryſoſt. Imperf. — Theophyl. Euthym.)

9. *Cur minima appellarit hæc mãdata? Patrum ſententia.* At cur præcepta *minima* hæc mandata appellauit? An cauſa humilitatis, & amouendæ inuidiæ? Sic Chryſoſtomus, & Theophylactus, dicens: *Nominat mandata minima Dominus propter humilitatem, vt & te inſtruat,* (Chryſoſt. Theophyl.)

modeſtè

modeſtè docendo loqui. An quòd minima videantur quo ad peccatum? Sic Imperfectus. Si conferantur cum præceptis maioribus, minora ſunt peccata, quæ aduersùs hæc minima præcepta committuntur, quàm quæ aduersùs maiora præcepta perpetrâtur. Verbi cauſa, præceptum, *Non iraſceris fratri*, minus eſt, ſi conferatur cum præcepto, *Non occides*; & peccatum iræ, quæ corde concipitur, minus eſt peccato homicidij. An quia comparatione duorum præceptorum, quæ maxima nominantur: *Diliges Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum ſicut te ipſum.* quaſi minima eſſe videntur alia præcepta Decalogi? Sic Euſebius Emiſſ. *Maxima hæc duo ſunt, & illa decem, quæ digito Dei in tabulis lapideis ſcripta ſunt. Sed ad eorum comparationem duorum alia omnia aut minora, aut minima intelligi poſſunt.* An quia opinione Phariſæorum minima erant? Sic Maldonatus, & Author Imperfecti. *Præcepta Chriſti apud Scribas, & Phariſæos minima exiſtimabantur.* An minima vocantur, quia illorum onus, & iugum ſuaue, iuxta illud. *Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue?* Matth. 11. Sic Barradius. Alij aliter.

Emiſſen. Maldon. Imperf. Barrad.

10. *Authoris ſententia.* Ego autem putarim Chriſtum non vocitaſſe mandata omnia de quibus locuturus erat, *minima*: ſed quædam eſſe maxima, alia minora, alia minima, de quibus ſic: Qui ſoluerit vnum non ſolùm de maximis, & maioribus præceptis, ſed de minimis etiam, minimus vocabitur. Sic Abulenſis, Ianſenius, & Hieronymus profatus: *Suggillat Phariſæos Dominus, qui contemptis mandatis Dei, ſtatuebant proprias traditiones, quòd non eis proſit doctrina in populis, ſi vel paruum, quod in lege eſt, præceptum, deſtruant.* Quia verò Chriſtus dixerat, Iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, *Iota* autem, & *apex* minimæ res ſunt; idcircò adiunxit: *Qui ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis.*

Abulenſ. & alij. Hieron.

§. IV.

De Doctoribus.

11. *Particula ſic, duplici ſenſu effertur.*

E*T docuerit ſic homines.*] De iis, qui populum edocent, Dominus agit. Quidam ſoluunt mandata, & ſic docent: alij ſeruant, & ſic doctrinam populo tradunt. Particula *ſic*, duobus modis poteſt exponi. Priori, Qui fregerit vnum ex minimis mandatis, & docuerit homines *ſic*, id eſt, ſic affectus, ſic mandati tranſgreſſor, minimus erit. Auguſtinus tract. 122. in Ioan. *Docent bona loquendo, quæ ſoluunt malè viuendo.* Gregorius hom. 12. in Euang. *Mandatum ſoluit, & docet, quando hoc quiſque voce prædicat, quod viuendo non implet.* Poſteriori autem, Qui ſoluerit vnum ex minimis mandatis, & docuerit homines ſic, id eſt, ſic ſoluere, minimus erit. Poteſt namque Doctor non facere præceptum, & docere eſſe faciendum, & poteſt non facere præceptum, & docere *ſic*, id eſt, non eſſe faciendum præceptum, quod ipſe non facit.

Auguſt. Gregor.

12. *Exemplo, & voce poteſt doceri, non eſſe ſeruandum præceptum.* Addo, duobus etiam modis poſſe doceri non eſſe ſeruandum præceptum, exemplo ſcilicet, & voce. De exemplo locum intellexit Euthymius. Sine diſtinctione exempli, aut vocis affirmat Chryſoſtomus. At Gregorius *lib. 19. mor. cap. 5.* de eo interpretatur, qui opere ſoluit, & voce. *Qui ſoluit opere, & ſic docet voce*, & ipſo opere Auguſtinus lib. 1. de ſerm. Dom. *Qui ſoluerit, & docuerit ſic, id eſt, ſecundùm id, quod ſoluit, non ſecundùm id, quod inuenit, & legit, minimus vocabitur.*

Euthym. Chryſoſt. Gregor. Auguſt.

Auguſtino ſubſcribo, quem ſequuntur Abulenſis, Ianſenius, Caietanus, Hugo Cardin. 13. Barradius, Maldonatus, & Lyranus, exiſtimans Chriſtum de iis loqui, qui præcepta ſoluunt, & per falſam doctrinam auditores corrumpunt. Porrò de duplici Doctorum genere Dominum locutum exiſtimo. Primò de iis, quorum doctrina & vita praua eſt. Secundò de illis, quorum vtraque bona.

Authoris expoſitio. Auguſt. & alij.

Minimus vocabitur in Regno cœlorum.] Prima interpretatio, *Qui ſoluerit vnum de mandatis minimis*, veniale peccatum committens, *& docuerit ſic homines*, commiſſo peccato veniali circa minimum mandatum, *minimus vocabitur in Regno cœlorum*, hoc eſt, erit quidem in cœlo, ſed minimo loco, vel minori, quàm is, qui fecerit & docuerit. Innuit Hieronymus *lib. 2. contr. Iouin.* Abſurdum arbitror eum, qui vnum peccatum veniale commiſit, minimum dicere in cœlo, cùm poſſit magnopere excedere charitate. 14.

Prima expoſitio reiicitur. Hieron.

Sic expono, Hi, qui vel minimam hæreſim tradunt, *in Regno cœlorum*, hoc eſt, in cœlo, à Deo, Angelis, Diuiniſque omnibus, minimi hominum, ac deſpicatiſſimi vocantur. Sic Interlinearis, & Strabus. Abulenſis fatur, *Apud illos, qui ſunt in Regno cœlorum, minimus vocabitur, licèt ipſe non ſit ibi.* Si autem velis verbum, *vocabitur*, ſignificare *erit*, hoc ſenſu: *Minimus erit*, verus etiam eſt ſenſus. Nam prauam diſſeminantes doctrinam in Regno cœlorum, hoc eſt, in cœlo apud Deum, & Angelos, Diuóſque homines minimi ſunt, id eſt, minimo in pretio habentur, abiectiſſimi exiſtimantur. 15.

Authoris mens. Interl. Strab. *Alia expoſitio.*

Scio Chryſoſtomum, quem ſequuntur Theophylactus, Euthymius, & Maldonatus, *Regnum cœlorum* pro tempore Reſurrectionis, & iudicij ſumpſiſſe. *Cùm audis*, (ait,) *in Regno cœlorum minimum, nihil aliud intelligas, quàm in tempore Regni, atque ſupplicij. Solet enim Regnum cœlorum appellari non ſolùm ipſa gaudia præmiorum, ſed etiam Reſurrectionis tempus*, &c. At cùm Chriſtus mox verbis ſubſequentibus nomine Regni cœlorum cœleſtem gloriam intelligat: *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quàm Scribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in Regnum cœlorum*, credo non adeò æquiuocè eodem nomine Regni cœlorum hîc vſum fuiſſe. 16.

An Regnum cœlorum Reſurrectionis tempus? Chryſoſt. Theophyl. Euthym. Maldon. *Impugnatur.*

Fateor tamen hoc loci *Regnum cœlorum*, non ſolùm pro Beatorum Patria, vt dixi, ſed & pro Eccleſia, quæ ſæpe Regnum cœlorum dicitur, intelligi poſſe. *Minimus vocabitur in Regno cœlorum*, id eſt, in Eccleſia. Etenim improbus Doctor, & hæreticus nullo in pretio in Eccleſia à Catholicis habetur. Fauet Gregorius *lib. 19. mor. cap. 5.* & Auguſtinus *lib. 20 de ciuit. cap. 9.* Barradius, & alij. 17.

Pro Eccleſia etiam Regnum cœlorum ſumitur. Gregor. Auguſt. Barrad.

Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno cœlorum.] Perſpicua hæc ex præfatis. Doctor, qui ſoluerit præcepta, & ſoluere docuerit, minimus vocabitur in Eccleſia, & in cœlo. Is autem, qui præcepta ſeruauerit, & doctrinam ſalutarem populo tradiderit, magnus vocabitur, ſeu magno in pretio habebitur in Eccleſia à Catholicis, à Deo, Angelis, ac Diuis in ſuperis. 18.

Ex prædictis facilis expoſitio.

IN AVGVSTINVM

PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS CIRCA LITERAM.

EX VITÆ FVLGORE.

Obſervat. I.

Ad illa verba:

Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem, &c.

Auguſtinus ſapientiſſimus, & ſanctiſſimus, quia Dei induere curauit imaginem, non laudi propriæ ſtuduit, ſed ad Dei gloriam, doctrinam, & opera expoſuit.

Aſſero, in eos, qui opera ſua Dei gloriæ libant, gloriam ipſam incrementis addictam refluere.

19. *Plus commendatur, & laudatur à cunctis, qui ſoli Dei gloriæ opera dicat.* Pſalm. 113. Marc. 8. Matth. 23. Caiet.

HIc noſtræ lucis ſcopus gloria Numinis. Haud eò dirigatur, vt nomen noſtrum, ſed vt diuinum illuſtre fiat: *Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam,* Pſalm. 113. *Cauete,* (ait Dominus,) *à fermento Phariſæorum*, Marc. 8. Quodnam Phariſæorum fermentum? *Omnia opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus*, Matth. 23. Vos autem opera veſtra gerite, vt Pater veſter gloria afficiatur: è quo quidem & filiis gloria exundabit. Pulchrè exprimit Caietanus illam particulam: *Patrem veſtrum exponens. Propterea non dixit, vt glorificent Deum, ſed glorificent Patrem veſtrum. Patris ſiquidem proprij honor & gloria naturaliter quæritur à filiis: nec gloria noſtri Patris aliena eſt à noſtra gloria. Quin potiùs quærendo gloriam noſtri Patris, proprium quærimus bonum; in filios enim redundat gloria Patris, qui in cœlis eſt.* Vberior quidem, quia ad ſuperos gloria aſcendens, iam à Patre, iam à ſuperis redit fulgentioribus radiis exornata.

20. *Ethnicus proprij nominis gloriæ ſtudet.* Plutarch.

Quam è ſæculo, qui proprij nominis ex operibus quærit ornatum! Narrat Plutarchus *lib. de profectu morum*, à Magno Alexandro nũncium ſumma lætitia geſtientem, dexteráque protenſa accurrentem his verbis exceptum: *Quid mihi vir bone, nunciabis aliud, quam Homerum reuixiſſe?* Addit Author, *Nihil videlicet ſibi deeſſe, his verbis conteſtatus eſt, quàm famam inſignem apud poſteros procurare. Hoc enim vnum cupiebat, Homerum Poëtarum Principem in vitam reuocari, vt res, quas geſſerat, principe carmine celebratæ, Homericóque penicillo depictæ ab hominibus omnibus cognoſcerentur.* Do Ethnico veniam.

21. *Chriſticola abſtineat à fermento Phariſaico.*

O vir Chriſticola, à Phariſæorum fermento caue. Quemadmodum fermentum maſſam inflat: ſic ſuperbia, inaniſque gloria homines efficit intumeſcere. Ideo reor fermentum penitus ab Altari fuiſſe repulſum. Fatur Philo lib. de Offer. Vict. *Iubet legiſlator, oblationem omnem ſine fermento fieri propter tumiditatem, quam efficit. Figurato præcepto, ne quis elatus ad altare accedat, tumidus faſtu, & arrogantia.* Philo.

Sibi tumidus Doctor fornicem triumphalem ſtudet erigere, quem Deo deberet præparare authori victoriæ. Poſt victos Amalechitas Saul fornicem ſibi huiuſmodi dicitur erexiſſe 1. *Reg.* 15. Quod ad arrogantem Doctorem D. Gregorius allicit: *Arrogantes Doctores, dum magna dicunt, ſe in ſublime æſtimationis erigunt: & quales ſe intus aſpiciunt per iactantiam, & oſtentationem, foris innoteſcunt. Cúmque & illud, quod per ſe alij proficiunt, ad fauorem propriæ laudis trahunt,* (non Dei,) *quid aliud videntur agere, niſi altum victoriæ ſignum inſigni titulo demonſtrare?* 22. *Quam Saul, qui ſibi fornicẽ triumphalem erigit.* 1 Reg. 15. Gregor.

Profectò Auguſtinus minimè proprij nominis, dum ſcribit, dum operatur egregiè, gloriæ ſtudet, ſed Patris nomini celebrando incumbit. Filius enim Dei, Patris gerit imaginẽ; vnde in occulto inuiſibili Patri libare opera procurat. Aſſerit Zeno apud Lippom. homini in principio inditam fuiſſe Dei imaginem. Qua, precor, in parte hominis? Quis illam cernere potuit? An quia illam neſcimus, quia nunquam videmus, ideo eam non habemus? *Habemus planè, & quidem manifeſtam ex eo ipſo quòd non eſt portantibus nota. Incomprehenſibilis Dei imago inuiſibilis ſit neceſſe eſt.* Auguſtinus Dei gerit imaginem, quam procurat ſoli Patri cœleſti exponi. At manifeſta fit ex eó ipſo, quòd vel ipſi haud nota Auguſtino. Quis ingenij eius acumen contempletur, qui Dei imaginem non acclamet? Porrò *incomprehenſibilis Dei imago inuiſibilis ſit neceſſe eſt. Denique oculis non eſt ſubiecta mortalibus.* Quia ſoli Patri, qui in cœlis eſt, lucere procurat. 23. *Auguſtinus Dei filius Patri curabat gloriam prælibare cœleſti.* Zeno.

Paulus ad hæc, *Non qui in manifeſto Iudæus eſt, ſed qui in abſcondito,* Rom. 2. Vbi Hieronymus, *Ne iuſtitiam noſtram coram hominibus,* (vt eis placeamus,) *faceremus, ſed in occulto, & coram eo ſolo, cui ſoli nihil eſt occultum: & quem ſolum remuneratorem bonorum nouimus eſſe factorum.* Sic Auguſtinus cupiebat abſcondi non ad operationem, non ad doctrinæ peruulgationem, ſed ad gloriæ fulgorem. 24. *Auguſtinus curabat abſcondi non ad laborem, ſed ad fulgorem gloriæ.* Rom. 2. Hieron.

Attamen è Patre cœleſti ad ipſum fulgor mirificè exundauit. Vndénam exiſtimas Auguſtini ſcripta velut Propheticas periodos à Doctoribus explicari? Quia ſtudente ipſo, totam gloriam doctrinæ in Patrem dirigi, cœleſtibus affecta incrementis in ipſum è Patre recurrit. Abrahamus filiũ Patri cœleſti oblaturus nihil magis expetiit, quàm tam egregiũ facinus, vel domeſticis celari, vt ſoli Cõditori gloria illius operis litaretur. Ideo fatur famulis, *Sedete vos hic; ego verò & puer pertranſibimus vſque illuc: & cùm adorauerimus, reuertemur ad vos,* Gen. 22. 25. *Exundauit in Auguſtinum fulgor, quem Patri libauit incrementis addictus. Vnde omnia ſcripta Auguſtino quaſi oracula æſtimantur.* Gen. 22.

Preme

Preme ill … *rremur.* An Propheta efficitur … a planè. Sed vndēnam precor? … in Abraham curat ſoli Deo opus illud egregium eluceſcere, in eiúſque gloriam prælibari, ipſe, recurrente fulgore, Propheta exſurgit. Studet Auguſtinus ſic ſcribere, vt ſolus Deus ex ingenij ſui fructibus commendabilis appareat. Vnde fulgor tantus è ſuperis recurrit in Doctorem, vt ſcripta voluminum tot oracula pariant, quot proferunt ſententias. Iam Concilia, iam Patres, ad dogmata fidei ſtabilienda ſic allegant Auguſtini verba, ſic exponunt, ac ſi Prophetarum exiſterent vaticinia.

26. *Auguſtinus de ſolo Regno aut gloria Dei curans, Rex magnus oſtentatur.* Poſſid.

Poſſidonius excogitationem confirmans, ait: *Auguſtinus ad Deum conuerſus laudem omnem ac ſpem quam habebat in ſæculo ac reliquit, ſoli Deo Patri cœleſti ſeruire, & placere ſtatuit. Ex illo vtique puſillo grege eſſe ſtudens, quem Dominus alloquitur, dicens: Nolite timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis Regnum.* Dum enim Auguſtinus magnus ſe puſillum efficit, vt Pater qui in cœlis eſt glorificetur: complacuit Patri eum Regno donare, ſeu celeberrimum in Eccleſia efficere, recurrente fulgore. Vnde *accenſa, & ardens ſuper candelabrum eleuatiſſima lucerna illa, quæ ſe puſillam reputabat, omnibus, qui in domo erant, lucebat. Et volante fama eius*, &c.

27. *Gloria redundans in Auguſtinū ex gloria ipſius in Deum relatione.* Poſſid. Hieron.

De ſcriptis autem. *Semper Auguſtinus gloriam dabat Deo ex omnibus operibus, ſeu ſcriptis ſuis.* An gloria è Deo in Diuum redundabat? *Cùm aliquando nonnulli rogarent Hieronymum, vt ſcriberet contra Pelagium hæreticum, contra quem Auguſtinus ſcripſerat: dixit Hieronymus, Quis aliquid nouum ſcribere poterit contra Pelagium, aut melius quàm ſcripſit Auguſtinus?* Ab omnibus eximiè laudatur, qui nullius appetens gloriam, ſoli Deo fulgorem ſtudet conſecrare. Quàm verè Caietanus! *Nec gloria noſtri Patris cœleſtis aliena eſt a noſtra gloria: quin potiùs quærendo honorem noſtri Patris, proprium quærimus bonum. In filios enim redundat gloria Patris, qui in cœlis eſt.* (Caietan.)

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Qui fecerit, & docuerit.

Auguſtinus egregiis virtutis exercitamentis acuit ingenium ineffabile ad cunctarum ſcientiarum penetrationem.

Quo enim ſanctior Doctor, eo perſpicacior ad ingenij fœtus.

28. *Sanctitas acuit ingenium.* Strab.

APtè præponitur opus doctrinæ, quemadmodum ſal Soli præmiſſus eſt. Strabus, *Prius vita bona, quàm doctrina: ſicut prius ſal, quàm lux.* Equidem recta opera oleum ſunt lucernæ doctrinæ; quo enim quis plus impenderit ſtudij virtutum exercitamentis, eò plus ſapientiæ fulgorem emittet. Acuit enim opus bonum acumen ingenij ad cunctarum facultarum penetrationem.

29. *Vt ſcriberet Auguſtinus, prius ſanctitati ſtuduit.* Carth.

Dionyſius Carrhuſ. ſerm. 1. *Auguſtinus laudabilis admodum à ſua religioſa, ac puriſſima vita. Cùm enim e Mediolano poſt ſuum Baptiſmum rediiſſet in Africam, inſtituit Monaſterium Clericorum, cum quibus cœpit communem ducere vitam, & viuere iuxta modum, quo ſub ſanctis Apoſtolis primitiua vixit Eccleſia. Vacauit quotidie orationibus, ieiuniis, ac ſimul ſtudio, & editioni librorum.* Quid ieiuniis, & orationibus cum ſtudio voluminum edendorum? Profectò vitæ ſanctitas acuit ingenium, ad vberiorem ſcientiarum penetrationem.

30. *Ignorans cœleſtia arcana ex virtutum exercitamentis callet illa, ingenio illuſtrato.* Cant. 1.

Profatur ſponſa, *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie,* Cant. 1. Profiteor ingenuè ô Domine, me tuæ ignorare præſentiæ documenta, tuam immenſitatem non calleo, tuæ fidei myſteria non percipio: quónam modo paſcas creaturas? quónam modo recubes in ſinu Patris. A cunctis me precor ignorantiis libera, ſponſus autem ſic: *Si ignoras te, ô pulcherrima mulierum, egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum, & paſce hædos tuos iuxta tabernacula*, &c. ibi. Vbi Del-Rius noſter aſſerit particulam *te* redundare, abſolutéque phraſi Hebræa, legendum, *ſi ignoras. Neque phraſis iſta, ſi ignoras te, pro ſi ignoras ſimpliciter, linguæ Latinæ legi repugnat.* Ennius, (Del-Rius.)

O Tite, tu te Tati tibi tanta tyranne tuliſti. (Ennius.)

Terentius, *Qui placere ſe ſtudeat bonis.* Si ergo ignoras, *egredere*, de ſæculi vanitate, in deſertum perge ad tabernacula, ad perfectam Apoſtolicam Paſtorum vitam. Quo quidem ab ignorantia tam citò liberaberis, vt illud ipſum egredi & abire poſt greges Paſtorum iam ſit acui ingenium ad voluminum contra hæreſes conſcriptionem. Pulchrè Iuſtus, *O pulcherrima anima inter mulieres, glorioſa inter hæreſes. Igitur non aberrabis, in te quippe, vbi me hactenus non quærebas, ſicut in meridie, requieſco.* (Terent. Iuſtus.)

31. *Mox poſt conuerſionē ſcribens Auguſtinus, non aberrat, quia ſtudioſus perfectionis, è qua ingenium acuitur.*

Quàm adnata Auguſtino ſententia! Cùm *poſt ſuum Baptiſmum è Mediolano egrederetur, & abiiſſet in Africam, cœpit Clericorum in Monaſterio, quod extruxit, viuere iuxta modum, quo ſub Apoſtolis vixit primitiua Eccleſia. Vacauit ergo orationibus, & ieiuniis, & ſcriptioni librorum.* Sic Carthuſianus. Tam citò Auguſtinus ſcribit contra hæreſes? Vix Baptiſmo dilutus, & iam ei fidit Eccleſia? Certè repentè fit pulcherrimus Apoſtolorū imitator, & mox inter hæreſes inſtar Solis effulget; ingenij enim vis è vitæ pulchritudine acuitur. O pulcherrima anima! ô glorioſa inter hæreſes. Scribe protinus, *non aberrabis*, Auguſtine; in re quippe vbi hactenus non me quærebas, per Baptiſmum, per Apoſtolorum æmulationem, velut in meridie requieſco.

32. *Auguſtinus illico poſt Baptiſmum fit Equitatus Dei ad Eccleſiā contra hæreticos protectionē, quia ſapientior ex virtutibus redditur.* Cant. 1. Honor.

Iam *paſce hædos tuos*, iam poteris mox poſt Baptiſmum Apoſtolos fidei præcones imitari, *prædica verbum, argue, obſecra, increpa, in omni patientia, & doctrina.* Mox addit ſponſus, *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te, amica mea,* Cant. 1. In cuius expoſitionem Honorium præmitto. *Ægyptus dicitur tribulatio, & eſt hic mundus tribulatione plenus. Mare rubrum eſt Baptiſmus Martyrio Chriſti rubricatus. Pharao, quod ſonat* elidens, *eſt diabolus, qui eliſit genus humanum in peccatis, in erroribus. Hic fluctibus maris obruitur cum curribus, & equitibus, quando in ſtagnum ſulphuris, & ignis præcipitabitur cum hæreticis.* Quinā ergo Dei Equitatus ad huiuſmodi peragendā victoriam? Proculdubio Auguſt. è vanitate ſæculari Ægypti euocatus, Rubro Baptiſmi pelago dilutus. Mox Chriſti æmula-

tor currit ad perfectionem,& repentè fit contra perſecutores hæreticos egregius Eccleſiæ propugnator. Bellè Iuſtus Orgelitanus, *Chriſtus loquitur ad Eccleſiam: Tunc equitatui meo aſſimilaui te, amica mea, in curribus Pharaonis, cùm ſapientes mundi ad meam fidem conuerti; vt depoſito tumore ſæculi, ſub me, qui ſum ſalus vera, currendo proficerent, méque mox circumferendo piis prædicationibus,& ſcriptis credentium oculis fidem manifeſtent. Ac ſicut Princeps mundi huius, qui iam miſſus eſt foras, falſis Philoſophis tanquam elatis curribus vſus eſt ad perniciem: ita ego mea ſapientia eos inſtruam credentes ad ſalutem Eccleſiæ.* Potuit ne quidquam excogitari Auguſtino accommodatius? Depoſito ille tumore ſæculi perfectionis viam, Apoſtolicam ſcilicet, inſtituit, & mox ſcripſit, ac prædicauit ad hæreticorum confuſionem: & qui extiterat vanus Philoſophus Diaboli currus, fit repentè conuerſus, & inſtructus à Deo Eccleſiæ exſurgit propugnaculum. Cur repentè? Quia qui *currendo* profecit egreſſus è ſæculo, mox poteſt circumferendo Chriſtum piis prædicationibus, & ſcriptis credentium oculis fidem manifeſtare; quia ingenium mirum in modum exacuitur ex exercitamentis perfectionis.

Iuſtus.

33\. Olim Moſes *venit, & narrauit plebi omnia verba Domini, atque iudicia. Reſponditque omnis populus vna voce: Omnia verba Domini, quæ locutus eſt, faciemus. Scripſit autem Moyſes omnes ſermones Domini,* Exod. 24. Illam clauſulam, *Omnia verba Domini, quæ locutus eſt, faciemus,* ſic legit Baſilius: *Omnia, quæcumque dixerit Deus, faciemus, & audiemus.* Prius faciunt, quàm audiant? Certè ex rectis geſtis acuitur ingenium ad legis intelligentiam. Iſidorus Peluſ. lib. 4. epiſt. 81. *Qui diuina præcepta in opus, actúmve perducere ſtudent, ab ipſa actione diſcunt, actione ipſa, & opere cognitionem pariente.* Cùm primùm Auguſtino indicitur legis veræ inſtitutum, facit quidem,& audit illico, ingenio ex actione ipſa mirificè illuſtrato. Ideo Moſes, *ei omnes ſermones Domini ſcripſit,* quia intelligentia Scripturarum adeò fuit Doctori reſerata, vt videretur cum Paulo ad tertium cœleſtem orbem fuiſſe præreptus.

Ingenium Auguſtini mirificè ex operibus illuſtratur. Exod. 24. Baſil. Peluſ.

Observat. III.

Ad illa verba:

Qui fecerit, hic magnus vocabitur.

Auguſtinus non ſolùm grauia mandata ſeruauit, ſed minima perfectiſſimè impleuit.

Aſſero, viros iuſtos parua piacula fugere, ea præcipuè, quæ aliquam anteactæ improbæ vitæ vel minimam reddunt ſpeciem.

34\. Fatut bellè Auguſtinus ad illa verba: *Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis,* &c. Chriſti *omnia præcepta ſunt magna.* Porrò præcepta, aut documenta quæ ad perfectionem ſpectant, quónam modo magna vocitantur, ſi eorum tranſgreſſio leue piaculum non excedat? Quia cuncta illa, quæ vocabulo paruitatis materiæ, aut leuis tranſgreſſionis exprimuntur, ſic à perfectis viris æſtimantur, ac ſi inter præcepta magna adnumeranda eſſent. Vnde Diui non ſolùm à grauioribus piaculis abſtinebant, ſed & à leuiſſimis excidendi occaſionibus remoueri curabant, minima fugientes, ne implicarentur magnis.

Leuia peccata fugienda, præcipuè in materia libidinis. Auguſt.

Ipſum teſtor Doctorem ex fuga impuritatis, de quo hæc ſcripſit Poſſidonius: *Fœminarum intra domum eius nulla vnquam conuerſata eſt, nulla manſit, nec quidem germana ſoror, quæ vidua Deo ſeruiens multo tempore vſque in diem obitus ſui præpoſita ancillarum Dei vixit. Sed neque patrui ſui filiæ, & fratris ſui filiæ, quæ pariter Deo ſeruiebant. Dicebat, nunquam debere fœminas cum ſeruis Dei etiam caſtiſſimis in vna manere domo, ne aliquod vel leue ſcandalum, aut offendiculum poneretur infirmioribus.* Leuis eſt cogitatio ad leue piaculum admittendum. Tanta ne cura ad veniale delictum vitandum? O virum perfectiſſimum, quàm difficile grauioribus criminibus implicaberis! A conuiuiis item abſtinebat, *ne per frequentiam in patria conuiuiis conſtitutus, temperantiæ amitteretur modus,* aliquid ſcilicet vltra neceſſitatem abſumendo. *Cùm Ambroſius vltima iaceret ægritudine, & à fidelibus cum lacrymis rogaretur, vt ſibi à Domino vitæ poſceret commeatum, eis dixit: Non ſic vixi, vt me pudeat inter vos viuere, ſed nec mori timeo, quia bonum Dominum habemus. Et in his noſter Auguſtinus ſenex elimata, ac librata admirabatur, & librabat verba. Ideo enim eum intelligendum eſt dixiſſe: Nec mori timeo, quia bonum Dominum habemus, ne crederetur præfidens de ſuis purgatiſſimis moribus præſumpſiſſe. Sciens examen æquitatis diuinæ, de bono Domino ſe dicit magis confidere, quàm de meritis ſuis.* Ideo Auguſtinus æmulator Magiſtri quotidie proclamabat: Non ſic vixi, vt pudeat, &c. ſed qui coram ſtricti iudicis tribunali ſiſtendus ſum, vel à leuiſſimorum debeo piaculorum occaſione recedere. Adoleſcens indulſi voluptatibus? Ideo vel à ſororis ſocietate recedo, ne modica, aut minima ſpernens, paulatim decidam in maiora.

35\. *Auguſtinus leuia piacula fugiebat, ideo à colloquiis fœminarum omnino abſtinuit.* Poſſid.

Parua crimina fugit, timens cum minimo piaculo coram Numine apparere. Poſſid.

Fatur Eccleſiaſticus, *Qui enim ſpernit modica, paulatim decidet,* cap. 19. Vbi Gregorius lib. 10. Mor. cap. 9. *Si curare parua negligimus, inſenſibiliter ſeducti, audenter etiam maiora perpetramus. Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, minimus vocabitur in Regno cœlorum.* id eſt, deſpicabilis habebitur in Eccleſia. Quónam modo quis ob peccatum veniale deſpicabilis apparebit? Credo, quia ex leui piaculo paulatim decidet in grauiora, è quorum inquinamento minimus, ſeu deſpicabilis omnino exponitur.

36\. *Ob peccatũ veniale paulatim in grauius decides.* Eccli. 19.

In præceptorum grauium obſeruationem, oportet equidem minima cuſtodire. Contemplare, precor, manus ipſas, quibus operaris: pedes, quibus incedis. An non quælibet manus, vel pes quinis digitis exornatur? Digiti manus decem, totidem pedum numerantur. Decem præceptorum Decalogi memoriam obiiciunt à nobis quidem obſeruandorum & operibus, & inceſſu. Caſſiodorus lib. de Anima. *Neque illud prætereundum, quòd pedes noſtri, manúſque denaria digitorum quantitate formantur. Vt curſus vitæ noſtræ, atque operatio ſacramenta Decalogi*

37\. *Ex digitis extremitates vngularum repurgantur in grauium præceptorum confirmationem obſeruantiæ.* Caſſiod.

calogi cæleſtis contineret; ne præter legem Domini aut cogitare aliquid, aut agere deberemus. Profectò à digitis cunctis frequentes curamus vngues perpolire ſuperfluitatis minimæ abſtractione. Audi Plutarchum *lib. de Profeſſ. morum*, referẽtem illud pulchrum cuiuſdam Sapientis dictum: *Non eſſe laborem magis contemptibilem, qui ſordes relinquat in vnguibus.* Ac ſi diceret, is, qui ſordes vel exiguas in vnguibus digitorum negligentia relinquit, totum laborem quaſi cõtemptibilem facit, ſéque deſpicabilem oſtendit; quia ex illa exigua admiſſa immunditia grauis in vnguibus poterit ſpiritualiter læſio admitti fœda operatione, vel inceſſu in dies reddito. *Qui enim ſpernit modica, paulatim decidet.* Barradius noſter tom. 2. lib. 7. cap. 14. *Aliqua peccata ſunt, quæ velut in vnguibus ſordes ſolum relinquunt paruas, id eſt, venialia. Fugiendæ ſordes etiam in vnguibus paruæ.* ne ſcilicet tuus labor contemptibilis habeatur, iuxta illud: *Minimus vocabitur in Regno cælorum*, ſeu deſpicabilis, aut contemptibilis in Eccleſia.

Plutarch.

Barrad.

38\. Pondero Auguſtini ſtudium circa minima piacula fugienda. *Fæminarũ* (ait Poſſid.) *Monaſteria non niſi vrgentibus neceſſitabus viſitabat. Si fortè ab aliquibus fæminis, vt videretur, vel ſalutaretur, rogabatur, nunquam ſine teſtibus Clericis ad eas intrabat, vel ſolus cum ſolis vnquam eſt locutus. In viſitationibus verò modum tenebat ab Apoſtolo definitum, vt non niſi pupillos, & viduas in tribulationibus conſtitutas viſitaret.* Tantáne ſeni ſanctiſſimo, & Præſuli venerabili à fœminis, vel Sanctis abſtractio? Quid mirum ſi ſe olim ſaucium libidinis vulneribus expertus eſt. O quàm diligenter vir iuſtus debet effugere, quidquid prælapſi periculi refert ſpeciem!

Fugit ſpeciatim leuia piacula in materia libidinis, quia vulneratus aliquando.
Poſſid.

39\. Vulgarem locum haud vulgari efferam ponderatione. Concupiuit Dauid ſitim explere aqua ciſternæ Bethleemiticæ: ſed à fortibus adlatam militibus *noluit bibere, ſed libauit eam Domino*, 2. Reg. 11. Quare militum labore non fruitur? An quia concupiſcentiæ aquæ deſiderium gerebat ſpeciem? Reſpondet Chryſoſtomus. At ex Eucherio dixerim: *Qui ergo quondam concupiſcere alienam coniugem nequaquam timuit, poſtea etiam, quia aquam concupiuiſſet, expauit.* O me incautum, qui poſt vitia carnis ſolummodo deberem ſitire iuſtitiam. Sic Auguſtinus poſtquam bibit ſicut aquam iniquitatem, expaueret, ſi ſitiret, vel leui aſpectu aut colloquio fœminarum recreari! Pulchrè ait Carthuſianus, *Poſtquam tot annis vacauit voluptatibus prauis, ſubitò affectus eſt, & impletus voluptatibus puris ac optimis.* Et adeò impletus, vt nulli guttulæ voluptatis locum relinqueret, ſolummodo *ſitiens iuſtitiam.*

Auguſtinus noluit ſtillam concupiſcẽtiæ, aut vmbraculũ illius admittere.
2. Reg. 11.
Chryſ.
Eucher.
Carth.

40\. Poſſidonius exaggerat; dum aſſerit nec voluiſſe Auguſtinum licito, ac ſancto ſororis, & filiarum fratris, & patrui colloquio potiri. Libauit hanc Domino voluptatem, vt mira puritas materiam ſacrificij tanti excogitaret. Eucherius, *In ſacrificium quippe Domini aqua effuſa conuerſa eſt*, qui concupiſcentiæ culpam mactauit per pœnitentiam *reprehenſionis ſuæ.*

Libat Domino, à colloquiis ſororis licitis abſtinere.

Obſeruat. IV.

Ad illa verba:

Qui ergo fecerit, hic magnus vocabitur.

Licèt Auguſtinus ineffabili ſapientia præfulſerit, eius ſanctitas mirum in modum ſapientiam ſuperauit.

Innuo, viros, aut fæminas ingenij perſpicacis poſſe in præcelſioris ſanctitudinis prorumpere affectus.

Auguſtinus locum integrum, *Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur*, ſic expoſuit: *Qui ea, quæ Chriſti, fecerit, & docuerit, hic magnus.* Nulla poteſt excogitari virtus, quæ *Chriſti* debeat appellari, qua non debeat impleri, qui magnus in Regno cœlorum appellandus eſt. 41. Auguſt.

Profectò ipſe Auguſtin. magnus obiicitur, quia ſolum ipſum exiſtimo feciſſe, & docuiſſe omnia, *quæ Chriſti* ſunt. Aſſerit Ioannes, *ſunt alia multa, quæ fecit* IESVS, *quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt, libros*, cap. 19. Si quaſi infinita ſunt Chriſti geſta ſolummodo ea quæ ſunt *Chriſti*, potuit ſcribere ille, cuius penè infinita volumina. Dionyſius Carthuſ. ſerm. 1. *Commendabilis Auguſtinus eſt valdè à ſuo magno ſaluberrimóque labore, quem habuit libros dictando, & ſcribendo, per quos vſque in præſens vniuerſam copioſiſſimè illuſtrauit Eccleſiam. Infinita enim conſcripſit.* Infinitis Auguſtini voluminibus infinita Chriſti geſta quodammodo exarantur. *Ea* ergo *quæ Chriſti* erant, docuit. 42.

Solus Auguſtinus potuit infinitis libris infinita Chriſti geſta quodammodo æquare.
Ioan. 19.
Carth.

Profectò vberiùs *ea quæ Chriſti, fecit.* Deus enim ita Auguſtini ingenium eleuauit ad ſacram ſcientiam, vt ad menſuram capacitatis ingenij ſanctitatis perfectione donaretur; vt quidquid homines edoceret, ad exemplar ſanctitatis proflueret. Carthuſianus appoſitè ſermon. 2. *Iuxta menſuram excellentiæ ingenij eius data eſt ei excellentia mira & magna in donis ſanctitatis. Quanta etenim fuerat excellentia ſua in ſubtilitate ingenij, in acumine intellectus, in tenacitate memoriæ, in ipſius patet voluminibus.* Si iuxta menſuram ingenij, & intellectus ſanctitas Auguſtini, quid poterit verbis æquare? Profectò fecit, quæ ſunt Chriſti, vt verus Chriſti exiſteret æmulator. 43.

Ad menſuram ingenij Auguſtiniani ſanctitas? Ergo immenſa.
Carth.

An charitas Auguſtini poterit panegyri efferri? De animantibus ſuis Ezechiel ait, *Aſpectus animalium quaſi carbonum ignis ardentium, & quaſi aſpectus lampadarum*, cap. 1. Vbi Gregorius, *Sunt plerique Sanctorum ita ſimplices & occulti, ſeséque in locis minoribus ſub magno ſilentio contegentes, vt vix eorum vita poſſit ab aliis agnoſci. Quid iſti niſi carbones ſunt, qui etſi per feruorem ſpiritus ardorem habent, tamen exempli flammam non habent. Hi autem, qui & exempla virtutum prærogant, & lumen boni operis per vitam & verbum errantibus demonſtrant, verè lam-* 44.

Sanctitas Auguſtini doctrix.
Ezech. 1.
Gregor.

pades appellantur. Auguſtinus quidem carbo ignitus ex charitate ineffabili, ſed qui ſimul in morem lampadis, tenebras effugit; quia ad menſuram ingenij & intellectus ſanctitas oſtentatur, ipſa ſcribit, ipſa edit volumina, *pia, & ſancta*, vti Dionyſius adnotauit.

45\. *Impoſſibilis affectus dilectionis proferebat Auguſtinus, quia charitas cũ intellectus nimio acumine menſurabatur.* Carth. Auguſt.

An non diligentis Auguſtini affectus indicant ingenij & intellectus addici menſuræ? *Cùm te primum cognoui*, (fatur apud Carthuſian. ſerm. 2. Auguſtinus) *reuerberaſti infirmitatem aſpectui meo, radians in me vehementer: & contremui præ amore, & horrore. Serò te amaui pulchritudo tam antiqua, & tam noua, ſerò te amaui. Vocaſti, & clamaſti, & rapuiſti tarditatem meam. Coruſcaſti, & ſplenduiſti, & fulgaſti meam cæcitatem. Guſtaui, & eſurio, & ſitio te. Tetigiſti me, & exarſi in pacem tuam. Accende, & rape, flagra, & dulceſcè.* Si Deus eſſem, ſi eſſes Auguſtinus, me exuerem Deitate, vt te Auguſtinum mutarem in Deum. Vndénam amatoriæ hæ tam acutæ excogitationes? Profectò charitas data eſt Auguſtino ad ingenij, ac intellectus menſuram: ideóque ex acumine nimio intellectus impoſſibiles dilectionis exoriuntur affectus. Sic & *fecit, & docuit quæ Chriſti.*

PARS SECVNDA.

MONICA.

Paraphraſim, ac Commentarios literales ad caput ſeptimum Lucæ perquire ex Tom. 7. lib. 1. Part. 1.

PROLVSIO.

LAcrymis Annæ antiqua Samuelem debuit Eccleſia. Multas enim illa lacrymas profudit, vt filij dicandi Templo, natalitio ſterilitate ablegata, frueretur, 1. *Reg.* 1. Tale quidpiam accidit Monicæ viduæ (ait Thomas Trugil.) hæc enim multis lachrymis à Domino poſtulabat, non vt liberos ſibi daret, ſed vt eum filium, quem habebat impium, pium efficeret, & ad fidei veritatem conuerteret. Reſurgit Auguſtinus Domino loculum tangente, *& reddidit eum matri ſuæ.* Quæ quidem ſolemniter ab Eccleſia commendanda exponitur, qui ſoli vixit, & plorauit Eccleſiæ. *Dixit mater ad filium,* (ait ipſe *lib. 6. Conf. cap. 2.*) *Nihil eſt iam fili mi, quod deſiderem in hac vita, cùm iam diuinitus mihi conceſſum ſit, quod tantopere deſideraueram, videlicet conuerſionem tuam vidi, quam multis, & aſſiduis lacrymis à Domino poſtulaui. Nunc autem quorſum ego viuam, neſcio: ſi quidem propterea vitam mihi à Domino dari exoptabam, vt te viderem ad Catholicam fidem conuerſum.* Ergo ſoli vixit Eccleſiæ, ſoli Catholicæ fidei eſt lacrymata. Debet Hebræus viduæ Iudith partam ab Holopherne victoriam? O quot Monicæ viduæ partos ab hæreticis triumphos debet Eccleſia!

SECTIO

SECTIO III.

Viduæ lacrymæ.

TEXTVS.

VERS. 11. IBat IESVS in ciuitatem, quæ vocatur Naim, & ibant cum eo Diſcipuli eius, & turba copioſa. 12. Cùm autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur vnicus matris ſuæ, & hæc vidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa. 13. Quam cùm vidiſſet Dominus, miſericordia motus ſuper eam, dixit illi: Noli flere. 14. Et acceſſit, & tetigit loculum, & ait: Adoleſcens, tibi dico: Surge. 15. Et reſedit, qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri ſuæ.

IN MONICAM

PANEGYRICVS MORALIS TERTIVS CIRCA LITERAM.

EX VIDVÆ LACRYMIS.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Quam cùm vidiſſet Dominus, miſericordia motus ſuper eam, dixit illi: Noli flere.

Plorantem viduam Monicam Chriſtus aſpexit, & non loquentem exaudiuit.

Quia lacrymæ vtiliter profuſæ in conſpectu Domini vociferantur.

1\. Ioan.6. Beda.

TAM modeſtus Dominus, vt vix vnquam oculos eleuaret. Vnde ad illud Ioannis: *Cùm ſubleuaſſet ergo oculos* IESVS, *& vidiſſet, quia multitudo venit ad eum*, cap.6. fatur Beda, *Non ſolebat oculos erigere, huc atque illuc, ſed pudicè ſedebat attentus cum Diſcipulis.* Et ideo adnotat Euangeliſta oculos eleuaſſe. Tam inſolitum Chriſto, oculos eleuare, vt videat vel homines laborantes; & tam facilè oculos eleuat ad mulierem? *Quam cùm vidiſſet Dominus.* Cur modeſtiſſimus oculos eleuauit? Certè, quia non erat vrbanitatis IESV, clamantem & vocantem fœminam nobilem non exaudire, & ei reſpondere. Ploraſſe planè fœminam lego, non clamaſſe, nec Dominum aduocauiſſe. Profectò illud lacrymas profundere, clamare, vociferari eſt. Nec potuit Dominus tam iuſtos clamores non exaudire. Pondero in præſenti lacrymarum vtilium clamores.

2\. Monica Auguſtini defuncti parens eius funus inſequitur. Decreuit aliquando Auguſtinus, ſe conferre Romam, vt ibi Rhetoricam legeret; quem mater etiam filij ſui vitæ ſtudioſa ſecuta fuit vſque ad nauigium, vt cum eo ſimul iret Romam. At cùm Auguſtino id eſſet moleſtum, reliquit Monicam plorantem in Templo, & ipſe cœpit nauigare. Poſtquam autem mater abſoluit orationem ſuam, & ad littus acceſſit, vidit iam filium ſuum longè à terra nauigantem, cœpitque multas effundere lacrymas. Tandem fugiens filius à ſequente parente Mediolani eſt inuentus. Ambroſio Magiſtro Auguſtinus conuertitur, aqua ſacra diluitur, & flenti Monicæ Dominus profatur: *Mulier, noli flere.* At illa gratulabunda proclamabat *ſuas lacrymas vtiliſſimas, cùm tandem diuina miſericordia feciſſet in conſpectu Domini exaudiri.* Sic ex *lib.6.Conf.cap.1.& 2.* Cur non dixit videri, ſed exaudiri? Quia vtiles lacrymæ defunctum ſpiritu filium proſequentes validiſſimum clamorem Dei auribus ingerunt.

Monica funus filij defuncti inſequitur, plorànſque exauditur. August.

3\. *Lacrymæ ab ore habent ortum quaſi verba.* Ioan.9. Chryſoſt.

Dominus cæcum natum illuminaturus *expuit in terram, & liniuit ſuper oculos eius*, Ioan.9. Vbi Chryſologus ſerm. 176. *Diuino ore luciferam dat ſaliuam, vt ſanitatis gutta baptizaret oculos peccatoris.* Id eſt, vt virtutem flendi daret oculis efformatis ſimul cum viſione. Non pondero lacrymas Baptiſmi nomine prænotari, quod alij ſeruit argumento. Requiro cur huiuſmodi virtus plorandi lucifera detur à ſaliua ex ore procedente? Si auditus eſſet reſtituendus ſurdo, aptè ex ore Dominico medicina oriretur, & ex fonte ſermonis virtus loquendi profflueret. At ad lacrymas excitandas cur ex ore virtus promanauit? Crediderim, quia plorare idem eſt ac clamorem emittere; vnde appoſitè vis plorandi profluit ex ore, quod locutionis præparat inſtrumenta.

4\. *Labia mouentur ſine voce, dum oculi vociferantur ſine*

Viduam noſtram Anna Samuelis mater olim expreſſit. Hæc *cùm eſſet amaro animo, orauit Dominum flens largiter. Porrò Anna loquebatur in corde ſuo, tantùmque labia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur*, 1. Reg.1.

Premo

motu labiorum: vt perficiatur actio. 1.Reg.1.

Premo illud: *Orauit ad Dominum flens largiter, tantúmque labia mouebantur.* Cur labia mouentur, ſi vox non auditur? Profectò, quia *largiter flens* neceſſariò vociferabatur in Domini conſpectu. Vnde oculi & os ſimul incedunt; oculi vocem in lacrymis, at os motum labiorum obiicit: non vt loquelæ ſeruiat, ſed vt indicet clamorem oculorum emitti. Quid mirum fœminam fuiſſe à Numine exauditam, profante: *Noli flere.*

Lacrymæ exaudiuntur vociferantes ſine reſpectu adorationē. aut deprecationem. Pſalm.38. Burgen.

5. Dauid clamat, *Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meam, auribus percipe lacrymas meas*, Pſalm. 38. An τὸ *Auribus percipe lacrymas meas*, referendum ad orationem, ſeu deprecationem? Minimè, ſed ipſæ lacrymæ auribus percipiendæ ſunt. Imò vt oſtenderet lacrymas ad aures pertinere, diſtinguit tria illa: *Orationem, deprecationem, lacrymas.* Burgenſis addit. 2. *Inſtanter petit Dauid ſuam liberationem tribus modis. Primò ſcilicet per orationem. Secundò per deprecationem, quæ non ſolùm eſt eleuatio mentis ad Deum ſicut oratio, ſed eſt frequens ſupplicatio. Tertiò per lacrymas quæ ad impetrandum ſunt efficaces. Vnde dicit, exaudi orationem meam, quoad primum: & deprecationem meam, quoad ſecundum. Auribus percipe lacrymas meas, quo ad tertium.* Ergo ſine reſpectu ad orationem, aut deprecationem, lacrymæ ipſæ propriam vocem habent Dei auribus percipiendam.

Ipſæ lacrymæ precationem agunt. Iudith 8. Anſelm.

6. Sic exponenda occurrit alius viduæ ſententia illa: *Sed quia patiens eſt Dominus, in hoc ipſo pœniteamus, & indulgentiam eius fuſis lacrymis poſtulemus*, Iudith 8. Num aſſerit fundendas lacrymas ſimul cum precibus, hoc ſenſu? *Dum poſtulamus veniа donari, lacrymas profundamus.* Certè ipſa lacrymarum profuſio precatio eſt. Profundamus lacrymas, & ipſa profuſione poſtulemus à Domino venia donari. Sic expoſuit Anſelmus, *Fuſis lacrymis poſtulemus, quæ lacrymæ pondera vocis habent, quæ impetrant.* Plorabat Monica à patientiſſimo Domino ipſis lacrymis veniam extorquens pondere vocis.

Sine rubore Monicæ lacrymæ Auguſtini crimina loquebantur.

7. Nec mirum, à Domino conſecutam eſſe Auguſtini deleri iniquitates, quas ipſe poſtmodum vel poſt veniam tanta loquitur confuſione. Vt innoteſcat non erubeſcere, qui plorat, erubeſcentia affici, qui voce profitetur. Petrus poſt trinam abnegationem *egreſſus foras, fleuit amarè*, Matth. 26. Cur non locutus eſt, vt profuſa voce acquireret, quod profuſa voce amiſerat? Certè ſi confeſſionem illam voci, aut labiis committeret Apoſtolus, rubore nimio ſuffunderetur. Oculis remittit, vt profuſione lacrymarum ſine verecundiæ rubore auribus Numinis pœnitudo inſonaret.

Ambroſ. D. Ambroſius lib. 10. in Luc. *Lauant lacrymæ delictum, quod pudor eſt confiteri. Lacrymæ ſine horrore culpam loquuntur. Lacrymæ crimen ſine offenſione verecundiæ confitentur.*

Monica flendo Domino filij mortem ſine rubore manifeſtat.

***

Observat. II.

Ad illa verba:

Dixit illi: Noli flere.

Monica diu plorans, minimè prohibetur à luctu, quia non ob temporaria incommoda lacrymas profundebat, ſed ob ſpiritus Auguſtini iacturam.

Edocet vidua, ob temporarios labores flendum non eſſe.

CVr Dominus fœminam matrem viduam defuncti vnici abſentiam plorantem curat à iuſtiſſimis lacrymis amouere? Certè, quia nullum temporarium incommodum dignum cenſuit, quod profuſis lacrymis proſequeremur. 8.

Haud Deus Monicæ ait: Noli flere, quia non profundebat lacrymas pro incōmodis temporariis: ſed pro Auguſtini ſpirituali iactura. Auguſt.

Iam requiris, cur Monicam viduam filij mortem perennibus lacrymis flentem non repreſſerit, fatus, *Noli flere? Magis* igitur (loquor cum Auguſtino *lib. 3. Conf. cap. 11. & 12.*) *hunc filium viuum deflebat ſancta vidua, quàm aliæ matres lugere filios ſuos mortuos conſueuerunt.* Cur ergo ei non indicitur, *Noli flere?* Aliquando in viſione & ſomnis apparuit Angelus, & cauſam ab ea quæſiuit tanti luctus. Cui vidua reſpondit, quòd lugeret, quia filium habebat à via veritatis penitus abductum. Nec tamen profatur Angelus, *Noli flere.* Rationem vis exhibeam? In promptu eſt. Ideo vidua à fletu non abſtrahitur, quia ſpiritualia filij incommoda lacrymis perſequebatur. Si temporaliter mortuum diceret ſe deflere, audiret proculdubio, *Noli flere.* At quia aſſerit fletum oriri, quia *filium habebat à via veritatis penitus abductum*, iuſtas lacrymas Angelus adiudicans, non eripuit à planctu. 9.

Angelus curat excitare, & producere Monicæ commendabilem luctū. Ioan. 20.

Imò excitauit luctum ad memoriam reuocans occaſionem: *Angelus cauſam ab ea quæſiuit tanti luctus.* Non quòd ignoraret, vt renouans vulneris memoriam, vim excitaret lacrymarum. Poſt obitum IESV apud hortum Magdalena plorabat. *Maria ſtabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinauit ſe, & proſpexit ad monumentum: & vidit duos Angelos, qui dicunt ei: Mulier, cur ploras?* Reſpondit Maria: *Quia tulerunt Dominum meum; & neſcio, vbi poſuerunt eum*, Ioan. 20. Obticuere Cœlicolæ, nec addiderunt, *Noli flere.* Quare? Quia adiudicarunt iuſtiſſimè plorare, quæ Chriſti Domini mortem, non temporaria incommoda luctu proſequebatur. Vnde non modò non prohibere curant à lacrymis, ſed potiùs excitant ad fluxum vberiorem, dum ad memoriam reuocant, quæritantes, *cur ploras*, cauſam plorationis. Sed Dauid, *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes. Dum dicitur mihi quotidie: Vbi eſt Deus tuus. Tulerunt Dominum meum, & neſcio, vbi poſuerunt eum.* Haud aliter Angelus ad Monicam, cur ploras? *Cauſam ab ea quæſiuit tanti luctus, & mœroris:* vt ſcilicet memor incommodi ſpiritualis filij vberiorem gereret planctum. O parentes incom- 10.

Rogatur Monica, cur ploraret, vt ad vberiores lacrymas excitaretur, vt David.

incommoda filiorum temporaria lacrymis proſequimini? Nolite flere; ſpirituali ex iactura filiorum ploratis? Oportet adhuc ad luctum vberiorem excitare, *Cur ploratis?*

Lacrymæ ob temporaria incommoda fœmineæ, ac pueriles ſunt ſine intellectu. — Tertull.

11. Profectò lacrymæ ob temporaria incommoda viduitatis, ſeu filij mortis fœmineæ ſunt, meritò à Domino taxandæ, *Noli flere.* O fœmineam ſtultitiam! An tanto ſumptu digna temporaria calamitas? Solis pueris ignorantibus liceat ſine fræno incommoda naturæ deflere. Tertullianus lib. de Anima, cap. 19. *Mentior, ſi non ſtatim infans, vt vitam vagitu ſalutauit, hoc ipſum ſe teſtatur ſenſiſſe, atque intellexiſſe, quòd natus eſt, omnes ibidem ſimul dedicans ſenſus. Ita prima illa vox de primis ſenſuum vocibus, & de primis intellectuum pulſibus cogitur.* Profectò tanti Doctoris venia, potiùs dixerim primam illam fletus vocem de puerilis, ſeu infantilis ſtultitiæ pulſibus cogi. Ideo plorat ſine fræno naturæ incommoda, quia ſine ſenſu, & intellectu eſt. Fatur Heſiodus, *Pictas reor lacrymas puerorum, ac fœminarum, quia ſine ſenſu profluunt.* Sed & idem adiicit Tertullianus eit. *Plus eſt, quod de proſpectu lacrymabilis vitæ quidam augurem incommodorum vocem illam flebilem interpretantur, quod etiam praſciens habenda ſit ab ingreſſu vitæ ne dum intelligens.* Quid ſi intelligeret? Planè theſaurum lacrymarum tam inaniter non expenderet.

Heſiod. — Tertull.

Viduæ plorans lacrymas profundit nuptas cum Spiritu ſancto ſponſo; quæ viduæ eſſent, ſi pro mundiali incommodo funderentur. — Gen. 1. — Tertul.

12. Vidua pro ſpirituali iacturæ Auguſtini commendabiles fletus producit. Quàm fœcundi fructus! Vidua non eſt, ſed nuptiis cœleſtibus illigata Monica, quæ Auguſtinum, quem mundo pepererat, cœlis enititur, & Eccleſiæ. Porrò lacrymæ parentes, & velut nuptæ, viduæ eſſent, ſi pro temporariis incommodis profunderentur. Auguſtinus è Baptiſmo renaſcitur, Spiritu ſancto Monicæ lacrymis ſponſo facto. *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, Geneſ. 1. Vbi Tertullianus lib. de Baptiſm. cap. 4. *Superuenit ſtatim ſpiritus de cœlis, & aquis ſupereſt, ſanctificans eas de ſemetipſo: & ita ſanctificatæ vim ſanctificandi combibunt.* Velut ſponſus Spiritus ſanctus fœcundat lacrymarum aquas. Quæ quidem licèt viduæ Monicæ ſint, ab ſponſa procedunt, quia ob ſpiritualem iacturam ad animi ablutionem, ad Baptiſmum Auguſtini profunduntur impetrandum. Quid ſi vanitati dicarentur, aut pro terrenis funderentur incommodis? Addit Africanus cap. 5. *Sed enim nationes extraneæ poteſtatem eadem efficacia (in aquis) idolis ſuis ſubminiſtrant. Sed viduis aquis ſibi mentiuntur.* Lacrymæ enim quæ idolis, id eſt, mundialibus curis libantur, viduæ ſunt, quia nullum ex eis fructum non inanè colligimus. Monicæ lacrymæ nuptæ quidem licèt viduæ oculis profundantur; ex quibus & Spiritu ſancto ſponſo Auguſtinus renatus obiicitur.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba: *Noli flere.*

Monica ob perſeuerantiam luctus demum Auguſtinum Eccleſiæ peperit.

Oſtentans efficaciſſimas eſſe lacrymas ad quæque difficilia ſuperanda.

13. Beda aſſerit Dominum fœminam à lacrymis curauiſſe remouere, quòd mox filius eſſet ſuſcitandus. Haud deplorandum cenſeas, quem mox recipies. Vnde efficaciam contemplare lacrymarum. Vix ex oculis viduæ lacrymæ profluentes à Domino aſpiciuntur, cùm ſe præparat ad filium ſuſcitandum. Nec enim lacrymarum filius poterat deperire. Exiſtimáſne ſupremum extitiſſe miraculum, filium viduæ huius lacrymarum vi à Domino ſuſcitari?

Non poterat perire Auguſtinus tot filium lacrymarum.

14. Profectò mirabilius facinus dexteræ omnipotentis fuiſſe reor, lacrymis viduæ Monicæ Auguſtinum à perfidiæ ſepulchro reuocari. Id equidem lacrymæ in conſpectu Domini potuerunt. Allocuta eſt Monica (ex *lib. 3. Conf. cap. 11. & 12.* colligo) ſanctum quendam Epiſcopum, cúmque multis precibus obſecrauit, vt dignaretur filium ſuum Auguſtinum ab erroribus reuocare, ſuaque diſputatione, & argumentis eundem vincere. *Cùm autem Præſul nouiſſet, in argumentandi facultate peritiſſimum eſſe Auguſtinum, adeò vt in diſputando omnes ferè vinceret, reſpondit vidua: Dimitte filium tuum, ad veritatis viam reducetur. Inſtabat autem multo magis ſuis lacrymis ſancta vidua, vt vel ſaltem alloqueretur filium ſuum. Cùm autem tantam lacrymarum copiam, & flumen Epiſcopus vidiſſet, conſolatus eſt eam, dicens: Abi fœmina honeſtiſſima, tibique perſuade filium tot lacrymarum non eſſe periturum.* Solæ enim lacrymæ piæ potuerunt Auguſtini argumenta diuina efficacia ſuperare. Proh vis lacrymarum! Illæ Deum eloquentiæ flumine afficiunt, vt opem Auguſt. neceſſariam ferat.

Lacrymæ deſcendentes ad maxillã ad cœlum aſcendunt, vt Deum vincant, ad ferendam opem Auguſtino. — Eccli. 35. — Pineda.

15. Fatur Sapiens, *Non ne lacrymæ viduæ ad maxillam deſcendunt? A maxilla enim aſcendunt vſque ad cœlum*, Eccli. 35. Pineda exponit illud Iobi: *Ad Deum ſtillat oculus meus*, cap. 16. fatus: *Mirum, quòd quæ in ſinum deſcendere, & in terram cadere videntur lacrymæ, non deſcendant tamen, ſed aſcendant ad Deum: & contrario motu quàm imber, in cœlum ſtillent.* Cur ergo viduæ lacrymæ dum deſcendunt ad maxillam, aſcendunt in cœlum? Certè non in morem ſtillicidij, ſed fluminis potentiſſimi (cui eloquentia aſſolet comparari) Deum vincunt, vt illicò poſtulatis annuat. Deſcendunt lacrymæ ad Monicæ viduæ maxillam, & aſcendunt ad ſuperos Deum emollituræ, vt Auguſtini conuerſioni lumine foueat immiſſio. Ideo Epiſcopus ille aiebat viduæ: *Dimitte filium, quia ipſe diuina luce illuſtratus reſipiſcet*: à tuis nempe lacrymis luce diuina attracta. Auguſt.

16. Iam carmen Dauidicum intellectu facile.

Tu

Lacrymæ Dauidis illicò donantur petitione ſua, dũ fruitur firma ſpei voluptate.
Pſalm. 41.

Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes, dum dicitur mihi quotidie: Vbi eſt Deus tuus? Pſalm. 41. Si tam efficaces exiſtere lacrymas affirmas, quónam modo Dauid poſt quotidianum fletum, adhuc abſentem Dominum requirit: *Vbi eſt Deus tuus?* Profectò abſentem experitur, quia nondum tempus redemptionis aduenerat. Sed tamen lacrymas profundens, dum differtur viſio beata, ineffabili conſolatione afficitur ex ſpei firmitudine. Quod panis metaphora exponitur: *Fuerunt lacrymæ meæ panes.* Auguſtinũ audite. *Fuerunt mihi lacrymæ non amaritudo, ſed panis ſuauis ſitienti mihi illum fontem; quem quia bibere nondum poteram, meas lacrymas manducabam.* Id eſt, earum efficaciam experiebar, dum ſuauiſſimè reficiebant, firmiſſima ſpe quòd tandem ſitis expleretur. Nec enim precatio tot lacrymarum poterat deperire.

August.

Monica lacrymarum pane recreabatur, ex ſpei firmitate, quam lacrymarum efficacia aſſerebat.
Auguſt.

17. Dum video Monicam tot annis à ploratione minimè recedentem, nec tamen illicò Auguſtini video conuerſionem, de lacrymarum efficacia poſſem addubitare. At Angelum audio famem viduæ ploranti: *Certè ſcito ô Monica, quod filius tuus poſt mortem ſuam in eiſdem cœleſtibus tabernaculis, quibus tu, recipietur.* Addit Capus Epiſcopus, *Abi fœmina honeſtiſſima, tibique perſuade, filium tot lacrymarum non eſſe periturum. Ipſe luce diuina illuſtratus tandem reſipiſcet, & ad viam veritatis reducetur.* hiſce verbis *conſolatus eſt eam.* Cur ergo adhuc lacrymas profundit? Profectò eis quaſi dulciſſimis panibus ſaturatur. Efficaciam abſumens illa lacrymarum iam filij conuerſionem tandem futuram deguſtabat præſentem ex ſpei firmitudine, quam lacrymarum efficacia aſſereret.

Quàm ineptè Marcus Antonius Natta, aliàs doctus, de lacrymis profatur lib. 1. de immortal. anim. *Lacrymæ nihil remedij afferunt malis.* Eſt ne aliquod verum malum (vera mala vocarim quæ animæ immortalitati, de qua ille ſcribebat, poſſunt obeſſe,) quod efficaciſſimis lacrymis non ſuperetur? Hieronymus exclamat, *O lacryma humilis! tua potentia, tuum Regnum eſt: tribunal iudicis non vereris, inimicorum tuorum accuſationibus ſilentium imponis: non eſt, qui te accedere vetet: ſi ſola intraueris, vacua non redibis. Magis crucias diabolum, quam pœna infernalis. Quid plura, vincis inuincibilem, ligas Omnipotentem, inclinas Filium Virginis.* Preme illud, *ô lacryma.* Si vna lacryma Deum omnipotentem alligat, quid mirum tot Monicæ lacrymas illigaſſe Auguſtinum, qui profitente Epiſcopo, haud poterat diſputationibus, & argumentis illigari? 18.

Cunctis malis vnica lacryma affert remediũ, illigans conditorem: quid tot lacrymæ Monicæ?
Ant. Natta.
Hieron.

PARS TERTIA.

NICOLAVS TOLENTINVS.

Paraphraſim, & Commentarios literales ad caput duodecimum Lucæ pete hîc à lib. 10.

PROLVSIO.

PVSILLVS admodum humilitate Nicolaus, ſed qui vendens vniuerſa quæ poſſidebat, cunctos eleemoſynæ ac pietatis beneficio donaret. Audiſti in ſolemniis Nicolai benedictum panem diſtribui fidelibus? Id planè præſtitum, vt pietatis viri documenta memoriæ deferrentur. Ait D. Antoninus, *Viſitabat Nicolaus infirmos, eoſque plurimum conſolabatur dulci colloquio. Quando aliquis delicta ſua viro confitebatur, dolebat plurimum, & deflebat: orabat pro afflictis, ieiunabat, & denique omnibus conſolationem maximam exhibebat.* O virum ſi ex humilitate puſillum, ex pietate magnum, cui complacuit Patri dare tibi Regnum. Eſto Rex noſter, nec enim obiicere poteris, *In domo mea non eſt panis. In feſto Nicolai* (addit Doctor) ſolent benedici quidam panes in Ordine S. Auguſtini, qui vtiliſſimi ſunt contra languores, & infirmitates.

SECTIO

SECTIO IV.

Regnum à Patre.

TEXTVS.

VERS. 32. NOlite timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro darè vobis Regnum. 33. Vendite, quæ poſſidetis, & date eleemoſynam. Facite vobis ſacculos, qui non vetereſcunt, theſaurum non deficientem in cœlis, quo fur non appropiat, nec tinea corrumpit. 34. Vbi enim theſaurus veſter eſt, ibi & cor veſtrum erit.

IN NICOLAVM TOLENTINVM

PANEGYRICVS MORALIS QVARTVS CIRCA LITERAM.

EX REGNO A PATRE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Nolite timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis Regnum, &c.

Nicolaus Rex cœleſtis Patris æterni hæres aptè appellatur, imitatur enim Dei munificam erga omnes naturam.

Oſtendo, nihil magis adnatum Regibus, quàm ſubditis omnibus beneficia exponere.

1. CVM expreſſiſſet Dominus complacuiſſe Patri æterno, homines Regno donare, mox Regia obeunda munia recenſet: *Vendite, quæ poſſidetis, & date eleemoſynam*, &c. An non aptius ad Regiam dignitatem exornandam bona temporaria retineamus? Minimè; hæredes enim Patris æterni Reges cœleſtes conſtituti, Patris Regis conditionem ex bonorum elargitione debemus æmulari.

2. Expono verba illa: *Complacuit Patri veſtro dare vobis Regnum.* Cuínam ô Domine, tuum Regnum impendis? Gregi planè puſillo: *Nolite timere puſillus grex.* An gregi puſillo, vili ouiculæ Regnum cæleſte promitteretur niſi à munificentiſſimo Patre? *O bonitas effuſa!* (exclamat Chryſologus *ſerm.* 23.) *ô inaudita pietas! Ad conſortium dominationis ſeruos Dominus aſciſcit, ad participationem Regni Rex gregem populi totius admittit. Sic ſic dat, cui Regnum minui, vacuari poteſtas non poteſt.*

Regni Patris æterni eſt, puſilli gregis commoda ſuprema procurare.

Chryſol.

Luc. 12.

3. Imitatur Deum Nicolaus dum cuncta dat, omnibus beneficia impendit; nec poteſt deficere Regnum, aut vacuari poteſtas, quia Diuus perenni pietate præfulget. Antoninus, *Omnibus Nicolaus cõſolationem exhibebat maximam. Viſitabat infirmos, deflebat peccata, quæ ſibi confitebantur pœnitentes, orabat pro eis, ieiunabat. Pro animabus purgatorij deuotè orabat, fratres hoſpites benigniſſimè excipiebat, & magna conſolatione afficiebat. In ſuis concionibus populo commendabat plurimum, vt liberales eſſent circa redemptionem captiuorum. Triſtes conſolabatur, mœſtos & afflictos exhilarabat; diſcordes concordabat, in tribulatione poſitis ſolatio erat.* O Patris cœleſtis imaginem, qui poſt tot munera exhibita, pietatis cenſum integrum potes retinere. Vnde poſtquam tot munificentiæ Nicolai Antoninus documenta expreſſit, adiicit. *Et denique omnibus conſolationem maximam exhibebat.* Poſt tantas conſolationes præſtitas, reliqua ne aliqua vel vni conſolatio? *Omnibus conſolationem maximam exhibebat. Sic ſic dat, cui deficere cenſus, cui Regnum minui, vacuari poteſtas non poteſt.*

Dei æmulator Nicolaus omnibus pius.

Anton.

Haud ſic dant homines. Iſaac filium Iacobum frumento & vino donauit, & fratri aliam ſibi exhiberi benedictionem, dixit. *Frumento & vino ſtabiliui eum, & tibi poſt hac fili mi, vltrà quid faciam?* Gen. 27. Sic ſic dat, cui deficere cenſus, cui Regnum minui, & poteſtas poteſt vacuari. Non ſic Nicolaus; Pane ſalutifero donatus à Patre, non ſolùm fratri vni benedictum panem porrigis, ſed & omnibus ſemper ſine ſalutis imminutione expendit. Piiſſimus viuens mortui memoriã condiuit pietate, ne vnquam cenſus pietatis deficiat. Ægrotans Nicolaus à Deipara audiuit, ad ferendum è foro panem, in aquam immittendum, doloris facile medicinam. *Ita factum eſt*, (ait Antoninus) *vnde conſuetudo inualuit, vt in feſto beati Nicolai ſoleant benedici quidam panes in Ordine ſancti Auguſtini, qui quidem vtiliſſimi eſſe ſolent contra multos languores, & infirmitates.* Non pater Iſaac donat Nicolaum pane defecturo, ſed Deipara 4.

Pietas Nicolai panis eſt ſalutaris omnibus expoſitus.

Gen. 27.

Anton.

perſonam Patris æterni gerens, ei porrigit panem minimè defecturum. Dat Nicolaus Rex cœleſtis, Patris Dei æmulator. *Sic ſic dat, cui deficere cenſus non poteſt.*

5. Cùm paruulos panes aſpexeris, non quantitatem muneris viſibilis conſideres, ſed maximam Nicolai pondera pietatem. Ab aliis Diuis incrementa temporarij panis poſtula, à Nicolao cenſus pietatis, & miſericordiæ petendus eſt. Rex enim cœleſtis à Patre Deo præcipuè didicit pietatem. Apud Iſaiam Dominus, *In miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui, dixit Dominus*, cap. 54. Haud poterit deficere in Regno Dei cenſus pietatis: *Miſericordia ſempiterna.* Nazianz. orat. 27. *In ira parumper te percuſſi, ait Dominus, & in miſericordia æterna glorificabo te. Ego te tradidi, ego tibi ſuccurram. Maior menſura eſt clementiæ, quàm emendationis.* An Nicolaus cœleſtis Patris hoc ebibit ingenium? Porrò & pietas, aut miſericordia eius æterna eſt ſine iræ, aut emendationis admiſtione. Deus flagella infligit, vt corrigat, ſi miſericordiæ cœleſtis expendit vbertatem. At Nicolaus ſemper miſericors, nunquam ſe vel flagitioſis hominibus expoſuit iratum. Vis indicem, quónam modo ſe gereret in peccatores? Antoninus: *Quando aliquis delicta ſua viro ſancto confitebatur, dolebat plurimum, & deflebat Nicolaus peccata, quæ ſibi confitebantur pœnitentes: orabatque pro eis, ieiunabat, & Miſſam deuotè celebrabat, ac denique multas lacrymas fundebat.* Id Dominus Pater filio Nicolao Regi conceſſit, vt dulcis totus, totus munificus omnibus oſtenderetur.

Paruuli panes Nicolai, miſericordia immenſa Dei pietatis æmulatrix.
Iſa. 54.
Nazianz.
Antonin.

6. Redeo ad Regis noſtri non deficientem panem Fatur Eccleſia, *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas*, Cant. 1. Cur non rogauit, vbi regas, aut dirigas greges? Quia Regem allocuta Eccleſia, nihil prius memorat, quàm illud, quo regale ingenium conſtituitur, nempe paſtoritia cura ouibus panem prouidere. Ambroſ. lib. de Iſaac cap. 4. *Recte dicit: Vbi paſcas. Quia Regale eſt Dei verbum.* Cur non dixit Ambroſ. Quia Regalis eſt exhibitio panis? Quia eſt quidem panis, qui ſine frumento, aut grano, ſeu materia conficitur terreſtri. Hîc pietas verborum eſt. Deus paſcit gregem pane temporali, ſed verbi pietate vberiùs reficit vniuerſa. Æmulator Nicolaus piiſſimo ſermone cunctis præparat refectionem. Verbis *triſtes conſolabatur*, (ait Antoninus) *mæſtos, & afflictos exhilarabat, diſcordes concordabat, in tribulatione poſitis conſolatio erat, & denique omnibus conſolationem maximam exhibebat.* Ediſce verborum ſaltem piorum (proximis egentibus nunquam deficientem eleemoſynam impendere.

Dum pane ſalutari nos Nicolaus reficit, Dei apparet æmulator Regis cœleſtis.
Cant. 1.
Ambroſ.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Nolite timere, puſillus grex; quia complacuit Patri veſtro dare vobis Regnum.

Nicolaus non ſolùm ex humilitate puſillus, ſed omnium virtutum fulſit varietate.

Eum Diuum commendabilem admodum reor, qui Protoparentes virtutum imitari contendunt.

CVr *grex puſillus* Apoſtoli appellantur? Beda reſpondet, *Vocantur puſillus grex, propter humilitatem.* Et quare non ex aliarum virtutum fulgore exprimuntur grex mundus, grex ſyncerus, grex pacificus, grex obediens: ſed ſolùm ex virtute humilitatis Profectò, quia cùm humilitas ſit fundamentum ſpiritualis exædificationis, qui ex humilitate commendauit, reliquarum virtutum fulgorem expreſſit. 7.

Beda.

Obiicio vobis Diuum ex humilitate puſillum, ex reliquarum virtutum varietate magnum. D. Antonin. ſic de Nicolao: *In Religione B. Auguſtini conſtitutus Nicolaus ſpeculum planè fuit omnium Religioſorum, qui antea Canonicus exiſtens, ſpeculum etiam fuerat omnium Canonicorum, propter humilitatem, & ſanctitatem vitæ ſuæ. Itaque quotidie ibat de virtute in virtutem, & ſeipſum quotidie ſanctitate vincebat, & ſuperabat. Extitit Concionatorum ſpeculum ſingulare propter eximiam, & feruentem prædicationem. Abſtinentia verò Nicolai admirabilis extitit adeò, vt per triginta annos, quibus manſit in Conuentu Tolentino nunquam carnes comederit, nec oua, nec piſces, nec lac, neque etiam ex lacte confecta.* Nónne vides Nicolaum collegium ſanctitatis exiſtere? O quantam machinam ædificij humilitatis fundamina ſuſtinent! 8.

Virtutes Nicolai egregiæ recenſee, in quibus exemplum extitit aliorum.

Preme dictionem ſæpè expoſitam: *Nicolaus ſpeculum fuit Religioſorum, ſpeculum Canonicorum, ſpeculum Concionatorum.* Ac ſi diceret, Religioſus extitit Benedictus. Canonicus regularis Auguſtinus, Concionator autem Paulus alter; æmulatus enim fuit Protoparentes ſanctitatis & perfectionis. Annon Dei Filius eſt *ſpeculum ſine macula, & imago bonitatis illius?* Nicolaus ſpeculum eſt referens Parentum perfectionis ſimilitudinem. Vnde appoſitè cunctorum parentum ſanctitatis poteſt perfectiſſimus filius appellari. 9.

Nicolaus retulit Protoparentum virtutes egregias.
Antonin.

Sponſus fatur, *Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis*, Cant. 7. Legit Theodoretus, *in portis filiæ multorum.* Annon potiùs ignominioſum eſt, fœminam, aut virum filium multorum appellari? Profectò in ſpirituali generatione glorioſiſſimum, Eccleſiam, ſiue Diuum quemlibet multorum parentum perfectionis ſpeculum agere, gerere ſimilitudinem. 10.

Filius eſt Nicolaus cunctorum Patrum perfectionis.
Cant 7.
Theod.

Quínam priſtini Protoparentes ſanctitatis, nouæque Euangelicæ perfectionis? Olim Moſes, Ieſus Naue, Samuel, Dauid, Iſaias, Ieremias, Daniel, & Ezechiel Duces fuerunt Sanctorum. In lege autem gratiæ Apoſtoli, Doctores, Religionum Parentes perfectionis ſe dedere Anteſignanos. Laudantur ergo oculi ſponſæ, quòd aſpexerit meditationis luminibus egregia opera Protoparentum, vt poſſet imitari. Theodoretus aſſerit in piſcinam aquas varias confluere ſolitas ſignificare ſanctitatis collectionẽ à pluribus fontibus vna in Sponſa, aut vnico in Diuo expreſſam. *Siquidem à magno Moyſe, & à Ieſu filio Naue, & a Samuele Propheta,* 11.

Omnium ſpeculorum perfectionis Nicolaus trahit lucem.
Cant 7.
Theodor.

Propheta, & à Dauide, eodem tum Propheta, tum Rege: & ab Iſaia, & Ieremia, & Daniele; & ex Apoſtolis, & Doctoribus, qui poſt illos fuerunt, latices vtilitatis excipiunt. Ideo Sponſus ait: Oculi tui ſicut lacunæ in Heſebon in portu filiæ multitudinis. Nicolaus omnium ſpeculorum trahit lucem, cunctorum Protoparentum colligit ſanctitatem: vnde ipſe redditur *ſpeculum Religioſorum, ſpeculum Canonicorum, ſpeculum Concionatorum.*

12\. *Omnes latices virtutis Protoparentem intrant in Nicolaũ. Nicolaus eſt Moſes ex conſolatione afflictorum. Anton. Ioſue ex miraculis. Anton.* Excepit piſcina hæc confluentes latices. Profectò pelagus aptiùs appellarim Nicolaum, in quod ſanctitatis flumina prolabuntur. *Omnia flumina intrant in mare.* Moyſes afflictum Dei populum conſolatione afficit? Nicolaus excipiens Moſis fluuium, *Omnibus conſolationem maximam* (loquor cum Antonino) *exhibebat.* IESVS Naue prodigiorum patrator, Solem, & Lunam fecit conſiſtere? Nicolaus multis claruit miraculis non ſolùm in vita ſua, verùm etiam in morte. *Apparuit ei beatiſſima Virgo & B. Auguſtinus.* Nónne Maria ex beneficiis Luna ſi Auguſtinus ob doctrinæ fulgorem Sol (minor iam Luna) ſit appellandus? *Samuel ſanctus à pueritia. Anton.* An Samuel miniſtrauit Altari ex infantia? *Nicolaus à primis annis ſe cœpit tradere diuinis obſequiis, tum orando, tum ieiunando, tum Templa viſitando.* *Dauid libãs Domino aquam. Anton. Chryſoſt.* Mira Dauidis ab aqua abſtinentia, quam *Domino libauit,* quia ſpeciem (vti ait Chryſoſtomus) concupiſcentiæ referebat? *Abſtinentia Nicolai mirabilis extitit. Cùm ad grauiſſimam quandam infirmitatem deueniſſet, & medici ipſi ſuaderent, vt carnes comederet, nihilominus ſanctus reſpondebat, ſe non audere hoc facere; ne fortè ex vna infirmitate graui, videlicet corporis, incideret in peiorem, ſcilicet animæ, recreando appetitum, & complacendo ei.* Addit Author, *Anus volantis miraculum. Anton.* *Prior Conuentus ſub obedientia mandauit, vt carnes comederet, Nicolao. Cùm ergo auis quædam ante eum poſita fuiſſet in cibum, orauit Deum vir ſanctus, vt illa manente obedientia, carnes ipſe non comederet, quod protinus factum eſt. Nam diuina voluntate ante omnium oculos auis illa auolauit.* *Iſaias ex ſalutari Virgine. Anton.* Iſaias equidem ex Virgine ſalutem orbi prædixit. At Deipara ipſa ſalutaris Nicolao præſentatur. *Nocte illa apparuit ei ſacratiſſima Virgo, dixitque, vt mitteret ad plateam, curarétque ſibi inde adferri panem, quem vbi habuiſſet, in aquam iniiceret, atque in nomine Chriſti talem panem comederet, atque ſanus, & incolumis ab ipſa infirmitate euaderet.* *Ieremias aſperitate vitæ. Anton.* Nónne Ieremias lacrymarum ac pœnitẽtiæ turtur? *Nicolaus ſingulis hebdomadibus ieiunabat, ferrea quadam catena corpus ſuum verberabat, dormiebat ſuper fœnum, vel paleas, eius veſtitus pauper erat, & vilis.* *Daniel ex orationis exercitio. Anton.* Celebris ne ex orationis exercitamento Daniel? *Nicolaus in oratione aſſiduus erat, ita vt à Completorio ad mediam vſque noctem orationem protraheret: & poſt Matutinas etiam, donec Miſſam celebrabat, in oratione intentus erat; ac denique poſt Nonam vſque ad preces veſpertinas orationi vacabat.* *Apoſtolicus Cöcienatěr. Anton.* Porrò Apoſtoli & Doctores Euangelici vtili verbi ſacri prolationi ſtuduêre. *Nicolaus autem extitit Concionatorum ſpeculum ſingulare, propter ſuam eximiam, ac feruentem prædicationem.* En Nicolai oculos piſcinas in Heſebon, en filium multitudinis Diuorum Protoparentum, en pelagus in quem cuncta ſanctitatis flumina prolabuntur.

* * *

Ant. de Eſcob. & Mend. Tom. V.

Obſeruat. III.

Ad illa verba:

Nolite timere, puſillus grex.

Nicolaus ouis manſuetiſſima, erga proximos mira compaſſione afficitur.

Oſtentatur inde egregia ſanctitas; quia pietas, & miſericordia erga afflictos perfectionis magna eſt documentum.

CVr gregem appellauit Magiſter Apoſtolos? Planè ob manſuetudinem, & pieta- 13.
tem. Beda fatur, *Grex puſillus vocantur ad comparationem maioris numeri reproborum*, qui quidem fœdis deſignantur in hædis. O miſertima humanæ naturæ conditio, ex qua pars maxima ſupplicio addicetur æterno! Hinc ingerit Dominus Euangelicis miniſtris compaſſionem, Puſille grex, hædos ad vos adducite, ne pereant. *Beda.*

Mira prorſus fuit erga hædos ouis Nicolai 14.
compaſſio, de qua Antoninus, *Quando aliquis delicta ſua viro ſancto confitebatur, dolebat plurimum, & deflebat Nicolaus peccata, quæ ſibi confitebantur pœnitentes: orabátque pro eis, ieiunabat, & Miſſam deuotè celebrabat, ac denique multas lacrymas fundebat.* Hinc quidem Nicolai licet ſanctitatis incrementa contemplari. Pius in afflictòs? *Mira compaſſio Nicolai. Anton.*

O viri ſanctitatem! De Mardochæo textus, 15.
Qui fuit nutritius filiæ fratris ſui Ediſſæ, quæ altero nomine vocatur Eſther, & vtrumque parentem amiſerat: mortuiſque patre eius ac matre, Mardochæus ſibi eam adoptauit in filiam, Eſth. 2. Quàm pium opus compaſſionis virgunculæ vtroque orbatæ parente! Porrò Dominus miris Mardochæũ donauit ſanctitudinis incrementis adeò, vt Saluatoris æmulator extiterit. Rup. lib 8. de vict. Verb. cap. 4. *Opus pium, pietas operoſa, pium habuit iudicem, & inſpectorem Deum. Re vera odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis, & re vera benedixit illi, qui adoptauerat, vt creſceret in ſalutem populi, in ſaluationem ſuæ gentis.* Nicolaus ex compaſſione quaſi hominum Saluator exſurgit: adeò creſcit *de virtute in virtutem* (Antoninus ait) vt multas lacrymas fundens ad peccatorum aſpectum Chriſtum referat pro peccatoribus lacrymas profundentem, iuxta illud: *Cum lacrymis, & clamore valido.* *Nicolaus ex compaſſione oſtenditur imitator IESV Saluatoris, vt Mardochæus. Eſth. 2. Rupert.*

Preme Lucæ noſtri verba illa: *Nolite timere* 16.
puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis Regnum. Vendite, quæ poſſidetis, & date eleemoſynam, c. 12. Profectò particula *Regnum* indicat Diſcipulos in vertice ſanctitatis eſſe collocandos ex mente Nazianzeni. Vndénam hiſce donantur perfectionis incrementis? *Date eleemoſynam.* Hoc eſt, egentibus peccatoribus pietatis compaſſione curate ſubuenire. Ait Doctor orat. 16. de paupert. amore. *Quis tibi Regem ſuper omnia conſtituit? Quis donauit in quibus homo cæteris præcellis? Nónne Dominus, qui ante omnes humanitatem à te expetiuit.* Præcellit Nicolaus perfectiſſimos Diuos ex illa erga *Apoſtoli ex compaſſione, ac pietate oſtenduntur Reges cœli Chriſti imitatores. Luc. 12. Nazian.*

pœnitentes compaſſione ineffabili. Sequitur ſanctitudo compaſſionem.

17. *Nicolaus abundans virtutibus, quia cōpaſſione affectus.* Proclamat cũ ſponſa, *Faſciculus myrrhæ Dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Botrus Cypri Dilectus meus mihi in vineis Engaddi,* Cant. 1. vbi Bernardus ſerm. de vite, c. 4. *Ille, qui modò fuerat faſciculus myrrhæ, id eſt, qui mentem ſponſæ paſſionum ſuarum amaritudinibus amaricauerat, ſubitò ſit botrus Cypri continens in ſe vinum ſpiritualis iucunditatis,* ſiue cœleſtis abundātiæ. Cant 1. Bernard. Sequitur enim abundantia ſanctitudinis compaſſionem. Non miror Nicolaum ad perfectionis eleuatiſſimum verticem aſcendiſſe, ſi affectu compaſſionis Chriſti pietatem imitabatur.

PARS QVARTA.

MARTINVS.

Paraphraſim, & Commentarios literales ad caput quintum Matthæi pete hîc à Part. 1.

PROLVSIO.

MAGNVS appellandus qui fecerit & docuerit? Magnum Martinum Auguſtini filium, Conuentus D. Iſidori Legionenſis Canonicum Regularem meritò vocitarim, qui fecit quod doceret: & docuit quod cuncti fideles facere debuiſſent. *Glorioſus Confeſſor, & Doctor Martinus.* Sic in antiquis Breuiar. illius illuſtriſſimi Collegij. Volumina Doctoris manuſcripta diligenter euolui, & mihi tot virtutum ſapores reddidere, tot doctrinæ cœleſtis peperere fulgores, vt impoſſibile ratus fuerò perſequi Panegyride, niſi manus illa Martini, quæ in Regio tot titulis Conuentu adoratur, rurſus Scriptura ſit mihi tradita. De Cæſare quodam Periander, *Tot victorias poterit ſcribere manus ipſa, quæ perficere valuit: non quidem alia.* Tot virtutum ac ſapientiæ documenta niſi à Martino gerente conſcribantur, nullatenus poterunt efferri præconio. Vnum, & alterum volumen Commentariorum & ſermonum, ô Pater, ſcripſiſti. At ſi prædata virtutum geſta, ſi fulgores ſapientiæ eſſes exaraturus, Bibliothecam præparares, non volumen. ¡O Magne!

SECTIO V.

Geſta, & dicta.

TEXTVS.

VERS. 19. QVi ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in Regno cœlorum: qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno cœlorum.

IN

IN MARTINVM Canon. D. Iſidori Legion.

PANEGYRICVS MORALIS QVINTVS CIRCA LITERAM.

EX GESTIS, ET DICTIS.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba,

Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur.

Martinus Legionenſis, D. Iſidori Conuentus decus, Magnus prorſus ex ſanctitudinis miræ documentis.

Oſtendo virtutis operibus Diuos oſtentari Doctores; geſta enim diſertius, quàm ſermones adducunt proximos ad virtutem.

1. CAIETANVS, *Dominus duos ordines extremos Doctorum explicat, ſcilicet minimorum, & magnorum: minimos. definit à violando, & docendo violari mandata minima; magnos definit à faciendo, & docendo.* Magni ergo Doctores oſtentantur illi, qui non ſolùm legis grauia obſeruant præcepta, ſed & minimis ſubiacent, & edocent homines vitæ perfectioni ſtudere.

2. Magnum prorſus appellabo Martinum, & minimorum præceptorum obſeruatorem, & Doctorem egregium. Profectò Martinus à cunabulis potiùs vitæ perfectioni ſtuduit, quàm literarum incrementis; vnde ſacrum volumen Legionenſe fatur, *A prima ætate ſe totum exercuit in ſanctis operibus, vt virum Chriſtianum decet. Talis porrò eius vita fuit, vt omnibus exemplum reliquerit magnæ ſanctitatis. Ordinatur Sacerdos, & habitum ſuſcepit Canonicorum Regularium; & breui quidem tempore volauit eius fama tum Religioſi perfecti, tum ſancti Sacerdotis, per omnes Religioſos eiuſdem profeſſionis. Non ſtuduerat autem ſacram Scripturam, ſed tenebatur incredibili quodam deſiderio ſciendi, & diſcendi.* O egregium Concionatorem, qui non tunc verbis, non voluminibus, ſed vitæ fulgore prædicans tot ſuæ perfectionis imitatores traxerat!

Martinus faciendo docuit, adduxitque Religioſos ad perfectionis deſiderium. Breuiar. Legion.

3. Commendanda admodum illa proclamatio, quæ non tam auribus percipitur, quàm oculis. Exemplum enim vitæ & vocale, & efficax ſup a quemlibet diſertiſſimæ liguæ ſermonem. D. Paulinus epiſt. 27. ait, *Verè ſapiens, verè diſertus, qui mundo huic ſtultus, & mutus eſt.* Sapiens docet dum loquitur: quomodo ergo murus adſtruitur? Quia dum tacet, ſi mundo, ſtultus ex abſtractione à viſibilibus habetur, ipſo vitæ docet exemplo, & ſapiens oſtentatur. *Is non tam lingua, quàm vita eruditus.* Sic Doctor epiſt. 35.

Verè ſapiens Martinus, cū erat vacuus ſapientia, tunc docebat operibus. Paulin.

Martinus prius quàm Scripturas diuina ope (vt exprimam) ediſceret, exemplo Religioſos, ac Sacerdotes ad perfectionis verticem aduocabat. O ſapientiſſima inſipientia! Apoſtolos imitatus eſt, qui dum ſcientiæ eſſent expertes, exemplo vitæ prædicabant, iuxta illud: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt*, Matth. 5. Nec enim exiguus fructus eſt, ſic viuere, vt ex actionibus tuis oculis proximorum obiectis, ij ad laudes Dei proferendas excitentur. Tertullianus lib. de Anim. cap. 3. *Deliquit, opinor, diuina doctrina, ex Iudæa potius, quàm ex Græcia oriens. Errauit & Chriſtus piſcatores citius, quàm ſophiſtas mittens.* Doctrina cœleſtis non ex Græcia ſapientiſſima quidem, ſed iniquitate preſſa: oritur ex Iudæa ſophiſmatibus eloquentiæ vacua, ſanctitatis documentis plena. Inde piſcatores, non legis Doctores eliguntur; vt ſcilicet potius doceant exemplo vitæ, quàm ſapientia. 4.

Apoſtolos imitatus eſt Martinus vita docentes, prius quàm erudirentur à Spiritu ſancto. Matth. 5. Tertull.

Lego poſt obitum Saluatoris Apoſtolos ſapientia cœleſti præditos ſuperueniente Spiritu ſancto, *Act.* 1. Poſtmodum immittuntur ad Gentiles. Rogo, cur vt cum Chriſto conuerſioni ſtuderent Iudæorum ante ſuffixionem IESV, non deſcendit ſpiritus illos igneis linguis cœleſtique ſapientia donaturus, ſi præcipua Saluatoris cura congregare oues, *quæ perierunt de Iſraël*? Reſpondeo, haud actum cum Iudæis minori liberalitatis oſtenſione. Apoſtoli enim, inſipientes vtique piſcatores, tunc ſanctiſſimæ vitæ ſplendores emittebant, qui poſſent Iudæos ad meliorem frugem, fortius quàm ſapientia, reuocare. Non ergo errauit Chriſtus, nec erga ſuum minus benignè populum egit, piſcatores citius, quàm ſophiſtas mittens. Mittuntur ad Gentes deſerti, indocti ad Iudæos ante Spiritus ſancti deſcenſionem; ſed ſanctitatis doctrinam proferentes, dum ſobrij, pacifici, pudici, pij in afflictos, humiles conſpicitur. Exiſtimo Martinum non minus docuiſſe exemplo vitæ ante Spiritus ſancti aduentum, cùm ediſcit Scripturæ intelligentiam, quàm poſt Iſidori deſcenſionem gerentis perſonam Paracleti. 5.

An minus apti Apoſtoli rudes, ſed ſancti ad cōuertendos Iudæos, quā ſapientes ad Gentium reductionem. Act. 1.

Fatur Dominus, *Quæ mulier, habens drachmas decem, ſi perdiderit vnam, nónne accendit lucernam, & euerrit domum, & quærit diligenter, donec inueniat?* Luc. 15. Maldonatus, *Hæc mulier rudis, & humilis*; drachma perdita Dei ſimilitudo in homine deperdita. Strabus, *Reperitur drachma, dum Dei ſimilitudo, quæ eſt in homine deperdita, reparatur.* Nouem drachmæ quid? 6.

Martinus dum rudis, virtutum fulgore inueniebat in proximis deperditā Dei imaginem. Maldon. Strab.

Nyſſen. Strab.

Nyſſenus, *Virtutes, quarum nullam oportet nobis deeſſe.* Addit Strabus mulierem viros diuos ſignificare, qui drachmam perditam, id eſt, homines acquirere, aut inuenire curant. Denique Chryſologus *ſerm.* 169. drachmam ait hanc nocturno in tempore requiri. *Simpliciter contigit, quòd eam nocturno requirat in tempore.* Ergo Eccleſiæ filij Apoſtoli rudes, Confeſſores indocti virtutum fulgore deperditam in hominibus requirunt imaginem, & inueniunt. Congratulemur Martino, qui dum iners, tot Religioſos vitæ exemplo ad perfectionis feruorem adduxit. Ipſe loquatur, *Congratulamini mihi, quia inueni drachmam.*

Chryſol.

7. *Huiuſmodi inſipientiam prudentiſſimam ſapientiſſimus Salomon expetebat.* Eccl. 1.

Huiuſmodi Martini ſapientia cunctis facultatibus præponenda eſt. O vera ſapientia virtutum! exercitamentum vel in ruſtico! Poſt tam miram intelligentiam, poſt tam diuinam ſapientiæ plenitudinem clamabat Salomon. *Dedi cor meum, vt ſcirem prudentiam, atque doctrinam, erroréſque, & ſtultitiam,* Eccleſiaſtæ 1. Preme τὸ *vt ſcirem prudentiam & ſtultitiam.* Quid prudentiæ cum ſtultitia? Qui autem ſapientiſſimus erat, cur ambit noua prudentia & ſtultitia ſimul donari? Eam ſtultitiam Rex expetit prudentiſſimam, qua inſipientes Diui fulgent, ſcilicet vitæ ſanctitatem, hæc vera ſapientia ad hominum conuerſionem. Caietanus, *Stultitiam* expoſuit *multitudinem imprudentiarum, quibus homines abundant.* Expetis ne ô ſapientiſſime Rex, imprudentiarum multitudinem, cùm appetis prudentiam? Ita planè. Veram prudentiam Sanctorum accipere cupio, quæ quidem tam efficax eſt, vt etiam in imprudentiſſimis, ſeu indoctis admodum mirum in modum fulgere videatur.

Caietan.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno cælorum.

Magnus Martinus Doctor poſt volumen acceptum ab Iſidoro, ex cæleſti theſauro proferens cunctas diuitias ad Eccleſiæ vtilitatem.

Edocens Doctores non abſcondere lucem, ſed ad proximorum eruditionem fulgurare.

8. Anſelm.

ANſelmus, *Qui fecerit*, ait, *& ſic docuerit alios, magnus vocabitur in Regno cælorum. Id eſt, ab iis, qui ſunt in Regno cælorum.* Porrò cæleſtis hic ſapientia commendatur, quæ ab incolis cæleſtis Curiæ efferenda eſt.

9. *Martini ſapientia cæleſtis, & à Cœlitibus commẽdata.* Eccl. Legion. Breuiar.

Exiſtimo Dominum ſpeciali reſpectu D. Martini mei gloriam præſignaſſe, cuius ſapientia planè cæleſtis, & à Cæleſtibus commentata. Legionenſis Eccleſiæ ſic ſacra monumenta: *Particulariter Martinus ad Dominum preces fundebat, pro cognitione Scripturarum conſequenda. Atque quantum in ſe erat, conabatur, in eam cognitionem, atque ſtudium incumbere, quamuis nec Magiſtrum haberet, qui ipſum inſtrueret, neque eius intellectus ſatis eſſet, ad eam rem præſtandam, accommodatus. Cùm autem quadam nocte pro huiuſmodi re Dominum oraret, apparuit ei B. Iſidorus, librum manibus ſuis geſtans, qui dixit ei: Accipe volumen iſtud, & comede illud, atque dabit tibi Deus ſcientiam Scripturæ ſacræ. Excuſabat autem ſe vir ſanctus, quòd ieiunaret, & propterea librum comedere non poſſet. Dixit ergo ad eum Iſidorus, Non aufertur ideo tibi ieiunij meritum; ego enim id tibi nuncio ex parte Dei, & ſum Iſidorus Patronus huius loci. Accepit ergo Martinus volumen, & comedit illud. Iſidoro ergo recedente poſtquam librum Martinus comederat, plenus factus eſt, & inflammatus in diuina ſcientia, adeò vt facilè omnes Theologos ſuæ ætatis ſuperauerit, nemóque cum eo comparari potuerit. Diſputationes multas, & concertationes habuit cum hæreticis, quos facillimè ſuperabat. Libros duos ſcripſit, qui dicuntur, concordia.* Legi profectò, & miratus ſum diuitias hominis. Hominis, an Dei? Dei planè, quia è cæleſti theſauro ſapientiam hauſit.

10. *Accepta ſapientia, mox Martinus progreditur ad profectũ aliorum.* Ezech. 1.

Ezechieli Dominus, *Fili hominis, comede volumen iſtud, & vadens, loquere filiis Iſraël,* cap. 3. Sapientia Prophetæ è cæleſti theſauro non retinetur in viſceribus, ſed ex his ad labia recurrunt, ad volumina exiliunt, vt cunctis proficere valeant. *Comede volumen, & loquere.* Martinus adlatum ab Iſidoro volumen comedit, & mox ad diſputationes cum hæreticis confundendis facillimè progreſſus eſt, voluminibúſque doctiſſimis ſcribendis ſtudium impendit.

11. *Qui à cœlo accipit ſapiẽtiã Martinus, profert ſapientiam aliorũ vtilitatem.* Matth. 13.

De Doctoribus Magiſter, *Omnis ſcriba doctus in Regno cælorum ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua, & vetera,* Matth. 13. Preme illam particulam: *Omnis ſcriba doctus in Regno cælorum.* Sunt qui docti in Regno terreno, & hi ſibi ſapiunt, theſaurum auari retinent, nec in Eccleſiæ vtilitatem proferunt. Atqui docti in Regno cælorum, proferunt de accepta ſapientia, vt proximos valeant acquirere. Paulus ad Regnum cælorum raptus dolebat, quòd *non liceret homini loqui*, dum ſapientia quæ in cæleſti Regno ediſcitur, petat proferri. Quid mirum Martinum mox poſt librum aſſumptum, ad diſputationes cum hæreticis properare, ad voluminum conſcriptionem ſtudium impendere, ſi immediatè à cæleſti Magiſtro edoctus fuit, ſi doctus ſcriba in Regno cælorum eſt conſtitutus?

12. Expendo & illud: *Qui profert de theſauro ſuo noua, & vetera.* Non recondit, ſed profert, in Eccleſiæ obſequium, ac proximorum vtilitatem: noua quidem & vetera, id eſt, ex Patrum expoſitione vtriuſque Teſtamenti myſteria. Hildebertus epiſt. 1. *Citra profectum proficit, quiſquis alteri, cùm poteſt, non proficit.*

Hildeb.

13. *Martinus ſub ſpecie voluminis ſapientiam accepit, vt exponeret proximis.* Seneca.

Expetebat Martinus impleri ſapientia, vt prodeſſet proximis. Ideò ſub ſpecie voluminis ſapientiam accepit, vt innueretur ei, ſcientiam illam ab ipſo natalitio ſapere Authorem, qui in morem libri in alios transfundat quod accepit. Scitè Seneca epiſt. 6. ad Lucil. *Ego cupio omnia in te transfundere, & in hoc gaudeo, aliquid diſcere, vt doceam. Nec me vlla res delectabit, licèt eximia ſit, & ſalutaris, quam mihi vni ſciturus ſum. Si cum hac exceptione detur ſapientia, vt illam incluſam teneam, nec enunciem, reiiciam. Nullius boni ſine*

ſocio

ſocio iucunda poſſeſſio eſt. Mittam itaque ipſos tibi libros. O Regium D. Iſidori Legionenſe Conuentum tot titulis illuſtriſſimum, tot Abbatibus ſapientiſſimis, nobiliſſimis, ſanctiſſimis exornatum, tot Canonicis & Doctoribus, & Diuis eximium! Cur volumina præclariſſima Martini ſub modio permittis latitare? Nónne ſatius communi luce ad ſapientum eruditionem fruerentur? An latitant quia theſaurus? Scriba doctus profert de theſauro ſuo noua, & vetera. An ex Indice cognoſcuntur ſcripta, & manus incorrupta Martini, quam omnium oculis obiicis, ſufficiens eſt voluminum Authoris incorruptiſſimi indicatio? An retines lucem, vt filij tui ex tam præcelſæ doctrinæ fulgore nouos quotidie profectus oſtentent? Non minuitur lux, quæ communicatur. Audiamus ergo omnes ſacrorum voluminum ſtudioſi, præcipuè ego, qui tot nominibus D. Iſidori Collegio debeo famulatum: *Mittam itaque ipſos tibi libros.*

Manuſcripta Martini excudenda eſſent in magnam Eccleſiæ vtilitatem.

14. Cùm legi Martini aliquando volumina, recognoui Authorem, haud tranſcriptorem. Sic theſaurum profert quaſi à ſe inuentum, non alienum exponit. Magni ideo ducendos ratus Martini libros cum Seneca curſim inclamarim, *Veneror inuenta ſapientiæ, inuentoréſque adire, tanquam multorum hæreditatem iuuat. Mihi iſta acquiſita, mihi elaborata ſunt.*

Martinus Auctor eſt, non tranſcriptor. Senec.

15. Adhuc alloquor Præſules Regiæ domus. *Agamus bonum Patrem familiæ,* (loquor cum Philoſopho,) *faciamus ampliora, quæ accepimus. Maior iſta hæreditas à vobis ad poſteros tranſeat. Multum adhuc reſtat operis, multúmque reſtabit: nec vlli nato poſt mille ſæcula præcludetur occaſio aliquid adhuc adiiciendi.* Manu beatiſſima ſcripta lucem communem videant, prælo committantur; & ſi nulla erit occaſio, (quod ſcio,) adiiciendi, quia vndequaque perfecta opera exiſtimo: erit tamen quod addatur vtilitatis communis ſcholæ literariæ, aulæ perfectionis.

Scripta Martini dētur ſæculis futuris. Senec.

OBERVAT. III.

Ad illa verba:

Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno cœlorum.

Martinus ſapientiâ plenus minimè inflatur, ſed mirificè exercitamentis humilitatis ſtudium impendit.

Quàm mirum! Etenim agnata eſſe aſſolet vanitas iis, qui implentur ſapientia. At ſoliditas veræ ſcientiæ vanitati vacuum non relinquit.

16. MAgnus vocabitur dum docuerit? Miror planè, ſcientia enim inflare aſſolet; vnde qui plenum ſe agnoſcit ſapientiâ, in Regno cœlorum non magnus, ſed minimus appellabitur, vbi ſolus eſt magnus veraciter, qui ſe ex humilitatis affectu minimum iudicarit. Ergo euidens documentum eſt, haud inflari ſapientia, qui docens magnus in cœlorum Regno reputatur.

Poſtquam librum Martinus comederat, plenus factus eſt, & inflammatus in diuina ſcientia, adeo vt omnes Theologos ſuæ ætatis ſuperauerit, nemóque cum eo comparari potuerit. An inflatus ſapientiæ plenitudine? Quónam modo, ſi ſapientiæ ſoliditas vacuum non relinquit vanitati: *Plenus factus eſt.* Mox adiicitur Diuum curandis ægroris continuò operam nauare, aliíſque humilitatis exercitamentis incumbere. 17.

Non poterat Martinus inflari, quia ſapientiæ ſoliditate plenus. Breu. Legi.

Miraberis meritò, cùm ſcientiæ ſtudio agnatus ſit ambitionis reſpectus, & gloriæ humanæ cupiditas. *Eloquia Domini,* (canit Dauid,) *eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum terræ,* Pſalm. 118. Lorinus, *Nihil vanitatis continens.* Quid enim argenti ſoliditati cum vanitate, cum vacuitate plenitudini? Plenus factus Martinus locum non ceſſit vanitati: nec enim argenti cœleſtis ſapientiæ ſoliditas cum vento vanitatis coüti poſſet. 18.

An ſapiētia ſolida Martini nihil inanitatis. Pſalm. 118. Lorin.

De ſapientibus non Regni cœlorum, ſed mundi, ait Paulus, *Cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt: ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum,* Rom. 1. Cognouerunt quidem, ſed ſolida ſapientia pleni non fuere, vnde penitus euanuerunt, atque inſipientes effecti ſunt. Quomodo enim, ſi verè ſolida ſapientia pleni fuiſſent, ventum admittere vanitatis. Anſelmus, *Euanuerunt, quoniam vani fuerunt in cogitationibus ſuis,* non pleni ſapientiæ ſoliditate. 19.

Prophani ſapientes nō ſolida ſcientia pleni, euaneſcunt. Rom. 1. Anſelm.

Quis crederet, Martinum adeò humilitatis ſtudio hæreſcere, vt tanta argumentandi cum hæreticis argutia, tanto conceptuum acumine, quibus volumina plena conſpiciuntur, tam miro auditorij plauſu, non iactantia, aut vanitate ſapientiæ morbo ſauciaretur? Se omnino ignorantia plenum adiudicabat. Vel Apoſtoli ſanctitatis Magiſtri à mordacibus veritatis oſoribus cupidi gloriæ putabantur, quia illos viderent tanto populi plauſu ſacra verba proferre. Tertullianus ideo *lib. 4. contr. Marcion.* ait, *Prædicatio Diſcipulorum ſuſpecta fieri poteſt de gloriæ ſtudio.* Quare, niſi quia ſapientibus, agnata aſſolet eſſe gloriæ cupiditas? Profectò Apoſtoli vel oblatos honores gloriæ Domini prælibabant. Vnde à Chryſologo vocitantur meritò, *Negati honoribus.* Non quòd ex ignobili genere nati, vili miniſterio occupati, & nullis ſcientiis inſtructi, vt aliquis minus aptè expoſuit: ſed quia ex miraculorum patratione, & prolatione verbi oblatos honores humilitatis ſtudio Domino libauere. *Noluit bibere, ſed libauit eam Domino* Dauid. Martinus Apoſtolico ſtudio plenus ſapientiâ ſe plauſibus abnegauit, ægrotantiúmque curationi illam manum admouebat, quæ felici calamo myſteria illa, quæ non licebat homini loqui, ſapientiſſimis voluminibus expoſuerat. 20.

Martinus Apoſtolorū æmulator nullam vanitatis ſuſpitionem admiſit negatus honoribus. Tertull. Chryſol.

Sæpè curauit Diabolus, Martinum vanis cogitationibus diſtrahere, ad pinnaculum ſapientiæ, ſiue ad gloriam hominum agnatam ſapientiæ pertrahens. At Diuus terræ humilitatis hæreſcens diſturbari non potuit. Vnde hoſtis toties victus tam à longè receſſit, vt non fuerit vlteriùs auſus Martinum vanitatis tentamine adoriri. *Aſſumpſit Diabolus* Chriſtum 21.

Imò æmulator Chriſti Magiſtri Doctorum, non potuit diſturbari vanitate. Matth. 4.

in ſanctam ciuitatem, & ſtatuit eum ſupra pinnaculum Templi, Matth.4. Quid *pinnaculum*? *Sedes erat Doctorum*, vti ait Remigius. Quare ergo Dominus in pinnaculum eleuatur? Strabus reſpondet, *Ideo duxit eum ſupra pinnaculum, cùm vellet eum de vana gloria tentare; quia in cathedra Doctorum multos deceperat inani gloria*, agnata quidem docendi miniſterio. Cùm autem Diabolus comperiſſet, Chriſtum à ſapientiæ vertice non inflari, deſperans de victoria dereliquit: *Reliquit eum Diabolus.* Recedit Diabolus à Martino dum aſpicit eum Chriſti æmulatorem nec ſapientiæ in culmine conſtitutum ab aura populari potuiſſe commoueri.

Remig.

Strab.

Observat. IV.

Ad illa verba:

Vos eſtis ſal terræ.

Martini magnalia recenſeo, ipſiúſque Diui doctrina illuſtro, ex ſalis ſymbolo.

Interim caſtitatis, ſapientiæ otium fugientis, paupertatis religioſæ, aliarúmque virtutum fulgorem oſtendo ad Religioſi inſtitutionem.

22. Aſſerit Martinus, dum Doctorum explicat Euangelium, Eccleſiæ miniſtros ſalis naturam æmulari debere, ſalientis vtique ex igne Euangelij Præcones Spiritu ſancto impellente, ſaliant, properent ad certamina laborum: *vt obedientia ducti, vbique victorias loquantur.* Sic ipſe Martinus, de quo Author Hiſtoriæ Regij Conuent. D. Iſidori. *Dei gratia, è bona terra protuli ad Martem natum Martinum.*

23. Vti ſe debellaret, ieiuniorum, vigiliarum præparat armamenta. Cum laboribus, & tribulationibus confligit, init peregrinationem, vt concupiſcentiam ſuperaret. Ouetenſem vrbem inuiſit ſudarium ſacerrimum adoraturus. Compoſtellam videt, D Iacobi donandus benedictione, vt limina Apoſtolorum Romam pergens piis labiis oſcularetur. Confert ſe Hieroſolymam, Conſtantini vrbem videt, eleemoſynarum emolumentis D. Marcello Legionenſi caſulam comparat, redit in patriam. Mille profectò victorias obediens Spiritui ſancto vir reportauit, ſuperatis hoſtibus, & periculis. *Vir obediens loquetur victorias*, Prou.21. Ad quæ Martinus *ſerm. Quod Fratr. non habeant propr.* ait: *Re vera vir obediens victorias loquitur, qui ſemetipſum vincit, dum alienam voluntatem propriæ voluntati anteponit, & impetum Spiritus ſancti ſequitur.*

Martinus inſtituit peregrinationem, vt ſe frangeret laboribus ad caſtitatis triumphum.

Prou 21.

Martin.

24. Peregrinationem appoſitè inſtituit Martinus, vt ſeſe à carnis inſidiis expediret. *Quæſiuit lanam, & linum*, Dei caſtiſſima coniux, *& operata eſt*, &c. Prou.31. Quid in lino? Auulſio à terra indicitur ei, qui lineam vult inire puritatem. Martinus *ſerm. in Tranſl. D. Iſidori.* fatur, *Linum primò à terra auellitur. Quia quicumque munditias caſtitatis habere deſiderat, neceſſe eſt, vt terrenam, ac ſæcularem, patriæ ſcilicet, conuerſationem deſerat.* Inferiùs, *Peregrini ergo, ambulantes cum Agno in albis, facti ſunt Angeli Dei, qui non nubunt, neque nubentur.*

Auellatur ab occaſione delinquẽdi, qui caſtitatem tueri ſtudet.

Prou. 31.

Martin.

25. Salem quidẽ carnes deſiccare comperimus, aptéque typum ieiunij recognoſcimus. Martinus continuis ieiuniis ſic contractus aſpicitur, vt clauſis oſtiis ſeſe vſque ad Altare penetrâſit, gracilẽ mutatus in ſpiritum. Vnde Diuus Religioſos eos taxat, qui è ſæculo ad clauſtra properant ad ſaturitatem. Memorat Heli filios carnes è lebetibus ſacris abſtrahentes, 1. *Reg.*2. & profatur. *Tales ſunt quidam, qui morantur in clauſtro ſi non in Silo, ſaltem in Silo, qui nihil aliud faciunt, niſi quid, & quomodo, & quando, & quantum volunt, comedentes, bibentes.*

Ieiunium gracilem admodum reddidit Martinum.

1. Reg. 2.

Martin.

26. Quòd ſi ſal ſapientiæ vmbraculum, Martinus & prædicans, & ſcribens ſapientiæ ſale conditus oſtenditur; quid mirum, ſi ita inſtabat operi, vt ne manus graueſcerent labore, funiculis brachia eleuabantur? *Omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi*, Cant.3. Martinus tenens ſemper calami ſcribentis gladium, victorias illuſtriſſimas reportauit. Ait ipſe ſerm. de D. Iſidor. *Quid per gladium niſi calamus ſcribens verbum Dei ſignatur? Quid per manus, quibus gladius tenetur, niſi operans homo, prædicans, ſcribens, deſignantur? Hi docti ad bella magis, ac magis ſemper ſcribentes, inimicos Eccleſiæ ſapientia, & fortitudine vincunt.*

Martini indefatigabile ſcribendi ſtudium.

Cant 3.

Martin.

27. Quàm fuerit D. Martini ineffabilis ſapientia, eius doctiſſima volumina teſtantur. *Fauus diſtillans labia tua, mel, & lac ſub lingua tua*, Cant.4. Fatur Doctor ſerm. de Prxl. Eccl. *In fauo mel latet, & cera patet. In carnis fragilitate ſapientia magna habetur, ſed quaſi mel in cera abſconditur. At quanta dulcedo ſapientiæ in corde lateat, per oris fragilitatem audientibus Doctor manifeſtat.* Martinus & ore, & calamo expreſſit cordis dulcedinem, conceptam vtique, quando D. Iſidoro miniſtrante, vti Ezechiel ſacrum librum abſumpſit, in quo cœleſtia myſteria recondita Diuo ſunt reuelata, ipséque tot libris expreſſit.

Volumina Martini eius ineffabilem ſapientiam manifeſtãt.

Cant. 4.

Martin.

28. Certè Diuus aut ſcribebat ſemper, aut orabat, aut miniſteriis pietatis dabat operam: nunquam otio torpebat. Vnde in otioſos Regulares, ſpeciatim adoleſcentes inuectiuus exſurgit ſerm. *Quod iuuenes otioſitatem fugiant. Hæc eſt otioſorum tarditas, quia nihil operantur ad horam. Hi ſunt qui expectant cum aſino, nec aſcendunt cum Iſaac in montem, portantes paleas, & ſtimulum, quæ ad aſinum pertinent, non ignem, & gladium.* Profectò Religioſi, qui aut orationi, aut lectioni, aut piis actionibus obſequium non litant, bruteſcentem animum fouent.

Nunquam Martinus otio torpebat, verum edocens Religioſum.

Martin.

29. Denique ſal religioſæ paupertatis ſymbolum gerit. Nihil ex cibis, quos condit ſal, ſaporis ſibi abripit, ſed potiùs ab ipſo cuncti cibi referunt ſaporem. Tam abſtractus Martinus à temporariis bonis, vt dum Regibus venerabilis, commoratur in aula, tanta fulget inopia, vt voluminibus tranſcribendis neceſſarium ei fuerit, facultatem petere à Prælatis vt poſſet eleemoſynam aliquam poſtulare. O virum verè Auguſtini filium! Audi quidnam Doctor de Regularium paupertate ſentiat. Quidam pauperes, ait *ſerm. Quod Fratr. non hab. propr. à ſæculari vita ad Monaſterium veniunt, & quamuis in ſæculo pauperes fuerunt, tamen in Monaſterio diuites fieri volunt: ſicut fecit Giezi, cui dixit Eliſeus, Quia poſt Naaman cucurriſti, & diuitias ab eo accepiſti: in perpetuum lepra Naaman adhærebit tibi.*

Egregius fuit Martinus ſpiritu pauper.

Martin.

Obſeru.

OBSERVAT. V.

Ad illa verba :

Vos eſtis lux Mundi.

Martini magnalia expono, eiuſdémque Doctoris ſententiis confirmo, ex lucis typo.

Vbi adhuc Religioſum virtutibus, ac miraculis fulgentem deſcribo perfectum.

30. IAm virtutum D. Martini fulgores ex typo lucis Mundi obiicio, illuſtrans quidem eiuſdem Diui teſtimoniis, quæ ex voluminibus in D. Iſidori Bibliotheca aſſeruatis obſeruaui.

31. *Ab Angelo liberatur Martinus è carcere, veritate fulgurante.* Apud ciuitatem Veterenſem Martinus in carcerem detruditur ſuſpectus de latrocinio, quòd apud eum reperiretur Sacerdotale illud veſtimentum quod Eccleſiæ D. Marcelli Conſtantinopoli comparauerat. Hæretica mulier offert ei è carcere ſolutionem, ſi fidei Catholicæ nuncium remittat. Conſtanter reſpondens Martinus alapa percutitur à fœmina, quæ illico à Dæmone poſſidetur. Angelus ad carceris oſtium accedit, de peregrino interrogat, inuiſit vinctum, adit iudicem, prædicat innocentem, aſſerit ſacerdotalis veſtimenti emptorem, liberatur Diuus, ab Angelo Legionenſem vrbem iubetur repetere. Et quónam modo Mundi lux poterat diu obnubilari? Veritas ab Auſonio *Mundi luminare* vocitatur, quæ diu latere non poteſt. Ait D. Martinus ſerm. de S. Mich. *Chriſtus ex opere Angelus vocatur. Vnde Dauid, Annunciaui iuſtitiam, ſiue prædicaui veritatem.* Ad hoc enim Dominus in Mundum venit, *vt teſtimonium perhiberet veritati.* Chriſtus cùm veritatem aperit, Angelus appellatur? Ergo Angeli cuſtodis officium, alumnos ſuos à calumniis eripere.

Auſon. — Martin.

32. *Fama, & opinio Martini Reges ſupplices attrahebat.* Martin. Doctorum fama apud homines aſſolet lucis fulgoribus exponi. Martinus Planeta fulgentiſſimus oſtentatur, dum Reges ſupplices viuentem venerantur Diuum, mortuum adorant, tota Hiſpania præconiis concelebrat. *Serm.8. de Spirit. ſanct.* fatur Martinus, *Cuius paradiſi vbertatem Scriptura demonſtrat, dum per arbuſtorum nomina virtutes deſignat, dicens: Cypri cum nardo*, &c. *Ex his ſpeciebus Regalia vnguenta conficiuntur. Bene virtutes deſignantur, quibus Regibus, & aliis fidelibus congregatis Sancti bonus odor opinionis egreditur.* Quid accommodatius Martini opinioni, ex fragrantía, ſeu ex luce virtutum, in quem odorem Reges cucurrunt adoraturi?

33. *Lux Martini ſcrutans hominũ corda, vt pœnitens integrè confiteretur.* Lux Martinus extitit ſcrutans hominum corda: ſiue potiùs lux fuit, qua Dominus Ieroſolymæ, ſeu fidelis, quem ad ſe vult conuertere, præcordia ſcrutatur: Scrutabor Ieruſalem in Martini lucerna. Acceſſit ad Diuum quidam, vt piacula confeſſione dilueret, verecundia affectús peccata curat operire. At Martinus miſeri opertum peccatum aperuit, cumque ad meliorem mentem adduxit. Orationis exercitamentis addictus Diuus, literarum ſtudio indefeſsè affectus, cunctos ſe quærentes ad pœnitudinis cauſam excipiebat, audiebat. De ſuis animantibus Ezechiel ait, *Aſpectus eorum quaſi carbonum ignis, atque lampadarum*, cap. 1. Exponit Martinus ſerm. de D. Iſid. *Qui in occulto benè viuit, & aliis non proficit confeſſiones audiendo, & occulta conſcientiarum reſerando, carbo quidem eſt; ſed lucerna non eſt. Qui verò in Eccleſia poſitus ad audiendas confeſſiones lumen rectitudinis pœnitentibus præbet, vt verè & integrè confiteantur, lampas eſt; quia & ſibi ardet, & aliis lucet.* Quid pulchrius?

Ezech. 1. — Martin.

34. *Miracula Martini virtutes erant.* Apoſtoli quidem miraculorum fulgore coruſcarunt. Hæc opera, quæ Dominus videnda profatur, ad æterni Patris glorificationem? Certè Euangelici viri & operibus iuſtis, & miraculoſis actionibus Mundum illuſtrarunt. D. Martini miracula ſimul erant opera ſanctitatis, quia ex charitatis affectu mira excitabat. Quotidie exigua multiplicat annonam, recipit enim paruulam portionem vix Diuo ſufficientem ſobrio, & poſt cibum Crucis ſeptem Sacerdotibus ſufficiebat. Dæmones aſſerunt Martinum ſocium eſſe D. Iſidori ad eorum ruinam. Decanus Legionenſis Eccleſiæ à quartana febri liberatur. Nobilis mulier à mamillarum acri dolore eripitur. Vxor Troylæ nobiliſſima ab exitialis partus cruciatibus vindicatur. Regi Caſtellæ Legionenſem venienti in vrbem, vt circa imminens bellum caperet à Diuo conſilium, totam ille promiſit ſecuritatem. Diem obitus ſui prænunciat. Mortui facies rutilans obiicitur. Cunctis ægritudinibus ſanitas Martini extitit inuocatio. O miracula plena virtutibus, è charitatis affectu profluentia! *Cypri cum nardo, nardus & crocus,* Cant. 4. *fiſtula & cinamomum, myrrha & aloë*, Cant. 4. En virtutes miraculoſas, en miracula ſancta. Aiebat Martinus ſerm. 8. de Spirit. ſanct. *Ex his ſpeciebus virtutum corporum ſanitates inueniuntur.* Martin.

35. *Conuentus D. Iſidori Canonicorũ ſanctitas.* Denique lux Mundi Martinus, id eſt, perfectiſſimus Conuentus D. Iſidori Canonicus. Sapiens ait, *Omnes domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus*, Prouerb. 31. Ad quæ Martinus ſerm. Tranſl. D. Iſidor. *Beatiſſimus Auguſtinus Parens noſter alloquitur D. Iſidorum, dicens: Reuerende Frater, ecce omnes domeſticos tuos, ſicut promiſi, duplicibus indumentis veſtiui. Non ergo timeas vltra domui tuæ à frigoribus niuis. Primum eis aptaui ſuperpellicium, quo ſignificatur munditia mentis, & corporis. Deinde cappam ouina lana contextam, in qua oſtenditur innocentia vitæ, & humilitas conuerſationis.* Seu conuenientiùs vnico verbo dixeris, In duplici veſte multiplex virtutum fulgor oſtenditur. Martinus innocentia, humilitate, obedientia reliquiſque virtutibus in Regno cœlorum magnus apparuit, illuſtriſſimum planè Conuentus D. Iſidori decus, Ordinis D. Auguſtini auguſtiſſimum ornamentum.

Prou. 31. — Martin.

PARS

PARS QVINTA.

IOANNES DE SAHAGVN,

Ad caput X. Matthæi.

PROLVSIO.

VIRI fœcunditate illuſtres apprimè commendabiles obiiciuntur. Trium filiorum parentibus olim auguſta præmia adſcribebantur, hoc nomine: *Ius trium filiorum.* Statius Siluar. 4.

Statius. *Ius tibi ter gemine dederat lethabile prolis.*

Et Martialis diſticho cecinit,

Præmia laudato tribuit mihi Cæſar vterque,

Martial. *Natorúmque dedit iura paterna trium.*

Cùm agri diuiderentur, trium filiorum parentes fœcunditate præferuntur. Suetonius Iul. cap. 20. *Agnum campanum diuiſit* Sueton. *extra ſortem viginti millibus ciuium, quibus terni, pluréſve liberi* Ambr. *eſſent.* Et Ambroſius *ad cap.* 3. *Lucæ.* Erat deforme, liberos non habere, quod etiam legum ciuilium fuit authoritate mul- Ierem. 22. tatum. Ieremias in lege veteri, *Scribe virum iſtum ſterilem, virum, qui in diebus ſuis non proſperabitur, nec erit de ſemine eius vir, qui ſedeat ſuper domum Dauid*, cap. 22. Si trium filiorum parens tam commendabilis obiicitur, D. Auguſtinus *iure trium* deberet tôtum fœcundiſſimæ virtutis agrum poſſidere: trium, inquam, id eſt, Nicolai Tolentini, Martini Canonici D. Iſidori, & Ioannis de Sahagun, quorum quilibet pleni agri poteſt inſigniri appellatione. *Ecce*, (Auguſtinus cum Iſaaco Gen. 27. præcinat,) *odor filij mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus*, Gen. 27. Si trium filiorum parens Auguſtinus ita apparet commendabilis, quid cùm magnus Pater innumerabilius filiorum exponatur? Baronius *tom.* 6. ſeptem Auguſtinianos Martyres enumerat, Rogatum, Bonifacium, Ruſticum, Seuerum, Liberatum, Septimum, & Maximum, qui Monaſterio Capienſi fuere horribilibus cruciatibus ab Iunerico trucidati. Romano in Catalogo duo millia quingenti Martyres ſcribuntur Auguſtini ex ſtirpe, quorum fulgorem

Ordinis

Ordinis ſcriptores iuſſu Clementis VIII. Pont. Max. prodierunt. Vnico in Monaſterio Verconenſi apud Africam mlle ferè Morachi Martyrij corona cinguntur. Centum præterea Canonizationis honore potiuntur. Centum ſupra viginti apud Angliam trucidati ad ſuperos aduolant. Centum ſupra ſexaginta viri ac fœminæ Auguſtini ex Ordine Beatificationis fulgore coruſcant. Philippo II. Rege, oppido Guecija Granatenſi è ditione decem & octo Auguſtini filij pro Domino concremantur. Quibus Deipara inter flammas apparuit, vt non combuſti rubi innouaretur hiſtoria. Profectò licèt Auguſtinus tot natis non cingeretur, ſed vnicum Ioan. de Sahagun ſortitus fuiſſet, iure fœcunditatis, Magnus Pater deberet appellari. Nonnullas ergo ex Ioannis mei virtutibus illuſtro. Meum voco, quia *Sahagun de Eſcobar* tantum feliciſſimè ſuum nactus propinquum, quem pro affectu quidem, non pro dignitate commendabo.

SECTIO VI.

Mundi perfecta renunciatio.

TEXTVS.

VERS. 9. NOlite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris. 10. Non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam. Dignus enim eſt operarius cibo ſuo. 11 In quamcumque autem ciuitatem, aut caſtellum intraueritis, interrogate, quis in ea dignus ſit: & ibi manete, donec exeatis. 12. Intrantes autem in domum, ſalutate eam, dicentes: Pax huic domui. 13. Et ſi quidem fuerit domus illa digna, veniet pax veſtra ſuper eam; ſi autem non fuerit digna, pax veſtra reuertetur ad vos, *&c.*

IN IOANNEM DE SAHAGVN,

PANEGYRICVS MORALIS SEXTVS CIRCA LITERAM.

EX PERFECTA MVNDI RENVNCIATIONE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Nolite poſſidere aurum, neque argentum, &c.

Auguſti Diui Commendabiles admodum oſtentantur, dum viri cùm ſint, puerilem ſynceritatem conſeruant. Ioannes de Sahagun hinc Auguſt. obiicitur.

Deo gratiſſimus, qui in ætate virili, aut ſenili ætatis puerilis refert ſynceritatem.

EX Ghuiſlando, tota Euangelij perfectio Diſcipulis illis verbis indicitur. Nulli mundi poſſeſſioni hæreatis, innatæ nuditatis I. Ghuiſland.

nuditatis innocentia ornari ſatagite, ab omnibus creaturis expediti. Hi certè Dominici conſilij ſpiritum implent, qui licèt viri, licèt ſenes ſint, puerilem referunt ſynceritatem quaſi primi ſtatus referentes nudam innocentiam.

2. *David ſenex, puer ſynceritate.* Luc 1. 1.Reg.16.

Fatur Zacharias, *Erexit cornu ſalutis nobis, in domo David pueri ſui*, Luc.1. Rogauerat aliquando Samuel ad Iſai, *Nunquid iam completi ſunt filij? Qui reſpondit: Adhuc reliquus eſt paruulus,& paſcit oues*, 1.Reg.16. Aptè Dauid pater appellatur, cùm paruulus paſcit oues; ſed poſt bellicos ſudores, poſt ſenium adhuc Dauid puer appellatur? Ita planè. Hoc enim in ſanctiſſimis viris præſtantiſſimum eſt, quòd nunquam non pueritiæ ſimplicem (nuditatis primæ) innocentiam oſtendant.

3. *Infantes perpetui ſint viri eximia ſanctitatu.* Peu.1.

Petrus autem, *Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & inuidias, & detractiones, ſicut modò geniti infantes rationabiles,& ſine dolo lac concupiſcite*, c.1. Omni perfectione vir ornatus infans adhuc oſtenditur? Planè. Neque enim perfectus verè, ſi ætatis primæ ſynceram non induat nuditatem. Monet Zeno lib.3.ſerm.25. *Regenerationis ſanctionem, veſtræ ætatis omni curriculo manente, in ſua ſemper infantia cuſtodite: ac fortiter præcauete, ne primi hominis quondam veſtri vnquam memoriam recolatis.* Ac ſi diceret: Ne obliuiſcamini primæ pueritiæ ſynceritatem, vnde cogamini eius recolere memoriam. Nam qui non obliuiſcitur, minimè recordatur.

Zeno.

4. *Ioannes de Sahagun perpetuus puer ſynceritate, ſicut Ioannes Baptiſta.* Luc.1.

De noſtro Ioanne illud mirabile, quòd vir, ſenéxque, primæ ætatis ſynceritati hærebat, ab omni malitia, dolo, ſimulatione, inuidia, & detractione abſtractus. Vnico verbo exprimam, nunquam ſe culpabili verbo otioſo reum deprehendit poſt examinis accuratam diligentiam. Efficit me perpetua Ioannis de Sahagun & Eſcobar pueritia Ioannis alterius pueritiæ recordari, de quo Parens: *Et tu puer Propheta Altiſſimi vocaberis*, Luc. 1. Exiſtimo particulam illam, *puer*, non in caſu vocandi, ſed nominandi appoſitam eſſe, vt ſit ſenſus. *Vocaberis tu puer Propheta Altiſſimi. Præibis enim ante faciem Domini parare vias eius.* Præcinit planè Ioannes iam vir ante Domini faciem, quem oſtendit Hebræis: *Ecce Agnus Dei.* Cur ergo cùm vir Propheta Altiſſimi eſt, *puer* appellatur, quia niſi perpetuus fuit infans primam retinens ſynceritatem? Cecinit D. Paulin. Carmine in Ioan.

Paulin.

Naſcetur dignus tanto ſponſore beatus
Perpetuúſque puer. ———

Magnum hoc Ioannis noſtri præconium perpetuam Ioannis Baptiſtæ pueritiam retuliſſe.

5. *Ioannes de Sahagun puer, quia omnia mundialia contempſit.* Luc.18.

Dominus inquit, *Sinite paruulos venire ad me: talium eſt enim Regnum cælorum*, Lucæ 18. Regnum cœlorum paruulis, ſiue pueris adſcribitur? Annon viris violentis præparatum eſt? *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Si virorum fortiſſimorum eſt Regnum, quónam modo aſſerit eſſe paruulorum? Certè paruuli vocitantur illi, qui in virili, aut ſenili ætate adhuc primæ ſynceritati hæreſcunt. Origenes hom.5. ad cap.18. Matth. *Si quis ergo vir habitudinem, quam habent pueri, ex ætate in ſe ratione ſuſceperit, expellens ea, quæ mouent inſenſatos: factus eſt ſicut puer non ſe extollens in honoribus, neque efferens ſe in diuitiis, neque eleuans ſe claritudine generis: iſte talis ſuſcipiendus eſt, & honorandus in nomine Ieſu, quoniam præcipuè in talibus paruulis eſt Ieſus.* Porrò ſi verè ſinceritate paruulus eſt, qui expellit ea quæ mouent inſenſatos: Ioannes meus *factus eſt puer* in honoribus, quibus à Regibus & proceribus affectus eſt, ſe minimè extollens; diuitias calcans verè pauper ſpiritu; generis nobilitate paruipendens ad gloriam, ſed non ad auguſtos animi ſpiritua-les auſus, qui aſſolent ex ſanguinis claritate prodire. Omnia hæc Dominus collegit dum diceret: *Nolite poſſidere aurum, neque argentum.*

Origen.

OBERVAT. II.

Ad illa verba:

Nolite poßidere aurum, neque argentum.

Si auguſtè Ioannes de Sagahun vir, ſe puerum oſtendit: auguſtiùs planè puer, ſe virum operibus illuſtriſſimis expoſuit.

Gratior adhuc Numini oſtenditur, qui in puerili ætate virilem fortitudinem, ſenilem grauitatem oſtentat.

VIdimus, Ioannem meum apprimè colendum, quia ex diuitiarum, honorum, cunctorúmque mundialium conculcatione dum vir erat, ſynceritate puer oſtendebatur. Porrò ampliùs commendandum exiſtimo ex eo, quòd dum eſſet puer, operibus egregiis vir fortiſſimus iam exponeretur. 6.

Scio Ioſephum dilectum plus reliquis fratribus à parente, *eo quòd in ſenectute genuiſſet eum*, Gen.37. Alij legunt cum Burgenſi, Eo quòd eſſet filius *ſapiens ſibi*, ſiue parenti eos ſales proferebat verbis, eam modeſtiam, ac circumſpectionem, & verbis, & actionibus oſtentabat, vt ſenilis grauitatis intellectu prædictus eſſe videretur. Attamen non ea geſta Ioſephus proferebat, quæ virum, aut ſenem decerent. Id mirabile in puero, quòd ſe operibus virum manifeſtet: quòd & parentibus, & cunctis aſpicientibus non ſolùm ſapiens ex verbis, ſed & potens, ac fortis in operibus exhibeatur. 7.

Ioſeph puer prudentia ſenex, Ioannes de Sahagun operum fortitudine. Gen 37. Burgen.

Oſeæ ex ore Dominus, *Quia puer Iſraël, & ex Ægypto vocaui Filium meum*, cap.11. vbi Cyrillus Alexand. *Homo candidus fuit Iacob, mutato nomine dictus Iſraël, & ego idcirco dilexi eum: ſed ex Aegypto vocaui Filium meum.* Ac ſi diceret, Dilexi Iacobum eo quòd vir cùm eſſet, pueri ſynceritatem oſtendebat. Sed amplius mihi gratus Filius meus. Vndénam precor gratior puer, quàm vir? An quia Filius? Vt non videatur minus appoſitè illa particula appoſita, pueri & viri ſit comparatio iuxta ſubiectam materiam. Vnde ſicut vir Iacob gratus extitit Conditori ex eo, quòd vir cùm eſſet, puer ſynceritate oſtendebatur. Puer Ieſus ampliùs amabilis Patri exhibetur, quòd puer 8.

Chriſtum puerili in ætate virum fortitudine Ioannis noſter imitatus eſt. Oſe 11. Cyril.

puer cùm ſit,vir fortiſſimus exponitur? Quænam egregia opera Chriſti in Ægypto commorantis? Annon idola conturbauit? fidei ſemina terræ dedit incultæ? Damaſci abſtulit fortitudinem? ad reguli cauernam manum immiſit? Amabilis ergo Iacob obiicitur, dum in ætate virili puerilem exhibet:ſed Ieſus amabilior, dum in puerili ætate vir fortiſſimus aſpectatur.

9. *Dum Ieſus infans naſcitur, iam in more reſurgentis triumphator oſtenditur.* Cant.8. Nanius.

Fatur Sponſus, *Sub arbore malo ſuſcitaui te, ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua*, Cant.8. Vbi Nanius exiſtimat non ſponſi illam clauſulam eſſe, ſed ſponſæ, Chriſti exprimentis ex Deipara natalitium. Quod ſi obiicias, non conuenire virginitati Mariæ particulam: *Ibi corrupta eſt mater tua*, &c. reſpondet ex Ambroſij mente. *Sub arbore malo eleuaui te, illic parturiuit, quæ te peperit. In Latinis autem dicitur, Ibi corrupta eſt Mater tua, quòd conceptu prolis humano more, in ſpeciem videbatur eius virginitas corrupta. Deinde ibi violata eſt Genitrix tua, quòd edendo Primogenitum ſecundùm naturæ curſum videbantur clauſtra pudicitiæ violata eſſe.* Iam recolo, *ſub arbore malo ſuſcitaui te*. Quid natiuitati Ieſu cum Reſurrectione? In cuius vagitus emittit in ſepulchro poſt deuictos hoſtes poſt ſomnum excitatur. Profectò id in Ieſu admirabile, quòd dum infans naſcitur, iam reſurgentis potentiam oſtentat, iam hoſtibus formidabilis appareat.

10. *In puero Ioanne de Sahagun Domini manus ſicut in Ioanne Baptiſta, ob operationē mirabilem pueruli.* Luc.1.

Profectò Ioannes de Sahagun tot egregia puer eſt operatus, vt poſſent aſpicientes inclamitare, *Quis putas puer iſte erit? Nam & manus Domini erat cum illo*, Luc.1. Si exiſtimatur manus Domini operatrix eſſe cum Ioanne Baptiſta, quia Zacharias mutus eloquitur: manus Domini operatrices in Ioanne de Sahagun oſtentari aſſeruerim, dum tot infantis egregia contemplor. Infantilia ille membra & flagellis, & cilicio, & ieiuniis torquebat, piacula puerorum, ac vitorum taxabat. Congregari curabat cunctos pueros, & ſupra lapidem aſcendens, acriter puerilia crimina corripiebat, & ad virtutis viam ineundam hortabatur, frementium dæmonum aliquando clamore exaudito. Aſſerit Ioannes Patriarcha Ieroſol. *lib.de Inſt. Monach.* natalitio Eliſæi Ieroboami vitulos infremuiſſe: mòxque Sacerdotem ſummum profatum: *Proculdubio magnus aliquis Prædicator exitialis tartaro natus innuitur.* Diriores fremitus putarim Dæmones profudiſſe, dum viderent Ioannem noſtrum mox natum prædicationis muneri incumbere.

Io Patriar.

11. *Paruulus noſter viris perfectis præbet exemplum virtutis.* Matth.18. Emiſſ.

Acceſſerunt Diſcipuli ad Ieſum, dicentes: Quis putas maior eſt in Regno cœlorum? Et aduocans Ieſus paruulum ſtatuit eum in medio eorum, & dixit: Quicumque humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic maior eſt in Regno cœlorum, Matth.18. Ad quæ Euſebius Emiſſ. homil. de S.Mich. *Meritò hunc paruulum Dominus vocat, vt eius exemplo inſtruantur, qui maiores videri volunt.* Quinam hic puer, qui exemplo operum poteſt Apoſtolos inſtruere? Innuit D. Hieronymus typum gerere Saluatoris pueri. *Qui ſe humiliauerit ſicut paruulus iſte, id eſt, in exemplum mei humiliauerit*, &c. Paruulus ergo ille Ieſu ſimulacrum agebat. Pueri iuſtè Ieſu exemplo Diſcipuli viri inſtruuntur, Puer enim Ieſus virum fortiſſimum operatorem agebat. O puerum Ioannem de Sahagun Chriſti pueri æmulatorem, quem viri perfecti poſſunt magiſtrum exaudire, & imitari!

Observat. III.

Ad illa verba:

Nolite poſſidere aurum, neque argentum, &c.

Ioannes de Sahagun Ieſum poſſidens, cuncta temporaria contemnit, diuitias, & honores conculcat.

Nam qui Deum poſſidet vnicum theſaurum, cuncta mundi bona contemnere neceſſarium eſt.

D. Remigius ſic clauſulam illam expendit. *Nolite poſſidere aurum*, &c. *Reuocat Prædicatores ad primi hominis dignitatem, qui quando cæleſtes poſſedit theſauros, iſta non concupiuit.* Poſtquam autem theſauris cœleſtibus per piaculum priuatus eſt, auri, argentíque concupiſcentia accenditur. Qui Deo hæreſcit, qui cœleſte æſtimat margaritum, nulli ducit mundialia. 12. Remig.

13. *Ioannes globum mundi conculcans, appingitur, quia cuncta mundialia contempſit ſummi boni poſſeſſor.*

Teſtor Ioannem noſtrum, quem ideò globum mundi conculcantem pingere aſſolent deuoti, quia & diuitias, & honores omninò contempſit. Burgenſis Metropolytanæ illuſtriſſimæ Eccleſiæ Canonicatum reliquit, multa Eccleſiaſtica beneficia dimiſit, D. Bartholomæi auguſtiſſimi Salmanticenſis Collegij ſpes renunciauit eo tempore, quo Collegium illud erat Senatorum, ac Epiſcoporum ſchola perſonatùum illuſtriſſimorum officina. *Quàm pulchri pedes euangelizantium pacem*, Rom.10.
Roman. 10. Fuit Euangelij miniſter Ioannes de Sahagun, & cuncta terrena pulcherrimo pede conculcat. Vidit Eliæ famulus nubeculam quaſi veſtigium hominis, 3.*Reg.*18. Porrò in nubium aqua omnia bona hominum contineri quis dubitat? Ipſa terram fœcundat, animantibus pabula præparat. Vnde Latinus (iuxta grauis Doctoris expoſitionem) liquorem hunc appellauit *Aqua*, ſiue *à qua cuncta oriuntur.* Igitur hominis veſtigium aſpectatur in nube, id eſt, perfecti viri pes cuncta mundialia deſpiciens. Sagahun ſub pedibus orbem terrarum obiicit, quia omnia mundi bona putauit ſtercora. At dum calcat terrena bona, cœlo hæreſcens oſtenditur inſtar nubis, quia ex cœleſtis theſauri, Ieſu ſcilicet, poſſeſſione cuncta mundi bona contempſit.

14. *Ioannes perfectus Ieſu imitator, vt verus bonis redundat, vt terrena, non vera contemnat.*

Canit Dauid, *Domine, in voluntate tua præſtiti decori meo virtutem*, Pſalm.92. Decor hîc Dei participatio & poſſeſſio, qua donatus erat Dauid; virtus autem roboratio in omnibus veris bonis eſt. Dum igitur Dauid Deum poſſidet perfectè, in cunctis bonis roboratur adeò, vt nihili bona terrena ducat. Cyrill. Alexand. lib.1.de Trinit. *Domine, in voluntate*

tua præſtitiſti mihi pulchritudinem, & virtutem. deducimur enim in Chriſto (quem poſſidemus) *ad voluntatem Patris, & ad ſummam pulchritunem per ipſum transfiguramur, roborati conſequenter in omni genere bonorum.* Ioannes per Chriſti, quem poſſidebat, imitationem cunctis cœleſtibus bonis potiebatur: quid mirum mundum pedibus conculcaret?

15. Iſaias concinit, *Florebit & germinabit Iſraël, & implebunt faciem orbis ſemine*, cap. 27. legit Irenæus, *Filij Iacob germinabunt, & effloreſcet Iſraël, & implebitur orbis fructu eius.* Si Iacob, ſeu Iſraël germinat & floreſcit, quare Iacob, ſeu Iſraël non impletur fructu, ſed orbis, ac ſi orbis ipſe germinaſſet, & effloruiſſet? Profectò Iſraël Chriſtum poſſidet, dum eius pater efficitur; vnde virtutum germine redundans obiicitur, & ſpei cœleſtium bonorum floribus coronatur. At fructus orbis interea producit ex Iſraël meritis: cuncti autem hi fructus, omnia hæc bona omnino ab Iſraële Chriſti poſſeſſore ſeparantur, quia mundum ipſum ſub pedibus collocat Chriſto ſolo ditiſſimus. Ait Theodoretus Dialog. 2. ex Irenæo lib. 4. cap. 7. *Filij Iacob germinabunt, & effloreſcet Iſraël, & implebitur orbis fructu eius. In vniuerſo ergo terrarum orbe, fructu eius diſſeminato, meritò relicta, & de medio ſublata ſunt, quæ aliquando quidem pulchrè fructum tulerunt.* Ex iis enim quoad carnem attinet, *Chriſtus productus eſt. Nunc autem non ſunt amplius apta ad fructum ferendum.* Pulchrè. Prius quàm Iſraël Chriſtum poſſideret, terræ fructibus ſtipabatur; poſtquam autem Chriſto potitur, terra per eum fructibus plena eſt, ſed ipſe omnino iis fructibus ſterilis apparet; quia poſſeſſor Chriſti mundum conculcat, cuncta bona terrena nihili ducit. Ioannes de Sahagun meritò vacuus terreno fructu exponitur, cœleſtem dum poſſidet theſaurum.

Quæ Chriſtū poſſidet, germinat virtutes, ſpē bonorū cœleſtium producit: ſed ad mundi fructus reſpectum non habet.
Iſai. 27.
Irenæ.
Theodor.

16. Dum Ioannes apud cœleſtem Ieroſolymam ſummo bono potitur, quónam modo poſſet mundialium bonorum deſerto delectari? Quinam, quæſo, deſerta ineunt, niſi qui Ieroſolymæ cœleſtis fœlicitate priuatur? *Ductus eſt Ieſus* aliquando *ab Spiritu in deſertum*, Matth. 4. Quódnam deſertum? Euſebius Emiſſ. *In deſertum quidem Diabolus ducit, quando ab amore cœleſtis patriæ, & à diuina contemplatione mentes hominum auertit, & terrena tranſitoria cogitare facit. Deſertum enim eſt, quidquid à Deo longè eſt.* Nunquam Ioannes de Sahagun à Ieroſolyma cœleſti ſeparari permiſit, vnde ſicut Chriſtus qui imaginem tunc peccatoris gerebat, minimè ad deſerta colenda transfertur, quæ ſub pedibus conculcauit.

Nunquam Ioannes è cœleſti Ieroſolyma ad deſerta mūdi perrexit, quæ habebat ſub pedibus.
Matth. 4.
Euſeb. Emiſſen.

OBERVAT. IV.

Ad illa verba:

Nolite poßidere aurum, neque argentum.

Ioannes de Sahagun ſe exponit agrum omnibus fructibus plenum ſpiritualibus, ex vicinitate cum Ieſu ineffabili.

Nam qui iuxta Chriſtum morantur, eiúſque continua præſentia fruuntur, plenitudine donantur.

17. EX mente Chryſoſtomi, Dominus iuſtè iubet Diſcipulos ſuos omnibus mundi poſſeſſionibus nuncium remittere, quia eos efficit cœleſtibus bonis redundare, dum poſſident Saluatorem. Nec eos faceret aurum, & argentum dimittere, ſi auguſtiora bona non impertitus eſſet. *Infirmos* (aiebat) *curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones eiicite.* Mox adiicit, *Nolite poſſidere aurum, neque argentum.* Chryſoſtomus, *Non prius hoc vltimum dixit Dominus, quàm eis prædictam daret poteſtatem. Felix verò commutatio.*

Matt. 10.
Chryſoſt.

18. Ioannes noſter perfectiſſimè mundi bona contempſit, (vt vidimus) quia ex vicinitate cum Ieſu cunctis cœleſtibus abundabat ager quidem plenus. *Ecce odor filij mei* (ait Iſaac) *ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus*, Gen. 27. Poteſtatem à Domino accepit, cunctis ægritudinibus mederi, dæmones effugare, mortuos reuocare ad vitam, zelo feruentiſſimo circa proximorum ſalutem afficitur. Apoſtolicus Concionator acriter crimina taxat, Albæ Ducem reprehendit, eius Palatij fœminarum ſuperfluum diuerberat ornatum, Salmanticenſis Academiæ reprehendit exceſſus, fœminam impudicam infrænat, non quidem impunè; Ioannis enim inſtar Baptiſtæ, noſter Ioannes veneno accepto latenter à fœmina, vitam fœliciſſimè cum morte (Martyrio illuſtriſſimo) commutauit. Ciuiles Salmanticenſis vrbis ſapiuit diſſenſiones verè cœleſtis Iris. Cœli denique claues accepit ad pluuiæ theſauros diſpenſandos. Nam cùm æneum cœlum oſtentaretur, meſſéſque omninò deperire neceſſum fuiſſet, ob terræ ſiccitatem, Ioannes obiit, & ita cœleſtia clauſtra ſuo aperuit ingreſſu, vt innueretur portas eleuatas, iuxta illud: *Et eleuamini portæ æternales.* Vnde ex aquis cœleſtibus tanta copia profluxit, vt ſiccitatis iniuriæ ablegarentur, & annus coronaretur fructibus cœleſtis benignitatis diademate. Cuncta hæc abundantia agri noſtri ex vicinitate cum Ieſu profluxit. Nec enim vnius interſtitio inſtantis Ioannes à Ieſu præſentia ſeparari, aut diſtrahi paſſus ſcribitur.

Ioannes de Sahagun ager plenus virtutibus ex vicinitate cum Ieſu.
Gen. 27.

19. Proculdubio ex vicinitate cum Chriſto bona cuncta procedunt. *Fiat* (inquit Deus) *lux, & facta eſt lux. Diuiſit aquas ab aquis.*

Omnes dies Ioannis ple-

Germinet

ni ; quia ſemper habuit in corde Chriſtū. Gen.1. Anaſtaſ. Synait.

Germinet terra herbam virentem, Gen.1. Tribus hiſce diebus cuncta imperfecta & vacua Dominus excitauit. At quarto, quinto, & ſexto die ornauit, & impleuit. Vndénam creaturis huiuſmodi aduenit plenitudo? Aſſerit Anaſtaſius Syna.*lib.6.Exaëm.* illo dierum ternario ſecundo Chriſtum figurari, à quo omnis creaturarum plenitudo procedit. Ante IESVM omnia vacua, cum IESV cuncta plena obiiciuntur. *Quo fit, vt hinc oſtendatur primos tres dies eſſe imperfectarum creaturarum ſusceptores: tres autem vltimos exornaſſe, & adimpleſſe vniuerſam mundi creaturam trium dierum per Chriſtum, qui dicit: Hodie, & cras facio ſigna, tertio autem die perficio. Plenum fuit cælum, & terra, & mare gloria eius.* Cunctos dies Ioannis plenos eſſe virtutum abundantia video; cum cœlum fulgentiſſimis luminaribus plenum, terram germinibus virtutum ornatam, mare gratiarum profunditate immenſum contemplor; quia Chriſtum aſpicio perpetuum eius habitatorem.

20. *Agni IESV præſentia in iuſto plenitudinem facit. Ideo Luna plena die Agnus immolatur.* Exod.12. Synait.

De Agni immolatione Deus, *Seruabitis eum vſque ad quartam decimam diem menſis huius: immolabitque eum omnis multitudo filiorum Iſraël*, Exod.12. Et quare immolatio Agni indicitur gerenda die decima quarta menſis? An quia tunc Luna plena conſpicienda? Synaïta pulchrè lib.5. *Die, in quo fuit quarta decima Luna, iuſſus eſt Iſraël ſacrificare Paſcha in typum Chriſti.* Quid Chriſto cum Lunæ plenitudine? Certè vbi Chriſti vicinitas, ibi bonorum cœleſtium plenitudo. *Si ergo Agnus Chriſtum figurabat, eſt perſpicuum, quòd dies, qui eſt plenæ Lunæ, ſignificat Eccleſiæ plenitudinem, propter quam Chriſtus eſt ſacrificatus.*

21. *Vbi adeſt Sol IESVS, ibi adeſt Luna plena, ſiue bonorū redundantia.* Gen.1. Synait.

Fecit Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præeſſet diei, & luminare minus, vt præeſſet nocti, Gen.1. Præeſt nocti Luna, ſed & in die aſſolet apparere. Quandónam, precor? Certè quando plena eſt. Tunc aſſerit Anaſtaſius *lib.1.* Chriſti & Eccleſiæ typum agit. *Niſi ſubindicarent Chriſti & Eccleſiæ illuminationem, non ipſaquoque in die ſimul ferretur, quando eſt plena Luna.* Cur autem quando apparet ſimul cum Sole, plena obiicitur? Quia ex vicinitate Chriſti Eccleſia plenitudine cœleſtium bonorum decoratur. *Nam quando quidem eſt imperfecta Eccleſia, vt tempore Synagogæ Iudæorum, ea noctu ſolùm lucet, in eorum, inquam, vita. Cùm autem fuerit perfecta à Deo, qui omnia perficit, tunc ſimul apparet cum Sole, nempe Chriſto.* Cùm Ioannes inſeparabiliter Chriſto hæreſcat, non mirum, perfectiſſimum oſtentari.

OBSERVAT. V.

Ad illa verba:

Nolite poſſidere aurum, neque argentum, &c.

Ioannes de Sahagun IESVM in Euchariſtia aſpectans, ſe omninò purum firmat, & immaculatum.

Ant. de Eſcob. & Mend. Tom. V.

Quia ad cœleſtium, ac diuinorum exceceptionem magna cordis mundities neceſſaria eſt.

AD clauſulam illam D. Chryſoſtomus ait, dum monet Dominus, *Nolite poſſidere aurum*, &c. *radicem omnis immunditiæ tollit.* 22. Chryſoſt.
Aptiſſimè de Ioanne de Sahagun canit Eccleſia, Nolite poſſidere aurum, neque argentum, vt tollat ab eius corde omnis immunditiæ radicem, quia ei ſicut Apoſtolis ſeſe manifeſtare volebat: Tollit à corde Apoſtolorum immunditiæ radicem, eo quòd eis cum aſſiduus comes debebat proficiſci: *Miſit eos binos ante faciem ſuam.* Antonius Ghuiſlandus, *In conſpectu ſuo*, ne vnquam à Magiſtri reſpectu abſtraherentur. Vt autem poſſint Chriſti diuino potiri conſpectu, neceſſum erat, cordis munditie ornari; quia *beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* A corde ergo Ioannis immunditiæ radicem abſtrahit, quia ſæpe Chriſtum erat aſpectaturus.

Sacrificium Miſſæ Diuus tanto mentis offerebat affectu, vt Chriſtus muneraturus ſeſe ei quotidie in hoſtia Euchariſtica exponeret aſpectandum, non ſolùm ex fidei integritate, ſed viſibili etiam ſpecie. Dauid cecinit aliquando, ſcribantur hæc in generatione altera, & populus, qui creabitur, laudabit Dominum. Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo, Dominus de cœlo in terram aſpexit, Pſalm.101. Si laudabilis ineffabiliter Deus oſtenditur nobis, quia terram aſpicere dignatus eſt, quid cùm dignatur ab homine aſpectari? *Scribantur hæc in generatione altera; quia Dominus* ab homine dignatus eſt aſpectari. Quónam, quæſo, indicamento? Certè innuit, Ioannem omnimoda cordis nitere puritate.

23. *Quàm laudabilis Deus, quia dignatus eſt à Ioanne aſpectari?* Pſalm.101.

Proclamat Stephanus, *Ecce video cœlos apertos, & Filium hominis ſtantem à dextris virtutis Dei.* Tunc Iudæi, *Exclamantes voce magna continuerunt aures ſuas*, Act.7. Leuita videt Chriſtum, Iudæi nec audiendi eius nomen digni exhibentur. Quare? Mundiſſimus Stephanus Deum dignus videre exponitur, dum immundiſſimi illi nec audire dignos ſeſe manifeſtant. Nyſſenus *Orat. de Steph.* Neque enim fuerunt dignæ prophanorum, & impurorum aures, quæ diuinæ apparitionis exciperent narrationes. Si vel ad audiendum, Chriſtum Stephano apparuiſſe, aurium erat tam neceſſaria puritas: quidnam vt leuita ipſe Dominum ſemel aſpectaret? Quotidie Ioannes noſter IESVM videt in Euchariſtia? O cordis Diui puritatem!

24. *An Ioannes purior Stephano, qui non ſemel, ſed quotidie Chriſtum aſpectabat?* Act.7. Nyſſen.

Poſt reſurrectionem Chriſtus Magdalenæ apparet ſub hortulani velamine, contingere curat fœmina Saluatorem, & à Domino prohibetur, *Noli me tangere.* At Thomas, hortante Domino, ad contactum admittitur. *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas*, Ioan.20. Cur illa prohibetur, hic inuitatur? Reſpondet Cyrillus Alexand. *Recordemur Magdalenam à tactu Chriſti prohibitam, Thomam hortatur*, vt & latus, & clauorum fixuras diligenter tangendo perquirat. Quare ſic? *Illi nondum gratia Spiritus ſanctificata tangere non licebat. Nam antequam Dominus aſcendiſſet, deſcenſus Spiritus in omnes*

25. *Specialiſſimum experimentum circa Euchariſtiæ Myſterium conceſſum Ioanni, quia Spiritu ſancto mundiſſimum parauit hoſpitium.* Ioan.20. Cyrill.

non fuit. Thomæ autem hoc licebat, quia vnà cum aliis ſpiritum fuit conſecutus; ad vniuerſum namque Diſcipulorum conſortium liberalitate donantis vox illa tranſiuit: Accipite Spiritum ſanctum. Igitur ſpecialis experientia circa præſentiam IESV non datur niſi ſpecialiſſimè ſanctificato, & purificato Diuo. Videt Thomas ſanctificatus, non videt Magdalena: *Vide manus meas. Noli me tangere.* Videns ergo Ioannes quotidie Christum in Euchariſtia, & quaſi tangens vulnera Saluatoris, ſeſe exponit ſpecialiſſimè à cœleſti Spiritu ſanctificatum: *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.*

Patriarchæ Chriſtum futurum præuiderunt, *Abraham*, (ait Dominus,) *exultauit, vt videret diem meum, vidit, & gauiſus eſt.* Vidit & Iacob futuram Filij incarnationem. Vndénam tanta viſione digni? Certè ex magna cordis puritate. Sic Deus Iacobo ex ore Iſidori Peluſ. lib. 1. epiſt. 36. *Tu quidem, inquit Deus, cùm mentem tanto Myſterio dignam conſecutus ſis, haud abs re tibi quoque ipſius cognitio credita eſt.* O Ioannes Auguſtini fili illuſtriſſime, quia mentem Euchariſtico Incarnationis extenſione, myſterio dignam es conſecutus, tibi quotidie ipſius cognitio, ablato velamine, credita eſt.

26. *Imitatur Patriarcharum videntium Dominum puritatem.*

Iſidor. Pel.

LIBER

LIBER QVINTVS:

NORBERTVS.

PARAPHRASIM, ET COMMENTARIOS literales ad caput vigeſimumquintum Matthæi, pete à Tom. 6. lib. 8. Part. 2.

Panegyrici Morales circa literam in Norbertum.

PROLVSIO.

Ligni vitalis, ſeu Fundatorum, FRVCTVS QVINTVS.

CVM audio Dominum fideli ſeruo proclamantem: *Euge ſerue bone, & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam.* Immenſam Norberti præmij vim recognoſco. Accepit enim ille talenta duo: id eſt, Authore Anſelmo, *Intellectum, & operationem*; non ſolùm autem alia duo lucratus eſt, ſed innumera filiorum talenta acquiſiuit. Anſelmus, *Lucratus eſt intellectu & operatione duo alia talenta, ſcilicet prædicando, & mira operando tales inſtruit, qui itidem florerent ſcientia & opere.* Tot ab Authoribus Præmonſtratenſis Ordinis Monaſteria recenſentur, tot ſapientia, ac ſanctitate illuſtriſſimi tanti Patris filij adnumerantur, vt talenta reddita à Norberto valeant ſtellis, (ſi claritate quidem,) & numero comparari. Ergo ſi tot redditus pauci ſunt præ munerationis magnitudine, quiſnam valeat cogitatione æquare, imò leuiter attingere tanti pelagi ſtillam? *Supra multa te conſtituam*, dicitur ei, qui fidelis oſtentatur in pauca: quid Norberto qui fideliſſimum ſeſe præſtat in multa?

SECTIO PRIMA.

Principis profectio.

TEXTVS.

VERS. 14. Homo peregrè proficiſcens vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. 15. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum, vnicuique ſecundùm propriam virtutem, & profectus eſt ſtatim. 16. Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque, *&c.*

IN NORBERTVM
PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS
CIRCA LITERAM M.

EX PRINCIPIS PROFECTIONE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Homo peregrè proficiſcens vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua, &c. vnicuique ſecundùm propriam virtutem.

Norberto Dominus innumera tradidit talenta iuxta tanti animi capacitatem.

Innuo, à munificentiſsimo Domino plus accipere, qui ſeſe amplius capacem effecerit.

1\. *Qui plus à ſæculo dimittit, plus ſe efficit cœleſtium talentorum, ſeu donorum capacem.* Interl.

EXPRIMIT particulam, *ſecundùm propriam virtutem*, Interlinearis, *Non pro largitate, vel parcitate alij plus, alij minus: ſed pro viribus accipientium.* Deus munificentiſſimus vbertiſſimè ſeſe fundit in vacuum. Sint *vaſa non pauca*, cœleſtium munerum oleum exundabit. Particula igitur, *ſecundùm propriam virtutem*, idem eſt, ac *ſecundùm propriam capacitatem*, quæ quidem vacuitate à terrenis eſt acquirenda. Sis vacuus omnino à ſæcularium bonorum affectu, non duo, non quinque ſolùm, innumera à Domino in miſericordiis prædiuite talenta recipies.

2\. *Cunctas diuitias reliquit Norbertus, vt vacuus mūdialibus, cœleſtia reciperet.*

Norbertus ſeſe omnino vacuum præſtitit largitori. Petrus de Natal. Epiſcopus Equilin. ait, *Norbertus Archiepiſcopus Fundator Ordinis Præmonſtratenſis omnibus relictis ſæculi diuitiis quibus affluebat Presbyter ordinatus eſt.* Affluebant diuitiæ, & fortè ſæcularis adoleſcens cor appoſuerat contra monitum Dauidicum, *Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.* At à Domino vocatus ad eleuatiſſimum Sacerdotij miniſterium, etiam priuſquam Fundator Ordinis ſe dedit ſtudio perfectionis, è corde omninò diuitiarum excluſit affectum: Dominus autem vacuum tot muneribus impleuit, vt in pelagus conuerteret perfectionis.

3\. *Norbertus æmulator Chriſti, quia plenus veritate, & gratia.* Ioan. 1.

Quàm diuini ſpiritus documentum, nihil de mundialibus bonis reſeruare? De Chriſto Ioannes, *Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis,* cap. 1. Plenum gratia & veritate ita erat Dominus, vt nec mundialium bonorum locum obtineret ſtilla. Hinc eluceſcit gloria vnigeniti, Dei Filius eſt. Cùm aſpicio Norbertum omnibus relictis diuitiis plenum gratia, & veritate ob ſtudium perfectionis, quaſi diuinum recognoſco. Deitatis enim eſt æmulator egregius, qui è mundialibus nihil retinuit.

4\. *Norbertus ex hoc non tam Angeli æmulator, quam Angelus eſt.*

Porrò ſi Dei eſt æmulator, Angelum non appellabo æmulatorem, ſed Angelica naturâ præditum aſſeruerim. Apoſtoli à Domino immittuntur *ſine ſacculo & pera Quando miſi vos,* inquit, *ſine ſacculo,* &c. Ac ſi diceret: Quando vos Angelos eſſe, non homines aſſerui. Certè Angelum agnoſco virum eum, qui omnino ſæcularibus bonis renunciat, quaſi nullo indigeat fragilis naturæ fulcimento. D. Chryſoſtomus hom. 33. in Matth. *Apoſtolos ad vniuerſi Magiſterium miſſurus, ad Angelicam, vt ita dixerim, diſciplinam ex humana vita traduxit.* Ita vos vacuos à ſæculari cura reddidi cœleſtibus plenos talentis, vt ab hominum cœtu poſſitis abſtrahi, & ad Angelorum abripi conſortium. Chryſoſt.

5\. *Filij Norberti Angelico amictu ornantur, quia cuncta mūdiaia relinquunt.* 4. Reg. 2.

Elias à Deo in vitam perfectiſſimam aduocatur, ad Angelorum conſortium admittitur raptus in ſuperos. Pallium Eliſæus Magiſtri feſtinantis eleuauit. *Leuauit Eliſæus pallium Eliæ, quod ceciderat,* 4. Reg. 2. Cur excidit pallium? Certè, quia Elias ad Angelicum conſortium

conſortium, properans neceſſariò mundiali ſe exuit veſtimento. Bernardus, *Elias ad cœlorum Regna feſtinans, non potuit ire cum pallio, ſed mundi in mundo veſtimenta dimiſit.* Ideo Norbertus reliquit omnes ſeculi diuitias, quibus affluebat, quia ad Angelici Ordinis Præmoſtratenſis exædificationem vocabatur. Vidiſti Norberti filios candidis ſtolis ornatos? Chorus eſt Angelorum; renunciantes enim omninò ſeculo, ſe ſolummodo plenos cœleſtium oſtentantur affectu.

Bernard.

6. Plures iam me Reges Magos vidiſſe profiteor, qui Bethleemum venientes obtulerunt *aurum, thus, & myrrham*, ſeſe cunctis affectu (& effectu myſticè) bonis ſecularibus exuentes. Mos addit textus, *Et reſponſo accepto in ſomnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam*, Matth. 2. Angelus eis datur poſt oblationem? Cur non antea datus Angelus, ſed ſtella? Cùm pleni auro veniunt, non aderat vacuum ad cœleſtis naturæ immiſſionem: explentur Magorum corda diuitiarum affectu, vacuantur: mox Angelicam induunt naturam, Angelique gaudent ſimiles quidem cum ſimilibus commorari. Hieronymus de vera Circum. *Magi ſuis affectibus ſpoliati in auro, thure, & myrrha conuerſationum itinere mutato, qui per Herodem venerant, per Angelum redeuntes.* Herodes ſecularis, & homo, ſeculares homines quaſi comitatur: Angelus autem redditos Angelos ex relictis diuitiis inſequitur.

Norberti filij Magos Reges Angelorum ſocios imitantur.

Matth. 2.

Hieron.

Observat. II.

Ad illa verba:

Vni dedit quinque talenta.

Norbertus Chriſti æmulator ſe omnium ſeruorum Dei minimum reputabat.

Se equidem ſanctiſſimum oſtentat qui exiguam aliorum virtutem ſua arbitratur præcelſiorem.

7. QVænam Dominus ſeruis talenta committit? D. Hieronymus, *Dedit Apoſtolis Euangeliorum doctrinam* ad perfectionis, IESVQVE imitationis eruditionem.

De exaltatione humilitatis.

Hieron.

8. D. Norbertus Præmonſtrati Ordinem inſtituit ſtellarum. Nec enim nouum ſtellas exercitus ordinatiſſimi appellatione deſignari. Filij Norberti viri planè cœleſtes, ex parentis mira ſanctitate ſuccenſi. Primogenitum ſuum, nempe voluntatem ſuam Norbertus Domino litauit, ſe minimum ſociorum ſæpe proclamans, quæſitus ad Præſulaturam fugit ſe cunctorum ſubditorum voluntati ſubmittere magis ſtudens, quàm imperare. Vnde primogenitum libertatis offerentem Deus ſtellarum Præmonſtratenſium parentem effecit. Abrahamo Dominus, *Quia feciſti rem hanc, & nō pepercisti filio tuo vnigenito pro me, & benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli*, Gen. 24. Qui enim te ſubditorum minimum ducis, efficeris Diuorum Pater, & ita perfectus oſtentaris, vt Sol appareas iuſtitiæ imitator Chriſti, quem filij fulgentiſſimæ ſtellæ circumdent. Hieronymus lib. de vera Circ. *Abraham cùm vnico non parcit in terris, ſtellas pro filiis annumerare iubetur in cœlis.* Vnico non parcit Norbertus, dum propriam ſupprimit æſtimationem ſe minimum omnium reputando. O Sol fulgentiſſimus ſtellarum facilè parens!

Norbertus ac filij eius ſtelliferi ex humilitate.

Gen. 24.

Hieron.

Didicit à Chriſto, qui de Ioannis Baptiſtæ gloria locutus ait, *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta, ſed qui minor eſt, in Regno cœlorum maior eſt illo*, Matth. 11. Duplicem locus ſenſum reddit. Vnum, *Qui minor eſt in Regno cœlorum, maior eſt illo.* Cùm Ioannes ſit maior cunctis, in æſtimatione autem eius maior eſt quidem illo, qui minor habetur in Eccleſia, id eſt, maior cunctis cùm ſit, ſe reputat cunctis minorem. Alterum, Chriſtus, qui minor eſt in Regno cœlorum, (ſic nonnulli expoſitores) ſolus ex viris eſt maior Ioanne. Quæſierim in primis, quomodo Ioannes, qui maior eſt ſanctitate cunctis, potuit ſe omnium minimum reputare? Imò ex eo oſtenditur omnium maximus, quia cunctorum ſe minimum arbitratur. Deinde requiram, cur Princeps Eccleſiæ vtriuſque, Triumphantis ſcilicet, & militantis, ſe omnium minorem appellauit? Profectò, quia adeò agnata eſt ſummæ ſanctitati humilitas, vt quaſi neceſſariò ſapientia infinita debeat circa hunc articulum quodammodo obnubilari, vt poſſit aſſerere ſe cunctorum minorem. 9.

Dum IESVS ſe minorem appellat, maximus eſſe oſtenditur. Dum Ioannes ſe minorem æſtimat in Regno cœlorum, omniū maximus oſtenditur.

Matth. 11.

Dum Norbertus in cœnobio moratur, dum gregem ſtelliferum regit, minorem ouiculam perfectiſſimam reputat, ſéque preſſum imperfectione ratur. An poterat in vna morari ſede cum tanta talentorum plenitudine humilitas tanta? Porrò ideo tam humilis, quia tanta donatus erat plenitudine. Aiebat Ioannes, *Qui autem poſt me venturus eſt, fortior me eſt, cuius non ſum dignus calceamenta portare*, Matth. 3. Quænā ſunt Chriſti calceamenta? Reſpondet Dauid, *In Idumæam extendam calceamentum meum*, Pſ. 107. Non ſum dignus calceamenta eius portare, ſiue comparare Apoſtolis, aut viris Euangelicis. Hinc equidem licet rimari ineffabilem Baptiſtæ perfectionem. Rupertus illuſtrat. *Ioannes ſuperiores ſibi futuros Apoſtolos arbitrando, regulam cuſtodiebat ſanctæ, & veræ humilitatis, ſemetipſum deprimens, tanquam minor eſſet omnibus illis.* 10.

Dum Norbertus ſe reputat ſubditis minorem, eleuatiſſimus prædicatur.

Matth. 3.

Rupert.

An Norbertus, quia ſe reputabat Præſulatus indignum, ſub modio latitabat? Minimè verò. Tunc enim à Domino quærebatur eius perfectionem cunctis oſtentante ex miraculorum patratione. Dum enim quis curat de ſe tam ſummiſſe ſentire, ſtudet Dominus ſublimiter illum efferre. Ioannes de ſe iudicat indignum eſſe cum Apoſtolorum minimo comparari: tunc autem Dominus clamat, *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne*, Matth. 11. Rupertus inibi. Cùm iudicat ſe Ioannes minorem Apoſtolis, *numquid ita iudicabat Dominus iudicij? Nequaquam; ſed, Amen dico vobis, ait, inter natos mulierem non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta.* 11.

Cùm ſe Norbertus Præſulatus oſtentat indignū à Domino quæritur.

Matth. 11.

Rupert.

***

OBSERVAT. III.

Ad illa verba :

Et vni quidem dedit quinque talenta.

Norbertus Prædicationis talentis à Domino donatus, miros fructus parturiit Eccleſiæ.

Edocens quidem Concionatores, Euangeliíque Miniſtros, ſolum modò auditorum vtilitati curam expedire.

12.
Contra verbi Præcones inania prædicantes.
Hieron.

D. Hieronymus explicat talenta quinque Apoſtolicam prædcationem, ſiue vim prædicandi. Ille alia quinque talenta lucratur, qui edocet alios perfectæ prædicationis eruditionem. O ſi tempeſtate noſtra (proh horribile Eccleſiæ tempeſtatem!) Concionator exſurgeret, qui Concionatoribus traderet documenta, quónam modo verbum ſit proferendum ad auditorum vtilitatem!

13.
Nobertus edocet Prædicatores vtilia proferre.
Petr. à Nat.

Norbertus egregius Concinator non ſolùm auditores, ſed & ſacri verbi præcones erudit. Poſtquam *à Gelaſio ſummo Præſule tunc in Gallia apud S. Ægidium commorante prædicandi verbi licentiam impetrauit,* vti Epiſcopus Equil.) quis poterit verbis exponere Prædicatoris feruorem, concionum fructum? Non ſolùm alia quinque talenta, ſed innumera acquirit, edocens filios, quónam modo ad Dei gloriam auditorúmque vtilitatem ſacra ſint verba proferenda in deſerto prædicar, hominum myriades ad deſertum adducit, Præmonſtratenſis Ordinis ornat indumento, & tot inſtruit egregios Concionatores & opere, & verbo, quot filios numerat candidatos.

14.
Baptiſta fuit æmulator eximius.
Iſai. 40.
Leo à Caſtro.
Luc. 3.
Chryſoſt.

Ioannes Magiſter huiuſmodi Concinatorum in diſerto clamabat, *Ego vox,* inquit, *clamantis in deſerto, parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius,* &c. Iſai. 40. Vbi Leo à Caſtro exiſtimat *completam eſſe malitiam* orbis, & ideo miſericordiſſimum Dominum Ioannem immiſiſſe, qui ad Doctorum confuſionem, perfectum ageret Concionatorem. Quid clamaret Baptiſta? Fatur Lucas, *Et venit in Regionem Iordanis prædicans Baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum,* c. 3. Chryſoſtomus, *Hortabatur verus Prædicator Ioannes ad pœnitentiam auditores, vt veniam impetrarent credentes in Chriſtum.*

15.
Bellator fortis eſt Concionator, mittitur contra vitia pugnaturus, non prolaturus dulcia.
Iſai 40.
Guarr.

Bellum enim verus Concionator debet vitiis indicere, non ſeculi pacem conſcientiæ prorſus exitialem. Iſaias clamat, *Super montem excelſum aſcende tu, qui euangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Ieruſalem. Exalta, noli timere. Dic Ciuitati Iudæ: Ecce Deus veſter, Ecce Dominus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur,* cap. 40. Magiſtros Concionatorum Euangelij alloquitur erudiens, auctore Guarrico ſerm. 2. *Accingimini, inquam, viri virtutis, & ſequimini Ducem ac Magiſtrum huius militiæ, Ioannem loquor.* Viros virtutis non auditores, aduersùs quorum vitia fortis prædicationis acies inſtruitur: ſed fortiſſimos Concionatores vocitauit. Sequimini Concionatorem Ioannem Ducem huius militiæ, vos eruditione cœleſti informantem: debellandis vitiis ſtudium impendere edocentem. Nos autem alium Ioannem in deſerto Religionis morantem audiamus, *Norbertum dico,* qui ſemper talento prædicationis non iam auditores, ſed & alia Concionatorum talenta acquiſiuit. Teſtor ſocios, qui Norberti ſeculum dimittentis monitis adducti, eius perfectionis æmulatores innumeros verbo ac operibus & ad nouum Ordinis inſtitutum, & ad frugem meliorem reduxere.

16.
Nunquam Norbertus ocioſum verbum in Concione protulit, quia Angelus Domini exercituũ eſt.
Malach. 2.
Elias Cret.

Legimus de Norberto nunquam locutum, vel ex ſuggeſto, vel in quotidianis colloquiis, niſi ad audientium vtilitatem. Quàm appoſitè illum Angelum appellaui! Malachias audiendus: *Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius,* cap. 2. Auditores ex ore Sacerdotis Norberti ſolummodo legis præſcripta requirent. An non poterunt requirere fabularum, aut prophanæ eruditionis teſtimonia inutilia? Minimè. Rationem reddit Propheta, dum adiicit: *Quia Angelus Domini exercituum eſt.* Norberti Concionatoris officium militare, Angelus enim eſt candida amictus ſtola. An Angelus proferet inutilia? Elias Cret. *in orat. 1. Nazian.* fatur, *Eo nomine Angelus etiam Domini omnipotentis Sacerdos appellatur (etiamſi alioqui natura homo) quoniam Dei decreta planè, ac dilucidè exponit: nec niſi explananda legis cauſa linguam mouet.* Si Norbertus linguam moueret proferendi ſermonis ocioſi, ridiculi, prophani cauſa, Angelus minime appellãdus eſſet, cum candida haud dignum putaremus ſtola.

17.
Seminator inutilium verborum in Concione eſt homo inimicus, aut diabolus.
Matth. 25.

O Concionator Angelico munere ad ſuggeſtum aſcendens, ſi, dum deberes vtilia ſemina terræ committere, noxia verba profundis (noxium planè quidquid riſum excitat, aut remouet à corde compũctionem) non vocaberis verbi Angelicus ſeminator, ſed homo inimicus appellaberis. Quid cùm zizaniorum inutilia ſemina in hæreditate Dominica apparuere? Pergunt ſerui ad Patremfamilias proclamantes: *Nónne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habet Zizania?* Reſpondet Dominus, *Inimicus homo hoc fecit,* Matth. 25. Quid zizaniorum, quæ non quidem venenoſa ſemina, ſed inutilia, nomine niſi inutilis ſermo ſignatur. O hominem inimicum, ô diaboli æmulatorem!

SECTIO II.

Principis Reuerſio.

TEXTVS.

VERS. 19. POſt multum verò temporis, venit Dominus ſeruorum illorum; & poſuit rationem cum eis. 20. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum. 21. Ait illi Dominus eius: Euge ſerue bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui, *&c.*

IN NORBERTVM

PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS

CIRCA LITERAM.

EX PRINCIPIS REVERSIONE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Euge ſerue bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam.

Norbertus fideliſſimus ſeruus oſtenditur, dum talentis talenta acquirit, id eſt, filios innumeros lucratur, qui parentis optimi referant perfectionem.

Quàm laudabiles filij, qui parentum virtutes æmulantur!

1. EX Patrum mente hiſce talentis deſignatur Euangelij miniſter, qui intellectu & operatione ſtudet verbi proferendi vtiliter miniſterio. Apoſtolici viri perfectionis Magiſtri talento talentum lucrantur, hoc eſt, filios ſibi omnino ſimiles ſpiritualiter progignunt. *Quinque talenta* accepi, *quinque lucratus ſum.* Talentum, non drachmam, non argenteum lucratum eſt, ſed ſimile talentum.

Filiorũ Norberti ſanctiſſimorum elogia. Hieron.

2. Norbertus (auctore Equilino Epiſcopo, Surio, & aliis ſeculum dereliquit, & exemplo ac monitis plures filios ad perfectionis ſtudium acquiſiuit. *Derelictis ſeculi diuitiis, Presbyter factus cum quibuſdam Dei famulis, qui ducatu illius vitam arctiorem ducere cupiebebant, pergit ad Gelaſium,* &c. At Præmonſtrati Ordinem inſtituens tot Norbertos Domino lucratus eſt, quot filios candido veſtimento ornauit. Non quidem *in pauca, ſed in multa fidelis.*

Norbertus ſimiles filios Deo lucratur. Equil. Epiſcop. Sur.

3. O quàm ingens gloria Præmonſtratenſis familiæ Norberti imaginem præſentare! Dum video Clericorum Regularium Norberti ſanctitatem, dum doctrinam lego, audio; dum compoſitos mores, dum pacificam conuerſationem aſpicio, lubet inclamare: O filij hominis iuſtiſſimè viuentis! Dauid clamat, *Filij hominum vſquequo graui corde? Vt quid diligitis vanitatem?* Pſalm. 4. Cur Hebræi hominum filij vocitantur? Lyranus, Filij *hominum, id eſt, rationabiliter & iuſtè viuentium, quales fuerunt Abraham, Iſaac, & Iacob, ex quibus deſcenderunt Saul, & filij eius,* quorum multi à iuſtitiæ paternæ gloria deciderunt. Haud ſic in præſenti: Filij hominum corde velociſſimo ſecuti Norbertum, contemplationi, verbi præconio, operibúſque ſanctiſſimis ſtudentem!

Filij Norberti, vt filij Abrahami, Iſaaci, & Iacobi, ſanctiſſimi patris æmulatores. Pſalm. 4. Lyran.

Homines appellaui Norberti filios? Parum 4.
prorſus, ſi Dei parentis quodammodo filios cognoſco Deos. *Videntes filij Dei filias hominum,* &c. Geneſ. 6. Quare Sethi filij Dei filij appellantur? Reſpondet D. Chryſoſtomus, *Propterea quod eo vſque parentis virtutem imitati ſunt.* Norbertus Dei filius quodammodo ex virtutum diuinarum imitatione, ex munificentia in pauperes, ex compaſſione in afflictos, ex ſpiritus puritate. Filij prorſus tanti Patris proferunt ſplendorem.

Filij Norberti quaſi Dei filij. Gen. 6. Chryſoſt.

Pietatis ſpeciatim pondero imitationem. Er- 5.
ga pauperes pios Norberti filios video, quia Patrem piiſſimum circa hoſpitalitatem, ſeruis Dei exhibendam habuere, quem debeant imitari. *Venerunt duo Angelici Sodomam veſpere, & ſedente Loth in foribus ciuitatis. Qui cùm vidiſſet eos, ſurrexit, & iuit obuiam eis, & dixit: Obſecro Domini, declinate in domum pueri veſtri, & manete ibi,* Geneſ. 19. Commendabilis Loth, quòd parentem Abrahamum imitatur. Recole Abrahami excipientis hoſpitio Angelos pietatem, *cap.* 18. Hunc laudabiliter admodum Loth æmulatus eſt. Ambroſius ait, *Erudauerunt Loth ſanctum aduerſa captiuitatis, & ſolicitiorem fecerant. Itaque proceſſu ætatis didicit imitari*

Filios Norberti piiſſimi erga pauperes pios agnoſco imitatores. Gen. 19. Ambroſ.

tari parentem. Commendabiliores Norberti filij haud ex aduerſis affecti ad pietatem, ſed id ipſum ex tanto ortos eſſe parente, idem fuit ac fulgeſcere pietate.

6. *Cœlicolæ ambiunt hoſpitio Norberti potiri.* Epiſcop. Equil.

Non vidiſti Angelos ſub peregrinorum ſpecie ad Abrahamum acceſſiſſe? Quid vobis incolæ cœleſtes cum hominis hoſpitio? Certè ram pius in peregrinos Abrahamus erat, vt vel cœlicolas attraheret, vt hoſpitalitatis gratia fruerentur. Tam grata Diuis cœleſtibus Norberti pietas, vt vel ipſi curarint ad eius diuertere tabernaculum. Refert Epiſcopus Equilinus, *Vna de numero vndecim millium virginum ſe Norberto reuelauit, & locum vbi corpus ſuum iacebat, oſtendit. Quod manè repertum, ipſe ſecum Præmonſtratum tulit. Die ſequenti apud S. Gereonem orans, vidit ipſum ſanctum, locum vbi corpus ipſius dudum iacuerat, omnibus incognitum, ſibi demonſtrantem. Quod manè ibidem repertum, atque inde leuatum eſt.* En Cœlicolas, cupiunt à munificentiſſimi Norberti excipi hoſpitio: etſi Diuus tres non ſuſcepit velut Abraham: duos Cœlites hoſpites ad tabernaculum Cœnobij adduxit. Quàm laudabilis Pater, quàm filij pietatis paternæ æmulatores commendabiles ſunt!

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Domine, quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum.

Norbertus totum id, quod à Domino accepit, etiam temporariorum bonorum, ipſi reddidit in pauperibus, nihil ſibi retinuit.

Commendabiles adnoto Præſules, qui de Eccleſiæ redditibus nil propriis commodis reſeruant.

7. *Præſules liberales erga pauperes laudantur, taxantur auari.*

Nihil ſibi ſeruus fidelis retinuit, totum, quod acceperat, eiuſque fructus Domino reddidit. Liceat vulgariter explicare, *Boluio el principal y los redditos: Ecce alia quinque ſuperlucratus ſum.*

8. *Fideliſſimus Norbertus Epiſcopus in multa.* Petrus de Natal.

Epiſcopus Equil. ait, *Epiſcopus Parthenopolitanus factus eſt, & Epiſcopatum fideliter adminiſtrauit.* Ideo Dominus, *Euge ſerue bone, & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis*, &c. Quàm fidelis? Profectò tam fidelis in pauca, vt nec particulam Eccleſiaſticorum redditutum propriis aptaret commodis, ſed totam pecuniæ vim pauperibus diſtribueret. Aſſerebat enim Eccleſiæ bona haud eſſe Præſulis, ſed pauperum.

9. *Auguſtinus Norberto infundit illum affectū, quo ex bonis Eccleſiæ accipiebat velut vnus è pauperibus.* Damian.

Porrò taxandi ſunt Præſules, qui Eccleſiæ redditus vt proprios colligunt, & audent retinere. Præſul egregius Auguſtinus, cuius Regulæ Norbertus hæreſcit, huiuſmodi filio illuſtriſſimo ingeſſit affectum. Refert Petrus Damian. *lib.* 1. *epiſt.* 16. illam celebrem Auguſtini ſententiam: *Qui mecum manere vult, ſi paratus eſt paſci à Deo per Eccleſiam ipſius, non habere aliquid proprium: ſed aut erogare pauperibus, aut in commune mittere, maneat mecum. Qui hoc non vult, habeat libertatem; ſed videat, vtrùm habere poſſit felicitatis æternitatem.* Eccleſiaſticos cunctos curat Pater ad ſtylum ſui Præſulatus adducere. Ex bonis enim Eccleſiæ ipſe paſcebatur tanquam è pauperibus vnus: cunctoſque ſacros annuos redditus in commune exponebat, vt iuxta exigentiam omnium egenis deſeruirent, ratus quidem periculum incurrere damnationis Eccleſiaſticum illum, qui vt propriis, bonis vtitur Eccleſiaſticis. Norbertus è Patre didicit.

10. *Si Præſul bonis Eccleſiæ vtitur velut propriis, Deum amittit.* Ioan. 16.

Præſules ſocij Domini addicuntur, veluti Apoſtoli Eccleſiæ Proceres. Dum communitati addicuntur nihil proprium habentes, verè Dominum comitantur; at cum bonis Eccleſiæ, vt propriis fruuntur, à Domino recedant, neceſſe eſt. Fatus Dominus, *Venit hora, vt diſpergamini vnuſquiſque in propria, & me ſolum relinquatis*, Ioan. 16. Eccleſiæ Præſules Dominum ſolum derelinquunt? Id profectò velut neceſſarium eſt, cùm Præſules ad propria diſpergitur, ſiue cum bonis vtitur, tanquam ſi propria eſſent. Sic myſticè Sixtus Pap. *lib. de Diuitiis* expoſuit. Ad ſua redire non poſſunt, niſi cùm Dominum derelinquunt. *Norbertus* (ait Petrus de Natal.) *relictis ſeculi diuitiis, quibus affluebat*, Dominum pauperem ſecutus eſt. Epiſcopus à Domino eligitur. An rediit ad propria? Minimè, ſed Eccleſiæ redditibus vtebatur, tanquam ſi à pauperum, penes quos dominium, manibus acciperet neceſſariam vitæ alimoniam. Addit pulchrè expertus Pontifex. *Vnde intelligi datur, ſequentium eſſe, ſua contemnere; ad ſua remeare velle, deſerentium.* (Sixtus. Petrus de Natal. Sixtus.)

11. *Si pars tua Dominus, nec particula bonorum Eccleſiæ vt propria fruaris.*

An non *Dominus pars hereditatis meæ*? Totam tibi Eccleſiæ ſubſtantiam adiudicas? Cur Domino in pauperibus nec partem exponis? Profectò Dominus non pars Norberti ſolùm, ſed totum fuit, nec particulam ſibi reſeruauit. Nam perfectionis ſtudioſi, qui cupiunt habere Chriſtum partem ſuam, nec bonorum Eccleſiæ particula vt propria potiuntur: ſed, aiebat Auguſtinus, *ſi paratus eſt paſci à Deo per Eccleſiam:* bonis Eccleſiæ vtuntur vti pauperes, quibus Eccleſiæ redditus diſtribuuntur. Nónne dixit Dauid, *Pars mea Dominus*, Pſalm. 72. Certè nec in parte Dominum habet, qui vel particula potitur vt propria. Hieronymus epiſtol. ad Nepor. *Qui Dominum poſſidet, & cum Propheta dicit: Pars mea Dominus, nihil extra Dominum habere poteſt. Quòd ſi quidpiam aliud habuerit præter Dominum, pars eius non erit Dominus.* Aures arrige, qui ex Eccleſiæ redditibus nec partem pauperibus exponis. Habeas reconditas & propriis commodis repoſitas Eccleſiæ diuitias: ſed vide, vtrùm habere poſſis æternitatis felicitatem. (Pſalm. 72. Hieron.)

***

OBSERVAT.

Observat. III.

Ad illa verba:

Euge ſerue bone, & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam.

Norbertus fideliſſimus Præſul non ſolùm ſermone, ſed & opere Prælatus eximius totam vitam ouium vtilitati conſecrauit.

Quàm commendabilis Præſul, qui nihil ſibi è vita reſeruat, totam litat ſubditorum obſequio.

12. *Qui Præſulatus adminiſtrationi ſollicitè incũbit, quaſi Martyr obit.* Anſel.

EXPONIT illam particulam *ſerue fidelis*, Anſelmus, *Non tua quærens, ſed quæ Ieſu Chriſti.* Profectò ille fideliſſimum ſe ſeruum oſtentat, qui non ſolùm quærit quæ Ieſu Chriſti, ſed Chriſtum imitatur ea quærendo, quomodo Chriſtus quæſiiſſe profetur. Chriſtus hominum vtilitate ſic ſe totum expoſuit, vt non ſolùm eos muneribus, ſed & propria vita donaret. Sic ſeruus fideliſſimus vel vitam, ſi opus fuerit, ſubditorum ſpirituali vtilitati litet.

13. *Norbertus moritur Epiſcopatus ægritudine, ſeu vulnere.*

O Norberti charitatis affectum! *Factus eſt Epiſcopus,* (fatur Petrus de Nat.) *& potens ſermone & opere Epiſcopatus fidelis adminiſtrator quieuit in Domino.* Ac ſi diceret, tot operibus, tot concionibus excitatis, expoſitis oneratus moritur. O feliciſſimum, qui fideliter adminiſtrans ſub labore decumbit! *ſermone, & opere.*

14. *Aaronis fuit imitator ſedanti igni ob ſubditorum liberationem.* Num. 16.

Præſulis eximij exemplum exhibeo. Flamma Hebræis olim correptis à Moyſe Aaron monetur, vt ſuccurrat ouiculis. Quid Prælatus? *Quod cùm feciſſet Aaron, & cucurriſſet ad mediam multitudinem, quam iam vaſtabat incendium, obtulit thymiama: & ſtans inter mortuos, & viuentes, pro populo deprecatus eſt, & flamma ceſſauit,* Numer. 16. Cur non Moſes accurrit? An quia Præſulis Eccleſiaſtici munus non ſolùm ſermone, ſed & opere ſubditis laborantibus occurrere, licèt vitæ diſpendio? Ita planè. Ambroſius *lib.* 10. *epiſt.* 82. laudat Præſulis facinus. *Cùm dira mors propter contumaces in plebem ſerperet, medium ſe inter morientes viuentéſque Aaron obiecit, vt mortem ſiſteret, ne plures perirent. Verè vir mentis, animique ſacerdotalis, qui ſe pro Domini grege, quaſi paſtor bonus pio obiecit affectu.* Porrò Præſul Eccleſiæ vnicæ ægritudini exitiali eſt obnoxius, continuo pro ſubditis labori. Moritur Epiſcopus? ſi animo ille ſacerdotali præditus erat, haud neceſſum rogitare, quánam obiit correptus ægritudine, obiit planè Præſulatus boni ægritudine. Si licet vulgatiter exponere, *Murio de buen Obiſpo.* Præſules enim probi laboribus aſſiduis confringuntur. Ambroſ.

15. *Petrus, & Norbertus ex fideli Præſulatus adminiſtratione quieſcunt in Domino, ſeu Martyrio affecti moriuntur.* Ioan. 21. Auguſt.

Petro Dominus Præſulum Principi. *Paſce oues meas. Paſce agnos meos.* Mox adiicit, *Amen, amen dico tibi, cùm eſſes iunior, cingebas te,* &c. *cùm autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius cinget te, & ducet, quò tu non vis. Hoc autem dixit, ſignificans, quia morte clarificaturus eſſet Deum,* Ioan. 21. Quare ſimul Petro oues committit, & mortem indicit ſubeundam? Crediderim, quia in natali Præſulatus debet neceſſariò ad mortem proferri reſpectus; agnata eſt enim mors aſſiduo operi Epiſcopali. De Petro Auguſtinus tract. 47. *Cùm Dominus Petro ſuas oues paſcendas tertiò commendaſſet, ait illi: Cùm iunior eſſes, cingebas te, & ambulabas, vbi volebas: cùm autem ſenueris, &c. Ad hoc ergo pertinet, Paſce oues meas, vt ponas animam tuam pro ouibus meis.* Cuilibet Præſuli cùm dicitur, *Paſce,* ſimul planè indicitur, *Morere.* Fidelis enim Prælatus ex fideli adminiſtratione fatigatus occumbit. Ideò Dominus tanquam mortuo: *Intra in gaudium Domini tui.* Et Norbertus ex fidei adminiſtratione quieuit in Domino.

LIBER SEXTVS.

PRÆDICATORES.

PARS PRIMA,

DOMINICVS.

PARAPHRASIM, AC COMMENTARIOS literales ad caput quintum Matthæi perquire Volumine hoc lib.4. Part.1.

Panegyrici Morales circa litteram in Dominicum.

PROLVSIO.

Ligni vitalis, ſeu Fundatorum, FRVCTVS SEXTVS.

ILLVD in Prædicatorum illuſtriſſima familia egregium admodum, quod enixè deprecantis Deiparæ coaluerit patrocinia. Ait Theodoricus Dominicus quendam Monachum eximiæ ſanctitudinis vidiſſe, quæ Dominici primis ſic filiis expreſſit. *Olim raptus in ecſtaſim per triduum vidi Dominam noſtram Dei Matrem Mariam flexis genibus, & cunctis manibus Filium ſuum pro humano genere deprecantem. Ille verò Matrem piiſsimam crebrò non audiens, tandem inſiſtenti ſic ait: Mater mea, quid vel poſſum, vel debeo mundo facere? Miſi Patriarchas, Prophetas, Apoſtolos, Martyres, Doctores, & Confeſſores, & illis non obtemperarunt. Quando tamen fas non eſt, vt tibi aliquid negem, dabo eis Prædicatores meos, quorum opera illuminentur, & ad meliorem frugem ſe recipiant.* Porrò eo tempore, quo duodecim Abbates Ciſtercienſes ad prædicandum contra Albigenſes ab Innocentio III. immiſſi fuêre, quidam mortuus ad vitam reuocatus, cùm ab vno Abbatum illorum rogaretur, quid vidiſſet, reſpondit: *Vidi Dominam noſtram Virginem Mariam tribus diebus continuis flexis genibus coram Filio pro populo deprecantem. Victus tandem chariſsimæ Matris precibus dulciſsimus Natus, Vt vis, inquit, ita faciam Genitrix longè chariſsima. Mittam eis Prædicatores, qui eos ad agendam pœnitentiam ducant. Immiſſus tunc glorioſiſsimus Prædicatorij*

Theod.

Ordinis

Ordinis inſtitutor, & Dux Dominicus. Qui quidem vt rependeret Mariæ pietatis gratiam, curauit humanum genus per Mariæ Roſarium ad frugem adduci meliorem. Mirum planè, nihil Dominicum petiiſſe à Virgine, quod non fuerit aſſecutus. Liceat vulgariter mentem explicare. *Deſde la conſtitucion del Roſario, ay entre Maria y Domingo cuentas, y librando Domingo, es fuerza que accepte Maria.* O mundum feliciſſimum ſub potentiſſimo apud innouatricem Orbis(ſic à Ricardo Laurent. appellatur Deiparens) Patrono protegendum, innouandum!

SECTIO PRIMA.

Prædicationis ſal.

TEXTVS.

VERS. 25. Vos eſtis ſal terræ. Quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Ad nihilum valet vltrà, niſi vt mittatur foras, vt conculcetur ab hominibus.

IN DOMINICVM

PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS CIRCA LITERAM.

EX PRÆDICATIONIS SALE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Vos eſtis ſal terræ.

Libri Dominici terræ ſal, virtutum condimentum, ſalis inſtar, ab igne proſilientis. Prædicatorum doctrina orbi ſalutaris.

Innuo., Euangelicam doctrinam gratis proferendam eo ſolo præmio, vt plures ad conditorem adducantur.

1. CVNCTI cibi ſale condiuntur adeò, vt particula ſalis copiæ ciborum ſufficere videatur. Dominicus libellum de corpore ac ſanguine Domini ſcripſit, & tractatum contra Albigenſes. Tantæ autem efficaciæ huius doctrinæ ſal, vt toti dogmatum Catholicorum appoſito Eccleſiæ conuiuio condiendo ſuffecerit. Hinc accipiunt dulcedinem D. Th. volumina, Magni Alberti, Caietani, Antonini libri, innumerabiliúmque Scriptorum Prædicatoris Ordinis doctiſſimi tractatus; in vniuerſámque Eccleſiam ſapor dulciſſimus dilatatur ad Fidei protectionem, ad compoſitionem morum, ad hoſtium Eccleſiæ flagellum.

Fatur Moſes, *Fons aſcendebat de terra irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ*, Geneſ. 2. Quónam modo ex fonte vnico poterat vniuerſo terræ ſuperficies irrigari? Aſſerit Rupertus *lib. 2. in Gen. cap. 4.* fontem hunc fluuium eſſe paradiſi, è quo quatuor flumina profluxère. *Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis, ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita,* Gen. 2. Paruus ille fons irrigat vniuerſam terram, quia cuncti fluuij ab illa quaſi magni corporis mamma dulcorantur. *Omnes* (ait Abbas) *aquæ potabiles, atque ſalubres vbicumque fluant, vel vndecumque appareant, de fonte paradiſi per occultos meatus originem trahunt: & ex eius dulcedine hoc habent, vt potabiles, ſiue ſalubres ſint. Nam & ſupra hoc modo dictum eſt: Sed fons aſcendebat de terra, irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ.* O libelli Dominici, paruus fons è quo ſalis ſaporem vniuerſa Prædicatorum flumina receperunt. Hinc Philon profluit, ſiue Ganges, Hieronymo authore, *Ipſe eſt, qui circuit omnem terram Euilath, vbi naſcitur aurum: & aurum terræ illius optimum eſt.*

2. *Dominici fons eſt ſalis, qui cunctis fluuiis doctrinæ dat ſaporem.*
Gen 2.
Rupert.

Ex duplici libro Dominici quatuor capita fluuiorum profluxere in totius Eccleſiæ irrigationem.

En D. Thomam vniuerſam irrigantem Eccleſiam optimi auri fidei propagatorem. Hinc *Geon*, ſiue Nilus, *ipſe eſt, qui circuit omnem terram Æthiopiæ.* En magnum Albertum doctiſſimis voluminibus Hæreticos Æthiopes aut dealbantem, aut obruentem. Hinc *Tigris, ipſe vadit contra Aſſyrios.* En Caietanum cunctos prauitatis hæreticæ ſectatores debellantem. Hinc *Euphrates* ſine termino irrigaturus orbem terrarum proceſſit. En Antoninum, è quo vniuerſa Sanctorum ligna vigent, omnium gemmæ virtutum illuſtrantur, omnium ſalutarium dogmatum gloria germinatur.

3. *Dominicus fons paruus magnus fluuiorum parens.* Rupert.

Preme illud: *Qui inde diuiditur in quatuor capita.* Nomen enim capitis aptiùs viris adaptatur egregiis. *Hoc denique* (addit Rupertus) *notandum eſt, quòd non dictum ſit: Et fluuius egrediebatur de paradiſo, qui deinde diuiditur in quatuor flumina, ſed in quatuor capita. Et quemadmodum iecur in corpore animalis* (*quod dicunt Phyſici fontem eſſe ſanguinis*) *cunctis venis ſanguinem miniſtrat, vitámque animantis hoc miniſterio retentat: ſic ille fons vniuerſam terram per venas occultas vegetat, & in multos redundat fontes, & flumina. Sed eorum omnium quatuor iſta ſunt capita.* O Dominicæ doctrinæ fons paruulus magnus fluuiorum parens, è quod tot capitales fluuij prodiere ſaliti, qui tot fontibus, ac fluminibus innumerabilium Prædicatorij Ordinis Scriptorum fidelium ac ſalutariū dogmatum dulcedinem ac ſaporem indidere.

4. *Libri Dominici in morē ſalis ex igne proſiliunt.* Theodor.

Sal dum immittitur in ignem, illicò proſilit. An non ſcripta Dominici ſalis ingenium ſapiunt Theodoricus? profatur, *Dominicus librum quendam admirabilem contra Albigenſium hæreſim conſcripſit. Venerunt autem hæretici ad huiuſmodi pactum cum B. Dominico, vt libri vtrorumque in ignem mitterentur, & qui liber illæſus, & incombuſtus egrederetur, videretur veritatem aſſerere. Cùm ergo hæreticorum libri facilè ſtatim comburerentur, proſiliit Dominici codex illæſus, & incombuſtus.* Quid plura? *Cùm Catholici quodam die cum hæreticis diſputaſſent, Dominicus quædam fidei documenta ſcripſit in chartula, tradiditque eam hæretico, vt de obiectis deliberaret. Ea nocte hæretici conſederunt ad ignem, prolatáque fuit in medium S. Dominici chartula, dixerúntque hæretici: Mittatur in ignem. Poſt aliquantam autem moram inde nihil læſa proſiliit. Tum vnus obſtinatior: Mittamus, inquit, ſecundò, & apparebit veritas. Obtemperatum eſt illi; ſed iterum charta* (grani ſalis in morem) *reſiliuit. Stupentibus cæteris, obduratus ille hæreticus etiam tertiò idem vult fieri; ſed nihil chartulæ offecit.* O Catholici ſalis granum Eccleſiæ condimentum, nunquam ignis experieris iniurias hæreticis ſcriptis adnati.

5. *Dominici ſal ſui imminutione Eccleſiam præſeruauit ab Albigenſiū corruptione.* Iudic. 1. Cant. 2. Ghiſler.

Proh Deum immortalem! Quanto ſalis Dominici fluentis labore, Albigenſium ora obturata conticuere! Fortiſſimus Iudas Saluator Iſraël *abiit ad habitatores Dabir, cuius nomen vetus erat Cariath-Sepher*, Iudic. 1. Alij legunt; *Cariath-Senà*, id eſt, *ciuitas*, ſeu *populus ſpinarum*: hoc eſt, hæreticæ doctrinæ aculeati ſectatores. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*, Cant. 2. Per filias, quæ ſpinis comparantur, nonnulli Patres apud Ghiſlerium ſectas intelligunt hæreticorum, qui diſputationum impiarum aculeis fidelium lilium pungere conantur. Profectò, Iudas Dominicus lilio candidiſſimo ex fidei nitore, ex pulchritudine virginitatis meritò comparatur. Sæpe punctionibus hæreticorum vulneratum aſpeximus, ſed ſemper adnato diademate præcinctum, hoſtibus ſpinis ſuperatis, ſalis in diffluitionem. *Iudas Dominicus lilium eſt compūctum ab ſpinis hæreticorū.*

O Dominici ſchola aſylum veritatis, aduerſúſque hæreticæ prauitatis corruptionem ſal præſeruans. Apud Lorinum noſtrum *ad Pſal.* 44. aliqui Doctores putant Cariath-Sepher ita dictam à literis, quas docuit Abraham, qui publicam ſcholam videtur aperuiſſe, *ad Conuallem illuſtrem*, Geneſ. 12. Illuſtriſſima etenim Prædicatorum familia cœleſtis progenies, cœtus ſtellarum, cuius Abrahamus Dominicus Parens publicam fidelibus ſcholam aperuit, aduersùs praua hæreticorum dogmata. 6. *Illuſtriſſima Prædicatorum ſchola.* Lorin. Gen. 12.

Curauit Pontifex, ac Reges Catholici magnis muneribus Dominicum augere cauſa Magiſterij, quæ quidem vir ſanctiſſimus repulit, maris ſal gratis exhibendus, ſe magno præmio affectum putans, ſi ad ſe accedentes ad veræ fidei adduceret cognitionem. En Magiſtri Abrahami affectum. Conuallis illuſtris Hebraicè *Quercus Doctoris* appellatur. Inibi manſit Abraham, excipiens hoſpites, & Catholicæ doctrinæ pabulo reficiens. Targum Ieroſolymitanum apud Lipom. ait. *Abraham hortum plenum optimis fructibus plantauit, & peregrinos ſuſcepit hoſpitio, quibus gratis neceſſaria omnia ſuppeditabat: nihil aliud exigens pro pretio, quàm vt orbis Conditorem agnoſcerent. Sicque in vera Religione inſtitutos, & ad vitæ melioris inſtituta conuerſos dimittebat.* Dominici ſchola nihil exigit pro pretio, niſi vt fideles condiantur, præſeruentur: imò ſuo incommodo ſtudet Chriſticolas Catholicos præſeruare; vis enim ſalis diffluit, dum ciborum condimento adaptatur. 7. *Gratis Dominicus docenis, eo ſolū modo præmio affici curans, vt ad Deum multi adducerentur, maris ſal.* Targum. Ieroſol.

Poſtmodum Abraham à Rege Sodomorum ſpolia omnia poſt victoriam offerente, accipere nihil voluit. *Leuo*, inquit, *manum meam ad Dominum Deum excelſum poſſeſſorem cœli, & terræ*, Gen. 14. Qua quidem ſententia Doctor exſurgit, cumque de vnica Deitate curat facere certiorem, ſpolia ditiſſima reputans, ſi Regem ad frugem adduceret meliorem. Chryſoſtom. *Pietatis Doctor ei fieri ſtudet, docens eum Dominum Deum excelſum poſſeſſorem cœli, & terræ eſſe.* 8. *Spolia ditiſſima reputat Dominicus, ſi Dei hominibus ingerat cognitionem.* Gen. 14. Chryſoſt.

Inde equidem Prædicatoriæ familiæ vberrimæ à Domino benedictiones. Ducit Dominicus ampla ſpolia hæreticos comprimere, hominéſque ad Dei cognitionem, verúmque cultum adducere? Tota Prædicatorum familia æterna benedictione oſtentatur amicta. Caiet. Dominici filius doctiſſimus ad illud Matt. 18. *Lucratus eris fratrem tuum*, ait: *Vt fratris ſalutem lucrum tuum æſtimes: etenim benedictionem dabit legiſlator*, Pſalm. 83. Ac ſi diceret, legiſlator benedictione donabit eum, qui lucrum eſſe reputet ſuum fratris ſalutem. Chaldæus, *Benedictione amicientur Prædicatores, qui inſudant vt doceant gratis legem tuam.* 9. *Hinc Prædicatoria Religionis vberrimæ benedictiones.* Caiet. Matt. 18. Pſal. 83. Chald.

10. *Ideo Dominici Ordo Prædicatorum fuit appellatus. Pauli æmulatorum libri quidem ſūt ſine vinculis, vbiq; ſalientes Eccleſiam.*

Ideò reor Dominici Ordinem *Prædicatorum* fuiſſe appellatum; quia verè Prædicator eſt ille, qui lucrum magnum æſtimat, gratis proximos edocere, eoſque ad Conditoris adducere cognitionem, erroribus ablegatis. Paulus Prædicator egregius Dominici Ordini Prædicatorum impoſuiſſe exiſtimo. Expetebat

Domi

Dominici Prædicatores & Doctores eius exiſtere æmulatores, *exceptis*, ait, *vinculis his*, Act. 26. Cur noluit Paulus Prædicatores alligari? Vt Dominici doctrina, aut volumina non catenis loco Bibliothecæ adſcribantur, vt aſſolent multi libri: ſed in morem tomi illius Ezechielis aduolent Eccleſiæ adlatura condimentum, fidelibus præſeruationem, hæreticis medicamen probatiſſimum. Dominici tandem prædicationi Albigenſium perfidia fuit profligata, multis ſe ſe ad fidei gremium offerentibus.

Act. 26.

11\. Mittitur Petrus ad pelagus, vt piſcaretur: extrahítque piſcem, cuius in præcordiis pretioſiſſimus ſtater apparet. Ex ſale Dominici ſal doctrinæ prodit, velut è pelago ſapientiæ. Hoc fidei pretium, fidelium pabulum, & medicina. Theodoricum exaudi. *Cùm per varias ciuitates, & oppida prædicando ſæpè flumina pertranſiret B. Dominicus, contigit, vt aliquando eius libri in flumen deciderent, & in medias aquas laberentur. Tertio verò die piſcator quidam capiendis illic piſcibus intentus, cùm ſe ſperaret, grandem piſcem hamo extracturum: libros Dominici extraxit, adeò inuiolatos quidem, ac ſi in Bibliotheca aſſeruati fuiſſent. Quod miraculum ea res mirificè amplificauit, quod nec pannum, nec quidquam munimenti habebant Codices præter B. Viri merita.* Aſſerit Berchorius nihil facilius diſſolui quàm ſal aquæ immiſſus. Quàm præcelſa ſalis natura, quæ vel aquis immiſſa non diſſoluitur. Sal Dominici nunquam euaneſcit, nec vnquam poterit ab hominibus conculcari.

Liber Dominici piſcis cum ſtatere ad ditandam Eccleſiam non potuit in aquis deperire miraculoſus ſal.
Theod.
Berchor.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Vos eſtis ſal terræ.

Sal Dominicus Chriſti ſalis extitit imitator, qui corruptos iam peccatores ad ſanitatem adduxit.

Quàm difficilis conuerſio illius, qui diu exiſtens in crimine, peccata addit peccatis.

12\. ID ſalis ingenium apprimè notum, quòd cùm carnes à corruptione præſeruare valeat, minimè poſſit corruptis iam carnibus ſubuenire. Haud aliter Prædicatores Euangelici ſal exiſtunt præſeruandis hominibus ante corruptionem. At corruptos ad ſanitatem referre Dei Filij propria vis eſt, quam quidem Prædicatores egregij ipſius ope imitantur. Præmitto D. Baſilium aſſerentem ex ſale carnes corruptas minimè iuuari, vt ad incorruptionis ſanitatem recurrant. Id ſolummodo ait præſtare Dominus, qui ſal è cœlo deſcendit, ad corruptos hominum deprauatorum mores emendandos.

13\. In ſale Dominici, Domini quidem imitatoris, id mirabile contemplor, quòd corruptiſſimos peccatores ad ſanitatem adduxit. Et quidnam magis corruptum, quàm peccatores illos qui replicatis criminibus defœdantur? Quàm difficile hi ad priſtinam recurrunt ſanitatem! Suſcitaturus Dominus Lazarum quadriduanum & orat, & plorat, & lapidem iubet amoueri, reſpondentibus ſororibus *Quadriduanus eſt, & iam fœtet*, Ioan. 11. Vbi D. Bernardus corruptum iam ex iteratione criminum, ex aceruatione dictum malorum peccatorem contemplatur. Difficilis admodum huiuſmodi peccatoris ad priſtinam incorruptionem recurſus. Huiuſmodi transformatio ſale Dominico indigebit.

Quàm difficile corruptum Lazarum ſal Dominicus ad incorruptionem adduxit.
Ioan. 11.
Bernard.

14\. De peccatoribus in crimine perſiſtentibus, commiſſáque replicantibus, fatur Apoſtolus, *Theſaurizas tibi iram in die iræ*, Rom. 2. Vbi Anſelmus de Benign. Dei: *Iram ſibi reprobus theſaurizat, quia dum ad pœnitendum tempus accipit, & ad peccandum expendit: ipſum remedium gratiæ vertit in augmentum culpæ.* Si in corruptionis augmentum remedium vertitur ægritudinis, quónam modo ſalis communis immiſſio proficiet? Ambroſius, neceſſe eſt ſeueriore medicina, vt flectatur, qui longa Dei patientia non ſolùm ſe emendare noluit, ſed adhuc addens ad contemptum exaggerauit peccata.

Quomodo ſal proficiet ei, qui in augmentum corruptionis remedium vertit?
Rom. 2.
Anſelm.

15\. Huiuſcemodi incurabilibus delinquentibus diuinæ iuſtitiæ fæx reſeruatur, quia ſale medicaminis vti noluerunt. *Etenim fæx eius non eſt exinanita, bibent omnes peccatores terræ*, Pſalm. 74. Ad quæ Nazianzenus, *Fæcem tamen interim, hoc eſt, extremam iram aſſeruat Deus, vt eam totam in eos effundat, qui humanitate ipſius, & facilitate* ſalientis *adeò non ſanantur, vt etiam obdureſcant, inſtar Pharaonis.*

Fæx diuinæ iuſtitiæ reſeruatur ei, cui ſal Domini non proficit.
Pſalm. 74.
Nazian.

16\. Vnde ſal immittendus ad præſeruationem ægritudinis, immittitur ad æternam ſupplicij durationem; quo quidem carnes miſeræ æternam condiuntur ad pœnam incorruptæ planè ad corruptionem interminabilem. Vxoris Loth in ſtatuam ſalis conuerſionem ad memoriam reuoca. *Reſpiciénſque vxor eius poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis*, Geneſ. 19. ſal immittitur relabenti corruptæ peccatrici, ad ipſius corruptibilitatis incorruptionem, pœnæque æternitatem. Nazianzenus pulchrè. *Ne in ſalis ſtatuam concreſcamus, columnam, inquam, ſané immortalem, animæque in vitium relabentis*, (nec ſale præſeruatæ) *accuſatricem.* Vertit igitur Deus vxorem Lothi in ſalis ſtatuam, vt illi, qui peccata reſpiciunt, id eſt, frequentant, nec ante corruptionem ſale immiſſo à Prædicatoribus præſeruari curarunt: ad æternitatem corruptibilitatis ſale condiantur.

Ei, cui ſal non profecit ad correctionem, immittitur ſal ad ſupplicij æternitatē.
Gen. 19.
Nazian.

17\. Profectò Dominicus facillimè præſtitiſſe obiicitur, quod tam difficilè merito reputatur. Sal enim corrupto iam ſæculo fuit. Vidit aliquando Innocentius III. ante confirmatum Dominici Ordinem, in ſomniis Eccleſiam Lateranenſem grauem minitari ruinam: ſed aſpexit Dominicum accurrentem ſuis humeris totam illam ruinoſam fabricam ſuſtentantem. Vndénam ruina niſi ex corrupti generis humani criminum replicatione? Quid plura? *Porrò vidit Dominicus* (cum Antonio, & Theodorico, loquor) *Chriſtum iratum & tres lanceas in manibus habentem, quibus vniuerſum mundum præſtare propter tria peccata, quæ in eo potiſſimum graſſabantur, videlicet ſuperbiam, auaritiam, & luxuriam, volebat. Cùm autem*

Dominicus mundū corruptum ex ſuperbia, auaritia, & luxuria ad incorruptionem adduxit.
Theod.
Anton.

Virgo Deipara Filio ſuo glorioſum Dominicum, & Franciſcum obtuliſſet, ceſſauit Chriſti indignatio. Sal enim Dominici corruptum orbem ad priſtinam attulit ſanitatem.

18. Corruptioni miſerandæ ſubiacebant Monialium mores, quibus medicamen non adinueniebatur à ſummo Eccleſiæ Præſule. Qui deſperatam ægritudinem ſali Dominici miraculoſo commiſit omnino reparandam. *Tantum* (ait Theodoricus) *deferebat Dominico Summus Pontifex honoris propter ſua egregia merita, vt præciperet, vti Moniales omnes quæ liberiùs, & laxiùs tunc Romæ viuebant, reformaret, & ad priſtinam incorruptionem, ſanctámque vitam, & nitorem reſtitueret. In qua quidem re præſtanda pro Chriſto iniurias multas, & contumelias tum ab ipſis Monialibus, tum etiam à parentibus, & cognatis earum perpeſſus eſt. Tandem Chriſti benignitate voti compos factus eſt Dominicus, & Moniales ipſas ad ſanctam, laudabilémque vitam glorioſè reuocauit.* O ſalis vis miraculoſa corrupta iam cadauera priſtina donans incorruptione!

Corruptioni Monialium ſal Dominici profecit. Theod.

19. Egregius autem ſalis huiuſce virtutis documentum extitit Albanenſium, & Albigenſium hæreſes corruptiſſimas ablegaſſe. Huiuſmodi quidem hæreticorum cadauera cum Lazaro diu ſepulta ac fœtentia iacuerant, ſed Dominici ſale condita incorruptibilitati reſtituta fuere. Audi Theodoricum. *Porrò in partibus Tholoſanis duæ eſſent ſuſcitatæ hæreſes, quæ longiſſimo tempore ſepultæ iacuerant. Altera quidem, cuius Author fertur hæreticus quidam Vadinius aſſirmans temporalia bona nullo modo habere poſſe. Altera verò hæreſis affirmans animas intellectiuas de corpore in corpus tranſmigrare. Hos ſunt ſecuti Albanenſes ſimul, & Albigenſes. Priorem hæreſim damnauit Martinus V. ſecundam autem Innocentius III. Dominicus ergo ita in opere & ſermone ſe mirabiliter, & glorioſiſſimè geſſit, vt, Domino cooperante, centum millia hæreticorum conuertiſſe legatur.* Conteſtatur D. Antoninus *in vita S. Catherinæ Senenſ.* §.2. Quàm admirabilis ſalis vis, quæ potuit tot corrupta, ſepulta, fœtentiaque cadauera ad priſtinam incorruptionem reuocare.

Corruptiſſimos hæreticos ad priſtinam incorruptibilitatem reduxit. Theod.

20. Vndénã, quæſo, Dominico facinus id, quod ſoli Domino eſt adſcribendum? Profectò Dominicum video eſſe in Dominum transformatum. Prædicationi ſuæ Dominus dedit initium dum trigeſimum ageret annum? Eiuſdem ætatis Dominicus prædicationis geſſit initium. Dominus tres mortuos ſuſcitauit ad cœleſtis prædicationis documentum. Tres Dominicus vita functos ad viuentes reuocauit. Puritas ac charitas Dominico quis non vidit fulſiſſe? Dominicus ergo tot peccatoribus corruptiſſimis ſal immittens miraculum, eos ad incorruptibilitatem reduxit Domini vtrique gerens perſonam. Olim Moyſes montis cacumina oraturus ſcandit, dum IESVS Naue in valle cum hoſtibus horribilibus decertaret, *Exod.* 17. Profatur Origenes Chriſtum totum in monte commorari, dum ipſius nomen IESV hoſtes comminueret. Dominicus ita in monte moratur, in cellulæ receſſu contemplationi vacat, dum eius nomen ſalutiferum ſalis in morem, tot hæreticos potuit debellare: ſiue hominibus ad incorruptionem conuerſis, hæreſes ſalit in corruptionis æternitatem, in perpetuum ſupplicij monumentum. Porrò Dominici nomen adeò hæreticis formidabile, vt obturarent aures, ne ſalis pietas, & vis ad condienda præcordia eum verbo irrumperet.

Dominicus Domini æmulator corruptis iã potuit medicamen afferre. Exod. 17.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Vos eſtis ſal terræ. Quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur, &c.

Dominicus nunquam tumore proſperitatis euanuit, ſeculi contempſit proſperitate frui, vt veræ ſapientiæ gloriam tueretur.

Etenim ſuperbia, aut arrogantia ſapientiam omnino diſperdit.

21. D. Thomas, *Sal euaneſcit, quia tumore liquatur, vel quia inſinuatur, vel quia conſumitur. Ita ſapiens Prædicator euaneſcit frigore aduerſitatis, vel tumore proſperitatis,* &c. Thom.

22. Profectò nihil ſic ſapientiæ ſal diſperditur, quàm ſuperbiæ euaneſcentia. Principi Tyri Deus Ezechielis ore profatur, *Perdidiſti ſapientiam in decore tuo,* c.28. Non dixit *in decore,* ſed *in decore tuo.* Quia non perdit ſapientiam decor ipſe, ſed præſumptio decoris. Meo me decore ſapientiæ redundantem reputare, idem eſt ſapientiam perdidiſſe: *In decore tuo.* D. Bernardus ſerm. 74. in Cant. *Perdidit eam, cùm fecit ſuam,* (ex vanitatis, aut ſuperbiæ affectu) *vt non ſit aliud in decore ſuo, quam in ſua ſapientia perdidiſſe ſapientiam. Proprietas in cauſa eſt, quòd ſibi ſapiens fuit.*

Sapiens ſuperbus diſperditur. Ezech. 28. Bernard.

23. Lucifer ille vociferatur, *Sedebo in monte Teſtamenti, ſimilis ero Altiſſimo,* Iſai. 14. *Sedebo,* vt doceam ſapientiæ fons. An non & alij Magiſtri ſimul dictamina ſcribenda profundent? Solus ſapiens ſuggeſtum aſcendam. O ſal fatuitate laborans! Bernardus ſerm. 5. de verb. Iſai. *Solus ſedere volens tanquam fulgur cecidiſti de cœlo.*

Lucifer præſumens de Magiſterio, cecidit. Iſai. 14. Bernard.

24. Chaldæi ſapientes (poſt viſum à Nabuchodonoſore ſomnium) ad Regem ingreſſi profantur, *Non eſt homo ſuper terram, qui ſermonem tuum Rex, poſſit implere. Nec reperietur quiſquam, qui indicet illum in conſpectu Regis. Quo audito, Rex in furore, & ira magna præcepit, vt perirent omnes ſapientes Babylonis,* Dan. 2. Cur deperennt ſapientes? Quia ſoli ingreſſi ſunt, quaſi ſoli ſapientes, nec recordantur Hebræorum, Danielis ſcilicet, & ſociorum; qui quidem ſal ſine euaneſcentiæ periculo non modò non conculcatur, verùm ſupra hominum capita eleuandus aſpicitur. Hieronymus, *Chaldæi inuidentes ſapientiæ illorum, ingreſſi ſunt ſoli, quaſi ſoli præmia recepturi.* Euaneſcit ſal, cùm Doctor ſe ſolùm exiſtimat, aliorum ſapientiæ contemptor.

Chaldæi periere, quia ſe ſolos ſapientes reputabant. Dan. 2. Hieron.

25. Prudentior Daniel, qui vocatus à Rege, vt ſomnij ſolutionem exprimeret, *Ingreſſus rogauit Regem, vt tẽpus daret ſibi ad ſolutionẽ indicandam.*

Daniel verè ſapiens, quia

alios ſapientes adiudicauit. Dan. 2.

Et ingreſſus eſt domum ſuam, Ananiæque, & Miſaeli, & Azariæ ſociis ſuis indicauit negotium, Dan 2. Non ſolus (ac ſi diceret) ſapiens ſum, & alij ſapientes, digni quidem qui & æſtimatione, & præmio afficiantur. Vnde Anſelmus *Ne ſis ſapiens tibi ſolus.* id eſt, ne cures te ſolum ſapientia præditum reputari.

Anſelm.

26. Cùm Dominus nouiſſimi diei conditiones exprimeret, ait Diſcipulis: *De die autem illa, & hora nemo ſcit, neque Angeli cælorum, neque Filius, ſed ſolus Pater,* Matth. 24. Quare Dominus, in quo omnes ſapientiæ theſauri, dixit diem ſe neſcire iudicij, ſed Patrem ſolum? An quia ſolus Deus ſine inuidia ſapiens? Certè Dominus ſubticuit ſuam circa horam iudicij cognitionem, ne Diſcipulos contemnere, *aut ſolus ſcire ſcientia quidem iactator videretur.* Sic D Chryſoſtomus *hom.* 78. Sapientem te minimè exiſtere reputa, ſi te ſolum ſapientem iactitabetis.

Chriſtus ſe neſcire iudicij & diem & horam aſſerit, ne videretur ſolus ſapiens inter Diſcipulos. Matth. 24. Chryſoſt.

27. O ſal Dominicus! Nunquam periculo euaneſcendi ſubiacebis, qui ſapientiſſimus cùm exiſteres, te cunctis inferiorem exiſtimaſti. Ait Theodoricus, *Multa egregia doctrina fratres ſuos exhortatus eſt, atque instruxit, ne autem ſuperior tot doctiſſimis viris fortaſsè videretur, iuſſit corpus ſuum ſepeliri ad pedes fratrum ſuorum.* Ac ſi aſſereret ſe inferiorem ſapientia cunctis, ſolummodo ex officij neceſſitate eis documenta tradidiſſe. Hinc ordinem ſuum Prædicatorum nomine inſigniri voluit. Cuncti (ac ſi diceret) ſocij mei doctiſſimi & vocabulum, & munus Euangelici implent Prædicatoris.

Dominicus omnes ſubditos ſuos & Doctores, & Prædicatores reputabat. Theod.

OBSERVAT. I V.

Ad illa verba:

Vos eſtis ſal terræ, quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur?

Prius Dominicus ſale virtutis ac pietatis, quàm doctrinæ luce ornatus obiicitur.

Quia minimè laudanda, ſine virtute ſapientia oſtenditur.

28. STrabus adnotat prius Dominum de ſale, quàm de luce feciſſe memoriam. *Prius ſal, quàm lux, id eſt, vita, quàm doctrina. Vita ad ſcientiam ducat.* Haud Sapiens ſine pietatis exercitamentis omnino commendandus exſurgit.

Strab.

29. Non laudatur à Domino ſerpens, ſed vituperio afficitur. Textus ait, *Sed & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Deus,* Gen. 3. An quia ſapientiſſimus beſtiarum, laudibus efferendus? *Maledictus eſt inter omnia animantia.* Theodoretus, *ſerpentis ſapientia in laude non ponitur, mali enim verè ſapientes dici non poſſunt.* In Hebræo pro *erat callidior,* ſcribitur, *erat nequam.* In ſapiente enim impio tota ſcientia malitia, ac nequitia reputatur.

Serpens prudens nō laudatur, quia iniquitate laborabat illa ſapientia. Gen. 3. Theod.

30. Preme tamen verbum, *erat callidior.* Erat, quando ſerpens ex prudentia, ac ſapientia habebatur in laude, nempe antequem organum diaboli efficeretur: poſtquam autem à diabolo agitur, ad hominis ruinam ſapientia illa nequitia meritò appellatur. Audi Rupertum lib. in Geneſ. c. 2. *Serpens antequam fieret organum diaboli, ſapiens, & prudens dici poterat. Vnde & in alia editione ſcriptum eſt, Serpens erat ſapientior omnibus animantibus. Poſtquam autem prudentia eius malitiæ diaboli coniuncta eſt, nequam, ſiue verſipellis rectius poteſt nuncupari.*

Quando innocens ſerpens, erat etiam laudabilis eius ſapientia. Gen 3. Rupert.

31. Oſeas appoſitè, *Seminate vobis ad iuſtitiam, metite ſpem vitæ, & nunc demum illuminate vobis,* cap. 10. Sapientia iubet illuminari illos: ſed priùs monuit rectis moribus ſtudere. Seminate prius vobis ad iuſtitiam, & poſtmodum illuminate vobis, id eſt, lumen doctrinæ vobis procurate. Præmittatur ſal Soli, ſapientiæ vitæ rectitudo. Bernardus ſermon. 27. in Cant. *Vltimam poſuit ſcientiam, tanquam picturam, quæ ſtatuam habere nequeat ſuper inane. Et ideo duo illa præmiſit, & ſubiecit illi, tanquam ſi ſolidum aliquid ſubſterneret. Securus iam intendam ſcientiam ſi vitæ prius per beneficium ſpei ſecuritatem accepero.*

Prius curandum nobis vitæ probæ ſtudere, quàm lucem ſapientiæ oſtentare. Oſe. 10. Bernard.

32. Duplex verbum preme, *ſeminate, illuminate.* Semen præcedat lumen, id eſt, iuſtitiæ ſeminarium præmittatur prius quàm lux doctrinæ aſpicienda detur. D. Ambroſius ad Pſalm. 118. *Non priùs illuminate, ſed ſeminate. Nec ſolùm ſeminate priùs ad iuſtitiam, ſed etiam vindimiate ad fructum vitæ; & ſic illuminate lumen cognitionis.* Conteſtatur Bernardus epiſt. 108. *Non rectè proditur ad lumen ſcientiæ, niſi iuſtitiæ germen præcedat ad animam, ex quo formatur granum vitæ, & non palea gloriæ.*

Non rectè fulgurat in doctrina, niſi prius ſal in moribus deguſtetur. Ambroſ. Bernard.

33. Quæritat citatus Ambroſius, *An vita potius, quam doctrina quærenda ſit?* & reſpondet, *Vita bona ſine doctrina habet gratiam: doctrina ſine vita integritatem non habet.* Stulti ergo planè ſapientes illi, qui literis ſe totos dedidere, vitæ ac pietatis obliti.

An vita potius, quàm doctrina quærenda. Ambroſ.

34. Hinc Dominicus maximè commendabilis obiicitur, qui prius virtutum ſeminationi curam expediuit, quàm doctrinæ luci acuendæ operam nauaret. Fatur Theodoricus pulchrè, *Sublimioris gratiæ filium paritura mater, antequam eundem pareret, cæleſti viſione edocta fuit, qualis eſſet partus futurus. Vidit namque ſe vtero geſtare catulum ardentem ore faculam gerentem, egreſſumque ab vtero, totum mundum, flammis ab eius ore prorumpentibus, illuminantem.* Prius ſe catulum oſtendit, quàm faculam ore recipiat. Et fidelis, & obediens canis Domino prius obiicitur puer, quàm lucis doctrinæ portator oſtenteur. Naſcitur Dominicus. An mox operam dat ſapientiæ illuminationi? *Erat hic ſanctiſſimus Puer* (addit Doctor) *deuotiſſimus viſitandi templa. Tum etiam vt iam id ætatis nactus oſtenderet, quanta eſſet futura eius ſanctitas, ſæpiſſimè relictis ſeculi blandimentis, humi cubabat, ibique iacentem eum nutrix inueniebat, quem antea in lectulo reliquerat.* En catuli fideliſſimi documenta præmiſſa ſtudio ſapientiæ. Addit ille, *Ceterùm cùm iam ad ætatem eam perueniſſet, literarum ſtudiis poterat applicari, miſſus eſt à Patribus Valentiam, vbi vigebant literarum ſtudia; in quibus non ſine magna omnium admiratione, tantos eſt progreſſus conſecutus, vt*

Dominicus prius ſe oſtendit ſanctum, quàm ſapientem. Theod.

condiſcipulos ſuos longiſſimo interuallo tum doctrina, tum ingenij ſplendore antecelleret. Sic Catulus Dominicus poſt fidelis famulatus exercitamenta faculæ acuendæ ſtudium impendit, qua totum orbem illuminaret.

Observat. V.

Ad illa verba:

Vos eſtis ſal terræ.

Dominicus vt in ſapientia profectus egregios faceret, abſtinentiæ miræ operam impendit.

Sapientia enim acuitur, cùm vini ſpecialiter vſus abſtrahitur.

35. D. Thom. D. Thomas de ſale ſic: *Sal habet vim reſtrictiuam, vt abſtineamus.* Sapientia enim abſtinentiam indicit. Auguſtinus, Hieronymus, Ambroſius, ipſe Doctor Angelicus mirabili abſtinentia tot in literis geſſere profectus. Speciatim vini vſus doctiſſimis viris fuit interdictus. Nam, Periandro auctore, *Fugit ſcientia merum.* Periand.

36. *Dominici abſtinentia à vino.* Theod. Quid Dominicus? Theodoricus ait, *Vt è fonte ſapientiæ ſalutis hauſtum percipere mereretur, decem annis vinum ſibi penitus interdixit.* An mero labia intincta ad aquas fontis illius auderent accurrere? Porrò vinum & aquæ fontis ſapientiæ nunquam admiſcentur.

37. *Non potuit apponere Abrahamus vinum ſapientiſſimo Conditori, quia ſapientia abhorret à vino.* Gen. 18. Tres Angelos, ſiue Regem Angelorum Abrahamus excepit hoſpitio. *Feſtinauit in tabernaculum ad Saram, dixitque ei: Accelera, tria ſata ſimilæ commiſce, & fac ſubcineritios panes. Ipſe verò ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum, & optimum, tulit quoque butyrum, & lac,* Gen. 18. O bone! qui præparas cibum peregrinis fameſcentibus, cur non feſſis, ac ſitientibus potum præparaſti. Certè, quia Patriarcha agnouit ſapientiſſimum mundi conditorem. Audi pulchram Ambroſij ſententiam lib. de & Elia & ieiun. cap. 5. *At non Abraham vina in ſuo conuiuio miniſtrabat, ſed immolabat vitulum, butyrum, & lac etiam Angelis hoſpitibus exhibebat. Cæli Dominum mundi agnoſcebat authorem, vinum ideo exhibere non poterat.* Cur non poterat exhibere vinum, qui potuit vitulum, butyrum, & lac exhibere? An magis repugnat Numini potus, quàm cibus? Vel Gentiles Diuis ſuis Ambroſiam, Nectarque apponunt, non præparant cibos. Preme particulam, *Cæli Dominum mundi agnoſcebat auctorem.* At cuncta Dominus, vt Propheta teſtatur, in ſapientia geſſit, *Omnia in ſapientia feciſti.* Agnoſcens ergo Abraham Dominum ſapientia mundi exiſtere Conditorem, non potuit ei vinum apponere; quia vinum videtur ſapientiæ repugnare. Ambroſ.

38. *Iahel ſapiẽs non potrat vinum miniſtrare Siſaræ.* Iudic. 4. Fatur Siſara ad Iahelem, *Da mihi, obſecro, paululum aquæ, quia ſitio valde. Quæ aperuit vtrem lactis, & dedit ei bibere,* Iudic. 4. Cur merum non obtulit ſitienti, quem expetebat ebrietate teneri, vt poſſet interimere? An quia inter Haber tabernacula neque vinum, nec vini vſus erat. Certè Ionadab ex hac Cynæorum ſtirpe vini didicit abſtinentiam, *Ierem.* 35. Sic doctus Interpres Ieſuita. Aſt ego crediderim non potuiſſe adeſſe vinum apud Iahelem, quam Patres ſapientiſſimam appellarunt. Quónam modo ergo prudenti, ac ſapienti aſtu Siſaræ caput transfigeret, exitúque felici victoriam clauderet, niſi vini abſtinens exiſteret? Freire. Ierem 35.

39. *Iudith ſapiẽs abſtinẽs à vino vincit, inſipiens vini potator vincitur.* Iudith ſapientiſſima Hebræarum viraginum potuit caput Holophernis præſcindere, hoſtium exercitum diſperdere, populum Iſraëliticum lauro exornare. Ergo à vino omnino debuit abſtinere. Porrò hîc & vini penuriam, & vini licet contemplari abundantiam. Iudith ſapientiſſimo conſilio Holophernem comminuit? Igitur à vino ei fuit neceſſarium abſtinere. Stultè Holophernes captus obiicitur? Ergo merum in menſa Principis exundauit. Sapientiæ enim nihil cum mero, quod quidem cum ſtultitia aſſolet colligari. Citatus Ambroſius *cap.* 9. perbellè ait, *Sobrij vigore conſilij Iudith abſtulit Holophernis caput; victoriam reportauit. Ille vino ſepultus iacebat.* An potuit conſilium, aut ſapientia mulieris reportare victoriam ſobria, minimè? Non potuit omninò; quia vini vſus quónam modo poſſet cum prudenti conſilio copulari. Aptè autem Holophernis ſtultitia mero ſepulta eſt, vt miſerum dominum ſepeliret. *Ille vino ſepultus iacebat, vt ictum vulneris ſentire non poſſet.* Ambroſ.

40. *Dominicus pane & aqua refectus mirabilia ſapientia documenta expreſſit.* Sapientia Dominici miraculorum planè fuit excitatrix, tot hæreticis ad Fidem adductis. Nam centum millia Albigenſium ſapientiæ mirabilis vi ſalubriter debellauit. An tot miracula Dominici ſapientia excitauiſſet, niſi pane & aqua Doctor egregius vteretur? An Elias dum patrator mirabilium exiſteret, vinum agnouit? Minimè. Pulchrè Auguſtinus ad Fratr. in Erem. ſermon. 13. *Elias ipſe tandiu miracula fecit, quandiu pane, & aqua refectus eſt. Sed poſtquam carnes comedit, & vinum bibit, miracula non legitur feciſſe.* Dominicus ſapientia cœleſti miracula tot operatur, quot conuertit hæreticos. Vndénam ſapientia mirabilis, niſi ex panis & aquæ vſu. Auguſt.

41. *Caput Dominici ſapientiſſimum oſtentatur ex vini abſtinentia.* O caput tanta ſapientia præditum ob ſobrietatem! Chriſto Dauid cecinit, *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput,* Pſ. 109. Quid caput exaltare, niſi mirabili pollere ſapientia. Nazaræus omninò vini vſum ablegauit, aqua potatus, vt capitis prudentiam commendaret. Pulchrè D. Chryſoſtomus, *Non modò ei nihil detrimenti attulit hæc tenuitas potus, ſed etiam ad ineffabilem euexit* ſapientiæ *altitudinem.* Dominum ergo Dominicus ſecutus de torrente bibens, à mero abſtinens capitis, ſeu ſapientiæ altitudinem toto Orbi expreſſit. Pſalm 109. Chryſoſt.

***

OBSERVAT. VI.

Ad illa verba:

Vos eſtis ſal terræ, &c.

Dominici pueri ſapientia fuit cum corporis puritate coniuncta.

Caſtitas etenim aſsolet cum ſapientia adeò colligari, vt ſumma ſapientia ſummam innuat puritatem.

42. Bernard. D.Thom.

BErnardus veram in ſale ſapientiam recognoſcit. At D.Thomas vim ad carnium præſeruationem ſalis contemplatus aſſerit vitæ puritatem, ſeu caſtimoniam debere cum vera ſapientia colligari.

43. *Pueri Dominici caſtitas & ſapientia.* Theodor.

De puero Dominico fatur Theodoricus, *E fonte ſapientiæ amator caſtitatis hauſtum percipere meruit.* Miros planè profectus ſapientia Dominici geſſit ex ineffabili corporis puritate.

44. *Summa ſapientia Salomonis cum ſumma puritate coniuncta fuit.* Sap 8. Auguſt. Saa.

Ex ore ſapientis Salomon ait, *Puer autem eram ingenioſus, & ſortitus ſum animam bonam. Et cùm eſſem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum*, cap.8. Et quando vera ſapientia non fuit cum puritate corporis colligata? Addit, *Et vt ſciui, quoniam aliter non poſſem eſſe continens niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſapientia.* Auguſtinus, *Erat ſumma ſapientia.* Vndénam ſummam ſapientiam acquiſierat, niſi ex corporis caſtimonia? Emanuel Saa, *Continens aſſequutus ſum ſummam ſapientiam.* Ex continentia Dominus ſummam ſapientiam conſequutus eſt. Puritatem amiſit Salomon? Excidit è ſapientia.

45. *Ioſeph caſtitate ſeſe ad diuinam ſapientiam diſpoſuit.* Pſalm.105.

Teſtor Ioſephum, de quo Dauid, *In ſeruum venundatus eſt Ioſeph. Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertranſiit animam eius, donec veniret verbum eius*, Pſalm.105. Celebris hiſtoria Ioſephi empti à Putiphare, ab vxore eius amati. Porrò quia caſtimonia illuſtris impudicæ fœminæ non acquieuit, in carcerem detruſus verba ſapientiæ protulit. Addit Pſalmiſta, *Eloquium Domini inflammauit eum.* id eſt, ſapientiſſima eloquia adoleſcentis caſtitatem eius aperuit, qui vti adulter coniectus fuerat in carcerem. O caſtitas præmittenda ſapientiæ!

Bruno.

D.Bruno, *Eloquium Domini, id eſt, verbum interpretationis à Domino ipſi datum, inflammauit Ioſeph, hoc eſt, comprobauit, cum caſtum eſſe, qui antea adulter dicebatur. A ſimilitudine auri puri, quod inflammatur, & per flammam purum eſſe comprobatur.* Quomodo ſapiens verbum comprobauit Ioſephum eſſe caſtum? Certè quia ſapientia & adulterium non poterat vnà in ſede morari. Vnde ſi ſapiens adoleſcens oſtenditur, conſequenter caſtus comprobatur.

46. *Dum Samaritana laſciuia ſeruit, non intelligit, dum à laſciuia mundatur, prudenti vtitur artificio.* Ioan 4.

O adoleſcens laſciuiæ addicte, vis profectus in literarum ſchola gerere? Te te ab immunditia abſtrahere ſtude. Mox te ſapientem præſtabis, cùm te obieceris verè puritatis amatorem. Samaritana illa laſciuiæ veneno infecta, tanta inſcitia tenebatur, vt Dominum ſeſe pluribus rationibus inſinuantem minimè agnoſceret. Curatur à IESV ei miſerum voluptatum ſtatum manifeſtante: *Quinque viros habuiſti*, &c. & mox ſapientia donata profatur ad ſuos: *Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæcunque feci. Numquid ipſe eſt Chriſtus?* Ioan.4. Vbi D. Cyrillus Alex. exclamat, *O mirabilem mulieris prudentiam! Artificiosè iam loquitur, quæ paulo antè nihil intelligens, audiuit.* Artificiosè loquitur, dum non apertè dicit: Hic eſt Chriſtus, (ne teſtimonium mulieris infirmum videretur:) ſed quaſi dubitanter interrogat, vt illos credere faciat poſt quæſtionis diſquiſitionem. Iam rogas, vndénam laſciuæ fœminæ ſapiens artificium? Profectò quæ priùs laſciuiæ addicta non intelligebat, (quia inſcitia luxuriem comitatur,) à Domino ablutaiam intelligit, & ſapiens vtitur artificio. Se ergo excutiat à laſciuia quiſquis ſapientiæ limina terere curauerit. Cyrill.

OBSERVAT. VII.

Ad illa verba:

Vos eſtis ſal terræ, &c.

Dominici ſapientia non fundata erat in vtilitatibus, aut commodis ſæcularis commendationis: ſed in Deo ſolummodo.

Inanis enim ſapientia, quæ & Dei gloriæ, & proximorum ſaluti non ſeruit.

DE ſale ſic Angelicus Dominici filius, *Sal habet vim mundificatiuam, ſiquidem à vermibus, & putredine ſeruat, vt non regnet peccatum in corpore hominum. Habet vim ſanatiuam, Eliſæus enim ſale ſanauit aquas. Sal fit ex aqua & calore ignis, vel Solis. Ita Prædicator debet conſtare ex aqua tribulationis, & calore dilectionis.* 47. Thom.

Fallor, niſi Doctor Angelicus Prædicatorem Dominicum parentem expreſſerit: cuius planè ſapientia mundauit Eccleſiam, eam ab hæreticorum vermibus præſeruans: ſanauit doctrinæ aquas, vt ſalubriter epotari poſſent, ſine veneni ſuſpicione. O quanta id tribulatione, & dilectionis ſacræ præſtitit documentis! An inde nonnulla ſæcularia commoda Dominico? Nulla planè. Ergo vera Patris ſapientia. Quæ enim ſæcularibus indiget ſpoliis, vera ſapientia non eſt, vnde protinus euaneſcit. 48. *Sapientia Dominici proximorū ſaluti, ad Dei gloriam addicta fuit.*

Hæc vtique eſt ſapientia ex Deo, quæ nunquam poterit euaneſcere. Salomon ait, *Si quis erit conſummatus inter filios hominum, ſi ab illo abfuerit ſapientia tua, in nihilum computabitur*, Sap.9. Dominicus, Thomas, Albertus, Antoninus, Hugo, Caietanus, vniuerſa ſchola Thomiſtica, innumerabiles Prædicatoriæ familiæ Doctores conſummati prorſus, inde ſuam conſummationem trahunt, quia ab illis non abeſt *ſapientia tua.* Perſpicaciſſimum D.Thomæ ingenium, Doctoris Angelici conſummatio ſine Dei ſapientia, in nihilum planè computanda eſſet. Ex eo autem tot Doctorum perfecta adſtruitur conſummatio, quia eorum ſapientia nihil ſæculare ambire curabat: ſed ſolummodo Dei gloriæ, ac proximorum ſaluti incumbebat. 49. *Dominicus, filiique eius conſummati Euangelij miniſtri, quia eorum ſapientia Dei erat, id eſt, Dei obſequio addicta.* Sap.9.

Vis Doctorum Prædicatorij Ordinis effigiem exprimam? Summus Sacerdos Dei imperio 50. *Doctorum*

Prædicatorij Ordinis effigies eſt, currus eſſe gloria Dei ad ſalutem hominum.
Exod. 28.

perio veſtibus ornabatur, in quibus (authore Philone,) creaturæ repræſentabantur vniuerſæ. Addit textus, *Facies & laminam de auro puriſſimo, in qua ſculpes opera cælatoris ſanctum Domino*, &c. *imponéſque fronti Pontificis*, Exod. 28. Sit tibi Sacerdos cunctis ornatus creaturis aut Dominicus, aut D. Thomas, aut Caietanus, aut Hugo Carenſis omni eruditione prædiri, omnino conſummati. Porrò inde conſummatos dixero, quòd eorum ſapientia ad Deum pertinere videatur, non ad commoda ſæcularia. Hieronymus epiſt. ad Fabiol. *Lamina aurea rutilat in fronte. Nihil enim nobis prodeſt omnium rerum eruditio, niſi Dei ſcientia coronemur. Lineis induimur, ornamur hyacinthinis, ſacrato baltheo cingimur, dantur nobis opera, rationale in pectore ponitur, accipimus veritatem, profert ſermo doctrinam. Imperfecta ſunt vniuerſa, niſi tam decoro currui dignus quæratur auriga, & ſuper creaturas Creator inſiſtens, regat ipſe, quæ condidit.* Niſi currus ſapientiæ à Deo regatur ad ſui gloriam, ad proximorúmque ſalutem, quid proficit tanta Doctorum ſapientia, tam mira virorum conſummatio. Inde planè Dominici commendabilis admodum ſapientia, inde Prædicatoriæ familiæ admirabilis eruditio, quòd currus ſit à Deo dirigendus.

Hieron.

51\. Paulus aiebat, *Sapientiam loquimur inter perfectos. Sapientiam verò non huius ſæculi, neque Principum huius ſæculi, quæ deſtruuntur*, 1. Cor. 2. Quænam hæc ſapientia Dei, quæ inter perfectos Doctores profertur? Exprimit Caietanus, *Non eſt hæc ſapientia noua, ſed ante ſæcula præfinita à Deo, dux ad gloriam noſtram, ad gloriam æternæ felicitatis nobis paratam. Participatione ſiquidem huiuſmodi ſapientiæ ducimur ad gloriam æternam.* Sic Dominici filius & Patris, & fratrum doctrinæ præſtantiam expreſſit.

Dominicus, eiúſque filij Prædicatores, referentes ſapientiam ad æternam vitam.
1. Cor. 2.
Caiet.

Observat. VIII.

Ad illa verba:

Vos eſtis ſal terræ, &c.

Dominicus, eiúſque Religionis doctrina à veraci ſapientiæ fonte profluere probatur; quia mundialem ſapientiam ſuperat.

Nam quæ à Deo ſapientia profluit, omnes ſæculi fallacias, hæreticorum verſutias abſumit.

52\. Addit Doctor Angelicus, *Sal habet vim areſactiuam, ſterilem enim terram facit.* Vera ſapientia omnem terrenam diſperdit verſutiam. O Dominici, eiúſque florentiſſimæ ſcholæ ſapientia! Ex veraci fonte promanare probatis, quia terrenæ verſutiæ vim productiuam quidem ſpinarum, ſeu hæreſum ſterilem efficis. Profectò Dominicanæ ſcholæ ſapientia cunctas Eccleſiæ hæreſes interemit.

Thom.

53\. Tulit olim Moyſes virgam Aaron coram Pharaone, & ſeruis eius, *quæ verſa eſt in colubrum, vocauitque Pharao ſapientes, & maleficos. Proiecerúntque ſinguli virgas ſuas, quæ verſæ ſunt in dracones. Sed deuorauit virga Aaron virgas eorum*, Exod. 7. Porrò Aaronis virga Prædicatores Dominicum, ac filios eius doctiſſimos Euangelij miniſtros adnotat, qui quidem veracis doctrinæ vi omnium hæreticorum verſutias abſumpſere. Pulchrè Macharius Philadelph. Epiſcop. *orat. de Exalt. Cruc.* apud Gretſer. tom. 2. *Conuertitur virga verè in draconem, & conterit capita draconum, & aduerſariorum virgas deuorat: improbitatiſque artificem vnà cum omnibus ſuis adminiſtris redarguit, eorúmque fraudes, & impoſturas detegit. Sapientia enim, quæ Prædicatoribus*, (Dominico ac filiis eius,) *deſuper data eſt, omnem mundi huius falſi nominis ſapientiam fatuam, nulliúſque momenti demonſtrauit, refutatis hæreſibus, ac fabulis, publicéque traductis, & omni deceptione ſublata.*

Sapientia Dominici hæreticorum fallacias abſumpſit. Id quod Prædicatorij Ordinis Doctores gerunt.
Exod. 7.
Machar.

Exurrexere Diui nulla ſapientia præditi, 54.
ſed ſolummodò vitæ puritate ornati: qui quidem mundi ſapientiam ablegauerunt. De quibus D. Athanaſius orat. de Paſſ. *Iam otioſa, obliteratáque eſt omnis Magia, & vniuerſa Græcorum infatuata eſt ſapientia. Nam in rebus diuinis non verbis, ſed factis opus eſt; nec pronunciatio linguæ, ſed animi affectus prodeſt.* Si facta ſolummodo recta ſufficiunt ad errorum ablegationem: quid Prædicatorum Dominici vita ſanctiſſima cum inſuperabili voce coniuncta? Profectò ſapientiæ ſale, iuſtitiæ ac ſanctitatis ſole Dominicanus Ordo vniuerſa ſæculi debellauit errata.

Dominicus ſanctus & doctus miros geſſit progreſſus aduerſus hæreticos.
Athan.

Stulta aliquando Deus *mundi elegit, vt con-* 55.
fundat ſapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortes, 1. Cor. 1. At nunc ſapientiſſimos Prædicatores Deus eligit, vt edoceat ſtultos. Egregium quidem facinus Iesv fuit, ſtultis præconibus ſapientes mundi debellare. Origenes lib. 1. contra Celſ. *Quis non* Iesvm *obſtupeſcat, qui per ea, quæ ſtulta erant, gloria potuit quoſlibet hominum anteire ſapientes.* Porrò non minus egregium facinus aſſeruerim, ſapientiſſimis Doctoribus, ac Prædicatoribus immiſſis, ſtultos ſæculi ſapientes confudiſſe. Magis planè Iesv ſapientiam commendat diuina illa Dominico, Thomæ, ac Prædicatoribus doctiſſimis cœlitus immiſſa ſapientia, in cuius conſpectu vniuerſa ſæculi, ac hæreticorum ſtulteſcit eruditio. Addit Origenes, Iesvm *ſapientia in primis plus admirabilem reddidit. Non enim in Tyranni morem cuiquam perſuaſit, vt à publicis legibus ad ſe deſciſceret, neque vt opulentus aliquis ſe adeuntibus quidquam eſt impertitus. Sed tanquam Præceptor de omnipotentis Dei doctrina Prædicatorum ore diſſerebat, qui Deo conciliare eos queant, qui ſecundùm ſe vixerint.*

Mirum fuit, ſtultitia ſapientiam confuſam eſſe: ſed mirabilius ſapientia victam eſſe ſtultitiam, Prædicatorum Dominici miniſterio.
1. Cor. 1.
Origen.

Glorioſum itaque, ſtultis ſapientes confudiſſe: ſed glorioſiùs ſapientibus Prædicatoribus ſtultos ſapientes debellaſſe.

SECTIO

SECTIO II.

Sanctitatis lux.

TEXTVS.

VERS. 15. VOs eſtis lux mundi. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. 16. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt. 17. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt, *&c.*

IN DOMINICVM

PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS CIRCA LITERAM.

EX SANCTITATIS LVCE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Vos eſtis lux mundi.

Mira Dominici ſapientia ex ſanctitatis luce maximè eſt commendanda.

Illa enim prædicatio efficax ad peccatorum reductionem, quæ magis vita, quàm ſermone clamat.

1. Anſelm. PROFATVR Anſelmus, *Verè docet, qui facit, quod docet, ſal quidem, & lux. Aliter condemnat ſe ipſum.* Illam probo doctrinam, quæ ſanat, vti de ſale D. Thomas aſſeruit. Tunc autem ſanatiuam vim exerit prædicatio, cùm ſal luce admiſcetur, ſiue cùm ſanctitas, & doctrina ſimul proferuntur.

2. *Verba pulchra ſine vita ſanctitate inania.* Vndénam exiſtimas, Dominicum centum millia hæreticorum Albigenſium conuertiſſe, innumerabiles peccatores ad frugem meliorem aduocaſſe? Quia & verbo & opere prædicabat. Non ille troporum inanitate curabat aures demulcere, ſed virtutum exemplis peccatores adducere ad pœnitentiam, ſua prædicatione damnans Balaami præconium fantis: Num. 23. *Sta Balaac, & auſculta. Audi fili Sephor. Non eſt Deus quaſi homo, vt mentiatur; non vt filius hominis, vt mutetur. Dixit ergo, & non faciet? Locutus eſt, & non impleuit?* Num. 23. An non vides prædicationis inanitatem? Tot tropis vſus eſt, quot verba profudit. Sales verborum ſine luce virtutum, quid proficerent? Rupertus *lib. 12. in Num. cap. 19.* (Rupert.) Benè ergo illo locutionis genere formam illorum exprimit Balaam, qui verbum Dei adulterant: qui dum benè dictione cantitant, de virtute non curant: magiſque voculæ ſuæ tripudium, quàm virtutum maieſtatem attendunt. Cùm enim virtus ſacro præconi non adeſt, ſententia quantumuis fortis, adeò aſſolet euaneſcere, vt valeat inter ſcurrilia adnumerari.

Monet Dominus Prædicatores ſuos, *Neminem per viam ſalutaueritis*, Luc. 10. An non ad comitatem, vrbanitatémque pertinet, vt proximum ſalutes? Cur ergo à Domino ſalutationum prohibeatur obſequium? Rupertus reſpondet vbi ſupr. *Re vera quaſi per viam ſalutant, qui verbum Dei, quod ore decantant, auditoribus proficere non deſiderant.* Aptiùs tamen meo argumento, qui viatores ſaluere iubent, dum & ipſi viam perficiunt. Solo verbo clamant, nec poſſunt conuerſationis luce complere. Non vult Dominus Apoſtolos ſola voce proximos compellare, ſed eos curat vitæ ſanctæ conuerſatione adducere. 3. *Plus conuerſatione, quàm verbis proficit Prædicator.* Luc. 10. Rupert.

De filio Iuda Iacob ait, *Pulchriores ſunt oculi eius vino*, Gen. 49. Græcè, *Gratifici oculi eius à vino.* Ad quæ Rufinus pulchrè, *Gratifici oculi Iudæ ſunt à vino, quia nihil eſt aquaticum in ſermone ſapientiæ, nihil fluidum, nihil frigidum; ſed vinum, quod letificat cor hominis, & quod infunditur vulneribus illius, qui incidit in latrones.* Quódnam vinum vulneribus infuſum? An non opera charitatis? An non Samaritani erga proximum dilectio? An non manus operatrices curationis ex infuſione virtutum potius, quàm ex ſono verborum? 4. *Curat proximum virtus infuſa, non ſolùm verbum auolans.* Gen. 49. Rufin.

Sic Dominicus prædicauit, lucem ſale commiſcuit. *Cùm quendam,* (Theodoricus ait,) *hæretica prauitate euerſum conaretur Dominicus ad fidem reducere, dixit ille hæreticus, Res vitæ degendæ neceſſarias; quas aliunde non habeo, ab iſtis hæreticis ſociis accipio: ita fit, vt eis adhærere compellar. Quibus auditis, vir ſanctus toto pectore hominem miſeratus, ſe ipſum vendere propoſuit, vt eius in tanto periculo conſtituti inopiam ſubleuaret, & redimeret venundatum ſub peccato.* Addit Doctor, *vt conuerteret Dominicus, reuocaret, & reduceret ad Chriſti fidem integerrimam nobiles quaſdam fœminas præclariſſimas matronas, totam Quadrageſimam ad nudum panem & ſimplicem* 5. *Dominicus operibus peccatores reducebat egregius Prædicatorum Dux.* Theodor.

plicem aquam ieiunans victitauit, & præterea acerbiſſimam ſibi pœnitentiam adiunxit, ita vt & humi cubaret, & multis ſe verberibus cæderet. Atque ita tandem voti compos factus eſt. Neque enim potuit iniquitas tantæ prædicationis virtuti reſiſtere.

Obſervat. II.

Ad illa verba:

Vos eſtis lux mundi.

Dominici lux ros erat lacrymarum ex miſeriæ ærumnæque proximi piiſſima compaſſione. Ideo Angelus habebatur.

Lacrymæ enim hominem in Angelum conuertunt.

6. Anſelm. Iſa 26.

MYſticè lucis huius vim expendo ex Anſelmi mente. *Vos eſtis ros mundi*, iuxta illud Iſaiæ, *Ros lucis ros tuus*, cap. 26. Quid Apoſtolicis viris cum rore? *Rorate cœli deſuper, aperiatur terra, & germinet.* Lacrymarum ros è cœleſtibus Euangelij miniſtris profluere aſſolet ex proximorum ærumnarum compaſſione. *Ros ergo lucis ros tuus.* Huiuſmodi compaſſionis lacrymæ innuunt pectoris lucem, ſiue Prædicatoris ſanctitatem.

7. *Ex compaſſionis lacrymis Dominicus Angelus habebatur.* Theodor.

Cùm proximum laborantem Dominicus aſpiceret, ſanctitatis eius lux ſoluebatur in rorem. Profundebat enim pias è pectoris affectu lacrymas. Ideo reor à cunctis vti Angelum prædicari. Theodoricus de Apoldia, *A Cardinalibus, cæteriſque ampliſſimis viris, & popularibus omnibus ſummo pretio, & veneratione habebatur, & tanquam Angelus quidam è cœlo miſſus ab omnibus putabatur.* Nec mirum, ſi in genis Diui nunquam non compaſſionis ex eorum ærumnis lacrymas aſpiciebant.

8. *Angelus efficitur, qui ex compaſſione plorat.* Matth. 5. Baſil. Auguſt.

Aiebat Dominus, *Beati, qui lugent*, Matth. 5. Vbi D. Baſilius hom. 4. de Grat. act. *Paulus cum flentibus, vt & ipſi fleamus monet.* ſcilicet ex compaſſionis affectu. Hiſce autem lacrymis nos beatos aſſerit reddi. *Quibus lacrymis æternum in nobis gaudium increſcit.* quia Angeli efficimur. Auguſtinus ſerm. 11. ad fratr. in Erem. *Si ſic ploraueris, iam Patris cœleſtis ciuis*, id eſt, Angelus *conſtitueris; quia beati qui lugent.*

9. *Eccleſia Angelicum vultum obiicit ex peccatoris compaſſione.* Cant. 1. Chald.

Lacrymas profundis ex proximi ærumnis? Mox Angelico vultu decoratis. *Nigra ſum*, (ait Sponſa,) *ſed formoſa, filiæ Ieruſalem*, Cant. 1. Ex Chaldæi mente. *Quando Iſraëlitæ fecerunt vitulum, denigratæ ſunt facies eorum ſicut AEthiopum.* Tunc Eccleſia ex compaſſionis affectu lacrymas profudit, & ſe Angeli in minorem pulcherrimam oſtentauit. *Multiplicatus fuit ſplendor gloriæ eius, ſicut vultus Angelorum.* Lacrymæ enim compaſſionis nos Angelos efficiunt.

10. *Dum Epiſcopus æmulatur populi ærumnas, lacrymas profundit, & Angelus conſequenter oſtentatur.* Apoc. 3. Ambroſ.

Et Angelo Laodiciæ Dominus. *AEmulare ergo, & pœnitentiam age*, Apoc. 3. id eſt, lacrymas profunde. Ambroſius premens particulam, *& Angelo Laodiciæ*, fatur, *Ecce Angelus dicitur, cui æmulatio pœnitentiæ, lacrymæque mandantur.* Tunc Epiſcopus æmulatur, cùm ex compaſſionis affectu ſubditorum pœnitentium perſonam induit. Angelus eſt, qui lacrymas profundit ex affectu compaſſionis.

11. *Angeli vocantur Religioſi, qui amarè flent ex miſerorū compaſſione.* Iſa. 33. Strab. Gen. 22. Anſelm. Lyran.

Iſaias appoſitè, *Ecce videntes clamabunt foris, Angeli pacis amarè flebunt.* Quare? *Diſſipatæ ſunt viæ, ceſſauit tranſiens per ſemitam, irritum factum eſt pactum*, Iſai. 33. Quódnam pactum? Strabus, *Quod pepigit Dominus cum Abraham*, Gen. 22. *Multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli.* Iam ſtellæ ceciderunt, iam lutea facta eſt humana generatio. Ergo ex tantæ ærumnæ compaſſione *Angeli pacis amarè flebunt. Angeli*, (Anſelmus,) *reconciliationis inter Deum, & homines.* Lyranus autem, *Religioſi gement.* Nam cùm Dominicus eiúſque æmulatores dum hominum calamitates aſpiciunt, lacrymantur, ſeſe pacis Angelos eſſe oſtentant.

Obſervat. III.

Ad illa verba:

Vos eſtis lux mundi.

Dominici interna virtus in manifeſtum erumpebat ad proximorum communem vtilitatem.

Vbi oſtendo, Euangelij proferendi miniſterium viros requirere abundanti ſpiritu ſucceſos.

12. *Qui ſe non agnoſcit indutum ſpiritu, apud cellulam contineatur, ne fortè non ſufficiat ſibi & proximis.* Beda.

SVnt qui lucem in abſcondito ponunt, ineptè quidem. Nam ſi lux ſuccenditur, vt videant omnes, qui in domo ſunt, haud aptè ſub modio collocatur. Beda, *Chriſtus accendit lucernam, qui teſtam humanæ naturæ flamma ſuæ diuinitatis impleuit, nec abſcondit.* Ergo IESV æmulatores operum lucem non abſcondant, ſed ad aperta proferre curent, *vt* proximi cuncti *videant*, (ait Dominus,) *opera veſtra bona, & glorificent Patrem.*

13. *Virtus de Dominico exibat, ad omnium ſanitatem.* Luc. 6. Theodor.

De Chriſto fatur Euangeliſta, *Et omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes*, Luc. 6. Non continebat ſub modio virtutis fulgorem, qui omnibus communicare ſatagebat. De Dominico ait Apoldia, *Beatos ſe omnes exiſtimabant, & felices, qui vel contingere Dominicum poſſent, vel quidpiam ex rebus eius adipiſci. Itaque cucullus, & capitium eius adeò ab illis conſcindebantur, vt vix ſufficerent genibus obtegendis. Quia ſcilicet virtus de illo exibat, & ſanabat omnes.*

14. *Dominicus non ſolùm inſufflatus erat à Deo, ſed ſpiritu indutus. Ideò totum ſe proximis acquirendis exhibuit ſine periculo defectionis.* Iſa. 42.

Sunt qui Dei afflatum ſibi retineant, ne imminuatur, dum ad externa dilabitur. At Dominicus tantum ſpiritum à Domino accepit, vt & plenus ſit, & ex redundantia cunctos valeat explere, ad exteriora prolabente virtute. Iſaias, *Hæc dicit Dominus Deus, dans flatum populo*, cap. 42. Ioël autem, *Et erit poſt hæc, effundam ſpiritum ſuper omnem carnem*, cap. 2. Flatus datur populo, ſiue exiguus ſpiritus, hoc eſt, vulgaribus hominibus impenditur exiguum ſpiraculum, quo vix ipſi viuere valeant. At ſuper omnem carnem effunditur ſpiritus Dei, cùm Dominicus eiúſque

imita

imitatores à Domino in orbem emittuntur. Ex abundantia enim internus ſpiritus ad externa prolabitur, vt cunctis valeat communicari. Iren. D. Irenæus lib. 5. *Flatus quidem animalis ad modicum, ſpiritus autem circumdans intus & foris hominem. Flatus relinquit illum, in quo fuit antea, ſpiritus numquam relinquens eum.* Ac ſi diceret, Quia homo vulgaris virtutis ſe aſpicit exiguo ſpiraculo vitæ donatum, ſibi reſeruare curat, ne ab ipſo ex immunitione relinquatur. At qui ſe plenum ſpiritu videt, Domino largitore, non timet internam virtutem ſuper omnem carnem profundere. O Dominicum vel prudentes viragines ſuperans inclamantes. *Ne non ſufficiat nobis, & vobis,* Matt. 25. Matth. 25. Tanto enim repleris ſpiritu, vt intus & foris poſſis circundari, & cunctos replere curantes quidem te contingere, quia virtus de te exibat, & ſanabat omnes.

15. *In cellula ſedeat, qui non ſe ſpiritu plenum comperit, ne vacuus recedat. Dominicus indutus ſpiritu, pergat ad proximos.* Ioan. 20. Luc 24. Qui exiguo ſpiraculo donantur, ſedeant in cellulis, nec ad proximos egrediantur: ne fortè non ſufficiat ſibi, & illis. At Dominicus principali ſpiritu plenus pergat ad prædicationis miniſterium, quia plenus ipſe, cunctos valebit explere. Reſurgens Ieſus Diſcipulorum medius *inſufflauit, & dixit eis: Accipite Spiritum ſanctum.* Ioann. 20. At apud Lucam dicebat eiſdem. *Vos autem ſedete in Ciuitate, donec induamini virtute ex alto,* cap. 24. Si ſpiritum acceperant, cur ſedere in occulto iubentur ſpiritum accepturi? Profectò, quia per inſufflationem acceptus ſpiritus indicatur. Qui exiguo ſpiraculo donatur, ſedeat occultus, ne fortè non ſufficiat ſibi, & aliis. At egreſſuris ad communicandam proximis virtutem, neceſſarium eſt, priùs abundanti ſpiritus repleri. Cyril. Ier. D. Cyrillus Ieroſol. *Cat.* 17. pulchrè ait. *Interea accipite gratiam, dein le ſuſcipietis abundantiorem. At ſedete donec induamini virtute. Nunc accipite ex parte, tunc accipietis perfectè. nam ille, qui ſuſcepit, habet id ex parte ſæpe: qui autem veſte induitur, vndique illa circundatur.* Pleni ſpiritu *non metuatis arma diaboli, habetis enim virtutem Spiritus ſancti.* Si Dominicus ſpiritu indutus eſt, quid mirum, cunctos certatim ad veſtes contingendas, & præſcindendas accurrere.

16. *Modeſtia Dominici veſtis erat, quam cuncti ſatagebant contingere.* Gilber. Et quænam illa externa ſpiritualis Dominici veſtis, quam cuncti contingere ſatagebant? Certè modeſtia, pietas, compoſitio. Gilbertus Abbas ſerm. 5. in Cant. *Qui penes te ſapientiam, ſeu virtutem quærit tangere; aſſidentem inueniat illam in foribus tuis, in ipſis ſenſibus tuis, in modeſtia, in compoſitione hominis exteriori.* Hæc virtus è Dominico profluebat, quæ omnes ædificationem ingerendo ſanabat.

Observat. IV.

Ad illa verba:

Vox eſtis lux mundi.

Dominicus lucis Angelus, quia egregius extitit Prædicator.

Perfectum deſcribo Prædicatorem ad lacrymas auditores excitantem, liberè increpantem: ſed plauſu exauditum, quia puri mores, & vox correptionis ſuauiſſima.

17. *Interim Angeli exprimo proprietates.* Anſelm. Gregor. *Prædicatores Angeli lucis.* Anſelmus expoſuit, *Percipientes in Chriſto lucem veritatis, eſtis lux mundi, per quos ſcilicet omnes illuminantur à tenebris ignorantiæ:* Prædicatores eſtis, à Domino immiſſi Angeli lucis meritò appellamini. Præmitto D. Gregorium hom. 6. in Euang. *Vnuſquiſque in quantum ſufficit, ſi à prauitate proximum reuocat, ſi exhortari, ad bene operandum, curat, ſi æternum regnum, vel ſupplicium erranti denunciat, cùm verba ſanctæ annunciationis impendit, profectò Angelus lucis exiſtit.*

18. *Dominicus Angelus miſſus ad concionandum.* Theodor. Dominicus *tanquam Angelus è cælo miſſus ab omnibus habebatur,* aiebat Theodoricus. *Meritò* quidem, ſi miſſus à Deo fuit egregius Prædicator. Angelus idem quod *Miſſus.* At Dominicus à Deo miſſus fuit ad Euangelij euulgationem, indicentibus diuinam diſpoſitionem Apoſtolis Petro, & Paulo, vt D. Antoninus aſſeruit.

19. *Angelus Dominicus auditores allicit ad compunctionis lacrymas.* Profectò Prædicator Dominicus Angeli Concionatoris induit proprietates. An non Angelus proferens ſermonem, auditores allicit ad compunctionis lacrymas? Hebræis Angelus Prædicator apparuit, clamās vtique, *Eduxi vos de Aegypto, & induxi in terram pro qua iuraui Patribus veſtris. Noluiſtis audire vocem meam. Cur hoc feciſtis? Quamobrem nolui delere eos a facie veſtra, vt habeatis hoſtes, & dij eorum ſint vobis in ruinam.* Dixit Orator. Quid autem auditores? *Cúmque loqueretur Angelus Domini hæc verba ad omnes filios Iſraël, eleuauerunt ipſi vocem ſuam, & fleuerunt,* Iudic. 2. Iudic. 2. Dominicus verè Angelus; quo concionante, auditores lacrymas profundebant. Iſid. Peluſ. ep. 3 19. *Sacerdos* Peluſ. *Domini omnipotentis Angelus eſt. Angelus autem riſum neſcit, Deo cum metu, ac pauore miniſtrans.*

20. *Dominicus turtur gemēs, vt auditorum gemitum excitaret.* Cant. 2. Plorabat ipſe Diuus, vt auditores excitaret ad planctum, Verè turtur, de quo fatur ſponſa, *Vox turturis audita eſt in terra noſtra, tempus putationis aduenit,* Cant. 2. Alij legunt, *Tempus plorationis aduenit.* Quia videlicet præſcitis vitium ramis, lacrymas aſſolent quaſi ex vulnere cruorem emittere. Certè plorante turture concionatore, planctus exauditur, quia auditores edocet plorare. D. Bern. ſer. 59. in Cant. *Illius* Bernard. *Prædicatoris libenter audio vocem, qui non ſibi plauſum, ſed mihi planctum moueat. Verè turturem exhibes, ſi gemere doceas. Et ſi perſuadere vis, gemendo id magis, quàm declamando ſtudeas oportebit.* O Dominicum Angelum, turturem ploratorem! Quid mirum te plorante, tempus putationis, ſeu plorationis aduentat?

21. *Lacryma artificium oratoriū, ad perſuadendum.* Aliquando Dominicus ſuggeſtū aſcendens, vt diceret, tot lacrymis orationis obruit exordium, vt nullum verbum poſſet effundere. At auditores lacrymarum ſeſe ad frugē meliorem receperunt. Proh lacrymarum (orationis in ſilentio) efficaciā! Magdalena accurrens ad Dominum, vt orando ad pietatem flecteret, *lacrymis cœpit rigare pedes eius,* Luc. 7. Luc. 7. Oratura rectè Maldon. *peccatrix* (cum Maldonato loquor) *à lacrymis ſumit exordium. Magnæ ad flectendum Deum oratoriæ artis eſt, peccatorem tacitum flere.* Profectò & ad flectendos homines magna oratoria arte Dominicus vtitur, dum tacitus plorat.

Nec

22. *Angeli Dominici puritas ad prædicandum, ſine argumentis populi, aut auditorum querela.* Iſai. 6. Hieron.

Nec minus efficax eſt Angeli prædicatio ex puritate Concionatoris. Quis Angelum lucis poteſt arguere de piaculo? Ex hoc capite Dominicus egregius Prædicator exſurgit, quem nullus auditorum, vel de leui poterit culpa incuſare; Angelus enim vitæ eſt puritate. Nec quidem illud poterit (niſi ex humilitatis affectu) inclamitare. *Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego ſum*, Iſai. 6. An vir poteſt de pollutis labiis conqueri, qui non iam vir, ſed Angelus exiſtit puritate? Hieronym. Prophetæ ore fatur, *Labia mea immunda ſunt, & laudes Domini cum Angelis prædicare non audeo.* Audeat Dominicus, qui choro Angelico à ſuamet puritate adſcriptus obiicitur.

23. *Angelus Dominicus Principes corripiebat.* 2. Paral. 26. Chryſoſt.

Porrò tanta dicendi libertate vſum Dominicum, dum concionaretur, legimus, vt vel Reges, aut Principes delinquentes corripere minimè vereretur. Celebris illa Sacerdotis ad Regem Oziam ſermocinatio. *Non eſt tui officij, Ozia, vt adoleas incenſum Domino*, 2. Paralip. 26. An homo auderet Reges corripere, ſacrilegium? Crediderim Sacerdotem Concionatorem in Angelum fuiſſe mutatum, cuius ingenium Principes non timere. Chryſoſtomus, *Vide libertatem, vide mentem ſeruire neſciam, vide linguam cœlos attingentem, Angeli mentem.* Cùm audieris Dominicum ſeculi Principes increpare, hominis corpus vide; ſed mentem Angeli contemplare.

24. *Dominicus ne Angelo ſuperior ex efficacia ad peccatorum conuerſionē.* Dan. 10. Lyra.

Memini, me ſub alio prætextu hoc dediſſe alibi Danielis teſtimonium. De Angelo illo, qui Danieli apparuit, dicitur. *Cuius vox, vt vox multitudinis*, cap. 10. Cur Angelica vox, vti vox multitudinis appellatur? Reſpondet Lyranus, *In quo deſignatur efficacia virtutis eius, ad docendum homines; quia vnus Angelus poteſt plus docere, quàm multitudo hominum, ſeu Doctorum.* An non hinc arguerim Dominicum Angelis ſuperiorem? Angelus poteſt plus docere, quàm Doctorum multitudo. Nam & perſuadere, & conuertere peccatores? Quotiens Angelo vociferante, & edocente, peccatores reducti non ſunt. Aſt vnus Dominicus potuit non ſolùm docere plus quàm multitudo Doctorum, qui ex Vniuerſitatibus, ex Eccleſiis ad edocendos, debellandoſque Albigenſes accurrerant, ſed potentiſſimè conuincere voluit centum millia hæreticorum. O Angelicam vocem ſermo exſuperans!

25. *Auditorum plauſus erga Dominici Angeli correptionē.* Marc. 6. Mal. 3. Act. 6.

Quid de auditorum plauſu erga Prædicatorem attexam? Cuncti populi certatim ad audiendum Dominicum accurrebant, nec poterant delubra ampliſſima capere multitudinem. Quæ quidem Diuum, vel increpantem libentiſſimè audiebat, quia videlicet eius vitam Angelicam reprehenſioni minimè obnoxiam aſpectabant. Baptiſtam Ioannem vel Herodes iniquus *libenter audiebat*, dum eius impudicitiam increparet, *Marc. 6.* Vndénam lupo, aut leoni, ſeu lenoni patientia? Certè, quia Prædicatorem Angelum moribus aſpectabat. *Ecce* (Dominus ait) *ego mitto Angelum meum*, Malach. 3. Stephanus reprehendit Hebræos, longumque apud illos ſermonem ſubtexuit. Vndénam ingratis peccatoribus patientia ad corruptionem tolerandam? Porrò, quia cùm concionaturus exſurgeret, *viderunt faciem eius ſicut faciem Angeli*, Act. 6. Quo quidem Cōcionatoris innocentia exprimitur. D. Chryſoſtomus, *Hoc dicit, vt cauſam, propter quam paſſi ſunt illum concionari.* Chryſoſt. Quid non libenter Dominicum exaudirent corripientem, cuius vultum, cuius vitam Angelicam eſſe videbant?

26. *Angelus Dominicus aſperis verbis vſus non eſt, ad corripiendum.* Mar. 6. Chryſoſt.

Quæſierim tamen, num Dominicus aſperitate ſermonis, aut contumelioſis verbis vſus fuerit ad peccatorum correptionem? Profectò leni eos admonitione confundebat, vt decebat Angelum. Inſtar Gabrielis, *Aue Maria gratia plena*, ſemper in concionibus decantabat; Roſarij vim, ad crimina cuncta ſuperanda manifeſtans. Etſi quando opus erat acriori prædicatione, Angelum Baptiſtam imitabatur, qui clamitabat, *Non licet tibi habere vxorem fratris tui*, Marc. 6. *Quæ quidem verba* (inquit D. Chryſoſtomus hom. 29. in 2. Cor. 12.) *docentis potius ſunt, quàm coarguentis: erudientis potius, quàm vindicantis.*

27. *Archangeli Michaëlem imitatus eſt.* Iudæ n. 9. Caietan.

Siue Angelus Dominicus æmulator extitit Michaëlis, qui dum altercaretur cum diabolo de Moyſi corpore, *non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ, ſed dixit, Imperet tibi Deus*, Iud. 9. Ad quæ filius Dominici Caietanus ait, *Arguendo diabolum non maledica verba dixit, ſed: Increpet te Deus, quæ ſunt verba iuſtitiæ.* En perfectum Prædicatorem.

OBSERVAT. V.

Ad illa verba:

Vos eſtis lux mundi, &c. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, &c.

Dominicus ſeſe Deo propinquum oſtentauit ex lucis eleemoſynæ fulguratione.

Eleemoſynam gerens Deum æmulatur adeò, vt ad eius propinquitatem eleuetur.

LVx charitatis, ſeu eleemoſynæ proferenda eſt, vt Pater, qui in cœlis eſt, valeat glorificari. Opera bona monet Dominus euulganda eſſe, vt Pater glorificetur. Nec video opera, quæ magis deceat publicatio, quàm eleemoſynæ exhibitionem: Hac quidem noſter Pater glorificatur, quia nos efficit eleemoſyna IESV fratres Patris æterni filios. Hinc Dominicum pleno ore Dominum, ſeu Chriſtum alterum appellarim, quòd eleemoſynæ elargitio eum quodammodo fecerit Redemptorem. 28.

29. *Deus dans eleemoſynā benedictione cunctos replet.* Pſal. 144. *Eleemoſynā tribuens, Deum benedicentem imitatur.* 2. Cor. 9. Theoph.

In cuius expoſitionem eleemoſynæ vim ad conuertendos homines in Deum expendo. Deus *omne animal replet benedictione*? Dauid cecinit, *Oculi omnium in te ſperant, Domine, & tu das eſcam illorum in temporre opportuno. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione*, Pſalm. 144. At homo munificus erga pauperes quaſi Deus efficitur, cuius proprium eſt, benedictione cunctos replere. De eleemoſynario fatur Paulus, *Qui ſeminat in benedictionibus*, 2. Cor. 9. Theophylact. *in eleemoſynis.* Nam quemadmodum Deus aperiens manum ſeminat

eſcas

eſcas cunctis animantibus, qui pauperibus ſuccurrit, Dei inſtar in benedictionibus ſeminat: *Benedictio,* (ait Doctor,) *eſt quod datur.* Dominicus dans cunctis Dei munificentiā æmulatur.

Deus hilariter Dei æmulator eſt. 2.Cor.9. Theoph.

30. Porrò Deus dat hilariter, geſtiens omnia tribuere. Expetítque viros hilares in eleemoſynæ largitione. *Non ex triſtitia,* (addit Apoſtolus,) *aut ex neceſſitate; hilarem enim datorem diligit Deus,* 2. Cor.9. Theophylactus, *Nemo benedictionem dans, contriſtatur.* Quia dum dat benedictionem, Deum æmulatur: at Deus hilariter omnia impendit egenis.

Hilarem datorē Deus diligit, quia ſibi ſimilem intuetur. Iſaacus Presbyt.

31. Igitur hilaris eleemoſyna Deo homines efficit propinquos, ſeu ſimiles. Cur exiſtimas Deum hilarem datorem diligere, niſi quia ſibi ſimilem intuetur? Fatur Iſaacus Presbyter, *Nihil facit ita appropinquare Deo, vt eleemoſyna. Idcirco hilarem datorem diligit Deus.* Expoſuit amplius Salmeron, *Diligit Deus hilarem datorem, ſeu hilariter dantes, tanquam ſibi ſimiles.*

Dominicus Deo ſimilis ex hilaritate dandi. Theodor.

32. Quàm ſimilis Deo Dominicus. *Cùm ingens quædam fames,* (ait Theodoricus,) *oborta eſſet, adoleſcens Dominicus, vt pauperibus ſubueniret libros ſuos vendidit, & eorum pretium hilariter pauperibus diſtribuit.* Hilariter quidem, vt à Domino vti ſimilis ei diligeretur.

Et quia ſe ipſum tradit, vt hominem redimat. Theodor.

33. Parum eſſet libros diuendere ei, qui libros ad mentem cœleſtis ſapientiæ in ſuſſlatione tranſtulerat, niſi & ſe ipſum, hilariter quidem, vendere curauiſſet, vt ſuccurreret egenti. Aperuit quidam Dominico extremam inopiam, & neceſſariam ad victum cum hæreticis conuerſationem. *Quibus auditis,* (addit Apoldia,) *Vir ſanctus toto pectore hominem miſeratus, ſe ipſum vendere propoſuit, vt eius in tanto periculo conſtituti inopiam ſubleuaret, & redimeret venditum ſub peccato.* Quàm ſimilis Redemptori, qui vel ſeſe ipſum offerendo redimendo proximo operam impendit!

OBSERVAT. VI.

Ad illa verba:

Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum.

Dominicus ex eleemoſynæ luce profuſa plus à Deo accepit, quàm pauperi exhibuit.

Exprimo eleemoſynæ diffluentiam, plus accipiente, quàm dante eleemoſynario.

GLorificandus Pater cœleſtis à videntibus veſtra opera bona. Quia ſcilicet tot miracula ex eleemoſynæ, (v.g.) operibus aſpiciunt, vt cogantur Deum operatorem glorificare.

Illuſtre miraculum eleemoſynā Dominici multiplicatam confirmans. Theodor.

35. Porrò vt Deus Dominici eleemoſynam ſibi gratam oſtenderet, illuſtriſſimis miraculis confirmauit Quorum, (innumerabilium quidem) vnum & alterum exprimam ex Antonino, & Theodorico. *Cùm Romæ eſſet Dominicus in Monaſterio cum centum fratribus, & panem nullum haberent ad prandiū, miſit Dominicus fratres quoſdam per vrbem, vt panem mendicarent, & ad prandium adferrent. Illis tamen à manè vſque ad tertiā fruſtrà laborantibus, & tandem reuertentibus occurrit quædam mulier, dedítque eis panem vnum, dicēs: Nolim prorſus vos vacuos redire. Eo accepto pane, quidam vir candidus, & pulcher rogauit, vt darent ipſi eleemoſynam, & Dominici ſpiritu parentis, dederunt ei panem illum: iſque mox ab eis diſparuit. Redeuntibus domum venit obuiam pius Pater Dominicus, dixitque illis iucundo vultu. Iam nihil habetis filij? Illi verò narrauerunt ei, quòd panē dediſſēt pauperi. Mox Dominicus, Pauperi dediſtis vnum panem? Dominus abundanter paſcet ſeruos ſuos. Iuſſit fratres ad prandium adeſſe. Quibuſdam autem dicentibus, fruſtrà illos conuenturos, cùm nihil eſſet, quod poſſet apponi: poſtquā conſederunt fratres omnes, præmiſſa benedictione, ecce duo formoſiſſimi Adoleſcentes, in medio refectorio apparuere, panes candidiſſimos ferentes, & ab infimis quidem incipientes fratribus, ſingulis ſingulos ſtatim appoſuere panes. Vbi autem ad B. Dominicum ventum eſt, illi quoque panem præbuere; & ſubmiſſis capitibus, ab eorū oculis ablati ſunt. Fatur Dominicus fratribus, qui menſæ miniſtrabant, vt vinum adferrent: illis dicentibus, ſe nihil vini habere; vir Dei plenus Spiritu ſancto: Ite, inquit, ad doliū, & de vino in illud à Domino infuſo nobis haurite. Euntes illi inuenerunt dolium ſuauiſſimo vino redundans, & conferiſſimū.* O panis paruulus pauperi exhibitus tam copioſæ operator annonæ! Vix Dominicus audiuit fratres panem vnicum pauperi dediſſe, cùm ſubodoratus menſæ abundantiam, redditúſque eleemoſynæ, iuſſit centum filios diſcumbere, vt à Domino miniſtrarentur.

Dominici filij cum gratiarum actione poſſent panem inopi Angelo dare, vt inſtar Abrahami, reciperent panis ac vini fontem. Gen.18.

36. Miraris Dominici filios tam facilè adoleſcēti candido panē dediſſe? Certè & cum gratiarum actione exiberent Angelo panem, certi quidem vberiori munere afficiendos, ex ingenio Angeli ſuſcipientis, Abrahamus ad Angelos, *Si inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuum; ſed ponam buccellam panis,* Gen.18. An gratia eſt, pauperes in tuo excipi tabernaculo? An non panem, quem peregrinis præparas, perdidiſti? Minimè verò, potiùs panis appoſitus Angelis ſub inopum ſpecie accedentibus in perpetuū panis & vini conuiuium accreſcet, naſcēte Iſaaco, qui filiis relinquet panis, & vini benedictionem: *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini.* Chryſoſt. *Verè huiuſmodi hoſpitalitas eſt, quæ magis accipit, quàm dat, qui illam promptè & alacriter exercet.* Dant filij Dominici vnicum panem Angelo, centum panes, vinúmque accipiunt. *Ergo hoc eſt,* (adhuc Chryſoſtomus,) *mirabile beneficium.* Ideo aptè profatur: *Si inueni gratiam, ne tranſeas ſeruum tuum, ſed ponam buccellam panis.*

Chryſoſt.

Plus dat pauper, quā accipit. Pſalm.133. Hieron.

37. Dauid cecinit, *Ecce nunc benedicite Domino omnes ſerui Domino, qui ſtatis in domo Domini in atriis Dei noſtri. In noctibus extollite manus veſtras in ſancta, & benedicite Dominum,* Pſ.133. Exponit D.Hieronymus, *Qui in atriis Domini,* ſiue in porticu Templi pauperi impendiſtis aliquid ſubſidij, extollite in ſancta ad recipiēdum donum mirum in modum multiplicatum; plus etenim à paupere recipis, quàm dediſti. *Da pauperibus eleemoſynam, & benedic Domino. Magis tu gratias Chriſto agito, quando dederis, quàm frater, qui à te accipit, tibi agat gratias. Grande nobis beneficium præſtant pauperes. Plus dat pauper, quàm accipit.*

Venit ad Dominicum cum auctario panis inopi datus: Baſil.

38. Et D.Baſilius, *Benefactorum gratia in dantes reuertuntur. Dediſti eſurienti panem? Tibi conſuluiſti. Quod dediſti, ad te cum auctario reuertetur.*

Teſtor Dominicum centúmque filios ex vnico pane dato pauperi ſatiatos. Addit Hieronymus, *Nos damus panem, qui in ipſa die conſumitur; ergo plus dat pauper, quàm accipit.* Quid dat? Panis vnius redditus, nunquam abſumendos.

Hieron.

39. In cuius probationem do illuſtre Dominicanæ familiæ accipientis eleemoſynam exiguam, & perpetuam reddentis annonam, documentum. Fatur Theodoricus, *Duo fratres Ordinis Prædicatorij ad pagum quendam ea venerunt hora, qua ſolet populus Chriſtianus, ad audiendam Miſſam conuenire. Ea celebrata, cunctis in domum ſuam ſecedentibus, & cuſtode Eccleſiam occludente, ſoli fratres in atrio remanſerunt, nec erat, qui humanitatis officio eos proſequi vellet. Vidit eos quidam piſcator pauper, & licèt miſericordia moueretur erga illos, non tamen auſus eſt eos ad ſuas inuitare ædes, quòd non haberet, vnde eos reficeret. At nihilominus domum properè abiens, indicat vxori propenſum animum ſuum. Vtinam, inquit, ſuppeteret nobis, vnde fratres duos alere poſſemus. Reſpondit mulier: Non habeo niſi parum milij. Iuſſit autem vir eius, vt marſupium excuteret, in quo præter ſpem omnem duos nummos reperit. Itaque mirificè exhilaratus homo, Abi, inquit, celeriter, & altero nummo panem, altero vinum eme, deinde milium, & piſces coquito. Fecit mulier, quod iuſſa erat, vir autem abiit ad Templum, & eodem, quo reliquerat, loco fratres ſtantes inuenit, lætus ad ſuas ædes adduxit; qui poſtea quàm in menſa pauperis charitatis fercula ſumpſerunt, gratias agentes abiere, hoſpiti ſuo, vt Dominus retribueret, deprecantes. Itaque reddidit illi Dominus mercedem, ita vt ab illo die non defuerint ex crumena eius nummi duo, quibus domui ſuæ emeret neceſſaria; nam ſimul ac duos expendiſſet nummos, mox alios duos ſibi comperit redditos. Locupletatus eſt præterea agris, & ædibus, habuitque oues, & boues, & alia multa; accepitque à Domino hæredem.* Quàm aptè Ambroſ. ſerm. 67. *Eleemoſynæ erogatio lucrum tribuit eroganti. Ditior enim fit vir miſericors, poſtquam minus habere incipit pauperibus largiendo.* Alibi plura.

Cenſus eleemoſynæ ex qua exhibita Dominici filij.
Theodor.
Ambroſ.

OBSERVAT. VII.

Ad illa verba:

Vos eſtis lux mundi, &c.

Dominicus Sol, inſtar magni luminaris, quinque radiis ornatus, ſcilicet Caſtitate, Charitate, Oratione, Exemplo, & Miraculis.

Aſſero, veracem Diui fulgorem non tam à miraculis, quàm ab exemplis procedere.

40. FAtur Anſelmus, *Vos eſtis Sol mundi, per quem omnes illuminantur à tenebris.* Quinque radiis, velut diademate, ornatum nonnulli Gentiles Solem adorauere, totidem à magno luminari accepta beneficia recolentes, lucis ſcilicet, metallorum, fructuum, diuiſionis temporum, & animantium vitæ. O Dominicum mundi Solem ſplendidiſſimum! Quis queat tot radiorum, vel aquilino lumine aciem ſuſtinere?

41. Radius primus Dominici Charitas. Radijne, an flumina? Sol ne, an Iupiter commendatur? Fuit Charitas non ſolùm effectus, ſed & voluntatis hominibus parum cognita, Charitas deſiderij, & ad largiendum promptitudinis. Seſe fœminæ petenti ſubſidia ad fratrem captiuum redimendum, obtulit venundandum. Toro ex corde promitto, ſponte loquor, offer pro fratris commutatione mancipium. Et effectum promittit, & bona voluntate offert. Chriſtus ſeſe captiuum ad hominum redemptionem dedit; humanitas enim captiuitatis nomine deſignatur, iuxta Dauidicum, *Captiuam duxiſti captiuitatem.* An bona voluntate, vel Patris coacta obedientia? Angeli cecinere: *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis*, Matth. 2. Haud exiſtimet orbis me captiuitati addici renitentem. Bonæ voluntatis pacem, ſeu libertatem captiuis offero. Pulchrè Paſchaſius, *Charitas bonæ voluntatis præconio commendatur Angelico.* Quod præcinit Vates, *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem*, Pſalm. 40. Aliter, *Qui intendit*, id eſt, qui quod dat effectu, intendit voluntate.

Charitas Dominici ſe offerentis venundandum pro captiuo, bona voluntatis fuit charitatis IESV æmulatrix.
Matth. 2.
Paſchaſ.
Pſalm. 40.

42. Secundus à Caſtitate fulgor. *Sol quotidie naſcitur*, nunquam torpet otio, ſemper illuſtribus actionibus curam impendit, vt eo ex capite ſymbolum gerat puritatis. Aliquando Daphnidis ſurrexit amaror? Officij Paſtoritij ſtuduit vacationibus. Ab otio Dominicus fugiebat illectamento impuritatis. Formoſiſſimus adoleſcens imitator Ioſephi ab impudicitia tot mancipiorum Domina vinci non potuit. Philo ponderat Hebræum caſtiſſimum muneris ſui rationes euoluere, cùm ab otioſa Putipharis vxore diem feſtum celebrante adorſus fuit. Vt temperantia laboribus addicta, impudicitia inducatur otioſa. D. Nilus in Aſc. *Eſt otioſitas nouerca caſtitatis.* Dæmon quidam Dominico fatur, ſibi placere Monialium illud cubile, vbi cum ſæcularibus otio torpentibus colloquuntur; quia ex otioſitate immodeſta verba, immoderatæque prolabuntur actiones.

Dominici Caſtitas ab otioſitate fugientis.
Philo.
Nilus.

43. Tertium fulgorem dixerim Exemplum, quo Sol Dominicus in fidelium præcordiis metalla pretioſiſſima progignebat. Auunculus eius Oxomenſis Epiſcopus expertus Canonicos illius Eccleſiæ parum virtuti addictos, Dominicum Canonicum conſtituit, vt vitæ fulgoribus, (prædicatione quidem in ſilentio,) eos ad frugem adduceret meliorem, è ſæcularibus Regulares efficiens. Dux Gedeon militibus indixit, *Quod me facere videritis, hoc facite*, Iudic. 7. Cur non verbis præſcribit actiones? Reſpondet Nazianzenus, *Opus enim ſermone fortius eſt, & validior operis, quàm oris vox.* Paulus, *Aſpicientes in Authorem fidei, & conſummatorem* IESVM, Hebr. 12. Cur non dixit, Audientes Magiſtrum, ſed, *Aſpicientes?* Ex mente Bernardi *ſerm. 59. in Cant.* reſpondeo, quia ad perſuadendum, plus efficax eſt operis ſermo, quàm oris. Se ipſum Dominicus ſubtacens exemplum bonorum operum offerebat, iuxta illud Apoſtoli, *in omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum operum*, Tit. 2. vbi Anſelm. *Qui te viderint, legant in operibus tuis veluti in libro, quid agere debeant.* Legebant profectò Canonici in Dominico operante, & minimè loquēte, rectè ducendi vitā documēta. O exempli vis virtutis fermentum totam corruptam maſſam ad incorruptionem referens.

Dominici exemplo vita, non verbis, Canonicos ad virtutem adduxit.
Iudic. 7.
Nazianz.
Hebr. 12.
Bernard.
Tit. 2.
Anſelm.

44. Iam quartus fulgurat efficaciſſimæ orationis radius. Ciſtercienſis Ordinis Priori Dominicus,

Dominici

Conſiteor

Oratio velut incantatio erat ineuitabili effectu exaudita. Anton. Theodor.

Confiteor hoc, inquit, *tibi*, (cum Theodotico & Antonino loquor,) *me nunquam quidquam in hac vita poſtulauiſſe à Domino, quod non pro voto impetrauerim. Poſtula ergo*, (ait Ciſtercienſis.) *Magiſtrum Conradum ad tuum venire contubernium, quod Prædicatores filij tui tam anxiè expetiūt.* Cui Dominicus, *Rem difficilem poſtulaſti. Attamen ſi velim hac nocte Dominū deprecari, de ſolita eius benignitate nihil ambigo, quin ſit noſtras admiſſurus preces.* Orat Diuus, illuceſcēte verò die præcinentibus fratribus, *Iam lucis orto ſydere, Conradus* ſydus fulgentiſſimum *ad* Solis *Dominici pedes aduoluitur, admittique ſe in fratrem, inſtanter, & humiliter obſecrat, & impetrat.* Poſtulant

Charior ne Zebedæi filiis Virginis amulator?

chariſſimi Zebedæi filij Iacobus, & Ioannes, & repelluntur: *Neſcitis quid petatis. Sedere ad dexteram meam, vel ſiniſtram, non eſt meū dare vobis*, Matth. 20. Dominicus petit, nec repellitur. D. Bernardus aſſerit proprium Deiparæ exorantis non poſſe pati repulſam. Filio ne Dominico piiſſima Mater hanc impetrauit gratiam? Num oratio Dominici incantatio eſt, quæ ineuitabiliter alligat? Fatur Iſaias, *Domine, in anguſtia requiſierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis*, cap. 26. Hebraicè, *Effundunt oratoriam, quando caſtigatio tua eis.* Vbi Forerius aſſerit verbum illud, *Oratoriam, incantationes* ſignificare, ſeu *compoſitas arte orationes*, ad ineuitabilem effectum. Orante Dominico, Deus infallibiliter beneficia præſtat: ergo Diui noſtri exoratio ineuitabilis incantatio eſt.

Iſa. 26.

Forer.

45. *Dominici illuſtria miracula. Attamen illuſtriſſimum eſt, ſancti Ordinis exædificatio.* Antonin. & alij.

Quintus denique Solis Dominici radius illuſtriſſima miracula, quibus fidei dogmata confirmauit ad infidelium robur, hæreticorum confuſionem. Venit aliquando Dominicus cum conuerſo quodam Ciſtercienſis Ordinis ab hæreticorum conflictu ad Eccleſiam clauſam, orat ad oſtium, & mox clauſis ianuis in ea mirè ſe intra Templum conſpiciunt introductos. Concionanti Diuo Dæmoniacus oblatus eſt, eius illicò oratione liberatus. Quadraginta viri ſubuerſa cymba, ſubmerguntur, Dominicus acceſſit ad litus, & præmiſſa oratione, Præcipio, inquit, vobis, vt omnes ad litus progrediamini. Cuncti incolumes obſequūtur. Romæ gerens concionem filium matronæ nobiliſſimæ vita functum reuocauit ad ſæculum. Cumque Summus Pontifex vellet tantum miraculum toto orbe proferri, verus cultor humilitatis obſtitit, proteſtans, ſi id fieret, mare tranſmiſſurum, vt honorantem fugeret regionem. Vnum præterea & alterum cadauer vita donat, omnibus ægritudinibus pharmacopolium ſua efficaciſſima oratione exponit. Alij ſcripſerint, alij panegyride celebrarint. Ego quidem vnum illud mirorum mirum celebre nitar. Ordinem ſcilicet Prædicatorum à Dominico exædificatum. An non mira eius dilatio, inſtitura, miniſteria, prædicatio, abſtinentia? Non ne mirabilis eius ſapiētia innumerabilibus expreſſa voluminibus? Num non gratiæ miracula Dominici filij? Dilecta Prædicatorum Religio, tot Summis Pontificibus, Cardinalibus, Epiſcopis, Patriarchis, Inquiſitoribus, Catholicorúmque Regum Confeſſariis ornata poſita eſt Domino in miraculum. Quidnam Thomas Angelicus, cuius ſanctitas & doctrina pollent nouam ſuis quæſtionibus adiicere: Vtrum ſanctior, quàm doctus? Vtrum doctior, quàm Sanctus? ſi doctrina, & ſapientia Diui non eſſet manifeſtè filia ſanctitatis. Quidnam igitur Thomas niſi gratiæ prodigium ſingulare? Quidnam Petrus bis Martyr illuſtriſſimus, & vitæ regularis perfecta obſeruatione, & exitiali vulnere pro defenſione fidei, quam Inquiſitor protegebat: niſi gratiæ miraculum? Quid Antoninus, Albertus, Vincentius Ferrarienſis, Iacynthus, innumerique Confeſſores, & Martyres, Catharina Senenſis virginum tot prudentiſſimarum Ductrix, niſi miraculorum cunctorum epilogus? Fatur Auſonius Eccleſiæ exædificationem miraculorum omnium à Chriſto expreſſum maximum extitiſſe, iuxta Propheticum, *Babylon dilecta mea, poſita eſt mihi in miraculum.* id eſt, Eccleſia ex gentibus tot filiis ſanctiſſimis ornata brachij mei omnipotentiam manifeſtat.

Miraculorū omnium à Chriſto excitatorum maximum eſt Eccleſiæ ædificatio. Auſon.

Observat. VIII.

Ad illa verba:

Vos eſtis lux mundi, non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montem poſita, &c.

Dominicus, eiúſque Prædicatoria familia ſub gremio Deiparæ velut gemma pretioſiſſima cuſtoditur. Vnde & Patris, & Filiorum mira humilitas eluceſcit.

Exprimo, ſecuriſſimè degere, qui ſub tutamine Mariæ verſatur.

46. *Mariā ſpecialiter humiles corde cuſtodire aſſero.* Iob 9.

ET lucis & abſcondendæ minimè ciuitatis gerit Dominus memoriam. Aſſerit Iobus Deum ſub ſignaculo ſydera cuſtodiiſſe, ſed non abſcōdiſſe. *Qui ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo*, cap. 9. Addit autem, *Qui extendit cœlos ſolus.* id eſt, oculis ſpectantium obiicit innumeris luminibus decoratum. Ergo ſtellæ lucent dum ſub ſignaculo cuſtodiuntur.

47. *Stellæ Dominici, & eius Ordinis ſub Mariæ ſignaculo recludūtur, vt luceant.* Richard. Theodor.

Exiſtimo Dominicum ſolem, eiúſque filios ſtellas fulgentiſſimas tot radios ſanctitatis, & doctrinæ immittere, qui ſub protectionis Mariæ ſignaculo cuſtodiuntur. Ad illud, *Qui ſtellas claudit ſub ſignaculo*, Richardus Laurent. *Deus extendit cœlum ſolus, ſiue ſignaculum ſtellarum Mariam per charitatem dilatat.* Profectò Dominicanus Ordo ſub Mariæ ſignaculo cuſtoditur. Audi Theodoricum, *Vidit aliquando Dominicus, quòd ſanctiſſima Virgo Mater Domini ſingulorum Monachorum cellas ingrederetur, atque eas aqua benedicta conſpergeret. Vidit & ſedentem rurſum Dominum, & à dextris ei aſſidentem Matrem. Circumſpiciens autem vidit ex omni Natione ſpiritualium Patrum, qui ſacris inſtituendis Religionibus, Chriſto filios, & filias ſpirituales genuerant. Sed nullum ibi ſuorum filiorum videns, triſtabatur maximopere. Innuit autem ei Dominus, quòd ad ipſum veniret. Vis, ait, videre filios tuos. Inſtitutum, & Ordinem tuum ego commiſi Matri meæ. Sed illo inſtante, & cupiente videre filios ſui inſtituti, rurſus ait Dominus: Ita ne planè eos videre vis? ter Domini pallium, quo induta erat, expandit, quod tantæ erat amplitudinis, vt totam cœleſtem Ieruſalem ſuauiter complecti videretur. Inibi Diuus innumerabilem filiorum ſtellæ tam progeniem aſpexit. Quo viſo tanto Dei beneficio, ma-*

gnas Deo, & eius ſanctiſſimæ Matri, Prædicatorij Ordinis cuſtodi, gratias egit.

Dominicus eiúſque Religio clauduntur in Arca, vbi Chriſtus gemma clauſus eſt, vt ſecurè luceant. Pſalm 131. Heſych.

48. Quid mirum, ſtellas Dominici Solis tam illuſtres fulgores ſpargere cœli Mariani ſub ſignaculo? O pretioſiſſimum theſaurum tantæ commiſſum cuſtodiæ! Deipara Arca eſt, de qua Vates, *Surge Domine in requiem tuam, tu & Arca ſanctificationis tuæ*, Pſalm. 131. Cur Maria Arca appellatur? Profectò, quia Dominum pretioſiſſimam gemmam cuſtodiuit. Heſychius Ieroſol. hom. 2. de Deip. *Surge in requiem tuam tu, & Arca ſanctificationis tuæ, quæ eſt hauddubiè Virgo Deipara. Si enim tu es gemma, meritò illa eſt Arca.* Surge ad ſuperos Sol, vt orbi poſſis ſalutares influxus immittere. Ad hoc enim Chriſtus cœlos ſcandit. Sed cur Arcæ veluti gemma addicitur, qui vt luceat eleuatur? Quia claudi lucem ſub Mariæ cuſtodia, idem eſt, quod lucere. Ideo Dominici Religio tot fulgentiſſimos radios ſpargit, quia ſub Mariæ ſignaculo cuſtoditur.

Arca eſt Maria, non concha, Dominici Ordini, ad maiorem ſecuritatem, & fulgurationem. Heſych.

49. Preme Heſychij verba: *Si enim tu es gemma, meritò illa eſt Arca.* Aptius dixiſſet, *Meritò illa eſt concha.* In concha enim gemma gignitur, & recluditur. Cur ergo non dixit, *Si tu es gemma, meritò illa eſt concha*? Quia gemma in concha facilè poſſet à latronibus præripi; at in Arca ſecuriſſimè cuſtoditur. Maria ergo gemmarum eſt Arca, vbi ſine raptoris iniuria cuſtodiuntur. Adde gemmas in concha impolitas omnino commorari, extractas verò perpoliri, lucidáſque reddi. O Prædicatorij Ordinis gemmæ pretioſiſſimæ ad Arcam accurrite Marianam cuſtodiendæ quidem, & in pallio eius cœlis capaciori lucidiſſimos exparſuræ radios.

Dominici Ordo tanquam vitale lignum poteſt omnibus ſecurè exponi ſub Maria cuſtodia. Pſalm. 1. Matth. 21.

50. De Domino Vates, *Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum*, Pſ. 1. Pater Agricola plantando ligno adhuc incumbit. Quare? *Homo erat Paterfamilias, qui plantauit vineam*, Matth. 21. Quàm planè agricolæ, dum ſibi abripere nituntur, omnino perdidere. Ideo Dominus non iam vineam, ſed vitæ Arborem IESVM plantare curat minimè perdendam, abripiendam. Ideo Mariæ cuſtodiæ committit, vt & pateat Eccleſiæ floribus, foliis, ac fructibus ornata; & minimè à latronibus abripiatur. Ambroſius. IESVS *lignum vitæ, lignum ſapientiæ, plantatum in vtero Virginis voluntate Patris: à quo in perpetuum manſurum plantatur, vt fructum daret in tempore ſuo. Non enim potuit areſcere iſta plantatio.* Dominum Arborem vidiſti? Aſpice Dominicum vitale lignum, lignum ſapientiæ tot filiorum fructibus ornatum. Curat cœleſtis Agricola Prædicatoriæ arboris fructus omnibus exponi ſalutares: Vt autem ſine periculo Arbor illuſtriſſimè caput extollat, eam Mariæ cuſtodiæ addicit. Vbi quidem *non poteſt areſcere iſta plantatio.* Ambroſ.

Ob humilitatem Ordo Dominici meruit à Maria protegi, & cuſtodiri. Damaſc.

51. Rogas, vndénam Prædicatorio Ordini tanta felicitas, vt Virgini traditus fuerit cuſtodiendus? Innuit Deus Dominico ex Doctorum, ac Prædicatorum humilitate. Nec enim ſapientia inflati vanitati, ſæculique plauſui ſtudebant: ſed propriæ cognitioni; tunc ſe cunctis minores reputantes, cùm ſuperiores omnibus elucebant. Damaſcenus orat. de Dormit. Mar. apud Metaphraſt. *Maria auerſatur vanam gloriam, quæ ponit ſtudium in rebus inanibus. Ampullis ſuperbiæ hoſtiliter auerſatur. Charitatem, & miſericordiam, & humilitatem in honore habet tanquam ſuas nutrices.*

Quia Dominicus & filij eius cùm ſint os Domini, reputant eſſe pedes, Mariæ acceptabiles exiſtunt. Ioan. 12. Ambroſ.

52. Dominicus ſemper ad pedes IESV prouoluebatur, non exiſtimans ſe capitis ſapientiſſimi imitatorem, ſed pedum eius curans hærere veſtigiis. Dum igitur capitis ſapientiſſimi æmulator, ſe reputat pedem, meretur à Maria foueri, & honorari. *Maria ergo accepit libram vnguenti nardi piſtici pretioſi, & vnxit pedes* IESV, Ioann. 12. Vbi D. Ambroſius *lib. 2. de Pœnit. cap. 7.* in Maria Magdalena Deiparam Mariam contemplatur. *Omnes*, inquit, *ſumus Chriſti corpus, ſed alij fortè ſuperiora membra ſunt. Os erat Chriſti Apoſtolus, qui dixit: Experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus? Vtinam ego pes eius eſſe merear, & mittat in me Maria vnguentum ſuum pretioſum, & vngat.* Os erat IESV Prædicator Dominicus, eiúſque Prædicatores filij: ſed pedes IESV ſeſe reputáres, merétur Mariæ ſuauiſſimo vnguento deliniri.

P A R S   S E C V N D A

T H O M A S.

PARAPHRASIM, ET COMMENTARIOS literales ad caput quintum Matthæi, perquire hîc lib. 6. Part. 1.

Panegyrici Morales circa literam in Thomam Angelicum.

P R O L V S I O.

IAM diu cauſam rimari expetij, cur D. Thomas Doctoris Angelici inſignitur appellatione? An ob viſus aquilini perſpicaciam,

perſpicaciam, acumen ingenij, doctrinæ celſitudinem? An ob virtutum eleuationem, ob virginitatis immoralitatem, ob charitatis cœleſtes fulgores? An ob Euangelici miniſterij perpetem volatum, ob cuſtodiam Eccleſiæ, ob paradiſi romphæa Cherubica defenſionem? Haud vnquam dubitaui. Attamen ex Epiſcopo Equilino aptiùs aſſeruerim, Angelicum Thomam appellatum, quia labiis infantilibus Angelicam ſalutationem vorauit auidè, & in deuotiſſimum Mariæ digeſſit obſequium. *Natus puerulus, Thomas vocatus eſt. Quem cùm* Epiſcop. *die quadam nutrix balnearet, ſtrictam ſchedulam vidit in* Equil. *manu eius*, (probabiliter accepit ab Angelo cuſtode puerum curante ad Angelorum cœtum adducere,) *quam cùm de manu ipſius vix mater auelleret, reperit in ea ſcriptam Angelicam ſalutationem. Sed puer fletibus, & ſignis ſuam ſchedulam inſtanter repetiit, quam ſibi traditam, protinus in ore poſitam tranſglutiuit*, & vt Angelici nominis gloriam acquirat, & vt Mariæ obſequium ebibat à lacte. O ſi virtutes, ſapientiámque tuam ſcribenti Angelice paruule, dignatus fueris dulciſſimæ huius buccellæ vel miram impertiri!

SECTIO III.

Sal terræ.

TEXTVS.

VERS. 13. VOs eſtis ſal terræ. Quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Ad nihilum valet vltrà, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.

IN THOMAM

PANEGYRICVS MORALIS TERTIVS CIRCA LITERAM.

EX SALE TERRÆ.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Vos eſtis ſal terræ.

Doctrina Thomæ ſanctitas eſt, ſanctitas eſt doctrina.
Ant. de Eſcob. & Mend. Tom. V.

Quid doctrina, quid ſapientia ſine ſanctitudine proficit?

ET doctrinæ vim, & ſanctitatis ſaporem
vidimus ſuperiùs expreſſum in ſale. 1
Ita ſapientia & ſanctitas colligari oportet, vt quemadmodum vnico exprimuntur in typo, vno in ſubiecto quaſi identificatæ reperiantur. Quid proficiat ſapientia, quam virtutum fulgor non illuſtrat?

Ad nihilum valet vltrà niſi vt mittatur foras. Strabus, *Sal doctrina eſt, ſal vita eſt.* O Angelicum Thomam, in quo ſapientia, & ſanctitas tam ſtricto fraternitatis, ſeu potiùs identitatis vinculo colligantur, vt aſſerere non dubitem, doctrinam ſanctitatem fuiſſe, ſanctitatem extitiſſe doctrinam. Sanctitatis exercitamentis ſapientiam edocebat, & ſapientiæ exercitiis ſanctitudinem ediſcebat.

2. *Thomas ſimul eſt Seraph ſanctitate, Cherub ſapientia.* Iſa.6. Carthuſ. Venet.

Iſaias olim eleuatiſſimo Deum vidit in throno. *Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri*, cap.6. Porrò Ezechieli duo Cherubini totidem alis ornati præſentantur. Dionyſius Carthuſ. aſſerit eandem aut viſionem, aut viſionis myſterium extitiſſe. Quid Seraphim? *Plenitudo amoris*, ſeu *charitatis*, (vt ait Venetus *qq. Problem. in vetus Teſt.*) Quid Cherubim? *Scientiæ plenitudo.* Ergo Carthuſiani venia nec eadem viſio, nec myſterium idem; ſapientiæ etenim plenitudo diuerſa omnino à plenitudine ſanctitatis. Quot ſapientes inquit? Quot iuſti illiterati? Plenitudo amoris, aut charitatis ad voluntatem pertinet; plenitudo ſapientiæ ad intellectum ſpectat? Quônam modo ergo idem poteſt in Cherubino ac Seraphino, ſeu in plenitudine ſapientiæ & ſanctitatis, aut charitatis ſignificari? Profectò in Thoma Aquinate, (quem aliquando Albertus Dei Thronum appellauit,) Cherubinos ac Seraphinos colligatos aſpicio æternæ vinculo identitatis. Seraphim amoris, ſeu ſanctitatis Diui Cherubim ſapientiæ eſt; Cherubim autem ſapientiæ eius Seraphinus ſanctitatis oſtenditur.

3. *Tam ſanctus, vt videatur, non dediſſe locũ ſapientiæ: tam doctus, vt vix relictum fuiſſe domicilium ſanctitudini videatur.* Iſa.6.

Adeò extitit D.Thomas ſapiens, vt in conſpectu admirabilis doctrinæ eius ſanctitas ineffabilis abſcondi videatur; adeóque apparuit ſanctus, vt coram prodigiis virtutum videantur ſapientiæ diſparere fulgores. Seraphim, ac Cherubim illorum habitus adnotandus. Seraphim quidem duabus alis caput operiebant, & aperientes cor *duabus volabant.* Cherubim autem duabus alis cor operientes, manifeſtantes caput, ſeu faciem, *duabus volabant pennis*, quæ in Seraphinis cor operire viſebantur. Itaque Seraphini cor, vbi amor reſidet, aperientes, caput intellectus ac ſapientiæ domicilium oſtentabant; Cheribini autem oſtendentes intellectum, cor, ſeu voluntatem affectam operiebant. Profectò cùm Seraph, qui *amoris plenitudo*, charitatem, ſeu ſanctitatem oſtentat, ſapientiæ videtur plenitudo operiri ſanctitati victoriam adſcribens. Cùm Cherub, qui *plenitudo ſapientiæ*, obiicit doctrinæ fulgores, plenitudo amoris, aut ſanctitatis operculo addicitur, quaſi palmam ſapientia reportante. At verò in D.Thoma ſimul & Seraph & Cherub vim exerunt vtramque. Tam Seraph oſtenditur ſanctitudinis documentis voluntas Thomæ, vt videatur nec particulam animi relictam ſapienti. Tam Cherub obiicitur intellectus Diui ſapientiæ fulgoribus, vt è throno videatur ſanctitas omnino relegata.

4. *Poſtulat Thomas pro ſapientiæ laboribus præmium debitum ſanctitati, quia eius ſapientia ſanctitas.* Ioan.14.

Poſtquam Thomas tot volumina, (admirabilis fontem doctrinæ,) ſcripſit, poſtquam fulgor ſapientiæ Diui errorum tenebras ablegauit, poſtquam fidei veritas Thomæ dextera ex hoſtibus horribilibus victoriam reportauit, Chriſtus Dominus ſalis huiuſce pelagus apparens Doctori, *Bene*, (inquit,) *ſcripſiſti de me, Thoma. Quam ergo mercedem accipies?* Cui ille: *Non aliam Domino, præter te ipſum.* Quid petis, ô Doctor? Fatur Dominus, *Qui diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus*, Ioan.14. Faciemus vtique manſionem apud eum, qui dilectione, & vitæ ſanctitate dignus tanto munere fuerit; quia ſanctitatis præmium Chriſtus eſt. Cur ergo pro ſapientiæ præmio præmium expetis ſanctitudini præparatum? Certè quia Thomæ ſapientia tota eſt ſanctitas: ſicut ſanctitas Doctoris Angelici tota eſt ſapientia.

5. *Sapientia Thomam fecit omnia pro Chriſto relinquere, vnde ſapientia in Doctore Angelico quaſi ſanctitas reputatur.* Matth.13. Hieron.

Preme illa verba: *Quam ergo mercedem accipies?* Pro ſcientia de Chriſto, pro ſcriptura de Saluatore merces? *Simile eſt Regnum cœlorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas. Inuenta autem vna pretioſa margarita abiit, & vendidit omnia, quæ habuit & emit eam*, Matth.13. Quænam vna pretioſa margarita? Hieronymus, *ſcientia Saluatoris, pro qua Paulus omnia contemnit.* Mercator Thomas vnam Saluatoris ſcientiam requiſiuit, inuenit. At ex Saluatoris ſcientiæ penetratione acutiori, ita ad Chriſtum affectus eſt, vt, inſtar Pauli omnia Apoſtolico affectu reliquerit, ſeſe omnibus humanis affectibus denudarit, vt imitari poſſet eum, quem ex ſapientia diſertius agnouerat: *Vendidit omnia, quæ habuit.* Vnde ſcribens de Chriſto Thomas ita vitam cum doctrina copulari ſtuduit, vt præmium vitæ ſanctitati poſtulet, cùm ſapientiæ munus ſibi donari petis. Ideo Dominus ad munerandam ſanctitatem Thomæ accingitur, cùm doctrinam ſui ſcriptoris contemplatur. O Cherubinum Seraphicum! O Seraphinum Cherubicum.

6. *Ineffabiles fructus acquiſiuit Thoma ſapiẽtia, quia ſimul erat omniũ virtutum exercitatio.* Luc.19. Beda. Strab.

Homo quidam nobilis abiit in Regionem longinquam accipere ſibi Regnum, & reuerti. Vocatis autem decem ſeruis ſuis, dedit eis decem mnas. Cùm autem Dominus reuerſus eſſet, *Venit primus, dicens: Domine, mna tua decem mnas acquiſiuit*, Luc.19. Quidnam quæſo, mna illa? Beda reſpondet, *Mina, quam Græci mnam vocant, centum drachmis appenditur: ſignificat autem Scriptura ſermonem. Negotiamini*, inquit, *dum venio. id eſt, docete* (ait pulchrè Strabus) *& à populis confeſſionem fidei, & morum probitatem accipite.* Doctrina ſcientiam connotat in diſcipulo, non probitatem. Certè Magiſtri perfecti doctrina, & ſapientiam edocet & ſanctitatem; quia ſapientia ſancta eſt. Quinam hic Doctor? *Venit primus, docens.* Beda, *venit primus, id eſt, Ordo Doctorum.* Profectò D.Thomam, qui Philoſophiæ, ac Theologiæ quæſtiones ad Ordinem traxit, Doctorum Ordinem appellarim. Hic profatur, *Mna tua decem mnas acquiſiuit.* Si qui quinque talenta accepit alibi probus negotiator exprimitur, dum alia quinque refert: quid referens decem mnas pro vnica accepta? Porrò Thomas vnus eſt Ordo Doctorum, & multiplex ex doctrina & ſanctitate; vnde ſapientiæ ſanctæ, & ſanctitati ſapienti vnius Doctoris, qui poteſt vniuerſus Ordo Doctorum, ac ſanctorum appellari, vberrimus fructus neceſſariò reſpondet. Beda.

OBSERV

OBSERVAT. II.

Ad illa verba :

Vos eſtis ſal terræ.

Thomas Angelicus ſal eſt auguſtiſſimæ ſapientiæ , cuius dogmata non diſcipulos, ſed Magiſtros informant.

Ea doctrina apprimè commendabilis oſtenditur, quæ ad proximorum ſalutem gerendam erudit diſcipulos.

7. HOc differt ſal terræ à pelagi ſale , quòd hic condit quidem carnes, piſces, panem, reliquoſque cibos ; non tamen eos in ſalem conuertit. At ille petra cùm ſit , dilatatur , accreſcit vicinumque terræ humorem obdurat in petram , quæ poſſit cibis adiicere condimentum. Nonnulli Doctores diſcipulos condiunt, dum eos edocent fidei dogmata,morum documenta : nec tamen hi ad aliorum informationem Magiſtri exponuntur. Alij autem tam perfectè informantur, vt ſal effecti poſſint cibis dare condimentum. D. Thomas ſal eſt non ad diſcipulos , ſed ad Magiſtros condiendos.

8. Quis D. Thomæ ſtudioſus diſcipulus , qui Magigiſter cathedrâ non aſcendat? Bibliothecæ ineantur, voluminum tituli euulgentur , illuſtriſſimorum Theologiæ luminum aſpectentur ſcripta Suarij , Valentiæ , Vaſquez, Bañes, Soto , &c. An non omnium tomi huiuſinodi titulo inſcribuntur : *Suarez in D. Thomam , Vaſquez , Soto , Bañez in D. Thomam* ? Omnes hi ſapientiſſimi Magiſtri profitentur , ſe Thomæ Diſcipulos, qui Eccleſiæ in theatro auguſtiſſimum exerunt Magiſterium. Epiſcopus Equilinus ait, *Scripſit Thomas ſuper omnibus libris Dialecticæ , & penè totius Philoſophiæ naturalis , & moralis ſcripta elegantia , & vtiliſſima in multis voluminibus. Compoſuit & fallacias Logicales rudibus perutiles. Scripſit & Commentarium ſuper quatuor libros ſententiarum. Summam Theologiæ in libros , ſeu volumina quatuor diſtincta. Summam contra Gentiles in libris quatuor conſpicuam. Compoſuit & ſcripta plurima ſuper libris diuinæ Scripturæ plurimis. Super quatuor Euangeliis, ſuper Pſalterium, ſuper Epiſtolis Pauli , ſuper quinque libris Moyſis , ſuper Canticis Canticorum , & ſuper aliis plurimis. Scripſit & quæſtiones de Malo, de Veritate, de Potentia, de ſpiritualibus Creaturis, de Anima, de Virtutibus, & alia multa, & notabilia opuſcula , quæ ſingula ſcribere non occurrunt.* Innumeri materiarum omnium Doctores exſurgunt, Angelici Magiſtri Commentatores , qui Thomæ diſcipulos profitentur. O ſol tot illuſtriſſima ſuccendens luminaria !

Volumina Thomæ innumeros Magiſtros docuere.

Epiſcop. Equil.

9. Redeo ad parabolam decem minarum. *Domine* (inquit primus) *mna tua decem mnas acquiſiuit*, Luc. 19. Ad cuius intelligentiam parabolæ talentorum clauſulam illam expendo: *Domine , quinque talenta tradidiſti mihi , ecce alia quinque ſuperlucratus ſum.* Cui Dominus; *Euge ſerue bone & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis , ſupra multa te conſtituam* , Matth. 25. Cur fidelis vocitatur in pauca? Anſelmus aſſerit ſeruo hoc ſignari Doctorem, qui docens alios, eos ad morum compoſitionem eruditos adducit, non tamen ita, vt aliis proferant Magiſterium. In pauca fuiſti fidelis , quia bonos quidem diſcipulos informaſti ; ſed non illuſtres Magiſtros conſtituiſti. Porrò qui mnam primus reddit multiplicatam, authore Beda eſt *Ordo Magiſtrorum.* Quinam Ordo Magiſtrorum niſi D. Thomæ ſchola , quæ decem mnas, id eſt, penè immenſum cœtum Magiſtrorum edocuit ?

Thomas Ordo Doctorũ eſt, fidelis in multa.

Luc. 19.

Matth. 25.

Anſelm.

Bedæ.

10. Cùm Chriſtus Saulo proclamauit, *Vas electionis eſt mihi iſte , vt portet nomen meum* , &c. Act. 9. eum Euangelicum Magiſtrum inſtituit. Non enim doctrinæ oleum accepit in paropſide abſumendum, ſed in vaſe vtique conſeruandum, ſeu ad cibum, ſeu ad fulgorem. Iam Prophetæ verborum aperitur myſterium. *Vade* (inquit Sarephthanæ viduæ) *pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vaſa vacua non pauca, & mitte inde in omnia vaſa hæc*, 4. Reg. 4. En oleum Magiſterij Doctoris Angelici ; in vaſa multa infunditur oleum , quia vidua debitrix multis creditoribus. *Thomas autem ſapientibus debitor* oleum doctrinæ non effundit in paropſides, ſed in vaſa; quia Magiſter Magiſtrorum exſurgit. D. Auguſtinus ſerm. 206. de Temp. *Cùm omnibus vicinis , & propinquis ; & omnibus omninò hominibus cœperit oleum infundere Magiſter , tunc & ſibi ſufficere , & ab omnibus ſe debitis poterit liberare.* D. Thomas omnibus ſapientibus debitor eſt. Quis enim verè ſapiens , ſi ex Angelici Doctoris oleo non accipiat ? Infundis ô Diue, oleum in vaſa , ſeu doctrinam profundis in Magiſtros , qui inſipientibus debitores exiſtant. Paulus ſapientibus & inſipientibus debitorem ſe profitetur ? Audax ne aſſeruerim, D. Thomam ſolummodo ſapientum debitorem eſſe, cùm video cunctos Doctores Angelici diſcipulos & cathedram ſcandere , & volumina eruditione plena conſcribere ?

Oleum ſapientiæ Thomæ non paropſides ad conſumptionem, ſed vaſa in conſtptibiliter replet , Magiſter Magiſtrorum.

Act. 9.

4. Reg 4.

Thomas videtur debitor ſalis ſapientibus, id eſt , Magiſtris.

Auguſt.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba :

Vos eſtis ſal terræ.

Thomas eſt verè Angelicus, quia non ſolùm eius interni ſenſus , ſeu animi potentiæ : ſed & externi Angelicam ſapiunt naturam.

Ex virginitate ſenſus corporei quaſi in ſpirituales potentias conuertuntur, ad myſteriorum cognitionem.

SYmbolum Angelicæ naturæ ſalem Berchorius expreſſit ob incorruptibilitatem, ob inſigne ſapientiæ , ob hominum præſeruationem, & condimentum. Cuinam autem aptius ſalis huiuſce, ſeu Angelicæ naturæ myſterium aptarim, quàm Doctori Angelico ? 11.

An non hic Angelus, de quo Propheta, *Ecce* 12.

Thomas Angelus doctrina ſua cuſtodiens, ducens, præſeruans, introducens. Exod.23.

ego mitto Angelum meum, qui præcedat te, & cuſtodiat in via, & introducat in locum, quem præparaui. Obſerua eum, & audi vocem eius; quia non dimittet cùm peccaueris: & eſt nomen meum in illo, Exod.23. Angelus, qui ducit, qui cuſtodit, qui introducit in ſuperos, qui à corruptione præſeruat, haud te piaculis fœdari ſinens: quiſnam niſi Thomas Angelicus Eccleſiæ ſal? *Et eſt*, inquit, *nomen meum in illo.* Caietanus, *Et nomen meum in intus eius.* Si de Mariæ nomine Dominus loqueretur, aſſeruerim nomen Virginis in intus Thomæ eſſe, quia ſchedulam, in qua ſalutatio Angelica erat expreſſa, infantulus aſſumpſit. Idem prorſus de IESV nomine affirmarim, quod quidem ſi non deuorat in papyro, cœlitus effuſum cordis excepit in vaſe. An nomen illud IESV in Thomæ præcordiis, adumbrat fore, vt Theologiæ Societatis IESV eruditio ex interno Angelici Doctoris ſenſu ſit proditura? An non totum Societatis ſtudium, occulta quæſtionum D. Thomæ reſerare myſteria. Oleum igitur nomen IESV effuſum in Thomam, transfuſum in IESV Societatem, quæ tot voluminibus Doctoris Angelici dogmata enucleauit: Nomen IESV in illo.

IESV Societas ad occulta D.Th. ſapientiæ arcana peruaſit. Ideo IESV nomen in illo.

13. *Angelus Thomas cœlorum ciuis ad ſupremũ cõſcendit ſapiẽtiæ thronum, occultiſſima myſteria ad terras adduxit: facinus caſtitatis Angelicæ.* Act.6.

Doctoris Angelici Thomas ſortitus eſt appellationem. Quare, precor? Num quia Angelorum miniſterio puritate donatur Angelica poſt ſuperatas libidinis inſidias, effugata muliercula ligno præuſto, & cingulo conſtricto Adoleſcentulo? Ita planè. Cùm Leuita Protomartyr lapidibus quateretur, *Ecce*, inquit, *video cælos apertos*, Act.6. Cur Stephano cœlorum clauſtra reſerantur? Textus reſpondet, *Et intuentes eum omnes, qui ſedebant in concilio, viderunt faciem Angeli.* Angelica viri puritas reſplendebat in facie. Angelus ne Leuita caſtiſſimus? Reſerentur cœleſtia limina ciuem cœlicum exceptura Angelicis Choris ſociandum. D. Auguſtinus homil. 15. de Stephan. *Tanquam oſtenſo ſignaculo, in ſpecie Angelorum, patefactæ ſunt ei cœlorum portæ.* Dum Stephanus Angelicam puritatem imitatur, ſignaculum obiicit cœli cuſtodibus, vt clauſtra cœlorum patefiant. Thomas ergo Angelus ex puritate virginea meritò auolat ad ſuperos, ei clauſtra reſerantur ſuperna, aſcendit ſapientiæ immortalis ad thronum, occultiſſima penetrat arcana: quæ quidem tot libris exponit non ſolùm tanquam credens, ſed quodammodo tanquam qui Angelicis luminibus aſpectauit. *Angeli vident faciem Patris, qui in cœlis eſt?* Thomæ ſignaculum Regium puritatis oſtendenti portæ cœli reſerantur; ingreditur, & egreditur, ſupernæ incola Ieroſolymæ.

Auguſt.

14. *Pulcherrimus Angelus Thomas, vti Stephanus, videt cœlos apertos; quia ei cœleſtia reuelantur arcana.* Act.6.

Profectò ex alicuius mente, D. Thomas Angelici appellationem ob eximiam pulchritudinem ſortitus eſt. Pulcher admodum Thomas, quia membrorum proportioni modeſtiæ fulgor adiiciebatur, ſpecioſiſſimi ſpiritus documentum. Cùm Leuita vidit cœlos apertos, & IESVM ſtantem à dextris Patris, Spiritum ſanctum non aſſerit vidiſſe, quia in pectore continebat: *Cùm eſſet plenus Spiritu ſancto*, Act.6. Igitur fulgores illi pulchritudinis Stephani, (cuius faciem Angelicam mirati ſunt Hebræi Proceres, *viderunt faciem eius ſicut faciem Angeli.*) à ſpiritu, quo plenus erat Leuita, profluxere. Hilarius Arelat. hom. de Stephan. *Abſcondita pectoris ornamenta ſpeculum frontis irradiant. Habens intra ſe Spiritum ſanctum os ſe geſtabat Angelicum.* O Thomam Angelicum! Quid mirum Diuus pulchritudine abripiat oculos velut cœlum ſtellarum, ſi Spiritus ſancti pectus eſt domicilium?

Hilar. Arelat.

15. *Senſus externi Thomæ quaſi participes ſapientiæ internæ quia potentiæ pleniſſima ſapientia in ſenſuum vaſcula refudere.*

Eſto, quòd Thomæ ſpiritus ſit Angelicus. Attamen facies Diui, corporalia membra, externa conſtitutio, viſibiles ſenſus quónam modo ſortiuntur? cum Angelis contubernium? Profectò tanta fuit Thomæ, exiguo annorum curriculo, ſapientia, vt neceſſium fuerit, ſpiritum in externam corporis conſtitutionem ſapientiæ molem profundere, vt tanto oleo non deficerent vaſa. Vnde corporei oculi Thomæ velut ſpiritus aſpiciebant. Senſus omnes externi, inſtar ſpiritualium potentiarum, ad obiecta ſapientiæ deferebantur. Mentem expendo illuſtri Regum teſtimonio. De Dauidis pulchritudine textus locutus, *Erat*, inquit, *adoleſcens rufus, & pulcher aſpectu*, 1.Reg.16. Theodoretus legit, *Erat rufus in pulchritudine oculorum.* Addit, *Imitabantur enim animi oculos oculi corporis. Illi enim acutè cernebant & eum, qui non cadit ſub aſpectum.* Tam acuti & perſpicaces oculi Dauidis, vt æmulatores luminum ſpiritus, ſeu animæ potentiarum, ea, quæ non cadunt ſub aſpectum, ſpiritualia ſcilicet, & cœleſtia myſteria penetrarent. D. Thomæ vel conſtitutio externa Angelica eſt, corporei oculi ſpiritualia quodammodo inuiſibilia vident. Tantæ enim ſapientiæ quaſi incapaces ſenſus interni, in externos quidem ſapientiæ fluuios è mentis pelago profuderunt.

1.Reg 16. Theod.

16. *Thomas alter Paulus quaſi ignorat, an ſenſus corporei participes fuerint myſteriorum cœleſtium.* 2.Cor.12.

Cùm Paulus ad tertium cœleſtem orbem raptus fuit, poſt reditum, *Scio*, inquit, *hominem ſiue in corpore, ſiue extra corpus neſcio: quoniam raptus eſt in Paradiſum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui*, 2.Cor.12. Preme verbum, *ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio.* Paule, vt ſpiritualia dogmata ediſceres, vt cœleſtia myſteria penetrares, extra corpus proculdubio aſcendit ſpiritus. Neſcio planè, an in corpore aſcenderim. Tot enim myſteria cognoui, tam plenos fluuios è ſapientiæ pelago epotaui, vt neceſſum fuerit externos in ſenſus magnam vim liquoris effundi. Cuncta corporis conſtitutio ſubtiliſſimum mutatur in animum, ſenſus in potentias quodammodo conuertuntur; vt tam immenſæ ſapientiæ oleo *vaſa non pauca* præparari poſſint: *Imitabantur animi oculos oculi corporis.*

17. *Senſuum D. Thomæ abſtractio, & in ſpiritum quaſi conuerſio.* Epiſcop. Equil.

Imò & reliqui ſenſus ſe ſe vt ſpirituales gerere videbantur. Ait Epiſcopus Equilinus, *Ex ſtudÿ contemplatione nimia adeò à ſenſibus Thomas abſtrahebatur, vt quaſi in ecſtaſi raptus, nullis ſenſibus, vel motibus corporeis vti videretur ad externa. Non ſolùm enim inter homines non aduertebat: ſed nec viſibilia videbat, nec ad interrogata reſpondebat velut non audiens. Aliquando etiam tanto feruore mentis ſtudio inhærebat, vt de nocte ad librum ſedens, & candelam manu tenens, ac ipſius candelæ conſumptæ cauterium non ſentiens, digitos multa aduſtione lædebat, & quaſi lapis eſſet, vel ferrum.* En oculos, aures, manus, ſcilicet viſum, auditum, tactum Thomæ à viſibilibus obiectis abſtractum ideò, vt ſpiritui velut conuerſus in potentias deſeruire valeat.

OBSERV.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Vos eſtis ſal terræ.

Thomas non iam ſolùm Angelicus, ſed quodammodo Deificus, vt diuidere poſſit lucem à tenebris, ſiue ab erroribus dogmatum veritatem.

Doctores, aut Concionatores, qui ſtudent veritatem à mendacio ſecernere, aut virtutem à vitiis, quaſi Deifici oſtentantur.

18. Remig.

REmigius aſſerit ſapientiam increatam, quæ in hominibus *exſiccat honores fœtorem aufert, & putredinem* in ſale deſignari. Addo ex ipſius mente ſapientiæ increatæ munus eſſe à tenebris lumen abſtrahere, hoc eſt, eliminare errores, hæreſes ablegare, vt lux veritatis fidei præfulgeat. Si ergo increata ſapientia ſal, eſt, quomodo Diſcipulos eodem ſalis nomine decorauit? *Vos estis ſal.* Vos eſtis increatæ ſapientiæ æmulatores, quibus datum à luce tenebras ablegare, vt veritatis luminaria præfulgeant Eccleſiæ.

19. *Exiuenſione ſapientia & virtutū Thomas ex homine mutatur in Angelum, quodammodo mutatur in Deum.* Prou. 4. Strab. Lyra.

Profectò hæc appellatio apprimè Doctori conuenit Angelico. Angelicum dixi? Aptiùs Deificum vocitarim, ſi quidem ſapientiæ increatæ æmulator veritatem vindicat ab errore. Aliquis Diuus tam feſtinanter decurrit ad ſuperos, vt proficiendo ſemper, quodammodo è natura hominis ad Dei naturam tranſuolet. *Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens, procedit, & creſcit vſque ad perfectum diem*, Prouerb. 4. Strabus, *Iuſtorum opera in luce ſcientiæ peracta æternam ducunt ad vitam, quæ eſt perfecta dies.* Lyranus autem, *Incedendo de virtute in virtutem creſcit donec videatur eſſe Deus in Sion.* Quia ego dixi, *Dij eſtis.* Thomas infantulus viam inſtituit, (aptiùs volatum appellabis) & in luce tam ineffabilis ſapientiæ opera exponens è virtute in virtutem adeò creuit, vt iam non Angelus, ſed veluti Deus appareret ex ſcientia & virtute. Vt quod promiſerat ſerpens Adamo, Eritis ſicut Dij, ſcientes bonum & malum; Thomas obediens aſſecutus fuiſſet. Rupertus ait, *Bene ergo progredi dicitur ad meridiem, qui ab aurora vltra vadens, & progrediens de virtute in virtutem, ſine dubio ad plenum, & perfectum peruenit perfectionis diem.*

Rupert.

20. *Perfecto die fruitur Thomas, qui velut Deus ſcientiā boni & mali habet.* Geneſ. 1.

An non perfecto die fruitur, qui veluti Deus ſcientiam boni & mali aſſecutus obiicitur? Proprium planè Dei eſt nomen & luci bonæ, & tenebris malis imponere. *Diuiſit lucem a tenebris, vocauitque lucem diem, & tenebras noctem*, Geneſ. 1. Cur ſolummodo diei & tenebris Deus nomina indidit? Quia Deus ſciens bonum, & malum, poteſt ſolus agnoſcere lucis bonitatem, ac tenebrarum malitiam, nominibuſque diſcernere. D. Thomas quaſi Deus iam, ſciens bonum, & malum, à luce fidei ſeparat tenebras hæreſum; & fidei dogmata, & hæreſum errores propriis nominibus curat inſignite, vt ab hominibus ex nomine dignoſcantur.

21. *Thomas impenſe, vti Deus, nomina luci, & tenebris veritati, ac mendacio.* Theoph. Antioch.

Si Deus Adamo commiſit creaturis nomina indere reliquis, cur ſibi retinuit ſolummodo luci, ac tenebris nomina imponere? Reſpondet Theophylus Antioch. lib. 2. ad Authol. *Lucem Deus vocauit diem, tenebras nominauit noctem. Nullus enim mortalium potuiſſet luci, aut tenebris, vt par erat, nomina imponere. Alij aliis nomina indiderunt, at illa à ſolo Deo nomina ſua acceperunt.* Nullus mortalium potes diſcernere perfectè à tenebris lucem? Ergo immortalis & inuiſibilis Deus ſolummodo valet luci ac tenebris, ſeu veritati, & erroribus nomina indere. Fit igitur Thomas quaſi Deus ex ſcientia boni & mali, & omnium virtutum incrementis: & datum ei à Deo, Deificum munus exercere, dum diſcernit lucem à tenebris, & lucis veritates propriis nominibus diſtinguit, vt à fidelibus colantur; mendaciáque tenebrarum, hæreſum errores appellatione propria notat, vt dignoſcantur, & è corde omninò relegentur.

OBSERVAT. V.

Ad illa verba:

Vos eſtis ſal terræ.

Thomæ ſapientia ſanat & præſeruat; verè ſal.

Illam ſapientiam taxo, quæ floridis ſtudet ſermonibus, non fructibus. Verè ſapiens fructuoſus obiicitur.

22. *Doctor, & Concionator exaltantur non è floſculis verborū: ſed è fructibus.* Remig.

D. Remigius ait, *Sapientia cæleſtis fœtorem aufert, & putredinem.* Ideò Dominus veris Doctoribus inquit, *Vos eſtis ſal.* Euaneſcit ſal, ſapientia, inquam, fatuatur, quæ non ſtudet hominum vtilitati.

Cuncta D. Thomæ volumina euolue, perlege titulos, quæſtiones enucleare cura, adnota apiculorum ac punctorum appoſitionem: & videbis, vel apicula fructibus redundare. Recognoſce fidei fulgorem, Euangelij veritatum conſtantiam, hæreſum relegationem, abiurationem, extinctionem, compoſitionem morum; voluminum innumerabilium elucidationem. An non cuncta D. Thom. ſale redundant? Quonam modo tot tantique fructus exponi potuiſſent, ſi voluminum Thomæ cuncta verba, cunctáque puncta, & apices fructiferi non exiſterent.

23. *Omnia Thomæ volumina, lineæ, verba, apices pleni fructibus.*

24. *Abiectus eſt ille ſermo, qui animæ medelam non ſtudet afferre.* Enodi.

Hæc verax ſapientia, cuius omnia verba fortitudinem halant, illum æmulantia cœleſtem Magiſtrum, cuius ſermo *conuertens animas*, cuius verbum fidele *illuminans oculos.* D. Enodius Orat. in initio Epiſcop. *Nemo quod auribus lenocinatur, credat eximium. Sermo noſter niſi animæ medetur, abiectus eſt. Illum præferte, qui ſpirituali falce purgat interna.* Vnumquodque Doctoris Angelici verbum falx eſt non ſolùm hominis legentis, aut audientis cor purgans: ſed totam ab ſpinis hæreſum repurgans Eccleſiam.

25. *Solus exaltādus ſermo.*

Sapientia profatur, *Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano*, Eccli. 24. Quid cum cedro ſapientiæ? Porrò ſapientia pluribus arboribus

compa

curans animas conuertere, qui totus fructuoſus ſine floribus. Eccli.24. Plin. comparatur, ſed eius exaltatio non omnibus, ſed aliquibus, ſpeciatim quidem cedro, de quo Plinius lib.13.cap.5. *Maioris cedri duo genera. Quæ floret, fructum non fert: fructifera non floret, & in ea antecedentem fructum occupat nouus.* Haud aliter quæ ſapientem exaltant verba non ſunt florida, ſed plena virtutis, vt fructus afferant. Aſt verba floſculis vacua quidem virtutis inaniter in æthera iactitata non exaltant Doctorem, ſed deprimunt.

26. *Tribus arboribus exaltatio tribuitur, quæ ſemper fructibus plenæ obijciuntur.* Integrum iam locum expono. *Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano, & quaſi cypreſſus in monte Sion. Quaſi palma exaltata ſum in Cades, & quaſi plantatio roſæ in Iericho. Quaſi oliua ſpecioſa in campis, & quaſi platanus exaltata ſum iuxta aquas in plateis,* Eccli.24. Tribus arboribus exaltatio tribuitur, Cedro ſcilicet, Palmæ, & Platano; quia huiuſmodi plantæ nunquam non plenæ fructibus aſpiciuntur. At cypreſſus, roſæ plantatio, & oliua in campis, (quæ potiùs dixeris) oleaſter incultus, aut floribus ſolum, aut fructibus inanibus redundantes præſentantur. Non exaltant ſapientiam floſculi verborum, ſed fructificandi vis, cùm homines, audito verbo, aut lecto documento, ad viam virtutis properanter accurrunt.

Hæreticorum doctrina floſculi ſine fructu, auribus ſolummodo lenocinari curant. Achab aiebat, *Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortum olerum,* 3. Reg.21. O inique Rex, vineam accipis fructibus plenam, vt perdas, vt euellas vites, & olera plantes? Melior ne foliorum germen, quàm fructuum abundantia? Ambroſius de Conſtantio Arriano ait epiſt.ad Solitar. *Conſtantius hæreſeos propugnator veritatem, vt Achab vineam, in hortũ olerũ inuertere molitur.* At D.Th. olera cuncta, id eſt, inania verba in vineã inuertere curat, ad hæreticorum confuſionem. 27. *Hæreticus ſermo ex fructibus curat facere folia & floſculos: ſecus ſermo fidelis.* 3.Reg.21. Ambroſ.

SECTIO IV.

Lux Mundi.

TEXTVS.

VERS.15. VOs eſtis lux Mundi. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. 16. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum; vt luceat omnibus qui in domo ſunt. 17. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, *&c.*

IN THOMAM Angelicum.

PANEGYRICVS MORALIS QVARTVS CIRCA LITERAM.

EX LVCE MVNDI.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Vos eſtis lux mundi.

Thomas ex virginitate tot myſteria cœleſtia expreſſit, tot expoſuit arcana, vt cum Prophetis debeat collocari?

Caſtitas quidem admodum confert ad ſapientiam; veritas enim menti puræ apertiùs manifeſtatur.

1. SApiẽtia cœleſtis, quæ ſignatur in ſale, ex Strabi ſententia figuratur in luce, ſed in ea luce quidem, quæ virtutum fulgoribus decoratur. D. Thomæ ſapientiam diximus eſſe ſanctitatem. Iam expendimus nonnullas virtutes egregias, quæ tanto in ſapientiæ lumine rutilarunt.

Et quidem virginitas lucidiſſima prior oculos abripit, quæ Diuum ſic ad ſapientiam aptauit, vt inſtar Prophetarum, Myſteria videret, & teſtis oculatus fidei dogmata exponeret. 2. *Virginitas Myſteria videt vt Propheta.*
Quatuor Philippi filiæ dicuntur *virgines prophetantes,* Act.19. Vndénam fœminis Myſteria videre, & aperire, quæ à viris aſſolent abſcondi? Crediderim ex virginitatis puritate hoc munere donatas. OEcumenius, *Propter pudorem magis hoc aſſequebantur, vt etiam prophetiæ digna haberentur.* Act.19. OEcum.

De vita Saluatoris, de Deipara fœminæ Sibyllæ multa Myſteria, quaſi videntes aperuerunt. Vndénam viraginibus non Hebræis, non fidelibus tanta Myſteriorum penetratio? Ex virginitate profitetur Hieronymus aduerſ. Iouin. *Quarum inſigne virginitas eſt, & virginitatis* 3. *Virgines Sibyllæ Myſteria cœleſtia.* Hieron.

ginitatis præmium diuinatio. Si in infideli puritas videt arcana, quid in Diuo?

4\. *Qui prophetarunt, virgines.* Gen. 41.

Pergo ad viros ſanctitate conſpicuos. Ioſephus vidit Pharaonis ſomnia, *Geneſ.* 41. Horrea exuberanti tritico primis futuris annis ſeptem præparauit, & futuri gratiæ temporis anni cœleſtis benedictionem præſignauit ex Bethleemitico vitali frumento. Quando nam Ioſepho tot myſteria aperiuntur? Certè cum virginitatis coruſcabat fulgore priuſquam filiæ Putipharis nuptias iniret. Daniel Nabuchodonoſoris viſiones expreſſit, ſtatuæ aperuit arcana, futuras præſignauit euentus, *Dan.* 5 An non ex virginitate ad cœleſtis mentis cognitionem eleuatur?

Dan 5.

5\. *Virgo Deipara ex virginitatis perſpicacia vidit Myſteria.* Luc. 1.

Deipara præcinit, *Magnificat anima mea Dominum, & exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes,* Luc. 1. Preme verba: *In Deo ſalutari meo,* &, *Beatam me dicent omnes generationes.* Prima particula exprimit Virginis ſpecialiſſimam redemptionem, qua à debito excidendi communi piaculi fuit liberata. Secunda autem Eccleſiæ nouæ in Deiparam præſignatur affectus. Vndénam tot arcana? An ex maternitate? Aſſerit Origenes ex virginitate prænouiſſe. Vnde Canticum Deiparæ vocitat, *Vaticinium virginale.*

Origen.

6\. *Virgines antiquæ legis prophetico donati ſpiritu.* Antioch.

Curat Antiochus *lib. de virg. cap.* 21. legis antiquæ Virgines recognoſcere, & nullius Virginis fulgorem aſpexit, qui non ſimul prophetiæ dono niteret. Addit Mariam Moyſis ſororem Virginem quidem ex Ambroſij ſententia: ſed quæ Propheteſſa ſimul cognominatur. Addit Eliam, Eliſæum, & Ieremiam virginitate conſpicuos, ſed etiam Prophetico ſpiritu præditos. Addit Doctor, *Alios quis fortaſſe Virgines annumeret, ſed & inter Prophetas.*

7\. *Sic Thomas edocet veritates, ac ſi vidiſſet, vt Propheta.* Trugill.

Angelicus Doctor ſic veritates edocet, ac ſi videret, ac ſi cedri medullam attigiſſet. Non dubitans ſcribit, ſed teſtis oculatus affirmat. *Tanto* (ait Thomas Trugillo) *vtebatur adoleſcens Thomas ſilentio, vt à cæteris condiſcipulis bos mutus appellaretur. Sed cùm ventum eſſet ad illuſtrem quandam, & occultam quæſtionem literatiſſimis viris decoratam, tantum eruditionis, & ſcientiæ torrentem quaſi videns Myſterium, Thomas effudit, vt qui præſidebat Magnus Albertus, diceret: Thoma, tu mihi non tam reſpondentis, quàm Doctoris locum videris obtinere. Conuerſúſque ad auditores, dixit: Vos hunc bouem mutum appellatis? Ille certè tales quandoque mugitus docendo dabit, vt totus poſſit orbis audire.* Bouis typus D. Lucæ Myſteriorum I E S V reſeruatori Eccleſia accommodat ob mugitus, queis cœleſtia occultiſſima expreſſit arcana. Thomas bos Euangelicus occultiſſima Myſteria tam dilucidè aperuit, ac ſi Prophetico vidiſſet ſpiritu. Vndénam precor tanto lumine decoratur, niſi ex virginitatis priuilegio. De Aquila Ioanne, qui Verbi expoſuit Deitatem, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbũ,* &c. Ioan. 1. ambigitur, vndénam tot potuit Myſteria videre, & reuelare? Num ex ſpecialiſſima Chriſti erga eum dilectione? Certè ex virginitate reor ad tot Myſteriorum cognitionem aſcendiſſe. Hieronymus lib. adu. Iouin. *Ioannes quaſi aquila ad ſuperna volat, & ad ipſum Patrem peruenit, dicens: In principio erat Verbum,* &c. *Expoſuit virginitas.* Expoſuit planè non quaſi ex relatione aliorum audiens; ſed quaſi oculatus teſtis agnoſcens: *Quaſi aquila ſuperna volat,* vt Solis increati fulgorem aſpiciat. Thomas aquilino volatu eleuatur ad ſuperos, & Myſteria Deitatis quaſi videns ſcribit. *Expoſuit virginitas* prophetica.

Ioannes aquilinis luminibus vidit Myſteria Deitatis, ob virginitatis priuilegium. Ioan. 1. Hieron.

8\. *Ineffabilis D. Thomæ cōſequentia ex virginitate ortũ ducit. Nec enim conſiquens impudicitia.*

Perpendiſti ne Doctoris Angelici dogmata nunquam non plena ſubtilitatis, conſtantem ſtylum, admirabilem doctrinæ conſequentiam? Conſtantiſſimum hoc ingenium reor conſiſtentiam à virginitate didiciſſe. Propheticæ ſententiæ, Euangelica dogmata mirabili conſequentiæ ſtamine texuntur; hoc enim à ſeculari humana differunt ſcriptione. Vnde conſequentiſſimum Thomam Propheticum, & Euangelicum, appellarim. An non conſtantia huiuſmodi è virginitate exorta? Audi D. Cyrillum *lib. 7. cont. Iulia.* qui de Salomone locutus, *Non enim,* inquit, *Propheta a nobis vocatur, neque Euangeliſta; ſed vir potiùs delicatè enutritus, propter delitias mentem parum conſtantem habens.* Sic ille.

Cyrill.

Observat. I I.

Ad illa verba:

Vos eſtis lux mundi.

Thomas meritò appellatur Angelicus, quia pro tuenda virginitate decertauit.

Ea enim caſtitas Virgines efficit, quæ pugnax exſurgit, & victorioſa fulget, ſeu aduersùs luxuriem in proximis decertando, ſeu proprios appetitus comprimendo.

Virtutum exercitamentis, authore Strabo, homines quaſi exuentes corporis molem, ſubtiliſſimam mutantur in lucem, vt lucis æternæ poſſint præferre fulgores. *Angeli lucis* ideo appellantur (Anſonio adnotante,) quia ex ſubtilitate ſpiritualis naturæ lucis ſubtilitatem referunt. 9. Strab.

10\. *Thomas in ſpiritũ mutatur ex puritatis affectu.* Trugill.

Profectò D. Thomas ex fulgore virginalis affectus in lucis Angelum conuerſus eſt adeò à ſenſibus terrenis abſtractus, vt ſenſu corporeo caruiſſe videretur. Ait ex Annal. Ordin. Trugillo, *Sæpiſſimè Virgini Angelico viro hoc accidit, vt profunda quadam cogitatione eleuaretur adeò, vt aliquando contigerit ipſi, per ſpatium trium dierum eleuari, neque ſentire cauteria, quæ applicabantur à medicis quadam in tibia. Aliquando etiam vix tandem ſenſit ardorem lucernæ accenſæ, quæ eius manum comburebat.* Quid mirum ſi Virgo Angelicus iam quodammodo profectus à viro, celſioris naturæ iure fruebatur? Lux non eſt obnoxia combuſtioni, nec Thomas puritatis luce conſpicuus hominum ſubiacet quodammodo paſſionibus.

11\. *Virginitas pugnax homines facit Angelos.* Iudic. 2. Lyran.

Attamen non quæcumque virginitas homines mutat in Angelos, ſed ea quæ pugnax exſurgit vel aduersùs luxuriem in proximis decertando, vel proprios affectus noxios comprimendo. *Aſcendit olim Angelus Domini de Galgalis,* Iudic. 2. Verúſne Angelus? Lyranus,

Abulenſ.

& Abulenſis *quæſt.* 2. aſſerunt non Angelum verum, ſed Phineem fuiſſe, qui de Galgalis aſcendit. Et quare homo, Angelus appellatur? Frequenter in Scriptura Sacerdos Angelus vocitatur. *In conſpectu Angelorum pſallam tibi*, Pſalm. 137. D. Chryſoſtomus exponit, *Cum Sacerdotibus canam tibi.* Attamen aptiùs aſſeruerim, Phineem Angelum appellari ex caſtitatis affectu. *Vnus de filiis Iſraël intrauit coram fratribus ſuis ad ſcortum Madianitidem, vidente Moyſe, & omni turba filiorum Iſraël, qui flebant ante fores Tabernaculi. Quod cùm vidiſſet Phinees filius Eleezari filij Aaron, ſurrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione, ingreſſus eſt poſt virum Iſraelitem in lupanar, & perfodit ambos ſimul*, Num. 25.. Hic ergo fortiſſimus & illuſtriſſimus vir, qui & afficitur puritatis virtute, & pro ipſa pugnax exſurgit impuritatem flagellaturus, dignè admodum Angelus appellatur. D. Baſilius lib. de vera Virgin. *Qui communicantes in carne corruptibili immortalem puritatis vitam tuentur, Angeli ſunt non obſcuri aliqui, ſed ſanè illuſtres, atque nobiliſſimi.* Duo igitur requiruntur ad Angelicum nomen acquirendum, & puritate nitere, & tueri puritatem.

Pſ. 137.
Chryſoſt.

Num 25.
Pugnax virginitas, vt proximus luxuriem vindicet.

Baſil.

12. Virgo quidem pugnax aptius videtur Angelorum inſignia referre. Angeli etenim cœleſtis Militia vocitantur, Luc. 2. Vt Arnoldus Carnot. *de ſept. Chriſt. verb.* exprimat Angelos ad Virginem Deiparam aduolaſſe, ait: *Tota Militia cœleſtis multitudo circumfuſa vndique cognato cælibatui exhibet reuerentiam.* Ergo tunc virginitas refert Angelorum habitum cùm pugnax oſtenditur, & victrix exponitur. D. Cyprianus lib. de bono pudic. *Virginitas æquat ſe Angelis. Si verò exquiramus, etiam excedit, dum in carne luctata victoriam etiam refert contra naturam.* Nam cùm poſt pugnam victrix euadit, aptius Militiæ cœleſtis victricis ſemper ſpeciem repræſentat.

Pugnax virginitas vt appetitus debellet proprios.
Luc. 2.
Arnold.

Cyprian.

13. De Ioanne Baptiſta ait Marcus, *Sicut ſcriptum eſt in Iſaia Propheta: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam*, cap. 1. Cur Ioannem Deus Angelum appellauit? Anſelmus, Angelus vocatur, id eſt, Nuncius, ſcilicet nunciat de Chriſto, Poſt me veniet vir, qui ante me factus eſt. Beda, Ioannes Angelus non natura, ſed officio. Theophylactus autem, Ioannes Angelus vocatur ob vitam Angelicam, id eſt, ob Angelicam virginitatis puritatem. Pacifica ne virginitas Præcurſoris? Pugnax planè apparuit, vt verè Angelica probaretur. Ideo Regi impudico, *Non licet tibi, ô Rex, habere vxorem fratris tui.*

Ioannis Angeli virginitas pugnax.

14. O quàm pugnax Thomæ virginitas & ad vindicandum luxuriem in proximo, & vt ad ſui ipſius conſtrictionem. Epiſcopus Equilinus fatur, *A fratribus ſuis Thomas violenter rapitur, & quaſi per biennium turris cuſtodiæ mancipatur. Cumque nec minus, nec blanditiis poſſet à propoſito reuocari, per ſpeciem puellæ impudicæ ad eum introductæ ſubuertere quærunt animum innocentis. Qui mox de igne titionem arripiens ſuggeſtionem ignitæ libidinis extra cameram effugauit; factoque ſigno crucis in oratione ſe proſtrauit, petens cum lacrymis à Domino, ſibi dari perpetuæ continentiæ caſtitatem. Mox oranti duo Angeli adſuerunt, dicentes, ipſum clementiùs à Deo exauditum. Qui etiam eum cingulo quodam circa renes reſtringentes, dixerunt: Nullatenus diſſoluetur. Et ex tunc in vita ſua nunquam ſenſit impuræ voluptatis ſtimulum.* Priùs virginitas Diui pugnatura exſurgit, & vt titione proximi impuditiam flagellaret, vt oratione proprios componeret perſiſtenter affectus. Mox Angeli ad victorem ſocium accurrunt, eum iam non hominem, ſed quaſi purum ſpiritum profitentes.

Pugnauit Thomæ virginitas vt vindicaret luxuriem in proximo, & vt ſeipſum vinceret.
Equil. Epiſcop.

Observat. III.

Ad illa verba:

Vos eſtis lux mundi, &c.

Miram D. Thomæ humilitatem ſapientiſſimi illuſtro.

Aſſero, verè humilem nihil in ſe ſpectabile iudicare, miróſque humilitatis profectus innuo.

Apoſtolici viri ſtudent quidem abſcondi, ne ab hominibus valeant ſublimari, ac celebrari. Attamen nec lux, nec ciuitas poteſt abſcondi ſuper polum, ac ſuper montem collocata. Quónam modo poterit ſol è polo fulgorem emittens non videri? Quónam modo poterit ciuitas montium collibus fundata non aſpectari? Oportet planè Diuos ſtudere humilitati, quia magnos quoſque decet humilis exiſtimatio: ſed agnata eſt quidem exaltatio ſubmiſſioni. 15.

Doctor Angelicus in plures Doctores multiplicatus eſt ex minima ſui æſtimatione.

Ineffabilem fuiſſe Angelici Doctoris humilitatem legimus. Poſtquam Thomas Trugillo Magni Alberti illud elogium de Thoma Aquinate ſcripſit: *Vos hunc bouem mutum vocatis? Ille certè quandoque tales docendo mugitus dabit, vt totus poſſit orbis audire*: adiicit, *ſed nihilominus ſanctus Adoleſcens, quamuis tanta celebritate clarus eſſet, in maxima humilitate continebat, neque de ſe quidquam magnum præſumebat.* Imò cuncta in ſe minima eſſe exiſtimabat, & ſapientiam, & volumina. 16.

Nihil de ſe Thomas magnum præſumebat.
Trugill.

Dic mihi, Doctor Angelice, dum magna tot volumina à te conſcripta vides, quónam modo potes tuam ſapientiam minimam deputare? Quia verè humilis nihil in ſe ſpectabile iudicat, lucem ipſam tenebras exiſtimat exire. Iesvs humilium Ductor profatur, *Qui ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis*, Matth. 5. An non Domini mandata ſublimia erant? Cur ergo illa minima appellauit? Reſpondet D. Chryſoſtomus homil. 16. *Sicut ſe ipſum humiliat interdum, & mediocria de ſe loquitur, ita nunc etiam de præceptis ſuis: nos ſcilicet per hæc docens mediocritatem in loquendo vbique ſeruare.* Planè in loquendo, nam in ſentiendo quónam modo aut Chriſtus poteſt non ſcire, ſua præcepta eſſe ſublimia? Aut quónam modo Doctor ab omnibus auditus, lectus, acceptus, commentariis illuſtratus poterat ignorare, doctrinam ſuam ſublimem eſſe? O Thomæ humilitas admirabilis! Et poſt celebritatem, & diſcipulorum plauſum, de ſe quidquam magnum non præſumebat, cunctaque ſua minima exiſtimabat. Non ſolùm humiliter loquitur, 17.

Iesvs ſua præcepta minima vocat ex humilitatis affectu. Thomas ſua volumina ſua dogmata minima ſenſit.
Matth 5.
Chryſoſt.

tur, ſed & ſentit humiliter, iuxta Propheticum, *Si non humiliter ſentiebam.*

18. *Putabat Thomas, ſibi omnia deeſſe, adeſſe alijs.* Trugill.

Recuſauit inire Magiſterium, nec adſcenderet cathedram, niſi apparenti ſeniori, & Dei voluntatem aperienti humiliter obediret. *Cum eſſet Bononiæ,* (ait Trugillo) *& quidam Religioſus hoſpes ad Conuentum illum acceſſiſſet, nec Thomam agnoſceret: habita à Priore venia, vt iret extra Conuentum cum quo primum inueniſſet: contigit vt Thomas ei primus occurreret. Cúmque dixiſſet ei ex Prioris nomine, vt cum eo iret, ſtatim Diuus hoſpitem comitatus fuit. Cúmque non poſſet ita veloci greſſu incedere, reprehendit eum multis verbis hoſpes. At poſtmodum intelligens eſſe ſocium ſuum ſanctum Thomam, veniam ab eo poſtulauit. Cui Thomas, vera Religio in obedientia conſiſtit.* An potuiſſes toto in Cœnobio Fratrem viliorem inuenire? Cur ergo de venia precaris? Ego ô Frater, ſcio, quid mihi deſit, quid tibi adſit. Petrus Bleſ. *ſerm.* 30. (Petrus Bleſ.) aſſerit proprium eſſe eorum, qui radicatam nutriunt humilitatem, ſemper ſe ipſos defectuoſos deputare, alióſque perfectos protireri: *vt ſcilicet ſemper conſideret homo, quia ſibi abeſt, & quid alijs adeſt.*

19. *Thomas in plures Thomas exſurgit multiplicatus ex minima ſui æſtimatione.*

Aſſerunt D. Thomæ ſtudioſi, qui illius geſta conſcripſere, Doctorem Angelicũ ex humilitate mira à Domino fuiſſe adeò exaltatum, vt nullus populus, nulla ætas de eius laudibus, ac encomiis conticeſcat. Speciatim crediderim ex humilitate Diui eius doctrinam ita celeberrime euectam, vt quotidie rotiens Thomas multiplicatus exſurgat, quot Thomæ ſcribunt Commentatores: vt liceat vulgariter, expendere, *Cadaua nacen mil Thomaſes.* Quam quidem multiplicationem ineffabili humilitati Doctoris adſcribendam eſſe cenſuerim. Præfatur Iſaias, (Iſai.60.) *Minimus erit in mille, & paruulus in gentẽ fortiſſimam,* cap. 60. Quónam modo minimus in mille? Procopius (Procop.) ad humilitatis virtutem, mirum in modum exaltandam, refert. Exemplo D. Pauli mentem exponam. Seſe & profert, & ſentit Apoſtolus omnium Sanctorum minimum: *Mihi omnium Sanctorum minimo data eſt gratia hæc euangelizare,* &c. Epheſ. 3. ſe minimum Euangeliſtam, Concionatorem ſcilicet, & ſcriptorem putat. Ideo autem in mille Paulos accreſcens exſurgit. Vides D. Th. in Pauli Epiſtolas ineffabilia commentaria? Legis Caietani expoſitionem? Euoluis Cornelij, Iuſtiniani, aliorúmque doctiſſimorum virorum elucubrationes? Et, quod præcipuum iudico, aſpicis D. Chryſoſt. in Paulum ineffabile commentarium? Cuncti hi Doctores Pauli ſpiritu multos exprimunt Paulos. Vndénam precor Apoſtolus multiplex exoritur, niſi quia ſe cunctis Diuis minimum in omnibus appellauit, & credidit. Procopius (Procop.) pulchrè, *Minimus erit in mille. id eſt, Paulus erit in mille, qui ſibi omnium Sanctorum minimo, vt ſe vocat, conceſſam hanc gratiam ſcribit, vt genti maximæ à Domino præeſſet.* Humilitas ea, qua ſe minimum Paulus adiudicat, mille Paulos peperiſſe monſtratur.

Paulus ſe minimum æſtimans, in mille Paulos multiplicatus eſt. Epheſ. 3.

20. *Franciſcus Aſſiſius, & Paulenſis ex minima æſtimatione in mille Franciſcos dilatari meruerunt.*

Teſtem alium adhibeo D. Franciſcum Aſſiſium, qui ſeſe Ordinemque ſuum minorem appellauit. Franciſcus alter Paulẽſis minimum ſe expreſſit. At Diui innumerabilium filiorum, qui ex ſpiritu, Patris perſonam referunt, parentes exiſtunt: vt conſtet ex minore illa, ac minima æſtimatione ſui, plures Frãciſcos ſurrexiſſe. Adamus ad Iſaiam. Sic ſanctus Franciſcus minor, aut minimus fuit in mille, id eſt, multos propagauit Franciſcos in Religione Chriſtiana. Haud aliter D. Thomas ex minima æſtimatione ſui in mille Thomas eſt propagatus, tot doctiſſimis viris exſurgentibus quotidie, qui Thomæ ſpiritu Doctorem Angelicum multiplicem aſſerant.

Observat. IV.

Ad illa verba:

Vos eſtis lux mundi.

Thomas miro ſilentio animi ac corporis puritatem ornauit, cuſtodiuit.

Silentium enim puritatis animæ, corporiſque caſtimoniæ cuſtos eſt.

Ex ſententia Maximi lucis huius fulgores animi iuſtitia præditi egregias virtutes repræſentant, nempe ſilentium, & orationem. quæ quidem in Doctore Angelico illuſtriſſimè rutilarunt. 21.

De ſilentio Diui ſic Thomas à Trugillo ſcripſit: *Tanto, & tam continuo ſilentio vtebatur, vt a cæteris condiſcipulis bos mutus appellaretur, quaſi per riſum, & iocum.* An Diui hoc natura exigebat? Minimè verò, quia alacri erat præditus affabilitate. Profectò ex virtute Thomas erat ſilentij cultor, vt animi protegeret puritatem. *Cùm ſepeliſſent virum ſanctum,* (addit Author) *coram altari maiori, teſtificatus eſt ſocius innocentiam illius ante omnes, dicens, ſe eum probè cognouiſſe, atque ſæpiſſimè confeſſum fuiſſe, & nunc demum in vltima, ac generali Confeſſione: dixítque, Teſtor Dominum* IESVM, *me eam ſemper in illo puritatem comperiſſe, qua ſolent eſſe quinque annorum pueri.* Vndénam tanta puritas, niſi quia ab infantia Diuus ſilentium appoſuit paradiſi pulcherrimi Cherubinum. 22. *Silentium Thomæ ex virtute: innocentia ex ſilentio.* Trugill.

Ex ſilentij violatione hominum periit innocentia. *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ. qui dixit ad mulierem: Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno paradiſi? Cui reſpondit mulier,* Geneſ. 3. Porrò ad innocentiæ ruinam nec ſerpentis ſufficeret calliditas; nec tentamina profeciſſent: niſi fœmina, fracto ſilentio, reſponderet. Ambroſius (Ambr.) ad Pſalm. 38. *Viciſſemus, ſi Eua tacuiſſet. Ergo primum illius proceſſit ex voce peccatum; & ſerpens ille nequiſſimus, atque verſutus per vocem nos antea tentauit.* Innocentia periit, quia ſilentium Cherubica romphæa aditum paradiſi non obturauit. Taciturnitate Thomas animi cuſtodiuit innocentiam. 23. *Si ſilentium Eua coluiſſet, innocentia non periret.* Geneſ. 3.

Introducitur ad cubiculum adoleſcentis procax puella, quæ perſonam ſerpentis tartarei gerens, multa impudentiſſimè profaretur. Præuſto ligno reſpondet Thomas, voce minimè fugat. Vt enim innocentiam animi, corporiſque puritatem conſeruaret, noluit ſerpenti reſpondere. 24. *Fugat luxuriæ inſidias latens Thomas, quia ſilentium pudoris cuſtos.*

ſilentium námque pudicitiæ ornamentum, & cuſtos. Ambroſius lib.3. de Virg. *Pudor*, inquit, *ornat virginitatem, taciturnitas commendat pudorem.*

Ambr.

25. Vittæ coccineæ labia ſponſæ comparantur. *Vitta coccinea labia tua*, Cant.4. vbi Richardus Victorinus, vt vitta crines, ita labia, ne diſſoluta fluant verba, ſilentium conſtringit. Mox adiicit ſponſus, *ſicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, abſque eo quòd intrinſecus latet.* quod ad pudorem corporis, animíque innocentiam à Patribus allicitur. Cuſtodiantur labiorum oſtia ſilentio, malitia non poterit fœdare conſcientiam, nec ad paradiſum animæ penetrare.

Silentiũ ſequitur innocentia. Cant.4. Richard. Victor.

26. Suſanna aliquando vti Eua verſabatur in horto; ingreſſus eſt ſerpens, cuius perſonam impudici ſenes gerere videbantur. *Ecce*, inquiunt, *oſtia pomarij clauſa ſunt, & nemo nos videt, & nos in cõcupiſcentia tui ſumus. Quamobrem aſſentire nobis. Quòd ſi nolueris, dicemus contra te teſtimonium, quòd fuerit tecum iuuenis. Ingemuit Suſanna, & ait: Anguſtiæ ſunt mihi vndique; ſi enim hoc egero, mors mihi eſt: ſi autem non egero, non effugiam manus veſtras*, &c. Dan.13.

Suſanna ſilentio puritatem cuſtodiuit. Dan.13.

Ambr. Ex mente Ambroſij Suſanna hæc verba Domino orans & ingemiſcens profata eſt, non quaſi cum ſenibus texens ſermonem. Quàm aptè melior Eua non reſpondet ſerpenti, vt animi innocentiam, corporis cuſtodiret pudicitiam. *Suſanna tacebat, ſilentio ſe tegebat ne nudaret pudorem.* Semper D. Thomas Angelicæ puritatis ornatur ſtola, quia miro ſilentio oris oſtia, ſeu pomarij dixeris, communiuit. An non pomarium appellaro labia illa, è quibus non ſolùm myrrha prima, reliquaque aromata; ſed & fructus vberrimi profluxerunt?

Observat. V.

Ad illa verba:

Vos eſtis lux mundi.

Thomas ſapientiſſimus oratione præmiſſa, contra luxuriem, contra hæreticos certamina inſtituebat, & dictis, & ſcriptis; ideò eorum conſilia viriliter diſſipauit.

Oratio enim efficaciſsima ad conſilia noxia obruenda hoſtium Eccleſiæ, & ad ſacra fidei dogmata (ſapientiæ regulam) concilianda.

27. Iam Orationis Thomæ fulgorem obiicio. *Antequam legeret*, (loquor cum Trugill.) *ſcriberet, diſputaret, aut reſponderet, prius orationem præmittere conſueuerat, cuius vi multa ardua, & difficilia penetrabat. Cùm obſcurum quendam Iſaiæ locum legeret, B. Petrus, & Paulus ei apparuerunt, & locum explicarunt oranti. Item comedens cum D. Ludouico Rege Franciæ, cùm eo tempore ſcriberet contra Manichæos, eleuato ex oratione ſpiritu, magno quodam ictu percuſſit palma menſam, dicens: Concluſum eſt contra Manichæos.* Preme, & contra Manichæos victoriam, & loci Iſaiæ intelligentiam. Oratione Diuus aſſecutus eſt, & Iſaiæ vtile conſilium intelligere, & hoſtium Eccleſiæ noxia conſilia diſſipare.

Trugill.

O quot arcana cœleſtia D. Thomæ Angeli ſocio reuelarunt ex orationis merito! *Egreſſus olim Iacob de Berſabee, pergebat Haram. Cumque veniſſet ad quendam locum, & vellet in eo requieſcere poſt Solis occubitum, tulit de lapidibus, qui iacebant, & ſupponens capiti ſuo, dormiuit in eodem loco. Viditque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum, Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes*, Gen.28. Somnus ille orationis exercitamentum innuebat, Egeſippo authore. Angeli deſcendunt ad Iacobum orantem, vt ei Deitatis hærentis ſcalæ cacumini arcana reuelent. *Iacob* (inquit ille *lib. 5. c.16.*) *ſanctus fratre parricidium minitante patriam reliquit, parentes deſeruit, ſolius ſecum orationis ferens viaticum, meritò in peregrinis locis inuenit Angelorum conſilium.* Thomas ſanctus patria relicta, parentibus dimiſſis, Religionis iniuit ſolitudinem, ſolius ſecum orationis ferens viaticum. Meritò ei Angeli apparent, Petrus, & Paulus oſtentantur, vt conſilium proferant circa Myſteriorum cœleſtium intelligentiam. 28.

Thoma Deitatis reuelantur arcana, quia vti Iacob orauit continuo. Geneſ.28. Egeſip.

Porrò & contra luxuriem victoriam reportauit iaculis orationis. *Neque verò* (inquit Thomas Trugillo) *adhuc fratrum malitia, & indignatio deferbuerat, ſed potius in eius cubiculum fœminam quandam non minus procacem, quàm formoſam induxerunt, vt poſſent ſanctum adoleſcentem à ſuo inſtituto reuocare. Qui ſtatim illam expulit à ſuo conſpectu, & arrepto tiione ardenti à cubiculo effugauit, ſupplicique prece Dominum obſecrauit, vt perpetuo caſtitatis dono eum vellet inſignire*, &c. En orationis futuræ virtute conſilia fratrum, impudicæque fœminæ diſſipantur. Tanta enim orationis vis ad noxia conſilia diſſipanda, vt priuſquam oret Thomas, oraturus vtique poſſit exitialia conſilia delere. *Cùm aſcenderet Dauid ſummitatem montis, in quo oraturus erat Dominum, ecce accurrit ei Cuſai ſciſſa veſte, & terra pleno capite. Et dixit ei Dauid: Si veneris mecum, eris mihi oneri: ſi autem in ciuitatem reuertaris, & dixeris Abſalon: Seruus tuus ſum Rex, patere me viuere; ſicut fui ſeruus patris tui, ſic ero ſeruus tuus: diſſipabis conſilium Achitophel*, 2. Reg. 15. Preme illud: *Cùm aſcenderet Dauid in ſummitatem montis, in quo adoraturus erat Dominum.* Non dum orauerat, & quaſi ex virtute orationis futuræ occurrit fideliſſimus Chuſai, quo Achitophelis conſilia diſſipantur. Aiebat Nyſſenus Orat.1. de Dom. Orat. *Quòd ſi oratio negotium præceſſit, peccatum aduerſus animum aditum non inueniet. Dei enim memoria in corde fixa, atque fundata, irrita conſilia aduerſarij manent.* Ponderat verba illa, *ſi oratio negotium præceſſit.* Magna quidem orationis vis cùm præcedens vincit: ſed maior planè cum ſubſequens triumphum agit. Quia oraturus erat Dauid, conſilia Achitophelis diſſipat; quia oraturus erat Thomas, fratrum, meretriciſque conſilia potuit infatuare. 29.

Reportauit orans Thomas victoriam contra luxuriei inſidias, diſſipans fratrũ conſilia. Trugill. 2.Reg.15. *Thomas vti Dauid, non orans, ſed oraturus, diſſipat conſilia fratrũ: tanta vis orationis.* Nyſſen.

Hæreticorum denique diſſipator conſiliorum exſurgit Doctor Angelicus oratione profuſa. Dum orat feruenter, cõtra Manichæorum turbã ab ſoluta victoria. Cinctus Rex Ezechias validiſſimo Aſſyriorum exercitu, *aſcendit in domũ Domini, & orauit in conſpectu eius*, &c. 4. Reg. 19. *Factum eſt igitur in nocte illa venit Angelus Domini,* 30.

Orans Thomas, hæreticorum Manichæorum conſilia omnino diſſipauit. 4.Reg.19.

Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia, 4. Reg.19. Conſilia hoſtium diſſipantur, cùm orationis iacula immittuntur. Egeſippus citat. *Ezechias non verba verbis, neque arma armis referenda credidit; ſed exſurgens cilitio ſe vt ſcuto induit; pro galea cinere caput texuit, pro iaculis orationem intorſit. Aſcendit oratio, deſcendit Angelus, caſa per noctem octoginta quinque millia Aſſyriorum cadauera numerauimus.* Cùm innumerabilium Manichæorum exercitu premeretur Eccleſia, orat Thomas, & aſcendente eius oratione, ipſe Angelus, ſeu Angelicus deſcendit, vnoque ictu totum Manichæoum deleuit exercitum. *Magno quodam ictu* (ait Trugillo) *percuſſit palma* (qua ad Dominum leuauerat). *menſam, dicens: Concluſum eſt contra Manichæos.* Semper enim hoſtium conſilia diſſipantur, cùm precum iacula immittuntur.

Egeſip.

PARS TERTIA

PETRVS MARTYR.

Commentarium perbreuem ad caput decimumquintum Ioannis perquire Tom.6.lib.8.Part.7.

PROLVSIO.

PETRVS Martyr fortiſſimus veræ vitis palmes illuſtris fidei extitit propugnator egregius hæreticam debellans probitatem Deiparæ robore, quæ ſola cunctas hæreſes interemit in vniuerſo mundo. Richardus Laurent.lib.4.de laud.Virg. *Fides integerrima Mariæ, eſt radix eius, manifeſtata eſt in Sanctis. Vnde ipſa verè poteſt dicere: Radix mea aperta eſt ſecus aquas,* Iob 29. *Id eſt, fides, qua Angelo credidi, manifeſtata eſt vbique in Sanctis aquis quidem tranſeuntibus, qui non habent hîc manentem ciuitatem, ſed futuram inquirunt.* Petrus equidem Veronenſis Dominici ſanctiſſimus filius Religioſus, perfectionis adeò ſtudioſus, vt Martyrium fuerit aſperitatis relaxatio, fidei fortiſſimum extitit propugnaculum, Deipara protegente, & roborante. Thomas Lentinus Patriarcha Ieroſolym. *Cùm Petrus ante imaginem Virginis Deiparæ oraret commendans ei labores ſuos, atque Inquiſitoris officium; apparet ei Virgo proferens verba, quæ Chriſtus Petro Apoſtolo dixerat: Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua. Confortatus verbis hiſce tanquam fortiſſimus, & inuictiſſimus leo ſe præparauit, & accinxit magna conſtantia ad cœptum opus perficiendum.* Quid mirum, ſi fortitudinis Eccleſiæ inconcuſſibili baſi nitebatur?

Richard.

Thomas Lentin.

SECTIO V.

Ex Vite vera Palmes.

TEXTVS.

VERS. I. EGo ſum vitis vera, & Pater meus Agricola eſt. 2. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. 3. Iam vos mundi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis. 4. Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum, niſi manſerit in vite; ſic nec vos, niſi in me manſeritis. 5. Ego ſum vitis, vos palmites, &c.

IN PETRVM MARTYREM

PANEGYRICVS MORALIS QVARTVS CIRCA LITERAM.

EX VITIS VERÆ PALMITE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Ego ſum vitis vera, & Pater meus agricola eſt.

Petrus multis coronis ornatus, Confeſſor, Virgo ac Martyr, cunctas debet Deiparæ Mariæ.

Cui quidem Diuorum omnium adſcribendæ victoriæ.

1. Strab. EXponit Strabus particulam, *Ego ſum vitis. Me, quaſi diceret, præcedentem ad certamina, debetis ſequi; quia ego ſum vitis, id eſt, caput veſtrum, eiuſdem naturæ vobiſcum.* Cur memorat Dominus ſe eiuſdem nobiſcum naturæ, ſeu fratrem noſtrum, cùm ad certamina fides inuitat? Crediderim, vt innuat noſtri ſpiritualis natalitij myſterium. Deipara enim quæ *Filium ſuum peperit Primogenitum,* fideles peperit adoptione IESV fratres & vitis parens & palmitum. Ergo non terreamini certaminum ſtrepitu, ſi ad me vitem veracem pertinetis, ſi ex Maria parente communi ſpiritualiter proceſſiſtis. Fauebit etenim Mater fortitudinis certatoribus.

2. *Coronæ* IESV *Virgini Matri adſcribuntur?* Cant. 3. Profectò Mariæ omnium agoniſtarum adſcribendæ coronæ. Quot coronis Chriſtus noſtrum caput ſtipatus eſt? Et Virginitatis, & Confeſſionis, & Martyrij. An non ipſe voluit Matri Mariæ haſce adſcribi coronas? *Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum Mater ſua in die deſponſationis*, Cant. 3. Afferit Sanchez nuptiis omnibus etiam prophanis de more Matres ſolitas texere coronas filiis ſponſis. Deipara Chriſtum coronauit ſponſum. Richardus Laurent. lib. 3. de laud. Virg. *Videte Salomonem Chriſtum verum pacificum in diademate, quo coronauit eum Mater ſua beata Virgo. Diadema quo Maria* IESVM *coronauit ex auro, & gemmis.* Quinam deſponſationis, & lætitiæ dies? Certè ille, quo fortiſſimus Imperator mortem, diabolum, mundum Martyrio debellauit. Maria ergo victorem Dominum coronauit, quia ipſe curat Virgini cunctas adſcribi victorias. Aſſerit idem Author Deiparam preces toto animi affectu pro Filij certaminibus ac victoriis profudiſſe. *Et exaudita eſt pro ſua reuerentia.* Richard. Laur.

Si Mariæ vitis filij tribuuntur coronæ, ſtrictiori iure palmitum filiorum diademata erunt adſcribenda. Poſt triumphum fortiſſimæ Iudithæ, Holopherne interempto, *Omnes populi gaudebant cum mulieribus, & virginibus, & iuuenibus in organis, & citharis*, cap. 15. Serarius ſic ex Græco: *Et concurrerunt fœminæ ex Iſraël, vt ipſam viderent, & benedixerunt ipſam, & fecerunt ipſi chorum ex ſe ipſis. Et ipſa ſuis manibus Thyrſos ſumpſit, deditque mulieribus, quæ ſecum erant. Et coronauerunt ſe oleaginis coronis tam ipſa, quàm eum ipſa illa. Ipſa autem populum vniuerſum progrediebatur, in chorea fœminas omnes ducens: & ſequebatur omnis vir Iſraëlis armatus cum coronis & hymnis in ore ipſorum.* En vna Iudith & fœminarum & virorum tempora coronis cinxit, quæ & precibus & brachiis comminuerat aduerſarium. Profectò vni Mariæ adſcribendæ omnium diademata fidelium, quia eius interceſſione robur accipiunt ad certamina tam auguſtum, vt ipſi Deiparæ ipſæ victoriæ tribuantur, iuxta illud Eccleſiæ: *Cunctas hæreſes tu ſola interemiſti in vniuerſo mundo.* Ait D. Ephrem Orat. de laud. Mar. *Aue virorum mulierumque Regina, & tutela; aue Domina ſceptrum,* 3. *Virorum ac fœminarum victricium coronæ Virgini tribuuntur vera Iudith.* Iudith 15. Serar.

ſceptrum , & coronam *fidelibus tuis impetrant.*

4. *Maria peperit Petrũ Martyrem Chriſto admodum ſimilem in Martyrio vera natiuitate.* Lentin.

Deipara Petri noſtri dilectiſſima Mater exiſtit; nam quæ pepererat vitem, enixa eſt & palmitem. Eiuſdem ne naturæ palmes & viris? Tam ſimilem Maria peperit Petrum vitæ veraci Chriſto, vt Thomas Lentinus ſcripſerit, *Petri Martyrium reddit illuſtrius , quòd habet paſſio eius quandam cum Chriſti Paſſione ſimilitudinem. Chriſtus pro veritate fidei, quam docebat, paſſus eſt: Petrus pro eiuſdem fidei defenſione. Chriſtus ab infideli populo Iudæorum: Petrus à perfida turba hæreticorum. Chriſtus Paſaſchali tempore crucifixus eſt: Petrus eodem tempore eſt caſus. Chriſtus ſub mortem. In manus*, inquit, *tuas Domine, commendo ſpiritum meum: Petrus eiſdem vſus eſt verbis morti proximus. Chriſtus pro triginta argenteis proditus eſt, vt crucifigeretur: Petrus quadraginta libris Ticinenſibus venditus eſt, vt tolleretur de mundo. Chriſtus ſua paſſione multos adduxit ad fidem: Petrus ſua morte multos hæreticos conuertit. Videntes enim hæretici tam multa, támque illuſtria Petri miracula, alij Religionem ingrediebantur Prædicatorum, alij ſeueram pœnitentiam inchoabant, & ad fidem conuertebantur; alij perterriti metu fugiebant. Ita nimirum Sampſon plures occidit Philiſthæos moriens, quàm occiderat viuens.*

5. *Deipara promittenti robur ad pugnam, victoria corona adſcribenda eſt.* Lentin.

Cuínam obſecro, tot victoriarum adſcribendæ coronæ, niſi Matri Deiparæ, quæ oranti Petro profata eſt, (vt vidimus in Proluſ.) *Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua.* Multæ Petri coronæ. Adiicit Patriarcha Ieroſolymit. *Ipſo ſui Martyrij die ſimul & Confeſſor, & Martyr, & Propheta, & Doctor eſſe promeruit.* Si id promeruit ipſo Martyrij die, & Deiparæ promittenti Martyrij fortitudo attribuitur, etiam ei reliquæ ſunt adſcribendæ coronæ.

6. *Proiicit Petrus coronas multas in Virginis conſpectu.* Apoc. 5.

Gratiæ igitur Deiparæ è toties coronato Petro exhibeantur. O Petre, tua ante Virginis Matris conſpectum diademata proiicias. *Dignus es Domine Deus noſter*, (clamant ſeniores illi). *accipere gloriam, & honorem, & virtutem, quia tu creaſti omnia*, Apocal. 5. Cur Domino coronæ addicuntur? Quia *feciſti* (addunt) *nos Deo noſtro Regnum, & Sacerdotes.* Ei ergo à quo accipiunt coronas iuſtè illas reddendas iudicarunt. Liceat Petro profari, Digna es Domina mea, accipere gloriam & honorem, quia tu creaſti omnia, id eſt, tu Genitrix Chriſti, me ſpiritualiter enixa es Regem vtique ex Sacerdotio, & ex Martyrio., cuius vulnera te exorans patienter ſuſtinui. Ait D. Baſilius Seleu. Orat. de Verbi Incarn. *Quæ lingua adeò eſt diſerta, & ſonora, quæ Virginem illam pro dignitate decantare queat? Per eam enim illuſtribus bonis ditati ſumus. Ex ipſa namque flos Ieſſe exortus eſt genúſque noſtrum, & gloria & honore coronatum eſt.* Aptiùs dixeris, Ex ipſa vitis vera exorta, Martyréſque noſtri palmites, & gloria eius protectione coronati oſtenduntur.

Baſil. Seleu.

***

Ant. de Eſcob. & Mend. Tom. V.

Observat. II.

Ad illa verba:

Ego ſum vitis vera, & Pater meus agricola eſt. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum.

Petrus fructus ſuauiſſimus ex amariſſimo palmite exortus: ſeu hæreticorum filius malleus à cuna hæreticorum.

Miraculum ne, in filiis non inueniri, quidquid pietatis, aut nequitiæ in parentibus præceſſit?

Cvr excidendus palmes aſſeritur? Quia fructus non refert. Anſelm. *Alia eſt enim vitis in amaritudinem conuerſa*, ſed non vera vitis. *Quomodo enim* (Auguſtin.) *eſt vitis vera, quæ expectata, vt faceret vuas, fecit ſpinas?* Dic mihi obſecro, Quomodo eſt vitis mendax, aut palmes amarus, qui expectatus, vt ferret ſpinas, fecit vuas? Profectò naturæ miraculum reputarim, dum ex rubo dulciſſimum vuorum botrum aſpectarim exortum. Mentem expendo, ex parentibus iniquis aſſolent filij iniqui produci, igni vtique & palmite & botro præparatis; hoc naturale quidem eſt. At ſi videris ex parentibus iniquis produci filios virtute conſpicuos, ornatos pietate, dixeris eſſe gratiæ prodigium. 7. Anſelm. Auguſt.

8. *Hæreticus ſcribẽs quaſi neceſſariò exprimere debebat ſe ab hæreticis parentibus ortum.*

Si hæreticorum filius ſcribat curans ſimumulare pietatem, ex amaritudine fructus è amariſſima vite, ſeu impiis, perfidiſque parentibus exortus oſtenȓabitur. Pelagius nefarius diuinæ gratiæ oſor, vt Eccleſiæ Patrem ſimularet pietatem, dum ſcribunt: epiſtolã ad Demetriadem Virginem immiſit, in qua ſeruandæ virginitatis exhibet documenta. Ad quod argumentum confirmandum trahit Ægyptiæ fœminæ Ioſephum diligentis hiſtoriam, quam impudicis verbis deſcribit. Contra quem Oroſius *lib. cont. Pelag.* inſurgens ſic taxat hypocritam: *Ad Demetriadem puellam ſacram homo inuerecundiſſimus ſcribere non erubuiſti; docens, vt credo, reuerentiam caſtitatis ſub ſtropha Ioſephi, laſciuientis dominæ ſuæ, inopportuniſſimã obſcœniſſimo ſermone texens; Quamquam hoc, quod neque aptè, neque decorè dicitur, tibi imputare non debemus, cui neque natales dederunt, vt honeſtioribus ſtudiis erudireris.* Ex parentibus hæreticis quid Pelagius niſi impietatem didiciſſet?

Paul. Oroſ.

9. *Fuit Petrus Martyr gratiæ miraculum, quia ex perfida vite botrus verax.* Lent.

Iam menti veſtræ ſtupendum gratiæ præſento miraculum. Thom. Lentin. ait, *Petrus Martyr Prædicatorum decus, Italiæ ſpeculum, fidei pugil, ac propugnator egregius in Gallia Ciſalpina, quam Longobardiam vocant, ciuitate Veronenſi ex parentibus hæreſi depravatis traxit originẽ. Vt ſcilicet tanquã lux è tenebris, roſa de ſpinis, flos è ſentibus ortus, tanto amplius reluceret in mundo, redoleret in Cœnobio, rutilaret in cælo: quod è parentibus mentis errore obcæcatis, atque corpore corruptis, gratiæ miraculo, decus virginũ, atque de ſpinis, ſeu palmitibus ſiccis æterno igni deputatis botrus dulciſſimus, ſiue Martyr inclytus eſſet profectus. Tametſi parẽtes habuit*

habuit hæreticos, quorum vt inſtitutione erudiretur, & filium ratio admonebat, & puerum cogebat neceſſitudo: at nihilominus ita ſe mundum ab illorum ſeruauit erroribus, vt neque blandis parentum dolis, neque multa verborum frequentia, ad hæreticorum ſiue colloquia, ſiue conſortia, vel induci potuerit, vel compelli. Quid plura? *Cùm annos ſeptem natus eſſet, & eum parentes interrogarent, quid in ſcholis didiciſſet, reſpondit, Didici, Credo in Deum Patrem omnipotentem Creatorem cœli, & terræ viſibilium omnium, & inuiſibilium. A qua confeſſione* qui viſibilium abnegabant Creatorē diabolo adſcribentes, *neque minis, neque blandimentis vnquam abducere potuerunt.* O puerum ſerpentes comminuentem incunabulis?

Gratiæ miraculum eſt, Mariam liberam circa conſenſum ad maternitatem, periſſe filium in ſimilitudinem ſerui; quia filius ſaſit Matris conditionē.

10. Tam prodigioſus gratiæ effectus eſt, filium parentum impietatem non trahere? Aptè dixit, *gratiæ miraculo* effectum, quòd Petrus parentum non ebiberit impietatem; quia inter auguſtiora miracula recenſetur filius qui parentum conditionem non æmuletur. Iſaias proclamat Regi Achaz, *Propterea dabit Dominus ipſe vobis ſignū: Ecce Virgo concipiet, & pariet Filiū*, Iſai. 7. Quódnam hoc miraculum? Portò magnum erat ſignum Virginem concipere, & filium ſine integritatis diſpendio eniti. Attamen aliud miraculm inibi contemplantur, nempe quòd non ſolùm Virgo, ſed libera ad hoc miniſterium alliciebatur. Multis certè vſus verbis Archangelus, vt Mariam alliceret ad conſenſum; nec antea Filius Dei carnem ex puriſſimo Virginis ſanguine ſumpſit, quàm ipſa liberè profaretur, *Fiat mihi ſecundùm verbum tuum*, Luc. 1. Ex eo igitur quòd libera Mater eſt Chriſti, miraculum id Doctor egregius contemplatur. Iam mentem expono. Electa erat Virgo vt pareret Filium in forma ſerui progreſſurum: *Formam ſerui accipiens.* Vnde mirùm erat aliquid in Matre liberum inueniri. Nam, vt pareret ſeruum, ſeruiliter, & non liberè trahenda ad munus videbatur. Aſſolent enim filij parentum referre conditionem.

Iſai. 7.

Luc. 1.

Gratia miraculum, Mariam liberam circa virginitatis votū emittendum, enixam fuiſſe IESVM, *ſub ſeruilij forma.*

11. Ad meam excogitationem confirmandam Auguſtinum allicio aliud ad miraculum, vel idem planè alio ex prætextu libertatis Deiparæ circa voti virginitatis emiſſionem. Potuit enim cogi ad offerendam animi ac corporis puritatem. Attamen liberè, & ſpontaneè votum emiſit. En miraculum Filium ſeruum, ſeu in ſimilitudine ſerui apparens à libera Virgine progigni. Fatur Diuus lib. de ſanct. Virgin. cap. 4. *Poterat & iuberi Virgo permanere, in qua Dei Filius congruenti miraculo formam ſerui acciperet. Sed virginitatem Deo dicauit illa, vt in terreno corpore cœleſtis vitæ imitatio voto fieret, non præcepto; amore eligendi, non neceſſitate ſeruiendi. Ac ſic etiam in ipſa fœmina, in qua formam ſerui accepit* IESVS, *virginitatem eſſe liberam voluit*, vt ſcilicet gratiæ diuinæ miraculum appareret in fœmina liberè Virgine, ſed filium in ſeruili forma pariente. Si miraculum eſt IESVM libertatem Matris ſpecie viſibili non referre, & praui mores aſſolent faciliùs contrahi: quantum fuit miraculum gratiæ, Petrum cum lacte parentum impietatem non epotaſſe? Ediſcant parentes vitæ puritati ſtudere, vt filij ſapiant vitis qualitatem.

Auguſt.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Et omnem, qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat.

Petrum Palmitem quidem fructiferum ſanctiſſimis Deus Religionis Prædicatoriæ exercitamentis excoluit, vt vberiores fructus & in perſecutione hæreticorum, & in Martyrio produceret.

Edoceris, prius gladio ſanctorum exercitamentorum te cunctas paſſiones ſuperaturum, quàm ad Euangelicum munus, fideíque tutamina procedas.

AIt D. Chryſoſt. *Etiam valdè boni indigent Agricolæ opera. Quis enim* (cum Aug.) *in hac vita ſic mundus eſt, vt non ſit magis magiſque mundandus? Mundat itaque mundos, vt tanto ſint fructuoſiores, quanto mundiores.* Profectò quidam Euangelij Miniſter ad tam egregium munus deputatus à Domino eſt, vt eum priùs excolat diu religioſiſſimæ vitæ exercitamentis, quàm ad munus immittat. Exemplum in Petro Martyre exponam. A Domino aſſumendus ad Inquiſitoris & Prædicatoris contra hæreticam prauitatem munus, ſanctus cùm eſſet in ſeculo, ad Prædicatorum ſanctitatis ſcholam gymnaſium literarum celeberrimum, Ordinem illum adducit, vt exercitamentis illuſtrioribus ſe ſe ad conflictum cum hæreticis præpararet, morte crudeliſſima fidei dogmata aſſerturus. 12.

Chryſoſt.
Auguſt.

Curat igitur Pater palmitem fructiferum excolere. Nam *cùm videret Adoleſcens Petrus* (ex Ieroſolymitano Patriarcha) *ſe variis occaſionibus ad malum inuitantibus, in mundo poſſe diſtrahi, decreuit Ordinem Prædicatorum ingredi, vt ibi Deo commodiùs vacaret, ſimúlque literas, & virtutem perdiſceret multo ſtudio, aſſiduis vigiliis, meditationibuſque, & orationibus. Cæterùm integritatem mentis & corporis, vti ab ætatis primis initiis cœperat, ita ſemper illibatam ſtuduit conſeruare, atque in ea conſeruanda proficere: vt virgo & mente, & corpore permanens nullum quidem vnquā mortiferi in ſe criminis contagium ſenſerit. Erat omnibus amabilis, affabilis, atque magnam humilitatem in ſuis omnibus actionibus oſtendebat. Delectabatur plurimum ſeruiendis infirmis, & reliquis miſericordiæ opibus; quāuis vilia, & obiecta munera viderentur; hæc tamen omnia ſingulari obedientia complectebatur, ita vt Marthā & Mariā in vtraque vita perpetuò imitaretur. Vnde eius deuotio plurimum accreuit adeò, vt magnoperè deſideraret, pro Chriſto vitam & ſanguinem profundere, & pro fidei Catholicæ defenſione.* 13.

Sanctus Adoleſcens Ordinem Prædicatorū init, vt ſe omnino debelles, priuſquam ad Inquiſitoris & Prædicatoris procederet certamina.
Lentin.

Hiſce exercitamentis exultus palmes vbertimos dilatatur in fructus. Apoſtolicum enim emiſſum ad munus cum Iona cœpit inclamare, *Adhuc quadraginta dies & Niniues ſubuertetur. Quod non ſemel dumtaxat* (addit Patriarcha) *ſicut Iona, ſed multoties, & in multis* 14.

Poſtquam à Patre ſic excultus oſtenditur, vberrimus Inquiſitor, & Prædicator fructus profert.
Lentin.

multis ita conſtat ei eueniſſe. Statim Apoſtolicus Prædicator cœpit miraculis coruſcare. Muto vocem reſtituit linguam manu contingens. Auditoribus feruore Solis fatigatis precibus nubem impetrauit, quæ refrigerium corporibus attulit, vt animi poſſet dogmata ſalutis commodiùs percipere. Auguſtiori miro hæretico linguam frænauit, quàm muti diſſoluerat; ne blaſphemus fidei Myſteria conſpurcaret. Adoleſcens deſperatæ valetudinis meritis Diui ſanatur. Parens Petri in extremis conſtitutus bicipitem expulit vermem. Curauit paralyticam fœminam ſeptem annis vexatam. Mantuanam mulierem obitui proximam, proximiorem æternæ damnationi, quia peccata non aperuerat: vtrique vitæ Martyr reſtituit. Denique *Pontifex Summus Innocentius IV. cùm intelligeret Mediolani hæreſum peſtem plurimum graſſari, haberéque multos viros eruditos literis fautores, multóſque Principes potentia armatos conſtituit Inquiſitorem B.Petrum, confidens de eius ſanctitate, litteriſque, & prudentia fidei cauſam ei conferens pleniſſimam ad id muneris poteſtatem. Tam ſapienter ſe geſſit Diuus in eo munere, vt breui tempore hæreſes omnes ibi graſſantes deſtrueret, & extirparet ſuis ſanctiſſimis prædicationibus, exhortationibus, atque conſiliis, & cùm opus erat, punitionibus. Omnes fortiſſimè confudit hæreticos,* queis vſque ad ſanguinem reſtitit.

Illuſtria miracula.

Inquiſitoris munus obit.

15\. Vides Petrum priùs propriæ perfectioni curam impendentem gladium ſtrinxiſſe, vt ſeſe omnino vinceret, quàm ad Dominicæ hæreditatis culturam procederet. Iſaias virum deſcripſerat, dum præclamat, *Et indicabit Gentes, & arguet populos multos. Et conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces*, cap.2. An Verbum diuinum ad hoc carne induitur, vt edoceat homines gladios in vomeres, lanceas in falces commutare? Imò digniſſimus fuit Incarnationis fructus. Diuino enim Magiſterio perfecti viri prius ſuperandis imperfectionibus gladij ac lanceæ miniſterio ſtudent, quàm procedant ad vomerem, quàm tendant ad falcem, Euangelica geſturi miniſteria. D. Nilus in Aſcet. *Tunc cæteri ſunt excolendi, cùm omnes à nobis victa ſunt cupiditates: & nulli nos hoſtes ampliùs oppugnant, nec arma ad nos tuendos ſunt ampliùs neceſſaria. Quemadmodum enim ad eos, qui egregiè pro virtute decertarunt, illa pertinet adhortatio: Conflate gladios veſtros in vomeres, & lanceas veſtras in falces, vt ad multorum vtilitatem animi à bellica exercitatione ad alios excolendos conuertant.* Potuiſſet Petrus dum ſæculo commorabatur adoleſcens iam gladium in vomerem, iam lanceam in falcem commutare, qui nunquam fuit graui piaculo infectus. Attamen ad perfectionis properauit ſcholam, vbi certamina vitiis indicenda, virtutum æmulationi dicauit. Ideo ad rem culturæ procedens vbertimos fructus litauit Eccleſiæ.

Petrus gladium, quo ſe omninò vicerat, conuertit in vomerem, ad Euangelij culturam.

Iſa.2.

Nilus.

16\. Poſt adoleſcentis Prodigi reuerſionem, *Dixit Pater ad ſeruos ſuos: Citò proferte ſtolam primam, & induite illum, & date annulum in manu eius, & calceamenta in pedibus eius*, Luc.15. Prius filius annulo ornatur, quàm calceamenta pedibus adaptentur. Quónam myſterio? D. Ambroſius, *Annulus quid eſt aliud niſi ſynceræ fidei ſignaculum, & expreſſio veritatis? Calceamentum autem Euangelij prædicatio eſt.* Prius ergo ſynceritatis fidei documenta exprimuntur ex virtutum exercitamentis, quàm ad prædicationem Euangelij, eiuſdémque fidei ſynceræ defenſionem, & illuſtre Martyrium procedatur?

Prod. ergo non prius prædicationis munus committitur, quàm fidei defenſio actionibus oſtenditur.

Luc.15.

Ambroſ.

17\. Abrahamo Dominus, *Tolle filium tuum, quem diligis, Iſaac, & vade in terram viſionis, atque ibi offeres illum mihi in holocauſtum*, Gen.22. Si fortiſſimus Patriarcha filium vnicum vulneraturus, ſéque ſimul compaſſionis Martyrio interempturus erat, cur tot vtitur moris, ex itineris longitudine? Certè, quia ad actionem difficillimam occiſionis vtriuſque egregiis erat virtutum exercitamentis præparandus. Differtur ergo effectus, vt affectus multi reddant virum ad dira immolationis certamina fortiorem. Origenes hom.8. in Gen. *Per triduum ambulat Abraham, vt per totam viam cogitationibus diſceptatur, hinc vrgente præcepto, illinc filij affectu reluctante. Vt per omnia hæc ſpatium certaminis accipiant hinc affectus, inde fides, illinc amor Dei.* Petro quidem Dominus Martyrium indixit, ſante Patriarcha Ieroſolym. Porrò Martyrium, & ſepultura reuelata fuit viro ſancto, antequam moreretur, atque ita pronunciauit Fratribus; dicens ſe manibus hæreticorum fore interficiendum. Cur Diuo Martyrium reuelatur? Certè *vt ſpatium certaminis acciperent affectus, fides, & amor Dei.* Mirum in modum cuncta hæc cumulantur in Petro ab ipſo ingreſſu Religionis ex feruentiſſimo deſiderio Martyrij, & ex omnium virtutum exercitamentis. Vt ſpatium diuturnius acciperent certaminis Petri quàm Abrahami affectus, fides, & amor.

Petro indicitur Martyrium, ſed prius actionibus egregiis præparatur, vti Abraham ad filij, ſuique ipſius iugulationem.

Gen 22.

Origen.

18\. De Chriſto Propheta, *Paruulus*, inquit, *natus eſt nobis, & Filius datus eſt nobis; & factus eſt Principatus ſuper humerum eius*, Iſa.9. Quandónam Principatus ſuper humerum factus, niſi quum Crucem deportauit, vt ſuffigeretur? Id autem non mox poſt natalitium effectum eſt: prius enim Dominus tibi naſcitur, tibi viuit virtutum exempla exponendo, quàm Martyrij vulneribus conſummaretur. Pulchrè D. Auguſtinus ſerm.1. in Epiph. *Tibi naſcendo Chriſtus aduenit, tibi viuendo militauit*; & poſt hæc *tibi moriendo conflixit.* Diuturnis enim exercitiis virtutum ſeſe ad Martyrij conflictum præparauit.

Prius quàm Ieſus Martyrium ſubeat, ſanctiſſimis actionibus rutilans oſtenditur.

Iſa.9.

Auguſt.

19\. Petrus puer pietati litauit ſtudium, adoleſcens Prædicatorium Ordinem iniuit, auguſtiſſima fidei, ac virtutum documenta expoſuit. Tandem Martyrio illuſtriſſimo coronatur. Liceat Quintiliani ſententia roborare, qui *declam.* 2. ſic Marianum Militem commendauit egregium: *His ortus ipſe procul ab omni contactu receſſerat, pueriles quoque annos aliquo ſemper opere durando, ſequi pecora primò, arcere gregibus feras, aliquid audere maius annis. Ludus fuit, rotare ſaxa, vibrare iactu ſudes, ſaltus agitare venatu. Mox vigentibus lacertis, humum ſcindere, ſegnem futuris noualibus eruere ſyluam, ſic effectum eſt, vt poſſet citò militare.* Profectò Petrus multa addidit puer maiora annis: adoleſcens propriam hæreditatem coluit, proximorum vir noualibus ſegnem ſyluam eruit. Sic effectum eſt, vt poſſet militare, vt cum hoſtibus horribilibus concertare valeret, eóſque Martyrio illuſtriſſimo.

Petrus puer, adoleſcens, vir ſeſe præparauit egregiis operibus ad Martyrium.

Quintil.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Ego ſum vitis vera.

Petrus non trahitur ad Martyrium,ſed Chriſtum lubens ſequitur,perſecutionis quærens certamina, mortis captans pericula.

Fortiſsimorum IESV *militum eſt, labores quærere, ad dira certamina properare.*

20. *Strab.*

FAtur Strabus exponens verbum, *Ego ſum vitis. Quaſi diceret, Me præcedentem ad Paſſionem debetis ſequi, quia ego ſum vitis, id eſt, caput veſtrum.* Si ſequi debent Saluatorem,cur non præcipit, vt ſequantur? Quia fidelibus ſeruis non eſt imperanda paſſionis participatio, qui ſe nunquam non exiſtimant debitores. Me præcedentem ad Paſſionem debetis ſequi.

21. *Petrus Martyr affectu pro fide occumbendi præuenit vulnera, properauit in ictus.* Lentin.

Fideliſſimum Petrum reor, qui toto affectu ſemper in laborum ſuſtinentiam deferebatur adeò, vt properantibus hoſtibus ad vulnus lethale inferendum, ipſe properantior ad ſuſtinendum feſtinabat. Audiendus Patriarcha Ieroſolymit. *Cùm viderent hæretici, ſe tantopere confundi prædicationibus, & diſputationibus B. Petri, machinati ſunt inter ſe, quomodo eum poſſent interficere; arbitrabantur enim, eo de vita ſublato, liberè eſſe regnaturos. Porrò anno ſalutis 1252. die Sabbati illius, quod eſt finis Quadrageſimæ, dicitúrque Sabbatum in Albis, Athleta Chriſti de ſuo Cœnobio ad certamen fidei Mediolanum contendens, nitebatur præfixum terminum preuenire. Cúmque iter medium carperet, quidam hæreticus cruentus hæreticorum ſatelles pretio conductus, in agnum lupus, in mitem ferus, in pium impius, furibundus in manſuetum, prophanus in Sanctum auſu ſacrilego incurrit, & de Chriſti Sacerdote victimam faciens ſacrum illius caput enſe ferit cruento, diráque illi ſemel atque iterum repetitis ictibus vulnera imprimit, & ad fratrem Dominicum Diui comitem aërem miſerandis vocibus implentem, opémque implorantem, mox cruentus carnifex ſe conuertit, & quatuor illi lethalia vulnera inflixit.* Illud expende: *Nitebatur præfixum terminum præuenire.* Fidei defenſor ad necem properat, feſtinat ad vulnera; & quia in Cœnobio pax,Mediolanum pergit, dira certamina requirens.

22. *Sebaſtianũ imitatur Romam profectum, vt quæreret Martyrium, quia Mediolani erat pax.* Ambroſ.

Cùm Mediolanum audio, alterius illuſtriſſimi Martyris defenſoris fidei recordor, Sebaſtiani ſcilicet. Qui quidem Mediolanenſi pacifica vrbe dum commoraretur, cupiénſque miles pro fide viriliter decertare, Romam profectus eſt, vbi crudelitas in Chriſticolas deſæuiebat. Audi Ambroſium ad Pſalm. 118. Octon.20. *Vtamur exemplo Sebaſtiani Martyris. Hic Mediolanenſis vrbis oriundus eſt. Fortaſſe iam diſceſſerat perſecutor, aut adhuc non venerat in has partium, aut mitior erat. Aduertit hic, aut nullum eſſe, aut tepere certamen. Romam profectus eſt, vbi propter fidei ſtudium perſecutiones feruebant.* Quàm iuſtè Sebaſtianus defenſor fidei vocitatur à Caio ſummo Præſule! Quàm meritò Petrus fidei propugnator appellatus eſt ab integerrimo Tribunali fidei Diui ſolemnia celebrante!

23. *Chriſtus ſe oſtendit hominum defenſorem, dum properat ad Martyrium à cunabulis. Æmulator Petrus.* Luc. 2. Bernard.

Angelus ad Paſtores, queis natum aperuerat Saluatorem propugnaculum Iſraëlis, *Et hoc vobis ſignum: inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſitum in præſepio*, Luc. 2. An non potuit molli in thalamo Eccleſiæ ſponſus reclinari? Ita planè, ſed elegit in præſepio, vilibúſque excipi pannis, vt verè hominum Protector oſtenderetur ille, qui Martyrium iam à cunabulis requirebat præueniens Crucis tempus. Bernardus ſerm. 2. de Natiu. *Egredietur & cum paupertate, quia in pannis viliſſimis reclinatus, iam ex tunc ſanctiſſimis membris legem Martyrij præfigebat.* Ex eóque Protector hominum appareret, quod ad quærendum Martyrium properabat. Petrus Protector fidei verè oſtenditur, & Martyrij leges ſuo in corpore puer, adoleſcens, & vir oſtentans, & ad vulnera properans exitialia.

24. *Petrus conatus Baptiſtæ æmulatus eſt, dũ properat ad defenſionem caſtitatis, & Martyrium, ex vtero proſiliens.* Luc. 1. Chryſoſt.

An Petrus fortiſſimos Ioannis Baptiſtæ conatus fuit æmulatus? *Factum eſt*, (ait Lucas,) *vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in vtero eius*, cap. 1. Quænam hæc exultatio? Profectò caſtitatis defenſorem veracem ſe oſtendit Præcurſor, dum ad Martyrij certamina properare contendit. Pulchrè Chryſoſtomus, *Tanquam iniuſtam cuſtodiam*, (ait apud Suri.) *quatiebat matricem, in clauſtra naturæ inſultabat calcibus, & clauſis labiis vociferabatur ſignis, talia matri dicens: Iniquè facis ô mater, quæ Martyrem Prophetam ſtringis?* Cur non ſinis progredi ad Prophetæ certamina? ad Martyris victorias? Propheta Regi proclamabo, Non licet tibi habere vxorem fratris tui, defenſor vtique caſtitatis: & Martyrij vulnera præueniam; me quidem verum virtutis Protectorem oſtentans.

25. *Deus ſe defenſorem Iſraëlis oſtẽdit ad flammas Paſſionis typum pergens ante tempus. Petrus fidei defenſor verè, Martyrium requirens.* Exod. 3. Tertull.

Protector Iſraëlis Moyſi apparet in rubo. *Apparuitque ei Dominus in flamma ignis: Abſcondit Moyſes faciem ſuam, cui ait Dominus: Vidi afflictionem populi*, &c. Exod. 3. Vbi Tertullianus *lib. adu. Gnoſt. cap. 1.* aſſerit Deum Iſraëlis Protectorem ad flammas, (quibus Paſſio figurabatur,) properaſſe, vt ſe verè Protectorem hominum oſtenderet: ſuóque exemplo illuſtriſſimos fidei defenſores Martyres edoceret præuenire Martyrium, dum flammis immergitur ante Crucis inſtantiam. An non fides æſtuat in rubo, patiente Saluatore? *Cùm igitur fides æſtuat*, (ait Doctor,) *de figura rubi, Gnoſtici erumpunt, Valentiniani proſerpunt, omnes Martyriorum refragatores ebulliunt.* Defenſores fidei Martyrij quærant occaſiones, vulnera præueniant. Petrus Martyr iuſtè Protector Tribunalis fidei, Patronus, Defenſor appellatur, qui fortiſſimus properauit ad vulnera requirenda.

* * *

PARS QVARTA

CATHERINA SENENSIS.

Paraphraſim, & Commentarios literales ad caput vigeſimumquintum Matthæi perquire Tom. 6. lib... Part. 1.

PROLVSIO.

DE prudentiſſima Virgine Catherina ſcripturus Raymundus Capuanus ſic fecit exordium, *Fuit Catherina ex ciuitate Senenſi, cuius pater Iacobus, mater verò Lapa, qui diligenter curabant, ſanctè & religioſè liberos educare. Cùm autem ſciret, Matrem Domini votum virginitatis emiſiſſe, ipſa æmulatrix vouit virginitatem.* Profectò Deiparens puellulam ſuſcepit ſub alas, eámque cœleſti magiſterio ſui expreſſit imaginem, vt mater Virgo ſanctiſſima exſurgeret. Bernardus apud Richardum Laur. lib. 3. de laud. Deip. *Maria ratione voti caſtitatis appellatur Virgo virginum, quaſi virginitatis fœcundæ ſignifera, & magiſtra. Ne enim,* (addit Richardus,) *ex oblatione virginitatis Mariæ maneret in ſterilitatis opprobrio: ſicut ipſa nouum fecerat in terra vouendo virginitatem; ſic & in ipſa nouum fecit ſuper terram, quia peperit Virgo Saluatorem.* Edocta ergo Catherina & virginitate puriſſima emicans obiicitur, & mira honoratur fœcunditate tot filiorum Virginum puriſſima Mater aſſurgens.

Ligni vitalis, ſeu Fundatorum, FRVCTVS SEPTIMVS.
Raymũd.
Bernard.
Richard.

SECTIO VI.

Lampadis fulgores.

TEXTVS.

VERS. I. SImile eſt Regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades ſuas, exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ. 2. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non ſumpſerunt oleum ſecum. 4. Prudentes verò acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus, *&c.*

IN CATHERINAM

PANEGYRICVS MORALIS QVINTVS CIRCA LITERAM.

EX LAMPADIS FVLGORIBVS.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Simile eſt Regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades ſuas, exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ.

Catherina puellula gradus ſcandit, dum Deiparæ præſtat obſequium: ſubindicans, patrocinio, & ducatu Mariæ ad ſupremum perfectionis cumulum aſcenſuram.

Mirabiles planè ex affectu in Deiparam religioſæ mentis profectus.

1. Chryſoſt.

EX D. Chryſoſtomi mente proceſſio hæc Virginum ad ſponſum quæritandum vtrumque, eſt ad ætatem rationis ingreſſio. Quàm felix anima, quæ infantilem IESV ſponſo, ſponſæque Mariæ litarit ætatem!

2. *Catherina recitans ſalutationem Angelicam gradus aſcendit.* Raymund.

Fatur Raymundus, *Poſtquam cœpit Catherina annos quinque nata expedito greſſu huc illucque pergere, aſcendens ſcalas domus ſuæ, in ſingulis gradibus genua flectens, ſalutationem Angelicam recitabat.* Semper ô virguncula, aſcendes, perfectionis defereris ad verticem ducatu Mariæ, cui qui primæ ætatis matutinum libat obſequium, illicò ſupremum perfectionis gradum attinget.

3. *Catherina infantili ætate Virginem ſecuta, omne bonum inuenit.* Prou 8. Richard.

Fatur Maria, *Ego diligentes me diligo, & qui manè vigilauerint ad me, inuenient me*, Prou.8. Preme particulam *manè*. Expono de matutina illa ad ætatem rationis ingreſſione. Richardus Laurentius *lib.2.de laud.Deip.*explicat de prima per Baptiſmi lauactum infuſione gratiæ. *Vigilandum eſt ad Mariam manè gratiæ, cùm primum fugatur nox peccati.* Vt exaggeratione hac innuat, mox poſt rationis auroram Deiparæ litandum obſequium. Viſus mihi Auctor puellulam Catherinam mente euoluiſſe, quæ quidem quinque annos nata iam vigilans ad Deiparam oſtentatur. Scandit ergo Catherina gradus, & inuenta Maria, omne bonum, omnia cœleſtia munera inuenit. Qui manè vigilauerint ad me, inuenient me. *Qui vigilauerint*, (addit Richardus,) *propter me habendam, & inueniendam, inuenient me. Felix inuentio inuenire gratiæ inuentricem, qua inuenta, inuenitur omne bonum.* Si omne bonum inuenit Catherina manè rationis vigilans dum gradum primum ſcandit: quid poſt diuturnam tot annorum aſcenſionem?

4. *Excepit Catherina Deiparæ benedictionem, aſcendens puellula.* Eccli. 32. Richard.

Alibi Sapiens, *Qui vigilauerint ad illam, excipient eius benedictionem*, Eccli. 32. Adiicit Richardus, *Ideò iuſtus quilibet tradere debet cor ſuum ad vigilandum diluculo ad Dominam. Nam qui de luce vigilauerit, ad illam non laborabit diu, vel in vacuum. Aſſidentem enim illam foribus ſuis inueniet, paratam auxiliari aſcendenti.*

5. *Deipara Catherinæ in gradibus apparet, vt adducat ad verticem.* Sap.6. Richard.

Aptiùs adhuc argumento illud Sapientiæ exponam: *Qui vigilauerit propter illam citò, erit ſecurus; quoniam dignos ſe ipſa circuit quærens, & in viis oſtendit ſe illis hilariter*, cap.6. Deipara ſeſe hilariter Catherinæ in viis, ſeu gradibus perfectionis oſtendit, vt eam è virtute in virtutem ad perfectionis verticem adduceret. Pulchrè addidit Doctor, *Qui citò vigilauerit ad Mariam, erit ſecurus, quoniam dignos ſe, id eſt, mundos, & humiles circuens quærit. Et in viis ſuis, ſeu gradibus, quando aſcendunt ad illius imitationem, oſtendit ſe illis hilariter. Gradus ſunt pietas, humilitas, charitas, veritas, & huiuſmodi.* Prou.3. *Viæ eius viæ pulchræ, & omnes ſemitæ eius pacificæ.* Et Eccli. 24. *In me gratia omnis viæ, aut gradus, qui ducit ad vitam, id eſt, ad Filium meum, qui eſt vita,* & ad cumulum perfectionis.

6. *Aſcendit Catherina Mariæ æmulatrix, vſque ad verticem, vbi ſponſus IESVS expectat.* Cant.3. Richard.

Vis virgunculæ Catherinæ ex ducatu Mariæ exponam aſcenſus? Mirantur proculdubio Cœlicolæ, & proclamant, *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris*, &c. Cant.3. *Maria aſcendente,* (ait Laurentius,) *fumo aromatum, id eſt, virtutum eius in conſpectu gloriæ Dei, inuenit gratiam coram Domino, clamantibus qui circunſtabant: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit? Statimque Rex egrediens de loco ſancto ſuo exultauit vt gigas ad currendam viam, nimio ad Virginem peruolans deſiderio.* An non meritò, dum videmus Catherinam virgam, ſeu virgunculam aſcendentem ſcalam, ſeu de virtute in virtutem procedentem mirabundi inclamabimus: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit? Raymundum audite, *Nacta annos ſex, vidit in ſummitate, & faſtigio graduum Chriſtum Dominum veſtitum, & ornamento Pontificali ſedentem in Regali thalamo, & conſtipatum ſanctis Apoſtolis Petro, Paulo, ac Ioanne. Chriſtus autem Catherinam quaſi ſubridens conſpexit, ipſa autem virguncula multa cum reuerentia Chriſtum Dominum contemplata eſt, atque in ecſtaſim eleuata. Aſcendebat autem, ſcalas flectens genua in ſingulis gradibus. Sæpe enim ſublimis ferebatur, recitans ſalutationem Angelicam, & miraculosè, ita vt ipſos gradus non contingeret.* Ducatu enim Deiparæ non ſcandit, ſed volat vſque ad ſponſi thalamum, vſque ad perfectionis verticem. Raymund.

7. *Catherina puellula, vti Agnes, vir-*

Vnius caſtitatis profectus exponam, vt ex primi gradus aſcenſione ediſcas ſcandentis progreſſus. Duce Maria, puellula Catherina, votum virginitatis emiſit, vt in *Proluſ.* vidimus.

ginitatem pratulit vita commodis, à Deipara dicta. Maxim.

mus. *Votum*, (ait Raymundus,) *emiſit virginitatis annos dumtaxat nata ſeptem, atque ſe totam Virginis precibus commendauit, & vt ſibi in ſponſum impetraret filium ſuum, cui ipſa virginitatem ſuam offerebat voto emiſſo. Cùm in ætate nubili conſtituta eſſet, dixerunt ei parentes, ſe velle vt viro nuberet, ipſa verò renitebatur, dicens, ſe alium habere ſponſum: atque ideò plurimum à parentibus, & cognatis vexabatur.* Queis Virgo ſe prius aſſerebat tradendam gladio, quàm ſponſo morituro. En Agnetis puriſſimi æmulatricem puellulæ, de qua D. Maximus,

Maxim. *Chriſti virgines ſolam Virginem Matrem luminis ſubſequantur. Huius pediſequa Agnes magnum de ſe pudicitiæ excitauit exemplum, cùm virginitatem prætulit vitæ; omnémque à ſe amorem terrenum per amorem cœleſtem expellens, trophæum Crucis Chriſti arripuit.* Catherina ſequuta Deiparam Crucis Iesv arripuit trophæa, multis acta perſecutionibus, vt cœleſtem relinquens, ſponſo terreno ligaretur. Poſt primum itaque gradum ſuperatum aſcendens puellula reliquos velut auolans ſcandit. *Creſcebat*, (addit

Raymund. illè appoſitè,) *quotidie Virginis Catherinæ virtus, deuotio, & amor.* Quid mirum, ſi ſuprà Deiparæ perpetes admodum alas feliciſſima volitabat?

Observat. II.

Ad illa verba:

Exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ.

Catherina puellula, virtute perfectiſſimam tranſcendit ætatem.

Puer Deo litans obſequium Dei, commendat potentiam; quia quod vltra naturam pucrilem eſt, ab Authore naturæ eſſe dignoſcit.

8. Origen. Fatur Origenes apud D. Thom. in Cat. *Senſus omnium, qui receperunt verbum Dei, Virgines ſunt.* Quorum alij primæua in ætate lampades virtutum ſuccendunt, alij poſt diuturnam apud tenebras commorationem cœleſtem tandem feruntur in lucem. Mirabilis planè gratiæ cœleſtis fulgor emicat, quoties puerilis ætas ſenilis canis ornatur ætatis.

9. *Mirabilis fuit Catherina puellula.* Raymund. O gratiæ prodigium Catherina, quæ quinque, ſex, ac ſeptem annos nata egregiis operibus cœleſtis ſponſi thalamum attraxit ad cunas! Ait Raymundus Capuanus, *Sex annos nata Catherina fuit valdè deuota, atque ad preces, & orationes fundendas maximè propenſa, & in ecſtaſim ſæpiſſimè eleuata. Deſiderabat plurimum id ætatis nata in eremum ſe conferre, vt ſanctorum Eremitarum vitam imitaretur, ibique degeret in ſolitudine. Decreuit ſummo manè illuc pergere, panem portans: cúmque in ſpeluncam quandam perueniſſet, ibidem magna cum delectatione, & ſolatio ſe continuit, vacans orationi tota animi intentione, adeò, vt eius corpuſculum ſæpe à terra eleuaretur.* Rediit domum cœlitus monita, & eremum cupiens ad paternum habitaculum cogere, *de cætero carnes non comedit, & vitam ducebat aſperrimam, magno quidem in ſilentio, & nequaquam alicui manifeſtans, nec quidem parentibus. Afflictiones omnes ex propoſito non nubendi excitatas patientiſſimè ſuſtinebat, & tolerabat. Sed cùm aliquando pater vidiſſet eam orantem in abſcondito loco, & Spiritum ſanctum ſupra eius caput in ſpecie columbæ, non amplius eam moleſtauit, vt matrimonium iniret. Deſideranti autem plurimum Catherinæ Ordinem Prædicatorum, (ſub virili indumento,) ingredi, apparuit D. Dominicus, pollicitúſque eſt ei fore, vt breui tempore Ordinem ingrederetur. Itaque poſtmodum maximopere ſe dabat ieiuniis & vigiliis, adeò, vt ferè ad nudum panem, & ſimplicem aquam victitaret, tam exigua quidem quantitatis, vt Medici aſſererent, Virginem miraculosè planè viuere. Dormiebat induta veſtibus ſuper nudas tabulas. Non ſolùm tunicam laneam hærentem carni adferebat, ſed cilitium, imò & ferream catenam, qua plurimum conſtringebatur. Somnus eius breuiſſimus, ita vt vix duabus noctibus integram horam prudens Virgo dormiret; eius Confeſſario aſſerente, quòd centum dies, ac noctes inſomnes tranſegiſſet, ſi haberet cum quo de rebus cœleſtibus colloqui poſſet. Ter quotidie ſe diuerberabat ferrea catena ad Dominici exemplum.* O ſenilem infantiam! Origenes in Cat. D. Thom. *Accipiunt Virgines lampades ſuas, id eſt, organa naturalia, & egrediuntur de mundo, & erroribus, & veniunt obuiam Saluatori.* Origen. Catherina autem egreſſa eſt ſine lampade, quia vix naturæ organis fulciri videbatur, & iam ſupra naturam oſtenditur eleuata. Gratiæ prodigium.

10. *An Catherina Agnetem vicisſet? Potentiam planè Authoris naturæ commendauit, tot vltra naturam puellarem actiones exerens.* Ambroſ.

Fatur D. Ambroſius *lib. 1. de Virg.* puellulæ Agnetis virilem deſcribens fortitudinem. *Non ſic ad thalamum nupta properaret, vt ad ſupplicij locum læta Virgo proceſſit: non intorto crine caput compta, ſed Chriſto: non floribus redimita, ſed moribus. Mirati plerique, quod tam facilè ſuæ vitæ prodiga, quam nondum hauſerat, iam quaſi perfunctа donaret. Effecit denique vt ei de Deo crederetur, cui de homine adhuc non credebatur; quia quod vltra naturam eſt, de Authore naturæ eſt.* Qui aſpexerit Catherinæ infantiam, aſſeret planè tantum virtutis oleum minimè exiguo poſſe naturæ recipi vaſculo; vnde cogetur affirmare gratiæ miraculis adſcribendum; *quia quod vltra naturam eſt, de Authore naturæ eſt.*

11. *Puer Ioſuë apud Tabernaculum tam piè, & deuotè degens Dei potentiam commendauit, in ipſóque Deum mirabilem reſidere oſtendit.* Exod. 33. Ambroſ.

De Duce illo Hebræorum quem diuinæ potentiæ egregium oſtentatores Patres appellarunt, textus ait, *Ioſuë filius Nun, puer Moyſis, non recedebat de Tabernaculo*, Exod. 33. Puer Tabernaculo firmus, piúſque hæreſcit, cùm ſit puerili ætati agnata diſtractio: O egregium diuinæ potentiæ aſſertorem! Porrò diuina potentia reſidet in puero. Ambroſius lib 2. Offic. cap. 2. *Nec exibat de Tabernaculo iuuenis, cùm ſeniores longè poſiti diuina trepidarent miracula. Meritò vir huiuſmodi euaſit, vt ſiſteret fluminum curſus; & diceret: Stet Sol, & ſtetit Sol.* Etenim in iuuene deuoto natura Authorem naturæ recognouit. Puer vltrà naturæ puerilis leges Tabernaculo hæreſcit? Quod vltrà naturæ eſt, ab Authore naturæ eſt, obſequium Ioſuë offerant creaturæ in ipſo naturæ agnoſcẽtes Conditorẽ.

12. *Pueri clamantes Oſanna, pluſquam Angeli ſer-*

Angeli, nato Domino, præcinunt, *Gloria in Altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus*, Luc. 2. Aſt pueri in Templo clamauerunt, *Oſanna filio Dauid*, Matth. 21. Requiro, quænam perfectior laudatio? An Angelorum, qui Deo gloriam, pacem

...ut Dei laude, quia oſtenderunt Authorē naturæ eſſe, quod vltra puerilem erat naturam. Luc.2. Matth.21.

pacem hominibus deprecantur? Quid Dei gloria expetibilius, propter quam Deus ipſe operatur? Quid pace iucundius, quam aſſolet abundantia comitari, præcinente Dauide, *& abundantia pacis*? Crediderim tamen perfectiorem eſſe puerorum laudem ex eo ipſo, quòd laudant; quia diuinæ potentiæ aſſertores exiſtunt. Nam qui audierit pueros laudatores, Domino addictos, deuotos, modeſtos, cùm ſit vltra naturam puerilem huiuſcemodi obſequium; aſſeret Dei potentiam patenter exponi. Lyranus, *Diuinitas Chriſti fuit confeſſa ab Angelis confeſſione laudis ab hora natiuitatis. Sed laus iſta fuit perfecta, quando pueri in Templo clamabant confitentes Diuinitatem Chriſti.* Quónam modo Diuinitatem profitentur, ſi Dauidis Filium affirmant? Certè, quia diuinæ potentiæ eſt documentum vltra naturam puerilem infantes illos deuotos efficere, ad laudandúmque Dominum allicere. *Quod vltra naturam eſt, ab Authore naturæ eſt.*

Lyran.

13. *Perfecta laus ex virgunculis, ex infantibus, ex Catherina perfectiſſima, quia Deum omnipotentem maximè oſtendit virtutibus admirabilibus fulgens.* Pſalm.8. Bellarm.

Ideo Dauid, *Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem*, Pſalm.8. Vbi Bellarminus, *Per infantes, & lactentes poſſunt intelligi ingens numerus Virginum, puellarum, & puerorum, qui in tenera ætate adeò perfectè cognouerunt gloriam Dei, & admirabile nomen eius, vt pro ipſo mortem oppetere non dubitauerint.* In hoc ſenſu allegauit Dominus hunc Pſalmum in Euangelio: Nunquam legiſtis, quia ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem? *Matth.*21. Perfecta ergo Dei laus eſt puerula Virgo, aut puerulus quilibet Deum perfectè cognoſcens, & oppetere, non dubitans mortem ſubire pro gloria Conditoris. Vndénam huiuſmodi laus perfecta dicitur, niſi quia videntes virgunculam, aut puerum vltra naturam ætatis tam illuſtre Numini parantem obſequium, agnoſcimus in ipſo Authorem naturæ reſidere. O Catherinam toties expetentem pro Iesv vitam gladio, ignique offerre! O puerulam toties aſperitate vitæ quotidie morientem! Quàm illuſtre exhibuiſti de Dei omnipotentia teſtimonium totiens ipſi poſita in miraculum!

Observat. III.

Ad illa verba:

Prudentes autem acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus.

Virginis Catherinæ immortalis fulgor, ad cœleſtia penetranda Myſteria, ad ſpiritum Prophetiæ.

Quia virginitati Dei occulta Myſteria, ac conſilia reſerantur.

14. Ex nonnullorũ mẽte lampas fulgens æternum ex repoſitione, ac præparatione olei in vaſculis, intellectus eſt cœleſti lumine immortali conſpicuus, ad ſpiritualia quæque penetranda, ad cœleſtium Myſteriorum reſerationem, ad ſpiritum Prophetiæ. Quæ quidem arcana Numinis conſilia ſolis aſſolent virginibus reſerari.

Cùm Dominus Diſcipulis innuiſſet ſe ab vno ex Collegio tradendum, *aſpiciebant ad inuicem Diſcipuli hæſitantes de quo diceret. Erat ergo recumbens vnus ex Diſcipulis in ſinu* Iesv, *quem diligebat* Iesvs. *Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei: Quis eſt, de quo dicit?* Ioan.13. Cur Petrus futurus Eccleſiæ Parens Ioannem non petit vt rogitet; ſed rogat ab ipſo, *Quis eſt de quo dicit?* Deberet profari, O Ioannes, Magiſtrum, à quo ſpecialiter dilectus es, interroga, quínam ſit eum traditurus. Non id, ſed illud: *Quis eſt de quo dicit?* Si autem Petrus innuit poſſe id hominem manifeſtare, cur de ſe ipſo non præſumit Eccleſiæ vertice? Profectò Petrus Ioannem Virginem recognoſcens, prudentiſſimè ab eo curat Dei conſilia circa permiſſionem peccati venditionis Dominicæ intelligere. Virginibus enim cœleſtia conſilia aſſolent reſerari, quæ quidem poſt nuptias Petrus penetrare non præſumebat. Hieronymus, *Ioannes recumbit ſuper pectus, & quod Petrus, qui vxorem duxerat, interrogare non audet Dominum, Ioannem rogat, vt interroget.* Aptiùs dixiſſet, Ioannem rogat, vt exprimat, ex facta iam Virgini reuelatione. Hoc Petrus præſumere potuit, de virginitatis priuilegio. Attamen Ioannes Dominum rogitauit, vel humilitatis ſtudioſus, vel quia non liceret homini loqui, quæ arcana verba audierat ſine reuelantis Regis licentia.

15. *Ioannes rogatur, vt aperiat Dei ſecretum, quod aſſolet ſolis virginibus reſerari.* Ioan.13.

Hieron.

Fatur Ioannes, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum,* &c. c.1. Tam diſtincta Deitatis narratio innuit planè Euangeliſtam totum Myſterium ſpecialiſſimo experimento penetraſſe. Vndénam Ioanni tantum viſus acumen? Ex virginitatis nunquam lampade moriente. Hieronymus, *Ioannes quaſi Aquila in ſuperna volat, & ad ipſum Patrem peruenit, dicens: In principio erat Verbum,* &c. *Expoſuit virginitas, quod nuptiæ ſcire non poterant.* Preme verbum *ſcire.* Virginitas ſcit, nuptiæ interrogant quod non ſciunt. Ideo Petrus poſt nuptias non ſciens Ioannem ſcientem interrogauit: *Quis eſt, de quo dicit?*

16. *Ioannes Virgo Deitatis Myſteria quaſi poſt viſū ſciens, aperit. Petrus poſt nuptias non ſciens, interrogat Ioannem ſcientem.* Ioan.1. Hieron.

Sibyllis virginibus quibuſdam nouimus Dei conſilium circa Incarnationis myſteria reuelatum fuiſſe, vt carminibus dulciſonis decantarent ad tanti muneris apparatum. Quærimus, num fœminæ illæ coniuges extiterint, an virginitate nituerint? Exiſtimo planè virginitate floruiſſe fœminas, quibus Dei conſilia reſerata fuere. Pulchrè Hieronymus Sibyllæ nomen interpretans, ait: *Rectè conſilium Dei ſola ſcribitur noſcere virginitas.*

17. *Sibyllæ Virgines fuere, quia Dei conſilia ſoli Virginitati reſerantur.* Hieron.

Conceperat Eliſabeth Domini Præcurſorem, & Gabriel Deiparæ futuræ aperuit arcanum: *Et ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua,* Luc. 1. Cur Mariæ Eliſabethæ mirabilis conceptus reſeratur? Aſſerit Bernardus *hom.* 4. *ſup. Miſſus.* Quia Dei Mater. *Ideo conceptus Eliſabeth denunciatur Mariæ, quia profectò decebat vt verbum mox diuulgandum vbique prius ſciret Virgo per Angelum, quàm audiret ab homine. Ne Mater Dei à conſiliis Filij videretur amota.* Attamen Diui venia, credidero Mariæ non reſeratum Myſterium vt Matri Dei, quia cùm Angelus aperuit nondum Maria conſenſum expreſſerat, nec conceperat Saluatorem. Ideo

18. *Mariæ vt Virgini reſeratur Myſterium conceptus Eliſabeth.* Luc.1. Bernard.

Ideo reor conſilium Dei ei fuiſſe reſeratum vt Virgini. Ad hanc mentem allicio illa Abbatis verba: *Quia profectò decebat, vt verbum priùs ſciret Virgo per Angelum.* Quia virginitati aſſolent cœleſtia conſilia manifeſtari.

19. *Virgini Catherinæ fuere cœleſtia Myſteria reuelata, diuina conſilia.* Prou.31. Raymund.

Profectò Catherinæ virginitas tot fulgoribus emicuit, vt cœleſtia ei arcana, occulta Chriſti conſilia reſerarentur. *Confidit plane in ea cor viri ſui*, Prou.31. Plura ex Raymundo carptim tranſcribam documenta. *Ad tantam familiaritatem cum Chriſto Virgo Catherina aſcendit, vt non rarò cum ea Pſalmos diceret. Didicerat autem Virgo diuinitus literas abſque inſtitutore humano, ita vt intelligeret, quæcumque legeret.* An Chriſtus conſilium vllum à dulciſſima ſponſa ſubtraheret? Sponſa ne Chriſti Catherina? *Apparuit ei Chriſtus cum ſanctiſſima Matre, & eam mirabili modo ſibi deſponſauit, & multa ei dixit familiariter.* Petrus Ioannem Virginem rogat, vt conſcientiæ condiſcipuli proditoris aperiat arcana. Catherinam quiſlibet idem poterat rogitare, cui conſcientiæ hominum ſecreta patebant. *Orante enim Virgine, vt dignaretur ſibi Dominus præſtare hanc tantam gratiam, vt poſſet videre deinceps elegantiam animarum omnium, aut fœditatem, cum ipſa conuerſantium, & ad ſe venientium; vt magis accenderetur ad curandam animarum ſalutem. Dominus eam exaudiuit, nec quiſquam ferè poſtea ad Virginem acceſſit, cuius animæ ſtatum non perujderet. Rogauit Virgo Chriſti patientis dolorum participem fieri. Vſque adeò progreſſus eſt in Virgine dolor, vt tandem inde Catherina de medio auferretur, ſeu moreretur. De qua re multi locupletiſſimi teſtes extitere: & ipſa etiam Virgo teſtata eſt, animam fuiſſe à corpore ſeparatam, vidiſſeque eſſentiam diuinam, & ſecreta Dei, quæ nullis poſſunt verbis enarrari; vidiſſeque gloriam Sanctorum, & pœnas peccatorum tam apud inferos, quàm in locis purgatoriis. Durauit autem hæc à corpore ſeparatio quaſi horas quatuor.* Carthuſienſi Priori Monachorum ſubditorum conſcientias reſerauit, profante Priore ad Raymundum, *Si Virgo Catherina horum omnium audiuiſſet confeſſiones, non potuiſſet ad vniuſcuiuſque ſalutem dixiſſe accommodatius. Vnde mihi certò conſtat plenam eſſe ſpiritu Prophetiæ, & ſanctum Spiritum per os Virginis loqui.* Longum eſſet, ſi ſingula eſſent documenta exponenda, quibus conſtat ſponſi cor totum Virgini fuiſſe reſeratum. O Virginitas Aquilonis luminibus cœleſtia penetrans arcana, quæ non licet impuritati intelligere, quantumuis loqui.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Quæ accipientes lampades ſuas exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ.

Catherina iam non mulier, ſed vir fortiſſimus: non fœmineæ deuotioni dat ſtudium, ſed egregiis Apoſtolicis exercitamentis operam impendit.

Aſſero, fœminas fragiles ex virtutum eleemoſynæ, ac charitatis exercitamentis in fortiſſimos viros mutari.

20. *Virorum eſt opus eleemoſynæ.* Anſelm. Strab. Auguſt.

ASſerit Anſelmus parabolam referri ad viros perfectos Eccleſiæ Principes, Prælatos fidelium ſubditorum. Et Strabus, *Virgines hæ ſunt omnes Apoſtolici viri, qui ſe à luxu ſeculi continent.* Horum lampades, Auguſtino authore *ſer.22.de verb.Dom.* ſunt egregia opera ad ſubleuationem pauperum, ad ſalutémque proximorum pertinentia, iuxta illud: *Sic luceant opera veſtra*, &c. Virgines haſce vides non cubiculo commorantes, ſed ad publicum exeuntes, ad quærendum Dominum properantes. Amat vtique ſponſus maſcula à fortitudine miniſtrari.

21. *Fœminea fortitudo ſtudet deuotioni, virilis autem egregiis erga proximos operibus.* Luc.7. Matt.26.

Profectò virtus fœminea ſtudet lacrymas profundere in Domini conſpectu. At virilis fortitudo ſeſe offert periculis, vt Domino proximos acquirat, vt ſuccurrat egenis. Magdalena diuino amore ſaucia ad Ieſum accedit, & *ſtans retrò, lacrymis cœpit rigare pedes eius*, Luc.7. Petrus autem poſt negationem euigilans, *egreſſus foras, fleuit amarè*, Matth.26. En peccatricem lacrymas in conſpectu Domini profundentem, peccatorem autem egredi properantem. Cur Petrus egreditur ploraturus? Fœmineus ſpiritus curat deuotione placere, virilis autem Apoſtolicus animus à Domino recedit, vt pericula ſuſtinens, tribulationes tolerans, poſſit eidem iam tria millia, iam quinque millia proximorum adducere. Chryſol.ſer.79. Mulieres ergo referunt pro Chriſto lacrymas: *Apoſtoli fortiſſimi diabolo ſuperato, Chriſto victorias & triumphos referre curant hoſtibus victis.* Muliebri menti ſufficiat deuotionis lacrymas ſponſo litare. At Virilis & Apoſtolicus affectus charitatis victorias, & triumphos ſatagunt reportare. Chryſol.

22. *Magdalena fragilis pedes Domini inungit, fortem conuerſa in virum manus exereret pauperes.* Matt.26.

Taxant Diſcipuli Magdalenam pedes Dominicos vnguento pretioſiſſimo diruentem, quòd pedes inungeret, dum manus ſuas poſſet ad virile charitatis opus in ſuccurrendis pauperibus potuiſſet exercere. *Potuit vnguentum iſtud venundari, & dari pauperibus.* At Dominus, *Quid*, inquit, *moleſti eſtis huic mulieri? opus enim bonum operata eſt in me?* Matth.26. Preme verbum, *mulieri.* Ac ſi diceret, ſi adhuc mulier eſt, ſi muliebri animo prægrauatur, quid mirum conſiſtat, vt ploret; flectat vt pedes vnguento profundat. Non omnibus mulieribus datum, virili animo operari. Si quando Magdalena exuat mentem fœmineá, virilem inducat, ad egregia Apoſtolico opera manus extenderet. Bernardus ſerm.12. in Cant. *Nonnunquam ego, cùm ſederem mihi ad pedes Ieſu mœrens; & offerens ſacrificium ſpiritus contribulati, in recordatione peccatorum meorum; aut ſaltem ad caput, ſi quando ſtarem, & exultarem in recordatione beneficiorum eius, audiui dicentes: Vt quid perditio hæc? cauſantes, quòd ſoli viuerem mihi, qui multis prodeſſe poſſem. Verum audiant excuſantem Dominum, qui me quaſi de otio incuſant: Quid moleſti, ait, eſtis huic mulieri? Mulier eſt.* Bernard.

23. *Anima fortis manum extendit ad pauperes.* Prou 31.

Fatur Salomon, *Mulierem fortem quis inueniet.?* An queris mulierem, quæ poſſit cum hoſtibus decertare? *Manum fortis* Mulier *miſit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fuſum*, Prouerb. 31. Si digiti fuſum apprehenderunt, quónam modo ſuam manum ad fortia exeruit? Quia mulier hæc in virum conuerſa virilibus operibus operam expediuit pauperibus, nens tunicas præparauit; dum *manus ſuas extendit ad pauperem.* Bernardus citatus, *Mulier eſt* Magdalena, *non eſt* vir, vt putatis, qui poſſit mittere manum ad fortia, ſi quando de muliere in virum perfectum profecerit, poterit & in opus *perfectionis aſſumi.*

Bernard.

24. *Catherinæ virilia opera erga pauperes, erga proximorum ſalutem.* Raymund.

Quid moror mulierem Catherinam à cunabulis virili robore charitatis opera molientem. Sexu fragilis fœmina, vir mente robuſtiſſimus oſtentatur. *Dominus ſponſam ſuam Catherinam* (cum Raymundo loquor) *cœpit ſenſim trahere ad aliorum conuictum, & conſuetudinem. Volebat enim eius opera vti, ad multorum hominum promouendam ſalutem.* Non iam mulier Domini pedes vnguento diluit, ſed manus ſuas extendit ad pauperem. *Petiuit Virgo à parente, vt ſibi concederet facultatem largiendi eleemoſynas, vt ipſa vellet. Pater libentiſſimè conceſſit, domeſticiſque iuſſit, ne vlla eam ratione impedirent, etiamſi vniuerſum abſumeret patrimonium. Qua venia Virgo eleemoſynas liberaliſſimè largiebatur non ſolùm iis, qui petebant oſtiatim; ſed etiam largas eleemoſynas deferebat noctu ad illos, qui præ pudore non audebant interdiu mendicare. Ac domum rediens, tametſi clauderentur valuæ, ſibi tamen miraculo patentes reperiebat. Quodam tempore Catherina toto corpore intumuit, vt nec pedibus conſiſtere, nec à lecto ſurgere poſſet. Audiuit autem non longè degere viduam pauperculam cum filiis, multa penuria laborantem. Rogauit ergo Dominum, vt tantas ſibi vires ſuppeditare dignaretur, vt poſſet illi miſeræ opitulari. Móxque ſummo manè ſurgens, tritico ſacculum impleuit, & grande vas vitreum, vino, aliúdque vas oleo, eſculenta quoque quæ inuenire potuit, cum iis omnibus deportauit in cellam. Etſi autem ſingula hæc per ſe potuit inferre in cubiculum ſuum: tamen vt omnia ſimul ſola ferret ad viduam, impoſſibile videbatur. Porrò mulier, vir, inquam, fortiſſimus,* manus miſit ad fortia, *attentat alia dextra, alia ſiniſtra tollere, facit periculum, num omnia poſſit comportare. En autem Chriſti Sponſi virtute nil ſenſit ponderis. Poſuit in domo viduæ, oſtio mirabiliter patefacto.* Innumerabilia miracula excitat ad proximorum corpora ſubleuanda, animóſque donandos medicamine ſalutari, *Et precibus, & monitis peccatoribus induratis impetrat compunctionem. Impetrauit auaro cuidam diuiti in piaculis obſtinato cordis contritionem, & compunctionem; ad quam multis precibus diu Religioſi illum inducere non potuerant. Eandem gratiam, & miſericordiam impetrauit duobus latronibus, qui ad ſupplicium ducebantur, qui non ſolùm peccata ſua recuſauerant plangere: verùm etiam Chriſtum Dominum per viam incedentes nefariè blaſphemabant.* Quid plura? Raymundus affirmat viraginis fortiſſimæ geſta haud poſſe verbis explicari. *Si cuncta* (inquit Virginis Confeſſarius doctiſſimus) *corporis mei membra diſertas vertantur in linguas, non ſufficerent ad explicandum fructum animorum, quem attulit Virgo Chriſti. Vidi ego nonnunquam, vel mille & eo amplius vtriuſque ſexus homines, ad eam videndam, & audiendam confluere, eiúſque ſolo aſpectu ita ob ſua malefacta animo compungi, vt lugentes ad Confeſſarios properarent, quorum vnus ego eram, vt cum ingenti contritione peccata ſua confiterentur. Quam ob cauſam Gregorius Romanus Pontifex mihi, & duobus ſociis meis eam dedit abſoluendi omnes ad Catherinam venientes, & confiteri volentes facultatem, quam habent Epiſcopi. Et certè multi monitis Virginis venerunt ad nos immanibus facinoribus implicati; qui vel nunquam fuerant confeſſi; vel nunquam Sacramentum pœnitentiæ ritè ſuſceperant. Cùm mortua eſſet ſine confeſſione mater Catherinæ, ipſa ad Dominum preces profudit, vt dignaretur matrem ſuam reſuſcitare; atque ita factum eſt, vixítque vſque ad annum octuageſimum nonum vitæ ſuæ.* Innumeros ægrotos valetudini reſtituit. Vnum pro mille recenſebo miraculum. *Cum peſtis in vrbe Senenſi graſſaretur, & vir quidam pius ea laboraret, acceſſit Virgo ad eum viſitandum, dixitque, Matthæe, ſurge, non eſt iam tempus in lecto molliter cubandi; ſtatimque vir ille pius ſanus factus ſurrexit è lecto.* Hæ tuæ filiæ, ô Dominice, viros robore ſuperantes.

LIBER

LIBER SEPTIMVS. SERAPHICI.

PARS PRIMA.

FRANCISCVS.

PARAPHRASIS, ET COMMENTARIVS literalis ad caput vndecimum Matthæi, petendus ex Tom.3. lib.2.

Panegyrici Morales circa literam in Franciſcum.

PROLVSIO.

CVM video paruulum Franciſcum mox poſt conuerſionem à ſæculi vanitate confugere ad Mariam, Templum de Portiuncula reficere, & ornare, prima inibi Religionis Seraphicæ fundamina ſtatuere: agnoſco planè quàm Magnus erat obiiciendus. Præmitto D. Bonauenturam profantem, *Cùm perueniſſet ad locum, qui Portiuncula dicitur, in quo Eccleſia beatiſſimæ Virginis antiquitus fabricata extiterat, ſed deſerta tunc à nemine curabatur: videns eam vir Dei ſic derelictam, ob deuotionem feruentem, quam habebat ad dominam mundi, cœpit illic aſsiduè pro illius reparatione morari. Hîc humiliter cœpit, hîc virtuosè profecit, hîc feliciter conſummauit.* Cœpit quidem hîc, Mariam ſupponens quaſi mirabilis ædificij Religionis fundamen. Profecit è virtute in virtutem vſque ad impeccabilitatem quodammodo. Conſummauit feliciter, & temporariam famæ, & æternam gloriæ felicitatem conſecutus. Hæc planè omnia ex Deipara, fante, *Qui operantur in me, non peccabunt, & qui elucidant me, vitam æternam habebunt*, Eccli.24. Exponit appoſitè Richardus Laur. *lib.2. de Deip.* Qui operantur in me tanquam ſuper fundamentum, ſiue propter me, vel in me, id eſt, ad exemplum mei, non peccabunt, ſiue impeccabiles quodam modo reddentur, quaſi ad primam innocentiã reducti. Et qui elucidant me, habebunt præmium in gloria æternitatis in præſenti, & in futuro. Franciſcus ſuper Deiparẽtis fundamẽtum

cœpit Religionis fabricam præcelſam extruere, ad exemplum Mariæ virtutes oſtentauit egregias verè eius deuotus, ſiue egregius imitator. Elucidauit ipſam, & Templum reficiendo, & imaginem Virginis ornando. Vnde quaſi impeccabilis redditus, & innocentiæ amictus ſtola, & volucribus & animantibus melior Adamus imperauit, ac demum & temporarij nominis, & felicitatis supernæ eſt æternitate donatus.

SECTIO PRIMA.

Paruulis reuelatio.

TEXTVS.

VERS. 25. IN illo tempore reſpondens IESVS dixit, Confiteor tibi Pater Domine cœli, & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. 26. Ita Pater, quoniam ſic placitum fuit ante te.

IN FRANCISCVM

PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS CIRCA LITERAM.

EX PARVVLIS FACTA REVELATIONE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

In illo tempore reſpondens IESVS *dixit: Confiteor tibi Pater*, &c.

Chriſtus acceptus Gentilibus, non Iudæis, Franciſco ſuo dilectiſſimo dedit, acceptum fuiſſe cunctis hominibus.

Egregij planè eſt meriti, hominem cunctis hominibus acceptum, ac gratum eſſe.

1. ILLO *in tempore, cùm voluiſſet Dominus,* (vti notat Anſelmus,) *Iudæis exprobrare, reſpondens, dixit:* Quid obiectum fuerat ei, vt adnotet Euangeliſta reſpondiſſe? Strabus, *Reſpondet tacitæ obiectioni, cur Chriſtum, quem Gentilitas recepit, Iudæi non receperunt?* An omnes omnibus indifferenter acceptabiles? Periander, *Nullus Princeps cunctis ciuibus gratus ſedit, nec vllus ciuis acceptus omnibus ſurrexit conciuibus.*

Seraphica familia apud omnes acceptio. Anſelm. Strab. Periand.

Profectò vni Franciſco Dominus reſeruauit, omnibus eſſe acceptum, ab omnibus & plauſu excipi, & feſtiuè commendari. D. Bonauentura ſic Franciſci hiſtoriam incipit explicare: *Vir erat in ciuitate Aſſiſij, Franciſcus nomine, cuius memoria in communi benedictione erit.* O IESV eximiam erga Seraphicum dilectionem! Quod ipſe Chriſtus aſſecutus non eſt, nempe acceptum eſſe omnibus ſuo chariſſimo reſeruauit amico, dans ei communi plauſu excipi, ab omnibúſque feſtiuis clamoribus venerabilem prædicari. 2.

Vnus Franciſcus omnino acceptus eſt, & Seraphicus Ordo. Bonau.

Dum colitur Franciſci feſtum, non vnius Præconis ſacri vox exaudienda, cuncti viri ac fœminæ, ſenes, ac pueri certatim vociferantur tanti Patris communis delitiæ magnalia proclamantes. Aptè de Franciſco ſcriberet Nazianzenus, quod de Athanaſio expreſſit. *Agite igitur omnes, ac mecum laudationis munus ſuſcipite. Facite, vt virtutes illius inter vos partiamini, ac præclarum inter vos certamen ineatis. Viri ſimul, ac fœminæ: adoleſcentes, & ſenes: Sacerdotes, & Monachi.* Viri laudibus efferant virum fortiſſimum qui aduerſùs mundum, & diabolum tot reportauit victorias, qui giganteis humeris, ne excideret, Lateranenſem ſuſtentauit Eccleſiam. Fœminæ laudent Claræ viraginis ſanctiſſimæ Parentem tot ductricis prudentum. Senes celebrent Adoleſcentem ſenilibus 3.

Omnes vno ore referunt Franciſci magnalia, quia omnes ei debitores. Naz. ant.

ſenilibus moribus, velut canis argenteis ornatum: ſenémque perfectiſſimum volueris vincæ in morem ad nouitij feruoris iuuentam recurrentem. Iuuenes colant iuuenem virili pectore cuncta mundi illectamenta dimittentem, non ſolùm retibus, id eſt, temporariis bonis, ſed vt Zebedæi filij, patri renunciantem. Sacerdotes venerentur illum, qui humilitatis ergò noluit ſacerdotali dignitate ornari, ſed Sacerdotes longè ſuperans perfectione. Monachi denique concinant Religionis Seraphicæ extructorem illuſtriſſimum totius normam ſanctitatis. Quid mirum omnibus acceptum exiſtere, qui omnium illuſtrauit ſtatus?

4. *Salomonis fama omnibus erat accepta, ſed Franciſci fama & aſpectus, quia cunctis munificus.* 3.Reg 10. Adam.

Quàm ſingularis commendatio eſt, Diuum omnibus eſſe acceptabilem! De Salomone Regum cunctorum celeberrimo ait Scriptura, *Magnificatus eſt ergo Rex Salomon ſuper omnes Reges terræ diuitiis, & ſapientia, & vniuerſa terra deſiderabat vultum eius*, 3.Reg.10. Certè licèt ex ſapientia & diuitiis ſe Salomon cunctis Regibus ſuperiorem oſtendit: exiſtimo præponendum maximè cunctis, quia *vniuerſa terra deſiderabat vultum eius*. Ex mente enim Adami, *ideo deſiderabat vultum, quia cunctis fama, & nomen erat acceptum.* Quid ſi vidiſſet? quid ſi tributis ſubditos aggrauaret? Non omnes, quorum fama deſiderabilis eſt, vultus acceptus exiſtit. O Franciſci famam acceptam ab vniuerſa terra, ſed vultum admodum acceptabiliorem!

5. *Magnū eſt, vni populo acceptum eſſe Diuum. Quid Franciſcus omnibus acceptabilis?* Ioan 12. Theophyl.

Chriſtus turbæ multæ Iudæorum acceptabilis dum oſtenditur, ſingulariſſimus inter Prophetas aſſignatur. *Turba multa, quæ venerat ad diem feſtum, cùm audiſſet, quia veniebat* Iesvs *Ieroſolymam, acceperunt ramos palmarum, & proceſſerunt obuiam ei, & clamabant: Oſanna, benedictus qui venit in nomine Domini*, Ioan.12. vbi Theophylactus, *Occurrerunt ei cum gloria, maiorem illi impendentes honorem, quam homini puro debeatur. Non enim vltra vt Prophetam habebant illum. Quem enim Prophetarum ſic venerati ſunt olim vnquam.* Itaque Iesvm dum turba multa ſic accepit, oſtendit eum ſupra hominem æſtimare. Ergo dum Franciſcus non turbæ multæ vnius populi, ſed cunctis populis acceptus obiicitur, meritò Seraphinus ſupra homines prædicatur: *Maiorem impendentes honorem, quàm puro homini debeatur.*

6. *Plauſus Ieroſolymæ Iesvm Deū eſſe oſtentat: plauſus orbis oſtentat Franciſcum egregiū eſſe Deitatis æmulatorē.* Matth.21. Cyrillus Ieroſol.

Seraphinum Franciſcum appellaui? Parum dixi, ſi ex communi acceptatione Deus quodammodò eſſe oſtentatur. *Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus ſedens ſuper aſinam*, Matth.21. Ad quæ pulchrè D.Cyrillus Ieroſolymitanus Catech.12. *Nulli ſunt Reges: de quo igitur hoc dicis? Da nobis ſignum, quod alij Reges non habebant. Da nobis proprium ſignum Regis, cuius Regnum annuncias. Habes ſingulare ſignum Regis adſuturi. Solus Regum* Iesvs *ſuper pullo aſini ſedit, & ſolemniter cum benedictionibus tanquam Rex in Ieruſalem ingreſſus eſt.* Si vnius ciuitatis Ieroſolymæ communis acceptio ſignum eſt Deitatis Iesv: omnium nationum plauſus in Franciſcum nónne eum Deitatis egregium prædicat æmulatorem? Solus Franciſcus nudus obiicitur, pedes incedit non iam aſino vectus; & tamen ſolemniter cum benedictionibus tanquam Rex cœleſtis toto in orbe recipitur. O maxima Diui commendatio!

7. *Vt Salomon,*

Vt ſeſe Salomon mirificè ſupra cunctos extolleret, clamat, *Habebo propter hanc, claritatem ad turbas, & honorem apud ſeniores. In multitudine videbor bonus*, Sap.8. Lyranus, *In multitudine ſubditorum meorum videbor bonus eis benefaciendo.* Tam difficile eſt, hominem multitudini eſſe acceptum, vt ſapientiſſimus Salomon conſequutus fuerit multitudini apparere gratus beneficiorum vi, & non omnibus, ſed ſubditis ſolummodo. Si igitur vides Franciſcum non ſolùm multitudini ſubditorum, ſeu Seraphici Ordinis filiorum gratiſſimum; ſed & cunctis ſæcularibus, Sacerdotibus, viris, mulieribus, ſenibus, pueris acceptabilem: apertè eum ſingulariter commendabilem duces, & eius beneficia omnibus expendi affirmabis.

Franciſcus multitudinī bonus apparet, quia omnibus benefacit. Sap.8. Lyran.

8. *Perfectā Franciſci, eiúſque Ordinis gloria; ab omnibus commendari.* Tull.

Aiebat ſcitè Tullius lib. 2. Offic. *Summa, & perfecta gloria conſtat ex tribus his: ſi diligit multitudo, ſi fidem habet, ſi cum admiratione quadam honore nos dignos putat.* Summa duxerim Franciſco, perfectámque gloriam adſcribendam, dum aſpicio eum à multitudine affici dilectione piiſſima. Quanta multitudini erga D.Franciſcum fides? An non cum admiratione cuncti digniſſimum honore Patrem Seraphicum proclamamus?

9. *Poſt Franciſcū Chriſti imaginē totus mundus vadit. Quid glorioſius?* Ioann.12.

Phariſæi videntes Iesvm à multitudine proclamari, eique acceptum videri, de victoria affectatæ laudis deſperarunt. *Phariſæi ergo*, (ait Ioannes,) *dixerunt ad ſemetipſos: Videtis, quia nihil proficimus. Ecce mundus totus poſt eum vadit.* A multis vnius populi Chriſtus honorabatur, & Phariſæi ſupremo eius honori inuidentes, aſſerunt totum mundum poſt Iesvm accurrere. Quid ſi eundem aſpicerent à Iudæis & Gentibus vbique accipi? O Franciſci gloriam! Quem non ſolùm Aſſiſium, ſed & vniuerſus verè mundus vno ore mirabilem profitetur, & pia veneratur deuotione.

10. *Quàm illuſtris panegyris eſt, Diuum omnibus eſſe acceptum: amiciſſimorum hoc genus laudationis.*

Acutè D. Chryſoſtomus locum illum interpretatus eſt hom. 65. in Ioann. *Videntur mihi hæc eſſe verba rectè ſentientium, non audentium tamen palàm loqui.* Exiſtimat Doctor verba illa non ab inimicis profluxiſſe, ſed ab amicis, ab occultis Diſcipulis Iesv. Nec enim hoſtes eum tam illuſtri panegyride efferrent. Nihil enim poterat anguſtius ad Iesv honorem excogitari, quàm quòd toti mundo acceptus exiſteret.

11. *Cum omnes laudant, certa, & euidens laus.* Plin.

Hinc Plinius *in Panegyr.* ſic monet Traianum: *Huc aures, huc oculos intende. Ne reſpexeris clandeſtinas exiſtimationes, nulliſque magis quàm audientibus inſidiantes ſuſurros. Melius omnibus, quam ſingulis creditur. Singuli enim decipere, & decipi poſſunt: nemo omnes, neminem omnes feſellunt.* Quid pulchrius? Vis Franciſci illuſtriſſimas laudes ediſcere? Ne reſpexeris clandeſtinas filiorum ſuorum exiſtimationes, melius omnibus quàm ſingulis credes. Roga viros, roga fœminas: teſtimonium à ſenibus, à iuuenibus, à pueris accipe. Sacerdotes, Monachos, Clerum adi: vniuerſi orbis ciuitates, oppida inire cura. Videbis planè cunctis acceptabile, omnibus vna voce Diuum efferentibus. An vnum omnes feſellere?

Observat. II.

Ad illa verba:

Confiteor tibi Pater, Domine cœli, & terræ.

Franciſcus ad tantæ ſanctitatis felicitatem euectus eſt incipiens à pauperum ſubleuatione.

Miſericordia enim in pauperes viam aperit felicitati.

12\. *Munificẽtia in omnes Ordinis Seraphici.* Ghiſland.

ANſelmus, *Confiteor tibi, id eſt, gratias ago, in te exulto.* Antonius Ghiſlandus, *De electionis meæ felicitate, (quia miſeris ſuccurrendis adueni,) ad Meſſiæ munus, gratias ago.* Prima Meſſiæ actio pauperibus ſubuenire, ob quam eleemoſynæ elargitionem futurus feliciſſimus, Patri exhibet gratias.

13\. *Eleemoſyna Franciſco viam felicitati aperuit.* Bonau.

Meritò ergo Franciſcum egregium Chriſti æmulatorem feliciſſimum futurum eſſe aſſeruero, dum video ſpiritualis vitæ opus ab eleemoſynis inchoare. Fatur Bonauentura. *Quamuis lucrationum mercationis negotia exerceret, ſemper tamen miſericordia & liberalitate erga pauperes propenſus erat: adeò vt interdum ſe veſtibus propè omnibus denudaret, vt eas pauperibus largiretur. Reuocatus à Chriſto à militia temporali ad ſpiritualem, vt in ea Dux fieret inclytus, & Princeps feliciſſimus: quadam die cùm equitaret per planitiem, quæ ſubiacet ciuitati Aſſiſij, leproſum quendam habuit obuium, & ad deoſculandum eum ex equo deſcendens accurrit. Cui cùm manus leproſus quaſi aliquid accepturus protenderet, pecuniam cum oſculo recepit. Statim autem equum aſcendens, & ſe circumquaque conuertens, cùm campus pateret vndique liber, leproſum illum minimè vidit. Admiratione repletus laudes cœpit Domino in gratiarum actionem decantare.* Cur profaris cum Chriſto: Confiteor tibi, Pater? Cur gratias refers, cùm pauperi ſuccurris? Certè, quia ſe futurum agnouit *Principem feliciſſimum*, cùm ſe vidit viam inchoare ab eleemoſyna, quæ quidem feliciſſimum conſtituit eum, qui ſe perfectionis itineri traditurus, pauperi ſuccurrendo ſtudium expendit.

14\. *Franciſcus feliciter inchoat bellũ ſpirituale ab eleemoſyna, quia dum manus extendis vt des, perit Amalech.* Exod. 17.

Mihi credite, eleemoſyna viam aperit felicitati. *Cùm leuaret Moyſes manus, vincebat Iſrael. Sin autem paululum remiſiſſet, ſuperabat Amalech,* Exod. 17. Prima illa Iſraëlitici populi concertatio aduersùs Amalecitas exprimens quidem noua ſpiritualia bella à Franciſco aſſumpta. (vocatus enim, teſte Bonauentura, ad ſpiritualem militiam,) Moyſes prudentiſſimi dat initium victoriæ ab eleuatione manuum; feliciter enim procedit in bello, qui ab eleemoſyna certamina inſtituit. Sic myſticè Auguſtinus hom. 17. ex Quinquag. *Quando vni ex minimis Chriſti eleemoſynam das, extendis manum, & vincitur Amalech.*

August.

15\. *Vt Loth à Sodoma exiret, & religioſa vitæ montem*

Deputatus erat Loth, vt vrbem patriam dimitteret, viámque arriperet ſalutarem, montem ſcandens religioſæ ſeparationis ſimulacrum. Vt tamen huiuſmodi felicitate donaretur, ſeſe totum pauperibus ſuccurrendis exponit, eleemoſyna viam felicitatis apertura. Duo Angeli ſub peregrinorum ſpecie Sodomam veniunt, *Loth cùm vidiſſet eos, ſurrexit, & iuit obuiam eis*, Gen. 19. Cur peregrini excipiendi offeruntur prius quàm Loth viam arriperet ſalutarem? An vt peregrini eum à ciuitate abſtraherent peritura? Aptius ad id munus ſub Angelico vultu apparerent. Quare igitur ſub ſpecie pauperum oſtenduntur? Credidero, quia ad felicitatis viam aperiendam, neceſſaria erat eleemoſyna. Audi Chryſoſtomum hom. 5. ad cap. 19. Gen. *Loth in Sodomis habitabat, alia eius bene geſta non legimus. Hoſpitalitas in eo ſola ex vſu veniens memoratur. Euadit ignes, euadit incendia, ob hoc ſolum, quòd domum ſuam patefecit hoſpitibus. Hoſpitalem domum Angeli ingreſſi ſunt*, vt ſcilicet opus eleemoſynæ viam felicitati aperiret.

ſcanderet, neceſſaria fuit eleemoſynæ elargitio, viam aperiens felicitati. Chryſoſt.

Abiit olim Dauid, *& ſexcenti viri, qui erant cum eo, &c. Et inuenerunt virum AEgyptium in agro, & adduxerunt eum ad Dauid, dederúntque ei panem, vt comederet*, 1. Reg. 30. Pauper hic à Dauide refectus toti felicitati viam aperuit. Cibo enim viuificatus pauper Ægyptius expoſuit ſe cum Domino ſuo Amalecita veniſſe, Siceleg incendiſſe, ægrotantem à Domino fuiſſe deſpectum. Quod quidem extitit Dauidicæ felicitatis initium. Peperit eleemoſyna Dauidi in bello temporario victoriam. In ſpirituali concertatione fuit felicitatis initium Franciſco leproſo impendiſſe ſubſidium. 16.

Leproſus accipiens à Franciſco eleemoſynã viam aperuit felicitati eius ſicut Ægyptius pauper Dauidi. 1. Reg. 30.

Observat. III.

Ad illa verba:

Confiteor tibi Pater, Domine cœli, & terræ, &c.

Gratias agit Franciſcus pro temporariis bonis, queis pauper abundat; quia eadem bona liberaliſſimè omnibus elargitur.

Qui enim pauperi dat, retinet quod largitur, & multiplicat.

AGit gratias Dominus, quòd arcana cœleſtia dignatus fuerit paruulis reuelare, cùm à ſæculi ſapientibus Proceribúſque abſconderit. Nilus eleemoſynam vocitauit *myſterium arcanum.* Et certè arcaniſſimum myſterium eſſe profiteor, dum video euacuari marſupium, dum nummos pauperi impendimus, & ſemper plenum relinqui: abſumi hydriæ farinam, & ſemper perſiſtere plenam. Myſterium hoc abſconditum eſt à mundi ſapientibus, & diuitibus putantibus deficere diuitias, dum pauperi exponuntur. 17.

Mirã abundantiam Seraphici Ordinis in ſumma paupertate expendo.

Porrò paruulo Franciſco arcanum hoc eſt reuelatum à Domino. *Pro qua*, (ait Bonauentura,) *magna erga pauperes liberalitate, & miſericordia meruit ſibi Chriſtum apparere ſæpe, atque laudare erga pauperes ſuos propenſum animum, ac liberalem manum, nunquam vtique vacuandam.* Mirum planè, 18.

Reuelatum hoc myſterium paruulo Franciſco, & Minoribus. Semper abũdant, quia ſemper dãt. Bonau.

Ordinem

Ordinem Seraphicum tanta profeſſione paupertatis, (de qua inferiùs) tanta cœlitus abundantia donari, nunquam imminuta farina, nunquam oleo deficiente. Quod cùm aliquando mente euoluerem, ortum duxiſſe huiuſmodi redundantiam inueni ab ineffabili Franciſci erga pauperes liberalitate, cuius filij eius imitatores tam munifica manu omnia omnibus elargiuntur. Reuelatur paruulis, ſeu minoribus cœleſte eleemoſynæ myſterium. Nunquam enim deficit, quod impenditur piè: imò mirum in modum multiplicatur.

19. Fœminam vnam, & alteram contemplor hydrias geſtantes, Rebeccam & Samaritanam. Ab hac aquam petit Dominus egens, ab illa Eliazer Abrahæ famulus. Dominus ait, *Da mihi bibere.* Samaritana autem negauit aquæ refectionem, obiiciens, *Quomodo tu Iudæus cùm ſis, bibere à me petis, quæ ſum mulier Samaritana*, Ioan. 4. At Abrahami ſeruo petenti potum promptiſſimè Rebecca hydriam plenam aqua inclinauit, *Geneſ.* 24. Quónam quæſierim inuentu? Porrò Samaritana *reliquit hydriam ſuam, & abiit.* Rebecca autem poſt ſatiatos ſitientes retulit domum hydriam aqua plenam. Quare Samaritana ſine hydria reuertitur, Rebecca verò plenam portat? Memor hydriæ farinæ nunquam euacuatæ, reſpondeo, ideo Rebeccæ hydriam redditam plenam, quia ad ſitientium refectionem euacuata eſt: Samaritanæ autem hydriam vacuam relictam, quia quod non datur, non ſolùm non conſeruatur, ſed perditur. Semper Franciſci plena hydria, quia ſemper ad proximorum ſubſidia vacuatur. Confirmo ex Origene *ad cap. 4. Ioannis* profante, *Rebecca properans in brachium hydriam ſumpſit, eique potum dedit. Quoniam ergo Rebeccæ hydria laude digna erat, ab ea non relinquitur. Illa autem Samaritanæ relinquitur, cùm hora ſexta eſſet.*

Hydria Rebeccæ ſemper plena, quia vacuatur ad ſitientis refectionem: non ſic hydria Samaritanæ.
Ioan. 4.
Geneſ. 24.
Origen.

20. Legenti Minorum annalia patebit ſæpè ad alicuius egeſtatis ablegationem exiguam Fratrum annonam pauperibus impenſam fuiſſe ab eis Præpoſitis, quibus hæc myſterij eleemoſynæ facta fuerat reuelatio; qua quidem elargitione hydriam plenam redditam fuiſſe ad vberes Fratrum ſumptus; nam quod datur, imminui non poteſt. Teſtor Iobum, cui dictum à famulo, *Ignis de cœlo cecidit, & tactas oues, pueroſque conſumpſit*, cap. 1. Tacet vir patientiſſimus, nec conqueritur ſciens, planè oues minimè poſſe deperire quoad effectum, quia ſciebat ex ipſarum lana veſtes nudis pauperibus factas fuiſſe. Chryſoſtomus *hom. 3.* *Si ego ſolus indutus eſſem ex lanis ouium, dolerem iuſtè. Etiam autem pauperes induebantur? Numquid poterit Deus pauperes deſpicere. Reddet centuplum. Neque enim per auaritiam oues acquiſiui.* O Franciſcum nunquam auaritiæ piaculo obnoxium! Oues accipis, vt tibi, & tuis, ac ſimul pauperibus cunctis veſtes efficias: nunquam deficient oues, quibus ſubſidium proximis præparatum eſt. Tabitæ in morem plenus eris *eleemoſynis, quas faciebas.*

[N]on poteſt [d]eficere, [q]uod datur [eg]entibus.
[Io]b 1.
[Ch]ryſoſt.

21. De Bercellai Galaadite ſic textus ſacer: *Erat autem Bercellai Galaadites ſenex valde; id eſt, octogenarius: & ipſe præbuit alimenta Regi, cùm moraretur in caſtris: fuit quippe vir diues nimis*, 2. Reg. 19. Preme particulam *fuit.* An fuit diues poſt impenſum Dauidi exercituíque eius ſubſidium? Certè ſemper fuit diues, qui erat ſenex valde. Nunquam diuitiis plenus non fuit, qui animum ita munificum fouebat. An quod Regibus, quod Ducibus, quod militibus datur, obnoxium etiam non eſt imminutioni? Profectò ſenis diuitis animus oſtentatur munificus admodum, qui non ſolùm pauperibus, ſed & diuitibus ſubſidia largitur. En Franciſcum Ordinémque Seraphicum, non ſolùm pauperibus dantem, ſed & cunctis vel diuitibus omnia largientem. Vnde poſt tantam ſenectutem adhuc diues Religio; *quia non poteſt Deus pauperes ſuos deſpicere*, omnia pauperibus impendentes.

[Franci]ſco Frã[ciſcus] ſemper [diues], quia [paupe]r & [diuiti]bus, & pauperibus omnia expendit.
2. Reg. 19.

22. Dicebat aliquando Diuus, ô Fratres, omnia exponite egentibus, nihil abſcondatis. Quod exponitur, augetur: minuitur, quod abſconditur. Hæc talentorum parabola. *Qui quinque talenta acceperat, operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque. Similiter & qui duo acceperat, lucratus eſt alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, & abſcondit pecuniam domini ſui*, Matth. 25. ſpiritus Franciſci, pecunias recipere non vt ſuas, ſed vt Domini ſui, quidem eas minoribus impendit non ad ſeruandum, ſed ad exponendum ad neceſſarios ſumptus. Quónam modo non ſolùm non imminuuntur pecuniæ, ſed increſcunt tanta abſumentium Fratrum multiplicatione? Profectò, quia non aſſeruantur, ſed omnibus exponuntur, ſicuti pecuniæ lucris addictæ, quæ diſperſione increſcunt. Omnibus dat Franciſcus, & ab omnibus accipit redditus largitatis. Vnde quod dat, recipit, & nunquam deficiunt theſauri, qui nunquam ſepeliuntur. Cecinit D. Alcimus *lib. ad ſoror.*

Franciſcus exponendo diuitias omnibus, nunquam eget: quia quod datur creſcit, imminuitur, quod ſeruas.
Matth. 25.
Alcim.

——Pars auget, & altera ſumpta
Imminuit retinens, quas ſola eleemoſyna ſeruat.

Observat. IV.

Ad illa verba:

Quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.

Franciſco Chriſtus reuelauit ſuæ Paſſionis myſterium, vt IESV labores præſidium exiſterent patienti.

Alleuat enim noſtros labores laborantis Domini meditatio.

23. ABſcondiſti hæc? id eſt, (ait Anſelmus) *Sacramentum mei aduentus, & paſſionis.* Hoc myſterium Deus paruulis reſerauit ad eorum tribulationis præſidium. Ex paruitate veſtra acti laboribus conquerimini? Aſpicite Chriſtum Dominum laboribus, grauioribus quidem, actum, & leuamini illicò afficiemini.

Anſelm.

24. Hoc præſidium Franciſco innumeris laboribus tentando Dominus expoſuit. Bonauentura, *In oratione poſitus* (illicò poſt nouam militiam perfectionis aſſumptam) *cùm eſſet Franciſcus,*

Chriſtus Franciſco Cruci ſuffixus appa-

ruit, vt eum aduerſus labores roboraret innumeros. Bonau.

Franciſcus, apparuit ei Chriſtus Cruci ſuffixus, atque ex tunc maximè cœpit in eo vigere iugis recordatio paſſionis Chriſti tam vehemens quidem, vt vix poſſet ſe à lacrymis temperare, quin copioſiſſima lacrymarum vnda ex oculis eius proflueret. Cur ſub Crucifixi forma tyroni militi Dominus oſtentatur? Plurima, vt qui incommoda paſſurus erat, innumeriſque tentandus incommodis præſidium haberet præſentiſſimum, quo labores facilè temperaret. Etenim paſſionis Domini meditatio ſi lacrymas deuotionis excitat, vt accidit Franciſco, lacrymas ex laboribus ac incommodis excitatas abſtergit.

Se oſtendit ſororibus Lazari ſub Crucifixi vultu, vt eas à laboribus eriperet ex obitu fratris. Ioan. 11.

25. Lazarum ſuſcitaturus Dominus, accedit in Bethaniam, à Magdalena & Martha, multiſque Ieroſolymæ ciuibus exceptus eſt. IESVS *ergo vt vidit eam plorantem, & Iudæos, qui venerant cum ea, plorantes: infremuit ſpiritu, & turbauit ſemetipſum*, &c. *& lacrymatus eſt* IESVS, Ioan. 11. Cur lacrymatur, cùm infremit, Dominus mox amicum ſuſcitaturus? Ex mente D. Zenonis ſpeciem obiicit Cruci ſuffixi dum infremuit, dum lacrymatus eſt, quia obiit Dominus (vti Apoſtolus ait) *cum lacrymis, & clamore valido.* Quare autem ſpeciem crucifixi oſtentat? Certè, vt Magdalenæ plorantis amiſſi fratris ex grauiſſimo incommodo laborem temperaret. *Flebat Deus* (ait Doctor) *quo ſororum fletus, & labores temperaret.* Quis enim ex temporario vulnere gemitus edat, qui mente Dominum ſuffixum aſpiciat?

Videntes Dominū Crucifixum floridum inuitantur ad campū; quia coram IESV *ſuffixo nulla laborum ſpinæ.* Cant. 2. Bernard.

26. Fatur Dominus, *Ego flos campi*, Cant. 2. Vbi ex mente Bernardi *ſermon.* 47. Chriſtus in Caluariæ monte ſuffixus Cruci innuitur. Profectò inibi Chriſtus potiùs apparuit ſpina, quàm flos. Quàm appoſitè ſe florem, non ſpinam eſſe proclamat, qui dum ſuffigitur Cruci iam Caluariæ aſperitatem floridiſſimum conuertit in campum. Hominibus iam laborum ſpinæ flores erunt, ſi accurrant ad Caluariæ verticem, vt me ſuffixum intueantur. Pulchrè Abbas. Ego flos campi. *Qui diligit me, veniat in campum, non refugiat; mecum, & pro me inire certamen.* Non exiſtimet ſe trahi ad torrentem ſpinarum, ad montem infœcundum. Ad campum veniet flores collecturus, nam qui Crucifixum intuetur Dominum, pro floribus ſpinas laborum odorifero legit in campo.

Pergens IESVS *ad Crucem neceſſariò noſtrorū laborum ſpinas abſumit. Non enim pati poteſt Crucifixum aſpiciens.* Origen.

27. Ad victimam adducendus Agnus cœleſtis chlamyde coccinea, qua circundatus eſt, exuitur. An extracta fuerit à capite ſpinea corona? Reſpondet Origenes homil. 35. Matth. *De chlamyde ſcriptum eſt, quòd denuo ſpoliauerunt eum chlamydem coccineam: de corona autem ſpinea nihil tale Euangeliſtæ ſcripſerunt.* Quare ergo ex coronationis apparatu chlamys extrahitur, corona ſpinea relinquitur. An non ſpinis hominum labores deſignantur? Ita Doctor. Ergo neceſſariò apud Dominicum caput remanent ſpinæ laborum noſtrorum, dum ad Crucem pergit; quia obiecto nobis Crucifixo Domino laborum pungentibus ſpinis haud iam poſſumus vulnerari. *Ego* (inquit) *arbitror, quòd ſpinea illa corona conſumpta eſt à capite* IESV, *vt iam non ſint ſpinæ noſtræ antiquæ, poſtquam eos à nobis abſtulit* IESVS, ſuffigendus vtique Cruci. Quare Crucifixi ſtigmata in Franciſci corpore impreſſa conſpiciuntur? Profectò in laborum, quos paſſurus erat, armamentum. Cùm incipit laboribus affici Chriſtus Cruci illigatus, Diuo obiicitur, vt confirmetur laboribus tentandus: cùm proficit ſtigmatibus inſignitur, vt aduerſùs acriora certamina poſſit roborari. Tribulationi addictus ad Caluariæ montem accurre, in paradiſo recipiendus, flores collecturus ex laborum tuorum ſpinoſo torrente.

OBSERVAT. V.

Ad illa verba:

Quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.

Labores, improperia, perſecutiones, quibus miles tyro Franciſcus actus eſt, perſpicuum teſtimonium eiuſdem ineffabilium profectuum ſpiritualium extitere.

Laborum ſuſtinentia viros aptos beatitudini efficiunt, præparant ad auguſta.

ADhuc hæreo Anſelmi expoſitioni: *Abſcondiſti hæc, id eſt, Sacramentum paſſionis, à ſapientibus ſeculi, & reuelaſti paruulis.* 28. Anſelm. Exiſtimant ſeculi ſapientes tunc infelicitate nos affici, cùm laboribus agitamur: túncque felicitate donari, cùm pace fruimur hoſtium certamine quieſcente. Profectò paruulis, ſeu ſpiritualibus viris reuelatur, eos felicitate vera frui, qui innumeris tribulationibus defatigantur.

Paruulus Franciſcus hoc arcanum agnouit, 29. hoc myſterium calluit. Vnde actus laboribus gratias agebat, ac ſi tribulationū ſuſtinentia ineffabilem eius profectum, feliciſſimum curſum præſignarent. Audi Bonauenturam, *Cùm intenderet operi maximo cum feruore, adeò vt tanquam extra ſe poſitus ab omnibus iudicaretur; pueri per vicos eum ſubſannabant, & nati etiam grandiores irridebant. Itaque vir Dei Franciſcus multa initio conuerſionis ſuæ pertulit opprobria non ſolùm ab extraneis, verùm etiam à propriis parentibus, qui eum conabantur à ſancto inſtituto reuocare. Cùm autem, vt commodiùs diuinæ meditationi vacaret, ad ſolitudinem quandam iter faceret, occurrerunt ei latrones, qui percontati ſunt, quiſnam eſſet? ipſe verò reſpondit, Præco ſum magni Regis. Quod cùm audiſſent latrones, arbitrantes eum dicere de terreno Rege, indignè virum ſanctum tractarunt, multiſque iniuriis, & ictibus affecerunt.* Tantæ ne cœleſtibus iræ? Militem ſic ô Domine tyronem affligis? Profectò neceſſaria Diuo tot tribulationum certamina, quia auguſtis profectibus miris felicitatibus exercebatur. Etenim laborum ſuſtinentia viros præparant ad auguſta: tribulationes aptos efficiunt beatitudini.

Franciſcus laboribus tyro agitur, in futuræ auguſtæ felicitatis documentum. Bonau.

Cùm

Neceſſariæ afflictiones ad auguſta atque. Geneſ. 15.

30. Cùm audiſſet Abrahamus ſemen ſuum peregrinum futurum in terra, ſeruituti addicendum, affligendúmque annis quadringentis, Geneſ. 15. nullas preces adhibuit. *Scito* (ait Deus) *præuoſcens, quòd peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra.* Preme particulam, *ſcito præ-noſcens.* Si ſcit prænoſcens, cur non petit à Numine, vt tantam cladem à ſemine auerteret: ſicut ſciens prænoſcens Sodomitarum exitium, enixè deprecatus eſt, *Geneſ.* 18. Quare? Adiicit Dominus, *Verumtamen gentem, cui ſeruituri ſunt, ego iudicabo, & poſt hæc egredientur cum magna ſubſtantia*, ibid. Si egreſſio Abraham placebat, neceſſariò circa labores, ac tribulationes contigit; quia aliter non fieret idoneum ſemen Abrahæ ad felicitatem, ac beatitudinem, quæ illum manebat infallibiliter, Domino promittente. Sic noſter Lorinus *ad cap. 6. Act. n. 6.*

Geneſ 18.

Franciſcus, vti Moyſes abnegans ſe filium hominum, & ideo afflictus, Dei filius efficitur. Hebr 11. Chryſoſt.

31. Moyſes filiæ Pharaonis putatus filius, Regiam dimiſit, ad fratréſque Hebræos remeauit. *Negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei*, Hebr. 11. A Regia diſcedis, vbi redundas commodis, & ad incommoda ſubeunda properas? Chryſoſtomus, *Maius ergo bonum eſt afflictio, in quam ſe conicit ex Regia.* Maius profectò, quia ex filiæ Regis filio pergit quodammodo ad Deitatem; factus enim eſt Deus Pharaonis. Annon maius bonum afflictio, ob quam ex filio filiæ Regis homo quaſi Deus efficitur Pharaonis? Afflictio planè præparat ad auguſta. Quid mirum Franciſcum ad afflictiones properare, séque filium abnegare Bernardonis coram Epiſcopo nudatus, ſi abnegans ſe hominum filium deſpectus à cunctis eſt profaturus, Pater noſter, qui es in cœlis. Maius ergo bonum afflictio, quæ Franciſcum ex hominis filio Dei filium effecit.

Perſecutio cœlū, à quo in cœlū ſupremū tendimus. Dan 3. Chryſoſt.

32. Fatur Nabuchodonoſor tribus Hebræis adoleſcentibus in ſuccenſa fornace conſtitutis, *Sidrach, Miſach, & Abdenago ſerui Dei excelſi, egredimini, & venite. Statimque egreſſi ſunt Sidrach, Miſach, & Abdenago de medio ignis*, Dan. 3. Ad quæ bellè Chryſoſtomus hom. 8. in cap. 4. ad Epheſ. *Ex qua* (fornace) *ita exierunt, tanquam qui prodierint e cœlo.* Videntur ſibi è cœlo ad terram deſcendere, quia quanto melius ac ſuperius terrâ cœlum, tanto melior incolumitate tribulatio; quia ex tribulatione ad auguſtiſſima properatur. Vnde exiſtimabant Hebræi ex fornace tanquam ex cœlo tertio, vbi arcana viderant Incarnationis, ad ſupremum verticem Empyrei eleuandos.

Quærebat Franciſcus inibi commorari, vbi perſecutionibus afficeretur, ad Ordinis incrementa auguſtiſſima. Bonau. Matth. 10.

33. De Franciſco eiuſque filiis ſic D. Bonauentura, *Multa quidem ſanctis viris in diuerſis partibus orbis inferebantur conuitia tanquam perſonis deſpicabilibus, & ignotis. Verùm amor Euangelij Chriſti eos adeo ipſos patientes effecerat, vt quærerent potius ibi eſſe, vbi perſecutionem paterentur.* Audierant à Domino, *Cùm vos perſecuti fuerint in ciuitate iſta, fugite in aliam*, Matth. 10. Euangelij ne miniſtri imbelles terga dabunt periculis certaminis, & effugient afficiendi vituperio? Certè non fugere iubentur, vt incommoda perſecutionis vitare poſſint, ſed vt aliis nouis incommodis defatigari valeant. Vnde verbum illud, *Cùm vos perſecuti fuerint in ciuitate vna*, hunc ſenſum admittit, ſi vulgariter liceat explicare: *Quando os acabaren de perſeguir en vna Ciudad, huida otra aſer de nueuo perſequidos.* Et quidem aptè fuga imperatur, quia plerumque perſecutionis finis initium eſt eleuationis, & honorificentiæ. Cur igitur Franciſcus à perſecutione in perſecutioné rendere curat? Crederim, quia ineffabiles Religionis ſuæ progreſſus ſubodoratus, volebat præmitti vti fundamina neceſſarios labores. Adiicit Bonauentura, *Sed cùm tandem eorum virtus, & ſanctitas magis magis que elucerct, etiam ipſi infideles, & hoſtes Chriſtiani nominis eos honore maximo perſequebantur.* Vis ſummos Franciſci labores obiiciam? Aſpice ſeraphici Ordinis incrementa, quæ ex Patris incommodis duxere exortum. Bonau.

Observat. VI.

Ad illa verba:

Et reuelaſti ea paruulis.

Franciſcus paupertate ſumma curauit Chriſti conſanguinitatem adipiſci. vbi de ſtigmatibus.

Equidem paupertas homines Dei conſanguineos efficit.

PAruulis, id eſt, pauperibus cœleſtia myſteria reuelantur. De Incarnationis myſterio pauperibus reuelato ſpeciatim Anſelmus expoſuit. Quid cum paupere Incarnationis arcanum? Ex Auguſtini mente ob Incarnationis myſterium homines ad Dei propinquitatem, & conſanguinitatem eleuauit. Speciatim ergo pauperi reuelatur ſecretum conſanguinitatis huiuſce, quia & pauperes Dei conſanguinei efficiuntur inopia. 34.

Nobiliſſima ſeraphici Ordinis nuditas.

D. Bonauentura, *Audiens Franciſcus verba illa Domini: Nolite portare aurum, neque argentum, neque in zonis pecuniam, neque in via peram, neque duas tunicas, neque calceamenta*, Matth 10. *dixit, Hoc eſt, quod cupio, hoc quod totis præcordiis concupiſco. Soluit proinde calceamenta de pedibus, deponit baculum, peram, & pecuniam execratur, vnica contentus tunicula, reiecta corrigia, pro cingulo funem ſumit, omnem ſollicitudinem cordis apponens in huiuſmodi Domini verbis ſeruandis.* vt in Ordinis inſtitutione patebit aſpicienti. Hinc exiſtimo Diuum ſit ad Chriſti conſanguinitatem acceſſiſſe, vt ipſe Chriſtus propriæ ei nobilitatis ſtemmata, ſeu ſtigmata communicarit. 35.

Franciſcus ad IESV cōſanguinitatem acceſſit ex ſumma paupertate, vt patet ex ſtigmatum ſacrorum impreſſione. Bonau.

Iacob olim ad eas ſe voluntariæ paupertatis excitauit anguſtias, vt in baculo Iordanem tranſiret, *Geneſ.* 28. Quod inferiùs rediens expoſuit, *In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum.* Cur adoleſcens in tam ſtrictæ paupertatis ſe redegit incommoda? Certè vt paupertatis ſuprema nobilitate ad Chriſti futuri conſanguinitatem præpararet. Rupertus lib. 3. in Geneſ. cap. 21. *Fide paterna expectans Iacob, quod de ſemine ſuo ſalus mundi, & omnia gentium benedictio naſceretur.* Si expectabat futurum id ex fide paterna, quid opus fuit ſe ad ſtrictæ paupertatis anguſtias cogere? Quia excogitauit tam auguſtæ conſanguinitatis gloriam non poſſe niſi ex voluntaria paupertate profluere. Si Iacobus Domini ad conſanguitatem eleuatur ex ſoliùs 36.

Franciſcus ſtrictioris paupertatis anguſtias, quàm Iacob ſe excitauit, vt cū Chriſto conſanguinitatem iniret. Geneſ. 28. Rupert.

ſolius baculi geſtatione: quid Franciſcus, qui (teſte Bonauentura) *vel baculum depoſuit?*

37. De hiſce paruulis Euangelicis fatur Salomon, *Ne attingas paruulorum terminos, propinquus enim illorũ fortis,* Prou. 23. LXX. *Qui enim redimit eos Dominus, validus eſt.* Et quis redimit eos, niſi Chriſtus? Hic paruulorum *propinquus*, ſiue (vti Ianſenius interpretatur) *conſanguineus.* O ſuperbam Dei ſanguine paupertatem! O Franciſcum paruulum ex humilitatis affectu. Cœleſti prouidentia minorum minimus exſurgis, ne ex conſanguinitate tam augusta ſuperbia diſtraheteris. *Nobilis re vera titulus paupertatis,* ait Bernardus epiſtol. 23. qui Chriſti ſanguine nobilitari meruit.

Paruulorũ, ſeu Minorũ Saluator cõſanguineus eſt.
Prou. 23.
Ianſen.

38. Quónam precor conſanguinitatis gradu Franciſcus pauper cum Domino copulatur? Quo maior paupertas, eo adſtrictior propinquitas. Ergo ſe ſe omnino temporariis exuens Franciſcus, frater Domini vocitabitur. Bonau. ait, *Vt Franciſcus firmius in propoſito ſuo, conſtantiúſque perſeueraret, accedens ad Epiſcopum Aſſiſij, renunciauit apud eum omnibus bonis terrenis, & continuò depoſitis omnibus veſtimentis, reſtituit ea patri. Admirando feruore, ſpiritu ebrius, totus coram omnibus denudatur. Sic igitur ſeruus Altiſſimi nudus relictus eſt, vt nudum ſequeretur Chriſtum*, iam vtique fratrem: & poſſet veraciter inclamare, *Pater noſter qui es in cœlis.*

Franciſcus Patris æterni filius, Chriſti frater ex paupertate inſurgunt.
Bonau.

39. Quanta paruuli Franciſci gloria ex huiuſmodi cum IESV propinquitate. Ad Regem Ezechiam Iſaias profatur, *Hæc dicit Dominus Deus: Præcipe domui tuæ; morieris enim tu, & non viues. Qui conuertit faciem ſuam ad parietem, & orauit Dominum, dicens: Memento Domine, quæſo, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & quod placitum eſt coram te, fecerim. Fleuit itaque Ezechias fletu magno*, 4. Reg. 20. Cur fleuerit Princeps morti vicinus ac ſimul requiei, qui coram Domino in corde perfecto ambulauerat? An non mors potiùs iuſto iucunda? Recurre ad capitis finem, vbi textus: *Dormiuitque Ezechias cum patribus ſuis, & regnauit Manaſſes filius eius pro eo.* Caput autem vigeſimum primum ſic exorditur: *Duodecim annorum erat Manaſſes, cùm regnare cœpiſſet.* Ergo, ſi quindecim anni vitæ ploranti, & oranti additi fuere; non erat tunc Manaſſes eius hæres exortus. En lacrymarum cauſam. Qui expectabat, ex ſuo ſemine Meſſiam Dei Filium profluxurum, videns ſe iam ſpe cecidiſſe, inconſolabiliter illacrymabatur. Caietanus pulchrè, *Putabat, ex Regali illa linea naſciturum promiſſum Abrahæ, & Dauidi Meſſiam, & valdè triſtabatur, quòd ipſe excluderetur ab hac genealogia, qui verè erat filius Dauidis non ſolum genere, ſed & imitatione.* O paupertatis Franciſci gloria! Quod Regi piiſſimo abnegatur, nec conceditur, niſi roganti enixè, & lacrymas profundenti, paruulo offertur. Imò Chriſtus non rogatus, ſed quaſi rogans ſuæ Franciſco nobilitatis ſtemmata communicat, dum ſtigmata imprimere dignatur. An non miraris Dei Filium paupertatis titulos ambientem.

Rex ambit fieri Chriſti propinquum, Chriſtus ambit fieri conſanguineus Franciſci pauperis.
4. Reg. 20.
Caietan.

***

OBSERVAT. VII.

Ad illa verba:

Et reuelaſti ea paruulis.

Paupertate ſpecioſiſſima Franciſcus eiuſque paruulorum, ſeu Minorum Religio illuſtriſſima omnium animos, oculoſque arripit.

Porrò paupertas voluntaria, ſalariumque rerum deſpicientia ſibi omnium conciliat affectum.

HÆrens adhuc Anſelmi ſententiæ, rogitauerim, vnde Franciſcus, paruulique, ſeu Minores, non ſolùm Numinis, ſed & hominum animos, oculoſque arripiat? Quis dubitet quòd ex paupertatis nuditatiſque Euãgelicæ ſpecioſitate? Cùm Franciſcum intueor nudum relictis veſtibus, calceamentis proiectis, tanta pulchritudine ornatum exiſtimo, vt poſſit omnium ad ſe abripere attentionem, & affectum. 40.

Erga Ordinem Minorũ pondero cũctorum affectum.

Sanctitas Franciſci, eius filiorumque paupertas non ſolùm fidelibus, ſed & hoſtibus grata, amabiliſque obiicitur. *Erat pax inter Iabin Regem Azor, & domum Haber,* Iud. 4. Quare is, qui Iſraëlitarum hoſtis infenſiſſimus erat, vni Cinæorũ familiæ amicitiæ fœdere iungebatur? Porrò Rex reuerebatur in Haber, eiuſque familia illam diuitiarum diſpicientiam, qua fulgebat Cinæorum cœtus. Vel hoſtes Chriſtiani nominis Haber Franciſcum Cinæoſque eius filios reuerentur, dum eos aſpiciunt ſecularium diuitiarum contemptores. 41.

Vel hoſtes Franciſci paupertatẽ reuerentur.
Iudic. 4.

Pharaoni Moyſes tanquam Deus imperitauit, eique & reuerendus, & amabilis extitit. Vndénam precor, niſi ex diuitiarum, omniumque ſecularium bonorum diſpicientia? Ambroſius ad Pſalm. 118. *Et tu ſi vis, vti Moyſes, tanquam Deus Regibus eſſe reuerentiæ, vt tanquam Deo tibi videantur eſſe ſubiecti, contemne quæ ſeculi ſunt.* Addit Franciſco opportunè aptanda. *Et Dominicæ paſſionis opprobrium contende omnibus præferre diuitiis.* Nuditas quidem eſt Dominicæ paſſionis opprobrium, quo Franciſcus, eiuſque Religio facta eſt cunctorum hominum ſpectaculum. 42.

Franciſcus quaſi Deus ſecularium à cũctis adoratur, quia Chriſtum ex nuditate paupertatis refert.
Ambr.

Paulus ad ſe abripuit cunctorum hominum affectum. An ex charitate erga ſingulos? An quia fidelium nutrix? infidelium magiſter? An quia ſe debitorem omnibus profitetur? Certè D. Chryſoſtomus exiſtimat ex paupertate ortum duxiſſe huiuſmodi in Paulum affectum. *Tabernaculorum* (inquit hom. 26. ad c. 11. Hebr.) *pauper contextor erat Paulus, & ei ſacrificabant tanquam Deo.* Ea eſt erga Franciſcum cunctorum deuotio, is erga Seraphicum Ordinẽ omnium virorum, fœminarum, ſenum, puerorum affectus, vt adorationis ſapiat quodãmodo obſequium. Vnde diuina prouidentia Franciſcum ex ſacrorum ſtigmatũ impreſſione fecit Chriſti Domini imaginem, Fratreſques Minores ex nuditate reddidit ſimiles Saluatori, ne idololatriæ incurrant periculũ qui tanto proſequuntur affectu, vt adorationis cultũ impendere videãtur. 43.

Paulus vt Deus habitus eſt, cùm pauper obiicitur, quem Franciſcus imitatur.
Chryſoſt.

Cur

44. *Iubet Chriſtus Apoſtolos denudari, vt ad ſe attrahant omnium affectus.* Mat. 10. Theoph.

Cur exiſtimas Dominum ſuis Diſcipulis imperaſſe: *Nolite poſſidere aurum, neque argentum*, Matth. 10. Profectò vt ex paupertatis voluntariæ obiectione, cunctos ſibi gratos reddere poſſint ad Euangelij fructus carpendos. Theophylactus, *Nolite*, inquit, *poſſidere aurum*, &c. *docens, quòd iis, qui illas vident, grati ſint futuri, cùm agnouerint paupertatem tantam. Quis enim, viſo Apoſtolo, qui neque peram, neque panem, qui maximè neceſſarius eſt, tollat, non bene afficeretur?* Quis Franciſco nudo, pediti neque peram, neque panem portanti ad neceſſarium ſubſidium non toto afficiatur ex corde?

45. *Franciſci, ac Minorum ſpecioſi pedes ex nuditate, quia omnium conciliant affectum.* Rom. 10. Cant. 2.

De Franciſco, eiúſque filiis Minoribus illud Apoſtolus Propheticum expreſſit, *Quam ſpecioſi pedes euangelizantium pacem!* Rom. 10. An pulchri ex calceamentis? Sic Chriſtus Eccleſiæ pedes deſcripſit, & commendauit. *Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia Principis*, Cantic. 2. Profectò ex nuditate pedum, calceamentis ablegatis, Euangelij miniſtri commendabiles obiiciuntur. Quàm ſpecioſi Franciſci pedes. Fortius quàm Iudithæ calceamenta Holophernem, Minorum nudi pedes omnium hominum abripiunt affectum. Hebræi pro particula, *Quàm ſpecioſi pedes*, ſcripſere, *Quam deſiderabiles, ſeu appetibiles*. Ad quæ Hugo Card. *Specioſi pedes, quia vix terram tangentes.* Ampliùs expoſuit Gregorius, *Specioſi erant, quia terreni lucri inquinamenta ex ipſo piæ operationis inceſſu non contrahebant.* Et quidem Franciſci pedum nuditas eius à lucris terrenis abſtractionem omnimodam oſtentant.

Hugo.

Observat. VIII.

Ad illa verba:

Et reuelaſti ea paruulis.

Aduersùs Franciſcum cuncti tartarei hoſtes inſurgunt pugnaces, ne militia Minorum roboraretur, ſed nuditate paruulorum facillimè debellantur.

Nihil enim fortius paupertate voluntaria, ad horribiles impugnationes ſuperandas.

46. *Seraphici Ordinis ex nuditate fortitudo aduerſus hoſtes.*

NOndum ſatis Franciſci, Minorúmque filiorũ nuditatẽ commendaui. Miror equidem Seraphicum Ordinem tot hoſtium inuiſibilium oppugnationibus actum tam facilè inſtitutum, tam mirabilibus illicò incrementis auctum. Sed occurrit Franciſci paupertas, Minorúmque nuditas potens quidem horribiles hoſtes ſuperare.

47. *Seraphicus Ordo repentè conſtitit, vnico ictu innumeris hoſtibus ſuperatis, quia nuditas dimicabat.* Bonau.

Ideo prudentiſſimus Pater, *cùm multi vndique concurſarent ad ipſum* (loquor cum Seraphico Doctore) *poſtulantes ab eo, vt ſibi modum aliquem, & normam viuendi dignaretur aſcribere, ter aperuit ſanctum Euangelium, vt inde expromeret ſalutaria documenta. Et primo cùm liber apertus eſſet, ſeſe obtulit locus ille: Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes*, Mat. 19. *Secundus autem locus fuit ille: Nil tuleritis in via*, Luc. 9. *Tertius denique, Qui vult venire poſt me*, &c. Ibid. *Hæc eſt regula noſtra. Statimque cœperunt innumerabiles vndique B. Franciſci inſtitutum complecti, & eos per vniuerſum orbem Franciſcus diſpergebat, dicens: Annunciate hominibus pacem, prædicate pœnitentiam.* Multa viris ſanctis inferebantur vbique conuitia, multæ oppugnationes inſurgebant; ſed omnia hoſtis tartarei tela euanuere, Seraphicúſque Ordo repentè non paruulus, ſed gigas exſurgit. Alij Ordines paulatim roborati ſunt hoſtibus ſigillatim ſuperatis: Minorum Religio repentè coaluit, vno ictu cunctis hoſtibus euictis. Vndenam, precor, niſi ex potentiſſima nuditate.

Aliquando Elias aduersùs potentiſſimos Reges decertauit. Queis nam armis eſt vſus? An exercitu cœleſti ſtipatus ad bella proceſſit? Profectò melote armatus, ſeu potiùs nuditate tectus horribiles animi hoſtes (ſic Ambroſius Iezabelem vocitat) comminuit. Chryſoſtomus hom. 2. ad Pop. *Quid Elia pauperius? ſed propterea omnes hoſtes vincebat, quoniam pauper hic erat. Ipſam verò paupertatem ex mentis opulentia elegit.* Paupertas enim voluntaria armamentum eſt, quo hoſtium oculis obiecto, teterrimi hoſtes diffugere ſatagunt. 48. *Franciſcus, vbi Elias, paupertate innumeres hoſtes vicit.* Ambroſ. Chryſoſt.

O quàm ſe actum tribulationibus Iobus aſpexit, quàm horribiles expertus eſt hoſtes! Quos quidem vt vinceret, vel ſolo aſpectu ſine gladij, aut mucronis lanceæ vulneris inflictione, profatur, *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc*, cap. 1. Vt tartarei hoſtes nudum Principem aſpexere, reliquere mundum planè, ſed victorem; hominem, ſed Chriſti ſeruatoris ſimulacrum, nec vltra auſi ſunt ad arenam deſcendere, omnibus tentaminibus ante nuditatem aceruatis. Fatur Chryſoſt. hom. 2. ad Pap. *Iob igitur ante hoc cùm fortis eſſet, poſtquam omnia amiſit? tunc factus eſt fortior, & claram contra Diabolum victoriam reportauit.* Preme particulam, *claram victoriam*. Tunc victoria eſt clara, eſt viſibilis etiam ante conflictum, cùm potentiæ exercitus vnius exceſſus aſpicitur; quod adnotãs aduerſarius Dux à victoriæ cadit expectatione, & properat terga vertere neceſſario triumpho. Vix nudatus eſt Iob, cùm clara victoria potius, quàm contingens bellum tartareis hoſtibus præſentatur. Fortem ſeſe Franciſcus oſtenderat, ad ſuperanda parentum certamina, ſed poſtquam in Aſſiſiani Epiſcopi conſpectu vti Iob veſtimenta proiecit, ſe nudum obiiciens, diffugiente exercitu tartareo, clara Seraphico Ordini cedit victoria: properanter coaleſcit innumerabilis filiorum cœtus, Religionem confirmat Honorius, omnium plauſu; nullo contradictionis offendiculo fortiſſimus ordinatur exercitus. 49. *Nudatur Iob, vt fugiat hoſtis, clara ſine vulneribus obiecta victoria.* Iob 1. Chryſoſt.

A Ieſu ſuo didicerat Seraphicus, de quo Ioannes, *Milites ergo cùm crucifixiſſent eum, acceperunt veſtimenta eius*, cap. 19. Quare potiſſimus virginum Magiſter, ſeu Dux Agnus quem ſequuntur virgines, illud elegit mortis genus, quo nudus occumberet? Crediderim, nuditatem ſibi amariſſimam ſubiiſſe, vt edoceret paruulos ſuos, Minores ſuos hoſtes, validiſſimos ſuperare. D. Athanaſius orat. de Paſſ. *Se aduersùs mortem, ablatis veſtibus, expediuit*, 50. *Chriſtus docuit Franciſcum, fugare hoſtes obiectione nuditatis.* Ioan. 19. Athan.

&

& perſecutus eſt fugientem colubrum. Hoc habet nuditas voluntaria, quòd obiecta hoſtes exterreat, nec audeat coluber tartareus ad pauperum certamina irruere: *Perſecutus eſt fugientem colubrum.* Dum nudorum fortiſſimus comparatur exercitus, nullus oppugnator accedit, quia quo plures nudi arma arripiunt, eo coluber velocior fugam curat inire.

SECTIO II.

Omnia tradita paruulis.

TEXTVS.

VERS. 27. OMnia mihi tradita ſunt à Patre meo. Et nemo nouit Filium, niſi Pater: neque Patrem quis nouit niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. 28. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. 29. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus veſtris. 30. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.

IN FRANCISCVM

PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS

CIRCA LITERAM.

EX OMNIBVS PARVVLO DATIS.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.

Franciſco tradita à Deo tanta multiplicatio filiorum, vt Chriſtum æmulari videatur, cui traditus à Patre omnium cœtus Prædeſtinatorum.

Profectò tanta prolis multiplicatio à ſolo Deo parente optimo poteſt ortum habere.

1. *Ordinis Seraphici admirabilis pulcherrima multitudo filiorum.* Hieron.

HIeronym. ſic locum expendit: *Non cœlum, & elemẽta dicit tradita ſibi à Patre, ſed eos, qui per Filiũ acceſſum habẽt ad Patrem.* Elementa etenim tot diuitiis ornata quaſi nihili reputantur, ſi cum Prædeſtinatis filiis comparentur. Omnia ergo tradita ſunt à Patre Ieſu, dum ſit ipſe pater Prædeſtinatorum.

2. *Quaſi omnium Prædeſtinatorũ parens eſt Franciſcus.*

Poteſt Franciſcus illud profari, *Nihil habentes, & omnia poſſidentes.* Qui enim nihili bona æſtimat mundialia, tot ſanctis filiis à Patre cœleſti traditis ſibi, abundat, vt videatur immenſurabilis Prædeſtinatorum multitudinis parens exſurgere Nam ſi Prædeſtinatorum cœtus illa eſt turba, *quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & linguis, & populis,* Apocal. 6. poteſt nec vllus Arithmeticæ Magiſter Franciſc. filios vbique terrarum exiſtentes annumerare? De Ordinis Seraphici initiis hæc carptim Bonauentura ſcribit. *Statim cœperunt* Bonau.

innumerabiles vndique B. Franciſci inſtitutum complecti: & glorioſus Franciſcus eos per vniuerſum orbem ad prædicandum diſpergebat. Non modò viros, ſed etiam fœminas ad ſanctiſſimæ vitæ inſtitutum reuocauit. Inter quas fuit ſanctiſſima illa Virgo Clara tanquam delicatiſſima quædam planta. Porrò proceſſu quodam temporis multiplicatis iam fratribus, cœpit eos Paſtor ſollicitus in loco S. Mariæ de Portiuncula ad Capitulum Generale conuocare, vt in funiculo diſtributionis diuinæ in terra paupertatis illorum vnicuique tribueret obtinentiæ portionem. Vbi licet omnium neceſſariorum eſſet penuria, fratrúmque multitudo vltra quinque millia conueniret: diuina tamen opitulante clementia, & victus ſufficientia ſuberat, & ſalus comitabatur corpora, & ſpiritualis iucunditas affluebat. Non miraris, tam exiguo temporis interſtitio poſt Ordinis Seraphicæ confirmationem primo Generali Capitulo vltra quinque millia capitulares viros coactos fuiſſe, qui quidem innumerabilem fratrum cœtum proculdubio indicabant? Quid mirum, ſi Doctor Seraphicus ait, *Statim cœperunt innumerabiles vndique B. Franciſci inſtitutum complecti.* Si poſt Ordinis inſtitutionem ſtatim innumerabiles viri accurrunt ad campum, quis queat Seraphicæ nunc familiæ innumerabilium exercituum innumerabiles milites adnumerare? Exprimunt proculdubio Prædeſtinatorum turbam, de qua Ioannes, *Poſt hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat.* Quàm magnus cœtus ille, ſi ex ſolo Seraphico Ordine tot ſignati procedunt? 3. *Deus ipſe videtur ſolus parens tam innumerabilis familiæ.*

An tam innumerabilis poſteritas Deo parentibus tribuenda, an Franciſco? Certè tantæ poſteritatis profluuio non homini, ſed Deo tribuenda. Fatur Moſes, *Filij Iſraël creuerunt, & quaſi germinantes multiplicati ſunt: ac roborati* Exod. 1.

nim

nimis impleuerunt terram, Exod. 1. Num hi filij Iacobi? Profectò videns progeniem hanc in morem germinis multiplicari, cogor aſſerere eum eſſe tam innumerabilis progeniei parentem, qui facit herbas, ac arbores germinare. Ipſe aſſerit Dominus, *Filios genui, & exaltaui*, Iſai. 1. Quónam modo filij à Deo credebantur generari? Num cùm ab ſterilibus parentibus procedebant? Sic Deus Pater Iſaaci, Iacobi & Eſau. Crediderim tunc Deum patrem hominum exiſtere, cùm poſteritas innumerabilis exoritur. Ideo tunc genuit filios, cùm *filij Iſraël creuerunt, & quaſi germinantes multiplicati ſunt.* D. Zeno ſerm. 1. de Iſa. *Hos in Aegypto genuit, vbi ingreſſis paucis hominibus innumerabilis multitudo proceſſit.* Quínam, obſecro, tam innumerabilis Franciſci familiæ parens extiterit? Franciſcus. Quónam modo poterat homo purus Ordinis terram fertiliſſimam facere germinare? Annon Deo vis huiuſmodi tribuenda? *Dixítque Deus: Germinet terra*, Geneſ. 1. Ergo ſi Seraphici Ordinis filij inſtar germinis multiplicantur tot fructus producturi, non tam Franciſco tribuendi parenti, quàm Deo. O filij Franciſci, qui videmini *ab Iobe ſummo* immediatè proceſſiſſe! Poſſétne niſi à Deo particulariſſimè prouidente tam ingens poſteritas ſanctiſſimorum produci filiorum?

Iſa. 1.

Zeno.

4 Profectò Franciſcus pluſquam homo eſt, Seraphim vtique appellandus. Vnde infinita quodammodo poſteritas poteſt ei commodè tribui. Annon Angelus ad Agar? *Reuertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manu ipſius.* Et rurſum, *Multiplicans*, inquit, *multiplicabo ſemen tuum, non numerabitur præ multitudine*, Geneſ. 16. Ergo ſi Angelo tribui poteſt innumerabilium filiorum paternitas, Seraphino Franciſco vis producendi tot ſpirituales filios poterit adſcribi. Profectò non tribuenda illa verba Angelo niſi Dei perſonam exerenti. Ait Anſelmus, *Dicens autem Angelus: Multiplicans multiplicabo ſemen tuum, &c. palàm eſt, ipſum hoc in perſona Dei eſſe locutum.* Neque enim vlli creaturarum tribuenda vis ad educendum cœtus innumerabiles filiorum.

Franciſcus ſe nõ hominem, non Seraphinũ, ſed quaſi Deum oſtendit, dũ innumerabilis prolis Pater obiicitur.

Gen. 16.

Anſelm.

5. Caietanus acutè diſputat, quare Deus ad maiorem promiſſionis huiuſce ſtabilitatem, non apertè oſtendit ex nomine ſuo Angelum geſſiſſe promiſſionem? Cur nõ dixit Angelus, *Hæc dicit Dominus.* Reſpondet manifeſtè Angelum oſtendiſſe, ſe Dei nomine locutum eſſe, & non in perſona propria, dum dixit: *Multiplicans multiplicabo ſemen tuum, non numerabitur præ multitudine.* Neque enim homo poſſet innumerabilium filiorum pater exiſtere. *In his verbis* (ait Cardinalis) *cœpit Angelus manifeſtare ſeipſum, dicendo in prima perſona, Multiplicans multiplicabo ſemen tuum, non numerabitur præ multitudine. Hoc enim Dei officium eſt, & in perſona Dei Angelus hoc dixit.* Expende particulam, *Cœpit Angelus manifeſtare ſeipſum.* Non ſe manifeſtauit, cùm dixit: *Reuertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manu ipſius*; ſed cùm primum aſſeruit, haud numerandos filios præ multitudine. Humillime Franciſce, tam innumerabilis Seraphinorum cœtus parens, quàm meritò communi tribues Genitori. Deum ſolus tam copioſæ poſteritatis, tam ſanctæ multitudinis poteſt

Dum Angelus ait: Multiplicãs multiplicabo, &c. ſe Angelũ, non Deum eſſe, profitetur, quia ſoli Deo adſcribenda innumerabilis proles.

Caietan.

Franciſcus Dei gerit perſonã, dũ tot is innumerabilis prolis appellatur.

Pater exiſtere. Quòd ſi tibi tribuenda ſit huiuſmodi paternitas, te ſtigmatibus ſacris ornatum alterum dixero Saluatorem, qui poſſis verè profari: *Filios genui innumerabiles, & exaltaui*, ſanctitudinis edocens perfectionem.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Nemo nouit Filium niſi Pater: & nemo nouit Patrem niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.

Omnes in filiis Minoribus Parentem Franciſcum illicò agnoſcimus, ſanctitas enim filiorum Patris adhuc refert ſanctitatem.

Aſſolent boni filij poſt multa ſecula, poſt diſcrimina rerum patria referre natalitia.

LIcèt nemo Patrem æternum, niſi Filius agnoſcit, quia Deum nemo vnquam aſpexit: nec occultiſſimas Patris proprietates vllus hominum conſequutus eſt abſque ſpeciali Filij reuelatione: multa agnouimus, quia à Filio reuelata accepimus. Ex Filij in homines pietate edifcimus Patris cœleſtis charitate ſic diligentis mundum, *vt Filium ſuum Vnigenitum daret.* Ex potentia Filij circa miraculorum excitationem, quaſi aſpicimus Patris omnipotentiam tot olim patrantis mirabilia. Ex benignitate Filij excipientis Magdalenam, Samaritidem inuitantis, parcentis adulteræ, in Patris benignitatem agnoſcendam adducimur. Ratio eſt, quia aſſolent filij nobilibus natalibus reſpondere. 6.

Seraphicus Ordo natalitia obſeruantiâ rutilat. Hincque Ieſuitæ mei admodũ commendabiles apparent.

Filij Religionis Seraphicæ ſinguli nobis Patris Franciſci aſſerunt cognitionem. Nam poſt multa ſecula ſic Patris actione, & verbo exprimunt ſanctitatem, vt videamur totiens Franciſcum intueri, quotiens Minorum aliquẽ aſpectamus. Quàm commendabiles filij, qui poſt multa ſecula Patri ſanctiſſimo reſpondere penitus conſpiciuntur! Attendite, precor. De Dauide Rege ſic textus ſacer, *Dormiuit igitur Dauid cum patribus ſuis. Dies autem quibus regnauit Dauid ſupra Iſraël, quadraginta anni ſunt*, 3. Reg. 2. Pro, *dormiuit Dauid cum patribus ſuis*, legit Ambroſius, *appoſitus eſt ad patres ſuos.* Porrò apponi ad patres idem eſſe innuit, ac ex patribus exortum non degenerem ad patres rediiſſe; ſed ſemper retuliſſe actionibus pia natalitia: *Ex quo* (ait Doctor) *cognoſcitur, neque illud otiosè ſcriptum eſſe; ſed perpensè, atque examinatè, quod legimus in Regnorum libris: Et appoſitus eſt ad patres ſuos; intelligi enim datur, quòd patribus ſuis fuerit ſimilis in fide.* O auguſtum præconium, Dauidem poſt abſentiæ à patribus quadraginta annos, ad ipſos rediiſſe eadem fide, quam accepit, 7.

Quilibet Seraphicæ Religionis Patrẽ moribus agit Franciſcum non vti Dauid poſt quadraginta, ſed poſt quadringẽtos annos.

3. Reg. 2.

Ambroſ.

ornatum! Dic mihi, nónne auguſtior Seraphici Ordinis commendatio eſt, ſingulos Franciſci filios poſt non ſolùm quadraginta, ſed quadringentos annos apponi ad parentem Franciſcum, eiúſque virtutum gloriam oſtentare? Franciſcus nudus, choro addictus, proximis oblatus, humilitate nitens, paupertate ſingularis, pietate communis? Poſt tot annos quilibet Seraphici Ordinis Miles nuditate, humilitate, paupertate, diuina laudatione, proximorum miniſteriis, pietate in cunctos ſanctiſſimum Patrem repræſentat.

8. Moyſes ex Hebræis parentibus exortus naufragus filiæ Pharaonis portatur ad manus, nutritur in Ægypto, apud Madianitas paſtorium munus gerit. Poſt multos ergo annos, poſt varia, euentuum diſcrimina à Deo eligitur, vt Deum Pharaonis agat circa ſuorum Hebræorum liberationem. Ait Deus, *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis*, Exod.7. An cum Hebræis prouidè actum? Si immittitur Moyſes, vt laborantibus ſuccurrat Hebræis, non aptè electus Moyſes, qui tot annis ab Hebraico populo receſſit. Aliquid ne in Moſe Hebraïcum poſt tot rerum diſcrimina perſeuerat? Profectò inde admodum commendabilis Moyſes obiicitur, quòd Dominus eum poſt tot annos abſentiæ à parentibus, aſpectarit Hebræum. Pergat Moyſes ad Hebræorum liberationem, qui poſt multos receſſionis annos fouet adhuc parentum mores, ſapit vtique natalitia. D. Chryſoſtom. homil. 25. in Mat. *Ecce Moyſes, qui factus fuerat Paſtor ouium irrationalium, factus eſt Dux populi glorioſi. Qui quaſi homicida ex Ægypto egreſſus, poſtea ingreſſus eſt Iudex Sanctorum, tam non filius Ægyptiæ, ſed quaſi filius Dei. Perdidit beneficium ſuum Aegyptus, non potuit bene nutriendo facere ſuum, qui meliùs naſcendo fuerat alienus.* Si commendabilis adeò Moſes, quia poſt aliquot annos tanquam Hebræus ad Hebræos iudicandos immittitur, tam affectus populi liberationi, ac ſi nunquam à parentibus exceſſiſſet. Quàm commendabiles innumeri Franciſci filij, qui poſt tot ſecula à Parente abſtracti, tam Seraphici obiiciuntur, ac ſi quotidie ex ore Franciſci ſalutaria dogmata exaudirent?

Valde commendabilis Moyſes, qui poſt aliquot annos abſtractus à patribus Hebræis, perfectū Hebræum agit. Quid poſt tot ſecula gerentes Franciſcū?
Exod.7.
Chryſoſt.

9. Preme illa: *Non potuit Aegyptus bene nutriendo facere ſuum.* Multi Ordinis Seraphici ad Eccleſiæ dignitates promoti obiiciuntur. Quot Pontifices Summi, quot Cardinales, Patriarchæ, Epiſcopi! Hoſce equidem diu nutriuit prædiues Eccleſiæ ac dignitatis magnitudo. Potuítne eos nutriendo *ſuos efficere*? Minimè verò. Poſt diuturnam à naturalibus ſeparationem ex humilitate, abiectione ſecularium diuitiarum, pietatis operibus Patrem Franciſcum videntur præſentare. *Non filius Aegyptiæ, ſed quaſi filius Dei.* Nam qui in ſeculo cum peccatoribus profligatorum morum tot ſeculis conuerſatus eſt ſine inſtituti peruerſione, ſine regulæ Patris remiſſione, ſe probat verè Franciſci filium, ſiue Dei potiùs.

Quaſi non homines, ſed Dei filij oſtentantur Franciſci filij, poſt tot ſecula conſeruantes natalitiam perfectionē.
Chryſoſt.

10. Ex Iſraël puer Dominus ad Ægyptum properat, vbi aliquot annis commoratur. Redit ad Palæſtinam Sanctus, idem, licèt cum peccatoribus, Ægyptiis conuerſatus eſt. Videt illum Pater æternus, & ex ore D. Ambroſ. ad Pſal. 40. proclamat, *In te, ô Fili, generationis meæ, priuilegium recognoſco, quam nulla potuit macula inquinare peccati.* quando ſcilicet cum peccatoribus commoratus es. O Sol nunquam vapotibus fœdis inquinatus! In Ægypto habitaſti, ſed non *Aegyptiæ filius* rediiſti, *ſed Dei Filius.* Ergo *generationis meæ in te priuilegium recognoſco.* Profectò (ſi liceat cœleſtibus ac Diuinis terrena ac creata componere), dum video Franciſci filios cum peccatoribus conuerſari, ac ſacra miniſteria, eleemoſynarum occaſione, per oppida ferri, ac eos contemplor & inceſſus modeſtia, & verborum circumſtantia, & actionum pietate, & veſtitus religione Franciſci parentis imaginem poſt tot elapſa ſecula; in eis planè generationis quodammodo diuinæ priuilegium recognoſco, quos conuerſatio ſecularis non potuit ad vllam relaxationem attrahete. *Non filij Aegyptiæ, ſed quaſi filij Dei.* Hinc Ieſuitarum meorum gloriam memorabo, qui apud profligatiſſimos peccatores degentes, conuerſantes, poſt centeſimum quintum fundationis annum ſuo Ignatio reſpondent obſeruationis puritate. Exprimuntur equidem non Ægyptiæ, imò nec ipſius Ignatij filij, ſed filij Dei verè Ieſu fratres.

Ieſus in Ægypto manēs aliquot annis, & immaculatus redíens ad propria Dei Filius oſtēditur. An Seraphici Ordinis fratres Dei Filij, qui diu in Ægypto vixerūt immaculati?
Matth.2.

Ieſuitarum hinc gloria rutilat.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.

Franciſco Pater cœleſtis omnia, id eſt, omnipotentiam tradidiſſe videtur, qui, in morem Filij Dei, miracula excitat hominibus ſalutaria.

Illa etenim mirabilia ſapiunt cœleſtem Autorem, non Dæmonis præſtigium, quæ ad Dei gloriam & ſalutem proximi excitantur.

Anſelmus vnico verbo ſententiam hanc exponit. *Omnipotens ſum ad miracula.* 11.
A Patre accepi poteſtatem, vt miracula excitem pro libito voluntatis meæ. Auguſtinus *lib.3. contra Max. cap.12. Non minor eſt poteſtate Patris, quia omnia habet, quæ Pater: dedit autem Pater gignendo.* Vt Deus igitur accepit à Patre omnia quæ Pater habet, vnde ea cum eſſentia accepta à Patre generante potentia, mira excitat hominibus ſalutaria.

An vllum miraculum patrauit Chriſtus, 12.
quod non ad commodum hominum intenderit? Fatur Lucas, *Qui venerant, vt audirent eum, & ſanarentur a languoribus ſuis*, &c. *Quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes*, cap.6. Cur illi ad Dominum properabant? Et *vt audirent eum*, & *vt ſanarentur à languoribus.* Chriſtus ergo eos à languoribus ſanat, vt fructuoſè audiant eum; id eſt, ad fidei incrementum. Theodoretus apud D. Thom. *Qui venerant, vt audirent eum ad animarum ſalutem, vt ſanarentur à languoribus ſuis, hoc eſt,* ad

Ægritudines corporū ſanabat Ieſus, vt animi ſanitati anſam arripere.
Luc 6.
Theod.

ad animarum ſalutem, vt ſanarentur à languoribus ſuis, hoc eſt, ad medelam eorum corporum. Qui enim venerant ad animi medelam procurandam, eo ipſo Dominum excitabant, vt eos à languoribus corporis liberaret ad certiorem animi ſanitatem. Nam ex miraculi fulgore Chriſti omnipotentiam credere cogebantur.

13. Conteſtatur Matthæus dum ait, *Circuibat* IESVS *totam Galilæam, docens in Synagogis eorum, & prædicans Euangelium Regni, & ſanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo, & abiit opinio eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes malè habentes*, cap. 4. Preme particulam, *ſanans omnem languorem.* id eſt, animi & corporis infirmitatis, vti Theodoretus. Curabat enim Dominus corpora donari valetudine, vt beneficiis corporeis illi ad dogmatum cœleſtium credulitatem excitarentur. D. Leo *ſermon. in Feſto Omn. ſanct. cap.* 1. expendens particulam, *Abiit opinio eius in omnem Syriam*, ait: *In omnem Syriam virtutum eius fama diffuderat, & multa ex vniuerſa Iudæa turba ad cœleſtem Medicum confluebant. Quia enim tarda eſt humanæ ignorantiæ fides, ad credenda, quæ non videt, & ſperanda, quæ neſcit: oportebat diuina eruditione firmandos corporeis beneficiis, & viſibilibus miraculis excitari: vt cuius tam benignam experiebantur potentiam, non ambigerent, ſalutarem eſſe doctrinam.*

Omnis ſimul lãguorã Domino ſanabatur, corporum, vt animo ſanitas, ex beneficio ſalutis corporea, pararetur.
Matth. 4.
Theod.
Leo.

14. Porrò Petrus & Ioannes IESV imitatores claudum apud Templi oſtium ſanitati vtrique reſtituerunt. Nam qui potiùs commodis temporariis ſtudebat extra Templum, corporeo beneficio incitatus, ad Templum iam Deum laudaturus properauit. *Et protinus conſolidatæ ſunt baſes eius, & plantæ, & exiliens ſtetit, & ambulabat, & intrauit cum illis in Templum, ambulans, & exiliens, & laudans Deum*, Act. 3. Vt laudaret claudus Deum firmiter iam in Templo, non in oſtio reſidendo, à Petro & Ioanne perſonam IESV gerentibus (iuxta illud: *In nomine* IESV *Nazareni ſurge*,) corporea ſanitate donatur. D. Fulgentius ſermon. 9. in Nat. Apoſt. *Si aſpexit hos lapides*, (id eſt, Apoſtolos Eccleſiæ fundamina) *claudus in porta ſpecioſa, viſum recepit ſpiritualem, & Templum fortiter intrauit.* Vt innuatur aduerbio *fortiter* fidei ac deuotionis incrementum in claudo corporeæ valetudini reſtituto.

Petrus claudo valetudinẽ impertitur, vt firmiter, hæreſcat non porta, ſed Templo.
Act. 3.
Fulgent.

15. Profectò Franciſcum non ſolùm iam ex ſtigmatum inſigni, ex nuditate, ex prædicatione, ex virtutibus, ſed ex potentia miraculorum hominibus ſalutarium ad animæ profectum, alterum Chriſtum recognoſco. Chriſtus aquam in vinum conuertit apud Cana nuptias. Quónam ſpirituali potantium fructu? Certè cuncti Dominum laudauerunt, cuius gloria manifeſtatur, & Diſcipuli in eum credidere. *Hoc fecit initium ſignorum* IESVS *in Cana Galilææ, & manifeſtauit gloriam ſuam, & crediderunt in eum Diſcipuli eius*, Ioan. 2. Porrò *Franciſcus poſtulauit aliquando* (ait Bonauentura) *modicum vini, quòd ſe languidum vehementer ſenſiſſet, & grauiter afflictum. Aiunt filij, non eſſe vinum, quod ſibi poſſet adferri. Iuſſit ſanctus aquam portari; quæ cùm allata eſſet, precibus viri ſancti in vinum ſuauiſſimum eſt conuerſa.* Laudauit Franciſcus Dominum, filiíque eius crediderunt patrem verè eſſe IESV Domini æmulatorem. *In loco præterea deſerto, & arido ſuis precibus ad populi inſtantiam aquam acquiſiuit, & impetrauit à Domino, ex petra quadam duriſſima eductam.* Vt aſpicientes hunc lapidem (vt cum Fulgentio loquar) cœcus forsaſſe, aut Claudus populus viſum recipiat ſpiritualem, & fontis æterni ſitiat aquas.

Franciſcus aquam conuertit in vinum, vt Deus laudetur, & filij confirmari valeant, æmulator IESV.
Ioan. 2.
Bonau.

Aquam dat populo, vt & roboret in fide, & ad pietatem afferat.
Bonau.
Fulg.

16. An non Dominus lapis angularis, qui miraculo præſtantiori *fecit vtraque vnum*? Franciſcus Dominum imitatus eſt. *Medicus*, (ait Doctor Seraphicus) *qui viſitabat Diuum, & fratres, ruinam patiebatur domus ſuæ, quæ iam fermè corruebat. Itaque rogauit virum ſanctum, vt domui ſui ruinæ reparandæ aliquam ex ſuis reliquiis vellet ſibi dare. Dedit Franciſcus aliquos capillos. Quos cùm ille accepiſſet, & eos parieti adhibuiſſet, ſtatim ita compactæ ſunt, & conglutinatæ ſciſſuræ omnes, & rimulæ, vt neque capillos extrahere homo ipſe poſſet, neque præterea ad ruinam aliquam formidaret.* Neque domus, neque conſcientiæ ad ruinam proculdubio Phyſicus formidaret. Nam qui vidit tam illuſtre diuinæ potentiæ documentum, quónam modo poſſet ſpirituali ruinæ obnoxius relinqui? Si vellem cuncta Franciſci mira, quæ ab Auctoribus ſcribuntur, ſalutaria quidem hominibus exprimere, prius papyrus ac calamus deficeret, quàm materia.

Domũ corruentem capilli ſolidauit, vt Medicum ad Dei vberrimas laudes excitaret, & confirmaret.
Bonau.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.

Franciſcus à Patre cœleſti ob innocentiam vitæ ad hæreditatem, quam amiſit Adamus, eo perfectius eſt introductus.

Innocentiæ ſtatum innuit in Diuo, animantibus, & volucribus imperitare; ſed præcipuè à Deo oculos ſiue mentem nunquam abſtrahere.

17. OMnia Chriſto traduntur, non ſolùm cùm Verbum à Patre poteſtatem, ſeu omnipotentiam accepit: ſed cùm à Maria concipitur Filius hominis. Reſtituitur enim ei hæreditas Adami in ſtatu innocentiæ conſtituti, quam præuaricatione amiſit.

Ad innocentiam conſeruandam, oportet mentem ſemper Dei præſentiæ adducere. Ignatio meo accommoda clamanti, heu quam ſordet terra, &c.

Vis innocentiæ ſtatum obiiciam? Quatuor excellentias illius propono. Prima eſt ſcientia, ſecunda gratia gratum faciens, tertia iuſtitia originalis, quarta corporis immortalitas. Scientiam Dei, rerum cœleſtium, omniumque aliarum rerum naturalium impreſſam à Deo habuit Adam iam inde à ſuo ortu. Gratia gratum faciens, aut ſanctificans, eum qua productus eſt Adamus, eſt ſumma rectitudo, & perfectio hominis, vt eſt rationalis. Quid nam iuſtitia originalis, niſi abſoluta quædam comprehenſio omnium habituum,

18. *Innocentiæ ſtatum deſcribo.*

habituum, quibus homo ſecundùm omnes potentias, ac facultates tam animæ, quàm corporis rectus, & perfectus reddebatur; atque idoneus ad exercendas expeditè, & perfectè omnes actiones ſuæ naturæ conuenientes? Quid corporis immortalitas? Quæcumque mortem afferre ſolent in eo feliciſſimo ſtatu partim non eſſent, partim homo ipſe ſua induſtria, & multis remediis, maximéque Deo protegente vitare potuiſſet. Quid de obedientia creaturarum attexam? Adamo cuncta animantia, volucres omnes offerebant obſequium. Denique homo adeò Numini addictus hærebat, vt neque cibo accipiendo operam expediens, à Deo abſtraheretur. Quàm deplorandum fecit naufragium illa humanæ naturæ nauis, quæ tot mercium multitudine, & amplitudine onuſta ſoluit quidem è portu; ſed breui tempeſtatibus compulſa, fractaque diſperiit in ſcopulos!

19. *Innocentiſſimi Franciſci ſcientia.*

De ſcientia Franciſci infuſa, de gratia, de originali iuſtitia ipſe qui impendit Adamo, poterit ſolummodo exprimere quæ Franciſco reddidit, vt velut diues nauis ex ſcopulis merces deferret in portum. Si ad ſcientiam illam pertinet omnium fidei myſteriorum intelligentia, audi Bonauenturam ſapientiſſimum ſic Magiſtrum deſcribentem: *Quamuis vir ſanctus apud humanos Magiſtros, & ſcholas non multum didiciſſet; ita tamen ſacras literas à diuino Magiſtro Chriſto didicit, vt viros etiam doctiſſimos humanitus inſtructos ſua eruditione, & Scripturarum intelligentia ſuperaret. Dono præterea Prophetiæ inſignitus fuit Franciſcus, ita vt futura multa longè antè prædiceret, & pronunciaret, quin etiam multorum cogitationes notas haberet.* Quod Protoplaſtus non obtinuit. Scientiam illam habuit Adam impreſſam? Franciſcus non didicit, ſed quaſi agnata ſapientia donatus eſt.

Bonau.

20. *Franciſci gratia.*

Quid de gratia Franciſci? *Spirituum ponderator eſt Dominus.* Attamen tam mirabilis apud Summmm Pontificem & Cardinales ex prædicatione & modeſtia, & zelo diuinæ gloriæ apparuit, vt *planè dicerent*, (inquit Seraphicus) *vnanimi conſenſu, virum ſanctiſſimum, ſpirituque diuino plenum eſſe.* Qui Franciſci charitatem erga Deum, ac proximos contemplaretur, aſſereret Diuum in communi parente quodammodo non peccaſſe.

Bonau.

21. *Originalis Diui iuſtitia.*

Porrò vt Franciſcum originali iuſtitia quodammodo affirmem donatum apparuiſſe: ſi illa eſt abſoluta comprehenſio habituum, (de qua proximè) quibus homo ſecundùm omnes potentias ac facultates tam animæ, quàm corporis rectus, & perfectus redditur: Regula Franciſci omnem eam perfectionem, & rectitudinem æmulatur. Quam proculdubio, Deo dictante, vti Moſes legem, apud Alberniæ verticem Diuus ſcripſit.

22. *Imperauit animantibus, ac volucribus.*

An Franciſcus innocentiæ ſtatui reſtitutus videatur, obſequentia teſtentur animantia. *Non modò* enim (adhuc Bonauentura) *Fratres ſui viro ſancto obediebant, verùm etiam feræ, & immanes beſtiæ, atque etiam volucres viro ſancto obtemperabant. cùm enim ipſe volebat, vt ſuo concentu delectarent, id ſtatim faciebant; cùm autem contrà ſibi videbantur importunæ, quominus preces ſuas funderet, iubebat eis, vt tacerent; atque hoc modo illicò aues ipſa conticebant, & conſentiebant, atque parebant Franciſci voci.* Imò & filij Seraphici Patris alicubi aſſeruntur à Guadingo volucribus ex Franciſci nomine imperitaſſe, auéſque obſequium illicò præſtitiſſe.

Bonau.

Denique non ſatis ponderi debito addicam illam Franciſci Numini adhærentiam, à qua eum nec cibi voluptas, nec dolorum acerbitas poterat ſeparare. Homo innocens eſcas in ligneis paradiſi accepit, ita quidem, vt ſimul manum fructibus, & oculos cœlo traderet. Verùm dum piaculum incurrit, deorſum ad terram vergit, ex imíſque elementis quæritat eſcas, quæ oculos, manus, attentionem, totúmque hominem abripiant. Pulchrè Tertullianus lib. de cibis Iudaicis. *Nam & innocentia diſcerpturos alimenta ex arboribus adhuc ſibi benè conſcios homines ad ſuperna ſubrexit, & commiſſum delictum ad conquirenda frumenta terræ, ſoloque deiecit.* Si Franciſcus comedit, ſic ad cœlum eleuat lumina, vt ecſtaſi felici, cœleſtem ſatiandus dulciùs abſtrahatur ad menſam. Ergo videtur innocentiæ ſtatui eſſe reſtitutum.

23. *Sẽper Franciſcus de more ſtatus innocentiæ mẽtem Numini addixit.*

Tertull.

Iesvm Dominum æmulatur innocentiſſimum, de quo Sponſa, *Similis eſt dilectus capreæ*, Cant. 2. Et quare non leoni fortiſſimo Iuda Leo, ſed capræ fugaci comparatur? Quia innocentiæ animans illud præſentat imaginem, dum comedit. Alia animantia oculos demittunt ad terram, vt herbas carpant. At capra erecto corpore ad arborum ramos dum folia ore metit, oculis cœlum aſpectat. Ambroſius, *Meritò* (inquit ad Pſalm. 118.) *ſicut capreola, quia in altis paſcitur.* Sic Franciſcus, dum comedit, ad cœlum eleuatur. Nec ſolùm cùm neceſſariæ refectioni vacat, ſed & cùm dolore horribili afficiendus eſt, cœleſti volatu ſuperat tormentorum acerbitatem. Aliquando igniti ferri combuſtionem accepturus ad ſanitatem, ignis horrorem non experitur, quia cogitationem, ac mentem Numinis præſentiæ libauit.

24. *Franciſcus in altis paſcitur, velut Iesvs.*

Cant. 2.

Ambr.

Profectò innocentiam recuperat ad cœlum aſpectus, ſicut inducit innocentiæ amiſſionem ad terram oculorum mentis declinatio. Senes impudici *exarſerunt in concupiſcentia eius*, (Suſannæ) *& euerterunt ſenſum ſuum: & declinauerunt*, (aliter, *quia declinauerunt*) *oculos ſuos, vt non viderent cœlum*, Dan. 13. Si à cœleſti Regno affectum abſtrahimus, quónam modo tueri poterimus innocentiam? Venantius de Orat. Domin. *Veniat in corde noſtro Regni tui innocens deſiderium*, (quia innocentiæ index,) *vt poſſimus diaboli vincere blandimentum. Tunc enim in nobis hoſtis non præualet, quando deſpexerit, nos conſtanter diuini Regni deſideria concepiſſe.* Franciſci innocentiam ortum habuiſſe exiſtimo ex conſtantiſſima in cœlum abſtractione, qua ſordeſcebant terrena cuncta. D. Ignatius Parens meus optimus, ſingulari floruit innocentia, qua quodammodo ad impeccabilitatis ſtatum aſcendebat; quia ſemper aſpiciebat in cœlum. Quo pretor, fructu? Diuus clamabat, *Heu quam ſordet terra, dum cœlum aſpicio!* In illo enim illectamenta ſeculi non præualebant, quia conſtanter voluptates æternum manſuras aſpectabat.

25. *Innocentiæ ſi recuperat perpetuus ad cœlum aſpectus, vnde innocentiæ ſtatui Franciſcus reſtitutus eſt; ab eo ſtatu deturbat declinatio mẽtis à Deo.*

Dan. 13.

Venant.

D. Ignatius innocentiæ ſtatui quodammodo reſtitutus.

ObsERVAT.

OBSERVAT. V.

Ad illa verba:

Omnia mihi tradita ſunt.

Franciſcus à Domino accepit dona cœleſtia innumera & ſpiritualium chariſmatum, & Conuentuum innumerabilium; quia ſtudioſiſſimum ſe oſtendit circa Templorum ornatum, præcipuè circa Deiparæ delubra.

Expendo, quàm Deo acceptus ſit, quamque auguſto præmio afficiatur, qui ornatui Templorum dat operam.

26\. *Hinc commendo Societatis Iesv.*

ÆMulatorem IESV meritò Franciſcum prædico, dum video ei vti Filio omnia à Patre tradita eſſe. *Omnia* (ait Anſelmus) *tradita ſunt Chriſto, id eſt, omnes fideles.* Franciſco autem traditus eſt tot perfectorum numerus, vt omnium quodammodo debeant vocabulo inſigniri. Vt Comicus Auguſti potentiam exprimeret, aſſeruit, *Iupiter te omnium hominum Dominum conſtituit, cùm Romani Imperij tot familiæ tibi libant obſequia.* (Græcus.) A Domino, ô Franciſce, omnium hominum, qui verè homines, ſiue omnium Religioſorum dominio donaris, dum tam amplæ Seraphicæ familiæ domus innumeræ tibi libant obſequium. Vnde nam exiſtimas Franciſcum tot ſpiritualibus filiis, tot temporariis Domiciliis, ſeu Monaſteriis auctum, niſi quia diligens ſtudium circa Baſilicas, domus Domini, Mariæque reficiendas, ac ornandas impendit?

27\. *Incrementa domorum Franciſci ex Tēpli vnius reparatione, ad Eccleſiā reparandam extructarū.*

Audi Bonauenturā. *Cùm aliquando ante imaginem Crucifixi in quodam Templo oraret, vocem de ipſa Cruce delapſam ad eum audiuit ter dicentem: Franciſce, vade, & repara domum meam, quæ (vt cernis) tota deſtruitur. Ad obediendum ſe parat, & totum ſe recolligit, ad perficiendum mandatum de materiali Eccleſia reparanda.* Profectò vidit per ſomnia Pontifex ſummus Eccleſiam Lateranenſem corruere, virumque ornatum nuditate, nempe Franciſcum, humeros addicere domui ſacerrimæ, & Athlantem illius cœli extitiſſe. En præmium ob materialem domum reparatam, eligi Diuum ad ſpiritualis Templi reparationem, tot ſanctitudinis documentis, tot filiis, tot Seraphici Ordinis Templis extructis ad maiorem fidei robur, Eccleſiæ firmitatem.

28\. *Reficiens Eccleſiam S. Mariæ de Portiúncula, accepit ineffabilem Ordinis extructionem, & multiplicationem.* Bonau.

Cùm perueniſſet (pergit Doctor) *ad locum, qui Portiuncula dicitur, in quo Eccleſia ſacratiſſimæ Virginis antiquitus fabricata extiterat: ſed deſerta tunc à nemine curabatur: videns eam vir Dei ſic derelictam, ob deuotionem feruentem, quam habebat ad Dominam mundi, cœpit illic aſſiduè pro illius reparatione morari.* Quónam præmio. *Hic humiliter cœpit; hic fœliciter conſummauit.* Tot enim Monaſteria, tot Templa hinc vidit Franciſcus in primo Generali Capitulo, ad quod vltra quinque millia Capitulares confluxere, vt appareat, non pro vna reparata domo centum, ſed millia millium

Ant. de Eſcob. & Mend. Tom. V.

accepiſſe. *Frater quidam* (addit Seraphicus Doctor) *Deo deuotus viſionem vidit relatione condignam. Cernebat homines cæcitate percuſſos, facie in cœlum directa, & genibus flexis in huius Eccleſiæ ſtare circuitu. Qui omnes, protenſis manibus in altum, lacrymabiliter clamabant ad Deum miſericordiam poſtulantes, & lumen. Et ecce ingens de cœlo ſplendor aduenit, ſe per omnes diffundens, qui lumen vnicuique tribuit, & ſalutem deſideratam conceſſit. Hic eſt locus in quo Fratrum Minorum Ordo à S. Franciſco per diuinæ relationis inſtinctum, inchoatus eſt.* O reparatio vnius Marianæ Baſilicæ quot Franciſco Baſilicas, quot Monaſteria conſecraſti! Ex te lumen prodit cæcutientibus, ex te Iubilæi illuſtriſſimi gloria ſimul cum cœleſtibus gratiis profluxit.

29\. *Fit Franciſcus Eccleſiæ Princeps, (veluti Tyrij) quia Templa, præcipuè Mariæ ſacellum reparauit; quod geſtis annalibus nobilitatum eſt.* Pſ. 86.

Obſequium Deo præſtitum circa Templorum extructionem, aut refectionem auguſtiſſimis donatur incrementis. Cùm Templum Ieroſolymitanum à Salomone exædificaretur, Tyrij ligna cæcidere, ac miſere ad tectorum refectionem. O quàm ingens præmium à Domino acceperunt! Celebrauit Dauid, dum cecinit: *Fundamenta eius in montibus ſanctis*, &c. *Ecce alienigenæ, & Tyrus, & Populus Æthiopum, hi fuerunt illic*, Pſalm. 86. Vbi D. Bruno exiſtimat de Templi extructione intelligenda illa: *Fundamenta eius*, &c. Ad quam ædificationem Tyrij ligna obtulerunt. Addit Pſalmiſta, *Dominus narrabit in ſcripturis Populorum, & Principum horum, qui fuerunt in ea.* Quinam Principes fuerunt in domo Dei, *Et Tyrus, & Populus Æthiopum hi fuerunt illic, dum obtulerunt ligna ad tectorum refectionem.* Ergo hi erunt Principes, de quibus ſcribentur annalia. Brunonem audi. (Brunon.) *Glorioſa ſunt hæc, quæ & iuſtis & peccatoribus magnam ſpem dare poſſunt; & immenſam lætitiam. Vis in Eccleſia ſuſcipi Princeps? Tyrios imitare, quorum opere & auxilio Templum ædificatum eſt.* Reficit Franciſcus Templum, reficit & Baſilicam Deiparæ, quæ ex Richardi Laur. ſententia hiſce in verbis innuitur: *Fundamenta eius in montibus ſanctis*, (appellabatur Portiuncula B. Maria de Angelis ob frequentiam Angelorū, ac ſi huiuſce Eccleſiæ fundamina in mōtibus ſanctis.) Illico Franciſcus Princeps Eccleſiæ conſtituitur, tot filiorum Dux, vt annalia penè immenſa poſſint de Seraphico Ordine conſcribi: *Dominus narrabit in Scripturis populorum, & Principum eorum, qui fuerūt in ea*, B. Mariæ de Portiūcula Baſilica.

30\. *Portiunculæ Domus ſemper memorat, Franciſcum illud Templum Mariæ ornaſſe; inde tot muneribus inibi donatus eſt.* Exod. 25. Richard.

An licebit Franciſci obſequentiſſimo famulo aſſerere, aut contemplari, verbum illud, *Portiuncula* ab humilitate D. Franciſci loco illi impoſitū? Locus hic (ac ſi diceret) *Portiuncula* appellabitur, in quo portiunculam obſequij operiſque deuotionis meæ obiicitur. O quàm glorioſū Diuo vel portiuncula Tabernaculo Domini, quæ Maria eſt, exornaſſe? Vt conſtrueretur olim Tabernaculū, omnes ſubſidij particulam obtulere. *Omnes viri, & mulieres mente deuota obtulerunt donaria, vt fierent opera, quæ iuſſerat Dominus per manū Moyſis*, Exod. 25. Laurentio, & aliis Tabernaculū Deiparā expreſſit (de quo tom. 3.) Profectò glorioſum cuilibet portiunculam Tabernaculi ornatui litare. Franciſcus non totum Tabernaculum B. Mariæ de Angelis extruxit; ſed Eccleſiam ab aliis extructam adhibita portiuncula refecit, & ornauit.

 Audi

Audi pulchram Origenis ſententiam hom. 13. in Exod. *Iuſtum eſt, vt in Tabernaculo Domini inueniatur vnuſquiſque habere partiunculam ſuam. Non enim latet Deum, vnuſquiſque quid ei offerat. Quàm glorioſum tibi eſt, ſi dicatur in Tabernaculo Domini: Aurum illud, quo Arca Teſtamenti obtegitur, illius eſt. Argentum ex quo baſes, & columnæ, illius eſt. Æs, de quo annuli, & candelabrum, & nonnullæ columnarum baſes facta ſunt, illius eſt.* O Franciſce, qui humilitatis ergò portiunculam te Deiparæ, Tabernaculo Altiſſimi appoſuiſſe profatis, tota portiuncula illuſtriſſimi Monaſterij Seraphici Ordinis capitis tua eſt. Aurum illud, quo Arca Teſtamenti tui, ſiue Regulæ, vltimæ voluntatis tuæ ex tot Fratrum Seraphinorum charitate obtegitur, tuum eſt. Argentum examinatum igne tot laborantium Filiorum, aut Confeſſorum, aut Martyrum tuū eſt. Æs illud tam eleuatæ prædicationis, qua è portiuncula prolapſa totus orbis inſtruitur, & catenæ Adami annulis ad Conditorem trahitur, tuum *eſt*. Non portiunculam tribuiſti ædificationi, ſed tota eſt tibi adſcribenda tanti operis exædificatio. *(Origen.)*

31. *Diuinis honoribus colitur Franciſcus, quia vni, & alteri Templo reficiēdo incubuit? Ioſeph.*

Non fallar, ſi aſſeruero, Franciſcum diuinis honoribus totò in orbe ab hominibus coli, (dum ſacris ſtigmatibus inſignitum, alium Chriſtum quodammodo agnoſcunt,) quia vnius, & alterius Templi reparationi incubuit. Duo Samariæ Reges Adadus, & Azael vrbem Damaſcenorum Templis extructis ornauerunt. Quónam fructu? Ioſephus lib. 11. Antiquit. c. 2. *Vſque in præſens tam Adadus, quàm Azael eius ſucceſſor, diuinis apud Syros coluntur honoribus, quia Templis extructis Damaſcenorum vrbem ordinatiorem reddiderunt.* Quid mirum Franciſco Templi illius primum, & poſtmodum Eccleſiæ B. Mariæ refectori, & ornatori diuinus quodammodo honor vſque in præſens tempus impenduntur à cunctis?

Observat. VI.

Ad illa verba:

Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem.

Diſcimus à Franciſco, multa à nobis gerenda ex vitæ aſperitate, & virtutum exercitamentis; vt valeamus ab impudicitia liberari.

Profectò indiget multis, aſperitate ſcilicet, lacrymis, receſsione à fœminis, vti otio fugere, ſilentio decorari, qui curat à luxurie non vinci.

32. *Aſperitas vitæ, & virtutum exercitium ad quemlibet animi repellendum habitum.*

Aſolent laſciuia & ſuperbia ſimul incedere, vnde canit Eccleſia, *Mites fac & caſtos*. Quare dum Dominus profatur, *Diſcite à me, quia mitis ſum*, ſubintelligit, *ac ſimul pudicus ſum. Et inuenietis requiem.* Quid præſtandum, vt puritate & animi, & corporis donemur? *Mitis ſum, & humilis corde.* Patientia fulgeo, dum laboribus agor, & virtutum roboror exercitamentis, vt doceam, quibus armis ſit aduersùs periculoſos hoſtis inſultus dimicandum.

33. *Aſperitate vitæ, & virtutum exercitamentis indiget Magdalena, vt eripiatur à libidine. Luc. 7. Ephrem.*

Equidem multis indiges, vt à laſciuiæ inſultibus expediaris. Aſperitas vitæ & virtutum exercitatio eſt neceſſaria. Mulier illa, quæ erat in ciuitate peccatrix, pœnitudine ducta, & cupiens ſe ſe à laſciuia expedire, *attulit alabaſtrum vnguenti, & ſtans retrò, lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes eius, & vnguento vngebat*, Luc. 7. O quot actiones ad vnicam luxuriei expiationem replicantur! D. Ephrem in Magd. fatur, *Non ianitores, ac famulos domeſticos generoſa mulier timuit, nec duram adſtantium increpationem; vnum hoc ſecum cogitans, dicenſque: Quòd ſi totam meam faciem quaſi ferream, aut æream non reddidero, ſaluari ex turpi inundatione laſciuiæ meæ non potero.* Ferrea redditur Magdalena ad patiendum, humilis ad obſequia præſtanda ex virtutum exercitamentis: *mitis* quidem, *& humilis corde*, vt poſſit à luxuriei immundiſſima liberari.

34. *Vt mūdetur à luxurie laſciua terra, ei inducitur putatio, & florent, id eſt, aſperitas, & virtutes. Cant. 2. Ambr.*

Laſciuiæ quondam terræ illa eſt ſententia: *Vox turturis audita eſt in terra noſtra, tempus putationis aduenit, flores apparuerunt in terra*, Cant. 2. Turturis vox quid niſi caſtitatis introductio in terram noſtram, vbi impuritas habitabat? Sic Ambroſius lib. de Iſaac, cap. 4. *Bene addit, Noſtra, quaſi admirans, quòd vbi antea impudicitia, ibi iam caſtitas.* Queiſnam, precor, actionibus hæc mirabilis immutatio præſtita? Certè tempus putationis aduenit ex aſperitate vitæ & lacrymarum profluentia: ac flores virtutum *apparuerunt*.

35. *Ioſeph ſe ferreum ex aſperitate, floridum ex modeſtia oſtendit adulteræ, & poſt multas victorias ſuperauit luxuriem. Geneſ. 39. Chryſoſt.*

Ioſeph Hebræus ille adoleſcens ſe ſe fortiter à procacis fœminæ illectamentis liberauit. At queiſnam armis laſciuiam comminuit horribilem? Ferreum ſe oſtendit vitæ innuens aſperitatem, otioſitatem virtuoſa actione expulit, fugit fœminæ conſortium, exorauit, lacrymis fortaſſe obortis, Numen; ab otioſis, inutilibuſque verbis abſtinuit, ſolummodo prolatis neceſſariis illis: *Quomodo poſſum hoc malum facere?* Geneſ. 39. Profectò vnam laſciuiam irruentem debellaret, tot ſimul triumphos conſequutus neceſſariò fuit D. Chryſoſtomus ad Pſalm. 48. *Hic exiit capite redimito coronis innumerabilibus, & ideo in ſeruitute oſtendit libertatem.* quia ſcilicet ſe luxuriei non tradidit ſeruituti. Tot victoriæ reportandæ ſunt, ad vnius luxuriei ablegationem.

36. *Franciſcus vitæ aſperitate impudicam ſuperauit Ægyptiam. Bonau.*

Teſtor D. Franciſcum nos edocentem, à laſciuiæ ſe Ægyptiæ inſidiis expediiſſe, quia *mitis* fuit, *& humilis corde*. Patientia, & virtutum exercitamentis horribilem hoſtem ſuperauit. Quàm ferreus ad aſperitatis tolerantiam! Ait Bonauentura, *Cum ſanctitatis hoſtis Franciſco maximè inuideret, & ei perpetuò inſidiaretur; tentauit virum ſanctum de ſenſuali delectatione. Cùm autem Franciſcus ſenſiſſet tales dæmonis inſidias, cœpit carnem ſuam acerbiſſimè caſtigare, dicens ſibi ipſi: Eia frater aſine, ſic te decet manere, ſic ſubire flagellum. Inſuper & mirando feruore ſpiritus animatus, aperta cella,*

cella, foris exiuit in hortum, & in magnam d-mergens niuem corpuſculum iam nudatum, ſeptem ex ea plenis manibus cœpit compingere maſſas. Ecce, inquit, *hæc maior vxor tua eſt; quatuor iſtæ duo filij, & duæ filiæ; reliquæ duæ ſeruus & ancilla. Feſtina igitur omnes induere, quia frigore moriuntur. Quibus dictis, illico tentator receſſit victus, & Franciſcus cum triumpho rediit ad cellam.*

37. *Ficit libidinum virtutum exercitamentis.* Bonau.

Profectò aſperitate vitæ addidit virtutum exercitamenta, filiis documenta præſcribens, *Diſcite à me. Mulierum familiaritates, colloquia, & aſpectus, qui multis ſunt occaſio ruinæ, modeſtiſſimus vir ſollicitè euitare iubebat. Otium vero omnium malarum cogitationum ſentinam docebat ſummopere fugiendum*, piis actionibus, precibus, lectioni ſacræ ſtudens. *Euangelicum etiam ſilentium volebat à fratribus obſeruari; vt videlicet ab omni otioſo verbo abſtinerent.* Lacrymarum inſtar Magdalenæ addebat profluxionem. *Tantus erat dolor, quem vir ſanctus ex timore piaculi ſentiebat, vt pro lacrymarum aſſiduitate, & torrente parum abeſſet, quin cæcus redderetur.* O quàm ſtultus, qui laſciuiæ tyrannide preſſus nullas viriliter actiones excogitat, ad hoſtem ſuperandum; ſed ſedes ſub compede gemit, & catena!

OBSRVAT. VII.

Ad illa verba:

Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.

Humilitas Franciſcum ad auguſtiſſimúm verticem, nempe ad Luciferi vacuam ſedem, eleuauit?

De humilitatis quidem more, nam qui humiliantur propter Chriſtum, ab ipſo exaltantur.

38. Anſelm. Auguſt.

QVidnam *humilis corde*? Anſelmus, *Humilis corde ſum, quia neminem deſpicio.* At ex mente Auguſtini *ſerm.10. de verb. Dom.* Humilis ſum, quia me omnibus minorem facio. *Magnus eſſe vis, à minimo incipe.*

39. *Fräciſcus eſt minor minimis, humillimus omnium humilium.*

Franciſcum humilium Diuorum humillimum extitiſſe reor, qui ſe minorem, filióſque ſuos minores appellari iuſſit. An non humilior Franciſcus Paulenſis, qui ſe, ſuóſque voluit minimos appellari? Minimè. Nam ſi Franciſcus Paulenſis ſe omnium minimum iudicauit, Franciſcus Aſſiſius ſe minimo minorem expreſſit. Ideo non ſe minimum, ſed minorem appellauit, vt cum aliquis paruus adſit, Franciſcus minor illo ſit: cùm autem minimus appareat, Franciſcus adhuc minimo minor oſtendatur. O humillimum? Audi Bonauenturam, *Tanti Franciſcus humilitatem faciebat, vt Fratrem minorem ſocium ſuum, ſibi* (minori ipſo,) *imperare permitteret:* & ei ad maius meritum ſuum libentiſſimè parebat. Propterea *Fratres ſuos minores appellari voluit;* vt ſcilicet ſemper paruis, minoribus, & minimis minores exiſterent. Bonau.

40. *Quia ſe omnibus fecit minorem Franciſcus, primam in ſedi præparata Luciferò collocatur.* Bonau.

Quòd ſi huiuſmodi exaltationis humilitatis vis obiiciatur, addit Doctor, *Deuotus quidam Religioſus aliquando in ecſtaſi poſitus, vidit inter multas in cœlo ſedes vnam præ cæteris digniorem pretioſis ornatam lapidibus, & omni gloria refulgentem. Et audiuit vocem dicentem ſibi: Sedes iſta vnius*, (ſiue vt alij legunt & explicant, *vnici*) *de ruentibus fuit, & humilis ſeruatur Franciſco.* Alios dixi legiſſe, & expoſuiſſe, *Vnici fuit de ruentibus*, id eſt, Luciferi: & meritò; quia ſedes illa præ cunctis dignior, digniori Angelo erat præparata. At quæ ſedes ſuprema ſuperbia amittitur, ſupremo humilitatis gradu erat acquirenda.

41. *Franciſcus expetens obnubilari infimo in loco, meruit ſupra ſupremam Sedem Angelorum exaltari.* Num.10.

Super nubes expetiit Lucifer omnibus fulgentiſſimus apparere: & ideo obnubilatur, & tegitur. Franciſcus autem ſub nubibus curabit obtegi, & infimus, minórque omnibus apparere, propter Chriſtum: & ideo à Chriſto fuit ſuper nubes in ſede Luciferi collocatus. Fatur Moyſes, *Nubes quoque Domini erat ſuper eos per diem, dum incederent*, Num. 10. Superbi viatores curabant in die ſupra nubium vmbraculum ambulare; & ideò iuſtè Dei nubes ſuper illos, vt obnubilentur, dum curant enubilari. Secus verò qui in nocte expetunt deliteſcere columna Dei ignea ſuper eos, vt ab omnibus maximi habeantur, qui minimis minores ſatagunt reputari. Pulchrè Stephanus apud Tilmannum. *Præceſſit columna nubis in die, quia Chriſtus nulla luce clarет illis, qui expetunt eſſe in die: ſuperbis ſcilicet, & præſumptuoſis. Et columna ignis in nocte; quia qui ſe infimos*, (ſeu cunctis minores,) *reputant, igne ſui amoris, & celſitudinis illuſtrat.*

Dies obnubilat ſuperbos, enubilat humiles. Steph.

42. *Franciſcus, veluti Ioãnes, ad verticem trahitur, quia ſub pedibus collocatur.* Ioan.1.

Et quomodo poterat Seraphicus Diuus ad nouiſſimum locum properare, niſi eo ipſo ad ſupremum aſſumeretur? Humilis Ioannes de Domino profatur, *Cuius non ſum dignus, vt ſoluam corrigiam calceamenti*, Ioann. 1. *At teſtimonium perhibuit Ioannes, dicens: Quia vidi ſpiritum deſcendentem ſuper eum*, ibid. Quandónam vidit? Quando IESVM, quem Filium Dei teſtatur, aqua Baptiſmi diluit. Supra verticem ſummi capitis Ioannes eleuatur? Ita planè, quia ſub calceamentis eius commorari ſe putauit indignum. Chryſoſtomus hom. 38. ad Pop. *Ioannes dixit: Non ſum dignus, ſoluere corrigiam calceamentorum eius: & ideo quoque amicus fuit ſponſi. Et manum, quam eſſe calceamentorum dixit indignam, hanc ſuper caput ſuum Chriſtus attraxit, quando ad Baptiſmum Ioannes verticem inclinauit.* Vertex etenim inclinatur, vt attrahat ad ſuprema eum, qui humilitatis affectu calceamentorum ſe demiſit ad ima. Sic Franciſcus ſe minorem minimorum quorumcumque reputans, & curans ſub omnium pedibus conculcari, ad Lucifero præparatum thronum attrahitur. Chryſoſt.

43. *Dum Marcus ſilet Petri ex æqualitate tributi gloriã, eam amplius declarat, exprimens diligentiſſimè*

Aperuit Dominus Petrum Collegij Apoſtolici, imò totius Eccleſiæ caput, cùm tributum à Chriſto exigitur, & iubet Petro ſtaterem ab ore piſcis extrahere. *Da eis*, inquit, *pro me, & pro te*, Matth.18. Quaſi notaret ex Patrum mente, Petrum eſſe humanæ familiæ caput. Illud autem adnotandum obiicio, quòd Marcus Petri Diſcipulus dilectiſſimus penè deſcriptor Matthæi, hoc in ſuo Euangelio

negationis humiliationem; quia ex humilitate profundiſſima, eleuatus ad verticem iā Petrus appareret. Matth.18. Chryſoſt.

gelio non expreſſerit glorioſum Petri elogium. Cur ô Marce, Magiſtri chariſſimi gloriam ſilentio inuoluis? An non negationem diligentiſſimè ſcripſiſti? Scribe ſimul gloriam Apoſtoli. Exiſtimat D.Chryſoſtomus *hom.59. in Matth.* præceptum à Petro Marcum ſiluiſſe. *Vidiſti honoris excellentiam. Video nunc quanta philoſophia vtitur Petrus. Hunc enim locum Marcus, qui Diſcipulus Petri fuit, ideo non ſcripſiſſe videtur, quoniam ingens hinc honor Magiſtro deferebatur.* Nam dum Dominus iubet tributum reddi pro ſe, & pro Petro, quaſi æqualem ſibi Petrum innuebat. *Sed negationem Marcus quoque diligentiſſimè ſcripſit, hac verò, quæ ad laudem eius pertinent, ipſo forſitan ita volente, omnino ſiluit.* Preme illa: *Ideo non ſcripſiſſe videtur, quoniam ingens honor hinc Magiſtro deferebatur: ſed negationem diligentiſſimè ſcripſit.* Particula *ſed*, videtur innuere illius ſilentij correctionem, ac ſi vulgariter dixerimus, *Callo lo glorioſo pero conto diligentemente la negacion.* Qua quidem diligentiſſima narratione expreſſit Petrum ad Eccleſiæ verticem eleuatum. Petrus excidit, humiliatus fleuit, à IESV conſpectu, quaſi indignus diffugit. Hinc planè glorioſiùs innuit Marcus Petri Magiſtri ad verticem Eccleſiæ eleuationem; quia humilis ille deſcenſus ad ima, erat ad verticem de humilitatis vi, eleuatio. O Franciſcum meritò eleuatum ad verticem ſupremi illius throni, qui tam accurato ſtudio ad nouiſſima loca properaſti!

OBSERVAT. VIII.

Ad illa verba:

Et humilis corde.

Franciſcus corde humilis, oſor fuit affectatæ ſubmiſſionis, qua hypocriſis ad aucupandos honores vti aſſolet.

Quàm capitali odio Deus hypocriſim proſequatur, innuo.

44. *A Seraphico ordine omnino hypocriſis ablegata.*

EXponit Interlinearis Gloſſa locum, *Sum humilis corde, id eſt, mente, non fictè.* Sunt enim qui mente ſuperbi, externè curant humiles apparere, omnibus ſubmittuntur, ſe cunctorum minimos profitentur. Id planè vt audiant, *Amice, aſcende ſuperius.* Haud hi *humiles corde*; ſed qui minimè memores exaltationis ſyncerè ad ima properant.

45. *Mirabilis actio Franciſci inimici admodum hypocriſis.* Bonau.

Profectò *humilis corde* Franciſcus hypocriſis vitium hoſtiliter inſectatus eſt. Fatur Bonauentura, *Accidit ſemel, vt infirmitate grauatus, rigorem abſtinentiæ pro recuperanda ſanitate modicum relaxaret. Viribus autem corporis vtcumque reſumptis, corde humilis, Non eſt,* inquit, *conueniens, vt populus abſtinentem me credat, & ego contrario carnaliter reficiar in occulto. Surrexit itaque vero humilitatis ſpiritu inflammatus, & in platea ciuitatis Aſſiſij populo conuocato ſolemniter, cum fratribus multis, quos ſecum adduxerat: Maius Templum introiuit, funéque ad collum ligato, nudum ſe trahi præcepit vſque ad lapidem, in quo malefactores puniendi conſueuerant collocari. Super quem conſcendens, licèt quartanarius eſſet, & debilis, acerbi frigoris tempore cum multo vigore animi prædicauit: aſſeruitque audientibus cunctis, ſe non tanquam ſpiritualem honorandum, quin imò tanquam carnalem, & glutonem ab omnibus fore contemnendum. Vnde qui conuenerant, tam ingenti viſo ſpectaculo, admirati ſunt: & quia ipſius auſteritatem iam nouerant, deuotione compuncti, humilitatem huiuſmodi magis admirabilem, quàm imitabilem proclamabant.* Quàm ex corde humilis, qui putabat, iam ex rapina honorem abſtinentiæ obuenire ſibi, poſtquam vel in occulto neceſſitate coactus eius ieiunium aliquam admiſit relaxationem. O hypocriſis egregium oppugnatorem! Quàm verè humilis IESV æmulator poteris cum ipſo proclamare. *Hypocritæ, nónne bene de vobis Iſaias Propheta: Populus hic labiis me honorat, cor autem longè eſt à me?*

46. *Saul reprobatur meritò, quia corde ſuperbus, verbis humilis ad plauſum quærendum, apparet.* 1.Reg.15. Rupert.

Saul olim deliquit grauiſſimè, ſed pœnitudine ductus profatus non ſemel eſt, *Peccaui.* Attamen miſerabiliter reprobatus interiit. Vndénam pœnitenti Regi damnatio? *Peccaui,* inquit, *ſed honora me coram ſenioribus Iſraël,* 1.Reg.15. Hypocrita corde ſuperbus, externam affectat ad occupandos populi honores, humilitatem. Rupertus lib. ac cap.2. in Apocal. *Honorem ergo, vel gloriam non Dei, ſed ſuam iſta confeſſione mercari voluit, dicendo: Peccaui. Iuſtè ergo ſolium eius de loco ſuo moueri debuit.* Hypocritæ enim Numini odibiles admodum oſtentantur.

47. *Neſcit Dominus hypocritas viragines, quæ ſe vacuas oſtentant, vt laudentur à ſociis.* Matth.25. Auguſt.

Virgines illæ fatuæ prudentibus proclamant, *Date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur,* Matth.25. An ex cordis humilitate ſe vacuos profitentur, vt ſociæ ſuccurrant egentibus? Minimè, ſed hypocritæ ſimulant ſe vacuas reputare, vt ex ſociarum oleo lucere valeant. Sic Auguſtinus ſerm.23. de verb. Dom. *Date nobis,* inquiunt, *de oleo veſtro. Hoc quærebant, quod conſueuerant, id eſt,* (vacuitate præmiſſa,) *de alieno lucere, ad alienas laudes deambulare.* Quotiens Hypocrita ſe vacuum profitetur aut ſcientia, aut virtute; vt aliis reſpondeant, Quid conquereris de vacuitate, qui tanta & ſapientiæ, & virtutis diffluis abundantia? Quàm iuſtè Dominus *corde humilis* hypocritas viragines ſe neſcire profatur: *Amen dico vobis, neſcio vos,* ibid.

48. *Humilis circuli eſt hypocrita Simonis Magi æmulator, qui tendere videtur ad ima, ſed vt protinus aſcendat ad ſuprema.* Act.8.

An illud adagium aduertiſti? *Humilitas circuli.* Porrò hypocrita circuit, ſiue circulariter ambulat, videtur ad ima procedere, & repentè ad ſuprema conſurgit; quia ſe deprimendo, plauſum, & honorem populi venari procurat. De Mago Simone ait Lucas, *Tunc Simon & ipſe credidit, & cùm baptizatus eſſet, adhærebat Philippo.* At cùm poteſtatem patrandi miracula, pecuniis exhibitis, conaretur acquirere, audiuit à Petro, *Pecunia tua tecum ſit in perditionem,* Act.8. Cur Simon in Simonem tam irreconciliabilis extitit? Profectò, quia ſe oſtentauit hypocritam, efficiendo circulum, ſe humiliando ſub ouibus IESV, vt honores mercaretur. Pulchrè Tertullianus lib. de idololatr. *Simon Magus iam fidelis, quoniam aliquid de circulatoria ſecta cogitaret, maledictus ab Apoſtolo de fide reiectus eſt.* Tertull.

Quidnam miſer ille de *circulatoria* cogitauit ſecta? Magia ſecta circulatoria à Doctore vocatur, quia Magi circulis effictis vtuntur, ad ſuarum euocationum perfectionem. Ergo Magus Simon, fidelis iam, aliquid tunc de circulatoria ſecta cogitauit, dum viſus tendere ad humilitatis affectum ſe omninò vacuum poteſtate illa ad mira patranda, circuli euolutione curabat ſummum locum acquirere, ac hominum plauſum expiſcari. Meritò igitur ab Apoſtolo, *maledictus de fide reiectus eſt*, nec ad pœnitudinem excitatur homo Numini maximè exoſus.

49. *Iniquitas duplici corde ad odium æternum inuenitur*, Pſalm. 11. Eccli. 2.

Dauid expreſſit circulatoriam hypocritæ artem. *In corde, & corde locuti ſunt*, Pſalm. 11. id eſt, duplex verbum è corde procedit. Videntur humiliari, ſed curant extolli. Vnde Sapiens, *Væ duplici corde*, Eccli. 2. *Væ* quidem, quia æternum ſupplicium paratur eis, qui in corde & corde loquuntur, ſiue qui duplex cor habent, ſicut nonnulli duplicem faciem habere ex geſtis manifeſtant. D. Bernardus ſerm. 71. in Cant. *Quid duplicitas, niſi dolus? Sed enim qui doloſè agit in conſpectu Domini, inuenta eſt iniquitas eius ad odium. Ideo beatus, cui non imputauit Dominus peccatum, neque eſt in ſpiritu eius dolus.* Quódnam peccatum? Planè hypocriſis, quaſi ſola hæc in conſpectu Domini peccatum quodammodo ad odium appareat.

Bernard.

50. *Sola hypocriſis videtur eſſe peccatum computandum, quia non ex fragilitate; ſed ex affectata malitia.* Pſalm. 31.

Expendo vberiùs locum Pſalmiſtæ à Bernardo citatum: *Beatus, cui non imputauit Dominus peccatum, nec eſt in ſpiritu eius dolus*, Pſalm. 31. De quónam peccató loquitur? De dolo, de hypocriſi. Ac ſi diceret, Non imputat Deus peccatum ei qui hypocrita non eſt; quia; (vt exponit Daza noſter ad epiſt. Iacobi,) aliud peccatum ex ignorantia, aut fragilitate contráctum Deus benignè remittere ſolet: & ideo non imputat ad ſupplicium æternum. At hycriſis, & cordis duplicitas ſolummodó peccatum imputandum in Domini conſpectu videtur. Curans Bernardus definire hypocriſim *ſerm. 71. in Cant*: eam *Maculam* appellauit. *Duplicitas macula eſt*, quæ à Domino imputatur, quia ex affectata malitia procedit. O Franciſcum ſynceriſſimum vnico corde ſectator humilitatis, adeò oſor hypocriſis, vt ex admirabili illa actione Seraphicus Ordo tuus ſynceritate ſancta fulgeat, nihilque magis odio proſequatur, quàm cordis duplicitatem.

Bernard.

PARS SECVNDA.

SACRA STIGMATA.

Paraphraſim, & Commentarium literalem ad caput decimumſextum Matthæi pete ex Tom. 6. lib...

PROLVSIO.

VIDEO Franciſcum hodie non ſolùm Chriſti, ſed & Deiparentis imaginem. Nam ſi IESV ſtigmatibus ornatus refert Saluatorem, Deiparam exponit è charitate vulneratus. Impreſſio illa vulnerum è charitatis incendio facta eſt; & (vt vulgariter aptiùs expendam,) *Fue cauterio de amor.* Teſtor Seraphinum & nomine & habitu totum indicantem charitatis incendium. Si ergo Franciſcus vulneratus eſt charitate, Deiparam proculdubio refert ſauciam dilectione. *Fulcite*, inquit, *me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo*, Cant. 2. Aliter, *Quia vulnerata charitate ego ſum.* Vbi Richardus Laurent. lib. 3. de laud. Deip. *Quanto Maria diligebat ardentiùs, tanto vulnerata eſt profundiùs. Vnde dicitur*

in Cantico ſecundùm aliam literam, quam ponit B. Gregorius, Vulnerata charitate ego ſum. O ineffabilem Franciſci dilectionem, quæ eum fecit & Filij & Matris vulneribus honorari!

SECTIO III.

Hominis abnegatio.

TEXTVS.

VERS. 24. SI quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. 25. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. 26. Quid enim prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? *&c.*

IN FRANCISCI ſtigmata.

PANEGYRICVS MORALIS TERTIVS CIRCA LITERAM.

EX HOMINIS ABNEGATIONE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam.

Franciſcus Chriſti vulnerati imago Chriſtiani populi validiſſimum eſt propugnaculum.

Innuo Chriſti ſuffixi imaginem Domini vulnerati memoriam validiſſimum eſſe aduersùs animi tres hoſtes præſidium.

1. *Mundus, Diabolus, Caro ex Paſſionis* IESV *memoria debellantur.* Hilar.

CVRAVERAT Petrus IESVM à Crucis, & paſſionis periculo liberare, profatus: *Abſit à te Domine, non erit tibi hoc.* Dominus autem, *Vade poſt me Satana, ſcandalum es mihi. Tunc* IESVS, (addit Matthæus,) *dixit Diſcipulis ſuis: Si quis vult venire poſt me,* &c. Ad quæ Hilarius, *In Diabolum, per quem opinio illa ſuggerebatur, conuerſus Dominus hoc adiecit: neque enim Petrum ita appellaſſet poſt illa beatitudinis, & poteſtatis præconia.* Diaboli arte opinio illa ſuggeritur contra hominum ſalutem, qua IESVS à cruce, vulneribúſque abſtrahitur. Tota enim humani generis incolumitas à Chriſti vulneribus ac cruce procedit. Vnde nihil ſic Diabolus auferre molitur ab hominum præſidio, quàm crucis ac vulnerum IESV fructus ſalutares.

2. *Franciſcus vulneratus Chriſti imago eſt cunctis fidelibus aduersùs hoſtes præſidium.* Guading.

Vis indicem, quàm ad hominum præſidium efficacia vulnera IESV? Eorum imago in D. Franciſco expreſſa notiſſimum eſt humani generis propugnaculum. Innumerabilia etenim mirabilia ſacrorum ſtigmatum Seraphici Patris recenſentur à Guadingo, & aliis, quæ ſi conarer exponere, totum hoc volumen vix leuiter indicaret. Ex neceſſitate prætereá. Poſtquam legi ex ſtigmatum ſacrorum Franciſci tot cœcos illuminatos, tot ægros redditos ſanitati, tot fœminas parturientes auxilio donatas, tot mortuos ſuſcitatos, tot vrbes ab hoſtibus protectas: recognoui, Franciſci vulnera præſidium eſſe fidelium, quia Diuus imaginem gerit Saluatoris. Olim Dauid capturus Sion à viris Ieroſolymitanis audiuit, *Non ingredieris huc, niſi abſtuleris cœcos, & claudos. Cœpit autem Dauid arcem Sion*, 2. Reg. 5. Quinam hi claudi, & cœci adeò fortes, vt propugnaculum addicerent ciuitati adeò inſuperabile, vt viderentur ſibi Ieroſolymæ ciues, prius auferendos cœcos & claudos, quàm vrbs capi valeret? Rabbi Aben-ezra apud Strabum ait, *Ciuitas Ieroſolymitana tua erit, ſi poteris per arma tua deuincere cœcos,*

2. Reg 5.
R. Aben.

&

& claudos: hoc eſt, turrim ſeu fortalitium illud, in quo ſunt imagines cæca, & clauda. Sed nos ſcimus, propugnaculum iſtud fortius eſſe, quam vt te ſuperari poſſet. Vanè credimini, ô idolorum vrbem propugnaturæ cœcæ vtique, & claudæ. Solummodo enim Chriſti imago videns, & alata vrbibus fidelibus propugnaculum addicitur. Annon Franciſcus in alatum Seraphinum efformatur, cùm ei diuinitus vulnera imprimuntur? Non oculatiſſimus redditur videntis dilectionis igne exuberanti? Videns ergo, & alata imago Ieſu vrbibus apponatur, nullatenus poterit hoſtium incurſibus expugnari: Chriſti enim Franciſcus vulnera exponens à vulneribus fideles liberabit.

3.
Stigmata Frãciſci aduerſùs Mũdi inſidias protegunt.
Damaſc.

Profectò Chriſti imago Franciſcus aduerſùs Mundum, Diabolum, carnémque tres animi validiſſimos hoſtes ſæpiſſimè eripuit. Quis mundi inſidias expertus eſt, qui Franciſci ſtudioſus eius vulneribus non fuerit ereptus? Fatur Damaſcenus *in vita Stephani iunioris*, Diuum Chriſti vulnerati imaginem aduersùs mundi impugnationem oppoſuiſſe fidelibus profatus: *Accipe (inquit, ſacris Chriſti imaginibus oſtenſis,) præclarum tuum depoſitum, quod tibi in præſenti hac vita aduersùs Mundi malum præſidij loco ſit.* Id quod Franciſci ſtudioſus poſſum imitari, fidelibus indicens: Accipite Franciſcum vulneratum veram Ieſu ſuffixi effigiem, qui aduersùs omne malum vobis præſidium inſuperabile impenderat. Quis videbit Franciſcum nudum, vulneratum, qui mundialia commoda non deſpiciat?

4.
Stigmata Franſiſci aduersùs Diabolum armant.
Exod. 12.

Diaboli times irruptioni vexari? Ieſu imaginem Franciſcum adi, ex eiúſque vulneribus ſanguinem ſume, vt poſtes domus infringere poſſis. *Tranſibit enim Dominus percutiens AEgyptios, cúmque viderit ſanguinem in ſuperliminari, & in vtroque poſte, tranſcendet oſtium domus, & non ſinet percuſſorem ingredi*, Exod. 12. Innumeri fideles ſtigmatibus Franciſci, (Chriſti imaginis,) muniti ab incommodis Diaboli deſæuientis erepti ſunt. De ſanguinis Agni Paſchalis Iesv vulnerati imagine cecinit Tertullianus carm. 2. in Marcio.

Tertul.

Cernite, quid virtus, quid Paſchæ poſſit imago.

Damaſc.

Franciſco autem Iesv imagine vulnerati accommodo illam Damaſceni ſententiam orat. 3. de imag. *Si te lucis hoſtis adoriatur, (adorietur enim,) habes quo victor exiſtas. Ne formides certamen, ſigno* ſuffixi Domini *confiſus dicito, Imago Dei ſum.* Stigmata Franciſci affectu arripe, arma ſalutis, & proclama, ¡*imago Dei ſum.*

5.
Franciſci ſtigmata cõtra luxuriem roborant.

Ad fideles, qui ſe Franciſci vulnerati muniunt affectu, in eúmque conuertuntur, haud poteris ſpiritus fornicationis accedere. An non ſpiritus illi, qui petebant ad porcos deturbari immundi prorſus luxuriei aſſertores oſtentantur? Ita planè ex Doctorum meditatione. *Si eiicis*, (clamant,) *nos, mitte nos in gregem porcorum*, Matth. 8. Et cur non in hominem alium experunt deturbari? Profectò Sedulius aſſeruit, noluiſſe immundos ſpiritus ad homines diuertere, quia contemplati ſunt eos Chriſti imaginem exprimere.

Tunc Domini præcepta tremens exire iubentis,
Spiritus infelix, hominum non audet adire,
Effigiem fugiens, quam Chriſtum cernit habere.

Quam effigiem cernit ſpiritus immundus habere Chriſtum? Certè vulneratum, & dolorum in populo illo Hebræo non erat ſanitas, vulnerati cuncti fideles. At Spiritus fornicationis fugit inire homines aliis vulneribus præmunitos. *Fugit effigiem, quam Chriſtum cernit habere.* Fugit hominem, qui veram vulnerati Ieſu effigiem repræſentat. Franciſcus Chriſti effigies tuo cordi præſidium addicatur, immundæ diffugient cogitationes. Teſtor adoleſcentes, qui ſe è libidinis retibus expediere, ex ſacrarum Franciſci ſtigmatum deuotione. O quiſquis Mundi, Diaboli, aut carnis vereris inſidias, Ieſu vulnerati obiicias imaginem, ad validiſſimum cordis ſtabilimentum! Adhuc confirmo.

Observat. II.

Ad illa verba:

Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam.

Ab ſtigmatibus Franciſci omnis gratia Ieſu fidelibus profluxit ad vitiorum extinctionem.

Nam vulnera Ieſu fontem emittunt, ad iram, atque luxuriem, aliaque vitia extinguenda.

CHriſtiani perfecti vita Crux non quidem 6.
ſolo deſiderio ſublata, ſed afflictionum, ac vulnerum experimento. Fatur Anſelmus, *Si quis vult venire poſt me. Quaſi diceret, Ego verè patiar, & ſi quis vult me imitari, verè patiatur.* Certè ſi Confeſſores cuncti poſſunt proclamare cum Ieſu, verè paſſi ſumus ob voluptatum abnegationem: D. Franciſcus aptiùs profari valebit, verè paſſus ſum ex ſacrorum vulnerum impreſſione.

7.
Franciſcus poteſt dicere cum Apoſtolo: Ego ſtigmata Iesv, &c. *è quibus gratia profluit, ad crimina vincenda.*
Bonau.

Equidem Franciſcus ſemper Chriſtum ſecutus eſt Crucem baiulans ab initio conuerſionis, quaſi Crucifixus, dum ſtigmatibus honoratur. Audi D. Bonauenturam ſic vitam Patris perſoluentem: *Verè in ſuæ conuerſionis principio dicere cum Apoſtolo potuit: Mihi abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri. Veriſſimè autem in conſummatione potuit ſubinferre: Stigmata Domini Ieſu in corpore meo porto. Addit opportunè Doctor, ſed & illud nos quotidie deſideramus ab ipſo audire: Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu noſtro fratres.* Non ſolùm *gratia*, ſed & *gratiæ*, quia cuncta cœleſtia munera nobis impenduntur ex affectu ſtudioſo in ſtigmata D. Franciſci. 8.

Si lex charitatis Franciſci quinquies percutitur, vt gratia profluant ex vulneribus, ad emolliendos lapides peccatorũ.
Num. 20.

Olim Moyſes *percuſſit virga bis ſilicem, & egreſſæ ſunt aquæ largiſſimè*, Num. 20. Particula *bis* premenda eſt. Percuſſit etenim Moyſes bis ſilicem, vt Crucis imago formaretur ſuper lapidem. Silex Franciſcus ardentiſſimæ fouens charitatis flammas, à Chriſto Cruci ſuffixo non ſolùm bis, ſed quinquies vulneratur; quibus planè vulneribus non ſolùm ſilex ad vberius

rius molleſcit obſequium : ſed & cuncta peccatorum corda lapidea frigiditate indurata ad pœnitudinem perfringuntur, diffluentibus ob vulnera Franciſci gratiis Saluatoris. D. Damaſcenus *orat. 3. de imagin.* ait, *Percuſſit ſemel & bis, vt Crucis formam deſcriberet, vt natura Crucis formam veneraretur. Immortalis Regis imago poteſt non modò ſilicem, ſed cœlum & terram vniuerſam perfringere.* Religioſi perfectionis ſtudentes cœli nomine deſignantur: ſeculares à virtutis tramite recedentes, terra ſunt appellandi. Obiiciatur perfectiſſima Ieſu vulnerati effigies Franciſcus; proculdubio Religioſi altioris gradus perfectionis aſcendent, & peccatores affectuoſa pœnitudine conterentur. Aſſerit Lipomanus damnationis obiicere indicamentum, qui viſo vulnerato Franciſco non compungitur, & ex tam compunctæ laboribus vitæ meditatione non reformatur. Imò Diabolum reputarim inconuertibilem.

Damaſc.

Qui non emollitur, viſo Franciſco, quaſi Diabolus eſt.

Lipom.

9. Scripſere ſtigmatum ſacrorum commendatores, Franciſci, ſeu Seraphici Ordinis ſigillum quinque vulneribus inſignitum pectori plurium addictum iracundiam ſedaſſe, concupiſcentiæ ardores extinxiſſe. Annon hæc gratiarum Domini profluentia? Verè ex hoc Franciſcus Chriſti vulnerati gerit imaginem. Cecinit Iſai. *Suſcitauit Dominus Deus exercituum flagellum iuxta plagam Madian in petra Oreb, & virgam ſuam ſuper mare,* cap. 10. Vbi Ailredus fatur, *Verè vulnera tua premunt fluctus ſeculi Domine; perſecutionum ſedat tempeſtates, & mitigat tentationum procellas. An neſcitis? Annon ſentitis? Feruet in carne aliquando æſtus concupiſcentiæ, in mente ira deſæuit indignationis, iam iamque prorumpit, & inſtar maris, quod vehemens exagitat ventus, omnia interiora hominis conturbantur. Sed leuante ſuper hoc mare vulnera ſua Ieſu; ſedantur omnia, omnia conquieſcunt.* Profectò ex eo exprimitur Franciſcum verè eſſe Ieſu vulnerati imaginem, quod leuante fideli quolibet deuoto ſupra pectus ſuum Franciſci vulnera feruens ex Marte, Veneréque pelagus conquieſcit: ira ſedata luxuriè extincta.

Vulnera Franciſci Chriſti vulnera imitantur circa peccati, ac motuum noxiorũ ablegationem.

Iſai. 10.

Ailred.

10. Omnis contraria poteſtas coram vulneribus Domini comminuitur. *Cepit Dauid arcem Sion. Propoſuerat enim in die illa præmium, qui percuſſiſſet Iebuſæum,* 2. Reg. 5. Myſticè expoſuit Rabanus, *Dauid Iebuſæum habitatorem terræ de Ieruſalem eiiciens ſignificat Chriſtum contrarias poteſtates de cordibus fidelium eiicientem. Per myſterium enim vulnerum ſuorum vulnerat omnem principatum diaboli.* Hoc quidem eſt percutere Iebuſæum, vulnerari Saluatorem; vulneribus enim Ieſu tota hoſtium potentia exitialiter vulneratur. Et quando, precor, Ieſu vulnera ſola pugnant, niſi quando in D. Franciſco conſpiciuntur, aut ſeparatim eius in ſigillo aſpectantur? Ediſce Paſſionis Dominicæ obiectione cunctas cordis paſſiones ablegari, comminui.

Coram Franciſci Ieſu imaginis ſtigmatibus omnis contraria poteſtas comminuitur.

2. Reg. 5.

Raban.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Si quis vult venire poſt me, &c.

Quàm glorioſum Franciſco, in Ieſu vulnerati conſortium aſſumi, imò quæri, & inuitari ab illo, qui ad conſortium Crucis auguſtiſſimum neminem cogit, ſed vltroneos excipit.

Ediſcimus, perſpicuum admodum diuinæ dilectionis documentum eſſe, quæri nos à Domino ad laborum ſuſtinentiam.

PONderanda particula, *Si quis vult venire.* Neminem cogit, vltroneos excepturus, qui ad auguſtiſſimum honoris ac felicitatis verticem inuitat, cùm Crucis, ac vulnerum ſuorum dolores oſtentat. Chryſoſt. *Libertatem auditori relinquit.* Nec deceret tantam Maieſtatem homines cogere ad id honoris, & gloriæ, quo athletæ fortiſſimi aſſolent munerari. 11.

Chryſoſt.

Hinc Franciſci merita expendam, quem Dominus ad vulnerum participationem non quærentem attraxit. Ex D. Bonauentura ſtigmatum hiſtoriã perſtringam. In vertice Montis Alberniæ Franciſcus in honorem Michaëlis quadragenariam inchoat abſtinentiam. Seraphicis deſideriorum ardoribus ſurſum in Deum agitur, & affectus compaſſiua teneritudine in eum transformatur, cui ex charitate nimia Cruci affigi complacuit. Vidit quaſi vnius Seraphim ſpeciem ſex alas tam fulgidas, quàm ignitas habentem de cœlorum ſublimitate deſcendere. Qui volatu celerrimo ad aëris locum viro Dei propinquum perueniens, non ſolùm alatus, ſed & crucifixus apparet. At huiuſmodi viſio Franciſci ideo fuit cõſpectibus obiecta, vt amicus Chriſti prænoſceret, ſe non per Martyrium carnis, ſed per mentis incendium totum in Chriſti ſimilitudinem vulnerati, ac ſuffixi transformandum. Diſparet viſio mentem Diui Seraphico interiùs inflammans ardore: carnem verò exteriùs Crucifixo conformi inſigniens effigie. Statim quippe in manibus & pedibus clauorum ſigna incipiunt apparere. Dextrum quoque latus quaſi lancea transfixum rubra obductum cicatrice exponitur, quòd ſæpe ſanguinem profundens, tunicam reſpergebat. O Franciſcum ſingulariſſimum ſponſi amicum, quem non ſuſcipit Dominus rogantem ad paſſionis, vulnerúmque participationem; ſed quaſi rogans ambit. 12.

Ieſus quærit Franciſcum vt ei vulnera imprimat non petenti, aut roganti.

Bonau.

Petro amiciſſimo aliquando dixit, *Cùm ſenueris, alius cinget te, & ducet, quò tu non vis,* Ioan. 21. An non exprimitur Petri ſuffixio? Ita planè. Quomodo ergo additur particula, *quò tu non vis,* ſi Apoſtolus libentiſſimè ad Crucem properauit? Certè noſtri Euangelij illa particula, *Si quis vult venire poſt me, tollat Crucem ſuam,* pulchrè reſpondet obiectioni, ex Chryſoſtomi mente. Tanta Crucis gloria, vt 13.

Petrus rogatur ad Crucē, quaſi non volens? Sic Franciſcus ad vulnera quæritur.

Ioan. 21.

non

non ſit ad eius participationem homo trahendus: ſed ipſe debet & velle & expetere, & rogare. At tanti IESVS æſtimat Petrum, vt quando ipſe non volebat, nec recordabatur, nec ſibi perſuadebat fore, vt munere tanto donaretur, Dominus eum cruci ſuffigendum promiſit. Liceat vulgariter expendere: *Quando no la queria, ni le paſaba por penſamiento tenerſe por digno de la Cruz: le buſca Christo, y combida con ella.* O Petri gloria, qui ad crucem quaſi non volens cogeris in Dominicæ dilectionis documentum! Quid de Seraphico Diuo attexam, ad quem Seraphim mittitur quodammodo vltroneam gloriam vulnerũ oblaturus.

14\. Magna prorſus gloria hominis eſt, à Domino ad ſuorum vulnerum conſortium quæritari. *Occidit* Herodes *multos pueros* Bethleemiticos, Matth. 2. Cur ô Domine non volentes ad paſſionis conſortium requiris? Reſpondet D. Leo ſerm. 7. de Epiph. *Vt imitatoribus ſuis quid gloria pararet, IESVS oſtenderet ortus ſui tempore editos Martyrio conſecrauit infantes.* Sunt viri egregij IESV imitatores, quos quaſi non volentes illigari cruci, ipſe requirit. In cuius diuinæ ſingularis dilectionis documentum non volentes, (ex defectu ætatis,) puerulos conſecrat Martyrio. Iam inde & Petro, & Franciſco egregiis IESV imitatoribus gloria auguſtiſſima fulgurabat, qui à Domino ad vulnerum participationem erant requirendi.

Pueri Bethleemitici nõ volentes aſſumuntur ad vulnerũ participationem, vt gloria Franciſco præparata præſignaretur. Matth. 2. Leo.

15\. An ſingulare hoc Franciſci priuilegium? Num non & Simoni Cyrenenſi conceſſum eſt, quaſi renuentem, aut non volentem crucis pondere pergrauari? *Et cùm ducerent eum,* (IESVM,) *apprehenderunt Simonem quendam Cyrenenſem venientem de villa, & impoſuerunt illi crucem portare poſt* IESVM, Luc 23. Ergo ſi Simon apprehenditur quaſi non volens, & cogitur, non ſingulariter gloria hæc egregiis IESV imitatoribus præparatur. Porrò illa particula, *venientem de villa,* fit ſatis obiectioni. Dixerat Dominus, *Si quis vult venire poſt me.* Iam vult venire, qui villam reliquerat, qui ſe vltroneè à mundialibus expedierat. Pulchrè Theophylactus, *Ille poteſt ſubditus fieri* IESV, *& tollere crucem ſuam, qui virtutis operarius eſt: qui,* (volens & cupiens,) *venit à villa relinquens mundum, & ea, quæ ſunt in mundo.*

Singulariſſimum ne hoc priuilegium Franciſco? Luc 23. Theoph.

16\. Traditur aliquando IESV corpus viris piiſſimis venientibus, rogantibus, & requirentibus, *Venit ergo Ioſeph, & tulit corpus* IESV; *venit & Nicodemus.* Rogarat Ioſeph, & petierat à Præſide, *Ioan.* 19. An gloria virorum, volentes, venientes, rogantes, quærentes Dominicum corpus accepiſſe? Audi Epiphanium orat. de ſepult. Chriſt. *Ordines omnes cœleſtes ſtupent, horrent, & dicunt: Quod hoc magnum ſpectaculum eſt? Cui cum reuerentia, & timore Cherubim aſſiſtunt, hunc Ioſeph & Nicodemus omnis formidinis vacui ſepulturæ committunt?* An non ſtupebunt Seraphini, è quorum Ordine ille Seraphim auolauit, videntes Franciſcum nec venientem, nec volentem, (quia ſeſe reputaret indignum,) à IESV quæri, rogari, vt vulnerum participatione donaretur? Ediſce, perſpicuum eſſe diuinæ documentum dilectionis, hominem admitti venientem ad Paſſionis participationem: ſed magis euidens, dum ab ipſo Domino quæritur ad laborum tolerantiam.

Glorioſiſſimum eſt, venientes, & rogantes donari corpore IESV: quid non rogantẽ Franciſcum donari vulnerum participatione? Ioan 19. Epiph.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam.

Franciſcus, qui ſuſtulit crucem Saluatoris, ſacris ſtigmatibus honoratur.

Nam ſimilitudo Chriſti paſſi nunquam non homini glorioſa, & honorabilis eſt.

D. Chryſoſtomus expoſuit, *Se oportet abnegare vſque ad mortem crucis, & non ſolum vſque ad contumelias.* Cur ſpeciatim contumeliarum geſſit memoriam? Certè, quia honore poſt crucis ſuſtinentiam conſequenter erant abolendæ. Nullus enim Chriſtum ſuffixum imitatur, qui ampliſſimo non afficiatur honore. 17.

Chryſoſt.

D. Franciſcus verè, (ex Bonauenturæ ſententia,) profari poterat, *Mihi abſit gloriari niſi in cruce Domini.* Et, *Ego ſtigmata Domini* IESV *in corpore meo porto.* Qui ſemper Chriſtum & vitæ aſperitate, & opprobriis toleratis, & ſtigmatum impreſſione retulit vulneratum, conſequenter tanto honore donatur, vt ſpeciali ſolemnitate eius ſtigmata celebrentur, elogiis mirificis extollantur. Ex Eccleſiæ aſſertione. *Rem adeò admirabilem, ac tantopere teſtatam, atque in Pontificiis diplomatibus præcipuis laudibus, & fauoribus exaltatam Benedictus Papa XI. anniuerſaria celebritate duplici Officio celebrari voluit. Quam poſtea lapſam Paulus V. Pontifex Maximus, vt corda fidelium in Chriſti crucifixi accenderentur amorem, reſtituit.* O Franciſcum crucem Domini *vſque ad contumelias,* vſque ad vulnera portantem! Quid mirum, quòd pro contumeliis tantò honore fueris affectus? 18.

Quantus Franciſco honor ex ſtigmatibus. Bonau.

An aliquis vnquam IESV vulnerati retulit ſimilitudinem, qui honorificentia non fuerit ornatus? *Abiit David, & tulit oſſa Saul, & oſſa Ionathæ filij eius à viris Iabes Galaad, qui furati fuerant ea de platea Bethſan, in qua ſuſpenderant eos Philiſthiim.* Et colligentes oſſa eorum, qui affixi fuerant, ſepelierunt ea cum oſſibus Saul, & *Ionathæ filij eius,* 2. Reg. 21. De oſſibus Saulis, ac Ionathæ dicitur, *Et aſportauit* Dauid *inde oſſa Saul, & oſſa Ionathæ filij eius.* Mox additur, *Et colligentes oſſa eorum, qui affixi fuerant, ſepelierunt ea.* Vnus oſſa Saulis ac Ionathæ aſportat, ac ſepulturæ mandat, multi ad ſepelienda oſſa crucifixorum colliguntur. An crucifixis maior honor erat deferendus, quàm Regi? Certè qui vel externo habitu ſuffixum Dominum innuebant, debuere maiora honoris documenta accipere, præcelſioribúſque obſequiis efferri. Lyranus, *Per viros crucifixos pro peccato expiando, vt Deus terræ repropitiaretur: ſignificantur viri carnem ſuam crucifigentes pro peccatorũ aliorũ expiatione. Propter quod iſti dicuntur* 19.

Suffixorum Saul filiorũ oſſibus honor exhibetur, quia IESV *vulnerati expreſſerant effigiem externã: quid Franciſcus animo & corpore ſtigmata referens?* 2. Reg. 21. Lyran.

crucifigi coram Domino ad differentiam hypocritarum. An non cunctorum crucifixorum Franciſcus gerit ducatum, dum in corpore & animo Chriſti portat ſtigmata? Meritò crucifixis honor impenditur ſepulturæ, vt innuatur, quanta celebritate debeant efferri, qui Chriſti vulnerati ſimilitudinem egerunt.

20.
Naboth accepit honoris maxima documenta, quia Paſſionem IESV *expreſſit: quid Franciſcus alter* IESVS *vulneratus?*
Oſee 1.
Rupert.

Oſeæ ex ore Dominus proclamauit, *Viſitabo ſanguinem Iezraël ſuper domum Iehu,* cap. 1. Credidit Rupertus ſanguinem Iezraël eſſe ſanguinem Naboth Iezraëlitis, in quo omnium Sanctorum ſanguis exprimitur, aſſerente Abbate. Ac ſi diceret Dominus, Exquiretur à domo Iehu ſanguis omnium Martyrum, *qui occiſi ſunt ab origine mundi,* &c. Sed vndénam Naboth tantus honor defertur, vt eius cruor à Deo in ſignum omnium Martyrum aſſumatur? Crediderim, quia Chriſti vulnerati omninò egit hiſtoriam, & calumniis actus, & perſecutionibus agitatus, & plagis affectus. *Ad hoc reſpondemus,* (ait Doctor,) *quia verè magnum fuit, & eſſe debuit memoriale interfectionis eius inter omnes iuſtorum neces, quia taliter interfectus eſt, vt nec antè, nec poſt ipſum vſque ad Chriſti Domini Paſſionem ferè nemo præter ipſum Dominum tali ordine occiſus eſſe referatur.* Franciſcus ineffabili ab Eccleſia honore celebratur, Pater totius ſanctitatis, & perfectionis obiicitur, iam non homo, ſed Seraphim, iam non Seraphim, ſed IESVS. Vndénam Diuo tanta gloria? Certè, quia nec ante Chriſti Domini Paſſionem, nec poſt ipſam vllus tali ordine vulnera IESV excepiſſe referatur. Ediſce, quantus ſit Religioſis crucifixis cum Domino honor deferendus.

OBSERVAT. V.

Ad illa verba:

Tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

Franciſcus ex ſacris ſtigmatibus non vanè extollitur, ſed humiliter compungitur. Vnde eius vulnera peccatoribus compunctionem norunt excitare.

Quàm durus, qui non compungitur Chriſti ſuffixi imagine obiecta!

21.
Hieron.

HIeronymus, *Tollit crucem ſuam, qui mundo crucifigitur.* Addit Anſelmus, *Faciendo hoc ex compunctione.* Sunt etenim, qui à cunctis abſtinent mundi commodis ex vanitate, ſine compunctionis affectu. Ideo Anſelmus aſſerit veræ cum IESV ſuffixionis documentum eſſe, ſi è vulneribus hiſce ad compunctionem exciteris.

22. Profectò D. Franciſcus ſeſe ex eo veram IESV vulnerati oſtentauit effigiem, quòd non ſtuduerit vanitati, ſed peccatorum compunctioni. Curabat vulnera diligentiſſimè operiri, & inclamitabat: Me miſerum! en piaculorum meorum perſpicua documenta. Te ô Domine, peccatis meis grauiſſimis exitialiter vulneraui. Nec à Chriſto eſſent ſtigmata impreſſa, ſi ad compunctionem animum Franciſci reddidit, Chriſti imagines non excitaret.

Poſt vulnera impreſſa Franciſcus humilior, & compunctior.

23.
Compunctionis affectus ſtigmatum impreſſio in Franciſco excitauit.
Cant 5.

Clamet igitur cum Sponſa, *Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, & venter meus intremuit,* Cant. 5. Aſſerit Bonauentura, inſignitam crucifixi Domini effigiem Franciſco, *tanquam ſi ad ignis liquefactinam virtutem præambulam ſigillatina quadam eſſet impreſſio ſubſecuta.* Tunc Dominus dilectus Franciſci manum, id eſt, gratiam illam ineffabilem, qua Diuus afficiebatur, per foramina manuum, lateris, ac pedum, & contremuit ad piaculorum compunctionem. Nec eſſent verè IESV ſtigmata, ſi compunctiones cordis non excitarent. Pulchrè Doctor Seraphicus ad cap. 4. Lucæ. *Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, id eſt, gratiam ſuam ſpecialem per foramen lateris,* manuum, ac pedum; *& venter meus intremuit, quia hac gratia primò parit contritionem.* Gratia hæc, nempe vulnerum impreſſio, primò in corde Franciſci compunctionem peperit. Imò nullus adeò lapideus, qui obiecto ſibi vulnerato Franciſco non compungatur.

Bonau.

24.
Dauid compungitur ex vulnere lateris IESV *aſpectato.*
2. Reg. 24.

Deliquit Dauid in numeratione populi, & mox compunctus eſt. *Percuſſit autem cor Dauid eum, poſtquam numeratus eſt populus, & dixit Dauid ad Dominum: Peccaui valde in hoc facto; ſed precor, Domine, vt transferas iniquitatem ſerui tui, quia ſtultè egi nimis,* 2. Reg. 24. Expendo particulam, *percuſſit cor Dauid eum.* Quódnam cor, (ex mente alloquor Auguſtini,) ab eo diſtinctum quodammodo Dauidem percuſſit? Quódnam cor pium & iuſtum Regem peccatorem flagellauit? Lyranus, *Percuſſit Dauidem conſcientia eius.* Attamen aptiùs argumento de Auguſtiniano acumine, Dauid & Chriſti perſonam gerebat, & Regis. Deliquit vt Rex, ſeſe reprehendit vt Chriſtus. Sed quare præcipuè cor percuſſit Dauidem delinquentem? Quia ex Chriſti vulnerato latere peccator ad compunctionem excitatur. *A foramine lateris* Chriſti manus ſimul vulnerata, (ait Bonauentura,) *primò parit compunctionem.* Ideò Franciſcus gerens Chriſti, ac peccatoris perſonam: & compungitur ex vulneribus obiectis, & ad compunctionem excitat peccatores. De quo legantur Guadingus, & alij ſtigmatum commendatores. Ediſcimus Chriſti vulnerati adſpectum debere nos ad pœnitudinem excitari.

Lyran.
Auguſt.
Bonau.

OBSERV.

OBSERVAT. VI.

Ad illa verba:

Tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

Franciſcus Chriſtum ſequitur vulneratum, ex compaſſionis affectu factus Chriſtus, quem Seraphici ſequi, & imitari IESVM veluti alterum, poſſint.

Innuitur, Religioſos ex Paſſionis contemplatione ad perfectionem excitari.

25. *Anſelm.* ANſelmus aſſerit, eum ſequi Saluatorem vulneratum, qui *ex charitate* compatitur. Franciſcus ob charitatis & compaſſionis affectum non ſolùm hodie Chriſtum ſequitur, ſed & ſuum mutatur in Chriſtum vulneratum. Canit ex D. Bonauentura Eccleſia, *Bonau.* *Dum igitur Seraphicis deſideriorum ardoribus Franciſcus ſurſum in Deum ageretur, & affectus compaſſiua teneritudine in eum transformaretur, cui ex charitate nimia crucifigi complacuit*, &c. Igitur Diuus non ſolùm cruciferum ſequutus eſt Dominum, ſed & in ipſum eſt transformatus.

26. *Franciſcus in IESVM vulneratũ conuerſus eſt, quem ſequuntur perfectionis ſtudioſi.* Profectò licèt ſemper Franciſcus Chriſti vulnera tolerabat vt Chriſti, ab illo die vt ſua incipit tolerare; quia poteſt proclamare cum Paulo, *Viuit in me Chriſtus*; imò in Chriſtum ſum ex vi dilectionis, & compaſſionis transmutatus. Quid fatur Dominus, *Si quis vult venire poſt me, tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Chriſtus Dux oſtenditur? Qui ſequitur *Matth.16.* Franciſcum, exiſtimet ſe aſſeclam Saluatoris. Vnde D. Bonauentura poſtquam Franciſcum transformatum in IESVM vulneratum oſten- *Bonau.* dit, addit pulchrè, *Gloriare igitur iam ſecure in Chriſti gloria, Chriſti ſignifer glorioſe. Securè iam te ſequantur, qui exeunt ex AEgypto; quia per baculum crucis Chriſti mari diuiſo, deſerta tranſibunt in repromiſſam viuentium terram.* Expende illa, *ſecurè iam te ſequantur, qui exeunt ex AEgypto.* Sequentur planè ſecurè Dominum proclamantem, *Tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Quónam modo ſequentur ſecurè Franciſcum, qui ad ſequendum Chriſtum inuitantur? Profectò, quia Franciſcus in vulneratum Dominum transformatus iam cruciferorum ducit exercitum.

27. *Religioſi ex aſpectu vulnerati Frãciſci eleuãtur ad auguſtiores perfectionis gradus, ac ſi IESVM aſpicians: ſpeciatim ad vnionem.* Sequuntur Religioſi cruciferi Franciſcum, & ex eius aſpectu ad altiſſimum perfectionis verticem eleuantur, exiſtimantes quidem ſe Chriſtum vidiſſe vulneratum. Quis poterit æquare verbis Seraphici Ordinis perfectionem, poſtquam Franciſcus vulneratum mutatur in Chriſtum? Vinculo dilectionis arctiùs Fratres colligantur Parentem Franciſcum reputantes IESVM vulneribus affectum. Porrò Chriſti vulnerati aſpectus aſſolet homines arctiſſimo charitatis vinculo colligi. *Egredimini, filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate*, Cant.3. *Cant.3.* Filias Sion pacificas aduocat, Religioſos initiat vt ſpineam coronam aſpectent. Quid coronæ ſpineæ cum pacificis? Clemens Alex. lib.2. Pædag. cap.8. *Hoc diadema ſpinarum vulnerantium inimicum iis, qui inſidiantur, eos prohibet; iis autem, qui ſimul verſantur amicum, eos circumſepit.* *Clemens Alex.* vt ſcilicet arctiùs colligari valeat. Neceſſarium enim eſt Religioſos arctiùs alligari, dum Chriſtum vulneratum aſpectant. Alter Chriſtus Franciſcus ex hoc capite gerit Saluatoris perſonam, ſiquidem poſt impreſſa vulnera ſtrictiori dilectionis vinculo Ordinis Seraphici filij circumſepti oſtentantur.

28. *Imitantur rigidum Franciſci in IESVM conuerſi ieiunium.* Deinde conantur Patris rigidum imitari ieiunium, quo apud Aluerniæ verticem ad impreſſionem ſtigmatum ſacrorum ſe præparauit. Aliquando Fratres in refectorio aſpicientes caſualiter vulnera manuum Franciſci, qui toto ſtudio ea curabat operire, à cibo, & potu neceſſariò abſtinere cogebantur. Quando enim aſpectata vulnera Saluatoris hominem non donauere ſobrietate? Poſt Spiritus ſancti aduentum Apoſtoli ebrietatis incuſabantur, ſic Petro defenſante: *Non, ſicut vos exiſtimatis, hi ebrij* Act.2. *ſunt, cùm ſit hora diei tertia*, Act.2. Ac ſi diceret, Hi ebrietate affici non poſſunt, quia hora diei tertia eſt, qua cum minimè poteſt cibi, aut potus componi immoderantia? Quare? Quia hora tertia Chriſtus vulneratus apparuit. Cyrillus Ieroſolymit. cat. 17. *Si non confiditis mihi,* Cyrillus *ex ipſo tempore intelligetis, verum eſſe, quod di-* Ieroſ. *citur. Hora enim tertia crucifixus eſt Chriſtus, vt Marcus dixit.* Si memores horæ vulnerati Domini à potus abſtinerent Apoſtoli immoderantia, licèt addicti eſſent iſti voluptati, quod indignum Proceribus: quid ſi vidiſſent nunc Dominum vulneratum. Iucundum Seraphicis ieiunium, quia vulneratum in Franciſco IESVM aſpicientes, neceſſariò cibus & potus amarus obiicitur.

29. *Viſo Franciſco vulnerato Religioſi accenduntur ad IESV dilectionem, ac ſi ipſum coronatum ſpinis, vulneratúmque viderent ſponſum.* Ex Canticorum loco citato, illud prætermiſſum expendo: *Quo coronauit eum mater ſua in die deſponſationis*, Cant.3. Etenim vulnerati & compuncti Domini aſpectus nos efficit ſponſas chariſſimas Saluatoris. hoc eſt, excitat ad auguſtioris ſtudium perfectionis. *Mulier,* (ait Paulus,) *innupta & virgo cogitat, quæ Domini ſunt; vt ſit ſancta corpore, & ſpiritu. Quæ autem nupta eſt, cogitat, quæ ſunt mundi*, 1.Cor.7. Vbi Apoſtolus deſcribit affectum ad perfectionis ſtudium illius, qui in die deſponſationis aſſumendus eſt in Domini coniugem. Cant.3. Zeno lib.1. ſerm.8. *Nupta cogitat, quemadmodum placeat marito, virgo quemadmodum placeat* 1 Cor.3. *Deo ſponſo.* Zeno. *Hæc variis vnguentis, & odoribus fragrat: illa,* (id eſt, ſponſa Virgo,) *vnici floris ſui IESV in cœlum ipſum honore læto reſpirat.* Id quidem cùm Rex Salomon aſpicitur in ſpinarum diademate vulneratus. Sponſis enim perfectioni ſtudentibus aſpectus ille auguſtiorem excitat ad ornatum. Hinc colligo Franciſcum IESV vulnerati gerere perſonam, dum video Seraphicum Ordinem poſt impreſſa Patri ſtigmata ardentiori perfectionis ſtudio exorbitare. Et quando Paſſio Domini contemplatio non excitat in Religioſis perfectionis eleuatioris deſiderium?

OBSERVAT. VII.

Ad illa verba:

Abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

In Franciſci ſtigmatibus omnimoda ſecuritas peccatoribus accurrentibus, qui tamen contritione præmiſſa acceſſerint.

Chriſti etenim Paſſio peccatoribus pœnitentibus protectionem, ac ſecuritatem impendit.

30. Chryſoſt. EX Chryſoſtomi mente, qui inuitantur ad crucem, ad cuncta commoda ſpiritualia excitantur; quia in Chriſti vulneribus ſuſſixi omnimoda peccatoribus præparatur ſecuritas. Attamen huiuſmodi hominibus indicitur abnegatio: *Abneget ſemetipſum.* id eſt, Abneget, ſe diaboli mancipium, quod prauis actionibus profeſſus eſt. Faciliùs dixero; contritus & pœnitens debes accedere, ſi apud IESVM vulnera cupis donari ſecuritate.

31. *Franciſci vulnera efferunt ſecuritatem eis, qui ſurgunt, fiúntque ex coruis columba.*

Ex eo planè Franciſci vulnera IESV eſſe recognoſco, quòd nullus contritus peccator acceſſit, qui in Franciſco omnimoda ſecuritate non donaretur, cunctis perſecutionibus, laboribus, ægritudinibus ablegatis. Acceſſere non ſemel ægrotantes ad Seraphica vulnera, nec ſanitatem acceperunt, donec contritione præmiſſa, pœnitentiæ imaginem ſacra ſtigmata contigere. Clamat ad animam ſponſus, *Surge amica mea, & veni. Columba mea in foraminibus petra*, Cant. 2. (Cant. 2.) Ac ſi diceret, Quæ ex piaculo cecidiſti facta inimica, *Surge amica, & veni.* Columbæ etenim effectæ per pœnitentiam petræ foramina, ſiue IESV vulnera locum refugij, ac ſecuritatis offerent. Guerricus Abbas ſerm. in Ram. palm. (Guerric.) *Ecce hodie in foraminibus petra vox columba reſonat. Benedictus qui, vt nidificare poſſem in foraminibus petra, manus, pedes, & latus perforari ſibi tulit, & ſe mihi totum aperuit, vt ingrediar in locum tabernaculi admirabilis, & protegar in abſcondito tabernaculi ſui.* Vox heri diffugientis corui reſonarat, hodie in IESV vulneribus vox columbæ reſonat, ex pœnitudine peccatoris. Benedictus qui vt tot peccatores nidificare poſſemus in foraminibus, alia quinque vulnera in D. Franciſci corpore aperuit, ſiue eadem ſua quaſi ſigillando expreſſit. Vt ingrediamur *in locum tabernaculi admirabilis.* Sic Bonauentura Franciſcum appellauit, vbi Dominus dignatur tot præſentiæ ſpecialiſſimæ documentis commorari.

Franciſcus Dei tabernaculum. Bonau.

32. *Vulnera Franciſci dant refugium peccatoribus, qui ex herinaceis conuerſi ſunt in columbas.* Pſalm. 103. Guerric.

Cecinerat Dauid, *& petra refugium herinaceis*, Pſalm. 103. Mirabar, vulnera IESV herinaceis fœdis admodum refugium impendere. Sed dum legi, *Columba mea in foraminibus petra*, præmiſſa illa particula: *Surge amica*; recognoui vulnera Chriſti herinaceis quidem patere, ſed in columbas ex contritionis effectu mutatis. Pulchrè citat Guerricus, *Opportunum quidem petra refugium herinaceis, ſed habitatio grata columbis.* Accedant peccatores ad vulnera ſacratiſſima, ſed aſpectu ſanguinis profuſi conterantur; vt venia donati, iam recipiantur effecti columbæ ad vulnerum habitationem. *Foramina tot vulneribus toto ferè corpore patentia veniam offerunt reis, & eis iuſtis iam gratiam conferunt* vberiorem. *Tuta habitatio, turriſque fortitudinis, Chriſti vulneribus immorari.* O peccatores, contritione præmiſſa, ad Domini vulnera in corpore Franciſci expreſſa accurrite: tuta inibi, ad cuncta incommoda vitanda, patet habitatio.

An omnimoda in Franciſci vulneribus ſecuritas? Adeò equidem, vt qui ob piaculorum grauitatem aliquando à vulnerato Domino ingrati expelluntur, ad Franciſci vulnera etiam Dominica excipiendi, protegendique accurrant? Iſaias clamat peccatori, *Ingredere in petram, abſcondere in foſſa humo à facie timoris Domini*, cap. 2. Si à facie irati IESV Domini fugere curas, quánam in foſſa humo poteris abſcondi. Profectò hîc & petra forata, & humus foſſa obiicitur. In petra foraminibus acta video Dominum lapidem quidem angularem. In foſſa autem humo humillimum Franciſcum contemplor, qui cum Domino etiam clamare poteſt: *Foderunt manus meas, & pedes meos.* Si ergo ingreſſus in petram, ob replicationem criminum à vulneribus irati Domini repellaris, ex petra ad humum foſſam tranſi, ad Franciſcum, qui in IESVM conuerſus eſt, pœnitens accurre, & proculdubio recipieris. Bellè Guerricus, *Ipſe Dominus petra, ipſe humus.* Petra enim ſolidiſſima Chriſtus dignatur humum Franciſcum ad ſpecialiſſimam ſui ſimilitudinem efformare. *Ipſe petra forata, & humus foſſa*; quia & in ſe, & in Franciſco eadem ſalutaria vulnera exponit. *Abſcondere ergo in foſſa humo à facie timoris Domini.* A petra forata fuge in foſſam humum. *Hoc eſt, ab ipſo fuge ad ipſum. Quinimò non ad ipſum tantùm, ſed in ipſum fuge.* Quia fugiens ad Franciſcum vulneratum in ipſum IESVM vulneratum incidis iam propitium. *In foſſa humo abſcondere, in ipſis manibus foratis, in foſſo latere te ipſum reconde.* Manus ac latus Franciſci eædem manus quodammodo ac latus Saluatoris. Vnde ab ipſo fugis in ipſum: & in Franciſci vulneribus recidis in vulnera Saluatoris magis quidem exorabilia ex Franciſci reddita interceſſione.

33. *A Chriſti vulneribus in Franciſci vulnera fugiamus: mitiora sunt.* Iſa. 2.

Vulnera Franciſci ſunt vulnera IESV mitiora facta ex Frãciſci interceſſione. Guerric.

* * *

OBSERV.

OBSERVAT. VII.

Ad illa verba:

Tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

Franciſcus aptè poteſt de IESV amicitia gloriari, qui ex dilectionis affectu Seraphico Dilecti in ſe vulnera aſſumpſit.

Equidem ineptè te amantem oſtentas, ſi Dilecti non ſtudes paſsiones, ac dolores imitari, & in te transferre.

34. SEquitur Christum qui ipſum dilectione proſequitur. Attamen diligere veraciter non probatur, qui videns Dominum crucifixum, vulneratum, nihil in ſe paſſionis aſſumit. Vnde pulchrè Anſelmus illam particulam, *& ſequatur me*, ſic expendit: Ex charitate tollat crucem. id eſt, ex dilectione, qua in IESVM afficitur, ſtudeat eius in ſe aſſumere paſſionem, vulnera transferri.

Anſelm.

35. *Vidit* Franciſcus (ait Bonauentura) *quaſi ſpeciem vnius Seraphim, qui volatu celerrimo ad aëris locum Dei viro propinquum perueniens, non ſolùm alatus & ignitus, ſed & crucifixus apparuit.* Certè exiſtimaui ſemper hunc Seraphim ignitum dilectionis Franciſci Seraphicæ typum expreſſiſſe. Ergo appoſitè Seraphica dilectio crucifixa oſtentatur; quia vera dilectio non eſt, quæ habitui Dilecti non conformatur. Aſpicit Franciſcus Chriſtum ſuffixum, manibus, pedibus, ac latere vulneratum, & totam Dilectiſſimi paſſionem propriam tranſtulit in ditionem.

Franciſcus Seraphim eſt ex amore in IESVM ignitus, quē dilectionis præſtantia fecit ad ſe transferre dilecti vulnera.
Bonau.

36. Cùm Dauid à rebelli filio peteretur, *Ecce accurrit ei Chuſaï Arachites ſciſſa veſte, & terra pleno capite*, 2. Reg. 5. Quare textus adnotat Chuſaï habitum luctuoſum? Exiſtimo, vt innueret verum eſſe Dauidis amicum. Nec quidem amicum ſe veracem oſtenderet, niſi in ſe afflicti & perſecutionibus acti Dauidis luctum transferri ſatageret. D. Chryſoſtomus ait, *Chuſi erat Dauid amicus, ſuam in eo amicitiam perpetuò conſeruauit in hac mutatione temporum. Diſrupit igitur veſtes, aſperſit ſe cinere, fleuit acerbè & miſerabiliter. Non enim erat amicus temporis, nec potentiæ, ſed virtutis; & ideo licèt Dauid Regno exutus eſſet, non mutaret amicitiam.* Itaque Chuſaï ſe Dauidis veracem oſtentauit amicum, dum cladem illius in ſe curauit exprimere. Quidnam cladis tantæ ad ſe Chuſaï potuit transferre? Particulam quidem afflictionis Dauidicæ: totam minimè cladem. Proh Franciſci ineffabilem dilectionem! Si Chuſaï verus vocitatur amicus, quia particulam cladis Dauidicæ in ſe externo habitu curauit exprimere: an non amiciſſimus Franciſcus veri Dauidis apparebit, dum totam in ſe ex dilectionis affectu tranſtulit Paſſionem, cuncta vulnera expreſſit?

Chuſaï Dauidis ſe oſtentauit amicum verum, particulam aſſumens eius dolorum: quid Franciſcus totam ſibi IESV adſcribens ſtragem?
2. Reg. 5.
Chryſoſt.

37. Ad Iobum multis doloribus affectum Eliphaz, Baldad, & Sophar acceſſere. *Cùmque eleuaſſent procul oculos ſuos, non cognouerunt eum, & exclamantes plorauerunt: Sciſſiſque veſtibus, ſparſerunt puluerem ſuper caput ſuum*, cap. 2. Quinam hi, qui tot luctus exprimunt documenta? Ait textus, *Igitur audientes tres amici Iob omne malum, quod accidiſſet ei, venerunt ſinguli de loco ſuo*, ibid. Veraces etenim Iobi amici debebant in ſe dilecti transferre calamitatem. Quidnam, obſecro, tranſtulere? Particulam, nempe veſtium ſciſſionem, ac pulueris aſperſionem; nam & Iob ſcidit veſtimenta ſua, & corruit in puluerem, *cap.* 1. Se tres viri amicos meritò oſtentant, dum particulam calamitatis Iobi curant aſſumere? Amiciſſimum veri Iobi IESV dixero Franciſcum, dum eum aſpicio non particulam calicis epotare, ſed totum Dominicum calicem exhaurire. Pulchram do Origenis ſententiam lib. 3. in Iob. *Admirantes viri illi, atque ſtupentes lamentabilem Iobi immutationem, veſtimenta ſua conſciderunt, & terram ſuper capita ſua ſparſerunt. Quæ feciſti, inquiunt amici veri, facimus: veſtimenta noſtra ſcindimus, & terram ſuper capita noſtra ſpargimus; ſic namque & tu feciſti ò Iob. Et vtinam cæteros dolores tuos tecum diuidere poſſemus!* Dum amici veri oſtentantur, curant particulam imitari paſſionis dilecti. Dum autem totum erga Iobum ſatagunt exprimere dilectionis affectum, aſſerunt ſe cupere, vti Iobi amici cuncti dolores inter Iobum ipſum tréſque amicos diuiderentur: *Vtinam cæteros dolores tuos tecum diuidere poſſimus* O Franciſcum IESV amantiſſimum, qui non iam expertis IESV dolores diuiſim aſſumere: ſed vt omninò dilectum liberes à cruciatu, cuncta eius vulnera miræ dilectionis operatione ad te tranſtuliſti!

Tres amici
Ant. de Eſcob. & Mend. Tom. V.
Iobi expertes in præſtantis amoris documentum diuidere dolores Iob: Franciſcus omnes dolores IESV aſſumit.
Iob 2.
Iob 1.

38. Profectò Franciſcum Templum Chriſti eſſe quis non videat, ſacra ſtigmata dum aſpectat? Poteſt veraciter Seraphicus inclamare: *Viuo ego, iam non ego; viuit verò in me Chriſtus.* Quia ex dilectione Dominica ſum domus effectus. Ergo ſi Franciſcus Templum Domini erat, neceſſariò, Chriſto ſuffixo, ac nece affecto, totam illam ſeparationem debuit ad ſe transferre: IESVS *clamans voce magna, emiſit ſpiritum: & ecce velum Templi ſciſſum eſt in duas partes*, Matth. 27. Vbi Sedulius lib. 5. Paſc. 17. *Tunc illud quoque Templum miſerabile plenum religionis antiquæ Templi maioris, (id eſt, IESV,) culmina cecidiſſe conſpiciens, velut alumnus, triſtis, & gemens proprium deflebat Authorem, deſciſſo protinus velo.* Nam vbi IESV humanitas in duas partes ſciſſa comparuit, in duas partes Templi velum ſcinditur. Profectò Templum illud non cunctas IESV ſciſſuras aſſumpſit, quia alumnus erat Dominici Templi. At Franciſcus amicus ſponſi vera Chriſti domus, ac viuum delubrum videns quinque Domini ſciſſuras, totas ad ſe transferre curauit.

Templum Franciſcus: Templo IESV ſciſſo, ſcinditur Templi velum ſuperans.
Origen.
Matth 27.
Sedul.

O Seraphicam Diui dilectionem!

* * *

OBSERVAT. VIII.

Ad illa verba:

Tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

Franciſcus non ſuam, ſed IESV crucem ex initio conuerſionis ſuſtulit; quia tribulationes cum ipſo tolerans, idem cum ipſo corpus, & ſanguis factus eſt.

Idem cum Christo efficiuntur, qui cum ipſo labores tolerant.

39. *Similitudinem Franciſci ac* IESV *ex laborum participatione expendo.*

CVr ait, *Tollat crucem ſuam*, & non potiùs, *crucem meam*, ſi ad crucem Dominicam ſuſtinendam, ex Hieronymi mente, inuitamur? Crediderim quia tyronibus documenta præſcribit. Qui quidem incipientes nondum laboribus acti, nondum idem cum IESV corpus & ſanguis effecti ſunt; vnde nondum Dominicæ cruci ſuffixi oſtentantur.

40. *Franciſcus ab initio conuerſionis cum* IESV *labores tolerauit, unde ex impreſſione vulnerum vnum factus eſt cum* IESV *corpus, & ſanguis.* Bonau.

Hoc planè egregium in Franciſco, quod etiam dum incipit, poteſt iam crucem Domini portare, quia particeps à iuuenta, (vt diximus,) Dominicæ Paſſionis ex tentaminum, ac paternæ perſecutionis ſuſtinentia. Fatur pulchrè D. Bonauentura, *Verè in ſua conuerſionis principio dicere iam Franciſcus cum Apoſtolo potuit: Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri* IESV *Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* Iam Diuus crucem Chriſti portabat, quia crucifixus mundo, ſeu paterno affectui, Chriſti labores imitabatur, & ideo vnum cum ipſo corpus ac ſanguis effectus erat. Ideò, (vti Doctor adiicit,) *veriſſimè in conſummatione potuit ſubinferre, Stigmata Domini* IESV *in corpore meo porto*? Nam qui crucem cum IESV portant, idem cum ipſo corpus, ac ſanguis efficiuntur. Vnde vulnera Franciſci ſacrum emittentia cruorem, Chriſti vulnera reputarim. Iam Franciſcus ex laborum participatione mutatur in Chriſtum.

41. *Ioannes particeps paſſionis* IESV, *fit frater* IESV: *Franciſcus totam paſſionem ad ſe transferens, fit* IESVS. Theoph.

Aſpectans Dominus è patibulo Ioannem, ait Deiparenti, *Mulier, ecce filius tuus. Deinde Diſcipulo, Ecce Mater tua,* Ioan. 19. An Ioannes vterinus IESV frater oſtenditur, an in IESVM mutatus obiicitur? Certè IESVM eſſe iam Apoſtolum aſſererem, quem cum IESV tot labores ſuſtinuiſſe video. Participatio enim laborum IESV homines efficit in IESVM conuerti. At Theophylactus in IESV fratrem mutatum aſſeruit, *Iam papè quomodo obſeruant Diſcipulum, fratrem ſuum illum facient! Vſque adeò bonum eſt, manere apud patientem Chriſtum, nam in fraternitatem eius ducit.* Manſit certè Ioannes cum IESV illius horribilis noctis ac diei inſtantia, & apud hortum, & apud crucem aliquot horis, & ideò ex Theophylacti mente mutatur in fratrem. At Franciſcus à conuerſionis puncto crucifer manens apud IESVM patientem non conuertitur ſolùm in fratrem, ſed ipſum mutatur in Chriſtum, vt poſſit profari, *Ego ſtigmata* IESV *in corpore meo porto.* Me IESVM deputate patientem potius, quàm Franciſcum compatientem.

42. *Eccleſia eſt corpus capitis* IESV: *Franciſcus ſpecialiſſimus patientis ſocius eſt ipſe* IESVS. Chryſoſt. Ephel. 1.

Dum D. Chryſoſtomus contemplaretur gloriam eorum, qui cum vulnerato Domino patiebantur, ait hom. 3. ad cap. 1. Epheſ. *Reuereamur, obſecro, germanam hanc, atque cognatam affinitatem noſtræ carnis cum Chriſto contractam capite noſtro.* Reſpicit Pater verba illa Apoſtoli, *Ipſum*, (IESVM Deus,) *dedit caput ſupra omnia membra Eccleſiæ, quæ corpus ipſius,* Eph. 1. Eccleſia perſecutionibus acta fit corpus capitis IESV. At Franciſcus ſpecialiſſimo priuilegio factus eſt ipſe Chriſtus totus compunctus, ac vulneratus.

43. *Franciſcus vti* IESVS *non ſolùs in membris, ſed & in capite, in animo paſſus eſt pro Domino Chriſtum æmulando.*

Porrò IESVS non ſolùm corporis membris, ſed & capite, & facie paſſus eſt, imò animo quidem. Vnde vt homo non ſolùm cognatus IESV, ſed & IESVS appareat, & animo opprobria, & capite ſpinas, & alapas, & corpore vulnera debet tolerare. Chryſoſtomus *citat.* exprimit ſupremam hominis felicitatem, qui potuit in ſe totam IESV paſſionem transferre, vt in IESVM conuerteretur. *De* IESV *dignum meminiſſe eſt, quòd crucifixus, quòd confoſſus,* ſeu vulneratus *clauis, quòd totus immolatus eſt Patri.* Opprobriis actum eius animum vides, faciem capitis alapis percuſſam contemplaris. *Si corpus totum Chriſti,* (imò Chriſtus ipſe,) *es, fer crucem, ipſe enim tulit; fer ſanioſas execrationes, fer alapas, fer denique clauorum vulnera.* En Franciſcum, ſiue ecce IESVM. Ab initio conuerſionis potuit profari, *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo,* irriſionum opprobrias ſuſtinuit, latronum alapas, colaphos tolerauit; ac denique clauorum, & lanceæ vulnera ex affectu charitatis tulit, eorúmque pertulit cruciatus. O Franciſcum dixerim, an IESVM?

44. *Duplex* IESVS *in cœlo ſurſum, in Franciſco deorsũ: ſicut duplex Elias, ex paſſionis participatione.* 4. Reg. 2. Chryſoſt.

Duplicem ſaltem IESVM eſſe aſſeruerim & ſurſum, & deorſum, vt qui in ſacratiſſima Euchariſtia occultus exiſtit ad Eccleſiæ ſolatium, in Franciſco manifeſtus exponatur ad vberiorem ſuorum confortationem. Dum ad ſuperos pergit Elias, reliquit pallium Eliſæo, quo ex Chryſoſtomi mente, participatio laborum exprimebatur. Leuat Diſcipulus *pallium Eliæ, quod ceciderat,* 4. Reg. 2. & alter Elias exſurgit. *In cœlum aſcendens*, (ait hom. 2. ad Pop.) *nihil aliud, quàm Melotem Diſcipulo reliquit. Cùm hac*, inquit, *cum Diabolo pugnaui, & tu contra illum armatus hanc capies. Validum enim telum inopia. Tanquam maximam hæreditatem Eliſæus Melotem ſuſcepit, Et erat duplex Elias ille; erat ſurſum Elias, & deorſum Elias.* Franciſcum fecit alterum IESVM non ſolùm inopia & nuditas, ſed & cunctæ paſſionis ad ſe translatio. Vnde erat duplex IESVS, IESVS ſurſum, & IESVS deorſum. Parum dixi, erat vnicus IESVS; quia Franciſcus mutatus erat in IESVM, *Viuo ego iam non ego: viuit in me Chriſtus.*

PARS TERTIA.

MEVS ANTONIVS.

Paraphraſim, & Commentarios literales ad caput duodecimum Lucæ pete ex lib. 12. Tomi huius, Part. 1.

PROLVSIO.

ANTONIVS Paduenſis præcinctus Chriſti Miles, acerrimus propugnator Eccleſiæ, egregius admodum Concionator, quia Deiparenti à cunabulis litauit obſequium, ſæpe hymnum illum præcinens: *O glorioſa Domina.* Hunc recens natus turtur expreſſit, hunc moriturus cygnus dicitur profudiſſe. *Cœpit* (inquit Hiſtoriographus) *appropinquante mortis hora dicere illum hymnum Virginis, cuius deuotiſſimus erat: O glorioſa Domina.* Porrò ex hoc Antonij mei in Virginis obſequio, reor eius vocem efficaciſſimam ad peccatorum conuerſionem. Proferens enim concionem initio verſum dulciſiſſimum, *O glorioſa Domina*, &c. *Cœli feneſtra facta es*, & lucem cœleſtem auditoribus immittebat, & eos ad Dominum adducere curabat. Inuidiâ diabolus ſuccenſus *aliquando voluit Antonium ſuffocare*, (loquor cum Doctore illo) *apprehenſo iam eius gutture, cuius voce tot peccatores conuerſi fuerant: ſed liberalitus fuit dicendo hymnum Virginis: O glorioſa Domina.* Quàm feliciter Antonius mei Antonij præconia proferam, ſi Deipara mea Domina, quæ Antonij guttur à dæmone defendit, meo dignabitur gutturi & halitum, & verba præſtare.

SECTIO IV.

Præcincti fulgores.

TEXTVS.

VERS. 35. SInt lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. 36. Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptiis; vt cùm venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei, *&c.*

IN ANTONIVM

PANEGYRICVS MORALIS QVARTVS CIRCA LITERAM.

EX PRÆCINCTI FVLGORIBVS.

Observat. I.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, & vos ſimiles hominibus.

Antonius præcinctus aſperitate vitæ, & virtutum exercitamentis, homini tamen ſimilis apparuit, vitæ aſperitatem, virtutemque facilem eſſe oſtentans, cunctis ipſe amabilis.

Aſſero, leuia onera reddi ex affectu voluntatis.

1. POSTQVAM Dominus perfectioni ſtudentibus ſeruis ex vitæ aſperitate,& virtutum exercitamentis conſtrictionem indixit,
Interl. addit ex Interlineatis mente, tamen *ſitis vos ſimiles hominibus.* id eſt, adeò peccatoribus hominibus vos humanos oſtendite, vt aſperitas vitæ,ac virtutum exercitatio non eis horribilis, ſed amabilis obiiciatur.

2. Antonius & aſperitate vitæ, & virtutum egregiarum exercitamentis alter Franciſcus fuit. At nudus ipſe, afflictus ieiuniis, cilitio, vigiliis, verberibus exactus, adeò facilem, & humanam virtutem expoſuit, vt cuncti populi ad ipſum concurrerent audituri ſuauiſſimi iugi, leuiſſimi ponderis documenta. Vnde *Homo Dei* ab omnibus appellatur, qui omnimoda adſtrictus aſperitate adhuc hominibus ſe ſimilem exponebat. Sic etenim (iam mentem expono) cœleſtis prædicationis dulcedine corda auditorum ad vitæ aſperitatem, ad exercitamenta virtutum afficiebat, vt illi facillimè Crucem difficillimam ſuſtinerent. Dominus fatur, *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat Crucem ſuam, & ſequatur me*, Matth. 16. Quàm difficile Chriſti lignum portare, IESV ſuffixi æmulatorem exiſtere! Imò quàm facile, illa præmiſſa conditione: *Si quis vult.* Afficiatur voluntas ad aſperitatem tolerandam, dulciſſima erit Crucis aſportatio. Chryſoſtomus Orat. de Cruce apud Grethſ.tom.2. *Quid verò eſt,Tollat? Adeò ſit promptus ad cædem, vt qui eam portat Dominus. Tam paratus, vt ille, qui Crucem ſuam fert humeris. Talem omnes obſtupeſcunt. Sed in hoc vera libertas. Vult enim portare.* Affectus autem ad Crucis ſuſtinentiam, promptum Domini animum æmulatur. Debetur proculdubio Antonio illa ad aſpera præcepta promptitudo, qui prædicationis, exhortationiſque familiaris efficacia horribilia quæque reddebat humana.

Alter Franciſcus Antonius vitæ aſperitate, quàm facillimam expoſuit.

Matth. 16.

Chryſoſt.

Exemplum exhibebo. *Audiuit Antonius* (ait Thomas de Trugillo) *quendam è ciuibus Patauij ſibi confitentem, quòd calcem impegiſſet matri ſuæ. Reprehendit ergo eum grauiſſimè Antonius fatus, Pes qui tale ſcelus commiſit, merebatur abſcindi. Tanto autem ex reprehenſione Diui dolore predictus erat pœnitens ille, vt domum reuerſus ſibi ſtatim pedem præſcinderet.* Addit Author, *Quod factum innotuit Antonio, qui iuſſit ad ſe adduci virum, & ei pedem facto Crucis ſigno reſtituit.* Quàm efficax ſermo Antonij, qui potuit tam difficile facinus adeò facilem reddere, acuens vtique pœnitentis affectum. 3.

Exemplum exhibeo. Trugill.

Difficilem planè viam pes ille abſciſſus facillimam expertus eſt, quia Antonius Prodigum pœnitentem ſuauitatis calceamento donauit. Parabolam expendo. *Dixit autem Pater ad ſeruos ſuos: Citò proferte ſtolam primam,& induite illum, & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius*, Luc. 15. Et annuli, & calceamentorum myſteria veſtigabo. Equidem annulo innuitur pœnitentis conſtrictio ad Patrem, ne rurſum audeat itinera percurrere grauitatis. Quàm difficilis virtutis via! Ideo additur calceamentum, vt aſperam viam facilè poſſit inire. Rutitius appoſitè lib. 1. epiſtol. 2. *Dat annulum, ne rurſus à Patre, perfidia duce, diſcedat. Calceamenta dat pedibus, quo facilius ardui itineris aſpera, & dura contemnat.* Antonius annulum & calceamentum ſimul dedit iniquo, ad ardui itineris in viam eius pedem adducens: ſed facilem reddens calceamento, hoc eſt, efficaciſſima prædicatione, ſeu adhortatione,ac reprehenſione. Lauretus ex Gregorio & aliis: *Prædicatio Apoſtolica ita affectus noſtros munit à difficultatibus, quæ ſpinarum more pungunt, vt à pedibus noſtris munimenta calceorum moleſtiam, & læſiones repellunt. Haud ſecus ſermo efficax mores noſtros afficit, vt tali præſidio ſuffulti, iter arduum ſine difficultate tranſeamus.* Quid Antonij ſermoni conuenientius? 4.

Pedem prodigi adoleſcentis adduxit Antonius ad difficilem viâ facillimè terendam. Luc. 15.

Rutic.

An Deus Antonius, qui fingit, aut adaptat ita dolorem horribilis pedis ſucciſionis, vt pœnitens ille facillimum vulnus reputaret? De Numine fatur Dauid, *Qui fingis laborem in præcepto*, Pſalm. 93. id eſt, quando aliquid præcipis arduum, difficile, laborioſum, gratia tua exuberante, etiam fingis eo in præcepto laborem, aut doloré, vt facilè ſibi aptatum quiſlibet valeat ſuſtinere. Pulchrè D. Bruno, *Qui in præcepto dolorem fingis, id eſt, qui in completione præcepti difficilis diſponis, & adaptas dolorem tribulationum. Quod eſt dicere: Cùm oporteat completores præcepti alicuius multiplicem tribulationem ſubire, tu fingis, id eſt, diſponis dolorem ipſum, vt vnicuique* 5.

Antonius Dei ſapiêtiæ æmulator, ſic fingebat labores maximos, vt facillimi viderentur. Pſ. 93. Bruno.

vnicuique diſtribuas, prout poſſit pati. Antonius Dei ſapientiæ, ac potentiæ æmulator, ſic verbis ſuis efficaciſſimis fingebat facinora difficillima, vt quique ex ſermone affecti facillimo negotio ardua cuncta ſuſciperent. O quàm leuia reddit onera promptitudo affectæ voluntatis.

Obseruat. II.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Antonius promptiſſimum ſe ad omnia mala ſuſtinenda oſtendit, qui Magnum Antonium ſecutus, ſe ſe in ſolitudinem recepit.

Ad prædicationis dira certamina ſe debent Concionatores in laborum ſuſtinentia præparare.

6. Cyrill.

EXponit D. Cyrillus, *Prompti ſitis ad ſuſtinenda mala omnia.* Præcinctum eſſe Domini famulum, idem eſt, ac promptum ad omnia mala ſuſtinenda, oſtendi? Præcinctum arctiſſimè Antonium contemplor non iam ex promptitudine ad omnia mala ſuſtinenda: ſed quia executioni dans huiuſmodi promptitudinem, cuncta mala ſuſtinuit.

7. *Antonius apud deſertum manſit.* Trugill.

Trugillo fatur, *Peraclo Capitulo, cùm cæteri Fratres diſcederent; Antonius ibi remanebat, neque à quoquam inuitabatur, vt ſecum iret. Petiuit ipſe à Miniſtro quodam Prouinciæ Romanæ, vt dignaretur eum ſecum recipere; qui videns illius humilitatem, ſecum attulit. Manſit verò poſtquam in eam Prouinciam peruenit in quodam Monaſterio collocato in deſerto: ibidemque vixit tanquam Eremita, & ſolitarius.* O magnum prorſus ſanctitudinis documentum!

8. *Indicat egregiã Antonij Magni ſanctitatem, in ſolitudine vixiſſe, docuiſſéque Eremitas.* Hieron.

De Magno Antonio D. Hieronymus ait in vita Paul.Erem. *Inter multos ſæpe dubitatum eſt, à quo potiſſimum Monachorum Eremus habitare cœpta ſit. Quidam enim altiùs rem petentes, à B. Elia, & Ioanne ſumpſere principium. Alij autem (in quorum opinionem vulgus conſentit omne) aſſerunt, Antonium huius propoſiti fuiſſe caput. Quod ex parte verum eſt; non enim tam ipſe ante omnes fuit, quàm ab eo omnium incitata ſunt ſtudia.* Cur alij Eliam, & Baptiſtam Ioannem, alij Antonium faciunt ſolitariæ vitæ Magiſtrum? Quia meritò putant, ineffabilis ſanctitatis colligi indicamenta, dum oſtenditur Diuus exemplo docuiſſe homines, tantæ aſperitatis poſſe iter percurrere.

9. *Ioannes & Elias ineffabili virtute, ac ſpiritu ornati apparuerunt, dũ in ſolitudine commorati ſunt.* Luc.1. Ambr.

Profectò qui Eliam, & Ioannem aſſerunt vitæ ſolitariæ extitiſſe Magiſtros, conſequenter eos aſſerunt ineffabali ſanctitate fulgidos. De Ioanne fatur Angelus, Zachariæ, *& ipſe præcedet ante illum in ſpiritu, & virtute Eliæ,* Luc.1. Quinam ſpiritus, quænam virtus Eliæ, cuius Ioannes extitit æmulator? Interlinearis, *Spiritus ſanctus, virtus miraculorum.* Ambroſius, *In Elia virtus conuertendi populos à perfidia, virtus abſtinentiæ, & patientiæ, & prophetandi.* Aptiùs tamen argumento, crediderim, ſpiritu ac virtute ſignari Eliæ apud ſolitudinem commorationem. Sic pulchrè idem Ambroſius, *Præceſſit Ioannes in ſpiritu, & virtute Eliæ, quia in deſerto Elias, & Ioannes.* Ac ſi diceret, Ioannes apparuit mira ſanctitate conſpicuus, ſpiritu cœleſti donatus, virtute auguſtiſſima præditus; quorum planè documenta exhibuit, dum Eliam commorantem in ſolitudine æmulatur. Quantus mei Antonij ſpiritus, quanta virtus, dum Antonij Eremitæ imitator in D. Pauli ſolitudine diu latitauit!

10. *Dauid ſolitudini init, vt aſperitate maxima cruciari poſſit, & dare inſignis pœnitudinis documentum.* 2.Reg.12. Saluian.

Ratio eſt, quia aſpera admodum ſolitudinis habitatio. Poſtquam Dauid Nathani monito ſe ſe poſt adulterium, & homicidium, ad frugem recipit meliorem, *ieiunauit ieiunio, & ingreſſus ſeorſum iacuit ſuper terram*, 2. Reg.12. Compunctionem, humiliationem, confeſſionem, luctum, ieiunium iniuit pœnitens Dauid. Attamen horribiliorem addidit aſperitatem, dum *ſeorſum iacet*, ſiue ſolitudini addicitur. Bellè Saluianus Gallorum fulgor, lib.2. de Gubern. *Agnoſcit Dauid culpam, humiliatur, compungitur, confitetur, luget, pœnitet, totum Regem, cum ornatibus ſuis abiicit, ieiunio exigitur, ariditate ſiccatur, fletu effunditur.* Quid plura? Creſcit oratio ſupremo pœnitudinis documento, cùm adiicit, *ſolitudine carceratur.* Nam ſolitudinem inire, maximum erat incommodum, & ſupremum pœnitudinis ſanctæ documentum.

11. *Solitudinis moleſtiæ inferno comparantur.* Pſ.54. Euthym.

Vt grauiſſimo ſupplicio afficiantur ſanctitatis oſores, Dauid, imprecatur edoctus, *Veniat mors ſuper illos, & deſcendant in infernum viuentes*, Pſalm. 54. Ad tartarum ne deſcendere expetit? Minimè, ſed temporali ſupplicio affici cupio, quo poſſint Numen placare. In quémnam ergo infernum eos petis deturbari? Planè in ſolitudinem adeò aſperam habitationem, vt quodammodo poſſit inferni nomine deſignari. Euthymius, *Alij Romanorum timore in prærupta ſe ſe contulerunt, in cauerniſque, & in ſpeluncis vixere, fame, & ſiti, atque formidine cruciati; vt in ſua refert Ioſephus hiſtoria. Huiuſmodi autem foueas, ac ſpeluncas ſolitarias Propheta infernum appellauit.* Antonius ergo ſolitudinis moleſtiis ſe ſe ad prædicationis dira certamina præparauit. Quàm ſanctum ſe exhibuit, quàm Eliæ, Ioannis, Magníque Antonij ſe expoſuit à perfectionis cunabulo imitatorem.

Obseruat. III.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Antonius egregius Prædicator doctrinæ ac operum ſimul fulgorem ſpargebat ineffabili animi donatus puritate.

Edocet Concionatores egregios quaſi impecabiles oſtentandos, ad proximorum conuerſionem.

VVlgare illud Gregorij, *Per bona opera proximis lucis exempla monſtrate.* Preme particulam, 12.

ticulam, *lucis* exempla, id eſt, doctrinæ, quam profertis concionatores, exhibete exempla, vitæ veſtræ iuſta opera exponendo. Concionatores enim omnimoda decet puritas, & innocentia.

13. *Concionatores ſint quã ſpecioſi, & quodammodo vel leniter impeccabiles. Sic Antonius.* Ioan. 13.

Vno anno poſt Antonij obitum Pontifex Max. eum ſanctorum Catalogo addixit. Cur tam citò? Quia ex prædicatione Antonij fama cunctis erat aſpectabilis. At non tam verbis, quàm vitæ innocentia auditores ad virtutis viam adducebat. Perfectiſſimus Antonius Concionator, cuius animus nec leui piaculo notabatur infectus; de quo Propheta poterat inclamare, *Quàm ſpecioſi pedes euangelizantis pacem!* Apud cœnaculum IESVS *ſurgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua, & cùm accepiſſet linteum, præcinxit ſe. Deinde miſit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes Diſcipulorum*, Ioan. 13. Quare eorum, qui toti erant mundi, adhuc pedes abluit? Credidero, vt eos conſtitueret perfectos ſacri verbi præcones, quos decet ineffabilis innocentia. Specioſi erant pedes, Prædicatores ſcilicet, ſed oportebat eſſe *quàm ſpecioſi*, id eſt, ſupremè ſpecioſi, ac pulchri, vt nullius inquinamenti puluis in eis reperiatur.

Hieron.

Hieronymus epiſtol. 142. ad Damaſcen. *Aſcenſurus Dominus ad cœlum, quia Apoſtoli velut homines terræ inſiſtentes, adhuc habebant pedes ſordibus pollutos, vult eos à delictis penitus liberare: vt poſſit eis proprietatis ſermo congruere: Quàm ſpecioſi pedes Euangelizantium pacem. Et imitari valeant Eccleſiæ verba dicentis, Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Quomodo inquinabo?* Ac ſi quodammodo vel leuiter impeccabiles redderentur. Perfectum enim Prædicatorem huiuſmodi decet ſanctitudo. Profectò Antonius Concionator egregius ſic curauit innocentiæ ſtudere, vt quaſi impotens redditus eſſet vel ad leuia piacula.

14. *Concionatores calami ſunt aurei, non pedes candelabri, ne obnoxij pulueribus oſtendãtur. En Antonium.* Exod. 25. Gregor.

Deus olim Prædicatores ſuos in aureo deſcripſit candelabro. *Facies & candelabrum ductile:* (id eſt, malleo, non fuſione perfectum) *de auro mundiſſimo haſtile eius,* (id eſt, baſis, vel pes illius) *& calamos,* (id eſt, medias ſtipes) *ſcyphos,* (id eſt, calices, vel cyathos, per quos partes quædam extantes intelliguntur, quæ calicis formam habent) *& ſphærulas*, (id eſt, nodos) *ac lilia ex ipſo procedentia.* Cuncta hæc ex auri materia, & non ex alia perficientur, Exod. 25. Vbi D. Gregorius hom. 6. in Ezech. *Calami Prædicatores ſunt qui dulcem ſonum in medio ediderunt. Scyphi autem, qui vino repleri ſolent, mentes auditorum ſunt, quæ, ſanctis prædicantibus, vino ſcientiæ replentur.* Sancti ſint prædicantes ex auro mundiſſimo. Pergit Doctor, *Haſtile, ſeu pes eiuſdem candelabri Eccleſia debet intelligi.* Cur Prædicatores eleuatiori loco addixit, & non pedibus Eccleſiæ comparauit? Vt oſtendat aureos Concionatores vel à pulueribus contrahendis debere eſſe immunes. Ac ſi diceret, ſancta pulueres aliis in filiis contrahat Eccleſia, quo poſſit diluere. At Prædicatores calami ſint eleuatiſſimi, ne vel leuium piaculorum puluere valeant defædari. Certè Antonius tam aureus innocentia fuit, vt videretur minimè in terra commorari, nec obnoxium, vel leuiſſimo eſſe piaculo.

15. *Concionato-* *ris Antonij aurea labia ſunt verbo otioſo, vt poſſent otioſa auditorum verba carpere.* Exod. 25. Beda.

Accinit & menſæ conditio. *Faciesque illi* (id eſt, menſæ) *labium aureum per circuitum*, Exod. 25. Vbi Beda, *labium aureum fit Menſæ per circuitum, quia doctrina ſacri eloquij per mundiſſima nobis Prædicatorum fidelium ora miniſtranda.* Quare adeò munda Prædicatorum vita? *Quia non tantùm nociua, ſed & otioſa hominum verba grauiter ferre, ac redarguere curant.* Et quónam modo poteſt Concionator de otioſis verbis auditores redarguere, qui non curet ab eiſdem abſtinere. Silentium Antonij mirum planè fuit, non ſolùm apud ſolitudinem multis diebus tacuit, vt ſe ſe ad prædicationem præpararet; ſed & cum Fratribus degens, nunquam fuit otioſitatis verbi incuſatus.

16. *Prædicator à cœleſti Ioſepho bona ſemina prius accipiat auditorum in ſinum immittenda.* Geneſ. 47. Gregor.

Etenim id ſeminat Prædicator, quod ſibi colligit otioſa, imò noxia verba aliaque grauiora piacula ſeminabit, qui ſibi non purum frumentum, ſed zizania cordis mittit in horreum. Ioſeph Ægyptiis, *Accipite*, inquit, *ſemina, & ſerite agros vt fruges habere poſſitis*, Geneſ. 47. Accipienda priùs ſemina, quæ immittenda ſunt agris; qualia acceperis, talia emittes. D. Gregorius lib. 6. Moral. cap. 24. *Ille bene loquendi facundiam accipit, qui ſinum cordis, ad perfectè viuendum, ſtudia extendit: nec conſcientia loquentem præpedit, cùm vita linguam antecedit. Hinc eſt quod AEgyptij ſeruitio publico Ioſeph diſpenſante, ſubiecti, frumenta etiam ad ſemen reportant.* Dum ſcilicet vita colligit virtutes, ad quas auditores ſunt à Prædicatoribus excitandi.

17. *Ægyptius hæc ſemina accepit Antonius, hæc à Ioſepho IESV ſemina Paduenſis accepit: id eſt, omnium virtutum exercitamenta.* Athanaſ.

Preme illud: *Ille bene loquendi facundiam accipit, qui ſinum cordis ad perfectè viuendum ſtudia extendit.* Profectò Antonius omnia cordis ſtudia ad perfectè viuendum adeò extendit, vt omnium non ſolùm Fratrum, ſed & ſupernæ Curiæ Diuorum ſemper curaret ad vitam ſuam perfectiones transferre. Cui planè congruit, quod de Magno Antonio D. ſcripſit Athanaſius in vit. *Huius continentiam, iucunditatem illius ſectabatur; iſtius lenitatem, illius vigilantiam, alterius legendi æmulabatur induſtriam; iſtum ieiunantem, illum humi quieſcentem mirabatur; alterius patientiam, alterius manſuetudinem prædicabat. Omnium quoque vicariam erga ſe retinens charitatem, atque vniuerſis virtutum partibus irrigatus, ad ſedem propriam regrediebatur, vbi ſecum vniuerſa pertractans, omnium in ſe bona nitebatur exprimere.* Sic Antonius Ægyptius à cœleſti Ioſepho ſerenda ſibi ſemina accipiebat: *Omnium in ſe bona nitebatur exprimere.* At Antonius Paduenſis, qui in auditoribus ſacra ſemina ſparſurus erat, diuino accipit no Ioſepho cunctas Diuorum perfectiones à ſe quidem, & in proximos transferendas. Quàm liber à piaculis, qui cuncta ſtudia ſua ad perfectè viuendum extendit.

OBSERVAT.

Observat. IV.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Antonius lucerna fuit ductrix, exemplis ſuis cunctos ad perfectionis verticem adducens.

Aſſero exemplis potius, quàm verbis adductos auditores perſeuerantiores in via virtutis conſiſtere.

18. LVcernas in manibus præferre iubentur Apoſtoli, vt proximis ducatum præſtare valeant fulgentibus vitæ exemplis, iuxta illud Gregorij: *Lucis exempla monſtrate.*

19. Antonius quidem fulgens prædicatione, fulgentiorem ſe vitæ puritate obiiciens, plures acquiſiuit exemplis, quàm ſermonibus. Hæretici profitebantur, ſe ad fidem adductos à *Malleo* potentiſſimo, ſic Antonius vocabatur, dum magis eius exemplis, quàm ſermonibus contunderentur. Mirabilis planè fuit Antonius auditoribus, qui ſe alterum Paulum Concionatorem aſpicere putabant. Etenim Paulus Concionatorum Dux plus vitæ exemplis auditores, quàm vocalibus docuit dogmatibus. De Iobo patientiſſimo Chryſoſtomus ait homil. 1. de Laud. Paul. *Stupent certè Iob omnes homines, & valdè vtique conuenienter. Eſt enim ille Athleta mirabilis, & qui Paulū ipſum ex aduerſo poſſit aſpicere ob patientiam, puritatémque vitæ, ob teſtimonium Dei.* Vitæ enim puritate Dei puritatis fontem teſtabatur. *At Paulus non menſibus tantum, ſed annis plurimis in agone perdurans, non terra gleba ſaniem carnis eradens, ſed in ipſius intelligibilis ore leonis frequenter incurrens, & pugnans aduerſus tentationes innumeras, omni erat lapide tolerantior.* Hiſce exemplis Paulus Concionator cœleſtis Dei puritatem appetebat. O Antonium illuſtriſſimum Pauli æmulatorem, non menſibus tantùm, ſed annis plurimis in agone perdurantem, virtutum fulgentiſſimarum exemplis Deum puritatis fontem aſſerentem.

Antonium ſtupebant auditores plus ob vitæ exempla, quàm ob ſapientiæ præconium. Verè Paulus oſtenditur.

Chryſoſt.

20. Porrò ipſius Domini officium fuit, exemplis homines adducere ad Patrem. *Eum, qui venit ad me, non eiiciam foras; quia deſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me*, Ioan. 6. Quamnam Patris voluntatem Chriſtus dedit executioni? Certè homines ita exemplis attrahere, vt quodammodò non poſſint ad priſtina delicta reuerti. Ea eſt enim vis exempli, vt adducat irreuertibili ad virtutem reſolutione. D. Gregorius lib. 35. Mor. cap. 10. *Cùm igitur non ſuam, ſed Patris voluntatem facit, eos qui ad ſe veniunt, foras non eiicit; quia dum exemplo ſuo nos obedientiæ ſubiicit, viam nobis egreſſionis claudit.* Ita enim afficimur ad obedientiam, dum Concionatoris miram obedientiam contemplamur vſque ad mortem Crucis, vt quodammodo irreuertibiles ad ſecularia videamur.

Qui exemplis adducuntur auditores, quodammodo inconuertibiles ad malum oſtenduntur.

Ioan. 6.

Gregor.

20. Multi auditores ſermonis vi adducuntur, ſed ſuperueniente tentationis certamine recedunt. At qui afficiuntur ad virtutem magis exemplo exhibito, quàm ſermone prolato, in virtute ſtabiles perſeuerant. *Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens: Surge, & accipe puerum, & Matrem eius, & fuge in Aegyptum*, Matth. 2. Si Iesvs venerat, vt morte ſua mundum redimeret, cur fugit in Ægyptum, & non potiùs ſe ſe Herodis gladio tradidit iugulandum? Reſpondet pulchrè Chryſologus ſerm. 151. *Tota cauſa noſtræ ſalutis occiderat, ſi ſe paruulum permiſiſſet occidi. Chriſtus venerat, vt quos præceptis docuerat, firmaret exemplis.* Nec poſſet exemplis verba roborare, ſi paruulus à Rege necaretur. Preme particulam, *quos præceptis docuerat, firmaret exemplis.* Verbis enim expreſſa præcepta docent quidem, ſed non firmant edoctos. At exempla adeò firmant auditores, vt quodammodo videantur, non poſſe iam à Domino ſeparati: *Non eiiciam foras, quia deſcendi de cœlo, non vt facerem voluntatem meam.* Vnde me obedientem exponens vſque ad mortem Crucis, eos perſeueranter obedientes conſtituo. Antonius igitur modeſtia, puritate, abſtinentia, vigiliis, ac nuditate prædicans efficacius, quàm verbis ad Dominum non ſolùm peccatores fideles adducebat, ſed & hæreticos, qui quidem perſeuerantiores in via conſiſtebant non tam verbis, quàm exemplis adducti.

Verba afficiunt auditores, ſed exempla firmant, ne ad malum regrediatur.

Matth. 2.

Chryſol.

Observat. V.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Antonius fortiſſimus ſacræ militiæ Dux ad nullos Procerum Concionator pauebat occurſus, liberè emittebat corruptionis iacula.

Edocens Euangelij miniſtros Apoſtolicam in dicendo libertatem.

CVr præcinctos iubet Dominos ſuos Euangelij miniſtros incedere? Ad ſuggeſtum ne tendant, an procedant ad campum? Equidem prædicantes libera voce, haud ſeruienti affectu aduerſum ſe rebelles concitant peccatores, quorum oppugnationem pauere non debet, qui Dei ſpiritu agitur. 21.

De Antonij prædicatione ſic ex variis ſcriptoribus Truxill. profatur, *Antonius cœleſti zelo velut alter Elias accenſus erat adeò, vt vitia acerrimè reprehenderet, nec metu, aut alia re deſiſteret à recta ſua muneris functione. Audiebant eum multi Concionatores ſui temporis, videntéſque, quanta eum libertate, & animo auderet vitia reprehendere, abſque vllo metu, & formidine: planè confundebantur propter ſuam puſillanimitatem, qui vix auderent vitium aliquod reprehendere.* Antonius autem, *ſicut poteſtatem habens*, coram Proceribus, coram hæreticis loquebatur. 22.

Antonij Concionatoris zelus, & libertas ad corripiendū.

Truxill.

O verè concionantis Iesv æmulatorem! Fatur Matthæus, *Omnis qui audit verba mea,* ait Dominus) *& non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam.* 23.

Prædicat Antonius tanquā poteſtatē ha-

Et

bens, quod miratur turba Concionatorum imbecillium.
Matth.7.
Chryſoſt.
August.

Et factũ eſt,(addit Euangeliſta)*cùm cõſummaſſet* Iesvs *verba hæc, admirabantur turbæ ſuper doctrina eius. Erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut ſcribæ eorum, & Phariſæi,*cap.7. Quænam turbæ admiratæ obiiciuntur? Chryſoſtomus, *Populus vulgaris, non Principes.* Aptius Auguſtinus lib.2.de conſen. cap. 29. *Intelligitur turba Diſcipulorum.* Quid nam ergo Diſcipulos Concionatores in admirationem abripiebat? Certè haud timori vllo obnoxia dicẽdi libertas, qua corripit Dominus tanquam poteſtatem habens,peccatores. Haud aliter Concionatores illi aliàs pij & iuſti videntes, *quanta cum libertate; & animo auderet Antonius vitia reprehendere, confundebantur,* & admirati ſunt. Neque enim omnibus datum Prædicatoribus cum poteſtate loqui. Hoc Chriſtus geſſitij, hoc Antonius eſt æmulatus.

24. *Illi Concionatores mercenarij, ac ſeruiles erãt; Antonius dominans, imperans.*
Luc.15.
Auguſt.

Multi Concionatores proferunt veritatem, ſed ſerniliter; non tanquam poteſtatem habentes, ſed ſeruientes Procerum placito. De quorum ſeruili voce conqueritur Prodigus, *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, & ego hîc fame pereo*, Luc.15.Vbi ex mente Auguſtini *lib. 2. de quæſt. Euang. quæſt.* 33. conqueritur adoleſcens, quòd cùm multi eſſent in Patris cœleſtis domo Concionatores, qui poſſent panes Euangelicæ doctrinæ fameſcentibus diſtribuere, nullus auſus eſt ita liberè loqui, vt prodigi crimina corriperentur ad emendationem. Et cur illos mercenarios appellauit? Quia de mercenariorum more ſeruiliter veritatem proferebant. *Talis* anima aduertit, *multos prædicare veritatem cupiditate comparandorum ſecularium ducti. Vnde mercenarij appellantur.* Qui ſeruit ſeculari placito, mercenarius quidem eſt. At qui libertate increpat tanquam poteſtatem habens, meritò inter Eccleſiæ Proceres Iesv imitator computandus obiicitur.

25. *Baptiſta voce dominante prædicabat. Sic Antonius non timens.*
Matth.14.
Raban.

Talis Ioannes Baptiſta, qui Regi proclamabat. *Non licet tibi habere* vxorem fratris tui, Matth.14. In carcerem mittitur, ſed non obticet vox clamantis in deſerto, in Regia aula vociferantis. Impius *Rex miſit, & decollauit Ioannem in carcere: & allatum eſt caput eius in diſco*, ibid. An adhuc proclamaret Regis corripiens impudicitiam? Minimè verò; ſed non quia ſeruilis, aut mercenarius eſt redditus,ſed quia vocem cum vita perdiderat. Pulchrè Rabanus, *Linguam, & vocem apud eos perdidit Propheta.* Perdidit, inquam, dum occiditur: vſque ad necem enim non deſtitit veritatem imperiali voce proferre. Antonius apud Principes, apud hæreticos, apud rebelles peccatores linguam & vocem perdidit; quia prius morti addicitur, quàm corripiendi liberè ſtudium dimitteret.

26. *Antonius etiam mortuus prædicat, & corripit peccatores, vti Ioannes.*
Matth.14.

Imò poſt mortem adhuc corripiebat delinquentes. Nam cùm peccatores ad oſſa Diui ægrotantes accederent, non prius donabantur ſanitate, quàm ex interna reprehenſione Antonij corriperentur,& piacula confeſſione diluerent.En alterum Ioannem,quem vel mortuum timebat Herodes. *Audiuit Herodes Tetrarcha famam* Iesv, *& ait pueris ſuis, Hic eſt Ioannes Baptiſta, ipſe ſurrexit à mortuis*,Mat.14. Vndénã in mentem Herodis venit, Ioannem ad viuentes rediiſſe, niſi qui ſemper illum prædicantem audiebat è ſepulchro: *Non licet tibi habere eam?* Chryſoſtomus, *Magnum quid virtus* prædicantis. *Nam & defunctum Herodes timet.* Chryſoſt.

Observat. VI.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, & vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum.

Licèt Antonius tanta ſapientia polleret, vt Doctor primus Seraphici Ordinis exiſteret, & Concionator egregius exſurgeret: tamen mira humilitate emicuit, nunquam vanitati libans obſequium.

Mirum plane, nam ſapientiæ aſſolet eſſe agnatum vanitatis piaculum.

POſt tot præcinctorum certamina, ac victorias,poſt tot ſapientiæ cœleſtis fulgores adhuc iubẽtur Diſcipuli hominibus ſeruientibus aſſimilari. Vt oſtendatur illos minimè ex prædicationis profectibus, aut ex Magiſterij plauſibus inanis gloriæ ambientis dominationem, abiicientis ſeruitutem, & ſubmiſſionem,fuiſſe affectu tentatos. 27.

Mirum planè in Antonio, tot prædicationis armis trophæa aſſecutum, tanto plauſu cathedram primum Seraphico in Ordine ſcandiſſe, tantáque præditum fuiſſe ſapientia,vt à Pontifice Max.Teſtamẽti Arca appellaretur:ac ſimul tam auguſta humilitate floruiſſe,vt nunquam inanis gloriæ reus deprenderetur. 28.

Mirum in Antonio ſapientiſſimo, à vanitate liberum extitiſſe.

An non agnata ſapientiæ inanis gloriæ ambitio? Non dubiũ mihi,poſtquam illud audiui:*Scientia inflat.* At rogitarim,an in Religione humilitatis ſchola ſapientes inflentur? Audi D. Bernard.ſerm.3.ſupr.*Miſſus.Sed video*(*quod magis doleo*) *poſt ſpretam ſeculi pompam,nonnullos in ſchola humilitatis ſuperbiam magis addiſcere:ac ſub alis mitis,humiliſque Magiſtri grauiùs inſoleſcere.Quodque magis peruerſum eſt,plerique in domo Dei non patiuntur haberi contemptui,qui in ſua non niſi contemptibiles eſſe potuerunt.Vt quia videlicet vbi à pluribus honores appetuntur, ipſi locum habere non meruerũt, ſaltem ibi honorabiles videantur, vbi ab omnibus honores contemnuntur.* Antonius tacuit diu,nec locutus eſt,niſi obedientiæ vi,Cathedram primus Seraphici Ordinis honorauit plauſu communi.Attamen nulla vanitatis aura leuiter tactus dolebat ibi ſe honorabilẽ haberi, vbi ab omnibus honores contẽnebantur. 29.

Vel Religioſi ſapiẽtes inflantur in humilitatis ſchola.
Bernard.
De honore dolet Antonius.

Obiicis,non magnũ fuiſſe humilitatis indicamentum Antonium nudum,ſacco amictum, ieiuniis ac vigiliis,reliquiſque Ordinis Seraphici aſperitatibus actum à vanitatis ambitione abſtinuiſſe. Videtúrne tibi à piaculo vanitatis liberos eſſe nudos, abſtinentes & aſperitatibus 30.

Mirum eſt, vel nudum, aſperitatibuſque actũ Antonium ſapientiſſimum nõ inflari.

Religioſos

Religioſos exactos? Audi D. Gregorium Nazianzenum orat. 22. *Turpe eſt profectò cum in veſte, ac victus ratione non magnificentiam, ſed vilitatem amplectaris: ieiuniis item, & vigiliis, lectuliſque in terram ſtrati aſperitate, atque omni corporis maceratione, in diuinis diſputationibus principatum, ac tyrannidem ſibi vendicare, nec omninò cuiquam faſces ſubmittere, ac ſuper omnes legis Doctores ſupercilium attollere.* En Antonij miram humilitatem. Nam ſi nudi, abſtinentes, aſperitatibus acti ex agnata ſapientiæ inflatione curant primas Cathedras aſcendere: Antonius primæ Cathedræ Religionis Seraphicæ Rector qui ingenioſiſſimo Scoto, ſapientiſſimo Alexandro Alenſi, aliiſque ſapientiæ prodigiis daturus erat documenta, dum primus Doctor publicè Cathedrâ ſcandit: attamen tam abſtinens vana continetur à gloria, vt ſe omnium minorum minimum eſſe ſcientia iudicaret. Ideò tanto tempore tacens operitur; ideò exigente obedientia, prædicat; ideò, eadem cogente Magiſter exſurgit.

31\. *Nulla ſuſpicio circa Antonij humilitatem, licèt circa Apoſtolorũ, aliqua fuerit ex non bono animo auditorum, quia mirum eſt, ſi ſcientia, & plauſus non inflaret.* Tertul.

Quid planè magis mirum attexam, nunquam vlli in mentem veniſſe ſuſpicionem, aut dubitationem circa Antonij humilitatem. Tam ſubmiſsè enim diſcipulis dictamina proferebat, tam enixè vilibus communitatis miniſteriis operam dabat, vt potiùs videretur ex ſapientia depreſſum eſſe, quàm inflatione dilatatum. Nota erat Apoſtolorum humilitas ac ineffabilis ſapientia. At Tertullianus *lib. 4. adu. Marc. cap. 2.* profatus eſt, *Prædicatio Diſcipulorum ſuſpecta fieri poſſet de gloriæ ſtudio.* Quarè? Quia fulgentiſſimis gloriæ documentis proferebatur, turbis ſequentibus, plaudentibus, mirantibus ſapientiam Concionatorum. At impoſſibile non bono animo iudicantibus auditoribus, aut inuidis ſpectatoribus videbatur Apoſtolos tot gloriæ oſtentationibus non inflari. Igitur ſi Apoſtolorum ſapientiſſima prædicatio quibuſdam ſuſpecta fuit de gloriæ ſtudio ex agnata ſapientiæ inflatione: & de prædicatione, ac lectione Antonij nulla fuerit oborta ſuſpicio ob exuberantem humilitatis oſtentationem, abiectionémque profundiſſimam: non eum ſanctiorem Apoſtolis vocitabo (quod abſit:) ſed à Deo ſpeciali eo munere fuiſſe donatum, vt eius tam apertè pateret humilitas, vt nec malè affectis poſſet ſcientia, ac prædicationis plauſus de gloriæ ſtudio eſſe ſuſpecta.

32\. *Sapiens idem ac Dæmon vocabuli ſono; ſapiens Antonius idem ac humilitas, ſanctitas.* 1. Cor. 8. Cornel.

Fatur Paulus, (iam locum præmiſſum expendo) *ſcientia inflat*, 1. Cor. 8. Tam agnatum eſt ſcientiæ inflare, vt idem ſit ſapiens, doctus, ſciens ac Dæmon ſuperborum parens, & Magiſter. Cornelius noſter, *Superbus diabolus dictus eſt δαίμων Dæmon, quaſi δαήμων, ſeu Daimon, id eſt, doctus, peritus, ſciens.* Valétne, Doctus eſt, peritus, ac ſciens; ergo Dæmon eſt ſuperborum parens? Minimè verò, ſed ex cognatione vocabuli exaggeratur, quàm agnatum ſit ſapientiæ vanitatis ſtudium. Porrò ſapientia Antonij tam eſt index humilitatis, vt qui audiat Antonij vocabulum, videatur audiuiſſe *Humillimum.*

33\. *Antonius alterũ Antonium* ...

D. Athanaſius Antonij Magni Eremitarum Magiſtri memor aſſerebat ſe audire: *Virtutum via*, cùm Antonij vocabulum inſonabat. *Mihi* (ait Pſal. in vita Ant.) *ingens lucrum eſt, atque vtilitas hoc ipſum, quod recordor Antonij. Et vos cum admiratione audientes, ſcio eius propoſitum cupere ſectari. Perfecta eſt ſiquidem ad virtutem via Antonium ſcire.* Quid Antonius, *Virtutis via.* Sic equidem dum *Antonium* meum audio, videor mihi inſonuiſſe vocabulum, *Humilitas.*

Ant. de Eſcob. & Mend. Tom. V.

... latur, quia vterq; idem ac ſanctitatis via iter humilitatis. Athan.

34\. *Vt ampliùs humilietur Antonius, fertur in Cathedram & ſuggeſtũ; vbi Proceres aſſolent inflari.* Matth. 4. Remig.

Humilitate claruit Antonius, dum vilibus exercitamentis ſtudebat, dum in D. Pauli Monaſterio ſolitarius tacebat. Attamen creuit mirum in modum virtus humilitatis, cùm ex obedientiæ vi ſuggeſtum ſcandit, & Cathedram. O diuinæ potentiæ documentum, inibi creuiſſe humilitatem, vbi ſolet imminui; imò aſſolet deperire. Curans Diabolus Chriſtum inanis gloriæ tentare, *aſſumpſit eum in ſanctam Ciuitatem, & ſtatuit eum ſupra pinnaculum Templi*, Matth. 4. Cur ad Templi pinnaculum adduxit? Remigius, *Pinnaculum ſedes erat Doctorum.* Quid expetis, miſer? Chriſtum tentaminibus vanitatis agere. Aſſume ergo eum in ſanctæ Ciuitatis aulam ambitionis vtique domicilium. Quàm aptè Ieſum attulit ad pinnaculum, ſeu ad ſuggeſtum & Cathedram Doctorum, vbi ſcientiæ aſſolet inflatio tota reſidere. Videns Diabolus Antonium tanta humilitate ornatum, dum in ſolitudine reſidet, dum officiis vilibus dat ſtudium, curat ad Cathedram aſſumi, ad ſuggeſtum cogi, ſi fortè vanitatis aura tentetur. At plus Diuus deprimitur, vbi aſſolent ſapientes inſoleſcere. Strabus, *Ideò Diabolus duxit Dominum ſupra pinnaculum, cùm vellet eum de vana gloria tentare; quia in Cathedra Doctorum multos deceperat inani gloria; & ideo putauit Ieſum poſitum in ſede Magiſterij inani gloria extolli poſſe.*

35\. *Antonium plauſus ſupremus auditorum nec leuiter vanitatis aura tetigit.* Truxill.

Ducitur obedientiæ vi Antonius ad Cathedram (fortè Diaboli plauſu, vt tentamina vanitatis immitteret.) *Fuit* (ait Truxillo) *Lector Theologiæ apud Bononienſes, & primus Ordinis Franciſcanorum. Tanta quidem ſapientiæ fama, vt à Summo Pontifice Arca Teſtamenti propter admirabilem ſacræ Scripturæ ſcientiam, quam habebat, vocaretur. Ducitur ad ſuggeſtum concionaturus, tanto quidem auditorum plauſu, vt non iam in Templis ſatis eſſet ſpatij & loci ad capiendam frequentiam vtriuſque ſexus hominum, qui ad viri ſancti prædicationem, velut agmine facto, concurrebant: atque ita ſecedebat in campos, vt ibi prædicaret. Surgebant verò media nocte plerique, vt locum commodum occuparent. Opifices ipſi & mercatores officinas ſuas claudebant, neque artes ſuas exercebant, donec concionem audiuiſſent.* Attamen Antonius nullo vel leuiſſimo vanitatis ſpiraculo quatitur, columna ſcilicet, non arundo. O ſapientiam mirabilem!

OBSERVAT. VII.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Ex vigore prædicationis Antonij ferè omnes auditores conuertentis, innumeros hæreticos, illuſtrem hæreſiarcham conuincentis, & reducentis, colligitur virtus, ſanctitáſque Prædicatoris.

Etenim concionis vis à Prædicatoris virtute exoritur.

36. LVcernæ in manibus obiiciuntur, quia ardentior & efficacior prædicationis lux ex operibus Prædicatoris prouenit. Qui Spiritus ſancti igne ſuccenſi non ſunt operibus rectis ſtudentes, exiguas colligent prædicationis fructus. Plerumque fructus auditorum cum Concionatoris probitate componitur. Ardent multi auditores affectu pœnitudinis? Cœleſti Spiritu ac vitæ perfectione exardeſcit Orator.

37. *Sanctitas Concionatorum acies eſt ordinata aduerſus agmina peccatorum.* Cant. 2. Chryſol.

Fatur ſponſa fidelium delinquentium gerens perſonam. *Ordinauit in me charitatem,* Cant. 2. Alij, *ſanctitatem inſtruxit.* Exercitum in me coëgit, & inſtruxit Dominus, vt me rebellem debellaret, dum Prædicatorum ſanctitatem emiſit in campum. Pulchrè D. Chryſolog. ſer. 117. *Difficilius quidem, ſed glorioſius eſt, mundo præſenti luctari: & aduerſus inſtructas delinquentes turbas aciem quandam diſponere ſanctitatis.* Sanctitatis enim acies ordinata inſtructas delinquentes turbas, magis quàm vox elata debellat.

38. *Sanctitas indicitur Apoſtolis, vt ſal, & Sol ſint ad multorum conditionẽ, & illuminationem.* Matt. 16. Maldon.

Prædicatoribus Principibus Chriſtus aiebat, *Vos eſtis ſal terræ, vos eſtis lux mundi.* Non vnius, aut alterius hominis eſtis ſal, aut Sol; ſed cunctæ rationalis terrenæ creaturæ, omni mundi humano habitatori. Vultis condire, & illuminare innumerabiles peccatores? *Nolite putare, quoniam veni ſoluere legem, aut Prophetas; non veni ſoluere, ſed adimplere,* Matth. 16. Cur Diſcipulis ſali, & Soli oſtendit, ſe legis & Prophetarum obſeruatorem? Reſpondet Maldonatus, *Ne exiſtimarent, licere ſibi legem violare, quod Chriſti, id eſt, ipſius legiſlatoris Diſcipuli eſſent. Sicut ſolent, qui ex familia Principis ſunt omnibus penè legibus ſoluti, eſſe.* Quare autem poſtquam eos ſalis & Solis officium agere oſtendit, eis legis obſeruationem indixit? Quidnam ſali & Soli cum legis impletione? Multum equidem. Nam vt Apoſtolici Concionatores cunctos homines condiant, omnes peccatores illuminent, eſt puritas vitæ neceſſaria.

39. *Quaſi miraculis expreſſis, Concionatores cõuertunt, ſequente ſanctitate, peccatorũ multitudinem.* Marc. vlt.

Poſt Domini Aſcenſionem Apoſtoli, & Diſcipuli *prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis,* Marc. vlt. Quare ſigna, ſeu miracula ſequebantur prædicationem? Quia peccatores, qui verbo non credebant, ex miraculorum confirmatione ad fidem ſermonis alliciebantur, imò ſuaui fortitudine vltronei trahebantur. An nunc ſermonem Concionatorum conſequuntur miracula? Non quidem ſalus ægrotantibus datur, non mortui excitantur è tumulo; attamen illuſtrioribus miris Euangelici Concionatores dogma valent confirmare. Queis nam precor? Planè vitæ ſanctitate. Bellè D. Chryſoſt. hom. 11. in Matth. *Si quidem Sacerdos eſt, doceat, & doctrinam ſuam bona vita, quaſi miraculis factis commendet.* Verbum illud, *Domino cooperante,* innuit à Diſcipulis copioſiſſimos fructus è meſſe retuliſſe. Quid mirum ſi bonis Concionatoris operibus eorundem dogmata confirmauit. Chryſoſt.

Antonij obſecro Concionatoris fructus contemplare. Ait Truxillo ex Ordinis Seraphicæ Annalibus, *Inter prædicandum ibi audiſſes gemitus, & ſuſpiria audientium propter peccata commiſſa, dicentiumque inter ſe: O ſi nunquam Deum offendiſſemus: O ſi tempus concedatur ad pœnitentiam ducendam pro commiſſis ſceleribus noſtris? Alius dicebat, ſtatim me confero, ante pedes Sacerdotis, vt confitear peccata mea. Alius emendationem vitæ ſuæ in melius pollicebatur. Alius clariora opera, quàm antea operabatur. Cum prædicaſſet Quadrageſimam Patauij, multi nocte ipſa coniungebantur, atque in proceſſionẽ quadam ſe grauiter verberabant. Vnde conſuetudo illa peruaſit non ſolùm per eam ciuitatem, verùm etiã per alias, vt in Hebdomada ſancta eſſent congregationes Diſciplinatorum.* Quid de hæreticorum rebellium planè, & obduratorum conuerſione attexam? *Peruenit Antonius ad Ariminenſem ciuitatem, vbi erant multi hæretici, quos vehementiſſimè prædicatione perſecutus eſt, & lacerauerit, atque proſtrauit, multóſque ad Chriſti fidem conuertit, & præſertim Hæreſiarcham quendam Bonobillum, qui triginta annis perſtiterat in ſuis erroribus, & alios induxerat, ad fidem Chriſti reduxit.* Vndenam tam copioſi fructus? an ex ſapientia? an ex ſanctitate? Crediderim ex ſancta ſapientia. Attexit opportunè Hiſtoriographus. *Prædicauit enim ſæpe Antonius ante ſummum Pontificem & Cardinales; appellabatúrque à Pontifice Max. Arca ſanctiſſima Teſtamenti, & propter ſacrarum litterarum ſcientiam, & propter mirabilem ſanctitatem.* Ideò, in morem Arcæ venerabilis Teſtamenti, ſolo aſpectu quaſi acies inſtructa hoſtes horribiles debellauit. Mihi credite, Concionatores, gladius eſt verbum, ſed vitæ ſanctitas acies ordinata ad hominum piacula comminuenda.

40. *Mirus Concionatoris Antonij fructus ex ſancta ſapientia.* Truxill. ex Ord. Seraph. Annal.

Antonius Arca teſtamenti ſanctitate ſapienti debellans peccatores.

OBSERVAT. VIII.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Antonius verè Arca Teſtamenti fuit appellatus, quia & Euangelij tabulas venerabiles, & vitale Manna auditoribus miniſtrauit.

Oſtendo,

Oſtendo, ſanctam Concionatoris vitam quaſi Euangelium ſanctificare: verbaque Euangelica vitam æternam præſentare auditoribus.

41. *Verbũ Euãgelium eſt velut Euchariſtia, auditores conuertens, & ſanctè tractãdum.*

LVcernæ ardentes ex D. Maximi ſententia virtutes Euangelici operarij ſunt, quibus & miniſterium ſanctificatur, & homines æternam illuſtrantur ad vitam. Premam illa Pontificis Max. verba: *Antonius Arca ſanctiſſima Teſtamenti.* Porrò Arca illa olim & legis tabulas, & Mannæ ſuauiſſimi vrnam recludebat. Si, ex mente Pontificis, Antonij prædicatio Arcæ ſanctiſſimæ comparata eſt, ideò planè crediderim, quia & legis Euangelicæ tabulas ſanctificauit, & vitale auditoribus Manna in vitam vtique exhibuit æternam.

42. *Antonius ſanctiſſima vita ſua ſãctificauit Euangeliũ.* Rom.15.

Et quidem ſanctiſſima Antonij Concionatoris Arca Euangelium ſanctificauit vita ſanctiſſima. Ait Paulus, *Audacius ſcripſi vobis ex parte, tanquam in memoriam vos reducens propter gratiam, quæ data eſt mihi, vt ſim miniſter Chriſti in Gentibus, ſanctificans Euangelium Dei*, Rom. 15. Prema verba, *Miniſter Chriſti, & ſanctificans Euangelium.* De quónam miniſterio Apoſtolus? Certè de Euangelij prædicatione. Quónam modo autem ſanctificat Euangelium? Sanctiſſimus actionibus ſanctum eſſe confirmans. Pulchrè Anſelmus, *Vt ſim miniſter Chriſti, id eſt, vt ſeruiam Chriſto, prædicans illum Gentibus. Sanctificans Euangelium Dei, id eſt, exemplo meo ſanctum oſtendens.* (Anſelm.)

43. *Conſecrauit Euangeliũ Antonius, quod praui Concionatores quaſi cõſecratione priuant.* Auguſt. Baſil. Seleu.

D. Auguſtinus particulam illam, *ſanctificans Euangelium Dei*, ſic legit & expoſuit: *Conſecrans Euangelium Dei.* vt ſcilicet velut Euchariſticus conſecratus panis vitalis auditoribus exiſtat. Nam quemadmodum praui Concionatoris ſermo Euangelium quaſi conſecratione priuat, & ſanctitate, iuxta illud D. Baſilij Seleuc. orat. 43. *Prædicatione Euangelium damnatum*; nempe prauis Concionatorum moribus quodammodo damnatum oſtenditur. *Muiſtra ſe como condenado à deſconſagrar, ò degradar.* Sic Prædicatores ſancti Euangelium conſecrant, ſeu exemplo ſuo eſſe ſanctum oſtendunt.

44. *Prædicatoris ſancti verba Manna Euchariſtici in naturam hominum immutant.* Ioan.6. Rupert.

Venio ad Manna, quod Arca recluſum, ad Hebræorum ſpiritualem alimoniam, vitalem cibum præſignandum. Antonij prædicatio auditoribus erat Manna. *Verba* (inquit Dominus) *quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus, & vita ſunt*, Ioan. 6. Vbi Rupertus *lib. 7. in Ioan.* pulchrè admodum, *ſpiritus viuificans, & vita viuens, & verum vitæ verbum.* An ſint Manna Euchariſticum Euangelica Concionatoris verba? Profectò Manna Euchariſtici virtutem imitantur. Euchariſtia hominem conuertit in Chriſtum? Verba Euangelica ſanctè prolata inſtar Manna in IESVM conuertunt auditores, id eſt, ex peccatoribus Sanctos efficiunt. *Verba* (addit Doctor) *& in pane, & in vino inuiſibiliter operantur, vt vera caro mea & ſanguis ſit non mutata ſpecie exteriori. Et in auditoribus ſpiritualiter, id eſt, nihilo mutato de extrinſecis corporis accidentibus, hoc agunt, vt membra ſint mea.* En verba Prædicatoris Apoſtolici, æmulatoris quidem IESV vitalia exiſtunt velut Manna auditoribus Euchariſticum.

45. *Probus Prædicator conſecrat Euãgelium, ſeu vertit in ſacrificium: vt ipſum Euãgeliũ, inſtar Euchariſtici Manna auditores conuertat in ſe.* Rom 15. Auguſt. Caietan.

Redeo ad Pauli teſtimonium. *Propter gratiam quæ data eſt mihi à Deo, vt ſim miniſter Chriſti ſanctificans Euangelium Dei; vt fiat oblatio Gentium accepta, & ſanctificata in Spiritu ſancto*, Roman. 15. Ex Auguſtino tranſtuli, *Conſecrans Euangelium.* Etenim Prædicator Apoſtolicus Euangelium cõſecrat, ſeu in Euchariſtiam ſacrificium conuertit, vt ipſum Euangelium iam factum quodammodo ſacrificium id, auditores conuertat, & conſecret: *vt fiat oblatio Gentium accepta*, ſicut ipſum eſt acceptabile ſacrificium. Caietanus appoſitè, *Nota qualis miniſter, præaduertendo, quòd dictio interpretata ſanctificans, non deriuatur à ſanctitate; ſed à ſacro; & ſignificat ſacrum operans. Perinde ac ſi dixiſſet, ſacrificans Euangelium Dei. Itaque ad hoc ſe electum dicit, vt ſic euangelizet in Gentibus; vt Euangelium vertat in ſacrificium. Quod fit, cùm euangelizamus cum tanta reuerentia vitæ, & morum, quanta ad celebrandum fructuosè tantum ſacrificium exigitur.* Tunc equidem Euangelij verbum conuerſum in Manna Euchariſticum auditores excipientes conuertet in Chriſtum ad vitam vtique ſempiternam.

46. *Qui miniſtrat verbũ Euangelicũ indignè, quaſi reus eſt corporis, & ſanguinis Domini.* Act.20. Theoph.

Hinc collige verbum Euangelicum ſanctè eſſe miniſtrandum, quia quodammodo Euchariſtia eſt. Illud Pauli: *Qui manducat indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini*, Doctores aliqui & ad indignam ſuſceptionem, & ad indignam adminiſtrationem extendunt. Haud aliter qui non miniſtrat Euangelij ſermonem ſanctè, id eſt, vitæ puritate præmiſſa, quodammodo corporis, & ſanguinis Domini reus oſtentatur. Fatur Apoſtolus, *Quapropter conteſtor vos hodierna die, quia mundus ſum à ſanguine. Non enim ſubterfugi, quo minus annunciarem omne conſilium Dei vobis*, Act. 20. Mundum ſe dicit Paulus à ſanguine, quia vti debuit, prædicationis geſſit miniſterium. Ac ſi diceret, quia ſanctè vobis Manna Euangelicum miniſtraui, haud ſanguinis Domini reus eſſe comperior; quemadmodum ij, qui indignè miniſtrant. Pulchrè Theophylactus, *Mundus ſum à ſanguine; officium enim Magiſtri Euangelici feci. Non enim ſubterfugi, quin vobis declararem. Ergo qui non ita dicit,* (vt Paulus ſanctitate fulgens) *reus erit ſanguinis.* Indignè enim ſacrificium verbi miniſtraſſe comperitur.

***

Observat. IX.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Antonius ſanctiſſimæ Regularis vitæ fulgore conſpicuus, viuus Martyr exponitur. Ideò Martyrio, mitiori quidem, coronatus non eſt, qui tam ardenti illius flagrauit affectu.

Oſtendo perfectum Seraphici Ordinis alienum, imò quemlibet Religioſum perfectione fulgidum, illuſtriſsimum Martyrem eſſe.

47. IDem eſſe præcinctos Chriſti fideles famulos, paratos eſſe *ad ſuſtinenda mala.* D. Auguſtin. expoſuit. Addidit Theophylactus, *ſemper ſitis procliues,* ſeu præparati. Nec tamen hæc procliuitas, aut præparatio mandatur hac in parabola executioni. Si vis ô Domine, tuos famulos fideliſſimos deſiderio ſuſtinendi labores, Martyrium tolerandi ſuccendi: immitte eos ad lupos. Addidit pulchrè. Et lucernæ (aliter, *ſed lucernæ*) *ardentes in manibus veſtris.* Vos ad Martyrij mala ſuſtinenda ſitis procliues, ſed loco Martyrij virtutum exercitamentis ſtudete. Nam perfectionis ſtudium aſſiduum illuſtriſſimum Martyrium eſt.

48. D. Antonius, *Vlyſipone in Luſitania ex claro ortus genere* (loquor cum Truxillo Annalium Seraphici Ordinis ex volumine) *à primis annis literis virtutibus deditus fuit, & deſiderans pro Chriſto Martyrium ſuſtinere, cogitans, quòd commodiùs poſſet in Africam ad Paganos proficiſci, vt inde Martyrium reportaret, cuius amore flagrabat, Religionem D. Franciſci ingreditur. Augebatur ergo in ſancto viro quotidie deſiderium ſuſcipiendi Martyrium: atque ſicuti Fratres ei promiſerant, miſerunt eum in Africam, vt prædicaret apud Marroquitanos; ſi quidem hoc perpepetuò Antonius exoptauerat, conſcendit in nauem, vt ad Agarenos tranſiret: ſed Dei voluntate factum eſt, vt cùm iam diutiùs nauigaſſet, infirmitate preſſus coactus ſit redire in Patriam cauſa recuperandæ ſanitatis; verumtamen contrariis ventis accidit, vt in Siciliam deportaretur.* Ibi infirmus à cunctis Capituli Generalis Prouincialibus reiicitur; rogans à Miniſtro Prouinciæ Romaniæ admiſſus, proficiſcitur in Romaniam; vbi in deſerto occultus, tacens deſpectus latitat diu; vt ſcilicet perfectioni amplius ſtudens, illuſtriori Martyrio coronaretur. Etenim Regularis perfectionis ſtudium illuſtriſſimi Martyrij locum gerit.

Antonius Martyrij deſiderio flagrãs addicitur à Deo perfectionis accuratiori ſtudio, quod quidem illuſtriſſimum Martyrium eſt.

Truxill. ex Annal. Seraphici Ordinis.

49. Profectò Dominus tam ardentem Antonij affectum voluit illuſtriori Martyrio donare. An corporis paſſio ſufficienter tantum impleret affectum? Mente perpendens Dauid, quid pro beneficiorum retributione Domino litaret, clamat: *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Vota mea Domino reddam*, Pſalm. 115. Scio *pretioſam in conſpectu Domini mortem Sanctorum eius.* Attamen pro omnibus, quæ mihi retribuit, diriori Martyrio cupio conſummari. Ideo *vota mea Domino reddam in conſpectu omnis populi eius.* Ac ſi diceret Religioſorum gerens perſonam, Me votis paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ illigabo, perfectioni ſtudebo, vt perfectiori Martyrij genere vita tot muneribus aucta valeat terminari. Quaſi vulgare enim mors violenta corporis, ſi cum continua animi nece ex perfectionis ſtudij vulneribus comparetur. Nazianzenus hinc *Orat. de laudib. Baſilij*, perfectionis ſtudioſos *viuos Martyres* appellauit, quaſi mortui Martyres vocandi ſint, qui repentè gladij, aut ignis vi moriuntur.

Quaſi vulgare Martyrium corporalis nex, ſi cum ſtudio perfectionis comparetur.

Pſ. 115.

Nazianz.

50. Martyrium Deiparæ exaggerauit Simeon præfatus, *Tuam ipſius animam* doloris *gladius pertranſibit*, Luc. 2. Dirior animi dolor, quàm corporale vulnus. Ideo ex Richardo reor, Virginem ſanctitatis Magiſtram gladio materiali traditam non fuiſſe vulnerandam, vt Martyrio illuſtriori ex compaſſione, ac ex vitæ perfectiſſimæ exercitamentis conſummari poſſet. Religioſi igitur, animo vulnerato ex continua paſſionum mortificatione, illuſtriori Martyrij genere donantur. Exponit Nazianzenus Orat. Apolog. ſpiritus Martyrium, *Iram velut belluam quam ſuſtineamus, linguam velut enſis aciem retundamus, & voluptatem velut ignem extinguamus, oculos frænemus, rabioſum tactum, guſtumque vellicantem coërceamus, effuſum, & petulantem riſum irrideamus.* Puta animum tuum, ô Religioſe perfectionis alumne, diris belluis addici, gladij aciem ſuſtinere, in ignem immitti: cùm iram infrænas, linguam reprimis, voluptatem illigas. O dirum Martyrij genus, vt ſine termino valeat vulnerari! Ideo & bellua ſuſtinetur, & acies retunditur gladij huius, & ignis extinguitur; vt innuatur hominem adhuc viuentem perſiſtere ad grauiora vulnera ſuſtinenda.

Dirum Religioſi Martyrium, quod non terminatur.

Luc. 2.

Natianz.

51. Id quod Paulus expreſſit, dum Romanis profatur, *Obſecro vos fratres, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem*, cap. 12. Quid hoſtia viuens? Afficiatur corpus viuens morte dira planè, dum lethaliter vulnerari poſſitis, & non tandem conſummamini. Chryſologus ſerm. 118. *Mirum ſacrificium, vbi corpus ſine corpore, ſine ſanguine ſanguis offertur.* Quid nam corpus ſine corpore, & ſanguinem ſine ſanguine offerri? Profectò Paulus expreſſit, dum addidit, *Rationabile obſequium veſtrum*, ibid. En hoſtiam viuentem Deo rationabilia quotidie obſequia litare ex ſtudio perfectionis, quo quidem corpus ſine corpore offertur: & ſanguis ſine ſanguine inceſſanter profunditur.

Religioſus Deo offert hoſtiam viuẽtem, quia ſemper moriens non cõſummatur.

Rom. 12.

Chryſol.

52. Abrahamum Deus perfectionis Magiſtrum expoſuit, cùm indixit: *Ambula coram me, & eſto perfectus*, Gen. 12. Profectò Martyrem viuum eum Dominus eſſe diſpoſuit ipſo perfectionis gerendæ deſiderio tyrannide quotidie vulneratum. Imperat Deus viro perfecto filium

Studiũ perfectionis Abrahami tyrannus, eũ quotidie trucidans.

Gen 12.

Gen. 22.

filium ſibi vnigenitum litare, quod deſiderauit Patriarcha mandari executioni. An tunc Parens liber ab exitiali vulnere? D.Baſilius Seleu. orat.14. *Deſiderium ingenti affectus tyrannide Abrahami declarauit.* Cur affectum tyrannidem appellat? Profectò, quia affectus ille ad obſequendum. Domino, ſiue ſtudium perfectionis circa obedientiam, & abnegationẽ propriæ voluntatis tyrannus erat horribilis, non quidem filio, cui pepercerat gladius: ſed ipſi Patriarchæ, quem viuentem mactauerat, cuius corpus ſine corpore obtulerat: cuius ſine ſanguine profuderat ſanguinem. Amiciſſimos Deus hoc illuſtriſſimo Martyrij, genere donat. Hoc Franciſcus qui Martyrij deſiderio flagrauit, donatus eſt; hoc Antonius accepit in ſpecialiſſimæ dilectionis documentum; quia perfectionis ſtudioſus quotidie vti Apoſtolus ſæpe moriebatur. Baſil.

Observat. X.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris, &c.

In manu Antonij lucerna ardentiſſima dilectio Iesv oſtenditur, imò ipſe Dilectus Iesvs Puer aſpiciendus obiicitur.

Quia deuotus animus eius, qui perfectioni ſtudet, gratiſſima Iesv *Pueri ſedes eſt.*

53. MAximus ardentem lucernam expoſuit *ſpecialem* Iesv *dilectionem.* Hac quidem præfulgente Dominus aduentaturus expectatur, *quando reuertatur à nuptiis.* Iuuenis ſpecie apparet eis, qui ſpecialis dilectionis fulgorem ſpargunt, quia quemadmodum adoleſcentulæ diligunt nimis Saluatorem ex ætatis primæuæ feruore: ſic Dominus iuuenis oſtentatur eis, vt innuat ſuum ſpecialem erga ipſas affectum.

54. Porrò Antonio ſpecialiſſimæ erga Iesvm dilectionis præferenti lucernas Chriſtus ſub pueruli ſpecie præſentatur. Ait Truxillo, *Neque etiam Antonius propter tantam erga proximos occupationem ceſſabat à meditatione, & oratione: ſed potius crebrò colloquebatur cũ Chriſto adeò, vt ſæpe ei apparuerit, & cum eo collocutus fuerit in forma formoſiſſimi cuiuſdam pueri.* En lux vera manum Antonij inter dilectionis ardentiſſimæ fulgores honorat. Quid quæris ô Iesv? Antonij deuotionem. Cur ſub pueri ſpecie oſtentaris? Vt meum erga illum dulciorem oſtendam affectum. Vnico oſtendo teſtimonio.

Iesvs apparet ſub forma pueri Antonio, vt oſtendat ſuũ erga eũ dulcem affectũ. Truxill.

55. *Erat homo* (ait Lucas) *in Ieruſalem, cui nomen Simeon, & homo iſte iuſtus,* & timoratus expectans conſolationem Iſraël, & Spiritus ſanctus *erat in illo. Et cùm inducerent puerum* Iesvm *parentes eius, & ipſe accepit eum in vlnas ſuas,* Luc.2. An Simeon venerit quæritans Saluatorem?

Simeonis qui ſuũ aduentũ affectuoſiſsimè diligebat, Iesvs *puer colloca-*

Porrò Saluator puerulus potiùs ſenem ſanctiſſimum quæritauit, & eius in manibus thronum acquiſiuit. Quare? Quia ex ſpecialiſſimo Sacerdotis in Meſſiam affectu Redemptorem vtique Iſraëlis futurum ardentiſſimo ferebatur. *Expectans conſolationem Iſraël.* Chriſtus etenim dulciori dilectione fertur in eos, qui ardẽtiori ſe affectu, ac deuotione proſequuntur.

tur in manibus. Luc.2.

56. Adiicit Lucas, *Et erat Anna Propbetiſſa filia Phanuel, hæc proceſſerat in diebus multis, & vixerat cum viro ſuo annis ſeptem à virginitate ſua. Quæ non diſcedebat à Templo, ieiuniis, & obſecrationibus ſeruiens nocte, ac die,* ibid. Huic Iesvs puerulus oſtentatur, & ſeniles manus honorat ob ſpecialiſſimum deuotionis affectum. Quid Guerricum Abbatem motor *ſermon.2.de Purif.* profatum? *Hi duo vario decore virtutum adornauerunt thalamum tuum, Sion, ad ſuſcipiendum Chriſtum puerum non parietes Templi tui, ſed penetralia cordis ſui, ſecreta cubiculi.*

Ad Annam ſe diligentẽ venit puer Iesvs. Luc.2. Guerr.

57. Hic dies Iesv deſponſationis, & lætitiæ, quando *reuertitur à nuptiis,* aduocantur filiæ Sion, vt puerum ſponſum excipiant: *Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum Mater ſua in die deſponſationis, & lætitiæ,* Cantic.2. Profectò Simeon & Anna, ſolummodo thronum dignum puero amanti manus mundas obiiciunt, ex ſpecialiſſimo dilectionis affectu. *In Simeone, & Anna* (adiicit Abbas) *ſuſcipit puerum ſponſum fidelis Sion; aliàs vix habet, vbi caput reclinet; ſufficit tamen iſtorum occurſus ad omnem ſolemnitatem, & lætitiam.* Profectò Antonij ſolius manus Eccleſia affert Iesv puero, ad omnem ſolemnitatis, ac lætitiæ nuptialis oſtentationem. In manibus Antonij dignè excipitur ſpiritualis pacis amator. *Ipſe enim* (cum Hilario loquor can.18. in Matth. *qui pax eſt, ac chari ſedem in pacifico, ac amante collocauit.* Antonius pacificus, & amans digniſſimum puero amanti habitaculum obtulit.

Puerũ Iesv *in Simeone & Anna à nuptiis venientem ſuſcipit fidelis Sion.* Cant.2. *Antonius Simeonis, & Annæ æmulator.* Hilar.

Observat. XI.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Antonius fulgentiſſima miraculorum lumina expoſuit ad auditorum ſolummodo confirmationem, ad peccatorum vtilitatem, vti ſuum æmularetur Iesvm.

Ea Diuorum mira exprimunt poteſtatem, quæ in proximorum vtilitatem excitantur.

GHiſlandus aſſerit lucernas haſce Euangelij miniſtrorum manibus quæ geſtantur, ſignare miracula ſequentia prædicationem, de quibus Dominus, *Illi autem profecti prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis,* 58.

Marc.vlt.

ſignis, Marc. vlt. Vt innuatur miracula ab Euangelij miniſtris excitata morem lucernarum gerere debere. Nam quemadmodum lucerna dirigit, & illuminat, ideo miracula excitantur, vt audientium fides roboretur. Ex hoc enim oſtenduntur diuina eſſe potentia expoſita.

59. *Chriſtus miracula beneficiorum geſſit, ſuam omnipotentiam indè oſtentans.* Ioan. 2. Fulgent.

Chriſtus equidem multa miracula patrauit, ſed nullum effulſit inaniter. Aqua in merum mutatur? Nuptiarum indigentiæ ſuccurritur, Ioannes (ex alicuius ſententia) ad perfectionis ſtudium, ſponſa relicta, traducitur, Diſcipulorum fides roboratur. Quod quidem primùm mirum reliqua ſequuta ſunt in vtilitatem hominum expreſſa. D. Fulgentius lib. 3. ad Thraſym. cap. 15. *Vnus, atque idem Chriſtus in infirmitate humana paſſionem pertulit, & miracula beneficiorum omnipotentia diuinæ virtutis perfecit.* Porrò ſi ex paſſione toleranda humanam infirmitatem oſtendit: ex beneficiorum miraculis, id eſt, ad hominum beneficium geſtis, ſe Deum omnipotentem aperuit.

60. *Vir quartus ille, qui ſolatium dat Hebræis tribus, apparet* IESVS *ex eo, quòd miraculum ſocius vtile excitabat.* Dan. 3. Hiphol.

Babylonis Rex tres Hebræos in ignem immiſit, quos cùm quæreret, cineres factos inuenit viuentes, & multiplicatos. *Nonne tres viros miſimus in medium ignis compeditos? Ecce ego video quatuor viros ſolutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis eſt: & ſpecies quarti ſimilis Filio Dei*, Dan. 3. Vnde nam Rex Gentilis agnouit quartum virum Dei Filio referre ſimilitudinem? Vt reſpondeam præmitto D. Hippolytum Mart. in Iudæos. *Quod Iudæi Filium Dei hominem factum non erant agnituri, nec recepturi, demonſtrat Scriptura. Gentes eum eſſe accepturas, quem iam Rex Babylonis in fornace videns agnouit, & Filium Dei confeſſus eſt.* Audierat Filium Dei hominem futurum, ex Hebræorum progenie. Videt virum Hebræorum ſocium flammas fornacis extinguentem, (ſic Doctores,) vel quia ſuauiſſimo flatu temperabat, vel quia flammas mittebat in fugam. Hic, inquit, non homo purus, cui ignis horribilis impendit obſequium. Ergo Dei Filius iam hominem induit. Nam qui tam illuſtre miraculum excitauit ad hominum vtilitatem ſociorum, & ad Regis Gentilis eruditionem, verè eſt Filius Dei.

61. *Antonius Dei Filium æmulatur miracula illuſtriſſima patrans ad hominū vtilitatem.* Annales Ordin. Seraph. *Primū miraculum.*

Imitantur Dominum Diui, dum miracula gerunt, non vt Magorum præſtigia imitentur: ſed vt hominum ſuccurrant ſpirituali calamitati, & corporalia commoda etiam ad ſalutem animi procurent. O Antonium Chriſti Domini egregium æmulatorem! Nonnulla Diui miracula attingām in diſcurſus confirmationem. Cùm concionaretur, à multis diuerſæ linguæ, & nationis intelligebatur. *Roma concionem gerente lingua dumtaxat ſua Italica, variarum nationum auditoribus Italicum parebat idioma. Qui diſcedentes proclamabant, gratiam Antonio fuiſſe datam Apoſtolorum.* Aliquando in ciuitate Bituricenſi prædicauit in Francia, multis hominum millibus audientibus, quodam in campo. Excitata fuere tonitrua horribili fragore; turbis autem fugam præparantibus Diuus acclamat, *Nolite timere, non enim vos pluuia moleſtabit. Ita factum. Nam cùm circum circa plueret, quæ tamen multitudo Antonium audiebat, nullo modo fuit madefacta.* Deuota quædam mulier voluit ſe ad Diui concionem conferre, ſed ægritudo coniugis impediuit. *Conſcendit illa ſupra tectum domus ſuæ, vt videret, ſi aliquo modo poſſit Antonij audire prædicationem; & audiuit quæcumque proferebat Concionator, perinde ac ſi in theatro ipſo adfuiſſet, cùm tamen per leucam ferè inde diſtaret. Vocauitque virum ſuum, qui etiam audiuit ſermonem.* Pater Antonij necis ſubiacet periculo, quòd falsū ei crimē eſſet impoſitum. Peruenit Diuus in patriam, alloquitur iudices, mortuus, iubente Diuo, in mediū educitur, & interrogatur: *Num à meo occiſus es parente? Qui reſpondit, ſe non fuiſſe occiſum ab eo; ſed potiùs eum fuiſſe falsò accuſatum; atque ſequenti die liberato parente ſe in Patauium contulit.* Inibi Antonius in exequiis diuitis cuiuſdam prædicabat, fatus, in hoc diuite manifeſtabitur, quod Chriſtus dixit, *Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum*, Matth. 6. *In arca inuenietis cor eius. Venerunt, & aperuerunt arcam, inueneruntque ibi cor diuitis.* An inaniter huiuſmodi miracula excitarentur? Reſpondet Seraphica hiſtoria, *Exibant auditores, his miris fulgurantibus, cum magno deſiderio confitendi peccata ſua: atque ita tam innumerabiles confitebantur, vt vix ſufficerent Religioſi non modò Seraphici Ordinis, verùm etiam & aliorum Ordinum ad tantam turbam audiendam.*

Secundum. *Tertium.* *Quartum.* *Quintum.* Matth. 6. *Vtilitas horūce miraculorum.*

62. *Vndenā orta quotidiana mirabilis rerum amiſſarum inuentio ob Antonij interceſſionem?* Truxill.

Nec ſilentio inuoluam celeberrima quotidiana mira, quæ excitat Antonius circa ea, quæ amiſſa requiruntur, & poſt inquiſitionem accuratam minimè inueniuntur, donec, inuocato Antonio, mirabiliter apparent. Vndénam Diuo exiſtimas huiuſmodi, ad inuenienda perdita, gratiam exortam? Audi Truxillo, *Vt adoleſcens, qui mundi ſpes reliquit, & Martyrij deſiderio Ordinem Seraphicum iniuit, non poſſet inueniri in ipſa Religione, neque ab ea dimoueri, ſi fortè à parentibus, & cognatis poſtularetur, ſibi nomē Ferdinandi, quo vocabatur, mutauit in Antonium.* Qui ergo ſtuduit non inueniri ad Dei gloriam, à Deo id munus accepit, vt ipſius interceſſione perdita, & occulta inueniantur, illius vtique inuocato nomine, quod operculum extitit adoleſcentis ſanctiſſimi, qui ſtudebat perdi ſeculo, vt ſi non ouis perdita, nummus aureus amiſſus à Numine poſſet inueniri.

PARS QVARTA.

BONAVENTVRA.

Paraphraſim, ac Commentarium literalem ad caput quintum Matthæi perquire volum. hoc, lib... Part. 1:

PROLVSIO.

QVID mirum Bonauenturam ſalis, & lucis officium tot geſſiſſe incrementis, ſi Mariæ mare, ſi ſtellam Deiparæ affectuoſo fouebat in corde? Ait Hiſtoria Seraphica, *Fuit B. Bonauentura deuotiſſimus Virginis. Vnde in Capitulo quodam Generali, Generalis ipſe Ordinis iuſſit, quòd à Natiuitate Domini vſque ad Epiphaniam diceretur in Hymnis verſus ille:*

Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine.

Mandauit etiam Fratribus, vt in ſuis prædicationibus hortarentur populum ad ſalutandam deuotè ſanctiſſimam Virginem ſub noctem, cùm pulſaretur campana, & indicaret ſalutationem Angelicam: & ſignificarent populo, eam eſſe horam, qua Angelus Virginem ſalutauit. Plura Diuus ſcripſit Mariæ elogia. En & æternæ, & temporariæ Bonauenturæ gloriæ fons. Nam qui Mariæ elucidat ſcribendo, aut prædicando, magnalia, gloriæ fulgentibus luminibus coronatur. *Qui operantur in me,* (ipſa fatur,) *non peccabunt; & qui elucidant me, vitam æternam habebunt*, Eccli. 24. Vbi Richard. Laurent. lib. 2. de laud. Mar. *Qui operantur in me tanquam ſuper fundamentum opera mea accipientes in exemplum; & qui elucidant me prædicantes, non peccabunt, & præmium aderit eis æternitatis in gloria.*

SECTIO V.

Salis, & lucis copulatio.

TEXTVS.

VERS. 13. VOs eſtis ſal terræ, quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? ad nihilum valet vltrà, niſi vt mittatur foras, & cóculcetur ab hominibus. 14. Vos eſtis lux müdi, non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montẽ poſita, *&c.*

IN BONAVETVRAM

PANEGYRICVS MORALIS QVINTVS CIRCA LITERAM.

EX SALIS, ET LVCIS COPVLATIONE.

Obseruat. I.

Ad illa verba:

Vos eſtis ſal terræ, vos eſtis lux mundi.

Bonauentura perfectiſſimus extitit Religioſus, tanto cœleſtis gratiæ ſale conditus, tanto virtutum fulgore ſtipatus, vt in Adamo minimè deliquiſſe quodammodo videatur.

Perfecti Religioſi mores in Monachorum eruditionem exponam.

1. SAL quidem gratiæ cœleſtis condimentum ad præſeruationem, ne animus piaculi corruptioni ſubiaceat, ſignificat: lux verò virtutum egregiarum fulgores exponit. Quo quidem perfectiſſimi viri deſcribitur innocentia, Monachi mores adnotantur.

2. *Bonauentura adeò purus, vt in Adam deliquiſſe non videatur.*
Bonau.

Vis perfectiſſimi Regularis vitæ obſeruatoris exemplar obiiciam? Audi ex Aloyſio Lipomano, Epiſcopo Veronenſi, de D. Bonauentura iudicium. *Eam, quæ ſequitur, D. Franciſci vitam beatus ille Bonauentura S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, & Epiſcopus Albanenſis, Franciſcani inſtituti non ſolùm ſectator, verùm etiam inſtaurator, & Rector, vir in diuinis Scripturis eruditiſſimus, & vitæ ſanctitate conſpicuus: de quo Præceptor eius Alexander de Ales dicere ſolebat, in Bonauentura Adam peccaſſe non videtur, puro ac ſimplici ſtylo deſcripſit. Tanta autem rerum copia, & ſententiarum grauitate refertam, vt totus mundus eius lectione inſtrui poſſit, & ad amorem Dei per Franciſci exemplum inſtaurari.* Quàm iuſtè Alexander Alenſis ſapientiſſimus & ſanctiſſimus illuſtriſſimum planè Ordinis Seraphici cœli luminare profatur illud: *In Bonauentura Adam peccaſſe non videtur.* Regulares enim edocuit illam innocentiæ ſtatus vitam feliciſſimam imitari.

3. *Religioſos docet Bonauentura ſtatus innocentiæ abſtinentiam.*
Paul.

Num innocentiæ ſtatus fulgidus abſtinentia? Adeò Bonauentura abſtinens à ſuperfluis, vt vel neceſſaria corpori denegaret: vili victu contentus ieiuniis macilentus abſtinentis Monachi exponebat imaginem. D. Paulinus *epiſtol.* 7. ſuos Monachos ab hæreticorum calumniis defenſans, ait: *Nos non manè ebrij, ſed veſpere ieiuni: non heſterno inflati vino, ſed hodierno abſtemij; nec de crapula libidinis dementer inſtabiles, ſed vigiliis honeſtatis integrè ſaucij, & ſobriè temulenti: quos parſimonia faciat, non vorago titubare.*

An innocentiæ ſtatum omnimodâ animi puritas decorabat? Bonauentura tam immunis à piaculi macula actuali erat, vt vix leuis in eo imperfectio vnquam notaretur. Nec mirum, peccatum non commiſiſſe videretur, qui vel in Adam peccaſſe non videbatur. Porrò puritate tam mirabili præditus Diuus, vel alterius ſpeciei homo, vel plus quàm homo apparebat aſpicientibus. Ait D. Ambroſius *ad cap. 3. Luc.* non ſemel permittere Deum vel ſanctiſſimo cuique, in leuia piacula incidere, *Ne virtutibus egregiis, pluſquam homo crederetur.* Si ergo Bonauentura adeò purus obiiciebatur, vt nihil piaculi in eius actionibus accuratus cenſor aduertit: meritò homo alteri ſi non ſpeciei, ſaltem ſtatus homo credebatur. 4.

Docuit omnimodâ animi puritate alterius ſtatus homo.
Ambr.

Ad tantam innocentiam Bonauentura virtutum exercitamento deuenit, vt nec peccare quodammodo ſciret. En verum ſtatus innocentiæ documentum, ſic hominem amiſiſſe peccandi actionem ex parentum malitia agnatam, vt neſcire videatur, quónam modo piacula quæque ſint executioni tradenda. Accommodo Bonauenturæ, quod D. Paulinus *Epiſtol.* 34. de B. Victore Religioſorum exemplari ſcripſit. *Ingenita ſimplicitatem tam puras animi fuiſſe perhibetur, vt peccare neſcierit: iam in ſenecta puer, & malitia paruulus, non ſolùm gratiæ, ſed & mentis infantiam gerit.* Quid gratiæ gerere infantiam, niſi primæui ſtatus innocentiæ documenta præſentare? Hoc quidem aptiùs de Bonauentura protulerim, qui non ſolùm malitia puer extitit; verùm & Angelus omnino à delinquendi aptitudine liber appareret, vnde *Seraphicus* iuſtè vocabatur. 5.

Docuit vitâ innocentiam quæ peccare neſcit.
Paul.

Porrò ad feliciſſimum innocentiæ pertinebat ſtatum ab horribili illo carnis ſtimulo liberatio, de quo Paulus, *Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ Angelus ſatanæ, qui me colaphizet.* Tam ſuperior Mundo, Diabolo, carníque animi hoſtibus Bonauentura apparebat, vt videretur concupiſcentiæ liber à fomite. De Religioſis Clemens Alex. *lib.* 2. *Strom.* ait, *Qui ſunt* voluptate ſuperiores, (carnem debellantes.) Qui *vincunt animi motus,* (à ſpiritu tartareo excitatos.) *Qui Mundo ſunt maiores.* id eſt Mundum fortiſſimè ſuperant. Bonauentura ſic carnem frænauit, vt poſſet dicere cum Baſilio apud Nazianzenum *Orat. de eiuſdem laud.* cui Præfectus minabatur cruciatus: *Iam tormenta quid agere queant, cùm deſit corpus?* Quid carnis tentamina poſſint agere in Bonauentura ieiuniis, & vigiliis exacto, cùm deſit corpus, cùm caro ipſa à Diuo toto iam ſpiritu, toto Seraphino receſſerit? Adeò diabolum vicit, vt inſtar canis vulnerati latraret quidem, ſed nullatenus 6.

Bonauentura à concupiſcentiæ ſtimulo quodammodo liber apparuit.
Clemens Alex.
Nazianz.

ad

ad Diuum auderet accedere. Quàm illuſtrem de Mundo triumphum egit, qui toties à Pontifice Max. oblatas repulit dignitates; & ſi purpurâ demum induitur, ſemper emicuit nuditate, Regulariſque ſaccus purpura maior ſemper extitit in Religioſo perfectiſſimo.

7. *In ſe ipſo velut in paradiſo innocens Diuus habitauit.*

Denique innocentiæ vitæ paradiſus deliciarum fuit à Conditore præparatus. Perfectiſſimus Religioſus Bonauentura felicioris patriæ ſortitus eſt ex innocentia maxima domicilium. Ipſe enim non in terrenum paradiſum, ſed cœleſtem mutatur in gloriam. De ſe D. Gregorius Nazianz. *orat. in AEgypt. Epiſc. Apul.* profatur, vt hæreticorum, quibus dehoneſtatus fuerat, propulſaret iniurias, *O Trinitas, (ac venia detur audaciæ,) Dei ipſe ſum imago ſupernæ gloriæ.* Virtutum enim fulgores cœleſtis Patriæ glorioſa Tabernacula exponebant. Quid Bonauentura tot virtutibus decoratus, niſi Patriæ cœleſtis imago, vbi tantæ innocentiæ in terris dignum paratur domicilium.

Nazianz.

8. *Ordinem Seraphicum ad proprium exemplar reformare viſus eſt.*

Hinc ineffabilis Ordinis Seraphici ſanctitas, quem Bonauentura ad propriæ perfectionis exemplar videtur efformaſſe. Hiſtoriographi ſic: *Bonauentura Generalis Miniſter Ordinis creatus eſt. Cùm autem videret à primo illo nitore,* (ſtatus ne innocentiæ?) *& rigore aliquantulum Fratres ſuos defeciſſe, Capitulum Generale celebrauit Narbonæ, in quo tum ſuauiſſimis exhortationibus, tum etiam correctionibus, quæ neceſſaria videbantur, ad priſtinum ſtatum,* (an innocentiæ?) *Religioſam ſeueritatem reuocauit, & reſtituit nitori ſuo.* Addit, *Videns præterea, quòd malè & pernicioſè de toto ipſo Ordine Geraldus quidam publicaret, ſe viriliter ei oppoſuit: & Dei etiam punitio ſecuta eſt; nam lepra percuſſus miſerabiliter tandem periit.* Quia de ſanctiſſimo iam Ordine, legiſlatoris, veri quidem Moyſis æmulante virtutes, in morem Mariæ veteris obmurmurauit.

Annal. Ordin.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Vos eſtis ſal terræ, vos eſtis lux Mundi.

Bonauentura ſal, & lux verus Doctor, & Pontifex non ſibi, ſed ſubditorum vtilitati vim exerit.

Edocens Doctores, & Pontifices, ac Præpoſitos, addicendos commodis ſubditorum.

9. De ſale Strabus, *Sal* ſterilem terram reddit, vnde victores deſtructas vrbes ſale ſeminabant, ne quid oriretur. Apoſtoli, peccati Regno deſtructo, Regnum vitiorum compeſcebant, vt ſcilicet fideles Chriſti ſubderentur Imperio. De luce autem D. Chryſoſtomus, *Si ſal rem tenet, ne deterior fiat, lux illuſtrando ad melius perducit. Itaque Apoſtoli ſal propter Iudæos Deum cognoſcentes, lux propter Gentiles.* Quia nec ſal, nec lux propter ſe, ſed propter alienam vtilitatem impenditur. Eccleſiæ Doctores, & Principes aptè ſal, & lux; quia ſal & lucerna imminutione ſui & condit, & illuminat.

Strab.

Chryſoſt.

10. *Debent eſſe Doctores & Prælati ſimiles Iesv, qui ex beneuolentia condeſcendit, ad commoda ſubditorum.*

Quid Doctorum, ac Rectorum Dux? *Pulchra es amica mea, ſuauis, & decora ſicut Ieruſalem,* Cant.6. Vbi Nyſſenus, *Pulchra es ſicut beneuolentia, decora ſicut Ieruſalem.* Et addidit pulchrè, *Vſque adeò animam in ſublime erectam eſſe præclaro condeſcendendi conatu, vt iam ad ipſam Domini ſcientiam, & miracula enitatur.* Illam animam laudat ſponſus, quam ipſe ad munus docendi, & regendi eleuauit. Pulchra es ſicut *Beneuolentia*, ſicut ille qui *condeſcendendi* officium habet. Ac ſi diceret, Æmularis Chriſtum Dominum, & Magiſtrum, qui *Beneuolentia* ipſa cùm ſit, totum ſe impendit, vt dilectis ſubditis exhibeatur ad commoda.

Cant.6. Nyſſen.

11. *Lucerna Iesvs ſe exinaniuit ad ſubditorum ſumptus, & vtilitatem.*

Chriſtus ne lux? Audi Ioannem, *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum,* cap.1. An omnem hominem illuſtrauit indemniter? Profectò ſui imminutione, & conſumptione lucerna fulgores immiſit. D.Bernardus ſerm.46. in Cant. *Quàm mihi decorus es, Domine mi, in huius poſitione decoris. Etenim vbi te exinaniſti, vbi naturalibus radiis lumen indeficiens exuiſti: ibi pietas magis emicuit, ibi charitas in nos plus effulſit, ibi amplius gratia radicauit. Quia ſemetipſum, ait Paulus, exinaniuit.* Vt ergo lucerna ardens & lucens ad noſtram vtilitatem fulgores emittat, ſemetipſum luminare maius exinaniuit. Pulchra ergo tunc anima Doctoris, & Rectoris tunc oſtentabitur, cùm huiuſmodi Chriſti imitata erit beneuolentiam, & condeſcendentiam circa ſubditorum commoda: *Pulchra es, ſicut beneuolentia.*

Ioan.1. Bernard.

12. *Paulus ſal, & lux pro ſubditorum animabus impendit omnia, & ipſe ſuperimpenditur.*

Paulus Saluatoris æmulator ſal fuit, & lux. *Non quæro,* inquit, *quæ veſtra ſunt, ſed vos. Nec enim debent filij parentibus theſaurizare: ſed parentes filiis. Ego autem libentiſſimè impendam, & ſuperimpendar pro animabus veſtris,* 2.Cor.12. Exponit aptè Anſelmus, *Tanto enim affectu charitatis erga vos moueor, quòd non inuitus, ſed libentiſſimè impendam vobis vel carnalia, vel ſpiritualia bona. Et poſt omnia, ſi opus fuerit, ego ipſe ſuperimpendar pro animabus veſtris; vt moriar pro ſalute animarum veſtrarum.* En ſalis & lucernæ officium, pro aliorum commodis exinaniri.

2.Cor.12. Anſelm.

13. *Doctor, & Prælatus Benefici nomine inſignitur.*

De Rectoribus profatus eſt Dominus, *Qui poteſtatem habent ſuper illos, benefici vocantur,* Luc.22. Nullo aptiori nomine exprimi poterant Doctores ac Prælati Eccleſiæ, quàm benefaciendi vocabulo: *Benefici.* Tota enim huiuſce nominis res eſt, ſubditorum commoda procurare. Auctor Imperf. hom. 35: *Principes, & Doctores Eccleſiæ ſiunt, vt ſeruiant minoribus ſuis, & miniſtrent eis, quæcumque acceperunt à Chriſto: vt ſuas vtilitates negligant, & illorum procurent; & ſi opus fuerit, neque mori recuſent pro ſalute inferiorum.*

Luc.22. Imperf.

14. *Præes, non vt creſcas; ſed vt imminuaris ſubditorum accrementis.*

Expoſuit aptè etiam Lucæ teſtimonium D.Bernardus lib.3. de conſiderat. *Præes, ô Eugeni, & ſingulariter.* Ac ſi diceret: Totius Eccleſiæ clauum tenes, Rectorum Præpoſitus: *Ad quid? Numquid vt de ſubditis, de diſcipulis creſcas? Nequaquam: ſed vt ipſi de te.*

Bernard.

Audi

Audi Dominum, Qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur. Tu id mendaciter diceris, ſi non tam benefaciens eſſe, quàm beneficiis præeſſe intendas. Parui deiectique animi eſt, de ſubditis non profectum quærere ſubditorum. Pulchrè.

15. *Bonauentura ſapientia, & gubernatio omnibus ſubditis expenſa eſt.* Truxil.

O Bonauentura, quem meritò *Beneuolentiam* appellabo. Doctor celeberrimus extitiſti. *Traditus eſt,* (inquit Truxillo ex Ordinis Annal.) *in diſciplinam Alexandri Alenſis, à quo ſanctas literas didicit, in quibus tantum Bonauentura profecit, vt Prælatorum conſenſu creatus fuerit Doctor Pariſiis ſacræ Theologiæ, ibidémque Magiſtrum ſententiarum interpretatus fuerit. Poſtquam verò per tres annos legit, anno trigeſimo ſecundo ætatis ſuæ celebratur inter primos quoſque & doctos viros Religionis ſuæ.* Prælaturæ munus obiiſti. *Factus eſt Ordinis Cuſtos Generalis, creatus fuit Cardinalis, & Epiſcopus Albanenſis.* Num ſal infatuatur, aut lux extincta eſt, dum ſibi commoda ex cathedra expiſcatur, aut throno? Adiicit Hiſtoria Seraphica opportunè, *Contemplari ſolebat ſæpe vultum Fratrum, & ſi aliquem triſtem eſſe cognoſcebat, eundem ſuauiſſimis verbis conſolabatur; ſi inquietum, & parum firmum in Religione, eum animabat, & ad conſtantiam inuitabat. Compatiebatur vehementiſſimè infirmis, & quanto deformior erat infirmitas, & quæ magis nauſeam prouocaret, tanto ipſe libentiùs ad eos infirmos accedebat, & eiſdem ſeruiebat. Neque propterea impediebatur à ſuis lectionibus, & gubernatione; ſed potiùs ſubtilius poſtea legebat, aut prudentiùs gubernabat.* Quid accommodatius?

Obseruat. III.

Ad illa verba:

Vos eſtis ſal terræ, vos eſtis lux Mundi.

Bonauentura lucerna fulgentiſſima ex doctrinæ ſapientia, ſal eſt ex humilitatis affectu.

Vana admodum ſcientia ſine humilitate, ſicut ſal, infatuatur.

16. *Sapientes ſuperbi euaneſcunt.* Remig.

D. Remigius aſſerit lucem ſapientiæ debere ſalis imitari proprietatem. An non ſal carnes exiccat? *Sapientiæ cœleſtis fulgor exſiccat honores.* id eſt, hominem abſtrahit ab honoris, ſeu gloriæ inanis deſiderio. Perdifficile ſapientiſſimum virum humilitatis decorari virtute, quia *ſapientia inflat.* Hæc planè Sanctiſſimorum virtus.

17. *Bonauentura ſapientiſſimi humilitas egregia.* Hiſt. Seraph.

Inter primos D. Bonauentura adnumerandus, de quo Hiſtoria Seraphica, *Anno trigeſimo ſecundo ætatis ſuæ celebrabatur inter primos quoſque Religionis ſuæ; neque propterea ſuperbiebat: ſed potius ſe humiliabat in vilibus etiam, & abiectis officiis. Obtulit Clemens IV. D. Bonauenturæ Epiſcopatum Eboracenſem, quem vir humilis recuſauit, dicens, ſe in ſuæ profeſſionis humilitate velle permanere.*

18. *Perfectè ſapiebat, qui in ſe nihil aſpectabile iudicabat.* Ambroſ.

Quàm perfectè ſapiebat, qui in ſe nihil ſpectabile adiudicabat! D. Ambroſius lib. 3. offic. cap. 11. *Aliud eſt, communiter ſapere, aliud ſapere perfectè. Qui communiter ſapit, pro ſe ſapit, vt aliquid honoris alteri ſapienti detrahat, & ſibi adiungat. Qui perfectè ſapit, neſcit ſe aſpectare.* quia ſcilicet in ſe nihil reputat aſpectabile.

19. *Perit ſal, & lux illius Doctoris, qui ſe ſolum aſpectabile iudicat.* Ioan. 14. Ambroſ.

Fulgor illius lucis extinguitur, vis illius ſalis euaneſcit, ſiue illius Doctoris gloria deperit, qui ſe ſolum aſpectat, nec alios ſapientes aſpectabiles eſſe dignoſcit. Fatus Dominus de Lucifero ſuperborum Duce ſale quidem & luminari, *Venit enim Princeps huius mundi, & in me non habet quidquam,* Ioan. 14. Legit D. Ambroſius lib. de Fuga ſæculi, cap. 4. *Et in me inuenit nihil.* Nec granum ſalis recognouit in me fonte ſapientiæ, nec in fonte luminis vnicum radiolum aſpectauit. *Quomodo,* (rogat Doctor,) *nihil inuenire potuit in vbertate,* (imò infinitate,) *ſapientiæ?* Vnde nam tam cœca ignorantia profluxit? Lux planè illa ſapientiæ Luciferi humilitatis ſale non condiebatur. Vnde periit ſal, lux extincta eſt. *Non ergo ô* IESV, *tu vacuus ſapientia; ſed ille cœcus, & inanis Princeps huius mundi, qui neſcit niſi ſua cernere.*

20. *Superbi ſapientis eſt, alios inſanos iudicare.* 4. Reg. 9. Caiet.

Sapientis ſuperbi eſt, reliquos inſanos reputare. Socij Iehu, qui viderunt Prophetam ſapientiſſimum accedentem, ex ipſo Iehu quæritarunt. *Cur venit inſanus iſte ad te?* 4. Reg. 9. Culti aulici ſuperbia tumidi, mundiali ſcientia inflati, ſapientes alios vti inſanos aſpectant. Caietanus, *Verificatur ſcriptum in Sapientia. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam.* Quia eo ipſo quòd alios deputamus ſtultos, inſenſati eſſe deprehendimur.

21. *Humilitatē ſuppoſuit Bonauentura ſapientiæ fulgoribus ſolidiſſimis.* Oſee 10.

O ſapientiſſimi Bonauenturæ humilitatem fundamina validiſſima gloriæ veracis ponderi apponentem. Ideo cunctis honorabilis admodum exhibetur Diui ſapientia, quia ſupra ſolidum humilitatis fundamentum erigitur, non ſuper gloriæ ſæcularis inane. *Seminate,* (inquit Oſeas,) *ad iuſtitiam, & illuminate vobis,* cap. 10. Exponit Bernardus ſerm. 37. in Cant. *Illuminate lumine ſcientiæ.* Preme illud: *Seminate ad iuſtitiam.* id eſt, mentem, ſeu intellectum, aut cognitionem veſtram terræ tradite, non putetis vos Luciferos, ſed granum vile terræ committendum. Humilitatis ergo fundamine appoſito fructus lucidiſſimæ ſapientiæ fulgurauit tanquam ſupra candelabrum lucerna. *Vltimam,* (ait Abbas,) *poſuit ſcientiam tanquam picturam, quæ ſtatuam habere nequeat ſuper inane; & ideo præmiſit, Seminate, tanquam ſi ſolidum aliquid ſubſterneret,* humilitatem ſcilicet. *Securus iam intendam ſcientia.* Apertiùs Clareuallenſis Rector epiſt. 108. *Non rectè proditur ad lumen ſcientiæ, niſi iuſtitiæ,* (ſeu humilitatis,) *germen præcedat ad animam.*

22. *Deſpicitur Doctor, qui gloriæ inanis ſeruit ſtudio.* Chryſoſt.

Quid ſi Doctor ſapiens vanæ gloriæ ſeruiat? Deſpicietur quidem, ſicut à cunctis honorandus obiicitur, qui non ſe, ſed alios aſpectat. Chryſoſtomus hom. 22. ad Popul. *Si ſapiens cùm fueris, vanæ ſeruies gloriæ, propter hoc ipſum eris ignobilior. Ipſi enim te glorificantes, per hoc ipſum te deridebunt; quoniam ab eis gloriam aucuparis. Quid igitur rem attrahis, ex qua tibi contrarium prouenies? Si vis ergo ex*

ſapientia

ſapientia glorificari, *gloriam contemne, & eris clariſſimus.* Ille profectò efficaciùs contemnit gloriam, qui reputat à ſe omninò alienam aliis ſapientibus veraciter præparari.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Vos eſtis ſal terræ, vos eſtis lux Mundi.

Bonauentura ſapientiæ ſal cum charitatis luce coniunxit, ne ſapientia euaneſceret, ac difflueret.

Si enim charitatis, ſeu ſanctitatis calore ſapientia non ſolidatur, illicò perire cogitur.

23. SAl, qui humiditate perit, calore ſolidatur. Aptè ergo Dominus ſapientiæ ſal luminis calore coniunxit, vt ab euaneſcendi periculo ſapientia liberetur. Quidnam lux? Ex D. Maximi mente charitas appellatione lucis appellatur. Charitatis, ſeu ſanctitatis lux ſoliditatem impendit ſapientiæ.

Maxim.

24. Illam Aloyſij Lipomani ſententiam illuſtrabo: *Bonauentura vir in diuinis Scripturis eruditiſſimus; & vita ſanctitate conſpicuus.* Vnde ſal ſapientiæ tantæ non potuit deperire luce ſanctitatis miniſtrante calorem.

Bonauentura ſapientia & ſanctitas. Lipom.

25. Perit illicò ſal ſine munimine lucis charitatis. Profitetur ſapientiſſimus Paulus, *Si habuero prophetiam*, & omnem ſcientiam: *charitatem autem non habuero, nihil ſum*, 1. Cor. 13. Nihil eris, ô Apoſtole? Nihil prorſus; quia ſal euaneſcet ſine calore ſanctitatis. *Quòd ſi ſal euanuerit, ad nihilum valet vltrà. Nihil* ergo *ſum.* Nazianz. orat. 2. de Pace, *Charitas conſtringit, nec bonum quod in nobis eſt, diffluere ſinit.*

Nihil eſt ſal ſapientiæ ſine conſtringente calore ſanctitatis, quia diffluit. 1. Cor. 13. Nazianz.

26. En Luciferi ruinam. Sal apparuit ille ex ſapientiæ plenitudine; Cherub etenim eſt, qui *plenitudo ſapientiæ* interpretatur. At lux frigida fuit oſtentatiua, vana. O ſi Seraph ſimul exiſteret, qui dilectionis, ſeu charitatis flammas ſpirat! Diffluit illicò ſal ſapientiæ ob caloris Seraphici defectum. D. Bernardus ſerm. 4. de verb. Iſa. *Vt quid tu, qui manè oriebaris Lucifer, in veritate non ſtetiſti, quia Seraphim non fuiſti.* Non ſtat ſal ſapientiæ, ſed mox diffluit, & euaneſcit ob charitatis Seraphicæ calorem. Hinc ſtabilitas Bonauenturæ oſtenditur in ſapientia, quia Seraphicus ipſe Seraphicis ſanctitatis ardoribus ſolidabatur.

Bonauentura Seraph cum eſſet, ſapientiam ſolidauit, ne vti Lucifer difflueret. Bernard.

27. Sit tibi vxor Lothi in ſtatuam ſalis conuerſa ſapientia ſecularis ſtabilis admodum; quia *ſtatua* ab *ſtando*: An conſiſtet diu? ſunt, qui exiſtiment diuturnam fuiſſe ſalis illius conſiſtentiam. Ego crediderim ex defectu caloris ſanctitatis illicò periiſſe. Bernardus lib. 2. de Conſid. *Et ſi ſapiens ſis, deeſt tibi ad ſapientiam, ſi tibi non fueris. Quantum verò deeſt? Vt quidem ſenſerim ego, totum. Noueris licet omnia myſteria noueris lata terræ, alta cæli profunda maris; ſi te neſcieris; eris ſimilis ædificio ſine fundamento, ruinam, non ſtructuram faciens. Quidquid extruxeris extra te, erit inſtar congeſti pulueris obnoxium caſui.* Non ergo ſapiens, qui ſibi non eſt. Sapiens erit, ſi bibet de fonte putei ſui primus ipſe, ad ſanctitudinis calorem comparandum, quo putei ſapientiæ aquæ inſtar ſalis (haud perituræ) coagulentur.

Non ſtat ſal ſapientiæ ſine proprij cœlitus calore conſeruante, ne diffluat, ſeu cadat ſtatua. Bernard.

Deus quidem ſal & lux fons ſapientiæ, ac ſanctitatis à ſapiente imitandus obiicitur. *Faciamus*, inquit, *hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, Gen. 2. Premendæ particulæ *imago & ſimilitudo.* Vt imago Dei eſt homo, ſapiens oſtenditur. Attamen quid proficit ſapientia, ſi ex ſanctitate ſimilitudinis non ſolidatur? Origenes lib. 3. Periarch. fatus, *Imaginis dignitatem in ipſa conditione prima homo percepit; ſimilitudinis verò ſibi poſſibilis perfectionem ipſe ſibi propriæ induſtriæ ſtudiis ex Dei imitatione conſciſcit.* Dignior enim Dei ſapientiſſimi imago protinus aboleretur, niſi ſanctitudinis calor ex ſimilitudine accederet. Igitur Bonauentura (quem Alexander Alenſ. aſſeruit, quaſi innocentiæ ſtatui reſtitutum) & Dei imaginem ex mira ſapientia expreſſit, & Dei ſimilitudinem ex ineffabili ſanctitate expoſuit. 28.

Bonauentura Deum æmulatur ſapientem & ſanctum. Gen. 2. Origen.

OBSERVAT. V.

Ad illa verba:

Vos eſtis ſal terræ, vos eſtis lux Mundi.

Bonauenturæ ſapientiæ & ſanctitatis ſal Sole donatur, vt in conſpectu Solis huius glorioſiſſima appareat omnium linguis cantabilis ſanctiſſimi Doctoris fama.

Plauſus enim communis aſſolet infallibilis plerumque meritorum Diui indicatio.

EX quorundam Doctorum ſententia ſale ſapientia deſignatur. Alij autem ſanctitatem expoſuere. Ego & ſapientiam, & ſanctitatem expoſuerim. Cur autem luci adhæreſcit? Vt omnibus innoteſcat plauſus communis fulgoribus. 29.

Colligo ex Seraphica hiſtoria, ex Antonino, ex Equilino Epiſcopo, & aliis celeberrimam fuiſſe Bonauenturæ ſapientiam, & ſanctitatem. Pontifices laudibus efferunt, cùm ad Concilia generalia immittunt, Patribus Concilij mirabilis ex ſapientia ac virtutibus obiicitur, Ordo Seraphicus & ſancto & ſapienti communis plauſu clauum Religionis committit, ſepulchrum Diui piis fidelium votis effulget, innumeris miraculis decoratur, Doctoris volumina à doctiſſimis euoluuntur cum admiratione, eius denique fama communi auolat acclamatione. 30.

Communis in Bonauentura hominum plauſus. Anton. Epiſcop. Equil.

Quidnam, obſecro, ſapientiſſimo, ac ſanctiſſimo Bonauenturæ ex generali plauſu? Multum planè. Plauſus enim huiuſmodi exoriebatur ex mira Diui ſanctitate, ex præexcelſis meritis. Vnde plauſus maior maioris aſſolet 31.

Plauſus Pontificis aſſumentis Diuũ ad dignitatem Cardi-

naliriam, & Pontificiam arguit eum ſanctiſſimū.

aſſolet exiſtere meriti indicamentum. A Pontifice plaudente exordior. Fugientem Bonauenturam Pontifex apprehendit, & renuentem purpura induit, & Pontificia dignitate decorauit. Hinc proculdubio admirabilis ſapientia, & ſanctitas Diui oſtenditur. Nec enim fruſtrà tanto Pontificis Summi plauſu deliberatus obiicitur. Ioannem Baptiſtam quærit Dominus Eccleſiæ Pontifex Summus, vt ei renitenti committat Baptiſmi miniſterium. Ex miro Chriſti in Ioannem præconio mira Præcurſoris ſanctitas innoteſcit. *Interrogabo vos* (inquit) *& ego vnum verbum, & reſpondete mihi, & dicam vobis, in qua poteſtate hæc faciam. Baptiſmus Ioannis de cælo erat, an ex hominibus*? Marc. 11. Nónne Ioannes à Deo aſſumptus eſt vt Chriſtum & pœnitentes homines dilueret? Igitur dum Dominus laudat Ioannem, oſtendens à Deo aſſumptum ad tantam dignitatem, cui non ſe ingeſſerat; ſed potiùs reniteretur illum diluere, cuius calceamenta ſoluere ſe indignum reputauit: manifeſtè ſanctitatem eximiam Præcurſoris manifeſtat. Victor Antioch. *Caterùm Chriſtus Dominus de Ioannis Baptiſmo interrogat, de gratia & ſanctimonia, qua ille præ cæteris mortalibus ornatus erat, interrogat. Illa enim vna erat, quæ eum venerandum, & teſtem fide dignum, omníque exceptione maiorem apud omnes efficiebat.* En Chriſti de Ioanne commendatio, & plauſus communis eiuſdem ineffabilem ſanctitatem, (ex qua plauſus) arguebat.

Marc. 11.

Victor Antioch.

32. *Dum Pontifex plaudit fidem Bonauēturæ mittendo eū ad defenſionem fidei oſtēdit eū perfectiſſimum eſſe.*

Et quando Dei plauſus non omnimodam ſanctitatem arguit? Laudatur à Pontifice, ſiue à Chriſto, (cuius ille perſonam gerebat) Bonauentura? Eius fides commendatur à ſummo Præſule, dum ad protectionem fidei Generale mittitur in Concilium? Signum euidens Diuum omnino nudum ex terrenis affectibus apparuiſſe, perfectionéque omni ornatum. Cœco Dominus, *Vade, fides tua te ſaluum fecit*, Marc. 10. Plauſu filij Dei cœci fides afficitur? Ergo cœcus myſticè nudus ab omni terreno affectu demonſtràtur? Sic arguit ingenioſus Victor Antiochen. *Quòd autem cæcus hic fidelis, collatóque beneficio dignus fuerit, patet primò, quòd à Domino vocatus cum omni alacritate exiliens, ad illum accurrerit, veſtémque, qua indutus erat, abiecerit: tantum non veterem hominem ſe exuere, totúmque ſe Chriſto dedere ſymbolo hoc teſtatum faciens. Deinde autem ex eo, quòd Dominus fidei illius teſtimonium perhibuit. Aiebat enim, Fides tua te ſaluum fecit.* Itaque dum Chriſtus cœci fidem plaudit, oſtendit manifeſtè eum omnimoda ſanctitate conſpicuum. Haud aliter dum Chriſti Vicarius fidem Bonauenturæ plauſu celebrat, eum ſanctiſſimum eſſe, ac ſapientiſſimum Eccleſiæ propugnatorem manifeſtat.

Marc. 10.

Victor. Antioch.

33. *Dei plauſus Iobi merita proferebat.*

Iob 40.

Quis dubitet Iobum ſanctiſſimum ex laborum tolerantia euaſiſſe? Curat Deus huiuſmodi ſanctitudinem apparere, & curat applaudere. *Putas, me* (inquit Deus) *aliter reſpondiſſe tibi, quam vt appareas iuſtus*? cap 40. Preme verbum, *reſpondiſſe.* Periander Græcus Comicus ait, *Echo reſpondere victoribus voce plaudente.* Quid ſi Deus è montibus æternis plaudente voce Iobo victoria tot reportanti reſponderet? Ergo plaudens Deus reſpondit Iobo, vt eius ſanctitatem exprimeret; plauſus enim vel occultam aperit ſanctitatem: *Putas, me reſpondiſſe tibi, quam vt appareas iuſtus.* Pulchrè Theophanes epiſt. 2. de patient. Iob. *Poſt tolerantiam tentationum dignus habitus eſt, qui Deum videret, audirétque illud diuinum præconium: Putáſne me, &c. Oratio hæc immarceſcibilis corona certaminum athletæ.* Plauſus enim certaminum gloriam publicabat.

Periand.

Theoph.

34. *D. Thomas ſanctum appellat Bonauenturam, quia Deum illi reſpondentem, & plaudentem videt.*

Porrò verbum illud: *Putas me reſpondiſſe tibi*, ab eodem Theophane legitur, ſeu exponitur, *Putáſne me aliam ob cauſam allocutum te eſſe, niſi vt iuſtus appareas*? Deus Bonauenturam non ſemel allocutus eſt, vt ſcilicet tanto plauſu ſanctitas Diui exponeretur. Seraphica ex hiſtoria Thomas Truxillo de ſuo Thoma Aquinate profatur, *Amiciſſimus fuit Bonauētura S. Thomæ de Aquino, & cùm aliquando Thomas eum viſitaret, dicerêntque Fratres, quòd occupatus eſſet in compoſitione libri de vita D. Franciſci: inſpiciens Thomas per rimulas oſtij ipſius cellæ, vidítque ſanctum virum cum Domino colloquentem a terra eleuatum: dixítque Fratribus, qui cum eo erant: Non interpellamus ſanctum, ſed ſinamus eum ſcribere pro ſancto.* Vndénam ô Angelice Doctor Bonauenturam viuentem laudas ſublimiter, cum ſanctum pleno ore compellans? Quia Deum ei reſpondentem audiui, quia cum Domino colloquentem aſpexi. Putáſne Deum Diuo aliam ob cauſam reſpondiſſe, niſi vt ſanctus appareret?

35. *Plauſus Bonauenturæ magnus, quia per ſingula momēta Deo ſpeciale curabat libare obſequium.*

Tantus Bonauenturæ erga Conditorem affectus, vt ſe minimè viuere reputaret, ſi vigilans, per momenta ſingula aliquid pergratum Deo non faceret, ſeu orando, ſeu concionando, ſeu ſcribendo, ſeu proximis ſuccurrendo egentibus, ſeu ſubditos gubernādo. Vnde eius fama tam plauſibilis cunctis auolat, vt nulla inſtanti nominis Bonauenturæ præconia conticeſcant. A Summis Pontificibus colitur, à Regibus, & Principibus honoratur, à cunctis fidelibus Diuus Panegyricis effertur. *Fuit Dominus cum Ioſaphat qui ambulauit in viis Dauid Patris ſui primis, non ſperauit in Baalim, ſed in Deo patris ſui, & perrexit in præceptis illius. Factaque ſunt ei diuitiæ multæ, & multa gloria*, 1. Par. 17. Liceat inuertere: Fuit Dominus cum Bonauentura, qui ambulauit in viis Franciſci patris ſui, & perrexit in præceptis Regulæ ipſius primis, Ordinem ad primæuam illam gloriam, & ſplendorem reuocando. Factæque ſunt ei in ſuperis diuitiæ, & multa in ſeculo gloria, & plauſu eius nomen celebratur. De Ioſaphath Ioſephus lib. 8. Antiq. cap. 9. ſcribit, *Hic Rex perpetuò propitium, & auxiliatorem Deum habuit, quòd eſſet vir iuſtus, ac pius, & per ſingulos dies dabat operam, vt aliquid Deo gratum faceret. Quo factum eſt, vt & ipſe à circunſtantibus Regibus multus honos haberetur, vt hinc quoque tam diuitiæ Regis, quam fama non mediocre incrementum caperet.* Expende illud: Per ſingulos dies dabat operam, vt aliquid Deo gratum faceret. Cui reſpondet illud: *Quò factum eſt, vt & ipſi a circunſtantibus Regibus multus honos haberetur.* Bonauenturæ non à circunſtantibus Fratribus Regibus quidem ex Regulari inſtitutione, ſed à diſtantibus Principibus, ab omni Eccleſiæ cœtu ineffabilis honos, mirabilis plauſus habetur? Ergo quòd non ſolum per ſingulos dies, ſed quia per momēta ſingula *dabat operam Diuus, vt aliquid*

1. Par. 17.

Ioſeph.

A totius orbis Principibus Bonauenturæ fama colitur plauſu incredibili.

Deo

Deo gratum faceret. Igitur communis plauſus omnimodæ Bonauenturæ ſanctitatis erat indicamentum.

36. *Bonauentura illuſtris Panegyru, Præſule Sūmo plaudēte.* Tarant.

Ineffabilis proculdubio Bonauenturæ ſanctitas. Petrus de Tarantaſia Cardinalis Oſtien. in Conc.de Diuo profatur, *Tam affabilis fuit, & amabilis, vt ferè nemo eſſet vnquam conuerſatus cum eo, qui non miro quodam amore afficeretur: & quæ Bonauentura peteret, non impetraret. Erat benignus, affabilis, nemini offenſionem dans, & ſcandalum, pius, humilis, prudens, caſtus, de quo Magiſter Alexander Alenſis dicebat: Ecce Iſraëlita, in quo dolus non eſt. Ceſſauit* (addit Hiſtoriographus) *aliquando à Miſſa celebranda, reputans, ſe indignum. Cùm verò Miſſam quandam audiret, tempore Communionis particula ſacræ Hoſtiæ ad eum vltroneè venit, quam vir ſanctus magna cum reuerentia percepit. Agnoſcens quidem, longè præſtabilius eſſe, cum amore frequentare quotidie tam ſuaue Sacramentum, quàm præ timore non audere ad illud accedere.* An tantæ virtutes ſub humilitatis puluere latitarunt? Profectò eas Pontifex Gregorius X. vnico verbo panegytico protulit, *Obeunte Bonauentura, pretioſiſſimum Catholicæ Eccleſiæ ornamentum amiſit.* Sileant Concionatoris Tarantaſia Cardinalis auguſta præconia. Laus vna Pontifex plaudentis ſanctitati Diui, eius omninò ſanctitatem aperuit.

Auctor. Hiſt.

Bonauentura ornamentū Eccleſiæ.

37. *Quàm glorioſum Bonauenturæ ſepulchrum ex miraculis, hominūque plaudētium concurſu.*

Quid quòd Bonauenturæ ſepulchrum tot miraculis ornatur, vt poſſimus proclamare cum Propheta, *Et erit ſepulchrum eius glorioſum?* Quot homines inibi beneficia recipiunt, & laudant, tot diui virtutes celebrantur: quot plauſus inſonant, tot ſanctitudinis Bonauenturæ documenta exponuntur. Lucas ait, *Et deſcendens* IESVS *cum illis, ſtetit in loco campeſtri, & turba Diſcipulorum eius: & multitudo copioſa plebis ab omni Iudæa, & Ieruſalem, & maritima, & Tyri, & Sidonis, qui venerant, vt audirent eum, & ſanarentur à languoribus ſuis*, cap. 8. Porrò cuncti ſanitate donati virtutis Dominicæ præcones exſurgunt. Beda apud D.Thom. *Non à proximo mare Galileæ maritimam dicit: quia hoc non miraculi loco poneretur; ſed à mari magno cognominatur, in quo etiam Tyrus, & Sidon comprehendi poterant. Quæ quia ciuitates Gentium ſunt, conſultè nominatim ponuntur, vt quanta ſit fama, virtuſque Saluatoris intimetur.* Pulchrè famam, & virtutem copulat, licèt ex plauſu populorum concurrentium ſola fama poterat intimari. Intimatur planè & virtus, quia plauſus famæ ex virtutis fonte profluere aſſolet. Plauſus ergo tantus Bonauenturam ineffabilis ſanctitatis Diuum manifeſtat.

Luc 8.

Beda.

PARS QVINTA.

CLARA.

Paraphraſin, ac Commentarios literales ad caput vigeſimumquintum Matth. perquire Tom.6. lib....

PROLVSIO.

PROCESSIT Clara obuiam Sponſo & Sponſæ, quia æmulari ſtudens Marianæ puritatis exemplum, Sponſi ducatu Virginis properauit ad thalamum. *Digiti mei* (fatur Maria) *pleni ſunt myrrha probatiſſima*, Cant. 5. Vbi Richardus Laur. lib.12. de laud. Deip. *Sicut myrrha corpora inde peruncta conſeruat à corruptione, ſic Maria conſeruat ſuos à corruptione libidinis. Myrrha probata caſtitas coniugalis, probatior vidualis continentia, probatiſſima puritas virginalis. Digiti ergo mei pleni ſunt myrrha probatiſſima. Digiti, id eſt, diſcretæ cogitationes meæ. Et ideo dedit non ſolùm exemplum virginitatis, ſed odoris ſuauitatem, vt Virgines multas alliciat ad virginitatis propoſitum, & adducat ad Ieſu Sponſi thalamum. Vnde* Pſal. 44. *Adducuntur*

Cant. 5.

Richard.

Regi virgines per eam. Clara Mariæ digitorum contactu propoſito, ac diſcreta puritatis cogitatione claruit. Ideo Deipara Virgini apparet morituræ, vt ad thalamum adducat Sponſi. Auctor vitæ D. Claræ ſcriptæ iuſſu Alexandri IV. profatur,

Autor Hiſtor. *Cùm acceſsiſſet vltima mortis ſuæ hora, cœpit loqui cum anima ſua, dicens: Proficiſcere iam anima mea, proficiſcere ſecuro quidem greſſu ad complexum Sponſi Chriſti, quem ſemper dilexiſti, & amaſti. Apparuit tunc glorioſiſsima Virgo Mater Domini B. Claræ cum longo agmine, & comitatu ſanctarum Virginum, vt animam Claræ ad Sponſum adferret. Vidit & Monialis quædam Matrem Domini egregia quadam corona inſignientem B. Claram, & pretioſiſsimo quodam pallio Claræ ſanctiſsimum corpus propter eius virginitatem contegentem.* Sic Deiparentis digiti, qui Claræ ingeſſerant virginitatis propoſitum, myrrhæ probatiſſimæ aromatibus animum incorruptiſſimum ad cœleſtis thalami gloriam tranſtulere.

SECTIO VI.

Ex prudentibus vna.

TEXTVS.

VERS. I. Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades ſuas exierunt obuiam Sponſo & Sponſæ. 2. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. 3. Sed quinque fatuæ acceptis lampadibus, non ſumpſerunt oleum ſecum. 4. Prudentes verò acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus, &c.

IN CLARAM

PANEGYRICVS MORALIS SEXTVS

CIRCA LITERAM.

EX VNA DE PRVDENTIBVS.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Simile eſt Regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades ſuas exierunt obuiam Sponſo, & Sponſæ.

Opera Claræ, ex cœleſti Oraculo, claritati nominis reſponderunt.

Felix, cuius præclara geſta nominis cohærent claritati.

LAMPADVM claritas vtraſque virgines comitatur. At geſta ſolummodo prudentum digna luce exprimuntur. nam fatuæ in tenebris operantur. Quid famæ ac nobilitatis prodeſt ſplendor, ſi opera tenebris offunduntur. Felices illæ viragines, quarum geſta nominis claritati reſpondent. Nomen habes, quòd viuas, & mortuus es. Nomen habes, quòd in luce ambules dum lampadis fulgorem emittis, ſed & lampas verè extinctus apparet etiam cùm luceſcere reputatur: & opera emortua deprehenduntur. 1.

O

2. *Quia Clara futura erat clariſſima moribus, & exemplis.* Clara à parentibus (diuino oraculo,) appellatur. Author Hiſt.

O prudentiſſimarum viraginum vna Virgo Clara, cuius lampas verè fulgens interminabilem protulit claritatem. Audi Authorem hiſtoriæ Diuæ ex mandato Alexand. *Mater Claræ vocabatur Hortulana, cui quidem appoſitè quadrauit tale nomen, cùm tam eximiam plantam produxerit. Quæ Hortulana ſe diligenter exercuit in operibus pietatis, & miſericordiæ, ac præterea ſe contulit in Ieruſalem, vt ſancta loca viſitaret. Tandem domum reuerſa, ſentiens ſe grauidam preces fundens ante imaginem Crucifixi Dominum rogans, vt ſibi dignaretur felicem concedere partum: & audiuit, Noli timere, paries ſiquidem filiam, quæ luce ſua vniuerſum mundum illuſtrabit. Vbi ergo peperit, in ipſo Baptiſmo filiam nominauit Claram, vt cum viſione, quam habuerat, filiæ ſuæ nomen conformaret.*

3. *Quam aptè Clara nominis fulgore reſplendit.* Author Hiſt.

At Clara vt opera conformaret nomini, *Cœpit*, (adiicit appoſitè,) *iam in prima ſua ætate mirificè fulgere, & clarere in virtute. Liberalis erat, & pia erga pauperes adeò, vt ſæpe ex cibo ſuo ſibi adimeret portionem, & pauperibus largiretur. In oratione aſsidua, cœleſti colloquio mirificè recreabatur. Pretioſas aſpernabatur veſtes, & quamuis ex parentum imperio pretioſo vteretur ornatu, interius cilitium geſtabat aſperrimum. Repellit nuptias, obiiciens, ſe Deo virginitatem conſecraſſe. D. Franciſci monitu Domino conſecratur, & Virgo prudentiſſima innumerabilium viraginum mater exſurgit.* Quàm aptè vitæ claritas claritati nominis adhæreſcit!

4. *Æmulatrix Clara IESV ſponſi, qui ob præclara geſta præclara accepit nomina.* Ioan.1. Ambroſ.

Verè IESV Dei & hominis Clara ſponſa, quæ ex hoc capite, eius egregia æmulatrix exiſtit. Ait Ioannes, *In principio erat Verbum*, cap.1. Nec ſolùm *Verbum* vocatur cœleſtis ſponſus, ſed *Filius* Dei, Dei *Virtus*, ac *Sapientia* Dominus appellatur. Quare tot nominibus inſignitur, quia cuncta hæc nomina operibus impleuit illuſtriſſimis. D. Ambroſius lib.1. de Fide, cap.2. *Nè quis poſſit errare, ſequatur ea, quibus Scriptura ſancta, (vt intelligerè poſſimus,) Filium ſignificat. Verbum dicitur, Filius dicitur, Dei Virtus dicitur, dicitur Dei ſapientia. Verbum, quia immaculatus: Virtus, quia perfectus; Filius, quia genitus ex Patre; Sapientia, quia vnum cum Patre, vnum æternitate, vnum Diuinitate. Non ſunt igitur hæc nuda nomina, ſed operatricis virtutis indicium.* Nam quia ab æterno Filius Dei cuncta hæc operatus fuerat, eràtque æternum operaturus, ei huiuſcemodi nomina accommodantur. Quia ergo ſponſa Filij Dei tanta operum illuſtriſſimorum claritate orbem erat illuminatura, ex cœleſtis oraculi præſcriptione, *Clara* appoſitè nominatur.

5. *Quemadmodum Ioannes vocatur Zacharia filius, quia plenus gratia ſibi & alijs: vocatur Clara filia Hortulanæ, quia claritate plena, innumerorum virginium lucem erat datura.* Luc.1. Chryſoſt. in Cat. Beda.

De illo celeberrimo ſponſi amico, ac Præcurſore Ioanne Angelus Zachariæ profatur, *Vxor tua Elizabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem.* Cur vocauit Ioannem filij nomen? *Erit enim*, (cauſam reddit,) *magnus coram Domino, & vinum & ſiceram non bibet, & Spiritu ſancto replebitur, & multos filiorum Iſraël conuertet ad Dominum Deum ſuum*, Luc.1. Ergo ſciens ex cœleſti oraculo Zacharias filium à Deo promiſſum tantum operum fulgorem emiſſurum, eum Ioannem appellauit. *Ioannes eſt nomen eius.* id eſt, tantæ ſanctitatis, tam immenſæ gratiæ recapitulatio. Chryſoſtomus. *Hoc nomen Gratia Dei interpretatur.* Quia ergo Zacharias ab Angelo audiuit filium plenum gratiâ futurum, adducturúmque multos ad ſuarum virtutum exemplum, Ioannem eum appoſitè nominauit. Beda pulchrè, *Ioannes ergo interpretatur, in quo eſt gratia, vel Domini gratia. Quo nomine declaratur gratiam donandam eſſe ipſi Ioanni, qui magnus coram Domino erat futurus. Et etiam filios Iſraël, quos ad Dominum erat conuerſurus.* Haud aliter, quia clara ex operibus præclariſſimis promittitur ornanda, & adductura ad Dominum tot fœminas puriſſimas clariſſimæ virginitatis exemplo, appoſitè à parentibus Clara vocitatur. *Non eſt igitur hoc nudum nomen, ſed operatricis virtutis indicium.*

6. *Christus Sol appellatur, quia luce plenus mundū erat illuminaturus. Sponſa eius Clara nominatur, quia plena luce virtutum, virginibus filiis fulgorē erat communicatura.* Ioan.1. Proſper.

Chriſtus Sol iuſtitiæ appellatur, quia futurus *lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, Ioan.1. Videns hoc Propheta præfatur, *Orietur vobis timentibus Sol iuſtitiæ*, Mal.1. Aptè appellatur ſol, qui mundum erat illuminaturus. Hortulanæ filia Clara appellatur, quia operum claritate orbem terrarum completura nunciatur, vt à vera luce ſponſo dulciſſimo & nomen & virtutem accipiat. Ex Petri nomine confirmabo. Chriſtus Petra ab Apoſtolo vocitatus, *Petra autem erat Chriſtus.* Qui quidem Simoni ait, *Tu vocaberis Cephas*, id eſt, *Petra*, Ioan.1. Vbi appoſitè D. Proſper lib.2. de vocat. Gent. cap.28. *Hæc fortiſſima Petra ab illa principali Petra communicationem virtutis accepit, & nominis.* Non Petrus vacuo nomine gloriatur, accepit enim Dominicum nomen Petri, quia Chriſti Petræ fortitudinem imitatur. Profectò Clara à Sole clariſſimo ſponſo communicationem virtutis accepit, & nominis. *Non eſt igitur Claræ nudum nomen, ſed operatricis futuræ virtutis indicium.*

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes.

Clara verè prudens virgo oſtenditur ex mirabili eius orationis efficacia.

Virginitas enim ad exorandum efficaciſſima aſſolet oſtentari.

7. *Aſſero interim Deiparā preces efficaciſſimas.*

D. Hieronymus aſſeruit fatuis virginibus nomen virginitatis inane, quia erant *terrenis facibus inhiantes.* Nomine tenus virgines illæ fatuæ. Quo quidem me à quadam difficultate expedio. Legens enim parabolæ illam clauſulam, *Nouiſſimè autem veniunt & aliæ virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. At ille reſpondit: Neſcio vos,* mirabar, quòd virginitas orans non exoraret,

Deúmque precibus cogeret ad ianuam aperiendam; exiſtimo enim virginitatem ad impetrandum efficaciſſimam. Igitur ex Hieronymo iam ediſco, ideo non impetrauiſſe, quia vera mentis virginitate, *terrenis inhiantis ſæcibus*, non emicabant.

8. *Clara preces efficaciſſima ex virginitate, ad reficiendas quinquaginta ſorores dimidio panis.* Author Hiſt.

Efficaciſſimas hinc D. Claræ preces recognoſco, erat etenim ex prudentibus virginibus vna; aptiùs ne vnicam vocitarim? *Cum aliquando*, (ait Author ille,) *vnum dumtaxat panem haberet in Monaſterio, quo veſcerentur Religioſæ omnes, contulit dimidium eius Religioſis D. Franciſci. Cúmque aduentaſſet hora prandij, & ſorores haberet quinquaginta, & dimidium duntaxat panem; preces ſuas Virgo direxit ad Dominum, atque poſtmodum iuſſit, vt dimidium illud panis ſororibus diſtribueretur: ac precibus Virginis Claræ ita multiplicauit Deus panem illum, vt omnibus ſufficeret.* Vtinam non ſolùm ſorores quinquaginta, ſed quinque millia menſæ aſſiderent, dimidiati panis annona Clara Virgo preces profundens, omnibus cibos miniſtraret; virginitas enim ad impetrandum efficaciſſima.

9. *Virginis precantis vi exercitus Friderici fugatur.* Author Hiſt.

Addit Author, *Porrò quàm efficax eſſet oratio B. Virginis Claræ, ex præſenti exemplo facilè patere poterit. Cùm enim tranſiret exercitus Friderici Imperatoris per ciuitatem Aſſiſij, & in eo exercitu eſſent multi Pagani, vellentque Monaſterium inuadere, accederéntque Moniales flentes ad Claram ægrotantem. Iuſſit Virgo, vt ſe adferrent in lecto, quo iacebat, ad eum locum, per quem Pagani curabant irrumpere. Cúmque Pagani cœpiſſent aſcendere, Virgo, educta cuſtodia Euchariſtica, poſitáque ſuper menſam, orauit ante ſanctiſſimum corpus ſponſi deuotiſſima Virgo. Audita illico vox cœleſtis: Ego Virginis Claræ filias cuſtodiam ſemper. Qua voce audita, Pagani omnes fuere adeo perterriti, vt alij fugerent, alij exanimarentur, alij caderent, qui tentarant conſcendere parietem.* Si Virgo puriſſima, prudentiſſima orabat, quónam modo non aſſequeretur? Efficaciſſimæ prorſus virginitatis preces. Iam illuſtro.

10. *Diſſimulat Iesvs Matris precantis virginitatē, ne cogatur precibus virginitatis illicò dare Spiritus ſancti merum.* Ioan. 2.

Deficiente vino nuptiarum Canæ, Deipara precata eſt, *Vinum non habent.* Cui Dominus, *Quid mihi, & tibi eſt mulier? Nondum venit hora mea*, Ioan. 2. Quare Filius dulciſſimam Matrem mulierem, & non potius Matrem appellauit? An fuit alicuius indignationis documentum? Minimè, ſed prudentiſſima largitoris munificentiſſimi euaſio, cùm non erat tempus præſtandi, quod Deipara poſtulabat. Quid exiſtimas petiiſſe Mariam? An ſolummodo materiale merum? Profectò ſimul poſtulabat, Diſcipulos, omnéſque fideles Spiritus ſancti mero efficaciſſimo repleri. Quod quidem præſtandum erat poſt mortem Saluatoris. Igitur cùm neceſſarium erat petitioni Mariæ non annuere, Matrem illa non appellauit, ne myſterium natiuitatis ex Virgine obiiceretur, & poſſet quis profari, Virginis preces Dominus repulit. Vocat itaque appoſitè mulierem nomen commune non virginibus. Nam ſi ore aperto Virgo petens obiiceretur, quónam modo Dominus poſſet abnegare? Incunctanter equidem Spiritus ſancti merum è ſuperis profunderetur.

Gaud.

Pulchrè D. Gaudentius tract. 2. *Quoniam vinum Spiritus ſancti ante paſſionem Chriſti, & Reſurrectionem Gentibus dare non poterat, meritò tunc ſinter initia ſignorum matri Virgini reſpondit: Quid mihi & tibi mulier? Nondum venit hora mea.* Vbi donum non mox elargiturus Dominus erat, iuſtè poſtulantis virginitas diſſimulatur.

11. *Per id, quod mater eſt Maria, genuit Deum: per id, quod Virgo eſt, omnia impetrat.* Luc. 1.

Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginē deſponſatam viro, cui nomen Ioſeph, & nomen Virginis Maria, Luc. 1. Preme particulam ſæpe appoſitam, *ad Virginem deſponſatam, & nomen Virginis.* Cur Euangeliſta toties virginitatem Mariæ nunciat? Vt hominibus bonum nuncium exponat. Ac ſi diceret, Chriſtus è Virgine naſciturus eſt. Quónam precor fructu de Virgine exoritur? Porrò Maria ex eo quòd Mater erit, Deum hominibus proferet: ex eo autem, quòd Virgo eſt, omnia hominibus deprecans impetrabit. Pulchrè D. Bernardus ſerm. 3. de Adu. *Datum eſt Mariæ, vt per illam acciperes, quidquid haberes. Quæ per hoc, quòd Mater eſt, genuit tibi Deum: per hoc, quòd Virgo eſt, exaudita eſt, pro reuerentia ſua, in cauſa ſua totiúſque generis humani.* Clara quidem cuncta petens exaudiebatur, quia puritatis Marianæ curabat fulgore ac nitore perfundi. Bernard.

12. *Clara Virgo cœleſtis theſauri claues poſſidet, quia virginitas omnia impetrat.*

Petit præterea, ſororem ad cœlos auolare, impetrat; petit, Monialem ſociam eleuari ad Deiparæ viſionem, impetrat; petit, Regulam, quæ data erat ſororibus rigida, à Pontifice Summo ſine relaxatione confirmari, impetrat; petit, Seraphicum Monialium inſtitutum per vniuerſum orbem ineffabiliter dilatari, impetrat; petit, ſe calicis Dominici participem fieri, impetrat tot annis ægritudine affecta; petit, ad ſuperos adduci, vt Deiparæ Aſſumptæ gloriam cum Angelis, Beatiſque cunctis celebraret, aſſequitur; petit ægrotum à Franciſco immiſſum, ſanitati reſtitui, impetrat; petit vacuum vas oleo repleri, impetrat; petit Vitalem Aſſiſium obſidentem fugari, impetrat; petit Agnetem Germanam Monaſterium inire, impetrat; petit, innumeros accedentes ſanitatis gratia corporalis, ac ſpiritualis valetudine vtraque donari, impetrat. O Clara, clauéſne cœleſtis theſauri geſtas? Ita planè, quia virginitate fulgeo, cui precanti cuncta impenduntur.

13. *Eliæ Virgini claues cœli traduntur.* 3. Reg. 17.

Olim Elias clamat, *Viuit Dominus, in cuius conſpectu ſto, ſi erit annis his ros, & pluuia, niſi iuxta oris mei verba*, 3. Reg. 17. An clauibus theſauri cœleſtis donatus es ô Propheta? *Ingreſſus es theſauros niuis*, & imbrium à Domino præparatos *in diem pugnæ, & belli*, ſed Deo aperiente, & claudente. Profectò claues cœli poſſideo, iuxta verba oris mei precantis cœlum aut reſerabitur, aut claudetur. Vndénam tanta tibi poteſtas? Certè, quia virginitatis fulgore niteo. D. Aldhelmus epiſt. de virginit. cap. 10. *Elias Vates virginitatis gratia decoratus, cœleſtia claustra, & nimborum obſtacula precibus patefecit.* Quid mirum Claræ cœli claues eſſe commiſſas, ſi tanta puritate nitet, vt poſſit innumerabilium Virginum ducere exercitus, niueos equidem theſauros *in diem pugnæ, & belli* præparatas? Aldhelm.

* *
*

Observ.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ.

Clara gladio Euchariſtici panis, cuius ſpecialiſſimo flagrauit affectu, ab hoſtibus inuiſibilibus, ac viſibilibus illuſtriſſimas victorias reportauit.

Aſſero, Euchariſtiam à cunctis hoſtibus reportare victorias.

14. SVnt qui affectant parabolam Virginum eodem ſenſu exponendam ac ſerui vigilis parabolam, de qua Lucas, *ſint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris*, cap.12. Præcinguntur milites ad bella imminentia, vigilias, ſeu excubias agunt. Virgines autem aciem ducunt, ad vigilantiam inuitantur cum inuiſibili hoſte concertaturæ. Porrò Dominus, vt opem ferat, quando à nuptiis reuertitur *præcingit ſe, & facit illos diſcumbere.* id eſt, authore Salmerone, ſpeciebus ſacramentalibus induitur, vt Euchariſtiæ ſemper vincentis virtute arma pugnaturis impendat. Sponſus autem ad cœleſtis epuli Euchariſtici participationem prudentes Virgines admittit, vt valeant hoſtes horribiles debellare.

15. *Clara bella omnia triumphauit gladio panis Euchariſtici.*
Epiſcop. Equil.

Fatur Epiſcopus Equilinus lib. 7. cap. 52. *Clara ab annis puerilibus Chriſti ſeruitio mancipata à B. Franciſco edocta, monitis eius relicto ſæculo die Dominico Palmarum adhuc iuuencula ad Eccleſiam in omnium veſtium ſuarum ornatu procedens, à Summo Pontifice Innocentio III. palmæ ramum accepit. Die quoque ſequenti ad B. Franciſcum acceſſit, & apud S. Mariam de Portiuncula ab ipſo habitum Monachalem cum humilitate petiit, & aſſumpſit. Deducta ergo ad Eccleſiam S. Pauli, graui perſecutione conſanguineorum ſibi excitata, ipſa in ſancto propoſito perſeuerans bella omnia triumphauit.* Puella à Pontifice Summo palmam accipit in præſagium, quòd omnia bella triumphatura exſurgeret. Vndénam quæſo, fragili Virgini fortitudo? Aſſero, ex ſpecialiſſimo, quo in Euchariſtiam flagrauit, affectu. Author Hiſtor. profatur, *Erat Clara deuotiſſima admodum ſanctiſſimi Sacramenti adeò, vt propterea cum eo depingatur.* Tenet Claram manu cuſtodiam, gladium ſcilicet Euchariſticum ſtringit, ad bella omnia triumphanda. Teſtor Friderici exercitum fugatum obiecta Clara Euchariſticum gladium oſtentante, non quidem nudum, ſed in cuſtodiæ vagina opertum.

Author Hiſtor.

16. *Clara in morem Gedeonis, Euchariſtici panis gladio Friderici deleuit exercitum, incuſſo tremore.*

O Gedeonis ſuperantem vires vitaginem! Gedeone propiùs accedente ad caſtra Madianitarum, vnus ex vigilum numero huiuſmodi ſomnium alteri referebat: *Videbatur mihi ſubcinericius panis ex hordeo volui, & in caſtra Madian deſcendere*, Iudic. 7. In Hebræo צליל *pſilil*, Pagninus vertit *torta panis.* LXX. *menſa panis.* Varablus *ſtrepitus panis.* Caietanus *tremor panis.* Profectò Leon à Caſtro Iſa.9. Lorinus *ad Pſalm.*103. & alij aſſerunt panem illum Euchariſtiæ imaginem gerere. Gladius etenim Gedeonis eſt: *Non eſt aliud niſi gladius Gedeonis.* Panis eſt *ſtrepitus*, & *tremor*? Aſpicias precor D. Claram Euchariſticum hunc gladium ſtringentem, mox exercitus Friderici *ſtrepitus* fugientis, & *tremor* excitabitur. Iudic.7. Caſtro. Lorin.

17. *Clara victoriæ multas ex Euchariſtia gladio.*

Profectò Clara difficiliora bella Euchariſtico gladio deleuit, nempe animi hoſtes frequenter refecta hoc cœleſti pane (vti Author Hiſtoriæ aſſerit) ſuperauit. Mundum puella vicit, cognatos deſpexit decertantes, parentum nihili duxit impugnationem, ſecularia ornamenta exuens, ſacci aſperitate indura eſt. Diabolum ſæpè à corporibus hominum deturbauit, eiuſque Regnum euertit, tot Virginibus ad cœleſtem ſponſum Claræ exemplo properantibus. Carnem ſic ſpiritui obedientem conſtituit, vt tota corporis conſtitutio in ſpiritus ceſſerit ditionem. Quonammodo poſſet tot triumphos reportare, niſi cuſtodiæ Euchariſticæ gladium ſtringeret. Hæc præcipua bella, quæ Clara ſopiuit. Iſaias, *In bellis præcipuis expugnabit eos*, cap. 30. Hebraicè, *in bellis oblationum, ſeu eleuationis, id eſt, Hoſtiæ, quæ eleuatur.* Ita vt bella eleuationis ſint illa, quæ non armis fiunt, ſed Euchariſtici eleuatione gladij. Sic Forerius expoſuit. Cyprianus ſerm. de Natiuit. *Sacramentorum communicatio, per quam Chriſti corporis ſinceritate vnimur, in tantum nos corroborat, vt de Mundo, de diabolo, & de nobiſmetipſis victoriam patiamur.* Iſa 30. Cyprian.

18. *Palma datà à Præſule ſummo Claræ, victorias ex Euchariſtico gladio præſignabat*

Dauid, *Et erit firmamentum in terra*, Pſ.71. Rabini apud Galatinum, *Futurum eſt, vt triticum palmeſcat, & aſcendat ſicut palma, & hoc in diebus Meſſiæ.* Palma Claræ datur à ſummo Præſule in victoriarum tot, ac tantarum indicamentum. Sed à cœleſti Pontifice ei vera palma, id eſt, panis Euchariſticus exhibetur, quo victoriæ illæ erant comparandæ. *Quæ eſt iſta quæ aſcendit ſicut virgula fumi?* Cant.3. Hebraicè, *ſicut palma.* Gracilis eſt virguncula Clara, ſed vndénam in palmam fragilitas reddita? Euſebius Cæſar. *lib.*1. *cap.* 20. affirmat illo aſcenſu virgulæ palmatæ Euchariſticum ſacrificium adumbrari. In palmam conuerſa eſt Clara Euchariſtici ſacrificij protectione. Pſalm.71. *Clara eſt palma victoria.* Cant.3. Euſeb. Cæſ.

19. *Cuſtodia Euchariſtica eſt Clara aduerſus omnes hoſtes animi præſidium.*

Paraſti (ait Dauid) *in conſpectu meo menſam aduerſus omnes qui tribulant me*, Pſalm.22. Aduersùs omnes hoſtes tribulantes vnius menſæ ſufficit apparatio? Mundus, Diabolus, Caro ſuperantur vnius menſæ oſtentatione? Quærit D. Chryſoſtomus. *Quis eſt iſte, ſeu iſta, inimicos tam facile vincent, vt prandens trophæum erigat?* Liceat reſpondere, Iſta tam facilè ſuperans hoſtes animæ Euchariſtiæ obiecta cuſtodia, Clara eſt. Pſalm 22. Chryſoſt.

20. *Armatur Clara eſu Agni Euchariſtici aduerſus exterminatorem.*

Armauit Deus Claram quemadmodum Moyſes Hebræos muniuit eſu Agni, quem immolauit noctem ante illam, qua exterminator in primogenitos Ægypti deſæuiit, Exod. 12. Ad quæ Ambroſ. in Pſalm. 118. *Ideo ſanctus Moyſes, vt hoc præueniret tempus, ac ſine Hebræorum fraude tranſiret, Agnum antè immolauit, hoc eſt, veſperi, vt manducantes eum, non occuparentur exterminatoris inſidiis; ne inermes & vacuos ſpiritualis alimenti nocturna ſpicula tenebroſi hoſtis opprimerent.* Et infrà: Præueni Exod.12. Ambroſ.

& tu inſidias tentatoris, inſtaura priùs *cœleſte conuiuium.* Sic Clara, cunctos & viſibiles, & inuiſibiles ſuperauit hoſtes, quia priùs cœleſte epulum inſtaurauit.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Et quinque prudentes.

Prudentiſſima Clara virili conſtantia ſe ad fœmineæ fragilitatis ditionem minimè pertinere, oſtendit.

Agnata equidem fœminis inconſtantia.

21. Origen. ORigenes, *Et quinque erant prudentes,* conſtantes, pudicæ, fideles, charitate illuſtres. *Quia ſe inuicem ſequuntur virtutes, & qui vnam habet, omnes habet.*

22. *Clara conſtantia.* Clara cunctis virtutibus ſe oſtendit illuſtrem, ſed præcipuè emicat conſtantia fœmineam tranſcendens fragilitatem, quæ quidem virtus cuncta videtur ſanctitudinis documenta copulare.

23. *Muliebris inconſtantia à Domino numero non addicitur inter viros.* Num. 1. Ioan. 6. Cyrill. Quidquid eſt, ſexus maſculini à vigeſimo anno vt ſuprà, iubet Deus numerari, Num. 1. An fœminæ erant numerandæ? Minimè ob ſexus inconſtantiam. Euangeliſtæ eundem in numerando morem ſeruauere: *Diſcubuerunt ergo viri quaſi quinque millia,* Ioan. 6. Cur fœminæ non recenſentur, cùm miraculi vis ad tot fœminas reficiendas pane mirum in modum illuſtraretur, ſi magnus earum numerus appareret? Reſpondet D. Cyrillus lib. 3. cap. 16. *Secutus eſt, vt puto, Euangeliſta Scripturæ conſuetudinem, in qua nec fœmina, nec puer aliquis numeraretur. Ita conſtantia, quæ nullam habet muliebrem, ac puerilem leuitatem in bonis, in libro Dei conſcribitur.*

24. *Mulier omnis inconſtantia.* 1. Cor. 19. Hinc Paulus, *State in fide, viriliter agite,* 1. Cor. 19. An ſi viriliter non egiſſent illi, in fide perſiſterent? Minimè; quia fœminis inconſtantia tribuenda eſt. Ambroſius, *Muliebris enim omnis inconſtantia, & varietas indicatur. Omnis inconſtantia,* inquit appoſitè; quia non ſolùm fœminea fragilitas inconſtantia laborat, ſed & omnem continet inconſtantiam, & varietatem.

25. *Maria fortis mulier inuenta eſt.* Prou. 31. Bernard. Ioan. 19. Fatur Salomon experimento edoctus, *Mulierem fortem quis inueniet?* In Græco, *virilem. Procul, & de vltimis finibus pretium eius,* Prou. 31. Hebraicè, *Longinquum ab vnionibus pretium eius.* Hæc eſt inuenta vna illa pretioſa margarita, (Salmero ſic Mariam *tom. 7. tract. 11.* appellauit.) ſeu, vt Bernardus loquitur hom. 2. ſup. Miſſus. *Virgo illa Regia gemmis ornata virtutum, quæ quia manum miſit ad fortia, meruit Regnum ſuper genus humanum.* Quæ ſola, orbe concuſſo, *ſtabat iuxta crucem,* Ioan. 19. An ſola Maria conſtans inuenta?

26. *Clara Dauide cõſtantior, quæ nõ ſemel, ſed ſæpe naturam abnegauit.* 2. Reg. 23. Angelon. Epiſcop. Equil. Profectò & Clara conſtans admodum inuenitur, & inter viros fortiſſimos adnumeranda oſtentatur. Fortis ne Dauid? Inter viros Rex ille fortiſſimus, conſtantiſſimúſque deſcribitur, quòd tribus viris fortiſſimis, facto per hoſtes itinere aquam illi optatiſſimam afferentibus, & offerentibus, *noluit bibere, ſed libauit eam Domino,* 2. Reg. 23. Vbi Angelonomus apud Gloſſ. *Exemplum fortitudinis, & conſtantiæ militibus præbuit Dauid, vincens naturam, ne biberet.* Porrò Dauidem ex hoc capite Clara fœmina clariſſima ſuperauit. Nam ſi ſemel ille *vicit naturam* ſitientem, ſemper illa naturam inconſtantem. Ait Epiſcopus Equilinus, *In ſancto propoſito ſemper perſeuerans, bella omnia triumphauit.* Abſtinuit ſemel ſitiens Dauid à potu? *Ieiuniis Clara ſemper intenta fuit.*

27. *Clara vicit fœminas, quæ crucifixi ſepulturam honorarunt, conſtantiùs hærens non ſepulcro, ſed cruci ſuffixo.* Chryſoſt. Epiſcop. Equil. Author Hiſtor. Chryſoſtomus aſſeruit mulieres illas, quæ conſtantes ſe in Paſſione Dominica exhibuere, fœmineam viciſſe inconſtantiam, virilémque imitatas eſſe fortitudinem. *Quanta,* ait, *illarum conſtantia eſt, ſequebantur ipſum* IESVM, *miniſtrantes ei vſque ad pericula. Quare primæ quoque ipſum viderunt, cùm ſurrexiſſet.* Imitata eſt Clara fortium fœminarum pietatem, æmulata conſtantiam. *A ſero Cœnæ Domini,* (addit Epiſcopus,) *vſque in Sabbatum ſanctum in ecſtaſi aſſumpta Paſſionem Dominicam in ſpiritu contemplata eſt: & ad ſe rediens, vnius ferè horæ ſpatio vix putauerat, ſe dormiiſſe.* An non diu cum Domino patiente perſiſteret, quæ compaſſionis tot dies vix horam reputauit? Author Hiſt. adiicit, *Erat Clara dedita admodum Paſſionis contemplationi, in qua multas fundebat lacrymas, ſibique videbatur, quòd Chriſtum ſemper ante oculos ſuos haberet. In forma AEthiopis Dæmon apparet, & taxat, quòd tantopere fleret. Quid ploras tam conſtanter cæcitatis periculo? Cui Virgo conſtantiſſima: Si præ lacrymis cæca efficiar, aderit ſororibus perfectior gubernatrix.* An non conſtanter Chriſto ſuffixo hæreſceret, quæ tam conſtanter pertulit compaſſionis luctus.

28. *Clara iuſtè inter fortiſſimos viros computatur parens tot egregiarum Virginum.* 4. Reg. 14. Cùm Scriptura non ſoleat genus mulierum recenſere, matrum Regum Iuda nomina commemorat. An quòd Regum matres? Minimè, quia Regum Iſraël matrum nomina ſilet. Differentiæ huius plures cauſſas Abulenſis aſſignat *q. 2. ad 4. Reg. 14.* Quibus addo cum doctiſſimo Societatis noſtræ Interprete ideo matrum Regum Iuda fieri memoriam, quia tam fortes generoſóſque filios ediderunt. Ab iis ſcilicet originem trahentes, qui transfretandi pelagus fortiſſimi Duces extitere. Clara quidem meritò inter viros debet annumerari innumerabilium mater Virginum, quæ & multitudine & puritate Agno Paſtori dignum poſſum gregem efformare.

29. *Ioſepho Clara conſtantior apparet.* Gen. 49. Caiet. De filio Ioſepho Iacobus profatur, *ſedit in forti,* (alij *in fortitudine,*) *arcus eius,* Gen. 49. Liceat vulgariter exponere, *Aſſentò en vn varon fuerte y aun la fortaleza miſma, el Arco.* Cur Ioſephus fortis, ſeu fortitudo ipſa appellatur? Caietanus, *Num ex conſtantia virtutis ſuæ, qua meruit exaltari à Pharaone?* Ita planè. Tam conſtans Ioſephus, vt fœminæ rogantis repulerit audaciam. Quæ tot victorias ex animi hoſtibus beatiſſima Clara reportabit, potiori iure debet appellari conſtantia. Hæc de te tuiſque filiis, ô Seraphice Pater, prælibaſſe ſufficit inſtituto meo; egregiis virtutibus multa quidem volumina non ſufficerent.

***

LIBER OCTAVVS.

REDEMPTORES.

PARS PRIMA.

NOLASCVS.

PARAPHRASIS, AC COMMENTARIVS literalis ad caput decimumnonum Matthæi, petendi ex Tom. 4. lib. 1. Part. 4.

Panegyrici Morales circa litteram in Nolaſcum.

PROLVSIO.

CVM audio illam Domini promiſſionem: *Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet*; recognoſco D. Petrum Nolaſcum Ordinis S. Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum Magiſtrum magnificentiſſimè fuiſſe à Domino muneratum, quia & Regiam domum, & opulentiſſimam hæreditatem, & propinquos Regios, & nuptiarum illuſtrium ius Domino prælibauit. Hieronymus, *Qui ergo hæc reliquerit in hoc ſeculo, multos inueniet fratres ſecundùm fidem, & patres, & filios, & domos*, &c. Porrò oculis obiicio ipſum Nolaſcum tot filiis præclariſſimis & militiæ robore ad Deiparæ protectionem, & ſanctitatis, ac ſapientiæ virtute ad vtramque ſpiritualem, ac temporariam hominum redemptionem, ſtipatum, ſeu potiùs illuſtriſſimè coronatum; parentum myriades in vno contemplor. Ipſe ſæpe Pater exſurgit, qui Abrahæ paternitatem ſuperauit. Mille ſupra viginti numerantur ſtellæ? Domus Nolaſci tot luminaria ab Authoribus recenſentur, vt non iam in ſtellis, ſed in Empyrei cœli tabernaculis, Diuis præparatis à ſeculo, quodammodo comparari poſſint. Ideo Dominus, *ſedebitis & vos*. Non igitur ſolùm centum vni eorum, quæ reliquit, ſed pluſquam mille correſpondent. Quid reliquit Nolaſcus? Regias certè diuitias obiecit; auguſtiori

Ligni vitalis, ſeu Fũdatorũ; FRVCTVS OCTAVVS

 ſpei

ſpei nuncium remiſit. At Apoſtolos imitatus plura admodum affectu dimiſit. Vnde tanta vel temporarij præmij vbertas ex Ordinis miris incrementis, immenſurabili reor affectui reſpondiſſe.

SECTIO PRIMA

Perfecta nudatio.

TEXTVS.

VERS. 27. ECce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te; quid ergo erit nobis? 28. IESVS autem dixit illis: Amen dico vobis, quòd vos, qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cùm ſederit Filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim Tribus Iſraël.

IN NOLASCVM

PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS CIRCA LITERAM.

EX PERFECTA NVDATIONE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.

Apud dexteram manum infantis Nolaſci apum examen viſum condere fauum mellis, manus illius munificentiam in pauperes præſignans.

Hinc colligo benedictionum Nolaſci vbertatem, quia pietas in pauperes cæleſtibus muneribus donatur.

1. TVNC *reſpondens Petrus dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia.* Nunc autem alter Petrus prius quàm nomen accipiat, recèns natus, dum infans fari poteſt: *Ecce & nos reliquimus omnia.* Apoſtolico affectu nihil mundiale in manu retineo.

2. Vix ortus Petrus Nolaſcus, cùm examen apum viſum in dextera pueruli fauum mellis exædificare. Prodigium ab Authoribus datum planè fuit ineffabili Nolaſci miſericordiæ, qua cuncta diſperſit egenis. Vnde ſub natalitio infantis, ex oppidis vndique ingens inopum turba haud vocata ad domum accurrit nobiliſſimi Guillelmi, & Theodoræ parentum, quaſi iam Nolaſci charitas clamitaret, *Si quis paruulus* egenus, *veniat ad me, & viuat.*

Circa munificentiam Nolaſci, ſeu eleemoſynæ, præſagia. Ex Ord. Chronicis.

Quarto ætatis anno propria manu paruula non parua ſubſidia pauperibus quotidie diſtribuebat, lacrymas profundens, & eiulatus, ſi aliquibus non ſuppetebat annona. Dierum proceſſu pietas roborata, ſiquidem non ſua ſolùm, ſed ſe ipſum captiuorum pauperum redemptioni impendit.

Hinc colligi datur, quàm vberis cœleſtis fuit 3.
benedictione affectus. An non in pauperes pietas omnimodam acquirit Dei benedictionem? Tam benignus in pauperes, tam munificus in egenos Nolaſcus ineffabilibus proculdubio fuit cœleſtibus muneribus exundans. Variis virtutibus Diui præfulſere, quibus variæ Dei congratulationes, ac benedictiones reſpondent. Fœminæ fidem laudans, ait: *Fides tua te ſaluam fecit.* Patientiam hominis commendans, inquit: *Ecce ſanus factus es.* Sponſæ efferens varias virtutes, clamitat: *Pulchræ ſunt genæ tuæ turturis*, ob modeſtiam. *Collum tuum ſicut monilia*, ex obedientiæ fulgore. *Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis!* ob diligentem ad obſequendum feſtinationem. At vnum pauperum amatorem cunctis ſimul cœleſtibus benedictionibus donare videtur. Fatur Nazianzenus Orat. de paup. amore. *Dicet Dominus animæ tuæ: Salus tua ego ſum. Fides tua te ſaluum fecit. Ecce ſanus factus es, nec non omnia benedictionis verba, ſi ſolùm te dolentibus, aut egentibus, viderit humanum.* Omnibus benedictionis verbis te Nolaſce, dignum agnoſco, dum video tuum erga pauperes affectum potius natum, quàm acquiſitum.

Nolaſcus pauperum amator omni benedictione cæleſti plenus.

Nazianz.

Annon apes faui excitatrices non murmure, ſed cantu protulere? Ex floribus, & rore 4.
fauus? Benedictionum tuarum præſtantia exprimitur.

Apes annũciant bene-

dictiones Nolaſci ex rore cœli, & pinguedine terræ. Geneſ. 27.

exprimitur. Iacobo Iſaac, *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam, esto dominus fratrum tuorum*, Geneſ. 27. Si fauus ex rore cœli, & pinguedine terræ, floribus ſcilicet agri pleni conficitur: ipſe fauus dulciſſimus, qui prænunciat Nolaſci dexteram erga pauperes munificentiſſimam, ſimul indicat futurum fauum omnibus redundantem. Hæ etenim pauperum amatori præparantur. Chryſ. *Omnes Deus in Iacob benedictiones effudit.* Quare? Reſpondet Pater: *Det Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ tibi, qui edulia attuliſti.* Fameſcenti ſuccurris diligenter? Omnibus benedictionibus donaris. Nolaſcus equidem vicit diligentiam Iacobi. Ille à matre monitus pergit ad gregem, vt offerat cibos? Hic à matre editus in lucem illicò feſtinat ad pauperes. *Det* igitur *tibi Deus*, ô Nolaſce, (*qui edulia attuliſti*) *de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam*, mira ſanctitate præfulgeas, ingentibus temporariis incrementis, ad tot domorum exædificationem, ad tot captiuorum redemptiones, doneris; *esto dominus fratrum tuorum*, fratrum ſanctiſſimorum, ac doctiſſimorum è cathedra, è ſuggeſtu, patens efficeris, à fratribus Regibus adoraris.

Chryſoſt.

5\. *Sine vſu rationis Nolaſcus puer intelligit ſuper egenum, & pauperē. Ideo benedictionibus opplctur.* Pſalm. 40.

Video Nolaſcum infantem ſine intellectu iam intelligentem pauperum clamores. Accurrunt ad recens natum inopes, ad quatuor annorum infantem confluunt: dum ſuppetit, quod tribuat, exultat: dum deficit panis, qui fari neſcit, plorare ſcit, nec quieſcit niſi adlatus panis pueri componat querelas. O ſine intellectu ſapiens! Quid non beatiſſimum omnes prædicemus? *Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem. Dominus conſeruet eum, & viuificet eum*, Pſalm. 40. Qui priuſquam vi intelligentiæ vtatur, iam intelligit ſuper egenum, iam callet pauperum clamores, beatiſſimus futurus obiicitur. Clamate, pauperes, *Dominus conſeruet eum, & viuificet eum*, &c. Nec dubitarim, tam ingentes Nolaſci profectus illi prænaturæ ſuper inopes intelligentiæ tribuendos. Vnde adnotat D. Chryſologus ſerm. 15. *Non dixit, conſeruat, & viuificat; ſed dixit, conſeruet, & viuificet. Dixit non vt denunciantis vox ſit iſta, ſed rogantis: Dominus conſeruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra.* E pauperum deprecationibus tanta Nolaſco beatitudo?

Pro eleemoſyna lagitoribus inopes deprecātur, dum accipiunt. Chryſol.

Observat. II.

Ad illa verba:

Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.

Nolaſcus mirum in modum creſcens obiicitur benedictionibus vberum Mariæ, erga quam cum lacte exſuxit affectum:

Innuo, pueros ſub Virginis tutela feliciter educari.

6\. *Ara No-*

Illā particulā, *omnia reliquimus*, innuuntur illa, de quibus Dominus adiicit, *& omnis qui reliquerit domum, aut patrem, aut matrem*, ſpecialiſſimè perfectionis ſtudioſis indicta patris, & matris renunciatio, vt renaſcantur Domino.

laſcum filium dilectiſſimū eſſe Mariæ.

7\. D. Nolaſcus, me auctore, non naſcitur ex matris Theodoræ vtero, ſed potiùs fugit maternum habitaculum, vt ad Deiparæ gremium nouus filius exſurgat. Tam mirum erga Virginem Nolaſcus puerulus oſtentauit affectum, ac ſi ex Mariano vtero proceſſiſſet, ac ſi Deiparæ vberibus eſſet exceptus. Octo annos numerabat puer, & iam innumerabiles Deiparæ imagines congeſſerat, quibus in omnibus Palatij Viſcomitiſſæ Narbonenſis auunculæ (vbi educabatur à Gaufredo Monacho Ciſtercienſi) cubiculis, ac officinis altariola extruxit: vt ſcilicet malitiæ Hæreticorum, qui Virginis gloriam obſcurare curabant, iam incunabulis Alcides opponeretur. Quarum imaginum nec vna non miraculorum patratrix euaſit: præcipuè quæ à quodam milite (Coroliano auctore) Gallo ex ſanguine in Palæſtinam tranſlata eſt, vbi apud Damaſcum fons olei efficitur plures cæcos illuminatura. Soldanus Damaſcenus apud imaginem illam Siloë fontis experitur effectus, & filij Deiparæ Nolaſci memoriam concelebrat. Comes D. Ramon de Toloſa, cuius in domo Nolaſcus nutriebatur, ægrè ferebat pueri erga Virginem deuotionem, propter excitatas à contrariæ Religionis alumni iniuſtas querelas. At Nolaſcus moribus ſenex nec minis cedebat.

A natalitiō Nolaſcus Deiparæ obſequio addicitur à cum lacte ebibit deuotionem. Chron. Ordiū. Coriol.

8\. O beatiſſima infantia Mariæ vberibus excepta! O benedictionum innumerabilium documentum! De Ioſepho fatur Iacob, *Diſſoluta ſunt vincula brachiorum, & manuum illius per manus potentis Iacob. Inde Paſtor egreſſus eſt lapis Iſraël. Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli deſuper, benedictionibus abyſſi iacentis deorſum, benedictionibus vberum*, Geneſ. 49. Vix ex vteri carcere Nolaſcus egreditur, & faſciarum ſunt vincula diſſoluta, cùm omnibus benedictionibus replendus oſtenditur, quia benedictione vberum donatus eſt: *Benedictionibus vberum.* Mariæ piiſſimis vberibus excipitur; &, vt vulgariter expendam, *Mamò con la leche la deuocion de Maria.* Exponit ſic particulam illam Ambroſius, *Omnipotens benedicet tibi benedictionibus vberum. Mariæ dicit vbera, quæ verè benedicta erant; quibus Virgo populo Domini potum lactis immulſit.* Populo immulſit, dum poſt Iesvm vnus Nolaſcus enutritur à Virgine, è quo tot filij enaſcuntur Eccleſiæ. Hanc benedictionem reliquæ conſequuntur, quia Nolaſcus *benedictionibus cœli deſuper*, ex mira ſanctitate donatur: *benedictionibus abiiſſe deorſum*, ex filiorum multiplicatione, iuxta Lyranum. *Multiplicabit tibi filios ex bona diſpoſitione terræ.* Dum ſcilicet Reges certatim extruendis Monaſteriis operam impendunt.

Nolaſcus benedictionibus vberū Mariæ plenus; quia à Virgine educatus. Geneſ. 49. Ambr.

9\. Mirum eſſet, Nolaſcum benedictionibus vberum donatum eſſe (licèt tam magnum ſit) ſi & vuluæ benedictionibus non redundaret: An non plus eſt Diuum aliquem filium eſſe Mariæ, quàm alumnum? *Omnipotens benedicet tibi benedictionibus vuluæ*, Geneſ. 49. Nolaſcus Virginis recurrit ad vuluam vt cœleſtis Mariæ filius renaſcatur; nam, auctore Ruperto, & vberum, & vuluæ Marianæ mentio peragitur:

Nolaſcus Mariæ dilectiſſimus filius. Geneſ. 49.

gitur. Quænam vuluæ benedictiones? Profectò qui Mariæ filius exponitur, virginitate cœleſti niteat neceſſe eſt. Ergo Nolaſcus virgo fuit integerrimus. Haud poſſim æquare verbis adoleſcentis apud Palatium ſeculare puritatem Angelicam. Fratrem IESV appellabo? Non tam audax calamus auolabit. Ioannis Euangeliſtæ lubet fratrem vocitare Nolaſcum. Chriſtus è cruce Matri locutus de Ioanne indixit, *Mulier ecce filius tuus.* Deinde Diſcipulo: *Ecce Mater tua. Et ex illa hora accepit eam Diſcipulus in ſua.* Alij *in ſuam*, nempe Matrem, Ioan.19. Vbi Salmeron noſter doctiſſimus, *In Ioanne virgine ſpecialiter Deiparæ omnes virgines.* Plus affirmarim, ſcilicet homines tutelæ Virginis ſubditos virgines effici ſocios Angelorum. Quia Mater Maria filios cùm parit, adoptiuos virgines edit. Galfridus appoſitè. *Quodammodo Ioannes Virginis Matris in virginitate filius fuit. Cuius illa ſi non carnem, carnis tamen integritatem edidit: & illum ſi non hominem, tamen virginem genuit.* Preme, *ex illa hora accepit eam Diſcipulus in ſuam* Matrem. Si vir Ioannes virgo à Virgine eum adoptante editur: non tribuetur pueruli Nolaſci virginitas Deiparenti, quæ non virum, ſed infantem ſub tutela recepit? *Cæterum* (Galfridus addit) *multos hodie parit ſanctiſſima illa, fœcundiſſimaque virginitas.* Teſtor vtriuſque ſexus Nolaſci filios ſtola animi candidiores, quàm corporis indumento. *Quàm felix huiuſmodi generatio, fœcunda ſuo modo ſimul, ac incorrupta poſteritas.* Quis crederet Nolaſcum nuptias illuſtriſſimas abiicientem, ſpei poſteritatis ſecularis renunciantem tot filiorum ſpiritualium futurum Protoparentem? Certè qui virginitatis Marianæ incorruptionem & fœcunditatem contemplatur, cuius imaginem Nolaſcus expreſſit.

Ioan.19.

Salmeron.

Galfr.

Nolaſcus innumerabilium Virginũ parens.

10. *Nolaſcus hæres Matris Mariæ.* Ioan.19.

Filius Deiparæ Nolaſcus? Ergo hæres. Redeo ad verba illa Dominica, *Mulier, ecce filius tuus,* Ioan.19. Addit ipſe Ioannes, *& ex illa hora accepit eam Diſcipulus in ſua.* Alij, *in ſuam hæreditatem.* Liceat mihi ordine inuerſo aſſerere; & ex illa hora accepit Diſcipulum Mater Maria in ſuam hæreditatem. Bona enim Matris filiis præparantur. Salmeron ait, *B. Virgo tanquam Mater ſpiritualis Ioannem, & nos omnes in filios Dei, & Chriſti fratres, ſuis precibus, & meritis dicitur adoptaſſe: quatenus omnium bonorum ſuorum, & meritorum tanquam Mater nos hæredes effecerit.*

Salmer.

11. *Beneficia Virginis Nolaſco collata.* Hiſtor. Ordin.

Longum fuiſſet tempus inſumendum, ſi beneficia à Deipara Nolaſco filio dilectiſſimo collata conaremur ſcribere. Viſa ſæpè Religioſis dormientibus benedictionem impertiri. Incuria miniſtri haud datum ſignum ad Matutinas horas. Serò Fratres ad chorum accedunt; ſed Deiparam Nolaſci filij ſedem occupantem aſpiciunt, Angeloſque dulciſſimè Pſalmos præcinentes exaudiunt. O Barcinonenſe Monaſterium ex deſcenſione Mariæ totius Ordinis meritò Princeps! Profectò Nolaſcus reſiduum noctis (diei clariſſimi dixerim) experiuit æternum, quia in gremio Deiparentis dulciſſimè requieuit. An Petre, bonum nos hîc eſſe? Bonum omnino. Num ad Tabernaculorum extructionem accingeris? Minimè planè, quia in eodem, quo Conditor, Tabernaculo requieſco, fante Maria, *& qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo,* Eccli.24.

Eccli.24.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.

Nolaſcus Saluatorem Cruciferum ſequitur, vt Deiparam protegat ab Albigenſibus impugnatam: Ordinemque inſtituit temporali pugna, ſpiritualiſque certamine Virgini propugnaculum præparantem.

Aſſero, per Mariæ obſequium exhibitum nobis victorias, puritatem, imperium diuitiaſque cœleſtes præparari.

Aſſerit Anſelmus perfectionis ſtudioſos, quocumque ierit, ſequi Saluatorem virgines imitando, qui ſequuntur Agnum, ſiue horribile bellum hoſtibus tartareis indicat, ſiue ad paradiſum contemplationis auolet, ſiue ad Euchariſticum conuiuium extruendum accedat. *Tota* (ait ille) *perfectio eſt,* Saluatorem inſequi Ductorem. 12.

Fructus deuotionis Deiparæ vel temporary. Anſelm.

Porrò Nolaſcus Chriſtum eſt ad campum ſecutus. Albigenſes enim hæretici Deiparæ hoſtes teterrimi gloriam eius totis viribus conabantur ſolo æquare. Vt reprimeret hominum, ſeu dæmonum illorum audaciam Innocentius III. Pontifex Max. Cruciatæ expeditionem prouidit. Legato Epiſcopo Oxomenſi, ſociis autem duodecim Ciſtercienſis Ordinis Abbatibus, quorum vnus fuit Gaufredus Nolaſci pædagogus. Cùm Petrus noſter duodecimo ætatis anno exitiali morbo premeretur, Comites auunculi licèt Albigenſium teneren-tur errore, affectu tamen valetudinis Nolaſci ad D. Dominicum Albigenſium flagellum accurrunt, vt dignaretur puerum viſitare. Dominicus ſua eum præſentia ſalute donat, profatus: *Vtinam Francia tot à me ſpiritualia commoda recipiat, quot à Puero iſto patria mea recipiet Hiſpania!* Surgit Nolaſcus à lecto, & illico vexillum Deiparæ imagine illuſtre erexit, aſſerens milites ſe aduersùs Virginis hoſtes collecturum. Cruciata ergo contra hæreticos expedita, communi fidelium conſenſu Comes Simon de Monforte Dux primus eligitur. Nomen dat militiæ Nolaſcus, puer tam fortiter pro Virgine Parente decertauit, decimoſeptimo quidem ætatis anno, vt aſſerat Belnaldus Guidus ex Prædicatorum familia, & Alanus Britan. Deiparæ illam imaginem in vexillo Nolaſci depictam maiorem ſtragem hoſtibus excitaſſe, quàm exercitus copiam. 13.

Nolaſcus aduersùs Albigenſes perpetuæ virginitatis Deiparæ impugnatores, validiſſimè Marte dimicauit vtroque. Hiſtor. Ordin.

Iam vigeſimum annum agebat, cùm orans feruentiſſimè D. Vitalis, vidit oliuam vberem, quam turba hominum crudelium dilacerabat, cœleſti voce opem Petri implorantem. O quàm anxiis precibus Nolaſcus impetrauit ſibi ænigmatis ſenſum exponi! Apparet Deiparens, aſſerit oliuâ Eccleſiam ſignari, ab hæreticis, ac peccatoribus impugnatam: ipſiuſque 14.

Ordinẽ militarem inſtituit pro Deiparæ defenſione. Hiſtor. Ordin.

ipſiúſque Virginis glotiam, quam aduerſarij conſpurcare curabant. Indicit viro Religionem excitandam, cuius ſpeciale munus Eccleſiam defendere, Chriſticolas captiuitati addictos redimere, ac Deiparæ perpetuam puritatem candido indumento profiteri, & verbis, ac operibus defenſare. Militaris igitur Ordo B. Mariæ de Mercede erigitur Petro Nolaſco Fundatore, qui ad ſacrum cœtum admiſit Guillelmum Bas ex domo Comitis Guillelmi fratris Reginæ Mariæ, Iaimi Regis parentis. Ex Equitibus ac Sacerdotibus Ordo militaris exſurgit, vt Moſes precibus Ioſue victorias præſignaret. Primi Nolaſci ſocij quatuor votis ſolemnibus muniuntur. Equites Fr. Guillelmus de S. Iulian, Fr. Hugo de Metaplana, Bernardus Schona, Pontius Solanes, Raimundus de Montolio numerantur; quos Rex Iaimus Equites armauit, eorum pectora muniens Religionis inſigni. Sex autem choro deputantur, ac Altari, nempe Nolaſcus, Guillelmus Bas, Berenguerius Caſanus, Dominicus Doſſo, Raymundus Vlſtretus, & Bernardus Coruaria. Tot Nolaſcus viuens Ordinis incrementa vidit, vt Abrahæ poſſet & ætatem, & gloriam prolificam exæquare.

Socij primi Nolaſci.

15\. Quid mirum tot Nolaſco adſcribi victorias, ſi Matia duce dimicauit? Olim inſignum victoriæ illuſtriſſimæ vellus extitit Gedeoni. *Dixitque Gedeon ad Dominum: Si ſaluum facis per manum meam Iſraël, ponam hoc vellus lanæ in arca*, Iudic.6. Ponitur Ordini, ſiue exercitui Gedeonis Nolaſci ſignum victoriæ Deiparæ nomen & protectio. Si ſaluam facis per manum Nolaſci Hiſpaniam, & Franciam, ibique Virginis puritas ab impugnatione hæreticorum liberatur: *ponam hoc vellus*; imò quia vellus hoc à Nolaſco ponitur, feliciſſimus triumphator exſurgit. Vellere quidem ſignificari virginitatem Mariæ, (quam Nolaſcus poterit) Ephrem, & alij Patres apud Del-Rium *Polem.5.* Caniſius *lib.2. de Deip. cap.6.* Barradius *tom.1 lib.7. cap.10.* & alij aſſeruerunt. Dic autem Deipara vellus lanæ propter integritatem virginitatis, qua in corpore ſine corpore vixit. Chryſol. ſer.143. *Vellus cùm ſit de corpore, neſcit corporis paſſiones: ſic beata Virgo immunis fuit ab omni immunditia.* Rupertus, *Sicut pluuia in vellus aſcendit ſine omni corruptione, & dolore ipſius velleris: ita ipſe Rex naſcitur de Virgine ſine omni corruptione.* Proclamat igitur Nolaſcus. *Si ſaluum facis per manum meam Iſrael, ponam hoc vellus*, &c. Certè, quia hoc vellus in vexillo priùs, poſt modum in Ordinis titulo hoſtibus expoſuiſti, totus orbis ſalute donatur.

Innumerabiles Nolaſci victoria ex Virginis protectione. Fuit enim Virginitas Mariæ quã Nolaſcus defendebat, ſignum fortiſſimo huic Gedeoni victoria.
Iudic.6.
Ephrem.
Caniſ.
Barrad.
Maria Virginitas.
Chryſol.
Rupert.

16\. O quàm rutilans Nolaſcus, eiúſque milites quàm ſpecioſi oſtentantur candido Deiparæ amictu! Annon indumenta hæc alba Virginis adſtruunt puritatem? Ergo appoſitè Maria velleri comparatur. Ambroſius, *Rectè Maria velleri comparatur, de cuius fructu ſalutaria populis veſtimenta texuntur.* Si populis, quid Ordini ſanctiſſimo, cuius ſe Maria Ducem expoſuit? O Religio illuſtriſſima illius velleris lana veſtiris, quæ cœlum tegere, Deum voluit exornare. Hugo, *Virgo ſanctiſſima orbem terrarum tegit, ac Deum ipſum exornat.*

Rutilans, ſpecioſus Nolaſcus, eiuſq; Ordo ex virginitatis Mariæ patrocinio.
Ambroſ.
Candor ornat Deiparæ.
Hugo.

17\. Hinc ſemper victricem, ſemper hoſtibus imperantem Ordinem Nolaſci recognoſcam, quia Mariæ cuncta præſtant obſequium. Vellus imperij eſt ſignum. Poëta cecinit Eclog.4.

Nolaſco cuncta præſtant obſequium.

Ipſe, ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera luto. Virgil.

Vbi ex aliquorũ interpretatione Pollioni, ſiue Auguſto imperium auguratur eo ſignatum portento. Annon verius dixerim in vellere Virginis adumbratum Imperium. Anſel. *Spiritus ſanctus Reginam, & Imperatricem cœli, & terræ, & omnium, quæ in eis ſunt, fecit Sponſam ſuam.* Et Bonauent, *Hoc competit tantæ Imperatrici, quæ re vera domina eſt cœleſtium, terreſtrium, & infernorum.* Nolaſcus indumentum ex puriſſimo Marianæ virginitatis vellere oſtentat, excidunr hoſtes, ante pedes fortiſſimi Ordinis prouoluuntur.

Virginis imperium.
Anſelm.
Bonau.

Quid quòd vellus ſit nobilitatis inſigne? *Aurei velleris Equites* (vulgò *Del Tuſon*) flos ipſe Regum, ac Principum, qui Ordo militaris excitatus in honorem Deiparæ Gedeonicum illud Vellus refert, vt Serarius ad *cap.6. Iudic. q.26.* obſeruauit. Quid Virgine nobilius? Damian. *Quia per clariſſimam ſobolem omnem humani ſtemmatis excedit nobilitatem; clara proauorum titulis, ſed incomparabiliter clarior generoſitate prolis.* An exiſtimas minus nobilem me Ordinem B. Mariæ de Mercede contemplari, quàm Regium aurei velleris Ordinem? Hic certè pectore vellus geſtat aureum, Nolaſcus autem, eiúſque filij toto corpore præferunt Mariani velleris argenteum inſigne. Teſtor Principes toto orbe terrarum candidum Nolaſci indumentum induentes, an mallent aureum vellus geſtare? Certè cunctos ſeculi honores pro paruulo albi indumenti Nolaſci ſtamine commutarunt. 18.

Nobiliſſimus Nolaſcus eiuſque Ordo protegens Deiparæ puritatem.
Serar.
Damian.
Deipara nobilitas.

Enim verò vellus opulentiæ eſt typus. Vnde Martial. *lib.7. Epigr.3.* bona cuncta optans Domitiani filio recèns nato, cecinit, 19.

Spiritnales Nolaſci, eiuſq; Ordinis diuitiæ ex Maria.

Ipſa tibi niueo trahet aurea pollice fila,
Et totam Phryxi Iulia nebit ouem.

id eſt, meram felicitatem, atque diuitias. De Virgine Thaumaturgus Gregorius ſermon. de Annunc. *Nunc candidiorem mentem habes, quouis autem auro quamuis probato purificatum magis corpus, mentemque. Mecum* (ipſa ait) *diuitiæ, & gloria*, Prou.8. Symmachus legit, *A me opes.* D. Bonauentura ſpec.c.8. *Quia Dominus opulentiſſimus opulentiſſimè tecum eſt, ideo tu es ditiſſima & opulentiſſima in his omnibus, in quibus ille opulentiſſimus eſt.* Queis valeat verbis exprimere pulchritudinem virtutum Nolaſci ex Virginis indumento, diuitias cœleſtes, quibus ex protectione Deiparæ Nolaſcus donatus obiicitur.

Mart.
Virginis diuitia.
Thaumat.
Prou.8.
Symmach.
Bonau.

Denique ſi in vellere victoria deſignatur, quia illud Deus Gedeoni (vt recurram ad elogij initium) quaſi quoddam belli, ac victoriæ ſignum extulit: interminabiles Nolaſci, eiuſque Ordinis victoriæ exprimuntur. Caniſius noſter, *Typus in Mariam aptè conuenit, vt apertum, præcipuè contra ſatanam, victoria indicium habeamus.* Ipſam audiamus, *Ab æterno ordinata ſum*, Prou.8. Hebraicè *teſſellata ſum*, quod verbum militare eſt. Alij, *Ab æterno vexillata ſum.* Ambroſ. de Inſtit. Virg. cap.6. *Egregia Maria, quæ ſignum ſacræ virginitatis extulit*, &c. Quid mirum Nolaſci vexillum contra hoſtes virginitatis Mariæ tot geſſiſſe victorias, ſi erat Deiparæ imagine ornatum? Quid mirum Ordinem illuſtriſſimum toto orbe terrarum tot perficere triumphos, ſi ſub Mariæ Ducatu decertat? 20.

Victoria Nolaſci ex Deipara.
Caniſ.
Maria victrix ſemper.
Prou.8.
Ambroſ.

SECTIO

SECTIO II.

Æterna retributio.

TEXTVS.

VERS. 29. ET omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.

IN NOLASCVM

PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS CIRCA LITERAM.

EX ÆTERNA RETRIBVTIONE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Et omnis, qui reliquerit domum, aut patrem, aut matrem, centuplum accipiet, &c.

Operibus Nolaſci ineffabilis muneratio reſpondet, quia Virginem de Mercede, aut de beneficiis ſibi plurimis deuinxit obſequiis.

Vbi aſſero, Mariæ alumnos miris profectibus & ſpiritualibus, & temporariis exornari.

1\. PONDERO particulam, *centuplum*, circa matris derelictæ retributionem. Qui vnicam dimiſerit matrem, centum matres acquiret? Hieronymus de vnius præmij intenſione locum expoſuit. Spiritualem Dei affectum maternum experietur, qui ineffabiliter ſuperat, quidquid poteſt temporarium excogitari.

2\. *Quàm plenus beneficiis Nolaſcus, eiuſque Ordo ex S. Maria de Mercede Patrona.*

O Deus immortalis! Quàm diuitem matribus Nolaſcum contemplor! Valida reſolutione temporarios reliquit parentes, cognatas regio ſanguine purpuratos, & à Domino, vt alter Ioannes, Matre vna donatur, quæ omnium matrum erga filios excedit affectum. Ordinem Mariæ de Mercede titulo nobiliſſimo decorauit. Quid *ſancta Maria de Mercede* Deiparam de beneficiis appellarim. Quis explicare poſſit Mariæ alumnis ſuis benecia expoſita? Quis exponat Nolaſci erga Deiparam obſequia? Quæ peccatoribus innumera beneficia præſtat, quid Diuis obſequentibus! O Nolaſci miram ſanctitatem, quæ ex munificentiſſima Deipara obſequiis ligata ducit exortum!

3\. *Si dulcis, & benefica Maria peccatoribus, quid ſanctis? Athan.*

Quàm vel peccatoribus dulcis Mater Maria, quàm munifica fuit! Athanaſius ſerm. de Deipar. *Decet, te Matrem Dominam, atque heram cognominari, eo quòd ex te prodiit Rex Dominus, & Deus noſter aſſiſtentem illi nobis quidem terribili, tibi autem dulci, omnemque gratiam largienti.* Si vel iis, quibus terribilis Deus omnem Mariæ gratiam impertiendam largitur: quid quæſo, iis, quibus Deus amabilis exhibetur?

4\. *Brachium ſuſpēdit iuſtitiæ, ne feriamur peccatores. Prou. 8. Alcuin.*

Audite (ipſa ait) *diſciplinam, & nolite abiicere eam,* Prou. 8. Ex Hebræo alij, *Ne feriamini.* Alcuinus ſerm. de Natiu. Mar. *Ecce coram tremendo iudice aſſiſtimus peccatores, cuius manus terribiles gladium ſuum vibrat ſuper nos: & quis auertet eum? Nemo ſanè tam idoneus eſt, vt gladio Domini gladium pro nobis obiiciat, vt tu Dei amantiſſima.*

5\. *An reuerentur plus Iuſtitia diuina brachiū Mariæ, quā Dei. Salazar. Auguſt.*

An non diuina iuſtitia plus viſa eſt reuerita Mariæ, quàm Dei brachium? Nam, (vt docet Auguſtinus apud Salazar ſapientiſſimum ad Prou. c. 8.) cùm iuſtitia gladium vibrat in homines, Deus Pater brachium ſuum, id eſt, Chriſtum obiecit: non tamen diuina iuſtitia gladium ſuum extentum ad vulnus contraxit: ſed in ipſum Patris brachium validè vulnus inflixit. De Mariæ autem brachio cùm illud pro nobis extendit, ſubiicit Alcuin. *Te enim brachium & manum extendente pro nobis diuinæ vltionis gladius eleuatur, & contrahitur.*

6\. *Maria qualis erga eū qui hæreticorum gladium detinuit, ne ipſa vulneraretur.*

Iam beneficia Deiparæ beneficæ, ſeu *de Mercede* Nolaſco, eiuſque Ordini collata expenduntur. Si tam munifica Virgo, vt brachium extendat ad protectionem peccatorum, qui aperto Marte contra Deum ipſum audent dimicare: quid præſtabit in gratiâ, ſeu remunerationem Nolaſci, qui gladium temporalem aduersùs Virginis hoſtes toties ſtrinxit, & ſpiritualem nunquam oſtentauit amictum? Suſpendit Nolaſcus gladium hæreticorum, ne Maria vulneretur, & nō extenderet Maria manum vtramque, vt filium dilectiſſimum innumerabilibus gratiis impleret?

Sub

7. *Qualis erga Ordinē brachium oppoſitū vulneri, vt vulneratā Virginē liberet à vulneribus.*

Sub veſtibulo fundationis Ordinis anno trigeſimo tertio ætatis Nolaſci pro defenſione Deiparæ, ac fidei protectione apud Monpeller ſexaginta & octo filij candidum indumentum pretioſiſſimo ſanguine purpurarunt. Quid non obærata Deipara beneficiorum Ordini ſuo largiretur? An non tot, ac tanti progreſſus indicant ſpecialiſſimam munificentiſſimæ Virginis protectionem?

8. *Duo millia Templa Nolaſcus Virgini extruxit: quid benefica Virgo pro tot obſequijs?*

Regem Iaimum Nolaſcus comitatur ad Regni Valentiæ expugnationem, quam ſuſcepit Patris perſuaſione, ac oblata impunitate Valentia ſubmittitur Regis Aragoniæ poteſtati, Nolaſco datur locus, vbi conuentum Virginis de Mercede exædificaret, eiúſque monitis Rex piiſſimus ſolemne iuramentum expreſſit, ſe ædificaturū quotquot poſſet Virgini Baſicas. Executorem iuriſiurandi Nolaſcum cōſtituit, cuius commiſſionis executione omnes Autores illius temporis profitētur pluſquam duo millia Eccleſiarum Virgini fuiſſe dedicatas. Igitur ſi Maria tam munifica peccatoribus, ſi centies Mater eſt ei, qui pro eius honore vnicam matrem dereliquit, Nolaſco, qui ſæpe millies ſe filium Virginis oſtentauit, quomodo non innumeris maternitatis documentis ſe Mariam de Mercede exhiberet?

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, propter nomen meum, centuplum, &c.

Nolaſcus propinquos dereliquit, à ſeculo abſtractus, ab hæreticis omninò recedens, contagium fugiens ſocietatis.

Aſſero, ex improborum ſocietate iuſtos cruciatibus affici horribilibus, vnde prudentiſsimè ab eis recedunt.

9. PROPTER Ieſu nomen propinqui relinquuntur, cùm eorum ſocietas animo poſſit afferre nocumentum. Ipſi parentes deſerendi ſunt, ſi ſpiritualibus profectibus obſtacula apponantur.

10. *Diſceſſit Nolaſcus omninò ab Albigenſibus.*

Nolaſcus diſceſſit propinquorum è domo, vbi Albigenſium erroribus multi commorabantur vulnerati. Nunquam vel menſam iniuit, cui hæreſis ſuſpectus hæreſceret. Denique omninò ab eorum ſocietate diſceſſit, quæ quidem ipſi ſemper extitit acerbiſſima. Cruciabatur Adoleſcens in Palatio auunculorum Comitum, vbi hæreſis Albigenſium aliqui infecti mirum in modum in Nolaſcum Mariæ defenſorem debacchabantur.

11. *Nolaſcus ex propinquorū impietate cruciabatur, vt Loth. 2.Petr.2.*

Fatur D.Petrus de ſanctiſſimo Loth, *Aſpectu enim, & auditu iuſtus erat habitans apud eos, qui de die in diem animam iuſtam iniquis operibus cruciabant*, 2.epiſt.2. Quínam hi Lothum cruciantes? Propinqui planè impietati ſeruientes. Et quomodo non cruciaretur iuſtus aſpiciens proprij ſanguinis alias nobiliſſimi maculas? Nolaſcus videbat propinquos nobiliſſimos errori communi Albigenſium ſubiacere: & nimium cruciabatur. Allicio ad argumentum D. Gregor. 1. Mor. cap. 1. ſententiam. *Qui nimirum cruciari non poſſet, niſi praua propinquorum opera & audiret, & cerneret.*

Premo illud Petri: *Aſpectu, & auditu iuſtus erat.* Imò dixerim de Nolaſco, Non ſolùm iuſtus erat auditu, & viſu, ſed Martyr; quia lethaliter vulneratus, quotiens aduersùs Virginem audiebat blaſphemiam: quoties in imagines, quas in Palatij cubiculis cunctis ſtatuerat, videbat aliquam irreuerentiæ actionem. Ad hæc Gregorius cit. *Et tamen aſpectu, & auditu iuſtus dicitur, quia inimicorum fidei vitia non delectando iuſti aures, atque oculos, ſed feriendo tangebant.* 12.

Nolaſcus Martyr erat dum audiret in Ieſum & Mariam blaſphemias hæreticorū.

Audebat ne aliquis aduerſùm Nolaſcum pugnax inſurgere, aut ei aliquod corporale vulnus infligere. Minimè ſanè. Cur ergo Palatium dereliquit? Quia ſpiritualis horribilis perſecutio ei erat Albigenſium ſocietas. Aptè Auguſtinus à me alibi expreſſus Præf. lib. 13. in Pſal. 69. *Neque enim & Loth ille ſanctus in Sodomis ab aliquo corporalem perſecutionem patiebatur, aut dictum illi erat, vt non ibi habitaret. Perſecutio eius facta mala Sodomitarum erant.* 13.

Non patiebatur alicuius impugnationem externā: ſed internè afficiebatur dolore. August.

Abrahamus ſanctiſſimus proculdubio fuit; vt autem à Chaldæa recederet, monitum Domini exaudiuit: *Exi de terra tua*, Gen. 12. Cur non affectus perſecutione ex criminibus Chaldæorū ſine cœleſti monito proficiſcitur? Quià adeò affici ex aſpectatis prauis peccatorum propinquorum actionibus, vt quaſi perſecutione affectus grauiſſima quis è patria, & ex domo recedat: Nolaſco ſpecialiſſimo priuilegio reſeruabatur. Cui quidem verius, quàm Lotho, accinit illa particula: *Aut dictum illi erat, vt non ibi habitaret.* Lothus enim vt effugeret à patria, vt domū deſereret, vt propinquos conflagraturos derelinqueret, non ſolùm cœleſti monito ductus eſt, ſed & Angelorum inſtantia ac manu valida extractus. Perſecutio Nolaſci facta mala Albigenſium erant, quorum ſocietatem haud monitus properanter dimiſit. 14.

Non iuſſus Nolaſcus è domo egreditur: an præponēdus Abrahamo, aut Lotho? Gen. 12.

Quoties dixit Nolaſcus: Non viuam, ô Domina mea, donec te vindicatam ab Albigenſibus iniquis aſpexero. Profectò Sanctus ſe minimè viuere reputat, dum hoſtes Domini debacchantur. Ex illa die Nolaſcus ætatis annos cœpit annumerare, qua triumphum agentem Deiparam vidit Albigenſibus debellatis. Exituris Hebræis de Ægypto Deus, *Menſis iſte vobis principium menſium, primus enim in menſibus anni*, Exod. 12. Quare menſis ille, quo de Ægypto exibant, primus appellatur. An nunc incipiunt viuere Hebræi? Certè dies illi, quibus Dei gloria ab Ægyptiis oppugnabatur, vitæ fidelium computandi non erant: quia tunc inceperunt viuere, cùm Dei gloriam triumphum gerētem, primogenitis Ægyptiorum extinctis, aſpexere. D. Gaudent. tr. 1. in Exod. *Non ſunt imputati Iſraëlitis dies illi, quos conſumpſerunt in Ægypto; ſed quando Dominus percuſſit primogenita Ægypptiorum, qui eos ſeruire Domino non ſinebant, tunc audiuerunt: Menſes hic vobis initium menſium* Ex illo die Nolaſcus viuit, quo primogenitis Albigenſium extinctis, Mariæ gloria apud Hiſpaniam, & Galliam ſol virgineæ puritatis Deiparæ, miſſis in exitium nubibus, fulgurauit vberrimè. 15.

Non viuit Nolaſcus, donec videt Mariam ab hoſtibus vindicatā. Exod. 12. Gaudent.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Et omnis, qui reliquerit fratres propter nomen meum, centuplum accipiet.

Sanctiſſimum Nolaſci odium in hæreticos, fidei, ac Deiparæ hoſtes expendo.

Perfecto enim odio iuſti improbos proſequuntur, dum vitia, non naturam impugnare ſtudent.

16. AN fratres dimittendi ob IESV nomen? Imò odio, ſi oportuerit, proſequendi ſunt. Audi Chryſoſtomum, *Non vult ſimpliciter* homines à cognatis *diuelli, ſed omnibus præferri fidei pietatem; nec haberi pro patribus, aut coniugibus, qui ad impietatem trahant.* Odium perfectum peccatoribus habendum indicitur, dum non homines, ſed vitia condemnantur.

Chryſoſt.

17. Quis videret Nolaſcum gladium aduerſùs Albigenſes accipientem, aut Ordinem militarem procedentem ad campum, cunctoſque Virginis de Mercede alumnos proclamantes: Viuat Mariæ gloria, hæreticis extinctis: qui non credat, eos de inimicorum malis exultare? Porrò non tam de hoſtium damno, quàm de Virginis gloria gaudent. Vnde Paulus ait, *Mihi vindictam, & ego retribuam*, Rom.12. vbi Anſelmus, *ſic placet iuſtitia, qua punitur, vt non de malo eius, ſed de bono iudice gaudeamus.*

Nolaſcus perfecto odio afficitur in improbos, eiuſque Ordo militat aduerſùs hæreſes, & vitia.
Rom.12.
Anſelm.

18. Aliter quidem expendo ſententiam. Nolaſcus eiuſque filij hæreticorum oſores, eorum errores oderant, non perſonas. Hoc ſenſu Debbora, *ſic pereant omnes inimici tui Domine*, Iud.5. Origenes homil.11. *Non homines dico odiſſe, ſed vitia.* Moyſi Iethro ſuadet, vt eligat viros, qui oderint auaritiam. Nolaſcus oderat errores, humanam naturam amplectebatur.

Oderant illi Albigenſiū errores, non perſonas.
Iudic.5.
Origen.

19. En perfectum odium illud, de quo Vates. *Perfecto odio oderam illos*, Pſalm.138. Ad quæ Petrus Bleſſen. *Odium, quidem perfectum, ſiue perfectorum: ſi peccatum in homine, non hominem in peccato habetis exoſum.*

Hoc odium perfectum.
Pſ.138.
Bleſſenſ.

20. Cùm diabolus inclamitauit, *Veniſti ante tempus perdere nos.* Dominus reſpondit, *Obmuteſce.* Quare? Benigniſſimus Magiſter noluit vel dæmonem conqueri, quaſi perfecto odio non ſtuduerit creaturarum ſuarum perditioni. Iniquitatem enim odio habet, non creaturam. Veſtram ſuperbiam perdere veni, non vos, qui iniquiſſimo veſtro conſilio ad perditionem properaſtis. Chryſologus ſerm.66. *Venit Dominus vitia perdere, non ſuam diſperdere creaturam.*

Nec naturā diaboli Deus perdere venit, ſed eius in malitiam vindicat: ab iniquitate ipſe perditur.
Chryſoſt.

21. Redemptor ergo Nolaſcus Magiſtri cœleſtis æmulator Albigenſium errores perdere ſtudebat, non diſperdere humanitatē. Vnde cuilibet peccatori ad meliorem frugem recurrenti pietatis viſcera exhibebat. Sciebat Nolaſcus cuius ſpiritus erat, & qui toties ad captiuorū redemptionem accurrerat, qui Ordinem inſtituit Redemptorum, ſpiritus redemptionis ſe eſſe contemplabatur. *Neſcitis* (ait Redemptor Diſcipulis filiis tonitrui, qui ignem deſcendere geſtiebant) *cuius ſpiritus eſtis*, Luc.9. Ad quæ Chryſoſtomus Corinth.13.hom.35. *Tunc quidem iubebantur, non ſolùm odiſſe impietatem, ſed eos etiam, qui erant impij; ne amicitia eſſet eis occaſio agendi præter legem. Nunc autem, quoniam nos ad maiorem duxit philoſophiam, & effecit excelſiores, quàm vt damnum eis poſſet euenire, iuſſit eos & admittere, & conſolari peccatores.* Nolaſcus ad Turcas pergit, ad Mauros properat cauſa captiuorum redemptionis. At quia excelſior factus, quàm vt damnum ei, vel filiis Redemptoribus poſſit euenire, cum peccatoribus, ac infidelibus amicitiam colligunt, eorumque iniquitatem adeò deteſtantur, vt amicitia minimè ſit eis agendi præter legem occaſio. O ſol immunda loca luſtrans ſine inquinamenti ſuſpicione!

Redemptor Nolaſcus Redemptoris cœleſtis amulator malitiā perſequitur, non naturam.
Vnde benigniſſimè pœnitentes excipit.
Chryſoſt.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Et omnis, qui reliquerit domum, &c.

Nolaſcus Regiam domum puritatis ſtudioſus dereliquit, Curiæ infectionem timens.

Aureis enim in poculis, dulcibus in cibis; domibus in proceribus vitiorum venena propinantur, condiuntur, ac conduntur.

RElinquentibus domum vnam centum domus offeruntur, idemque derelinquentibus fratres, ſorores, patrem, ac matrem adiicit. At primo loco opus dimittendi domum ſtatuitur præmio afficiendum, quia & difficilius, & vtilius animo ſæpè à domo ſeparari. Quid ſi domus ſit Regia? Nihil equidem difficilius poteſt excogitari. 22.

Fugiēda vitia, præcipuè libido.

Video Nolaſcum ex Regibus Franciæ, & Aragoniæ exortum Palatium Comitis D. Ramonis Toloſani Principis properātèr relinquere, & priuatam vitam in domo abſtracta à Curiæ tumultu gerere. Cur ita? Sciebat ſanctiſſimus adoleſcens, ſub auro rutilanti exitiales herbas latitare, non medicas quidem, ſex omnino exitiales animi ſaluti: aureis in poculis propinari venenum. Commendatur Iahel, quòd Siſaræ butyrum obtulerit, id eſt, (Freire noſtro interprete) *pingue*, vt grauius obdormiret, ſdque in phiala Principū, vt ſic eum melius interimeret, Hugone auctore. An Principi poculum aureo in calice, Regio ſcilicet, propinatum eſt ad exitium? *Iudic.5.* O quoties venena Regia in phiala animo propinantur! 23.

Domum Regiā Nolaſcus relinquit, ne infectionē incurreret.
Iudic.5.
Hugo Cardin.
Aureis in phialis venena propinantur.

Apparuit fœmina meretrix Babylonica aureo poculo, ſed venenato totam terrā inficiens, *Apoc.17.* Cur aureo in calice, aut vaſi Regio venena conduntur. Tertull. lib. de Spect. *Nemo venenum temperat felle, & elleboro; ſed conditis pulmentis, & benè ſoporatis, & plurimum dulcibus id mali iniicit. Ita & diabolus lethale, quo conficit, rebus accepriſſimis, & gratiſſimis imbuit.* 24.

Babylonica meretrix in Curia, ac domo Regia venena profundit.
Apoc 17.
Tertul.

id

id eſt, in rebus Regalibus, in Curiæ domibus, choreis, muſicis, epulis (gratiſſimis planè & acceptiſſimis) exitialia ſpiritui venena recondit.

25. *Ioſepho in Palatio venena parantur, & Nolaſco: ſed prudens fugit vterque.* Ambr.

Ioſepho adoleſcenti ſanctiſſimo apud Principis exercitus Ægyprij aulam commoranti diabolus curauit dulce poculum propinare. Mellea Curiæ illectamenta aconitum abſconditum amino iuueni exhibebant. Ambroſius lib. de Tobia c. 9. *Iuueni melle ſoporatam, & medicatis frugibus offam, obiicit, ſed fruſtrà.* Quoriens auuin diabolus procurauit Nolaſco abſconditum apud Curiam aureo calice propinare Albigenſium errorum venenum: ſed fruſtrà. Haud enim vtiliter iacitur rete ante oculos pennatorum. E Palatio fugitat adoleſcens, ne Babylonica meretrix poſſet eius animum venenato inficere mero.

Observat. V.

Ad illa verba:

Et omnis, qui reliquerit vxorem, &c.

Nolaſcus nuptias fugit virginea immortalitate in præſenti quodammodo decoratus.

Caſtitas enim virgines exuit mortalitate, & ad Cælicolarum conſortium adducit.

26. *Terra in cœlũ mutatur ob virgines incolas.* Chryſoſt.

D. Chryſoſtomus particulam illam, *vxorem* ſic expendit: Non vult *ſimpliciter nuptias diuelli, ſed omnibus præferri pietatem.* Non aufert nuptias, non damnat nuptiale Sacramentum: ſed commendat ampliùs pietatem, qua quis recedit à nuptiarum voluptatibus, vt virginitatis pulchritudinem tueatur.

27. *Nolaſcus cœleſtis incola redditur ex nuptiis ablegatis.*

Propinqui Nolaſci non ſemel curarunt adoleſcentem matrimonij vinculo adſtringi, ſed ille, qui adſtrictiori vinculo puritatis amori erat illigatus, repulit nuptias, voluptates licitas Domino prælibauit. Vnde vel dum commoraretùr in terris ab Angelis in gremium recipitur; cum cœlicolis habitat, vitã quodámodo peragit immortalem, è terra in precibus, aut contemplatione eleuatur, parciſſimo cibo nutritur, ſplendore cœleſti coruſcans obiicitur, cum Angelis ſæpe choros ducit, cum Deipara canit; virginitatis enim dotibus vir de cœlo cœleſtis in cunctis apparet.

28. *Nolaſcus cœtera immortalis cœpit eſſe quã mortuus, vt Elias ex puritate.*

Cœlum Nolaſco patria erat, ob virginitatis perfectionem. Oportebat diu in terris commorari ad Virginis bella gerenda, (vt poſt tot pugnas, & victorias, quas Nolaſcus Mariæ nomine perficiebat, poſſet Eccleſia declamare: *Cunctas hæreſes tu ſola interemiſti.*) Vnde ſi ad cœlũ non rapitur, cœlum venit ad terras. Elias virginitatis cultor igneo rapitur curru, eleuatur ad ſuperos, virginitatis quidem immortalis & glorioſæ patriam. Hieronymus lib. 2. cont. Iouin. *Si in Elia virginitatem dixerint demonſtrari, breuiter audiant, Eliam igneo curru raptum ante immortalem eſſe cœpiſſe, quàm mortuum.* Virginum enim cœlũ eſt patria, dos immortalitas: Hieron.

29. *Non rapitur Nolaſcus in cœlum, vt Virginem hic defendat, ſed cœlum ad Virginem puri ſimul deſcendit.*

Nolaſcus non in cœlum abripitur vt ardentiori zelo quàm Elias in matutinis, in concionibus interficiat omnes peccatores terræ. Ideo venerabilis Petrus Duacenſis, Nuncius Apoſt. hoſpitio exceptus apud Nolaſci pueruli quinque annorum domum ſpiritu cœleſti prædixit: *Puer hic multis vitam præſtabit, multis necem inferet.* quia ſcilicet interficiet omnes Albigenſium errores. Si ergo virgo Nolaſcus non rapitur in cœlum, cœlum ab ipſo in terris commorante abripitur. Angeli ad chorum ſæpe deſcendunt, Virgo Deipara eum excipit gremio contubernalem, D. Petrus Apoſtolus cellam Petri Nolaſci complens lumine iniuit. Expetierat affectuosè Pater D. Petri inuiſere ſepulchrum, quod cùm gloria Virginis tutandæ prohibuiſſet, dolenti viro ex non perfecta in Romam expeditione Petrus apparuit, fatus: Ego ô Petre ad te videndum deſcendo, ſi non potuiſti ad me inuiſendum proficiſci. O virginitas nunquam non cœlorum incola!

30. *Nolaſci cella cœlũ Angelis, & Diuis cõtubernalis.*

Repellit Nolaſcus nuptias, & Angelorum ſocius efficitur, cœlum apud cellam Nolaſci, non deſcendunt Angeli, ſed recto tramite à cœlo in cellam gradiuntur, non volat Petrus ad inferna, iam enim fines cellæ Nolaſci & cœli coniunguntur. Et quando non ſocius & contubernalis Angelorum qui affectu virginitatis à nuptiis abſtrahitur? Apud Lucam Dominus de virginibus, *Non nubunt, neque nubentur: ſed erũt ſicut Angeli Dei in cælo,* c. 20. Ac ſi diceret, Virgines in terra morantes erunt quaſi Angeli in cœlo: quia terra virginibus cœlum eſt, vbi Angeli ſocij commorantur. D. Cyprianus lib. 3. ad Quirin. *Filij ſeculi huius generant, & generantur. Qui autem habuerunt dignationem ſeculi illius,* id eſt, virginitatis priuilegium, *non nubunt, neque nubentur: neque enim incipient mori; æquales enim ſunt Angelis Dei.* Luc 10. Cypr.

31. *Quaſi immortalis erat, virginitatis aromatibus preparatus. Imò cadauer incorruptum à Franciſco hoſpitio eſt exceptum.*

Quomodo Angelis, ſi virgo Nolaſcus mortalitatis adhuc pondere premitur? Mortalis quidem erat, ſed virginitatis aromatibus aduersùs mortis corruptionem præparatus. Vnde à viris authoritatis perſpicuæ ex audiui corpus Petri Nolaſci (quod quidem vti cadauer Moſis ab oculis hominum ſcimus abſtractum) viſum apud Aſſiſium ab Angelis adlatum corpori Franciſci ſocium commorari, ab ipſóque Seraphico Patre exceptum hoſpitio. Id quod etiam de Dominici ſanctiſſimo cadauere aſſeritur. O Nolaſci virginitas, vel corporis agens conditrices ſpecies! *Odor veſtimentorum tuorum ſuper omnia aromata,* Cantic. 1. Virginitate enim corpus tuum condìtur aduersùs corruptionem. Ambroſius lib. 1. de Virg. *Vide, quem nobis tribuas virgo proceſſum. Primus enim odor tuus ſuper omnia aromata, quæ in Saluatoris miſſa ſunt ſepulturam.* Cant. 1. Ambr.

32. *Veſtimentũ B. Maria de Mercede incorruptione donauit Nolaſcum.*

Preme τὸ *veſtimentorum tuorum.* id eſt, Virginis de Mercede indumentorum. Maria enim Nolaſcum virginea ornauit puritate. Richardus Victor. lib. 1. de Eman. p. 1. c. 12. *Accepit natura humana in B. Virgine Maria quaſi quaſdam arrhas futuræ incorruptibilitatis ſuæ integritatem incorruptibilitatis virgineæ.* Nolaſcus nuptias ablegans ſeculares Agni cœleſtis exſurgit ſponſa; Maria autem eum puritatis miræ arrha donauit, vt immortalis quodammodo effectus illigari poſſet immortali. Richard. Victor.

PARS SECVNDA.

ORDO SS. TRINITATIS.

Paraphraſis, ac Commentarius literalis ad caput vigeſimumoctauum Matthæi petendi à Tom. 2. lib. 7.

PROLVSIO.

NOLITE, inquit Anna, *multiplicare loqui ſublimia glorianteſ*, 1. Reg. 2. Profectò dum Trinitatis beatiſſimæ Myſterium menti obiicio, paucis me vſurum verbis neceſſariò recognoſco; ineffabile enim arcanum exponitur. At dum opus hoc egregium Trinitatis aſpicio, nempe Ordinem Triadi conſecratum (qui quidem *Ordo approbatus, non à Sanctis fabricatus, ſed à ſolo ſummo Deo.*) Ita Fundatricis Trinitatis in eo ſpiritum ac medullam expreſſam inuenio, vt neceſſarium ſit ſublimium geſtorum, ac gloriarum non multiplicare proloquium. Ait D. Auguſtinus ſerm. 5. ad Fratr. in Erem. *Scriptum eſt, quia non debemus loqui ſublimia gloriantes. Quæ ſunt iſta ſublimia, de quibus non licet multum loqui, niſi de Dei Patris omnipotentia, de vnigeniti eius coæternitate, de ſancti Spiritus magnificentia. Veniat igitur contra volentes ſcire vltra id, quod neceſſum eſt Salomon, & reprehendendo dicat: Altiora te ne quæſieris,* Eccl. 3. *Sufficiat nobis ſcire de Myſterio Trinitatis, quod Dominus Diſcipulis expoſuit, quando dixit: Baptizate gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Profectò aliud ſublime Myſterium, de quo non licet multum loqui, eſt Trinitatis beatiſſimæ opus illud eximium, Ordinis ſcilicet Redemptioni captiuorum addictæ inſtitutum, quod in hominis extructione ſignatur. Adiicit Auguſtinus, *Ipſi quidem gloria ſemper ſit, qui ait: Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Opus hoc ſimilitudinem Conditricis ſanctiſſimæ Trinitatis retinet. Sicut enim Pater Deus, Filius Deus, Spiritus ſanctus Deus: non tres Deos credimus, ſed vnum Deum, tres Perſonas habentem: ita anima intellectus, anima voluntas, anima memoria: non tamen tres animæ in vno corpore ſunt, ſed vna anima*, &c. Ordo Trinitatis à Fundatrice Trinitate ad eius ſimilitudinem proculdubio facta (vt videbimus) circa

elogia

elogia proferenda morem gerit Authoris. Vnde *non debemus* tot *loqui ſublimia gloriantes*, ſed ſilentio proferre.

SECTIO III.

Expreſſio Trinitatis.

TEXTVS.

VERS. 18. DAta eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. 19. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. 20. Docentes eos, ſeruare omnia quæcumque mandaui vobis. Et ecce vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.

IN ORDINEM SS. Trinitatis.

PANEGYRICVS MORALIS TERTIVS CIRCA LITERAM.

EX EXPRESSIONE TRINITATIS.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

Ordo SS. Trinitatis non ab hominibus excitata Diuis, ſed à ſolo Deo Trino & vno Conditoris ſui gerit imaginem.

Aſſero commendabilem Religioſum, qui Fundatoris virtutes imitatur: hominémque Trinitatis imaginem.

1. *Militarem Ordinis Trinitatis celebrem ex Redemptione captiuorum.*

FILIO Baptiſmate aſſerit Anſelmus præſignari ſpiritualem hominum natalitium, quo filius Dei exſurgit, & in nouam creaturam Euæ inſtar exædificatur à Domino.

2. *Ordo Trinitatis vni Redemptionis operi ſemper intentus, Trinitatem refert Authorem.* Geneſ. 1. Ambroſ. *Anima vbique penitus viuens Dei imago.*

Liceat Ordinis Trinitatis ſanctiſſimæ opus eximium Conditoris æterni illo in Baptiſmate contemplari, opus, inquam, ſimilitudinem referens Fundatricis Trinitatis, proprio ipſius nomine ideo inſignitum. *Faciamus* (inquit Deus) *hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, Gen. 1. Ordinem, ac ſi diceret, excitemus hominem, qui Conditricem referat Trinitatem: Ambroſius pluribus rationibus hominem eſſe Creatoris imaginem expreſſit: *Primo*, (lib. de dign anim. cap. 2. inquit, *quòd ſicut Deus ſemper vbique totus eſt, omnia viuificans, mouens, & gubernans, in quo viuimus, mouemur, & ſumus: ſic anima in ſuo corpore vbique tota viget, viuificans illud, mouens, & gubernans; & hæc eſt imago vnitatis omnipotentis Dei, quam anima habet in ſe.* Cùm video Ordinis ſanctiſſimæ Trinitatis alumnos vni redemptioni vtrique hominum addictos & corporeæ, & ſpirituali, vbique terrarũ huic muneri ſtudentes, ſiue apud Chriſticolas doctrinæ ſplendorem proferẽtes, ſiue apud Mauros & Turcas Chriſtianos captiuitate preſſos pretio redimentes: non poſſum non Trinitatis beatiſſimæ omnia vbique lætificantis, mouentis, & guberrantis imaginem contemplari.

3. *Ordo Trinitatis Conditrici Triadi libant tres animi potẽtias, quibus eius gerunt imaginem.* Auguſt.

Pergit Doctor, *Eſt quoque & alia Trinitas in anima, quæ ad imaginem ſui Conditoris ſummæ Trinitatis, quæ eſt ex Patre, Filio, & Spiritu ſancto, condita eſt. Et licèt vnius illa naturæ, tres tamen in ſe dignitates habet, id eſt, intellectum, voluntatem, & memoriam. Nam ſicut ex Patre generatur Filius, & ex Patre Filioque procedit Spiritus ſanctus; ita ex intellectu generatur voluntas, & ex his ambobus procedit memoria.* Omnes equidem Trinitatis alumni conditoris ſui imaginem referunt, dum religioſa mente, inſtitutique ſpecialiſſima præſcriptione tres animi potentias Fundatori libant. *Ex quibus* (addit appoſitè Auguſtinus) *quaſi excellentioribus animæ dignitatibus iubemur diligere Cõditorem, cùm dicitur: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua*, Matth. 22. *id eſt, ex toto intellectu, & ex tota voluntate, & ex tota memoria. Vt in quantum intelligitur diligatur: & in quantum diligitur, memoria habeatur.* Ordinis Trinitatis dilectionem quis poſſit oratione exprimere? Diligit intellectu, voluntate, ac memoria, qui nec vitæ diſcriminibus parcit, vt Chriſticolas à captiuitate redimat. Quænam hac dilectione maior? *Maiorem*

Tres animæ potentiæ exprimũt Trinitatem. Auguſt.

Matth. 22. *Trinitatis Ordo morti ſemper addictus ob Redemptionem.*

charitatem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis. Tota anima diligit, qui totam animam pro dilecto ſacrare non dubitat.

4. *Voluntatis eximia operatio requiritur, vt Ordo Trinitatis paratus ſit ad pericula Redemptionis.* Auguſt.

Profectò vt SS. Trinitatis Religioſus paratus ſit, animam ponere pro fidelibus ab infidelibus alligatis, non ſufficit intellectus operatio. Apud Vniuerſitates ſapientiſſimos Triadis video DD. volumina eruditiſſima legi, Concionatores egregios audiui. Attamen quid proficeret ſolus intellectus, niſi voluntas piiſſima ſancti Spiritus igne ſuccenderetur. Ad quod quidem confert Conditoris, ſeu Fundatoris memoria. Audi Auguſt. citat. *Nec ſolus ſufficit de eo intellectus, niſi fiat in amore eius voluntas. Imò nec hæc duo ſufficiunt, niſi memoria addatur, qua ſemper in mente intelligentis, & diligentis maneat Deus. Et ideo optimè mihi dictum eſſe interiorem hominem imaginem eſſe Trinitatis.* O quàm ſtudioſum virtutum exercitamentum indicat redemptionis captiuorum inſtitutum!

5. *Ordo Trinitatis ſemper eadem, circa Redemptionem.* Origen.

An non Trinitas ſemper eadem? Hanc perſiſtentiam Religio Triadis æmulatur ſemper eadem circa Redemptionem captiuorum, quotidie à ſuo Conditore ſine terminatione progenita, nec ex temporis iniuriis ſenio addicta. Nihil in Regulari Ordine laudibilius, quàm quotidie nouitio feruori renaſci. Fatur Orig. hom. 9. in Exod. *Saluator noſter Dei verbum ſplendor gloriæ dicitur. Splendor enim non ſemel naſcitur, & deinde deſinit naſci; ſed quotieſcumque ortum fuerit lumen, ex quo ſplendor paritur, toties oritur & ſplendor. Splendor gratiæ Redemptor noſter ſapientia eſt, & ſplendor lucis æternæ. Sic igitur Redẽptor ſemper naſcitur. Si ſemper ex Patre naſcitur Deus, etiam tu in ſimilitudinẽ eius iam adoptionis filij habens ſpiritum, generaris à Domino per ſingulos intellectus, per ſingula opera, & efficeris Redemptor ſemper in Chriſto.* Quid Ordini Trinitatis accommodatius? Quotidie ſol ſpiritus Redemptionis captiuorum in te Chriſti æmulatrice naſcitur. Vnde poſt tot peractas, tot exantlatis laboribus, Redemptiones, nunquam non Redemptor exſurgis.

6. *Ordo Trinitatis dulciſſimum opus Redemptionis Trinitatis Fundatricis imitatur.* Auguſt.

Sic Deus dilexit mundum, vt vnigenitum daret totius orbis Redemptorem. Tota Trinitas ſic mundum dilexit, vt Ordinem Redemptorem orbi exhiberet. Quàm dulcis Redemptor IESVS! quàm dulcis Ordo Redemptionis, opus dulciſſimæ Trinitatis! Auguſtin. lib. 1. de ſpiritu & anim. ait, *Trinitatem Deus Pater nobis manifeſtauit, cùm propter nimiam charitatem ſuam, qua nos dilexit, miſit Filium ſuum in ſimilitudinẽ carnis peccati, vt nos ſaluaret. Miſit etiam Spiritum ſanctum, quo nos adoptaret in filios. Filium dedit in pretium Redemptionis, Spiritum ſanctum in priuilegium amoris, ſe denique ſeruat hereditatem adoptatis. Pater, Filius, & Spiritus ſanctus nomina ſunt pietatis, nomina dulcedinis, nomina ſuauitatis, & amoris.* Ordo Trinitatis Pater Chriſticolarum filios ſuos mittit ad Barbaros ſæpe indumento barbarico occultos, vt Filium in ſimilitudinem carnis peccati miſſum imitentur; feruentiſſimóque ſpiritu Redemptioni operam impendunt. O quàm dulcis afflictis opus Redemptionis! Quaſi pater eſt, quaſi Filius eſt Ordo militaris noſter, quaſi Spiritus eſt ſanctus, ſeu Paraclitus laborantibus. *Quid dulcius Patre,* (cum Auguſtino loquor) *tam dulciſſimo, & miſericordiſſimo? Quid ſuauius Filio Redemptore? Quid amabilius? quid ſuauius hoc Spiritu ſancto?* O Religio tota ſuauis, & amabilis!

7. *Ordo Triadis Redemptorẽ æmulatur, dum conculcatur ab hoſtibus, ſed tunc pacis viſione fruitur, & in hoc Trinitatis imago.* Hieron.

Innumerabilibus, Ordo illuſtriſſime, laboribus in Redemptionis miniſterio ageris, conculcatus à Barbaris ſæpe vinculis addiceris, ſanguinem puriſſimum non ſemel profudiſti. At tamen ſic ad beatiſſimam Conditricis Trinitatis viſionem adduceris, qua vel inter catenas quodammodo potiris. Te Ieruſalem alteram appellabo, cuius tria nomina *Iebus, Salem, & Ieruſalem* beatiſſimam referunt Trinitatem, ſante Hieronymo epiſtol. ad Marcel. *In tribus Ieruſalem nominibus Trinitatis demonſtratur fides. Iebus Salem, & Ieruſalem appellatur. Primum nomen idem eſt ac Calceata, ſecundum Pax, tertium viſio pacis.* Ordo Triadis militaris quidem calcatus ex militiæ euentibus; ſed viſione pacis vel inter anguſtias fruens. *Paulatim enim peruenimus ad finem, & poſt conculcationem ad pacis viſionem erigimur.* Profectò Trinitatis alumnis ipſa conculcatio pacis cœleſtis viſio eſt.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

Ioannes, & Felix primi Ordinis Triadis Patres vnitatem pacificam Trinitatis beatiſſimæ æmulantes, pacificæ militiæ dant initium.

Innuo Religioſorum concordiam, quæ plures perſonas quaſi vnicam conſtituit eſſentiam.

PArticula illa, *In nomine*, Perſonarum Trinitatis vnicam exprimit eſſentiam, quæ quidem arctiſſimo vnitatis vinculo Perſonarum pluralitatem colligauit. Quam quidem vnitatem Ordo militaris Triadis beatiſſimæ expreſſit. 8.

9. *Ioannis, & Felicis Anteſignanorũ militaris Ordinis Trinitatis vnio mira.* Ex Alcocer, & Romanio.

Guillelmus Aquitaniæ Dux prædicatione Eccleſiæ ſubditur, dum in Ieroſolymam pergit loca ſancta inuiſere à Mauris capitur, infidelium in Chriſticolas crudelitatem aſpiciens ad Patriam rediens viros auri ac argenti vi magna remittit ad captiuorum redemptionem. Opus hoc à Ioanne Mairenſi, ac Felice Gallis illuſtri genere exortis adeò probatur, vt vno ſpiritu diſcuterent, quemadmodum vlteriùs progredi poſſet. In ſomnis à viro pulcherrimo, ſiue à Trinitate beatiſſima Crucẽ piiſſimis Gallis promittente benigniſſimè excipiuntur, futuræ ſtelliferæ poſteritatis gloriam Trinitas exponit. Ad Innocentium III. Pontificem Max. immittuntur, qui quidem poſt reuelationem factam in Miſſæ ſacrificio de Redemptione Ordinis Trinitatis perficienda, virorum iam expectabat aduentum. Accedunt duo Ordinis Anteſignani vnico ſpiritu, Crucem accipiunt, & nouæ militaris Ordinis Equites ſtudium impendunt Redemptioni. Confluunt filij

innumeri,

innumeri, quorum anima vna Trinitatis vnitatem eſſentialem exprimebant. Ad opera etenim egregia, ad victorias illuſtriſſimas perficiendum vnitas milrum neceſſaria eſt.

10. *Ordinis Trinitatis filij Trinitatis Duci vnitatem imitantur.* Alex.

Ioannes, Felix, cunctique Trinitatis alumni Fundatricis ſuæ vnitatem æmulantur, vnde hoſti tartareo terribilis Militaris Ordo progreditur. Alexander ab Alexand. ſcribit Lacedæmonios Deos & Deas armis indutas effingere, *ne iuuenes*, viſis Diis, *niſi armati deprecarentur*. Ordo Trinitatis, Militaris quidem armis Fundatricis ſuæ, vnitate ſcilicet eſſentiali induitur, vt in pluribus perſonis vnica ſit voluntas, & vis ad victorias perficiendas.

11. *Vnus in omnibus Spiritus adeſt.* Patian.

D. Patianus epiſt. ad Sympronian. ſic Catholicorum nomen expendit. *De Catholico nomine multa reſpondi facile. At ſi vim nominis poſtulares, quodcunque illud eſſe mirificum, ſeu vnum in omnibus, ſeu vnum ſuper omnia, ſeu quod antè non dixi, Filius Regis, id eſt, Populus Chriſtianus.* Quàm conueniens nomen Ordini *Trinitatis*! Quodcumque mirificum eſt. *Vnus in omnibus* militibus adeſt ſpiritus, vnum ſtudium, vnum miniſterium. Vnde Religio hæc Regis filia, ſiue Trinitatis nata meritò appellatur.

12. *Omnes Trinitatis Religioſi vnus eſt.* 1. Reg. 1. Origen. 1. Cor. 9.

De Samuelis parente ſic textus, *Erat vir vnus de Ramatha*, 1. Reg. 1. Vbi Origenes *hom. vnica*, aſſerit τὸ *vir vnus* cunctis fidelium communitatibus conuenire. *Vnde meritò & ipſi omnes non ſolùm vnum, ſed vnus dicuntur.* Ex Paulo probat, *Omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium*, 1. Cor. 9. Addit, *Vides manifeſtè, quia omnes iuſti vnus eſt, qui accipit palmam.* Ioannes, & Felix currunt quidem ad Romanum Præſulem ad crucis palmam accipiendam, ſed vnus accipit; quia duo Galli ſanctiſſimi vno ſpiritu currebant. Poſt ſigniferos poſtmodum innumeri & doctiſſimi, & ſanctiſſimi milites properarunt ad opus Redemptionis, ſed vnus palmam cœleſtem arripuit ob ſpiritus vnitatem.

13. *Potuit diabolus Trinitatis filios Martyres efficere, ſed vincere diſſociatos non potuit.* Iob 1. Origen.

Cur exiſtimas Ordinem Trinitatis tot incrementis affectum, tot in miniſterio Redemptionis laboribus, ac perſecutionibus actum aduersùs diabolum ſemper triumphum egiſſe? Profectò ex vnitate, quam de Conditrice Trinitate traxit, curauit Iobi filios diabolus debellare, nec poterat vnitate colligatos. Potuit quidem vnitos interficere, ſed minimè vincere potuit; quia vnitas ſemper victrix euadit. Origenes *lib. 1. in Iob* appoſitè. *Septem filij Iob, & tres filiæ tanquam vna anima indiuiſi conuixerunt in vnanimitate. Quæ tanta fuit, vt inuidus dæmon faciliùs omnes pariter interficeret indiuiſos, quàm diuidere, atque diſſociare benignam eorum vnanimitatem poſſet. Erat namque cor eorum, & anima vna.* Aduersùs Ordinis Trinitatis milites fortiſſimos Ioannem, Felicem, reliquóſque Redemptores ſæpe diabolus dimicauit, ſed faciliùs potuit Martyres plures efficere indiuiſos, quàm eorum vnanimitatem diſſociare. Vnde ſemper euaſere victores.

***

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

Didicit Ordo Trinitatis Conditricis ſuæ concordiam inter ſeſe Perſonarum imitari, vt in Redemptione captiuorum eundem concordiæ, ac amoris nexum obſeruaret.

Adnoto, fideles ſe ipſos in proximis, etiam hoſtibus recognoſcere debere, & illos vti ſe diligere.

Eadem particula *in nomine*, & non in nominibus, trium Perſonarum concordiam & amorem inter ſe ſe exprimit, quæ quidem nobis erga proximos æmulanda obiicitur. Quia ſi me ipſum in proximo commorantem contemplor, ei affectuosè proculdubio ſuccurram. 14.

Cur exiſtimas Ordinis Militaris Trinitatis milites ad Mauros, ad Turcas tam feruenti affectu properare, ſe pelago infido committere, tot vitæ ſubire diſcrimina? Profectò, quia videns Fundatricis ſuæ Trinitatis Perſonas concordia infinita colligari, cognoſcit creaturas omnes debere ad Conditoris imitationem pia vniri concordia. Vnde ſciente, Chriſtianos captiuitati addici, putant ſe ipſos in illis, ac cum illis catena detineri. Quare dum illorum ſtudent ereptioni, propriæ exiſtimant incumbere libertati. D. Ioannes Damaſcen. *ſerm. de Defunct.* ait: *Hæc felix diuinæ bonitatis imitatio eſt, dum quis aliis non minus, quàm ſibi gratiam expoſcit. Et tunc conſummatæ charitatis terminus, ac beatitudo attingitur, dum in proximis animæ ſuæ benefacit.* Conſummata prorſus Ordinis Trinitatis eſt charitas. Non miror, tot ſubire vitæ diſcrimina ad captiuorum Redemptionem, quos à ſe non alios exiſtimat: ſed ſi diuerſas perſonas, quaſi vnica eſſentia colligatas ſecum agnoſcit.

15. *Ordo Trinitatis in proximis, captiuis ſe ipſos agnoſcunt, vt diligant; imò in hoſtibus inſidelibus.* Damaſc.

Dominus imperauit, *Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.* Quis ſe ipſum non amet? Quis ſui ipſius catenis illigati vicem non doleat? Quis non propriæ ſtudeat libertati? Exiſtima te in proximis idem cum illis eſſe, & occurres laborantibus. D. Leo ſerm. 10. Quadrag. *Pulchrum valdè eſt, & diuinæ beneuolentiæ comparandum, ſui quemquam in altero meminiſſe, & amare propriam etiam in hoſte naturam.* Si etiam in hoſte reſpicienda, & amanda noſtra natura eſt, quid in amicis captiuitate preſſis? Mirum eſſet ſi ſanctiſſima Trinitatis Religio non interrita ad captiuorum curreret redemptionem, quos Chriſtianos & amicos ardentiſſima charitate proſequitur, quos non à ſe alios, ſed eandem reputat eſſentiam.

16. *Religio Trinitatis interrita ad captiuos ſicut ſe ipſa catenis addictam redimendam properat.* Leo.

Attamen particulam, *etiam in hoſte*, expendam vberiùs. Lego apud Authores, qui Ordinis SS. Trinitatis magnalia ſcripſere, Religioſos 17.

In ipſis Regibus Barb

 Redemptores

baris propriam naturam diligebant Redemptores.

Redemptores plurimis fuiſſe tribulationibus actos, à Regibus, à Principibus infidelibus affectos vulneribus. Hi autem patientiſſimè Crucem Triadis deportarunt; qui enim Pontifici Innocentio reuelauit Trinitatis viros multis tribulationibus eſſe tentandos, ſimul eorum ex cruce conſtantiā prædixit. Hoſtes perſecutores diligunt in eis propriam naturam aſpicientes. O Pauli imitatores! Chryſoſtomus *hom.8. de Paulo*, ſic: *Nemo ita dilexit inimicos, nemo inſidiatoribus ſuis ita beneficus fuit, nullus pro afflictoribus ſuis tanta perpeſſus eſt.* Quare? *Nō illa enim, quæ patiebatur, ſed naturæ copulam cogitabat.* Quænam maior dilectionis perfectio, quàm ſe ipsū vel in hoſtibus inuenire? Sic Ordinis Trinitatis viri ſe ipſos in perſecutoribus inueniūt.

Chryſoſt.

18. Si contemplantur cunctos homines à beatiſſima Trinitate condi, quónam modo Magiſtræ, ac Fundatricis opus odio perſequentur? Tyranni Reges Mauri exitiales Redemptoribus, ſed opus à Trinitate excitàtum. Ergo affectuosè diligendum. Tertullianus lib. de Scap. cap.2. *Chriſtianus nullius eſt hoſtis, nec dum Imperatoris tyranni; quem ſciens à Deo ſuo conſtitui, neceſſe eſt, vt illum diligat.* Trinitatis Ordo nullius hoſtis, quia omnes Trinitatis opus recognoſcit. Filij vnius Patris ſumus.

Diligunt tyrannos, quia eos cōtemplantur à Trinitate conditos.

Tertull.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

Ordo Triadis Fundatricis Trinitatis refert paternitatem piiſſimam erga captiuos, erga peccatores adeò, vt omnibus mundi quodammodo ſufficiat aſſlictis.

Moneo Eccleſiæ Præſules, Euangelij miniſtros, Patresfamilias, paternum affectum erga delinquentes ſubditos oſtendere.

19. CVnctæ Trinitatis Perſonæ dulcedine, pietate, ac miſericordia, vel nomine diffluūt. Vnde aiebat aptè Aug. lib. de Spir. & anim. *Pater, Filius, & Spiritus ſāctus nomina ſunt pietatis, nomina dulcedinis, nomina ſuauitatis, & amoris. Quid enim dulcius Patre, & tāto Patre, tā dulciſſimo, ac miſericordiſſimo. Quid ſuauius Redemptore* IESV *Chriſto? Saluator noſter totus eſt vnctus, totus eſt pius, totus eſt dulcis, atque ſuauis. Quid amabilius, & quid ſuauius, & quid ſāctius Spiritu ſācto?*

Auguſt.

Qui munus agunt, aut patris, aut Redemptoris, debent dulciſſimi, ac piiſſimi eſſe.

20. Profectò Ordo Trinitatis paterno ex affectu totum ſe compactum oſtentat, Pater eſt, Redemptor Filius eſt, Spiritus ſancti paterna ſuccenditur dilectione. Trinitatis Paternitatē, ſeu Patris Perſonam Cœlicolæ venerantur, dum procidunt concinētes: *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Iſaias ait: *Seraphim ſtabāt ſuper illud, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri, duabus velabāt faciem*, c.6. Quaſi præ fulgoris magnitudine oculorū vis cederet ſplendori. Cur ergo non corruunt, non procidunt, ſed ſtantes obiiciuntur? Certè, quia Patris perſonam vident, cunctáſque Trinitatis perſonas paternè ſe erga creaturas gerere contemplantur. Cyrillus Alex. Apolog. ad Theodoſ. *Diuina, & incorrupta natura tametſi ſummè glorificata ſit, & omnem admirationē ſuperet: tamen Patrem, ac correſpondentem excellentiæ huius potentiæ magnitudini, manſuetudinē habet. Generata ſiquidē natura fortiſſimam illam, & immenſā vim, ac poteſtatem non ſuſtinuiſſet, niſi manſuetudine mixtam.*

Dei Paternitas quàm amabilis, quàm dulcis.

Iſa.6.

Cyrill.

21. Æmulatrix Trinitatis Ordo huiuſce Paternitatis ſeſe cunctis amabilem paternum exponit. Omnes vbique Chriſtiani vinculis illigati, licèt Chriſtianum nomen abiurarint, inuocat Redemptores Trinitatis. Quánam, precor, ſpe? In Trinitatis Ordine nihil non ſuaue reperietur, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus vim vno in Ordine exerūt pietatis. Prodigus ille poſt diſſipatam Patris ſubſtantiā, poſt fidē Deo debitam habitam contemptui, *Ibo*, inquit, *ad Patrē meum*, Luc.15. An poſt tot infidelitatis documenta audebis ad Ordinem Trinitatis accedere redimendus? Ita planè, quia totus Ordo paternus eſt Trinitatis ebibēs proprietates. Chryſol. appoſitè ſerm.2. *Ibo ad Patrem meum. Qua ſpe? Ita, qua Pater eſt. Ego perdidi, quod erat filij, quod Patris eſt, non amiſit.* O miſerrime fili, qui fidem abnegaſti, Numine læſo, putáſne frui aliquando redemptione? Spero, Trinitatis enim viri tanquam Angeli peruenient in Sodomā ne Loth in morem ex incendio erepturi. Qua ſpe niteris, tibi viros illos futuros exorabiles? Illa, qua Ordo Trinitatis eſt. Ego perdidi quod erat filij, ille Ordo quod Patris, Filij Redemptoris, & Spiritus ſancti dulciſſimi eſt, non amiſit. *Surges* ergo ille, *venit ad Patrem ſuum*, ibid. Ad quæ Chryſol. ſerm.3. *Surrexit iſte mentis, & corporis de ruina. Surrexit de profundo inferni, cæli alta contingens. Apud Patrem filius ſurgit plus de venia, quam corruit de reatu.*

Ordo Triadis ſe amabiliſſimam cunctis exhibet, referēs Trinitatis Fundatricis dulcedinem.

Luc.15.

Chryſol.

Trinitatis Ordo ſemper paternus.

Luc.15.

Chryſol.

22. O quàm feliciter Felix ſanctiſſime, tuæ religioſiſſimę militię nomē imponis, quo perpetua eius felicitas innuatur, dum Paternitate erga miſeros captiuos conſtruitur. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinē noſtrā*, Gen.1. Quid in Ordine Militari hoc, quo ſanctiſſimæ aſſimiletur Trinitati? Nyſſen lib. de opif. hom. c.4. *Nihil eſſe putandum aliud, quam Regium id decus in ipſa creatione tributum.* Homo creatur, vt Trinitas ſupra omnia creata, feliciſſimè imperat creaturis? Ordo Trinitatis omnia ad ſe beneficiis attrahit: cunctos homines benigniſſimis operibus ſibi deuincit.

Ordo hic beneficiis ad ſe cunctos attrahit Chriſticolas.

Gen.1.

Nyſſen.

23. *Domine* ergo, (cuncti captiuitati addicti clament,) *oſtēde nobis Patrē, & ſufficit nobis*, Ioan.14. Videamus Ordinis Trinitatis viros verè Patres Paternitatis Conditricis æmulatores. Non dubium quin Religio hæc doctiſſimis Magiſtris ornata exponatur, Concionatoribus Regiis coronata præfulgeat. Scriptoribus illuſtriſſimis decoratur. Quorum quidem vel Soli Balthaſar Paez, & Hortenſius Palauenſinus poſſem ſcriptuariam rempublicam illuſtrare. At cuncta præclariſſima documēta tuas laudes proferēria ſilent ſi tua in captiuos, (vnde nomē ſortita es) Paternitas benigniſſima exponatur. An Paternitas Redemptrix hæc pluſquam eſſentialis ſapientia? Audi, precor, D. Cyrillū lib.1 Theſ. c.6. *Si Patris nomen nō eſſet dignius in Deo, quam ipsū nomen Deus, cur cùm Diſcipulos Saluator ad prædicandū mittit, non iuſſit, vt in nomine Dei baptizarent: ſed quaſi maiorem diuinæ naturæ oſtendēs dignitatē. In nomine Patris, inquit, & Filij, & Spiritus ſancti. Philippus verò, cùm diuinam curioſè ſcrutari naturā vellet, Oſtende nobis Patrē, dicebat: non, Oſtende nobis Deum.* Dignior in Deo Paternitas & Filij Redemptio, quàm ipſum nomen *Deus*? Ergo in Ordine Trinitatis dignior Paternitas Redemptionis, quàm ipſum nomen doctrina, ſapientia, ſeu Cathedra.

Sufficit cunctis afflictis Ordo Trinitatis.

Ioan.14.

Magnus Ordinis fulgore ex literis, ſed maior ex Redemptione.

Cyrill.

LIBER

LIBER NONVS.

CARMELVS.

PARS PRIOR

ELIAS.

***PARAPHRASIS, ET COMMENTARII** literales ad caput decimumſeptimum Matthæi, perquirendi Tom. 1. lib. 6.*

Panegyrici Morales circa litteram in Eliam Prophetam.

PROLVSIO.

ELIÆ Carmeli pulcherrimi ornamenti illuſtriſſimi præclara geſta igneo curru honorificentiſſimè Numine præparante, aduehuntur. Vt enim triumphales currus Roma ſuis victoribus Proceribus exponebat, fortiſſimo Iſraëlis Imperatori Eliæ Regnum cœleſte aptauit ad facinorum egregiorem celebritatem. Fatur D. Chryſoſtomus hom. 3. de Elia. *Apud quoſdam veteres Reges moris erat, vt ſi quis fortiter pro Rege feciſſet in bello: & corpus, & animam periculis obiicere non timuiſſet, curru, atque aliis Regiæ dignitatis inſignibus donaretur. Igitur Reges terreni, atque mortales ita ſibi deuotiſsimos remunerare conſueuerunt. Quanto magis omnipotens Deus, quia Rex regum, & Dominus dominantium eſt, Eliam ſuum tota ſe corporis & animæ deuotione zelantem, poſt multorum laborum ſudores, poſt dirarum perſecutionum grauiſsimas fatigationes, poſt tantorum bellorum magnas, illuſtréſque victorias, opima de mundo & diabolo ſpolia referentem: igneo curru, atque equis flammantibus impoſitum triumphali gloria præfulgentem ad ſua Regna voluit peruenire.* Ignei currus præparatio præmium illuſtrium geſtorum extitit? Igitur operæpretium erit Prophetæ nonnulla geſta exponere, quæ vel hîc tanta fuere celebritate peruulgata.

Ligni vitalis, ſeu Fundatorum, FRVCTVS NONVS.

SECTIO

SECTIO PRIMA.

Eliæ raptus.

TEXTVS.

VERS. 1. Aſſumit IESVS Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius; & ducit illos in montem excelſum ſeorſum: & transfiguratus eſt ante eos. 2. Et reſplenduit facies eius ſicut Sol, veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix.

IN ELIAM PROPHETAM
PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS CIRCA LITERAM.

EX RAPTV.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Aſſumit IESVS *Petrum, & ducit in montem excelſum.*

Ad montis verticem, ad transfigurationis gloriam Petrus eleuatur, quia errantium correptor erat electus. Elias ad cœlorum cacumina raptus, quia egregius veritatis præco errantem corripuit Iſraëlem.

Oſtendo perfectos Euangelij miniſtros, præcelſos Præſules decere ſeueritatem, quæ quidem vera eſt manſuetudo.

1. Chryſoſt. ASSERIT D. Chryſoſtomus ſpecialiter tres hoſce Diſcipulos ad montis verticem, ad Transfigurationis gloriam fuiſſe ductos, quia egregiis virtutibus cunctis eminere videbantur. *Ideò*, inquit, *hos, quia aliis potiores.* Profectò Petrus Rector Eccleſiæ futurus iam pro fide zelator exſurrexerat correpturus errantes. Vnde Strabus, ſit quiſque hodie Petrus, id eſt, firmus in fide, ac fidei propugnator aduersùs aberrantes. Meritò ad verticem montis, ac gloriam Transfigurationis aſſumitur.

2. *Elias raptus, quia errantium rector.* Chryſoſt. Quid mirum, Eliam ad cœleſtis Regni, igneo curru, eleuari gloriam, ſi potior cunctis, fidei zelator, errantem populum ad rectitudinem perduxit? Chryſoſtomus hom. 3. de Elia. *Oportebat, errantis populi Rectorem, vt ad Regna cœleſtia curru, atque equis tranſuolaret euectus.*

3. *Petri, ac Eliæ zelus cum mira* Porrò zelus erga Dei cultum fecit Petrum aduersùs Ananiam, ac Sapphiram exitialem proloqui, Eliámque compulit aduerſum Achab Regem, alióſque Numinis contemptores inuentiuum, vindicatiuúmque exſurgere. *manſuetudine copulatur. Id Moſes manſuetiſſimus, & ira ardẽs affirmat.* Attamen vnus & alter mira manſuetudine circa proprias iniurias molliebatur. An poteſt vna morari in ſede zeli aſperitas, & manſuetudinis pietas? Moyſis oſtendam exemplo. Huius zelus horribilem edidit ſtragem. Exod. 31. Peccauit etenim Iſraël vitulum excitans inſipienter, quem impiè adoraret, vidit abominationem legiſlator è monte deſcendens, & incredibili efferueſcens ira, armari gladios imperat, ac in idololatras ſtringi, quorum in die illa quaſi viginti tria millia hominum ceciderunt, *Exod.* 32. Poſt tantam bilem expoſitam, textus affirmat eum *virum mitiſſimum ſuper omnes homines, qui morabantur in terra, Num.* 12. Num. 12. Quónam modo mitiſſimus, qui tam horribilem excitauit ſtragem? Certè, quia circa proprias iniurias manſuetudine, circa Dei contemptum iracundia piiſſima vſus prædicatur. Abulenſis *q.* 12. *ad cap.* 12. *Numer.* ait; *Proprias iniurias patienter tolerabat, ſed non iniurias Dei: ideo in fabricatione, & adoratione vituli viginti tria millia hominum interfecit. Nam manſuetus,* (addit,) *medius eſt inter iracundum, qui iraſcitur, quando non oportet: & inſenſibilem, qui in nullo iraſcitur. Moyſes autem iraſcebatur aliquando, & fortiſſimè circa iniurias Dei; ſed circa ſuas nequaquam, ideo tenebat medium.* Abulenſ.

4. *Dauid orat Deum, ne miſereatur peccatoribus, & pereat, ne percutiantur: hoc ex manſuetudine agnata, illud ex zelo cultus Dei.* Pſalm. 58. Auguſt. Confirmo ex Dauide proclamante ad Dominum, *Non miſerearis omnibus, qui operantur iniquitatem.* At poſt paruum interſtitium, nempe *verſ.* 12. ait, *Ne occidas eos*, Pſalm. 58. Vbi requirit Auguſtinus, *Quid eſt, Non miſerearis omnium, qui operantur iniquitatem, &, Ne occidas eos, ne quando obliuiſcantur legis tuæ? Quomodo non miſeretur omnium, qui operantur iniquitatem? & quomodo non occidit eos, ne obliuiſcantur legis ſuæ?* An bilis tanta omnes continens peccatores poteſt cum tanta manſuetudine cunctos liberans ab exitio copulari? Poteſt equidem; zelus enim circa Dei iniurias eum faciebat gladium ſtringere, amor autem inimicorum ſibi noxiorum crimina condonabat. *Hic*, (addit Doctor,) *de inimicis ſuis dixit*, non

non quidem de contemptoribus Dei: *rogat pro inimicis ſuis.*

Stephanus orat pro iniuriæ propriæ illatoribus, qui zelo honoris Dei in Iudæos exſurgit. Act.7.

5. Et Moſis & Dauidis imitator Stephanus contra Iudæos Chriſti contemptores minax exauditur, *Dura ceruice, & incircumciſi corde, vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis. Quem Prophetarum non occiderunt patres veſtri?* Attamen pro lapidatoribus flexis genibus exorauit diffluens manſuetudine, *Ne ſtatuas illis hoc peccatum*, Act.7. Tam benignè pietaris excipis gremio, quos paulo antè irâ exardeſcens repellebas? O Numinis zelator ô propriæ obliterator iniuriæ? Auguſtinum exaudi ſerm.237. de Temp. *Loquebatur Iudæis, ſæuiebat, & diligebat. Vtrumque oſtendere debeo. Audi ſæuientem, Dura ceruice*, &c. *Audi & diligentem; Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. Sæuiebas aduerſus tacentes, diligis ſæuientes?* Quare? Non potuit ſufferre zelo plenus Deitatis iniuriam: cùm autem eius cauſa ageretur, lapidibus vulneratus, manſuetiſſimus planè IESV Diſcipulus nihil protulit iniucundum. (August.)

Probatur, Eliam zelo Deitatis ira ſuccenſum.

6. Potuere ergo Petrus & Elias pleni zelo cum Dauide omnes peccatores terræ interficere, queis manſuetiſſimorum propria in cauſa benignitas parceret: putáſne ortum habuit ex propriæ iniuriæ vindicta, cœlum verbo clauſiſſe, pluuiam iureiurando denegaſſe? Ideò erga delinquentes ſeueritate vtitur, ne Deitati vbetior irrogetur iniuria. Chryſoſtomus hom.1. *Dicebat itaque Elias: Bonus erga illos Deus eſt, paucisque eorum flectitur lacrymis. Verùm bonitas illa populo malè cedit; longanimitate enim abutentes perditè viuunt, & ſimulacra colunt; atque Deus ipſe contemnitur.* Nullam equidem de propriis iniuriis geſſit memoriam. (Chryſoſt.)

Nec prohibet pluuiã, vt oſtendat Deum Iſraël Dominũ eſſe fœcunditatum, nõ Baal. Ioan. Ieroſ.

7. Profectò id probat, Eliam Deitatis reuerentiæ zelo compunctum ſiccitatem Iſraëli imprecaſſe, quod non gladij aciem minitaretur, ſed pluuiæ ſubtractionem. Aſſerit Ioannes Ieroſol. *lib. de inſtit. Monach.* Decem Tribus Hebræos Baal coluiſſe, cui ſuper pluuias, & rorem poteſtatem tribuebant. *Populus*, ait, *Iſraël per Achab Regem deſcendit ſeductus, adorabat tunc Baal tanquam Deum largitorem pluuiarum, & fertilitatum, cæterorúmque temporalium bonorum.* Ideo curat pluuiæ immiſſionem prohibere, vt conſtet Deum Iſraël totius eſſe fertilitatis authorem, non Baal.

Deus ne Eliam mãſuetũ agit, dum Elias Deum gerit iratum? Chryſoſt.

8. An ô Domine, manſuetiſſimus Eliæ geris perſonam, dum ille rigidus vindicantis Dei agit vicarium. *Viuit*, (clamat,) *Dominus, in cuius conſpectu ſto, ſi erit pluuia, niſi iuxta oris mei verba.* Vbi Chryſoſtomus hom.1. *Decernit tandem, vt ad conceptam contra eos pœnam Deum iuramento adſtringat; quo ligatus ſententiam in eos non facilè ſoluat. Igitur Propheticam ſententiam reueritus eſt Deus, & honorem iuramento illi dedit.* Si Deus iurat, impleat iuſiurandum, quia *iurauit Dominus, & non pœnitebit eum:* At iurante Elia, quare Deus ad iuramenti impletionem accingitur? Crediderim Prophetam Dei gerere perſonam. Iratur vt Numen, dum Deus vti piiſſimus manſueſcit Elias.

Elias Deum referens, parcit ſubiectis, ſuperbos debellat. 4. Reg. 1.

9. Cùm igitur video Prophetam in milites Ochoziæ deſæuire, qui dixerant, *Homo Dei, Rex præcepit, vt deſcendas*, colligo Dei perſonam gerere, qui ſubiectis parcit, ſuperbis reſiſtit, iuxta illud:

Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Tertius enim miniſter horribilem ſociorum aſpiciens ſtragem, præſeferens humilitatem, *curuauit genua contra Eliam, & precatus eſt eum, & ait: Homo Dei, noli deſpicere animam meam, & animas ſeruorum tuorum, qui mecum ſunt.* Porrò qui immiſſo è cœleſti vertice igne, ſuperbos debellarat, humilibus ſocius addicitur, 4. *Reg.* 1. Auguſtinus lib. 2. de Mirab. cap. 20. *Qui citò ſurgens, & greſſum ſocians, ſuperbis interremptis cum humiliato, & ſupplici ad Regem perrexit.* Dei vtique gerit perſonam debellantis ex iuſtitiæ zelo contemptores: & ex manſuetudine agnata ſubiectis parcentis. (Auguſt.)

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Aſſumit IESVS *Iacobum, & ducit in montem excelſum.*

Elias alter Iacobus vitiorum vtique ſupplantator, montis Thabor, ſeu cœli adducitur in verticem, quia ſacræ militiæ regularis inuentor.

Aſſero, inuentores rerum ſpiritualium apud Deum ſeſe auguſtos oſtentare.

PRofectò Iacobus ad Transfigurationis myſterium ſpeciatim adducitur; quia, 10.
Strabo authore, *ſupplantator vitiorum* oſtenditur, ſacerrimæ non militaris ſolùm, ſed Regularis exercitûs Ductor. Exiſtimo Eliam in cœlum igneo curru deuectum, quia vitiorum ſupplantator Regulari inſtitutioni fundamina ſtatuit. Chryſoſtomus *hom.* 3. *de Elia*, fatur, *Oportebat, Gubernatorem ſacrorum, Iſraëlis aurigam, qui ad iugum vagos animos reuocauit, & ad iter diſciplinæ recto tenore currendum concordi quadam copulatione compoſuit, ad Regna cœlorum curru tranſuolare euectum.* (Strab.) (Chryſoſt.)

Eliæ adſcribitur Monaſticæ vitæ Magiſterium? Quàm commendabilis; quam celebris eius debet eſſe memoria?

Quàm meritò Regularis inuentori inſtitutionis triumphus præparatur auguſtus! 11.
Rerum inuentores corporis vſibus deſeruientium hominum celebris memoria æternum comitatur. Celebre Caïni nomen vrbium molitoris; Noë vſum meri inuenientis, Cereris frumentariæ rei inuentricis, Mineruæ olei. Colitur Iupiter boum terram qui primus verſauit aratro; Argæus; qui fimo ipſam fœcundare edocuit; Athenienſes, qui lanificij extitére magiſtri; Caſtor & Pollux, qui arcos tendere, retiáque in flumina immittere incepére; Bellephoron, qui edomandi equos tradidit documenta; Petronius autem, qui frœna immitti appoſuit animanti. Effertur laudibus ciuium Theſſaliæ memoria, quia docuerunt equites pugnare equitibus; lineis, quia metalla viſcerum terræ recondita aſpexit, eduxit; Cadmi, quia aurum inuenit; Mercurij, quia argentum expoſuit; Cypri, quia æs; Cironæ, quia plumbum. Celebratur Midaclitus ædificiorum magiſter; Dædalus fabrilis artis; ferrariæ officinæ Vulcanus; Mars bellis;

Erichtonius curruum ſtructor, nauium Neptunus, mercium Carthaginenſes, Ianus pecuniarum ſtatuarum Ægyptij. Si corporis commodorum inuentores tanta offeruntur celebritate, ſtrictiori iure currus Eliæ debetur

Hieron.

inſtituti Monaſtici facilè Magiſtro. Hieronymus Epiſt 4. ad Paulin. *Epiſcopi, & Presbyteri habent ad exemplum Apoſtolos, & Apoſtolicos viros, quorum honorem poſſidentes, habere nitantur & meritum. Nos autem (nempè Monachi) habemus propoſiti noſtri Principes Paulum, Antonium, Iulianum, Hilarionem, Macharium: & vt ad ſcripturarum authoritatem redeam, noſter Princeps eſt Elias.* Nazaræi & Rechabitæ ritus nonnullos Regulares obſeruarunt, nempe abſtinentiam à carnibus, &c. Sed tamen coniugio fuere illigati. Elias autem virginitatem coluit. Iſidorus lib 2. de orig. offic. cap. 43. *Quantum ad vetus Teſtamentum attinet, Helias, Ieremias, & Daniel caſtitati & continentiæ benè* primi *ſtuduiſſe noſcuntur.* Conteſtatur Hieronymus *lib. 1. cont. Iouin.* & Caſſianus *lib. 1. de Inſt. Monach. cap. 1.* fatus, *Prior eſt Elias, qui in veteri Teſtamento virginitatis iam flores & caſtimoniæ continentiam præſignabat exemplo.* Præſignabat quidem puritatem Euangelicam *exemplo* vitæ caſtiſſimæ, non autem voto, quod Deiparentis Magiſterio ſeruabatur. Virgo enim beatiſſima & viris & fœminis virginitatis ac continentiæ voto decoratæ inuentrix exponitur, de quo alibi.

Elias virginitatem coluit, ſed ſine voto, quod Deipara ſeruabatur.
Iſidor
Hieron.
Caſſian.

12\.
David Magiſter piorũ Regum Iſrael, Pater Chriſti, ac Rex meruit appellari.
Matth 1.
Luc. 1.

Quàm hinc commendabilis Propheta? Monachorum Magiſter inſtituitur? Carmeli ad verticem exercitus Monachorum adducit? Præclariſſimum ſe ſe proculdubio oſtentat. Quis enim primus aliquo in facinore apud Deum fuit, qui auguſta aliqua excellentia non inſigniatur? Recenſens Matthæus Ieſu progenitores, vnde *Regni* illius, cuius *non erit finis,* Luc. 1. duxit exordium, ait. *Ieſſe autem genuit Dauid Regem, Dauid autem Rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Vriæ,* Matth. 1. Miror Salomonem haud appellari Regem, *Dauid Rex genuit Salomonem.* Cur Salomon Rex non vocitatur, qui Regnum longè præſtantius Dauide & pacificum, & magnificum ſortitus eſt? Porrò Dauid non ſolùm Chriſti Parens, ſed & Rex ab Euangeliſta ſolus vocitatur, quia fuit primus Rex qui pietatem ſucceſſores edocuit. Primus enim in facinore ſpiritus auguſtiùs meritò commendatur. Mecum ſentit Auguſtinus lib. 1. de Mirab. cap. 3. *Dauid autem Rex genuit Salomonem, cui non additur, Regem, cùm Salomon Patris Regno teneret maius Imperium. Sed ex hoc intelligitur, Patris ſui Dauid* (Regis primi) *Regnum Salomon hæreditario iure poſſidere, & ad Dauidem honorem Regni plus pertinere.* Primus enim extitit pietatis Regiæ Magiſter.

Auguſt.

13\.
Abel vocatur Iuſtus, quia primus Iuſtus, & Martyr.
Matt 23.

Alibi Matthæus ore ex Dominico ſcribit, *Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram à ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ quem occidiſtis inter templum, & altare,* cap. 23. Cur non dixit, Vſque ad ſanguinem *Zachariæ iuſti,* quemadmodum dixerat, *Iuſti Abel*? Si Salomon non meruit Rex appellari, quia contra fidem impietate loborauit, Zacharias pro fidei confeſſione occubuit, ob iuſtitiam fuit vulneratus. Equidem Zachariæ reliquorumque Procerum ſanctitas ex Abel is iuſtitià accepit documentum. Vnde primus iuſtitiæ cultor debuit auguſtioribus titulis decorari. Nónne Abel primus iuſtus, primus Martyr exponitur? Huiuſce ergo primatus excellentia præfulgeat. Pulchrè Auguſtinus *citat.* Abel iuſtus vocatur, quia in iuſtitia hominum primatum tenuit, quod primus in terra iuſtus fieri cœpit.

Auguſt.

O Dux Monachorum Elia, te ſpeciali iure antonomaſticè Monachum appellarim Regularis militiæ Principem! O Carmeli ſacerrime vertex, tot Angelorum parens inter auguſtiſſima montanæ perfectionis cacumina caput extollis, dum exhibes Monachis Magiſterium, Chriſtum moribus dum oſtentas. Ioſepho Archangelus, *Accipe Puerum, & Matrem eius, & fuge in Aegyptum,* Mat. 2. Ægyptia cùm deſertum primò Ieſum accepit deſpectum, nudum, inedia preſſum. O quàm celebri triumpho verticem extulit olim tellus impia, & inuiſa Numini? Quot Monachorum exercituum altrix? Quot Angelorum Chorus? Chryſoſtomus hom. 8. in Mat. *Aegyptus ſuſcipit, ac tuetur inſidias fugientem Tyranni Ieſum. Namque tactu ipſo Domini guſtum quendam ſanctificationis adipiſcitur: vt cùm illum audierit ab Apoſtolis prædicari, huius quaſi priuilegij honore decoretur, quòd Dominum prima ſuſceperit. Denique ſi quis nunc ad Aegypti veniat ſolitudines, paradiſo prorſus omnem illam eremum videbit digniorem, & innumerabiles Angelorum cœtus in corporibus fulgere mortalibus, & populos Martyrum, & choros Virginum, & omnem diaboli tyrannidem ſolutam & Regnum Chriſti coruſcans.* Eiſdem titulis arbitror decorandum Carmelum Chriſtum excipientem in perſona Eliæ. Meritò Angelorum examinibus circundatur, qui Regis Angelorum typum gerentem virum Deificum excepit hoſpitio. *Huius quaſi priuilegij honore decoretur, quòd hominum prima ſuſceperit.*

14\.
Carmelus admodum commendabilis, quod primus Dominum Ieſũ in perſona Eliæ ſuſcepit nudum, regularem.
Mat. 2.

Chryſoſt.

Eſto Chriſtus poſtmodum à præclariſſimis fuerit Ordinibus exceptus, & auguſtiſſimis encomiis ex Regularibus inſtitutionibus expoſitus. An non Carmelus in omnibus ſacris Militiis prædicatur, quia primus Monachorum inſtructor? (Liceat, ô proceres beatiſſimi, hodie Eliæ præconia decantare.) Preme illam Chryſoſtomi particulam: *vt cùm Ieſum audierit Aegyptus ab Apoſtolis prædicari, huius quaſi priuilegij honore decoretur, quòd Dominum prima ſuſceperit.* Si primus Carmelus Domini ſuſceptor in Regulari Elia huius priuilegij decoratur honore quotiens audit Chriſtum præclariſſimis in Ordinibus prædicari nudum, quòd Dominum primus ſuſcepetit, primaque Regularis obſeruantiæ, & victu, & indumento, & ſolitudine, & modeſtia, & puritate, & ſilentio, (non autem eſſentialium votorum expreſſione) documenta præſcripſerit.

15\.
Gloria Carmeli cunctis in Ordinibus prædicatur.

Chryſoſt.

Observat. III.

Ad illa verba:

Aſſumpſit Ieſus Ioannem, & duxit in montem excelſum.

Ioannes

Ioannes ad montem adſumitur cultor virginitatis, Elias curru igneo rapitur virginitatis præco.

Aſſero, Virgines (ſpeciatim primos) eſſe affines, proximóſque Deitati.

16. *Virginitas Deitatis æmulatrix. D. flore virtutum laudantur.* Chryſoſt.

SVnt, qui aſſerant, Ioannem montis cacumina, ducente Domino, tenuiſſe, quia illuſtriſſimus virgineæ cultor puritatis. Quid mirum, Eliam curru abripi igneo ad cœli verticem, ſiue ad paradiſiacam regionem, ſi puritatis amator perpetuus fuit oſor impudicitiæ? Ait D. Chryſoſt. *Oportebat, moderatorem diſcrepantium voluptatum Iſraëlis, qui laſciuos, & vagos animos reuocauit, frenis, loriſque adſtrinxit, ad Regna cœleſtia curru vectum tranſuolare.*

17. *Elias primus Virgo ſe auduatam Dei æmulatur.* Hieron.

Id profectò datum à Deo puritatis aſſertoribus, communes virtutes eorum ſpecialiſſimis fulgoribus decorari, præcipuè ſi huiuſce caſtimoniæ extitere Magiſtri. Hieron. lib. 1. cont. Ion. *Eliam ergo quam ſtultè poſuerit Iouinianus in catalogo maritorum, me tacente, manifeſtum eſt. Si enim Ioannes Baptiſta venit in ſpiritu, & virtute Eliæ, & Ioannes virgo eſt, vtique non ſolum in ſpiritu eius venit, ſed etiam in corporis caſtitate.* Non ſolùm caſtitate, ſeu virginitate fuit decoratus, ſed primus, vt *obſer. 2.* vidimus, puritatis aſſertor. D. Iſidor. lib. 1. de orig. offic. cap. 43. *Nunc autē quæ ſit ſacra virginitatis integritas, vel à quo tam ſancti propoſiti ſtudium ſit exortum, intimabo. Eliæ primus caſtitati ſtuduiſſe noſcitur.* Primus ſtuduit Elias caſtitati? Ergo illa eadem puritatis virtus in Elia ſpecialiſſimi fulgoris gloriam arguit Deitatis æmulatricem.

Iſidor.

18. *Prima Virginis Triadis, ac Mariæ Virginis prima primus Virgo Elias fœcũditatē imitatur.* Nazianz. Auguſt.

Mentem expono. Deipara Virgo eſt prima virginitatis voto decoratæ vexillum efferens. Ergo eadem ipſa virginitas ex eo quòd Maria prima Virgo, Dei virginitatem, ac fœcunditatem æmulatur. Ait Nazianz. carm. de Virg.

Prima, Trias, Virgo eſt, ſiquidem Patre natus
anarcho
Filius eſt; nec enim Pater ortum traxit ab
vllo,
Vtpote principium rerum, & vitalis origo,
More nec humano generauit ſanguine Natum.

Prima itaque terrena Virgo Deipara primam cœleſtem Triadem Virginem fœcundiſſimam imitata eſt. D. Auguſt. recolens, Mariā primam Virginem extitiſſe, cogitur profari, hom. 15. de Temp. *Angelus ſermonem iecit, Virgo concepit: coniunctio hæc ſine ſordibus facta eſt, in qua & maritus fuit ſermo, & vxor auricula.* Ac ſi diceret: Quemadmodum prima Virgo Trias fœcunda eſt, Maria fœcundatur Virgo prima. In prima Virgine Triade ſpiritualis eſt vtraque proceſſio: nihil ibi corporeum, nihil humanū, & fragile: intellectus dominatur, voluntas agit, ſubtiliſſima eſt omnis operatio, & intentionalis. Sic enim decebat primam Virginem fœcundari, ſic Filium genuiſſe, ſic Spiritum ſanctum gratiarum produxiſſe datorem: eſt ibi qui ſermocinetur, eſt qui audiat: nam de tertia inter eas Perſonas dicitur, *Non enim loquetur à ſemetipſo: ſed quæcunque audiet, loquetur*, Ioann. 16. id eſt, quæ à Patre, Filióque accipiet. Igitur prima Virgo Maria per ſermonem quoque, per auriculam genuit: *Coniunctio hæc ſine ſordibus facta*

Ioan. 16.

Ant. de Eſcob. & Mend. Tom. V.

eſt, in qua & maritus fuit ſermo, & vxor auricula. O gloria Theſbitis! Virgo primus Triadi, ac Mariæ æmulator verbo quidem præclariſſimos Proceres Carmeli germina protuliſti.

19. *Elias virg. ad immenſitatē inuitatur.* Xiſtus.

Et quando virginitas non eſt æmulatrix Deitatis? Audiuit aliquando à Domino Elias, *Quid hîc agis Elia? Hîc* vitam agis? *hîc* commoraris Virgo? Loco circumſcriberis, qui de virginitatis priuilegio debes cū Numine quodammodo vbique commorari? Fatur Xiſtus lib. de caſtit. *Si in virginitatis integritate permanſeris, eris apud Deum vt Angelus, & apud homines vt Deus.* Profectò & apud Deum vt Deus eris, ſi te viderit ſuæ puritatis geſtæ æmulatorem.

20. *Puritas Eliam fecit Deitati proximum.* Sap. 6. Bonau.

Sapiens affirmat, *Incorruptio facit eſſe proximum Deo*, cap. 6. Proximum Deo, id eſt, ſimillimum Deitati, expoſuerim cum Bonauent. *Magnum re vera quiddam, ac præclarum virginitas eſt, quæ hominem incorruptibili Deo ſimillimum facit. Quid* ergo *hîc agis Elia?* De Numinis more peruola, vt cuncta Deifico Virgine repleantur.

21. *Virgo, vti Deus, ſuper pennas ventorum ambulat.* Auguſt.

An non Deus ambulat *ſuper pennas ventorum? Quid hîc agis Elia?* Cur ſaltem ſuper æthera non aſcendis? Volat ne virginitas? Reſpondeat Auguſt. *ſer. 37. ad fratres*, qui apud Eremum, vt tu aliquando, morabantur. *Hæc*, inquit, *eſt illa virtus, quæ nos Deo commendat, quæ nos ſuper æthera volando conducit.* Quónam, precor? Conducit vtique quodammodo ad pennas ventorum, ſeu ad Dei immenſitatem.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & duxit eos in montem excelſum.

Hos Chriſtus ad montem ſpeciatim adduxit, quia aliis zelo potiores. Meritò Elias ad ſuperos eleuatur igneo curru, tam igneo zelo accenſus in peccatores, vt proprio incommodo Numinis conſuluit honori, ac illorum ſupplicio.

Probatur verus Concionatorum, aut Præſulum zelus, dum vel proprio incommodo inſtant correctioni peccatorum.

22. Chryſoſt.

ASſerit Chryſoſt. hoſce ſpeciatim diſcipulos Transfigurationis aſſumptos in teſtes, *quia alij potiores* zelo diuini cultus, vel incommodo proprio. Petrus in contemptores Saluatoris inſurgit tam igneo zelo ſuccenſus, vt non timuerit tot armatorum militum, qui ad Ieſū comprehenſionem venerant, vulneribus comminui, dum ipſe vulnerat peccatorem. Iacobus & Ioannes tonitrui filij nubes cogerent, fulmina, ac grandinem excitarent, licèt communi incommodo (Ægyptiaca excitata plaga) curata germina deperirent. Hi iuſtè ad montis verticem, ſeu ad Transfigurationis gloriam eleuantur.

T Igneo

23\. *Eliam Deus æterni clade punit, vt probet, an verus Prophetæ zelus in delinquẽtes.* Chryſoſt.

Igneo curru rapitur meritò Propheta, qui propriis incommodis minimè retardatur, quo minus peccatores Deitatis oſores cõmuni verbere percutiat. Probat Deus, num Elias vero diuini honoris zelo allicitur, vt peccatores verberet ſiccitate, efficiens, vt ipſe eidem ſubiaceat incommodo. Pulchrè Chryſoſtomus hom. 1. *Prophetam vnà cum populo Deus punit, vt dum etiam ipſe infamis ſupplicio comprehenditur, aliquid miſericordiæ in relaxando ſententiæ ſuæ iuramento addiſcat. Et punit quidem Prophetam cum populo.* An ſitiens Propheta iuramentum relaxat? Minimè verò, quia ſolius honoris diuini zelo ſuccenditur, quem non poſſent pelagi aquæ extinguere.

24\. *Leue zelatori Eliæ grauiſſimũ ſitis incommodum.* Sap. 11.

Num graue illud ſitis incommodum: Tam acerbum ſupplicium, vt exitio extremo affecturus Ægyptios ſitis plagam immitteret, fluminibus, fontibúſque in cruorem mutatis. At tunc Hebræi qui aderant deprecatores, nullatenus communi ſupplicio ſubiecit, duciſſimum eis, ipſis fontibus ac fluminibus potum propinantibus. *Oſtendens*, (ait Sapiens) *per ſitim, quæ tunc fuit, quemadmodum tuos exaltares, & aduerſarios illorum necares*, cap. 11. Cur ergo cum Elia idem non fuerit præſtitum? Sitiant peccatores, Magiſter veritatis ſiti minimè crucietur. Profectò non omnes fideles Iſraëlitæ Elias ſunt, huius tam verus zelus, vt exitialis ſitis cruciatus haud eum poſſit ab inflicta in Dei hoſtes ſententia ſeparare.

25\. *Cogitur ob zelũ poſtulare aquam à fœmina, cui ipſe denegauerat.* Perian. Luc. 16. 3. Reg. 17. Ephrem.

Ait Periander, *nihil verecundius, quàm ab illo munera poſtulare, cui munera ſimilia denegaſti.* Vnde exaggeratur diuitis epulonis ſiccitas, qua cogitur ab inope Lazaro cui negauerat micam panis, aquæ ſtillam poſtulare, Luc. 16. Tanta Elias ſiti cruciabatur, vt ad viduam Sarephtanam, vel rubore excitato, cogeretur petere potum quem totum regioni Propheta detraxerat. *Da mihi paululum aquæ in vaſe, vt viuam*, 3. Reg. 17. Ephrem ſer. de Elia, *Vidit viduam, & illam eis appellauit verbis: Cape mihi modicum aquæ, ô mulier, vt bibam. Hanc enim ipſe ligauerat, ne rorem ſuum diffunderet ſuper terram.* Non te pudet ô Propheta, aquam ab illa petere, quàm aquæ penuria pergrauaſti? Audi fœminam. *Et vidua ad Eliam: O zelotes, inquit, quandoquidem iuramento linguæ tuæ clauſiſti cœlos, ne dent mihi pluuiam, quo pacto aquam à me requiris, quam lingua tua cohibuiſti: ac etiam nunc detines exſiccans terram, & cuncta, quæ in ea ſunt, ſepeliens. Vnde igitur aquam ego tibi dabo?* Sed ô verè *Zelotem*, qui à proprio incommodo non retrahitur, vt remittat ſententiam peccatoribus contemnentibus Deitatem, cuius ſolo honore afficitur vt cœlos occludat.

26\. *Vt zelet Elias, non timet mortis diſcrimini ſubiacere.* Chryſoſt.

Quid ſi abneget vidua? Quid ſi ſiti ac fame depetire cogaris? Laxabis iuramentum, cœli claues piiſſimo Numini reddes? Donec impij reſipiſcant, & ſatis fiat læſæ Deitati, nec morte ipſa inſtante, decidam à ſententia. Bellè Chryſoſt. citat. *Verùm ille coruorum miniſterio deſtitutus, nihilo mitior, inediam etiam ipſe ſuſtinuit, & inquit: Non ingratum eſt, quòd fame crucior, tantum vt impios puniri videam. Pereat etiam corpus meum cum iis, qui fame affliguntur.*

27\. *Probatur zelus an verus ſit, ſi pericula nõ vereatur ſubire.* Iudic. 3. Carthuſ. Ambroſ. Brixian.

Tunc equidem aurum zeli probatum, cùm zelator, vt corripiat Dei contemptores, profluentibus inde incommodis vulnerari non veretur. Dei honoris zelator Aod *reuerſus de Galgalis, vbi erant idola*, Eglon interemit, *Iudic. 3.* Quare Carthuſ. exiſtimat zelo actum. Cùm enim in loco illo ſacro, vbi antea fuerat Arca Teſtamenti, vbi Angelus Domini apparuerat, repoſitas vidiſſet inanium Deorum imagines, diuino quodam ardore, ac zelo Religionis accenſus concepit animũ reuertendi, Regémque, qui ſacra profanauerat, internecandi. Omnes enim (loquor cum Ambroſ.) *qui zelum Dei habent, ſibi inimicos ſuos putant, qui ſunt hoſtes Dei.* Et cur Dux fortiſſimus, relictis ſociis, ſolus tam difficile adoritur facinus, tam ingenti periculo obnoxius? Credo, quia qui vero Dei zelo agitur, ex eo probat zeli præſtantiã, quòd cum proprio incommodo rem executioni præſtat. Perbellè Brixian. *Poſitis ſociis in tuto loco, reuerſus eſt ipſe ſolus vt periculo obnoxius eſſet.* Indeque oſtenderetur zelum eſſe veracem, quod implicari propriæ incommodis incolumitatis non timeret.

28\. *Vt zelet Elias, ſe ſa periculo vocat ad certamen.* 3 Reg. 18. 3 Reg. 19. Rupert.

Zelus Domini propter Baal exarſit in Eliam, cùm Sacerdos ad vnum interfecit. *Apprehendite Prophetas Baal*, (inquit) *& ne vnus quidem effugiat ex eis. Quos cùm apprehendiſſent, duxit eos Elias ad torrentem Ciſon, & interfecit eos ibi. Et ait Elias ad Achab: Aſcende, comede, & bibe, quia ſonus multæ pluuiæ eſt.* 3. Reg. 18. At cap. 19. pergit textus, *Nunciauit autem Achab Iezabel omnia quæ fecerat Elias, & quomodo occidiſſet vniuerſos Prophetas gladio. Miſitque Iezabel nunciũ ad Eliam, dicens: Hæc faciant mihi dij, & hæc addant, niſi hac hora cras poſuero animam tuam ſicut animam vnius ex illis.* Cur ô zelator prudentiſſimè, non curaſti abſente Achabo perfici facinus occiſionis? Rup. lib. 5. de vict. verb. c. 12. *Quia cultus Baal vſque in Ieruſalem, vſque in domum Dauid profluxerat, vnde promiſſio, id eſt, Verbi diuini Incarnatio ſperabatur.* Zelus ille veraciter in Deum referebatur, cuius indicamentum erat, non ſolùm nullo metu periculi retrahi, verùm ipſa pericula pia affectare conſtantia.

OBSERVAT. V.

Ad illa verba:

Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & duxit eos in montem excelſum, & transfiguratus eſt ante eos.

Petrum, Iacobum, ac Ioannem Dominus teſtes ſuæ eligit gloriæ, quia validiſſimi non corripiendi erant timore coram Principibus. Ideo Elias ad Antichriſti tempora, Dominicæ gloriæ curru raptus, aſſeruatur in teſtem.

Edocentur Euangelij miniſtri liberè proferre veritatem in Principum conſpectu.

IDEO tres præfati Eccleſiæ Proceres Dominicæ gloriæ adducuntur futuros in teſtes, quia Petrus fidei ardore accenſus, Iacobus robore militari, Ioannes aquilino regali auſu præditus nullatenus vereretur, vel in conſpectu Regũ Chriſti gloriã manifeſtare. An nõ ideò Elias igneo curru in paradisũ rapitur, 29.

vt

vt intrepidè coram Antichriſto Chriſti magnalia prædicet?

30. Euangelici miniſtri vox illa eſt: *Loquebar de teſtimoniis tuis in conſpectu Regum, & non confundebar*, Pſalm.118. Myſticè hoc Abrahami figuratur in bello. Quatuor Reges deuicit, ſiue Dei gloriam prædicauit, nullatenus regali territus aſpectu, *Gen.*14. Ad quæ Rupertus, *Spiritualiter hic locus Euangelicum virum ædificat. Quiſquis Crucis vexillum erigit, & nomen Chriſti prædicat, ſicque legitimè certans, errores & vitia expugnat, & exinde non quæ ſua ſunt, quærit, ſed quæ* Iesv *Chriſti: ipſe eſt Abraham, qui quatuor Reges interritus deuicit, & eos, qui expoliauerant, expoliauit.*

In conſpectu Regum non confunditur Abraham. Pſalm.118. Gen.14. Rupert.

31. Immittitur Moyſes, vt in conſpectu Ægyptiaci Regis Dei prædicet gloriam teſtis omnipotentiæ. *Tulitque Aaron virgam*, (Moſis vtique,) *coram Pharaone, quæ verſa eſt in colubrum*, Exod.7. Porrò *cap.*4. primum Moyſes virgam proiecerat, *& verſa eſt in colubrum, ita vt fugeret Moyſes.* Quare dum virga in Regis conſpectu in terram proiicitur, & in draconem mutatur, Moyſes, aut Aaron minimè fugiunt, ſicut priùs diffugerat Moſes? Credo, quia Dei miniſtri, qui apud deſerta difficilia munera prædicationis contemplantur, dum ad Regum conſpectum veniunt, vbi formidine acriori deberent affici, inibi fortiores oſtentantur. Teſtis enim veracis proprium eſt, in conſpectu Regum minimè formidare.

In conſpectu Regis Pharaonis non confunditur Moſes. Exod.7. Exod.4.

32. Reges fateor mundiales ſerpentes ſint aliquando veritatis præſcriptionibus exacerbandi, Euangelicus miniſter non timet. *Ecce ego*, (ait Ieremiæ ore Dominus,) *mittam vobis ſerpentes regulos, quibus non eſt incantatio, & mordebunt vos*, cap.8. Vbi D.Gregorius aſſerit ſerpentes regulos Principes eſſe mundiales, quibus nulla incantatio, euidens eſt Euangelico miniſtro interitus, quia vel viſu necant, comminuunt aſpectu. Fugiet ne Concionator? Minimè; fugit, dum in deſerto periculi contemplatur horrorem, priuſquam muneri addicatur. At poſtquam ad prædicationem immittitur, virgáque Regum quæ recta eſſe deberet, tortuoſum vertatur in colubrum, minimè fugit, interritus ſe periculo tradit.

Licet Reges ſint reguli aſpectu necantes, non confunditur Euangelij miniſter. Ier.8. Gregor.

Plinius iunior aiebat, *Tremula flamma aſpectus non eſt tremoris ſignum, ſed horribilis voracitatis.* Ignis enim omnia ſubigens, timere non nouit. Ideò igni meritò comparatur Elias, de quo Salomon, *Surrexit Elias quaſi ignis, & verbum eius quaſi facula ardebat*, Eccli.41. Tremula quidem flamma, ſed horrorem incutiens Regibus, non exprimens formidinem. Fatur Ioannes, *Et ſimilitudines locuſtarum ſimiles equis paratis in prælium, & ſuper capita earum tanquam coronæ ſimiles auro, & facies earum tanquam facies hominum, & habebant capillos ſicut capillos mulierum, & dentes earum ſicut dentes leonum erant*, &c. Apoc.7. En Reges Eliæ, qui minaces inſurgunt, Achab locuſta immundiſſima hominis faciem præferens, capillis muliebres Iezabelem exprimunt, & leonibus Baal Sacerdotes auguſti figurantur. Quis niſi Hercules Elias huiuſmodi horrorem Chimæræ ſuperaret? *Loquebar*, (ait,) *de teſtimoniis tuis in conſpectu Regum, & non confundebar.* 33.

Elias eſt ignis, qui timere non nouit. Plin. Eccli 41. Apoc 7.

Regulus bellum indicit Antichriſtus. *Beſtia, quæ aſcendit de abyſſo, faciet aduersùs eos*, (Eliam & Enoch,) *bellum, & vincet illos, & iacebunt in plateis ciuitatis magnæ*, Apoc.11. An victis, ſeu interfectis Proceribus à Rege potentiſſimo ipſi adſcribenda eſt victoria? Minimè, Elias enim, vel mortuus poterit ignem totius orbis Antichriſtum extinguere. Tertullianus lib. de anima, cap.50. *Tranſlatus*, (inquit,) *Elias & Enoch. Cæterùm morituri reſeruantur, vt Antichriſtum ſanguine ſuo extinguant.* En potentiſſimos Chriſti æmulatores. *Tu autem*, (ait Zacharias,) *in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos de lacu, in quo non erat aqua*, cap.9. id eſt de purgatorio igne ex Doctorũ ſententia. O Eliæ ſanguis ſalutaris Eccleſiæ, inſtar Chriſti ſanguinis ignem extinguens! Vt Paulus exclamet, *Pacificans, ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terris in ſanguine ipſius*, Col.1. Edoceantur Euangelij miniſtri nolo Principum terrore diſturbari, vt à prædicationis munere detrahantur. Nec enim zelus igneus nouit imbelli formidini ſubiacere. 34.

Elias ſuo ſanguine Antichriſti ignem extinxit, ſalutaris Iesv *ſanguinis typum gerens.* Apoc.11. Tertull. Zach.9. Col.1.

SECTIO II.

Eliæ apparitio.

TEXTVS.

Vers.3. ET ecce apparuerunt illis Moyſes, & Elias cum eo loquentes.
4. Reſpondens autem Petrus, dixit ad Iesvm: Domine, bonum eſt, nos hîc eſſe: ſi vis, faciamus hîc tria tabernacula, tibi vnum, & Moyſi vnum, & Eliæ vnum, *&c.*

IN ELIAM PROPHETAM

PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS

CIRCA LITERAM.

EX APPARITIONE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Et ecce apparuerunt illis Moyſes, & Elias cum eo loquentes.

Elias, qui olim totus erat horribilis, in conſpectu Euangelij Moſis ſocius, id eſt, pietate condîtus apparet.

Edocens vtique, Euangelij miniſtris, fideliúmque Præſulibus, neque in iram, neque in lenitudinem nimiam deflectendum, ſed manſuetudine condiendam ſeueritatem.

1\. *Elias iam mitior effectus mediũ tenet in reformatione Ordinũ.*

ELIAS in lege totus igneus, totus aſper oſtentabatur: qui hodie ſub Euangelij coruſcationibus matutinis mitior effectus aſſidet cum Moyſe manſuetiſſimo ſemper Saluatori Principi Eccleſiæ. Aſſerens vtique Præſules fidelium, Euangeliique miniſtros neque in iram, neque in nimiam lenitudinem deflexuros, ſed media inceſſuros via, ad ſalutares ſubditorum proceſſus. Iam Elias ſeſe filiis exhibet cibum nuptialem fortem quidem, ſed mira ſuauitate conditum. Hinc horribilis filiorum nuditate obiicitur & abſtinentia, illinc filiorum indutorum quidem communi conſuetudine dulcis oſtentatur: dulcis planè ac recti Domini imaginem referens.

2\. *Nuptiale conuiuium IESV tauris, & volatilibus abundat, id eſt, cibis aſperis ſuauitate conditis.* Matth. 22. Galfrid.

Profectò Dominus nuptiarum diligens præparator clamat, *Ecce prandium meum paraui, tauri mei, & altilia occiſa ſunt, & omnia parata: venite ad nuptias*, Matth. 22. Taurorum equidem aſperi cibus ſuauiſſima altilium alimonia admiſcetur, vt ſalubrius cedant inuitatis. Nec altilium cibus nimium ſuauis, nec taurorum carnes nimium fortes proficerent ſpirituali guſtui, niſi admixtæ exponerentur. Fatur Galfridus apud Tilm. *Et in carne quidem taurorum cibus fortior, altilium eſus delectabilior eſt. Vtraque ergo ſuis videtur Dominus nuptiis parata, ſuis enumerare conuiuis.* Se taurum ferientem olim Elias hominibus oſtentarat, iam altilium ſuauitatem guſtui ingerit ſubditorum.

3\. *Chriſtus media inceſſit via egregius Præſul, rectus, & dulcis.* Matth. 26. Arnold.

Vis Euangelij miniſtrum, aut Præſulem obiiciam perfectiſſimum? Colloquij Eliæ & Moyſi tenorem attendo. *Loquebantur de exceſſu*, (alius ait Euangelia.) In exceſſu Ieroſolymitano Chriſtus iam aſper interrogat, num gladios habeant, quaſi dimicaturus, iam Petrum reprimit vulneratorem; iam armatas diſperdit cohortes, iam maxillam exhibet percutienti; iam Patrem humilis, iam querulus alloquitur. Cur, precor? Certè vt ſeſe perfectiſſimum Præſulem exhibeat, qui nouit aſperitatem ſuauitate condire. Arnold. Carnot. tract. 1. de ſeptem verb. *Se igitur ipſum Chriſtus modò hominem exhibet, modò Deum: modò omnipotentem, modò infirmum: vt inter ſe ſublimitas & humilitas vices negotio congruas partiantur. Modò ſupplicat, modò imperat: modò ſe dicit derelictum, modò latroni promittit paradiſum.*

4\. Opportunè ait D. Gregorius lib. 19. Mor. cap. 16. *Sunt nonnulli ita diſtricti, vt omnem etiam manſuetudinem benignitatis amittant: & ſunt nonnulli ita manſueti, vt perdant diſtricti iura regiminis. Vnde cunctis Rectoribus vtraque ſummopere ſunt tenenda, vt nec in diſciplinæ rigore benignitatem manſuetudinis, nec rurſum in manſuetudine diſtrictionem deſerant diſciplinæ.* Sit Præſul amabilis ſimul, & formidandus: ſuperbum affligat, humilem recreet: locupletis inſolentiam coërceat, inopis ſuccurrat egeſtati formidoloſæ.

Media Præſules via incedant. Gregor.

Iobum teſtor profantem, *Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi, videbant me iuuenes, & abſcondebantur, & ſenes aſſurgentes ſtabant; Principes ceſſabant loqui*, &c. Quàm aſper Princeps! *Auris audiens beatificat me, & oculus videns teſtimonium reddebat mihi, eo quòd liberaſſem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non erat adiutor*, c. 29. Quàm humanus! Fatur D. Gregorius citat. *Quanta diſciplina regiminis, vt ante eum iuuenes abſcondantur? Quanta manſuetudo pietatis, vt per eum viduarum corda conſolentur?* 5.

Iobus Rex neque in ſeueritatem, neque nimiũ deflexit in manſuetudinem. Iob 29. Gregor.

Rapto Elia, clamauit Eliſæus, *Pater mi, Pater mi, currus Iſraël, & auriga eius*, 4. Reg. 2. Totus igneus currus, quo rapitur Elias, totus igneus auriga? Doctus Interpres currum Eliæ cũ Ezechielis curru componit. Animantia ſubditi, currus imperij onus. *Statura quoque* (ait Propheta) *erat in rotis, & altitudo, & horribilis aſpectus.* At ſubditorum infirmitatem aſpicientes leges ſe ſe illis attemperabant. *Totum corpus oculis plenũ in circuitu ipſarũ quatuor; cũque ambularẽt animalia, ambulabãt pariter & rotæ, iuxta ea*, c. 1. Porrò currus Elias horribilis aſpectu aliquando, iam perfectionis legis nouæ Magiſter ſubditorum infirmitatem aſpiciens, morem gerit infirmitati. 6.

Elias currus eſt Iſraël igneus quidem, ſed ſimul aſpiciens ſubditorum infirmitatem. 4. Reg. 2. Ezech. 1.

De auriga ſui currus adducit Vates, *& vidi quaſi ſpeciem electri, à lumbis eius, & deſuper: & à lumbis eius vſque deorſum vidi quaſi ſpeciem ignis ſplendẽtis in circuitu*, c. 1. Partim igitur de electro, partim de igne auriga compoſitus oſtentatur: id eſt, mitis pariter, & iraſcens; electrum enim lenitatis ſymbolum, ſi ignis, ſeueritatis gerit ſimulacrum. Orig. hom. 1. in Ezech. *Auriga quatuor animalium non totus eſt igneus: ſed à pedibus, & exinde electri ſplendore rutilat. Non ſolùm enim tormẽta habet Deus, ſed ſunt etiam in ipſo refrigeria.* Id quod Elias auriga Iſraëlis melioris æmulatur. Ordinis præſcripta nimia videntur aſperitate redundare, dum humi raſa tabula lectum Monachis offert, dum carnes à menſa omnino recedunt, dum indumenta lanæ aſperitate texuntur, pedes ſe ſe omnino calceamentis expoliant, dum denique Elias (ſeu aptiùs Chriſtus dixero) quolibet in ſubdito formatur. Attamen electri ſuauitas ignis temperat concitationem, dum nulla præſcripta, præter vota eſſentialia, culpam connotant grauiorem, dum ægris piiſſimo ſubuenitur affectu, dum charitatis cuncti vinculo colligantur. 7.

Elias auriga Iſraël ex igne & electro, ſeuerus & dulcis leges ſubditis præſcripſit. Ezech. 1. Origen.

Ordinis reformati aſperitas, & ſuauitas.

Fateor, Eliam aliquando totum igneum, ſubditis horribilem: ſed à Domino poſtmodum adeò immutatum, vt potiùs tenderet in electrum, quàm in flammam. Vidiſti Prophetam Iezabelis minas fugientem, ſub iunipero efflagitantem, exitu nouiſſimo donari: *& petiuit animæ ſuæ, vt moreretur.* Porrò ſacro epulo recreatus montem ſcandit, à Dominoque meruit audire: *Quid hîc agis Elia?* 3. Reg. 19. 8.

Deus Eliam igneum in ſuauiſſimũ reformauit. 3. Reg. 19.

Cur

Cur Deus omnium conſcius Vatem quaſi ignorans interrogat? Credo menti Prophetæ Deum huiuſmodi immiſiſſe cogitationẽ. Quid te, ô bone, in deſertum adduxit? quid te in Horeb cacumina traxit? An non immitis Reginæ durum imperium? Si tu Iſraëlis currus & auriga, tantam non valuiſti duritiem tolerare: quid fragilitate ſubditi preſſi? Cura igitur mitior fieri ex propria doctus infirmitate. Pulchrè Theodoret. ad c. 2. Cant. *Elias autem, cùm Iezabel minas admodum formidaret, in ſolitudinem aufugit, quærens adiutorem. At ſapiens piorum Magiſter & remunerator apparet ei, & tanquam ignarus, fugæ cauſam exquirit, non illudens, ſed docens eum, cur ipſum fugere permiſiſſet: monenſque cùm homo eſſet, & humanis affectionibus tangeretur, vt humanitatem, & clementiam coleret.* Nihil iam humanius Elia, quem non ſolùm viri, ſed & fragiles fœminæ ſequuntur, vt ſuauiſſima aſperitate cœleſtem inſequantur ſponſum.

Theodor.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Et apparuerunt Moyſes & Elias cum eo loquentes.

Apparet Elias è paradiſo adductus, vt videat ſibi ob pelliceam zonam pœnitentiæ niuea veſtimenta præparari.

Innuo, quàm Deo placeant atra pœnitudinis indumenta.

9\. *Indumenta aſpera Carmelitarum diſcalceatorum aſſero laudibus.*

EST qui aſſerat (vel potiùs contempletur) Eliam ſpeciali iure adductum ad Transfigurationis gloriam aſpectandam, vt qui ob Dei obſequium adhuc mortalis, ac viator in paradiſo detinetur, glorioſæ Transfigurationis aſpectu recrearetur. Addo, Dominum ad Thabor Eliam aduocaſſe, vt qui zona pellicea fuerat indutus, candidiſſimi IESV veſtimenti frueretur aſpectu, quo familia Prophetæ donanda erat, vt æternum cilitij Eliæ memoria iugi commendatione coleretur. Etenim atra pœnitudinis indumenta Numini ſunt ſpectabilia.

10\. *Eliæ indumenti aſperam totum erat iuſtitia, quia internam puritatem indicabat.* 4. Reg. 1. Iob. 9.

Sic à quodam vidente, Propheta deſcribitur: *Vir piloſus, & zona pellicea accinctus renibus.* Cui Ochozias, *Elias Thesbites eſt*, 4. Reg. 1. Profectò Eliæ iuſtitia humili illo indumento adeò induebatur, vt totum iuſtitia videretur. Poterat profari cum Iobo, *Iuſtitia indutus ſum ſicut pallium*, cap. 29. Illa enim veſtis pellicea ex affectu auſteritatis carni circumdata adeò eſt vitæ puritatis aſſertrix, vt qui videt indumentum, iuſtitiam ipſam aſpicere ſibi videatur. Ideo Eliſæus eleuans Eliæ *pallium, quod ceciderat*, quaſi duplici Magiſtri ſpiritu indutus eſt, 4. Reg. 2. Caietanus ad locum Iobi, *Significatur, iuſtitiam exteriùs manifeſtandam, & ſicut pallium circumueſtiendam.* Quónam modo iuſtitia manifeſtatur, & ſicut pallium indumento cedit, niſi cùm ex veſtium aſperitate candida, atraque animi operibus pœnitentiæ addicti puritas eluceſcit?

Caietan.

11\. *Carmelitæ iuſtitiâ induuntur.* Pſ. 131.

Canit Dauid Sacerdotum Ordinis Carmelitarum, diſcalceatorum præcipuè, gloriam ex indumento pœnitentiæ. *Sacerdotes tui induantur iuſtitiam*, Pſalm. 131. id eſt, paupere ac aſpero vtantur veſtimento, quo iuſtitiæ fulgor videtur rutilare. Nam quemadmodum veſtium nitor indicat virum Regularem irregulariter viuere, & ad Babylonis filios pertinere: ſic veſtis pannoſa index eſt internæ puritatis.

12\. *Foris pannoſi, intus ſpecioſi reſplendent.* Bernard.

Mihi D. Bernardus epiſtol. 113. in Sophia virgine Thereſiam, eiuſque filios, ac filias, loqui viſus eſt, dum inquit. *Illa, id eſt, filiæ Babylonis*, (veſtium curioſitati ſtudentes Religioſi) *induuntur purpura, & byſſo: & ſubinde conſcientia pannoſa iacet. Et è contra tu foris pannoſa, intus ſpecioſa reſplendes.*

13\. *Affectare Religioſum indui ſpecioſis veſtibus, arguit animum ſpiritu inanem.* Damian.

Laudabile, te, ô Regularis inſtituti alumne, communibus, (quæcumque illa ſint,) Ordinis vti veſtimentis. At affectare ſplendidiorem indumenti materiam, indicat animum omnino ſpiritu Religionis inanem. Cui congruit illa Petri Damian. ſententia lib. 6. epiſt. 14. *Gratiam ſiquidem ſancti Spiritus, in qua delectetur, excludit, qui ſe per exterioris ornatus deſiderium ſpargit.*

14\. *Vel in ſeculari affectatio hæc Deo inuiſa, quid in Religioſo.* Damian.

Veſtis ſplendida vel in Principe ſæculari Numini eſt inuiſa. *Rex Iſraël, & Ioſaphat Rex Iuda ſedebant vnuſquiſque in ſolio ſuo veſtiti cultu Regio*, 3. Reg. 22. Attamen Regia purpura non potuit eum à deceptione liberare: permittente enim Domino à malo ſpiritu deceptus eſt. Ait Damianus citat. *Ecce Achab Imperiali purpura decoratur, & reprobo ſpiritu fallente decipitur.* Si in ſæculari Principe indumenti fulgores tam cœcis tenebris obruuntur, quid in Regulari? Vereor, ne Ægyptiaca caligine perfundaris, quicumque affectas exterioris ornatus ſplendorem.

15\. *In ſeculari pœnitentiæ amictus Deo gratus; quid in Regulari?*

Porrò idem Rex cilicio amictus, pœnitentiæ cultu ſordeſcens, Dei ſpiritum induit. Adnotauit idem Cardinalis vbi ſupr. *Achab cilicium induit, & gladium diuini furoris auertit.* Quid, quæſo, Eliæ filius, dum cilicio ornatur? O quotiens diuini furoris gladium auertit, quem ſtringi proculdubio efficiunt circa cultum veſtium Regularium affectationes.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Et apparuerunt Moyſes, & Elias cum eo loquentes.

Diſſerit cum Domino de Paſſione Elias coram Diſcipulis, non vt ipſe Elias promptior redderetur ad patiendum; quem promptiſſimum aſpiciebat IESVS; ſed vt Apoſtolos alliceret ad patientiam.

Negotia enim circa Crucem, ac labores faciliora redduntur ex collocutione, aut communicatione.

VIſi Elias & Moyſes cum IESV *loquentes.* 16.
Dicebant enim *exceſſum, quem completurus erat in Ieruſalem*, vt alius notat Euangeliſta. Et quare Elias adducitur, vt cum IESV loquatur de

de exceſſu, aut Paſſione? Certè vt vir patientiſſimus tot laboribus actus, tam acribuſque ſub termino mundi martyriis agendus poſſit Diſcipulis perſuadere patientiæ gloriam. Vnde Lucas *cap.9.* pro *loquebantur exceſſum*, ſeu *de exceſſu*, ait, *loquebantur de gloria.* Et quidem collocutio pia virorum qui experimento laborum gloriam didicere, animos audientium excitat ad imitationem. Adducit ergo Dominus Eliam patientiæ Magiſtrum, vt differens de Paſſione cum Iesv, eámque glorioſam admodum manifeſtans, Apoſtolos ad Crucis ſuſtinentiam alliceret. Tractatio enim, ac communicatio laborum aſſolet animos ad patiendum reddere promptiores.

Luc. 9.

17. O Apoſtoli, Elias ait, vnà cum Iesv laboribus impetimur, quare nullam moleſtiam è laboribus capiemus. Equidem poſt diſertionem, aut tractationem huiuſmodi, dum laboribus agimur, patientiſſimè ſuſtinemus. Pulchrè Nazianzenus *orat.* 14. dum ab Arrianis maledictis afficeretur, ad illectamenta patientiæ accurrit, nempe ad communicationem cum fratribus, collocutionémque circa Dominicam Paſſionem: ſciens, eum, qui de Paſſione diſſerit, proculdubio non pati cum maledictis, reliquiſque laboribus impetitur. *In quo*, inquit, *maximum aliquid, atque in primis magnificum habet hac maledicentia: hoc eſt, quod vnà cum* Iesv *maledictis impetimur. Iidem enim Deitatem reiiciunt, & eum qui de Deo diſſerit, contumeliis afficiunt. Quare nihil horum graue, ac moleſtum eſt.* Preme illud: *& eum, qui de Deo diſſerit, contumeliis afficiunt. Quare*, &c. id eſt, quia qui afficitur contumeliis, diſſerit de Deo, ſeu de Paſſione Iesv vnà colloquitur, nihil graue, ac moleſtum experitur, dum laboribus agitur.

Qui diſſerit de Iesv patientia, adeò leuatur huiuſmodi collocutione, vt nullam è laboribus moleſtiam experiatur.

Nazian.

18. Iacobus, & Ioannes ſedere cum Chriſto in Regno cupiebant. Ideo matris ex ore poſtulant à laborum requie donari: *Dic vt ſedeant hi duo filij mei*, Matth. 20. Petrus etiam ſedem, vbi quieſceret à laboribus, ambiebat: *Si vis, faciamus hîc tria tabernacula, tibi vnum, Moyſi vnum, & Eliæ vnum*; Matth. 17. Profectò Dominus vt Iacobum & Ioannem ad laborum ſuſtinentiam excitaret, eiſque requiei ſedem redderet inuiſam cum illis de propria paſſione communicat, de ſuſtinentia diſſerit: *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?* Aiunt illi, *Poſſumus.* Mox Chriſtus, *Calicem quidem meum bibetis; ſedere autem ad dexteram meam, aut ſiniſtram, non eſt meum dare vobis.* Cur omnino illis abnegatur ſedes, quæ agnata eſt laborum ſuſtinentiæ? An ſine ſpe ſedis humeros Cruci addicent? Ita planè, nam communicatio illa, ſeu collocutio de laboribus, aut Paſſione Chriſti eos adeò reddit patiendi cupidos, vt licèt nulla ſubſit ſedis, ſeu requiei ſpes, valenter ad laborum ſuſtinentiam accingantur. Pulchrè Chryſoſtomus, *Adiiciens*, inquit, *Quem bibiturus ſum, vt communicatione laborum promptiores redderentur.* Sola adiectio, aut dictio de laboribus Chriſti, ſola communicatio, ſeu collocutio de paſſione à Saluatore ſubeunda, te ad tolerantiam reddet promptiorem. Ideo hodie Dominus vt Petrum à ſedis deſiderio remoueat, vt filios Zebedæi efficiat requiei oſores, Eliam adducit, qui & habitu, & verbis de Paſſione Dominica colloquatur.

Iacobus, & Ioannes à ſedis deſiderio remouentur ex collocutione de paſſione Dominica, Remouetur & Petrus.

Matth. 20.
Matth. 17.

Chryſoſt.

Colloquio Eliæ idem præſtant.

Observat. IV.

Ad illa verba:

Et apparuerunt Moyſes, & Elias cum eo loquentes.

Elias auguſtiſſimo à Iesv honore afficitur, dum in gloria oſtentatur, vt eum faciat in difficili dilatione apud paradiſum patienter perſiſtere.

Certè honores valdè conferunt, ad firmandos homines in difficili virtutis ſtatu.

Lvcas cap. 9. ait. *Moyſes & Elias viſi in maieſtate.* Legit Origenes, *Viſi in gloria.* Eliam Dominus cur glorioſum oſtentat? cur coram Diſcipulis viuus, æquali ac Moſes defunctus honore afficitur? Contemplatus fuerim, ideo Prophetam viuentem tanto honore donari, vt cogatur patientiſſimè in inſtituta dilatione perſiſtere; honores etenim conferunt ad firmandos homines in difficili virtutis ſtatu. Id quod licet aſpicere in Carmelo, in aliiſque Ordinibus aſperitati ſtudentibus. Riget niue Carmelus, difficilis admodùm inſtitutio. Certè charitas ſufficiebat, vt viri ſanctiſſimi, & perfectiſſimæ viragines tantæ aſperitatis legibus accingerentur. Attamen Dominus Carmelitas fecit hominibus admodum venerabiles, vt tanta aſperitas alleuari poſſit, humanáque fragilitas oneri alligetur. Neque enim imperfectioni obnoxium, externi honoris zelo iuuari ad ſpiritualia, dum ad ſuum principium referatur acceptum, neque ad luminum Parentem. 19.

Carmelitarũ vel apud homines æſtimationẽ pondero. O quàm ſpecioſa hominibus humilitas! quàm venerabilis vitæ aſperitas?

Iſraëlitas Proceres oculis obiiciamus ad pelagus tranandum adductos. *Profectique de Phihahiroth, tranſierunt per medium mare in ſolitudinem*, Num. 33. Quàm difficilis maris tranatio! quàm moleſta quadraginta annorum commoratio apud deſertum: & quónam modo poterit Iſraëlita leuari, aut excitari, vt in inſtituta via perſiſtat? Oret, cantet, legat, lugeat. Porrò Deus honores addidit, vt faciliùs perſeuerantiæ addicerentur. Bellè D. Hieronymus epiſt. ad Fabiol. *Non poterant ad rubri maris gurgites peruenire, & Pharaonem cum ſuo exercitu videre pereuntem; niſi poſtquam habuerunt in ore nobilitates.* Etenim Phihahiroth idem eſt, ac *os nobilium.* Sufficit planè viris perfectis Dei dilectio, virtutis amor, ad difficilia quæque. Sed tamen ad pelagi difficultates ſuperandas, ne aliquando cum pereuntibus Ægyptiis voluptatum vndis ſubmergamur: ad deſertum ineundum, inibíque diu commorandum, valdè aſſolent conferre honores, dum ſcilicet cognoſcimus nos ſæcularium 20.

Difficile apud deſerta Iſraëlitæ commorarentur, ac pelagus traiicerent, niſi honoribus affecti.

Num. 33.

Iuuat Monachum nobilem ſe dignoſcere in ore hominum, vt perſiſtat in aſperitate.

Hieron.

ore

ore nobiles efferri. *Niſi poſtquam habuerunt in ore nobilitates.*

Sæpe ſtellæ fulgentiſſimæ in honore ceciderunt, quæ honorata mirificè fulgebant. Matth 24.

21. Vidi non ſemel in Religionis culmine ſtellas, quæ puriſſimo candore nitentes, videbantur *in perpetuas æternitates* aſſeruandæ, quæ quidem dum honoris affuit lumen, in culmine perſtitere: at dedecore affectæ excidere in abyſſum. Fatur Dominus, *Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo,* Matth. 24. An ſtellæ cœlis fixæ inde cadere poſſunt? Profectò ſtellas cœlo figit honoris fulgor, quo ablato, miſerè excidunt. Origen. homil. 30. in Matth. *Permarceſcente ſtellarum lumine, reliquum earum corpus craſſius factum, vt non valeat exaltari ſicut prius, cùm a lumine ipſo portatum extollebatur, cadet de cœlo.* Mihi credite; honoris fulgorem ſæpe corpus portare in ſublimia, inibique illigare: quo quidem vinculo bonæ famæ ac celebritatis diſſoluto, decidiſſe competitur.

Origen.

Curauit Dominus operiri infamiam Iudæ, vt faciliùs ſtella quæ ceciderat, ad cœlum rediret. Matth 26. Leo.

22. Iudas ſtellas cœli vertici innixa auaritiæ caligine obſcuratur. Fatur Diſcipulis Saluator, *Vnus veſtrûm me traditurus eſt,* Matth. 26. Quare Dominus non aperuit manifeſtè Iudæ facinus, ſed ſuppreſſo nomine memorauit? Exiſtimo, vt ſtella quæ ceciderat in abyſſum faciliùs alliceretur ad recurſum in ſuperos ob pœnitentiam, videns ſe publicè minimè deformatam. D. Leo ſerm. 7. de Paſſi. *Dicēs Dominus, Vnus veſtrûm me traditurus eſt, notam ſibi traditoris, ac proditoris conſcientiam demonſtrauit; non aſpera, nec aperta impium increpatione confundens: ſed leni, ac tacita admonitione conueniens: vt faciliùs corrigeret pœnitudo, quem abiectio non deformaret.* Ac ſi diceret, O Iuda adhuc ſtella in omnium es exiſtimatione, haud deformaris, lumen honoris perſeuerati ex pœnitudinis affectu procura in priſtinum locum reuocari.

Observat. V.

Ad illa verba:

Et apparuerunt Moyſes, & Elias cum eo loquentes.

Apoſtolis ſignum de cœlo datur ad Deitatis fidem Elia apparente.

Supra homines enim oſtentatur Propheta, qui à gloria, ſeu propria voluptate ſcit pro ſalute proximorum abſtinere.

23. ANſam exhibet illuſtri cogitationi Hieronym. *Apoſtolis ſignum de cœlo datur, vt augeatur eorum fides* (circa Deitatem IESV;) *deſcendit enim Elias de cœlo.* Si Elias terreſtri in paradiſo commorabatur, quónam modo è cœlo aſſeritur deſcendiſſe, vt eſſet Apoſtolis de cœlo ſignum? Et quónam modo Deitas IESV apparitione Eliæ adſtruebatur? Profectò à quacumque terræ plaga veniret Elias, & è cœlo prolapſus erat, & Chriſti ad adſtruendam diuinitatem, vel ſolo aſpectu aptiſſimus obiiciebatur: cœleſtis enim homo eſt, imò ſuprà homines quaſi diuinus oſtēditur, qui à gloria abſtrahitur, ſeu à propria vtilitate pro ſalute aliorum norit abſtinere: Elias itaque in paradiſo conſtitutus vſque ad tempus nouiſſimum ſignum de cœlo Apoſtolis eſt, ad Deitatem Chriſti adſtruendam, quia propriæ vtilitati nuncium remittit, vltroneè differri gloriam patitur, vt det gentibus pœnitentiam.

De Simeone Lucas ait, *Ecce homo erat in Ieruſalem, cui nomen erat Simeon, & homo iſte iuſtus, & timoratus expectans conſolationem Iſraël.* De Anna autē Prophetiſſa, *Et erat Anna filia Phanuel, quæ non diſcedebat de Templo,* &c. c. 2. Cur bis exprimit Simeonis humanitatem: *Ecce homo erat, & homo iſte iuſtus.* Annæ autem ſolum nomē exprimitur, tacetur humanitas; neque enim dicitur: Ecce mulier erat, *& mulier hæc non diſcedebat è Templo?* Ex verbis additis reſpondebo. Nam de Simeone adiicitur, *Erat expectans conſolationem Iſraël;* de Anna autem, *Quæ non diſcedebat è Templo.* Hæc propriæ vtilitati vacabat, ille proximorum commodis ſtudebat. At qui nuncium mittens propriis cōmodis, vacat alienis ſeſe non hominem, Deum quodāmodo manifeſtat, & ita homo ſæpius vocitandus, ne credatur pluſquā homo. D. Eligius hom. 2. de Purif. ait, *Iſte ſenex Simeon magnum præbet teſtimonium natiuitati Dominicæ, qui excreuerat in tātum iuſtitiæ culmen, vt non iam ſolummodo ſuam, ſed etiam totius populi Iſraëlis quæreret ſalutem.* Meritò igitur Euangeliſta inculcat, *Homo erat, & homo iſte.* 24.

Simeō quaſi Deus oſtenditur, quia non ſua cōmoda procurabat, ſed Iſraël redēptionem. Luc 2. Eligius.

Ægrotante Ochozia Rege, nuncij mittuntur ad Beelzebub Deum Accaron, vtrū viuere queiret? Occurrit nunciis Elias proclamans, *Nūquid non eſt Deus in Iſraël, vt eatis, ad conſulēdum Beelzebub?* Reuerſi autem Regis famuli profantur, *Vir occurrit nobis,* &c. Rex autē, *cuius figuræ, & habitus eſt vir ille? Vir,* inquiunt, *piloſus,* &c. 4. Reg. 1. Quare vocabulum *vir* toties inculcatur? Nonne, quia vir ſpirituali Regis commodo inuigilabat, poſſet Deus haberi? Ideo reor Ioannem Euangeliſtam de Baptiſta locuturum præmiſiſſe, *Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes,* cap. 1. Cur addidit, *Homo,* & non dixit, *Fuit Ioannes* miſſus à Deo? Certè, quia additurus, *Venit, vt omnes crederent per illum,* innuens non propriis commodis natum, ſed Iſraëlis vtilitati: debebat explicare naturam, ne Deus haberetur. Auguſtinus apud Saa, *Miſſus eſt homo, ait, nam per teſtimonium inueniretur pluſquam homo.* Quódnam teſtimonium? *Venit in teſtimonium, vt omnes crederent per illum.* Ex hoc capite inueniretur pluſquam homo, Deificum namque eſt, propriis commodis parcere, vt ſtudeas alienis. Ideo ſemel ait, *Fuit homo miſſus,* & iterum inculcat, *Non erat ille lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine.* 25.

Elias curans Ochoziæ vtilitatem proprio incommodo, quaſi Deus oſtentatur. Ideo vir ſæpe appellatur à textu. 4. Reg. 1. *Idem de Baptiſta veniente, vt omnes crederent, fit iudicium.* Auguſt.

Hinc colligo, cur Petrus curans Tabernaculum Eliæ conſtruere, neſciat, quid dicat: *Faciamus hîc tria Tabernacula, tibi vnum, Moyſi vnum, & Eliæ vnum,* Matth. 17. Notat alius Euangeliſta, *Neſciens, quid diceret.* Vndénam inſcitiæ notatur Apoſtolus? In caſu Eliæ reſpondeo, inſipienter Tabernaculum Tabernaculo præparari; Elias enim dum agit de Chriſti exceſſu, aut paſſione cunctis hominibus ſalutari, nec de aſcenſione propria ad ſuperos negotium gerit, Deitatis Tabernaculum Deificum quidem oſtentatur. 26.

Neſciēs Petrus, curat Eliæ Tabernaculū extruere; quia ipſe commune bonum quæren., Tabernaculum erat Deificum. Matth. 17.

 Confirmo

27. *David propria commoda abiiciens, & proximorum ſalutem curans, Tabernaculũ erat Deificum.* Pſa.m.131.

Confitmo pulchertimo Dauidis teſtimonio. *Si introiero in Tabernaculum domus meæ, ſi aſcendero in lectum ſtrati mei. Si dedero ſomnum oculis meis, aut palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis. Donec inueniam locum Domino, Tabernaculum Deo Iacob*, Pſalm. 131. In primis, quæſo, obiicias menti, Dauidem pluribus commodis nuncium remittere, vt Tabernaculum inueniar. Mox requiro, quare Tabernaculum extrui deſiderat? Reſpondeo, vr cuncti Iſraëlitæ Deo poſſent inibi victimas lirare. O Dauid, cur procuras Tabernaculum extruere Deitati, quando tu propria commoda abiiciens, vr proximotum conſulas vtilitati, iam effectus es Deificum Tabernaculum, ad quod poſſent cuncti oblaturi ſacrificium accurrere. Egregiè D. Proſper, *Vt quis locus ſit Domino, & Tabernaculum Deo Iacob, à prproia vtilitate debet ad commune bonum tranſire: non in ſe requieſcere, neque in ſuis delectationibus dormitare; quod faciunt, qui ſua quærunt, non quæ* IESV *Chriſti. Quæ autem ſunt* IESV *Chriſti, non ſingulorum membrorum ſunt, ſed totius corporis bona ſunt, & nullus non habet, de quibus nemo non gaudet.* Propinquiſſimum Deitari Tabernaculum fit, qui proximis Tabernaculum requirit. Ad Dauidem accurrite populi, Tabernaculum eſt, orate, victimas offerte.

Proſper.

28. *Qui omnibus benefacit propria vtilitatis cura prætermiſſa, Deus reputatur.* Plutarch.

Opportunè Plutarchus in Apoth. *Cùm Alexander in Iouis Ammonis Templo à Vate dictus eſſet Iouis Filius. Nihil*, inquit, *mirum, nam Iupiter omnium quidem natura Pater eſt, ſed ex his optimos quoſque peculiariter filios ſuos facit. Alexander* itaque *faſſus eſt, Iouem naturæ authorem, ac Patrem eſſe omnium; ſed eos demum peculiariter ſuos Diuos filios agnoſcere, qui virtute ac præclarè geſtis proximè ad diuinam naturam accederent. Ea eſt, propriæ commoditatis, aut vtilitatis cura prætermiſſa, omnibus benefacere.*

29. *Lycurgus à Diuo Diuus proferebatur, quia nõ ſua, ſed ciuium commoda curabat.*

Lycurgus Lacædemoniæ legiſlator, cupiens ciuibus ſuis iuſtitiam ſequendam præſcribere, in Reipublicæ vtilitatem, Apollinis Templum adiit; vbi à Diuo precatus non ſibi conferri valetudinem, honores, aur diuirias: ſed ſuis regendis ac moderandis iuris prudentiam; ei ſic reſpondit Apollo carmine Theodor. ſerm. 9. de legib.

Theodor.

Qui mea nuper adis hæc pinguia Templa Lycurge,
Chare Ioui, & ſuperas cunctis habitantibus arces,
Sis vter, inquiro, Deus; an mortalis habendus?
Sed magis eſſe Deum credo, qui limina noſtra
Aduenias legum cupidus, iuſtique tuendi.

Quàm iuſtè Deus reputatur, qui propriis commodis prætermiſſis, alienæ ſtudet vtilitati! Vnde pulchrè addit Oraculum:

Protinus ipſe tibi leges dabo.

Hoc eſt, quónam modo te geras, ad Diuorum collegium eleuatus, oſtendam. Tu poſtmodum Diuus quodammodo cunctæ leges profeſes creaturæ.

***

OBSERVAT. VI.

Ad illa verba:

Et apparuerunt Moyſes, & Elias cum eo loquentes.

Elias quaſi præcipuus in hac glorioſà apparitione oſtenditur, vt aſperitas vitæ Prophetæ ſpeciali honore afficiatur.

Qui enim aſperitati vitæ ſtudent, ſpecialiſſimo præmio, ſeu laude, ſeu honore, ſeu gloria à Domino donantur.

FAtur Marcus cap. 9. *Apparuit illis Elias cum Moyſe.* An præcipuus Elias in illa apparitione glorioſa? Quare Elias ab Euangeliſta legiſlatori præponitur? Honoratior ne legis zelator, quàm lator legis? Crediderim veſtium aſperitatem, qua curauit Elias vilis hominibus apparere, Dominum allexiſſe, vt Propheta honoratior appareret: *Apparuit Elias cum Moyſe.* Profectò vitæ aſperitas vel circa victum, vel circa veſtimentum ſpecialibus à Domino laudibus ſolet efferri, ſublimíque in vertice collocari. 30.

31. *Commendatur à Domino plus reliquis Ioannes ex aſperitate veſtium.* Matth. 11.

Audiſtis Chriſtum Ioannis Baptiſtæ laudes vberrimè profundenrem? Quid extulit panegyride? An in vtero gratiam? An dilectionis diuinæ præſtantiam? *Sed quid exiſtis*, inquit, *in deſertum videre? Hominem mollibus veſtitum? Ecce qui mollibus veſtiuntur, in domo Regum ſunt.* Preme illud: *In domo Regum ſunt.* Cur in Regum domo? An & in domo Dei, ſeu Regulari obſeruantia, non poterant homines veſtiti mollibus inueniri? Profectò minimè. Inſigne etenim domeſticorum Dei, ſeu eorum, qui ad Deificam pertinent familiam, eſt, aſpetis indui veſtimentis. Ioannes ergo illuſtriſſimus IESV miniſter, eximius domeſticus debuit Regis cœleſtis vti indumento. Haymo, *Qui terreno Regno militant, mollia veſtimenta requirunt; Ioannes ergo quoniam cœleſti Regno militas, mollia veſtimenta ſpernit, à delectationibus huius ſæculi alienus exiſtit.* Regnum cœlorum *vim patitur*, non molles illud rapiunt, ſed *violenti.* Ergo mollis armatura inepta eſt omnino. Ait Stobæus ſerm. de virt. *Ea optima ſunt arma, quæ firmiſſima, quæ aſpera armatum tueri magis valeant: non ſplendida & mollia. Ita amictus aſper.* Sententia eſt Muſonij. Et quónam modo poteſt Dei domeſticus mollibus armis horribiles hoſtes debellare. Laudandus igitur miles ex armis bello accommodatis.

Haymo.

32. *Cum fœminis comparandi, qui mollibus veſtiuntur.* Deut. 22.

Qui ergo *mollibus veſtiuntur, in domibus Regis ſunt.* Aptius in Reginæ aula dixeris. Molle etenim indumentum fœmineam decet leuitatem. Ideóque nullatenus poſſunt à Domino commendari, qui tam inuiſo Numini vtuntur indumento. Lex ſic: *Non induetur mulier veſte virili, nec vir veſtietur veſte fœminea*, Deut. 22. Lectio D. Cyrilli Alex. notanda obiicitur, *Non erunt vaſa viri ſuper mulierem, neque rurſus vir induetur ſtola muliebri. Abominabilis enim eſt apud Deũ, qui facit hæc.* Textus addit. Quod Deo abomi

Cyrill.

abominabile eſt, quónam modo poteſt laudabile efferri? ſi fortè Dei domeſtici mollibus veſtiuntur, profectò hi in domo Reginæ vanitatis,non in domo Regis cœleſtis commorarentur. Vis haberi Regis domeſticus, & cum fœminis molli veſte exornaris? O quàm abominabile apud Deum, te de huiuſmodi opinione gloriari! Appoſitè Cyrillus, *Æquè abominatur Deus, ac turpiſſimum ſpectaculum putat, fortitudinis opinionem in molli vita eſſe: hoc enim eſt, eſſe veſtes viri ſuper mulieres.* Recognoſce infirmitatem tuam,quiſquis in Dei domo molli vteris veſtimento,ad Reginæ te domum magis pertinere ediſcito.

Abominabile Deo, te mollibus veſtitum velle haberi Dei domeſticum. Cyrill.

33. Putáſne poſſe virilem naſci animum è veſte fœminea molli? Porrò virilis mens aſperitate gignitur, ieiuniis, ac laboribus coaleſcit. Ait Moyſes, *Quando aſcendi in montem, vt acciperem tabulas lapideas pacti, quod pepigit vobiſcum Deus,perſeueraui in monte quadraginta diebus, ac noctibus, panem non comedens, aquam non bibens,* Deut. 9. In cuius expoſitionem Cyrilli Alex. *lib.8.de Ador.*ſententia eſt expendenda. *Ferunt, fœtum in vtero vix tandem ad humanam ſpeciem efficlum videri, & ad figuram noſtri corporis tunc accedere,cùm ipſi numerus quadraginta dierum expletus fuerit.* Quid igitur Moyſes? An Iſraëliticum tunc fœmineum populum voluit iterum maſculum parturire? Ita planè. Ideo quadraginta dierum, ac noctium ſpatio aſperitati ſtudet à cibo ac potu abſtinens, vt ex aſperitatis tam moleſtæ apparatu populi animus virilis exſurgeret. *Ideò aiunt,* (adiicit Doctor) *Moyſem virum optimum, (vt de viro vir) cùm Iſraëlis populum ad vitam ſecundùm legem ducendam iterum quodammodo parturiret, ac reformaret,cibo & potu abſtinuiſſe. Panem,inquit,non comedi,& aquam non bibi quadraginta diebus.*

Vir ad domũ Imperatoris Dei pertinẽs ex aſperitate efformatur. Deut 9. Cyrill.

34. Dum igitur Dei domeſticus mollibus inducris veſtimentis è viro in fœmineam decidis infirmitatem, falsóque te iactas in domo Domini militare, dum potiùs cum fœminis nere conſpiceris. Franciſcus Petrar. Dial. 20. *Molliſſimè veſtior. R. Non audiſti, quid vir fortiſſimus apud Criſpum dicat: Munditias ſeu mollicies mulieribus conuenire, laborem, aſperitatémque viris.*

Molles veſtes ad fœminas pertinent.

35. Et te virum Dei domeſticum iactas indutum mollibus? Qui mollibus veſtiuntur in domibus Reginæ ſunt,bello quidem inepti. Quam abominabile eſt Deo te mollem,te muliebrem velle viri fortis ac Dei domeſtici opinione commendari! Eraſmus ex Laërt. lib. 6. *Diogenes cuidam ſibi placenti, quod leonis exuuio tectus incederet: Non tu deſines,inquit, viri ſtragulas pudefacere. Indecorum eſſe cenſuit, quòd homo mollis,* (aptius dixeris fœminam) *Herculis amictum ſibi vendicaret.* Et quomodo poteris, te ad Imperatoris domum pertinere, iactare, ſi mollibus vtens veſtibus, Herculis ornamenta deponis. Pellibus milites fortiſſimi induuntur Ioannes Baptiſta, & Elias, in cuius virtute Ioannes aſcendit. *Hic veniet in virtute Eliæ.*

Abominabile Deo qui mollibus veſtiũ,ſe Imperatoris ſatellit militẽ iactat. Laert.

Vir Elias, Ioannes in Eliæ virtute venit,

Et quomodo niſi in aſperis veſtibus
poteſt robuſta virtus militis
oſtentari?

***

OBSERVAT. VII.

Ad illa verba:

Apparuerunt illis Moyſes, & Elias, cum eo loquentes.

Eliam Dominus gloriæ mundialis contemptorem adducit Transfigurationis die, vt moneat Diſcipulos, gloriam præſentem citò tranſire: nec debere Petrum operam dare tabernaculi perſiſtentis molitioni.

Sic prudens mundi delicias aſpectat, ſic cuncta aſpicit temporaria, vt illicò peritura.

CVr gloriæ die Dominus Eliam,fulgentiſſimum adduxit ad montem? Fatur Lucas *cap.9.*Moyſem & Eliam de morte Domini locutos: *Loquebantur de exceſſu.* An Chriſtus gerens hominis perſonam affert,qui dum gaudio geſtit, eum poſſint de exigua eiuſdem duratione monere? An Transfiguratio illa ex eo quòd tranſiit ſpecie viſibili, aliquod valet gloriæ mundialis obiicere documentum? Elias igitur gloriæ mundi deſpector in Thabor loquitur de exceſſu, ac ſi Domino gerenti hominis perſonam indiceret, ô Domine, tranſit gloria mundi.O Sol, cunctis creaturis iura proferens, imminet occaſus. 36.

En ô Princeps, Iſraëlitici populi Moyſem legiſlatorem tui aſpectui præſento, vt videas, quàm potenter populo imperarit, quàm breui temporis interſtitio ſol ille inierit occaſum.Nazianzenus Orat.27. *Proceres,ac ſublimibus thronis,& dignitatibus inſignes,ne ob potentiam magnoperè animos efferatis, nec de mortalibus rebus tanquam de immortalibus cogitetis.* 37.

Moſis imperium defectui obnoxium. Nazian.

Ait Iob, *ſomno meo quieſcerem cum conſulibus terræ,qui ædificant ſibi ſolitudines,aut cum Principibus, qui poſſident aurum,* cap.3. Conſules dicuntur ſibi ſolitudines ædificare,Principes autem aurum poſſidere. Quare Principibus poſſeſſio auri tribuitur, conſulibus autem ſolitudinum exædificatio? An quia conſulum poteſtas,& gloria annua erat, Principum autem diuitiæ diuturniores? Certè Iob Rex cùm eſſet, cogitat ſe conſulem poſt annum ſolitarium futurum: qui enim hodie multo milite cingebatur, craſtina die ſolitarius cogebatur, perfecto munere, incedere. Ego (inquit) Rex,ſed tamen me conſulem reputo citò inceſſurum ſolitarium. Appoſitè Tertullianus *lib.de Pati.* Conſulatum *gaudium volaticum* appellauit. Cum connſulibus ſibi rectè conſulentibus ſentit optimè Iob,at cur *cum Principibus, qui poſſident aurum,* manere cupit? Profectò, quia leuior auri poſſeſſio ad volatum, quàm conſulares faſces. Aurum in manu Regis,ſeu Principis tot addicti ſumptibus,quàm citò conſumitur. Crediderim magis volatile Regum aurum, licèt ponderoſum, quàm gaudium conſulatus. 38.

Conſulatus gloria defectuoſa, diuitum adhuc volatilior potentia. Iob 3. Tertull.

Vt

Vt igitur Iob ſibi perſuadeat cunctas mundi felicitates citò perituras, ſe putat volatilem conſulatum, aut fugax magis aurum Principum poſſidere.

39. *Principes ſinè poteſtatis aſpiciant, quia exoriri potentiam, interire eſt.* Exod. 4.

Moyſes de *exceſſu*, ſeu de interitu, ac receſſu mundialis gloriæ loquitur. Quid tibi ô Princeps cum Domino accidiſſet, enarra. Mihi ait Dominus, *Quid eſt, quod tenes in manu tua?* Reſpondi, *virga. Dixitque Dominus: Proiice eam in terram. Proieci, & verſa eſt in colubrum. Dixitque Dominus: Extende manum tuam, & apprehende caudam eius. Extendi, & tenui, verſáque eſt in virgam*, Exod. 4. Redditur poteſtas Principum in virgæ rectitudinem, ſi eius apprehendantur extrema. Vidiſti ſerpentem caudam capiti, orbe efformatò, aptare? O quàm proximus exitus natalitio! Rectè D. Maximus ſerm. 9. de Magiſt.

Max. *Principem trium meminiſſe oportet; primum, ſe hominibus imperare: alterum, ex lege imperare debere; tertiò, ſe non ſemper imperaturum.*

40. *Poteſtas mundialis vti ſol moriturus apparet.*

Cur exiſtimas hodie Chriſti faciem Solis ſpeciem oſtentare? *Reſplenduit facies eius ſicut ſol*, Matth. 17. Vt oſtendatur, gloriam illam (qua myſticè figuratur temporalis proſperitas) ad ſuum interitū properare. *Fecit Deus duo luminaria, luminare maius, vt praeeſſet diei*, &c. Gen. 1. Legit Chryſoſtom. *Impræfecturas diei.* Diei ſol dominator exoritur, Præfectus exſurgit. Quid præfecturæ cum ſole? An quia ſol ducatum cunctæ præſtat creaturæ? An quia quos ducit, quos regit, ſimul donat alimonia; ne ieiunis ſubditis inutiliter præſcribat leges? An quia in conſpectu Solis nullatenus poteſt tenebricoſa iuſtitia ſimul noxia hominibus præbere imperia? Non abnego; ſed in præſenti accommodatiùs aſſeruerim aptè Præfectum Soli comparari, quia exoriente luminari iam inſtat potentiæ terminatio. Nam *ſol* (vt loquar cum D. Zenone ſerm. de Reſurr.) *quotidie naſcitur, eadémque die, qua naſcitur, moritur: fidelis ſemper, ſēper intrepidus ad ſepulchrū noctis cognata contendit.* Ipſa nox cognata ſoli, imperiū enim exoriri iam eſt breui mortis termino ſubiacere: *Cognata noctis.* Ergo ô Petre, haud *bonū eſt, nos hîc eſſe.*

PARS POSTERIOR.

THERESIA.

PARAPHRASIM, AC COMMENTARIOS literales ad caput vigeſimumquintum Matthæi, pete à Tom. 6. lib. 9. Part. 1.

Panegyrici Morales circa litteram in Thereſiam de IESV.

PROLVSIO.

THERESIA præcipua eſt hodie Chriſti ſponſa, quam decem exeuntes Virgines concelebrant cunctarum virtutum apparatu. Ex virtutibus etenim omnibus Virgo Thereſia mundum accipit muliebrem, omnimodam ſcilicet puritatem Laërtius lib. 6. cap. 5. *Crates mundum muliebrem dicebat eſſe, quod ornat fœminam, ornat autem id, quod eam reddit compoſitiorem, ac moderatiorem. Verùm id non praſtat, inquit, neque ſmaragdus, neque purpura: ſed quæcumque adderent vim, atque ſpeciem honeſtatis, ac verecundiæ.* Scio Græcis κόσμος & *mundum* ſonare, & *ornamentum.* Omni Thereſia ornata eſt puritate; non ſolùm enim prudentum Virginum virtutibus ſtipatur, ſed & Virginum reliquarum ad virtutum gremium fatuitatem conuertit. Tota prudens Thereſia oſtentatur, non ſolùm vna de quinque numero prudentum, ſed quæ finito illi numero, aliud

quinarium

quinarium addens, penè infinitam coëgit ſanctitatem. De Deipara fatur Richardus Laur. *lib.6. Matthæi* 25. De quinque prudentibus Virginibus agitur, per quas ſignificantur quinque prudentiæ, quas omnes reperire eſt in Maria, quæ fuit Virgo prudentiſſima. Profectò Deipara dilectiſſimam Thereſiam geſtit decem fulgere virtutibus in Ieſu Sponſi viraginis commendationem. Quemadmodum enim *Eliſabeth Zachariæ*, Thereſia Ieſu meruit vocitari. Vnde vtique Sponſo, in ſpiritu vno, magnifica laudatio cedit, procurante Deipara.

SECTIO III.

Quinque prudentes Virgines.

TEXTVS.

VERS. 1. Simile eſt regnum cœlorum decem Virginibus: quæ accipientes lampades ſuas exierunt obuiam Sponſo, & Sponſæ. 2. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes, *&c.*

IN THERESIAM

PANEGYRICVS MORALIS TERTIVS CIRCA LITERAM.

EX QVINQVE VIRGINIBVS PRVDENTIBVS.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Simile eſt Regnum cœlorum decem Virginibus.

Thereſia decem, ſiue omnium virtutum fulgore coruſcat, omnimoda nitet puritate.

Aſſero, perfectam Chriſti ſponſam omnium virtutum concordi varietate niteſcere debere.

1. SPONSAM Ieſu hærentem hodie Thereſiam recognoſco, cui quidem obuiam decem procedunt Virgines; cunctarum virtutum (hoc numero infinitatis, aut multitudinis in ſacris deſignatarum) gerentes ſimulacrum: vt ſponſam totam pulchram poſſint efferre præconiis.

Vnde fatur Sponſus, *Pulchra es amica mea,* 2.
ſuauis, & decora ſicut Ieruſalem, Cant. 6. Hebraïcè, *Decora ſicut Tirſa.* Pagninus, *Sicut Tirſa, Terſa, Tereſa.* Eccleſia ergo pulcherrima, tota illa pulchra Mater Virgo Chriſti Sponſa Tereſæ (liceat *Thereſæ* adſcribere) comparatur. Vis noſcere, quàm pulchra, quàm decora tota Eccleſia ſit, nempe quàm præſtans illa fidelium ſanctitudinis colligatio. Thereſæ eſt ſimilis: *Pulcra & decora ſicut Tereſa*, aut *Tirſa.* Qualis, precor, ciuitas Tirſa? Porrò Iſraëlis Metropolis tota erat directarum platearum, æqualium domorum compoſitio. Thereſa ergo ciuitas Ieſu tota pulchra ſine vlla macula adſtat ſponſo.

Pulcherrima Eccleſia vni perfectiſſima comparatur. Cant. 6. Pagnin.

Quid Ioannes, *Vidi ciuitatem ſanctam Ie-* 3.
ruſalem deſcendentem de cœlo à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo, Apoc. 21. Hebraicè, *Vidi Tirſam, Terſam, Tereſam.* Aſpexi Thereſiam cunctarum virtutum mundo muliebri ornatam ſine macula *Terſam*, ſine ruga, vel à venialibus vltroneis, voto emiſſo, abſtinentem, dignam planè Ieſu Domini ſponſam. Additur, *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus.* Tam ſancta ciuitas Thereſia,

Thereſia eſt ciuitas Tereſa cunctis ſanctitatis fulgoribus clariſſima virtutũ omnium colligatio. Apoc. 21.

vt meruerit hominum ſanctiſſimorum eſſe colligatio. Audi Lyranum, *Vidi Ieruſalem* (ſiue Tereſam) *id eſt, fidelem quandam perſonam deuotam, quæ dicitur ciuitas, id eſt, plurium vnitas.* In vna etenim Thereſia decem prudentes viragines includuntur, ſiue cunctæ virtutes colligantur. *Deſcendit hæc de cœlo propter gratiæ infuſionem in eius augmento. A Deo paratam, id eſt, diuinis chariſmatibus adornatam; propter quod de ea ſubditur: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus.* Tanta Thereſiæ perfectio, vt electa à Deo fuerit in virorum ſanctiſſimorum Tabernaculum.

Lyran.

4\. Vniuerſitas in Thereſia virtutum domicilium ſortita eſt, decem Virgines prudentia præditæ ſapientiſſimam ornant ſponſam. Vnde cum Dauide præcinit, *In pſalterio decachordo pſallam tibi*, Pſal.91. Decachordum pſalterium decem chordarum eſt inſtrumentum muſicum. Thereſia Domino in pſalterio decem chordarum pſallit. Liceat annominatione vulgari vti: *Canta en inſtrumento de dies cuerdas, ô prudentes virgines.* Decem enim prudentibus virginibus, ſeu virtutibus Thereſia exornatur ſponſa. An non Virgo pulcherrima? Ergo chordarum conſona varietate conſtat. Aſſerit Didacus Daza noſtræ Societatis, ad cap.1 epiſt.Iacobi, non defuiſſe, qui carmen illud, *Exurge pſalterium, & cithara*, Pſal.56. de pulchritudine expoſuerunt. Nam (autore D. Baſilio ad Pſal. 44.) *Pulchrum eſt membrorum compoſitione, & harmonia gratia vigens.* Vberiùs Elias Cret. *ad orat.*10. *Nazianz.* de Eliæ filia profatur. *Eſt autem pulchritudo proportio quædam, & harmonia diſſimilium in nobis partium. Nam etiam in muſicis inſtrumentis alius quidam ſonus eſt, qui per infimam chordam editur, alius qui per huic proximam, alius qui per ſummam. Is autem, qui ex his omnibus promanat, concors numerus eſt. Quemadmodum ſcilicet ad diſſimilium corporis partium proportionem pulchritudo.* Huiuſmodi diſſimilium virtutum concordi varietate Thereſia exornatur, vt in decachordo pſalterio Domino dulciſſimè præcinere valeat.

Thereſia Deo præcinit in decem chordarum pſalterio, dũ pulcherrima oſtenditur decem Virginũ cõſenſu ornata pulchritudine. Pſal 91. Daza. Pſal.56. Baſil. Elias Cret.

5\. Porrò tanta Thereſiæ pulchritudo animi, vt ex abundantia, vel in corpus profluxerit. Vnde vultum obiiciebat Angelicum, quippe quæ in corde Spiritum ſanctum per cunctarum virtutum exercitamenta geſtaret. Nullus Thereſiæ faciem pulcherrimam, modeſtiſſimam ſimul aſpiciebat, qui non crederet cor illius eſſe Spiritus ſancti domicilium, vnde Angelicus ille fulgor profluebat. De Stephano ait Lucas, *Et intuentes eum omnes, qui ſedebant in concilio, viderunt faciem eius quaſi faciem Angeli*, Act.6. Vndenam viro pulchritudo tanta? Reſpondet Hilarius Arel. hom. de S. Steph.

Thereſia ex abundantia Spiritus ſancti cor incolentis vultũ Angelicum obiiciebat. Act.6. Hilar. Arelat.

Abſcondita pectoris ornamenta ſpeculum frontis irradiant; habens intra ſe Spiritum ſanctum, os præ ſe geſtabat Angelicum.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Quæ accipientes lampades ſuas, exierunt obuiam Sponſo.

Thereſia Virgo fulgenti contemplationis lampade accenſa, è Carmeli vertice ad cœli cacumina tartarei hoſtis fugatura tenebras, euolauit.

Oſtendo, iuſtè preces efficaciſſimas ad inuiſibilium hoſtium comminutionem.

LAmpades Hilarius animum expreſſit ad ſuperos ignis in morem auolantem contemplationis, ſeu orationis exercitamentis. Thereſiam prima prudens Virgo contemplatio, ſeu oratio collaudet tam addictam precibus, vt nunquam ab ſponſi conſpectu recederet. Ideo ſponſæ dulciſſimæ comparatur, *Quæ exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ.* Sanctæ mentes aliquando ab ſponſi præſentia recedunt, Thereſia ſponſa dulciſſima nunquam à cœleſti ſponſo ſeparatur. Vnde illis ad Dilectum redeuntibus, Thereſia ſemper cum Domino commoratur, & à requirentibus eum, inuenitur: *Sponſo & ſponſæ.* Hinc oſtendam, Virginem cunctos hoſtes inuiſibiles facili negotio ſuperaſſe, ſenſúſque mortificationis exercitamentis ſubiugaſſe rationi. 6.

Orationis exercitio habitus quique noxij abraduntur. Hilar.

De Carmelita illuſtriſſima proclamat Sponſus, *Caput tuum vt Carmelus*, Cantic.7. Quid Carmeli mons? Hebraicè, *Scientia circumciſionis.* Agnatum enim Carmelo poſt Eliam voluptatis, voluntatiſque circumciſioni vacare. Ergo Thereſiæ caput, quo cogitationes Deo hærentes ſignantur, eſt vt Carmelus, oratio enim feruens Virginis ipſa ſcientia circumciſionis eſt. Edocet namque meditatio quónam modo ſenſuum mortificationi ſit ſtudendum. Strabus ad hæc, *Caput tuum, ſeu mens tua, quia regit totum corpus cogitationum, eſt alta vt mons, qui habet ſcientiam circumſionis, non in ablatione carnis, ſed ſuperfluitatum cordis.* Nihil ſuperfluum, vbi mens precibus aſſiduis impendit ſtudium. 7.

Thereſia vt Carmelus, quia orationis exercitamento ſcientiã obtinuit circuncifionis voluptatum. Cant.7. Strab.

Thereſiæ ingenium acre quidem, ſed docile, libidinis minimè colloquiis addictum, ſed licitis collocutionibus aliquando agnatum, vt domeſticus hoſtis, ac inteſtina bella continuis victoriis parerent coronas. Curauit Virgo huiuſmodi curas, (ſi noxias nunquam) inutiles ſemper omnind debellare. Ideò orationis exercitamentis tam enixè ſe dedidit, vt colloquia inutilia præſcinderet, naturalis illius ingenij muros ſolidiſſimos euellendo, ſoloque æquando. Curauit Ioſue Ierico muros infirmare, totamque vrbem victis hoſtibus Numini ſubmittere. *Igitur omni populo vociferante, & clangentibus tubis, muri illico corruerunt, ceperúntque ciuitatem*, Ioſ.6. Quidnam illæ populi vociferationes? Dionyſ. Carthuſ. *Clamabant non irrationabi-* 8.

Thereſia oratione aſſidua ſe omnino perfectioni ſupremæ ſubiecit. Ioſ 6. Carthuſ.

tionabiliter, & confusè, ſed deuotè ad Dominum, eum laudando, & inuocando. Quàm facilè natiua vincitur imperfectio orationis inſtantia! *Muri illicò corruerunt.*

9\. *Didicit ab Elia parente precibus immutare naturam.* Caſſiod. Caſſiod. ad Pſal. 16. *Orationis exercitium ſerenat cor, abſtrahit omninò à terrenis, ſubleuat ad cœleſtia, reddit capacius, & dignius, ad accipienda bona ſpiritualia.* Quid mirum Thereſiam adeò ſe ſubiugaſſe ſpiritui, vt nulla particula carni relinqueretur, ſi nunquam eius mens à Carmeli cœleſtis cacumine recedebat? Didicit ab Elia parente precibus ſuperare naturam. *Viuit Dominus*, (aiebat Propheta) *Deus Iſraël, in cuius conſpectu ſto: ſi erit annis his rós, & pluuia, niſi per os meum*, 3. Reg. 18. Quid magis naturæ legibus abſonum, quàm cœlum pluuiam emittere geſtiētem verbo claudere, ac reſerare à nubibus iam deſertum? Id equidē preces Eliæ potuere, quia coram Domino ſtabat: *In cuius conſpectu ſto.* Quàm facilè vel naturā ſuperat, hoc eſt, noxiam conſuetudinem, quæ altera natura eſt, qui in conſpectu Domini per contemplationis, ſeu orationis exercitamenta cōmoratur? 3. Reg. 18.

Aldhel. D. Aldhelmus, *Spiritu afflatus Elias cœli clauſtra, & nimborum obſtacula precibus patefecit.* Eliæ ſpiritu prædita Thereſia ablegatis imperfectionum nubibus cordis cœlum thronum ſponſo reſerauit orationis continuæ afflatu.

10\. *Vel gigas paſſio, aut habitus orationis exercitamentis debellatur.* Quid ſi conſuetudo giganteā ſtaturam exæquet? Certè oratio giganteas ſuperat omninò affectiones. Teſtor Dauidem adoleſcentem in funda & lapide Goliath comminuentem. Vt vidit Philiſthæū accedentem Dauid inclamat, *Ego venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminū Iſraël.* Gigas denique lapidis emiſſi vulnere, *cecidit in faciem ſuam ſuper terram*, 1. Reg 17. Quis vicit Goliath? An Dauidis fortitudo? Certè Dauidis frequētiſſima oratio. D. Chryſoſt. hom. 13. de Dauid, & Saul. *Hæc vox barbarum illum, & alienigenam proſtrauit, eo quòd priuſquam mitteret lapidem, eum precationis robore erat aggreſſus. Et quid miraris, ſi vox iuſti & furorem mitigat, & hoſtes deiicit?* 1. Reg. 17.

Observat. III.

Ad illa verba:

Exierunt obuiam ſponſo.

Pulcherrimis mortificationis greſſibus Thereſia diſcalceata ad dilectiſſimum properauit ſponſum.

Aſſero, mortificationem animum infirmum robore maſculo donare, firmiuſque Deo vt adhæreſcat, efficere.

11\. *Vti de reformatione Ordinis.* Anſelm. ANSELMVS idem aſſerit obuiam exire Sponſo Virgines ac *in omnibus ſponſo concordare*: ita vt mortificationis greſſibus ſeſe exerceat animus, vt omnino perfectionis fonti adhæreſcat.

12\. Huiuſcemodi profectò greſſibus vſa eſt Thereſia, vt obuiam dilectiſſimo Ieſu procederet. Nudis pedibus ſacerrimum acceſſit ad rubum, vt mortificationis greſſibus ad perfectionis verticem Eliæ verè filia properaret. Greſſus hoſce laudat ſponſus, dum ait, *Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia Principis*, Cantic. 7. Duplicem particulam preme, *pulchri in calceamentis*, & *filia Principis*. An greſſus ſunt pulchri, quia pedes calceamentis exornantur? Minimè, ſed quia pedes calceamenta proiiciunt. Pulchri ſunt pedes, *in calceamentis abſtractis*, niueo candore reſerato. Pulchri admodum Thereſiæ pedes in calceamentis proiectis, vt greſſibus mortificationis ad ſponſum in perfectionis vertice collocatum feſtinaret Principis filia. Cuiuſnam precor? Exiſtimo Eliæ Principis olim Regularis inſtitutionis. Filia ergo Thereſia Eliæ eſt, ac ſimul in Euangelio Principum illorum, quorum Virgo didicit documenta, vt Ordinem rurſum efformaret, ſcilicet D. Ignatium Patrem meum, ipſa Diua ſæpe profitente. Confirmo cogitationem pulchro Anſelmi in Gloſſa Interl. teſtimonio. *Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis tua Principis Eliæ ſub lege, & multorum tempore gratiæ.* Quænam autem in calceamentis pulchritudo? Strabus, *Mortificationem in ea laudat.* Quónam modo autem in calceamentis mortificationem ſponſæ laudaret, niſi quia abſtractis his, nudi pedes frigoris moleſtiæ exponuntur. *Greſſus Thereſiæ diſcalceatæ per mortificationis exercitamenta, pulcherrimi, quia Principem Eliā imitantur.* Cant. 7. Anſelm. Strab.

Moyſi apud deſertum properanti ad conflagrantem ſine læſione rubum Dominus, *Solue calceamentum de pedibus tuis, terra enim, in qua ſtas, terra ſancta eſt*, Exod. 3. Deſerti incolæ perfectioni ſtudenti ex receſſu ab vrbium tumultu diſcalceatio indicitur ad perfectam paſſionum mortificationē, vt animus Domino adhæreſcat. Lyran. *Prius oportet te carnem deponere, vnde dicit Dominus: Non videbit me homo, & viuet.* Thereſia apud deſerta Carmeli ſeſe perfectiſſimè humanitate exuit in duplicatum Eliæ ſpiritum efformata, quàm perfectionis legiſlatrix inſtitueretur proxima Numini. Vidit planè Dominum, quia non viuit, id eſt, quia carnem omnino repulit dum in ſpiritum tranſformauit. Factus enim fuit in ea. Eliæ duplex ſpiritus, quia in corpus totum in ſpiritum mutatum obiicitur. 13. *Thereſia ſe carnis omnino calceamento expoliauit in deſerto Carmeli.* Exod. 3. Lyran.

Redeo ad Carmeli verticem, qui quidem mons *ſcientiam circumciſionis* indicit. Vti Elias apud Carmelum virgo Thereſia ſcientiam circumciſionis edocta eſt per mortificationis exercitia. Diſcalceatur, à carnis cibis abſtinet, vacat ieiuniis, humo cubat. O greſſus ad verticem Carmeli properantes! En alterum Abrahamum, cuius in carne Dei pactum obiicitur. *Circumcidetur ex vobis* (ait Dominus) *omne maſculinum*, &c. *Eritque pactum meum in carne veſtra in fœdus æternum*, Gen. 17. Ait D. Zeno lib. 3. ſerm. 8. *Cùm Abraham integer ſit iuſtificatus, & poſtea circumciſus, manifeſtum eſt, circumciſionem Abrahæ non fuiſſe neceſſariam. Denique nil illi contulit, quia Deo antea, non poſteaquam circumciſus, placuit, ſed in hoc robuſta merita repromiſſionis accepit.* Nam per mortificationem meruit nouæ germinis repromiſſione donari. D. Thereſia priùs Eliæ quidem filia in Abulenſi Incarnationis Conuentu illuſtriſſimo degit 14. *Vt Abrahā perfectè apud Carmelum Thereſia mortificationi ſtudet; vnde robuſta merita ad filiorum repromiſſionē accepit.* Zeno. Gen. 17. *Thereſia immutatio in Conuentu Incarnationis Abulenſis.*

calceata, & dilectiſſimo placuit ſponſo. Cur ergo poſtmodum nouæ mortificationis exercitamentis ſtudet, & ſcientiæ circumciſionis in Carmelo vacans, proiicit calceamenta, à carneis cibis abſtinet? Certè *in hoc robuſta merita repromiſſionis accepit*, quia effecta eſt robuſtiſſima virorum parens, & Magiſtra. Quomodo robuſtorum parens, & Magiſtra Virgo, quæ fœminea infirmitate premitur?

15. Legis attende præſcriptionem. *Circumcidetur ex vobis omne maſculinum*, Gen.17. Thereſia circumciſioni addicta, in virum commutatur, vnde maſculæ fortitudinis effecta, robuſta merita repromiſſionis virorum filiorum accepit. Apto Thereſiæ, quod de Macrina ſorore Nyſſenus aiebat. *In mentionem probæ cuiuſdam mulieris incidimus: ſi tamen ex natura mulier a nobis appellanda eſt, quæ naturæ conditione præſtantior ſit.* Scientia enim circumciſionis, ſeu mortificationis, eam ad cœtum virorum adduxit. Thereſia quidem meritò vir eſt appellanda, poſtquam ex mortificationis, aut circumciſionis ſcientia, *robuſta merita repromiſſionis accepit.*

Ob mortificationē Thereſia in maſculum virorum Magiſtrū mutata. Gen.17. Nyſſen.

16. Nónne Thereſia poterat ad ſponſum in ſuperis morantem accedere calceata? Cur tam rigidæ reformationis ſtudium impendit. Crediderim, vt arctiùs firmiùſque ſeſe ac filios Domino colligaret, nec dubium, quin mortificatio carnis, ac vitæ auſteritas animum Deo firmiùs adſtringant. Adamo Deus, *De ligno ſcientiæ boni, & mali, ne comedas. In quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris*, Geneſ. 2. Abrahamo autem: *Erit pactum meum in carne veſtra in fœdus æternum. Maſculus, cuius præputij caro circumciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo*, Gen.17. Vtrobique præceptum homini indicitur, & mors non obſeruanti denunciatur. Rogo, an homo non comedens ex arbore interdicta ſalute donaretur? Ita planè, ſicut ſalute donatur qui circumciſionis vulnere afficitur. Si ergo vtroque præcepto homo ſaluatur, cur non iteratur primum à ligno ſcientiæ abſtinendi: ſed præceptum circumciſionis peruulgatur? Profectò prima hominibus data regula, facilis quidem facilè frangitur, quia mortificationi homo non ſtudebat. At circumciſionis lex cum mortificationi carnis neceſſariò coniuncta firmiùs tenetur, ſtabiliùs obſeruatur. Ideò Dominus: Erit pactum meum in carne veſtra in fœdus æternum. Pulchrè Bernardus ſer.2. de circum.Dom. *De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas. Leuiſſimum planè mandatum, ſed tranſgreſſus eſt homo præſcriptum ſibi modum. Vnde in diebus Abrahæ amici ſui rurſum modum inſtituit, promulgauit legem, ſed non priori ſimilem vſquequaque. Ibi prohibitio facta, ne ſuperfluitas ſubintraret: hîc iam indicta abſciſſio eſt, vt Sacramenti remedio, quæ ſubintrauerat, tolleretur.* Dum igitur Thereſia ſe, ſuóſque filios videt legibus facilioribus ſubiacere, timet, ne facilia præcepta facilè diſſoluantur. Vnde vt Dei pactum ſit in ſua filiorúmque carne, in fœdus æternum circumciſioni ſcientiæ vacat, proiicit calceamenta, à carneo abſtinet cibo, humi cubat, aſpera veſte induitur, cilicio diſtorquetur, recedit à tumultu, filios ad montana ducit, filias à virorum collocutione omnino abſtrahit: *vt ſcilicet Sacramenti remedio, quæ ſubintrauerat* tepiditas, *tolleretur.* Vnde in diebus Abrahæ amici ſui, ſeu in diebus Thereſiæ maſculæ quidem fortitudinis, *promulgauit legem, ſed non priori ſimilem vſquequaque.* Bellum enim horribile carni ac ſanguini indicitur, Carmeli aſperrima cacumina præſentantur.

Regula ſtrictior facit animū Deo firmius hæreſcere. Gen.2. Gen.17. Bernard.

Observat. IV.

Ad illa verba:

Exierunt obuiam Sponſo & Sponſæ.

Thereſia obuiam procedit non ſolùm Sponſo, ſed Sponſæ, quia maſculæ fortitudinis, Ordinis reformatæ quaſi Sponſus oſtenditur.

Aſſero, Deum fragili fœminarum in ſexu illuſtrius triumphum agere.

Ait Strabus, *Omnes ſunt ſponſæ.* Si ſponſæ omnes Virgines obuiā ſponſo exeuntes, cur additur, *& ſponſæ*? An ſimul & exeunt, & cum Sponſo commorantur? An ſeipſas quæſituræ clauſtra dimittunt Virgines? Certè nonnullæ viragines tam maſcula videntur eſſe præditæ fortitudine, vt potius viri oſtententur ſponſæ obuiam proceſſuræ, quàm ſponſo. 17.

Thereſia ex reformatione Ordinis proclamatur. Strab.

Et quamnam Thereſia virilis ſponſam quæſitura procedit? Contemplari liceat Ordinis Carmelitarum reformationem ſponſam dulciſſimam ſibi illigandam quæritare. Reformatio Ordinis virorum Thereſiæ ſponſa eſt, huic ſponſæ virago fortitudinis maſculæ obuiā procedere aſſeritur. An Thereſia vir? Haud eam cum fœminis computabo, virorum cœtui adſcribendam cenſuerim. Iacobus Kennodus apud Georg. Buchanan. *lib.12. rerum Scot.* fortem quandam viraginem laudans, ait: *Nunquam ab hoc ſexu animi magnitudo poſtulata eſt. Sed hæc, de qua loquor, inter viros, non muliebris, ſemper connumerata eſt.* Vidiſti Thereſiam fœminam aliquando? *Inter viros ſemper connumerata eſt.* Et ſapientia, & fortitudine, & conſtantia, vir oſtentatur. 18.

Virilis Thereſia Ordinis Reformationem ſpōſam ducit. Iacobus Kennod.

Celebrat prophana antiquitas quandam Thereſiam Thebanam, quæ quia horribilem interitui addixit ſerpentem, in virum fuit à diis immutata. Quàm veriùs Thereſia virorum numerum addere poteſt, quæ tartareum ſerpentem maſcula comminuit fortitudine? 19.

Thereſia Thebana noſtram prædicat virilem Matrem.

Prudentiſſima Abigail Carmeli incola maſculina affixione à ſacro textu ornatur. Verbum enim illud, *Accipe benedictionem, quam attulit ancilla tua*, id probat apertè. Nam ſi *ancilla* fœminino termino effertur, *attulit* illi præterito Hebræus affixionem maſculinā impertitur. Et meritò Abigail vir reputatur, dū prudentia virili Dauidis ſedauit iracundiam, 1. *Reg.*25. O vera Abigail celſioris Carmeli habitatrix, ad 20.

Altera maſcula Abigail in Carmelo, altera virilis Ruth. 1.Reg.25.

virorum

virorum numerum adducta, quia Deum aduerſum peccatores ira ſuccenſum reddidiſti pacatum! Sed & Ruth maſculina affixione ſcribitur iuſtè, planè, quia relictis patriæ illecebris fecit ſpicilegium. Thereſia autem patria domo relicta, apud Religionis deſerta cunctarum virtutum Euangelicæ meſſis colligit ſpicas, vt regu'arum manipulum totius perfectionis epilogationem colligaret.

Ruth 1.

20. *Quàm glorioſus IESVS ex virilis Thereſiæ ſemper victrice fortitudine.* Iud. 5. Damian.

O quàm glorioſum ex maſcula Thereſiæ fortitudine cœleſtem contemplor ſponſum! Incedit virilis fœmina militum dux fortiſſimus horribilem hoſtem debellatura. Nouum quidem bellum, & ideo mirabilior victoria. *Noua bella* (illa profatur) *elegit Dominus, & portas hoſtium ipſe ſubuertit*, Iudic. 5. *Noua bella*, ſcilicet mirabilia, vt IESVS glorioſiùs triumpharet in fœmina. Petrus Damian. *Quanquam mirabilis ſit Deus in viris, mirabiliùs tamen, & glorioſiùs triumphat in fœminis, quod de inermibus fortes & victorioſos facit.* Cur non dixit *victorioſas*? Quia eo ipſo, quòd illas Deus efficit victoria potiri, ſimul mutat in viros. En Thereſia infernum comminuens.

21. *Vir eſt Thereſia, quia virorū fortiſſimorum mater.* Damaſc.

Cùm te, ô Virgo prudentiſſima, contemplor tot filiorum fortiſſimorum matrem, non poſſum maſculam tibi adſcribere fortitudinem. Fortium enim matres maſculæ habendæ ſunt. Edocet Damaſcenus, Scripturarum nomina generis muliebris minimè recenſere. Attamen ipſa matrum Regum Iuda commemorat nomina. Quare? An quia hæ tam conſtantis, maſculæque virtutis erant, vt virorum in numerum fuerint referendæ? Non abnego, ſed aptiùs addidero, ideo inter viros illas adnumerari, quia fortes, generoſoſque filios ediderunt. Hinc Thereſia omninò à fœminea fragilitate recedens oſtenditur tam fortium viraginum mater, tam potentium virorum parens auguſtiſſima.

22. *Ideo Thereſia viris imperat, quia viros peperit.* Maxim.

Ideo reor Thereſiam non ſolùm fœminis, ſed & viris imperitare, quia viros adeò fortes progenuit, vt ſe maſcula fortitudine præditam oſtentarit. Ait Maximus ſermon. 9. *Dicente hoſpite quodam: Solæ vos Lacedæmoniæ viris imperatis; Gorgonia reſpondit: Nos quidem ſolæ viros parimus.* Quid mirum ſolam Thereſiam viris tot imperare fundatricem Ordinis reformatæ, ſi ſola ipſa fortitudinis maſculæ tot viros parturiuit?

23. *Virilis Thereſia animus i fœmineo corpore.* Nyſſen.

Quid plura? Dum video Thereſiam maſculæ fortitudinis viraginem, tot virtutibus, tot præconiis illuſtriſſimam, ſi Gregorij Nyſſæ Præſulis eloquentia pollerem, de Thereſia ſcriberem quod ipſe de Placilla Imperatrice hiſce verbis expreſſit. *Tulit hac noſtra ætate natura, proprios terminos, ſolitámque naturam tranſiliens, tulit, inquam, natura, vel potiùs naturæ Deus virilem animum in muliebri corpore, ſuper omnia propemodum virtutis exempla, quæ præceſſerunt. In hac enim muliere omnes corporis, omnes animi virtutes concurrentes humanæ vitæ rem admirabilem, & incredibilem oſtendebant, vt vnus animus in vno corpore tot bonorum cumulum poſſideret.*

24. *Supra omnia virtutum exempla, quæ præceſſerunt, efferēda eſt.* Iudic. 4.

Preme illa: *Supra omnia propemodum virtutis exempla, quæ præceſſerunt.* Celebris Debbora filia Lapidoth, quam ſecum proficiſci curauit Barach, nec aliter ducere exercitum contra Siſaram voluit. Cui virago, *Ibo quidem tecum, ſed in hac vice victoria non reputabitur tibi, quia in manu fœminæ tradetur Siſara*, Iudic. 4. De Ruth Booz clamauit, cùm vidit patriam, Deoſque ſuos reliquiſſe, *Scit omnis populus, qui habitat inter portas vrbis meæ, mulierem te eſſe virtutis*, Ruth 3. Verè & Thereſia virilis altera Machabæorum mater. De qua *Supra modum* (inquit Guillelmus, Peraldus Epiſcopus Lugdun. lib. de exempl. virt. cap. 126.) *mater mirabilis, quæ pereuntes ſeptem filios ſub vnius diei tempore conſpiciens, bono animo ferebat, & fœmineæ cogitationi maſculinum animum mittebat*, 2. Mach. 7. An Thereſia ſupra hæc exempla virtutis? Num non proficiſcitur cum Elia Dux virorum maſculæ fortitudinis, cui quidem victoria reputatur! Nónne omnis Eccleſia agnoſcit Thereſiam mulierem eſſe virtutis admirabilis? An non cunctos filios vbique terrarū intrepidè aſpicit mortificationis horribili gladio vulnerari, ac interimi, ipſa præſcribente? An aliquis Thereſiæ natus annos Neſtorios vidit? Num aliquis virorum, aut fœminarum Ductricem Thereſiam ſequentium vllus non vitæ aſperitate, quaſi Martyrio breui tempore conſummatur? O virago *ſupra omnia virtutes exempla, quæ præceſſerunt*, efferenda!

Ruth 3. 2. Mach. 7. Peraldus

25. *Multiplex animus in vno Thereſia corpore, ad tanta facinora gerenda.* Nyſſen. *Thereſia multiplex Elias.* 4 Reg. 2. Lyran. R. Sal.

An aptè appoſitum poſt tot virtutis elogia Placillæ, *Vt vnus animus in vno corpore tot bonorum cumulum poſſideret*? Tanti viri venia ſcripſiſſem, *vt multiplex animus in vno corpore tot bonorum cumulum poſſideret*. Quia tot egregia facinora multiplicem operatricis mirabilis arguunt ſpiritum. Ad Eliam profatur Eliſæus, *Obſecro, vt fiat duplex ſpiritus tuus in me*, 4. Reg. 2. Quod exponit Lyranus. Dicit R. Salomon, quòd petiit habere ſpiritum in dupla proportione *reſpectu Eliæ*, ad vberiora quidē præclara geſta. *Et ad hoc inducit, quòd octo miracula tantùm ſcribuntur facta per Eliam. Primum eſt clauſio cœli, ſecundum continuatio farinæ, & olei, tertium ſuſcitatio filij viduæ, quartum deſcenſus ignis, quintum impetratio pluuiæ, ſextus deſcenſus ignis ſuper primum quinquagenarium, ſeptimum ſuper ſecundum, octauum diuiſio Iordanis, vt tranſirent per ſiccum. Sedecim verò ſcribuntur in Eliſæo. Primum eſt Iordanis diuiſio, ſecundum aquarum ſanatio, tertium puerorum laceratio, quartum aquæ impetratio pro tribus Regibus, quintum olei multiplicatio, ſextum Sunamitis fœcundatio, ſeptimum filij eius ſuſcitatio, octauum pulmenti dulcoratio, nonum panum multiplicatio, decimum Naaman leproſi curatio, vndecimum Giezi infectio, duodecimum ferri natatio, decimum tertium oculorum pueri ſui apertio ad videndum equos, & currus igneos, decimumquartum aduerſariorum excæcatio, decimumquintum abundantia victualium inopinata in porta Samariæ, ſextumdecimum ſuſcitatio mortui ad tactum oſſium Eliſæi.* Admitto ſententiam, quam alibi impugno. Arguit ne duplex operatio duplicis quaſi ſpiritus vno in corpore commorationem? Ad memoriam reuocata Thereſiæ tot miracula, quot fundationes ſtruxit: tot prodigia, quot filios peperit. Fallor, ſi ad tanta facinora ineffabilia innumera planè non penè innumeri ſpiritus requirantur. *Fiat* (clamat Eliæ filia) ô pater, *in me multiplex ſpiritus tuus*; & Nyſſenus iam rurſum ſcribat, *vt multiplex animus in vno corpore tot bonorum cumulum poſſideret.* O Thereſia noſt

non duplex ſolùm, ſed multiplex Elias in nu-ri immenſitatem! Tot miracula Virginis noſtræ adnumerantur, vt innumeros poſſent Elias conſtituere in diſcipula.

Observat. V.

Ad illa verba:

Quæ exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ.

Thereſia vt Virgo, Chriſti procedit ad nuptias; vt Mater, adſtat ſponſo; quia Mater & Virgo mira virginitate, ac fœcunditate floruit.

Virginitatis fœcunditatem ſpiritualem commendo.

26. *Matrimonij puritas mater fœcunditatis.* Anſelm.

Anſelmus contemplatur in virginibus obuiam procedentibus ſponſo cœleſti, Eccleſiam virginem caſtam Chriſto exhibendam: in ſponſa autem aſſidua IESV coniuge eandem Eccleſiam iam Matrem fidelium fœcundiſſimam. Hinc Thereſiæ virginitatem ac fœcunditatem celebrabo.

27. *Virginitas ſol puritatis ac fœcunditatis parens.* Apoc. 12. Aldhelm. Iſidor. Peluſ.

Deiparæ elogium glorioſiſſimum, virginea fuiſſe fœcunditate, ſeu fœcunda virginitate fulgidam, de quo *tom.* 3. latè. Æmulatur Thereſia Deiparentis virginitatem fœcunditatémque, & tantæ puritatis norma, & tot filiorum parens. Maria quidem *Mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius*, Apoc. 12. An non, quia Lunæ pulchritudo fœcunda, & Solis fœcunditas pulchra Dei Filium IESVM in ſplendoribus exortum concelebrant? D. Aldhelmus *de laud. virginit* ait, *Virginitas eſt ſol.* Meritò planè, ſi ſol fulgentiſſimus ac puriſſimus ſimul eſt parens creaturarum, quia *ſol generat hominem.* Peluſiota lib. 3. epiſt. 35. *Soli eos, qui virginitatem amplexi ſunt, comparare licet.* An non quia ſol puram fœcunditatem, fœcundámque puritatem fulgentiſſimis radiis exponit?

28. *Debbora virgo & mater ſponſa. Sic Thereſia.* Iudic. 4. Act. 19. OEcum.

De prudentiſſima Debbora textus ait, *Erat autem Debbora Prophetis vxor Lapidoth, quæ iudicabat populum in illo tempore*, Iudic. 4. Hebraicè pro *vxor Lapidoth*, ſcribitur *mulier lāpadum.* Lapidoth enim idem ac *fulgur*, ſeu *lampas.* Vnde aliqui in dubium vertunt, virgo ne fuerit Debbora? Aſſerit quidam nō indoctus, quia ſpiritu prophetiæ afflata fuit, præmio quidem virginitatis. Quatuor Philippi filiæ dicūtur virgines prophetantes, Act. 19. OEcumen. *Propter pudorem magis hoc aſſequebantur, vt etiam prophetia digna haberentur.* Si virgo erat lāpadibus ornata Debbora, quónam modo vxor appellatur? An non vxoris vocabulum deſtruit virginitatis decus? Profectò Debbora virgo, quam Hebræi populi ſapientiſſimam *Matrem Iſraël* appellabant, cum prudentibus virginibus accipientibus lampades ſuas *Mulier lampadum* procedit obuiam ſponſo, cuius puriſſima vxor nominatur, vti virgo ac Mater Eccleſiæ, in celebritatem quidem D. Thereſiæ Debboræ ſapientiſſimæ, quæ virgo Mater meruit appellari.

29. D. Ambroſius virginitatem corpori Dominico comparat, auctore D. Hieron. adu. Iouin. *Coniugium hordeo, virginitatem corpori Chriſti comparat.* Quare? Crediderim, quia Chriſti corpus virginitate ornatur. Paſchaſius, *Quoniam hoc corpus nihil magis diligit, quàm in Chriſto virgines.* Addo, & quia Dominicum corpus virgo cùm ſit, fœcundiſſima eſt vitis, è qua virgines alij germinantur. Vnde Hieronym. *citatus* corpus Chriſti aſſerit ac virginitatē componi, quia *frumentum eſt electorum Chriſti corpus, & vinum germinans virgines*, Zach. 9. At virginitas fœcundiſſima Mater eſt. En Thereſiæ typum. Virgo eſt puriſſimo ornata fulgore, ac ſimul virginum Mater fœcundiſſima.

Virginitas vt Dominicum corpus fœcūdiſſima eſt virginū parens; ſic Thereſia. Ambr. Hieron. Paſch. Zach. 9.

De Carmeli filia prænuntiatum aſſero ab Iſaia, *Gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli, & Saron*, cap. 35. Vbi Lyranus ad literam, *Per iſta tria loca, quæ præ aliis in Iudæa fuerunt amœna, & fertilia, intelligitur, quòd quidquid erat pulchritudinis & amœnitatis in ſanctitate & honeſtate in Synagoga, tranſlatum eſt ad Eccleſiam ex Iudæis & Gentibus congregatam.* Anſelmus autem myſticè aſſerit in Carmeli decore fertilitatem, aut fœcunditatem cum virginitate coniunctam figurari. In Carmelo enim & fœcunditas fructuum aſpicitur, & ſcientia per circuncisiones voluptatem exponitur. Verè Carmeli filia D. Thereſia, cui à Domino datum & puritatis nitore pollere, & ſanctiſſimæ prolis fœcunditate ornari: qualis Berecinthia mater non centum, ſed mille millium complexa nepotes.

30. *Carmeli filia Thereſiæ data eſt pulchritudo ac fœcunditas virginitatis.* Iſai 35. Lyran. Anſelm.

Dum obiicio menti Thereſiam, & cum virginibus decem Dominum quæritare, & ſimul fœcundiſſimo ſponſi amplexu frui, matrem quidem & virginem, ei lubet aptare illud Ambroſij lib. 1. de Virg. *Pulchritudinem quis poteſt maiorem æſtimare decore eius, quæ amatur à Rege, probatur à iudice, dicatur Domino, conſecratur Deo, ſemper* virgo *innupta, ſemper* fœcunda *ſponſa.* Profectò Thereſia ſemper cum virginibus obuiam cœleſti procedit ſponſo Virgo prudentiſſima, ac ſimul ſemper ſponſa cœleſti Numini illigatur innumerabilium filiorum fœcundiſſima mater.

31. *Thereſia ſemper Virgo puriſſima, ſemper fœcundiſſima ſponſa.* Ambr.

Quis credat, tantam fœcunditatem poſſe cum tanta puritate colligari, vt nunquam Thereſia quoquam inordinato motu, aut cogitatione fuerit diuexata. Quid non admiratione ineffabili afficiatur? zizaniæ ex Dominica hæreditate vſque ad meſſem non auelluntur, pergrauata fante Domino, *Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem*, Matth. 13. Quare Epiphanius *hæreſ. 66.* Quia concupiſcentia ad terminum vitæ vſque non extinguitur, iuſſit Deus Agni pectus abſtrahi, ventrem autem dilui, *Exod. 29.* Quare? Quia iracundia cordis poteſt, omnino ſedari, at concupiſcentia abluitur quidem, non omnino tollitur. Priuilegium id & Deiparæ, & æmulatrici Thereſiæ Matri Virgini reſeruatur? O mira cœleſti ſponſi munificentiſſima dignatio!

32. *Nullo inquā fœcundiſſima Mater vllo inordinato motu pergrauata eſt.* Matth. 13. Epiph. Exod. 29.

Observat. VI.

Ad illa verba:

Quæ accipientes lampades ſuas exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ.

Thereſia lampadum, ſeu virtutum fulgore redditur ſponſo Deo agnata: vnde *de* Iesvs appellatur, quaſi ſimilis Deo ſponſo.

Aſſero, omnium virtutum colligatione animum reddi ſimilem conditori.

33. *Nomini illuſtri illuſtria opera reſpondeant.* Strab.

SI ex Strabi ſententia Virgines decem ſponſæ ſunt, quónam modo ſponſam in ſponſo, quem requirunt, inueniunt? *Exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ.* An ſe ipſam ſponſa quærit, & inuenit? Profectò dum per cunctarum virtutum exercitamenta expreſſa in lampadibus (ſicut in vigilantium ſeruorum lucernis ex Patrum mente deſignantur) Deum requirunt, & ſponſam, id eſt, ſe ipſas Virgines inueniunt in ſponſo; quia animus omnium virtutum ornatu cœleſtem conuertitur in ſponſum, vt ſint duo in ſpiritu vno. Thereſia eſt Virgo prudens, obuiamque procedit ſponſo, & ſponſæ; quia omnium virtutum lampadibus ſuccenſis in ſponſum adeò conuerſa eſt, vt *Thereſia de* Iesvs meruerit appellari, cum Apoſtolo clamatura, *Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Christus.*

34. *Thereſia mulier lampadum, ſeu virtutum, meritò de* Iesv *appellatur.* Prou. 31. Iudic. 4.

De ſponſa illa myſtica Salomon ait, *Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas,* Prouerb. 31. Quia ſcilicet omnium diuitiarum gloriam tu ſola colligaſti. Cùm Thereſim video cunctis virtutibus præfulgentem, veram Debboram Lapidoth vxorem, ſiue *Mulierem lampadum,* Iesv ſponſam dulciſſimam, recognoſco, quæ meritò *Thereſia de* Iesvs appellata eſt. Tam enim Iesv eſt, vt in Iesvm fuerit mutata, omnium ſcilicet virtutum exercitamento, quod quidem hominẽ faciunt ſimilem exiſtere cōditori. Thereſia omnem mundi affectũ proiecit, cũ ſe calceamẽtis expoliauit, & omnium virtutum induit ornamẽtum, & ideo Iesv ſimilis potuit Iesv nomine inſigniri.

35. *Thereſia ſe terrenorum affectuum calceamentis expoliãs, & omnium virtutũ gloriam induẽs vt Moyſes, meruit* Iesvs *nominari.* Exod 3. Exod. 7. Ambroſ.

Moyſi Deus: *Solue calceamentum de pedibus tuis,* Exod. 3. Soluit equidem ſimul cuncta mundi illectamenta relegans. Rurſum Dominus, *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis,* Exod. 7. Vndénam Moſes meruit Dei nomine honorari? Certè, quia ſe expoliando terrenorum affectuum calceamentis, ſimul induit omnium virtutum gloriam, vt meritò Deus poſſet appellari. D. Ambroſ. lib. 1. de Abel cap. 2. *Victor paſſionum omnium Moyſes, nec vllis captus ſeculi illecebris, qui omnem iſtam ſecundùm corpus habitationem cœleſtis puritate conuerſationis obduxerat, mentem regens, carnem ſubiiciens, & Regia quadam auctoritate caſtigans, nomine Dei vocatus eſt: ad cuius ſimilitudinem ſe perfectæ virtutis vbertate formauerat.* Non vacuum nomen, *Thereſia de* Iesvs. Hoc impleuit virago & vitæ integerrimæ auſteritate, & virtutum omnium exercitamentis: *Nomine Dei, ſeu* Iesv *vocata eſt, ad cuius ſimilitudinem ſe perfectæ virtutis vbertate formauerat.* Iesv & patientis, & operantis imago eſt, & ideo iuſtè Iesvs eſt nominata.

Aliq. de Eſcob. & Mend. Tom. V.

36. *Virgines vocantur* Iesvs; *quia omnibus* Iesv *virtutibus decorantur.* Apoc. 14.

Deſcribit Ioannes virgines chorum, *Ecce agnus ſtabat ſupra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius. Hi ſunt* (addit) *qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, virgines enim ſunt. Hi ſequuntur Agnum, quocumque ierit,* Apocal. 14. In primis adnotat, virgines Iesvs nominari. Deinde affirmat, Agnum ſequi, *quocumque ierit.* Quidnam eſt Agnum quocumque ierit ſequi, niſi in cunctis eũ expeditionibus, ſeu actionibus imitari? Imitantur Virgines hi Agni cunctas virtutes, & ideo vocantur Iesvs. Nec enim auguſtiſſimo decorarentur nomine, niſi omnium virtutũ decore fulgerent. D. Paſchaſ. ad Pſ. 44. *Neceſſum eſt, reſpõdeat virgo dotis titulo,* id eſt, nomini Iesv, quo honoratur. *Reſpondeat moribus.* An vna, vel alia virtutus ſufficit? Omnium virtutũ fulgores geſtatrix lampadum ſpargat: *Mente, atque actu aſſeras cœleſtem vitam, & ſequatur Agnum, quocumque ierit. Sequitur autem virgo Agnum quocumque vadit, ſi concordiam virtutum teneat. Ideo qui poſt* Iesvm *ire feſtinat, & ſequi vult, quocumque abierit, debet primum mentis incorruptionem ſeruare, atque carnis: deinde cæterarum virtutum vias ingredi.* Ergo iuſtè admodum Thereſia Iesvs eſt appellata, quæ omnium virtutum exercitamentis cœleſtem quocumque vadit, ſed ſequuta eſt ſponſum. Paſch.

37. *Quónam modo Thereſia Agnum ſequuta ſit quocumque vadit.*

Pergit Iesvs ad cunctas Iudææ vrbes, abit ad Gentes. Thereſia vbique terrarum feruentibus expeditionibus curat Iesv domicilia exædificari tot Conuentuum virorum, ac fœminarum fundatione. Diſcedit ad montem Dominus orationi incumbere? Thereſia Monachorum ac Eremitarum Thebaidæ & Ægypti ſectatrix ſomniis raptibuſque ſpiritualibus ſtudium impendit. Iesvs Diſcipulis apud montana virtutum Euangelicarum documenta præſcribit? Sequitur Thereſia, & ſermone, & calamo ſuis alumnis perfectionis præſcripta tradens. Ad Caluariæ montem Agnus immolandus aſcendit? Thereſia non renuit pro ſponſi gloria, proximorumque ſalute millies immolari; totiens enim affectu pro Iesv moritur, quotiens graui aliqua perſecutione vulneratur. De lapide Opalo Plinius aſſeruit variis coloribus ſimul ornari. Hinc enim album reddit, illinc rubrum, &c. O pretioſiſſimum Opalum Thereſia! Angelorum, Martyrum, Monachorum, Patriarcharum, omniumque Diuorum, qui alicubi Agnum ſequuntur, omnimodam perfectionem imitaris. Plin.

38. *Thereſia liber eſt perfectionis Euangelicæ.* Tull.

Vna in Thereſia omnis Euangelij gloria recluditur. Tullius librum de ſenectute, & de Amicitia ſcripſit. Hunc quidem *Lælium, ſeu de Amicitia:* illũ autem *Catonem, ſeu de ſenectute,* inſcribendũ cenſuit. Scribat Iesvs de Chriſtiana perfectione librum: inſcribet profectò *Thereſia, ſeu de Chriſtiana perfectione.* Omnium liber hic capitum ſanctitatis materiẽ continet, fidei, ſpei, deuotionis documenta obiicit. Carmen audiẽs de Iesv magnaliis adeò ex ſenſibus abſtracta eſt, vt penè emortua iudicaretur. Humilitatis profundiſſimæ tot exẽpla expoſuit, vt

incredibilia poſſint reputari. A Confeſſario facultatem enixè expetiit, vt peccata ſua ſcriberet omnibus relegenda; in delinquentis ne confuſionem? Minimè, ſed in Thereſiæ gloriam; quæ tam leuia piacula grauiſſima animi vulnera exiſtimabat. Cuidam, à quo ſe audiuit ſanctam appellari, reſcripſit: Aliam inibi Diuam efficias, ſiquidem (vulgariter expendam) *no te cueſta mas que eſcrebirlo.* Timeo me diu apud purgatoriam flammam moraturam, dum falſa ſanctitudinis fama noti mei abſtinebunt à precibus. An non Thereſiæ cunctorum Diuorum perfectionem colliganti aptare queam, quæ D. Chryſoſtomus de Diuis Petro & Paulo Eccleſiæ Principibus expoſuit? *Tu Angelorum ordines ſpoliaſti. Tu es Martyrum patientia, Patriarcharum fides, ſolitariorum exercitatio, virginum corona.* O Thereſia, ſeu de Euangelica perfectione liber! Quàm aptè *de* IESVS *Thereſia* nominaris, dum IESVM & corde excipis, & animo geſtas, & quocumque pergit, ſequeris properanter! Ediſce, nomini auguſto illuſtria debere opera colligari. En quinque prudentes Virgines Thereſiæ præconia cõcelebrantes. Chryſoſt.

SECTIO IV.

Quinque fatuæ Virgines.

TEXTVS.

VERS. 5. Moram autem faciente ſponſo, dormitauerunt omnes, & dormierunt. 6. Media autem nocte clamor factus eſt: Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei. 7. Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades ſuas. 8. Fatuæ autem ſapientibus dixerunt: Date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur, *&c.*

IN THERESIAM

PANEGYRICVS MORALIS QVARTVS CIRCA LITERAM.

EX QVINQVE FATVIS VIRGINIBVS.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Moram autem faciente ſponſo, dormitauerunt omnes & dormierunt.

Non ſolùm fatuas virgines, ſed & prudentes Thereſia vincit, quæ nunquam circa ſponſi dilectionem dormitauit.

Illa dilectio præſtantiſſima eſt, quæ non nouit intermiſſionem.

1. NON ſolùm fatuæ virgines dormitarunt, ſed & prudentes: aliquando enim bonus dormitat Homerus. Dormitatio illa & dormitio diuini amoris ob piaculum leue ac delictum grâue interruptio ex Patrum ſententia. Si aliquando prudens animus ſtultitiæ pater & dormitat, ac dormit: ſi imprudens ſæpe dormitat, & dormit, peccato veniali ac lethali operam impendens: Thereſia non ſolùm fatuas virgines vincit, ſed & prudentes viragines ſuperat, nullo, vel exiguo temporis interſtitio à cœleſti recedens ſponſo.

Quónam modo recederet, quónam modo 2.
dormitaret, quæ votum emiſit, præſtituram *Thereſia mi-*
ſe quidquid magis placiturum Domino iudi- *ra perfectio.*
caret? An poſſet dormitare, quæ non iam ſagitta, ſed lancea Seraphini manu contorta transfixa clamauit: *Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo*, Cant. 2. Aliter, *Quia vulnerata charitate ego ſum. Anima* (addit) *mea liquefacta eſt.* Ex Hebræo, *egreſſa eſt*, quia ſcilicet, *transfixa eſt.* An dormitationis quies in vna ſede poteſt cum tam acri vulnere copulari? Amonem dilectio lecto addixit, Antiochum Seleuci filium affectio in ſtratonicam morbo graui corripuit. O Thereſia, quam ſauciam diuini amoris vulnere Salmantica penè vidit exanimem! Cant. 2.

Pergunt prudentes ac fatuæ viragines ſpon- 3.
ſum quæſituræ, ſed cum ſponſa inueniunt: *Eua fatua*
ſponſo & ſponſa. Certè, quia Thereſia ſemper *Virgo ab*
cum Domino permanſit, nulla diſtracta, vel *Adamo ſe-*
leuiſſima dormitatione. Eua illa Adami dile- *iungitur,*
ctiſſima coniux amauit ne virum? Quis dubi- *Thereſia,*
tet, ſi ex viro ſumpta, ſi viro agnata? Profectò ſe- *prudens vi-*
cundus Adamus ardentiùs diligitur à There- *rago nun-*
ſia. Eua obuiam exiuit Adamo, à quo vel pau- *quam ſepa-*
lulum nouit diſcedere. At Thereſia ſemper *ratur à*
cum IESV commoratur: *ſponſo, & ſponſa.* Dor- *IESV.*
mitauit Eua, & Thereſia minimè dormitauit.
Poſt eductionem Euæ ex Adami coſta, *adduxit* Geneſ. 2.
eam

eam Dominus ad *Adam*, Geneſ. 2. Vndénam adduxit? Quónam modo adduci potuit, quæ præ manibus erat à coſta viri educta? Porrò illa tam dilecta Adami ſponſa ſimul & filia, tam ardens amatrix receſſit à viro, adeò vt neceſſarium fuerit adduci, ſeu reduci. Anaſtaſius Synait. lib.9. Exaëm. *Illud*, adduxit eam, *ſignificat*, *quòd poſtquam ipſa facta eſt, aliquò aufugit, & procul ſeparata fuit a viro ſuo. Deinde Deus conuerſam reduxit ad Adamum.* Si vel prudentes virgines futuræ ſponſæ dormiunt ob graue delictum, ſi ob leuia piacula dormitare aſſolent: Thereſia nec dormit, nec dormitat, nec exigua temporis particula ab ardentiſſimo recedit affectu.

Synait.

4. Iam oſtendo Thereſiam cum prudentibus adnumerandam eſſe, quòd recedentibus fatuis morem non geſſit. Eſto prudentes virgines dormitarent, & dormirent: at poſt dormitionem cautæ nullatenus ab oſtio Palatij recedunt. At fatuæ ad forum properant diuagantes non ſolùm greſſu, ſed & affectu: *Dum autem irent emere, venit ſponſus, & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua*, Matth. 25. Thereſia nunquam aut corpore, aut affectu vaga à dilecto receſſit, quare nulla diaboli ſeductione diſtrahitur. *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ. Qui dixit ad mulierem*, &c. Gen. 3. Dixit planè ſponſo non audiente. Quónam modo proximus non audiret Adamus expreſſam voce ſententiam? Quia iam vaga virago diſceſſerat cum fatuis virginibus; ſeu potiùs magiſtra fatuarum. Rupertus lib. 3. in Gen. cap. 2: *Mulier corpore & oculis vaga, dum incontinenter deambulat, fortè proſpectans, qualis extra paradiſum mundus haberetur, locus diabolo datus eſt, & occaſio porrecta, vnde tentaret.* Tam dilecta, tam diligens vel paululum à viro ſeparatur? O Euæ Thereſia reformatio, quæ nec inſtantis exiguo interſtitio cum fatuis virginibus vel oleum quæſitura recedis. Quid quæreres, quod poſſes innumeris infundere vaſculis parentis tui ſuſcitans portentum?

Thereſia nũquam ſoporе, aut mente a ſponſo recedit. Matth. 25. Gen. 3. Rupert.

5. Non poteſt facilè Thereſia diuagari cum virginibus fatuis, nec cum prudentibus aliàs imperfectis; quia auguſta perfectione ornata, ſemper cum Domino commoratur dulciſſimæ eius præſentiæ addicta. Clamitat aliquando ſponſa prudens virgo, *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie: ne vagari incipiam*, Cant. 1. Diligens Chriſtum ſibi metuit diuagationem? Profectò virgo hæc prudens quidem, ſed non prudentiſſima cum perfectis nondum adnumeratur. Strabus ait, *Ne vagari incipiam poſt greges, id eſt, in ſplendoribus maieſtatis tuæ, quod perfectis conuenit.* Perfectiſſima Thereſia non diuagatur, quia in ſplendoribus Sanctorum eleuatiſſimis cum IESV ſortita eſt domicilium.

Quomodo diuagaretur Thereſia, ſi in perfectoru ſplendoribus ſemper cum Iesu moratur? Cant. 1. Strab.

***

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Date nobis de oleo veſtro.

Thereſia non viris ſubdita eſt virgo fatua, ſed prudentiſſima viris præpoſita obiicitur.

Innuo, maritos dignè ſubmitti vxori, ſi virili prudentia, ac fortitudine maſcula prædita eſſe videatur.

Contemplatur Anſelmus in fatuis virginibus animum muliebrem, qui viris ſeruit, dum hominum laudes ambire ſatagit. Vnde clamitantes huiuſcemodi fatuas virgines inducit. *Date nobis de oleo veſtro*, virorum laudibus perfruamur. Non ſic Thereſia, quæ vel viris ipſis ſapientiſſimis extitit legiſlatrix. 6. Anſelm.

O Thereſia prudentiſſima, quæ non ſolùm fœminis, ſed & viris ſapientiſſimis præfici meruiſti! Alterum Moſem virginem contemplor ſcribentem: an Dei digito, vel calamo hominis? Vitæ ſuæ Thereſia à Confeſſario compulſa ſcripſit in mundi ſtuporem, Sanctorum ædificationem, fidelium exemplum, Religioſorum documentum, & normam, improborum flagellum; Tractatum. Volumina de Fundationibus, de Habitaculis vulgariter *Moradas*, de Perfectionis via, de Canticis doctiſſimè adeò exarauit, vt Theologi eruditiſſimi inueniunt, quid diſcant, quid ingenia acutiſſima in admirationis adducat abyſſum. Vis vnico verbo Virginis prudentiam, ac ſapientiam exponam? Non ſolùm prudentibus virginibus, (qualis *Beatriz de la Encarnacion*, ſemper ſponſi cœleſtis perfectiſſimè addicta voluntati:) ſed & viris ſanctiſſimis, (qualis B. Ioannes de la Cruz, alter ex miraculis Thaumaturgus,) & ſapientiſſimis, (qualis B. P. Franciſcus diuinitus vti Salomon literis informatus,) præpoſitam Thereſiam veneramur. 7. *Thereſia mira ſapientia, vt viris præponeretur.*

Hinc curat Nazianzenus matris ſuæ ſapientiam ac prudentiam oſtendere, quod mariti Magiſtra ac ductrix extitiſſet. *Viro ſuo in diuinis, & ad pietatem, & ad optima quæque excolenda tam opere, quàm ſermone Ductricem, Rectricem, ac propemodum Doctricem ſe exhibuit; quod eſt admirandum.* Si admirandum, fœminam vni marito leges præſcribere diuinæ ſapientiæ: longè planè admirabilius Thereſiam tot prudentiſſimorum virorum Ductricem, Rectricem, Doctricem à Domino aſſignari. 8. *Sapientiſſima oſtenditur Gregorij mater, ex eo quòd viro vni leges præſcripſit: quid Thereſia tot virorum Magiſtra?* Nazianz.

Addiderim quiddam admirabilius. Viri ſapientiſſimi non renuunt, non dedignantur fœminæ Thereſiæ legibus obedire, eius ſubiacere Magiſterio. Poſtquam Gregorius matris admirandam ſapientiam ac prudentiam oſtendit ex eo quòd viri Magiſtra extiterit: plus miratur ex eo quòd vir tantus vltrò vxoris magiſterio ſubderetur. Illud, inquit, *eſt admirandum*, (nempe fœminam leges dictare viro.) *Sed plus admirandum eſt, quòd vir tantus vltrò ab ea deuinci voluerit.* An non omnem vincit admirationem, tantos Carmeli filios vltro viraginis 9. *Mirabilius eſt, tot ſapientiſſimos viros vni fœminæ ſubiici vltrò.* Nazianz.

viraginis legibus ſubiacere.? O ſapientiæ ac prudentiæ prodigium!

Omnibus dominari iā poteſt Thereſia. Plutarch.

10. Vt Plutarchus cunctarum fœminarum imprudentiam infirmitatémque edoceret, ironicè ſubriſit ex ore Catonis. *Omnes*, (aiebat ille,) *vxoribus dominantur, nos omnibus hominibus; nobis autem vxores? Hoc modo colligens mulieres omnium rerum eſſe dominas, ſi viris* hiſce præſtantiſſimis *dominarentur.* Verè ô Thereſia prudentiſſima validiſſima omnium Ductrix, & Magiſtra debes appellari, quæ tot doctiſſimis, ac ſapientiſſimis viris à Domino præponeris.

Thereſia altera Sara valida, imò validior illa, quia multorum virorum ſapientum Princeps exſurgit. Iſai 3. Baſil.

11. An Sara prudentes inter fœminas computanda? Fortem illam pleno ore profitebor ſante Domino in Iſaia: *Ecce dominator Dominus exercituum auferet à Ieruſalem & Iuda fortem, & validum*, cap. 3. LXX. *Auferet Dominus à Iudea fortem, & validam.* Quænam valida fœmina quæ ſimul vir meruit appellari? D. Baſilius, *Auferet validam, cuiuſmodi erat Sara robuſta planè.* Vndénam valida, ac planè robuſta? Addit, *Princeps enim erat tanti viri Abrahæ iuxta preceptum Domini, dicentis: Omnia quæcumque dicet tibi Sara, audi eam.* Super vnicum virum magnum dominatio tantam arguit prudentiam, robur, ac validitatem in fœmina: quanto robuſtior Thereſia, quæ tot, tantíſque viris à ſummo legiſlatore Magiſtra præponitur?

Chriſtus agnouit, quónam ſpiritu Thereſiā orn̄arit, vt eam ad fortis viri miniſteria mitteret Ductricem virorum. Prou. 31.

12. De Iesv ſponſa Thereſia præfatur Salomon, *Confidit in ea cor viri ſui*, Prou. 31. Chriſtus agnoſcens qua prudentia ac ſapientia, quo ſpiritu Thereſiam exornarit ſponſam, eam non ſolùm permittit aliorum conuerſioni, & eruditioni, (à quo fœminæ aſſolent abſterreri,) ſtudium expedire: ſed & præcipit, vt præſcribat viris documenta. Audi Strabi appoſitum teſtimonium. Confidit in ea vir Redemptor. Sicut enim qui fortem, fidelémque & caſtam coniugem habet, confidit in ea, quia nihil contra voluntatem ſuam agit, cuncta pro amore ſuo tolerat libenter, & quos valebit, ad amicitiam ſuam conuertet. Sic Deus in Eccleſia, (in Thereſia,) confidit. Nouit enim ſpiritum gratiæ, quem ei dedit: nouit virtutem charitatis, quam eius præcordiis infudit. Ideóque non dubitat, non ſolùm eam à ſuæ fidei integritate non poſſe corrumpi; ſed & perſeueranter inſiſtere, vt plures viros ac fœminas ad *fidei cognitionem congreget.* Deus ſpiritum gratiæ, quem Thereſiæ dedit, agnouit, & ideo in ea confidens viris efficit ac fœminis dominari.

Thereſia inuenta eſt maſculæ fortitudinis, vt præeſſet viris fortiſſimis. Prou. 31. Lyran.

13. Appoſitè præmittitur. *Mulierem fortem quis inueniet?* Ibid. Ac ſi diceret: Huiuſmodi mulier, de qua tot egregia facinora ſunt prædicanda, nullus vnquam inueniet. Non inueniet quidem eam mulierem eſſe, ſed virum robuſtiſſimum. Pulchrè Lyranus, *Accipio huiuſmodi mulierem in ſexu maſculino, ſeu fœminino*, fortem vtique. Profectò fœmina, quæ maſcula firmitudine prædita, maſculina terminatione ſimul cum fœminea efferri poteſt, Thereſia eſt, cui tot maſculi roboris milites Ductricem proclamant.

Thereſia eſt altera Debbora legem præſcribens viris, virorum ducens exercitum. Iudic. 5.

14. En Debboram alteram Lapidoth vxorem, ſeu *mulierem lampadum* ſub palma ſedentem, vt leges viris præſcribat: & Barach exercitum ducentem, vt validiſſimus Siſara *in manu fœminæ* poſſit debellari. Inclamitent iam Carmeli fortiſſimi milites, *ſi venis mecum*, Ductrix *vadam: ſi nolueris venire mecum, non pergam.* Et audiant à lampadum virili fœmina Thereſia: *Ibo quidem tecum, ſed victoria non reputabitur tibi, quia in manu mulieris tradetur Siſara*, Iudic. 5. Thereſia vincat, Thereſiæ victoria deputetur exercitus Ductrici. Ipſa enim

——— *Vt Debbora quondam,* Alcim.
Duceret inſtructas poſt fortia claſſica turmas,
Et mulier ſumpto præcederet agmina ſigno,
Mirantes hortata viros: quos ipſa ferocem
Exemplo, verbóque monens accendit in hoſtem.

Sic cecinit Alcimus *ad ſorore.*

Observat. III.

Ad illa verba:

Quia lampades noſtræ extinguuntur, &c.

Thereſia non fatua virgo ad obſiſtendum tentationibus inermis & fragilis: ſed virgo prudens, ex aſperitate vitæ, robuſtiſſima.

Aſſero, mortificationem, ſeu vitæ aſperitatem neceſſariam eſſe ad tentamina viriliter ſuperanda.

Extinguebantur quidem lampades virginum ſtultarum flatibus tentationum, & 15.
olei deuotionis defectione; vnde fragiles, ac inermes, ad ſuperanda tentamina oſtentantur. At virgines prudentia præditæ tentamini illi, *Date nobis de oleo veſtro*, animosè obſiſtunt, *Ne fortè non ſufficiat nobis, & vobis.* Vndénam hæ fortes, vt tentamina vincant, illæ autem inermes? Admitto, (vt reſpondeam,) hîc, verba illa: *Dormitauerunt omnes, & dormierunt*, ita eſſe prudentibus, ac fatuis attribuenda, vt prudentibus conueniat dormitare, fatuis autem dormire. Vincitur ergo à tentatione, quæ indulget vitæ voluptatibus: ſuperat verò, quæ vitæ aſperitate affecta, nullatenus poteſt ſomno graui indulgere, ſed continuis vigiliis ſtudet carnem comprimere.

Thereſia Abraham alter aſperitate vitæ aduerſus hoſtium tentamenta inſtructus. Gen. 12. Rom. 4.

16. Quomodo Thereſia non vinceret tentamina, non innumera certamina ſuperaret, ſi aſperitate corpus, animúmque exercebat ad pugnam? Abrahæ Deus, *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tuis, & veni in terram, quam monſtrauero tibi*, Gen. 12. Quare Deus tanta vult vitæ aſperitate fidelem famulum diuexari? Reſpondet Apoſtolus, *Non hæſitauit diffidentia, ſed confortatus eſt in fide*, Rom. 4. Fortiſſimè aduersùs fidem tentamina hoſtis ſuperauit, quia confortatus eſt, ſeu roboratus aſperitate vitæ, dum peregrinus huc illuc diuagatus eſt. Theodoretus, *Dum dicit, Abraham* Theodor.
confortatus eſt, monſtrat, multo labore, defatigationéque fidem rectè aduersùs tentamina *firmari.* Ideò Thereſia dum conuentuum extructioni nauat operam, innumeris perſecutionibus concutitur: ſed fortior redditur ad ipſa tentamina ſuperanda. Et quónam modo vinceretur, quæ calceamentis proiectis ſacco induta Eliæ quidem hirſuto pallio, humo cubans, ieiuniis, & vigiliis continuis ſe præparat ad certamina?

Thereſia

17. Thereſia Dei ſponſa profatur, *Nolite me conſiderare, quòd fuſca ſim, quia decolorauit me ſol. Filij matris meæ pugnauerunt contra me*, Cant.1. Græcè ſic: *Ne me aſpiciatis, quia ſum nigrefacta; quoniam ſol me aſpexit, filij matris meæ pugnauerunt contra me.* Sum nigrefacta aſperitate cultus, à vigiliis, à ieiuniis, à nuditate facies mea eſt immutata. Apta quidem ad tentamina præparatio. nam ſol me aſpexit. Nyſſenus hom.2. *Hic eſt ſol, qui nitidam corporis ſuperficiem accendit inſultu tentationum.* Tentationibus ergo exagitanda, vt vincerem, me vitæ aſperitate muniui. Addo, aduerſum me matris mei filios inſurrexiſſe. Anſelmus, *Filij matris meæ pugnauerunt contra me ad me detinendam*, & infrænandam, ne Carmeli aſperitatem Ordini matri reſtituerem. At illa ipſa corporis aſperitate vici; & filij matris meæ Patris Eliæ duplici ſpiritu gloriam vltroneè Altiſſimo decantarunt.

Sponſa Thereſia ex ſacco, ac ieiunio fuſca, tentamina viriliter ſuperauit. Cant 1. Nyſſen. *Aduerſum Thereſiam filij matris.*

18. Apoſtolos Chriſtus aduersùs horribiles hoſtes inſtruendos elegit, queis profatur, *Venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum*, Matth.4 Cur non potiùs dixit, Venite, vt vos à piſcationis laboribus faciam requieſcere? Cur ad perſiſtendum iiſdem in laboribus diuexatos inuitat? An non magis Iesv pietati agnata vox illa: *Venite ad me, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos?* Quare igitur ad vitæ inuitat aſperitatem, piſcationem hominum ſcilicet, quæ tot piſcatori incommoda indicit? Credidero, quia Apoſtoli eligebantur, vt tartareos hoſtes validiſſimè debellarent, quod quidem vitæ aſperitate præſtatur. D.Chryſologus *ſerm.28.* cogitauit. *Chriſtus antè Apoſtolis vſum laboris induiſit, qui poſtea eis tolerantiam dedit virtutis. Hinc eſt, quòd Regna, gentes, carceres, vincula, tormenta, mortes, ſæuientes homines terrenis omnibus ſic vicerunt.* Thereſiam Deus virtutis tolerantia donaturus priùs ex vitæ aſperitate vſum laboris indulſit. Hinc eſt, quòd fundationibus operam expediens, regna, gentes, tormenta, mortes, ſæuientéſque homines ſic euicit, ſic validiſſimè cuncta tentamina ſuperauit.

Chriſtus Apoſtolos aſperitate vitæ muniuit, vt innumera tentamina vincerent. Matth.4. Chryſol.

19. An præſumis, te poſſe viriliter tentationes ſuperare, ſi mollitie vitæ ipſa tibi tentamina excitare curas? Ait Maximus Monach. ſerm. 27. *Crates Thebanus conſpicatus adoleſcentem athleticum vino, ac carne corpulentiorem fieri. O miſer*, inquit, *deſine aduersùs temetipſum carcerem munire, hoſtes præparare.* Ieiuniis ac vigiliis, cilitio, ſacco Thereſia gracilis redditur, vt expedita ſemper irruentes hoſtes poſſit confringere. Quaſi *virgula* enim *aſcendit, extenuata diſciplinis* (vt exponit Rupertus,) vt fortiſſimo hinc robore prædita ſemper triumphum exerat glorioſum.

Impoſſibile eſt, luxui deditos, tentamina ſuperare. Maxim.

Observat. IV.

Ad illa verba:

Date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur. Reſponderunt prudentes, Ne fortè non ſufficiat nobis, & vobis.

Fatuæ virgines ſe vacuas oleo videntes, curant alias vacuas reddere: prudentes autem ſe plenas comperientes ſtudent ſocias plenitudine donari. Thereſia ſui ſpiritus ſimiles conatur reddere & fœminas, & viros.

Proprium enim eſt animi ſpecialiſsimè à Domino dilecti ad tantam felicitatem cunctos excitare.

Fatur D.Gregorius, *Cùm ſe intus fatuæ virgines vacuas inueniunt*, teſtimonium foris quærunt. Quódnam externum internæ vacuitatis teſtimonium? Crediderim, ſocias ad ſimilem vacuitatem adducere. Nam olei portionem expetentes, moliuntur aditum vacuitati. Quid prudentes: *Ite potiùs ad vendentes, & emite vobis.* Fatuæ ergo curant prudentes ſibi reddi, ex vacuitate, ſimiles: prudentes autem ſtudent, fatuas ſibi, ex plenitudine comparata, aſſimilari. Agnatum ſiquidem improbo ſimiles ſocios reddi; probo autem ſui ſpiritus & ſanctitudinis imitatores acquirere. 20. Gregor.

21. En Thereſiam Virginem prudentiſſimam, quæ ſeſe tanta plenitudine donatam à Domino aſpiciens, enixè curat non ſolùm filias duplici illo ſpiritu opplere: ſed & viros quærit ſpirituales quidem, quos duplici adhuc Eliæ primario ſpiritu efficit efferueſcere. Te ô Mater glorioſiſſima ex hoc ardentiſſimam Iesv dilectricem oſtendis. Chriſtus de ſe aiebat, *Simile eſt Regnum cœlorum fermento*, Matth.13. Quid fermento cum Iesv? Porrò fermenti vis, in farina abſcondi, donec tota ſit fermentata, ſeu ſimilis reddita fermento. At Chriſtus Dei Filius cunctos homines tam viros, quàm fœminas curauit Dei filios conſtitui. *Quotquot autem receperunt eum*, (vti fermentum tria ſata farinæ,) *dedit eis poteſtatem filios Dei fieri*, Ioan.1. *Quotquot* planè tam viri, quàm fœminæ. Thereſia quidem Iesv facta ſponſa curat enixè cunctos eodem munere donari. *Quot receperunt eam*, fœminæ, viri. O in ſpiritu vno cum Iesv virago!

Thereſia Iesv æmulata, fermentum eſt viros, ac fœminas ad ſe attrahens, vt Iesv adducat. Matth.13. Ioan.1.

22. Confirmo excogitationem pulchrâ Ambroſij ſententiâ ſerm.de Ferment. *Rectè fermento Dominus comparatur, qui cùm eſſet ſpecie homo, humilitate paruus, imbecillitate deiectus, tanta intrinſecus ſapientiæ virtute pollebat, vt doctrinæ ipſius libros mundus ipſe vix caperet. Qui cùm ſe cœperit, per totum orbem diffundere vigore diuinitatis, ſtatim hominum genus omne in ſubſtantiam ſuam ſui poteſtate protraxit, vt & iugum Spiritus ſancti ſui infundere omnibus: hoc eſt, Chriſtianos cunctos faceret eſſe, quod Chriſtus eſt.* Liceat mihi ſponſæ Iesv dilectiſſimæ ſententiam accommodare. Rectè fermento Thereſia comparatur, quæ cùm eſſet ſpecie fragilis mulier, humilitate parua, imbecillitate deiecta: tanta intrinſecus ſapientiæ, ac prudentiæ virtute pollebat, vt doctrinæ ipſius mundus plures libros euoluerit. Qui cùm ſe cœperit Apoſtolico ſpiritu per totum orbem diffundere, hominum genus omne, viros nempe, ac fœminas in ſimilitudinem ſui protraxit, vt & ſpiritus duplicis ſui flatum infunderet omnibus: hoc eſt, Carmeli filios faceret eſſe quod Thereſia eſt.

Thereſia eſt fermentum, quod cunctos efficit eſſe quod Thereſia eſt. Ambroſ.

Elias

23.
Ordo Diſcalceatorũ Thereſiæ eſt farinæ abũdantia, quæ non deficiet, ſi huic fermento admiſceatur, ſecus ſi repulerit.
3.Reg.17.

Elias Sarepthanæ fœminæ aliquando præfatus, *Hydria farinæ non deficiet vſque ad diem, in qua Dominus daturus eſt pluuiam ſuper faciem terræ*, 3.Reg.17. Num Thereſiæ Pater reformationem Ordinis Carmeli innuebat non viduæ Sarepthanæ ope, ſed Abulenſis viraginis fermento? Cœleſtis illa farina non deficiet, quia ſpiritus Thereſiæ fermenti in morem ſemper Carmelitarum inſtituto adhæreſcit. Quid ſi poſſet aliquando dæmonis aſtutia, à farina fermentum hoc depelli? Amareſceret, ac corrumperetur tota maſſa, quæ ſalis euaneſcentis in morem ab hominibus conculcaretur Diſcalceatorum Ordo Carmelitarum, qui ex tanta Fundatrice tam grata cunctis Eccleſiæ filiis commendabilis admodum effertur.

24.
Cuncta Carmeli planta Thereſiæ ſimilitudinẽ referunt.
Gen.1
Auguſt.

Thereſia ergo ſtudet & in fœminis & in viris plures Thereſiæ ſpiritus efformare. Paradiſiaca quidem planta *faciens fructum iuxta genus ſuum*, Gen.1. IESVS Dei filius plures Dei filios facit homines? Sponſa Thereſia ex IESV plures Thereſias efficit. Auguſtinus, *Deus habet Filium totis ſibi ſimilitudinis partibus congruentem, hoc eſt, vnus vnicum, probus probum, bonus benignum, beatus beatum. De quo rebus oriundis impertiebat exemplum, vt gignentium germina ſuis reſpondere ſeminibus cogerentur.* Cunctæ Carmeli plantæ Thereſiæ referunt ſimilitudinem. Aſſero quidem anguſtius, nempe Thereſiæ filios Chriſti ſimilitudine decorari. Abigail Carmelitanæ filij eius planè non mariti Nabalis ſimilitudinem referebãt. Secus filij Thereſiæ, qui IESV ſimilitudinem præſeferre videntur. B. Ioannes de la Cruz, cuius reliquiæ tot oſtentant imagines iuxta aſpicientium diſpoſitionem, neſcio quòd Euchariſtiæ præferant ſimulacrum. B. Beatricis de la Encarnacion inſigne, vt faciat ſemper IESV voluntatem, ipſius æmulatrix proferentis: *vt faciam voluntatem tuam*, &c. Iam verax affirmo, Thereſiæ filios IESVM & Thereſiam referre, quia IESV Thereſia perfectiſſima æmulatrix exiſtit.

Siue potius IESV.

OBSERVAT. V.

Ad illa verba:

Dum autem irent emere, venit ſponſus, &c.

Stultæ virgines è clauſtri oſtio egreſſæ miſerè depereunt. Thereſia tantæ virtutis eſt, vt etiam extra clauſtra progrediens recluſas perfectionis ſpiritu ſuperet Moniales.

Nam qui ſpiritu Dei aguntur, cum improbis mundialibus impunè commorantur.

25. AVguſtinus ſic effert illa verba: *Dum irent emere, id eſt, dum ſe inclinarent in externa.* Perit virgo, quæ è clauſtris egreditur. Contemplor virgines obuiã exiiſſe ſponſo, dum clauſtri oſtium aperiunt acceſſuro. Prudentes ianuæ hæreſcunt, fatuæ recedunt à clauſtris. Et quænam fœmina non perit in externam ſæcularem conuerſationem inclinata? Prudentiſſimam Thereſiam è clauſtris recedere aſpicio, tamen ianua illi clauſa non eſt. An non, quia Dei ſpiritu acta vel in ſæculari conuerſatione ſibi ædificat ſolitudinem?

26.
Thereſia nõ vagatur, dũ è clauſura egreditur, quia ſemper cum IESV manet.
Cant.1.

Cùm aſpicis Thereſiam è Monaſterio diſcedentem, eam reputa clauſtro commorantem; quia vagari non poteſt virgo, quæ à Deo ducta Chriſtum quærit, eiúſque gloriam enixè ſectatur. Clamabat ſponſa, *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam*, Cant.1. An è domo egreſſa loquatur? Exiſtimo per vicos & plateas curſitare dilectam. Cur autem quæ viam arripuerat, aſſerit ſe adhuc vagationem facere minimè incepiſſe: *Ne vagari incipiam?* Equidem, quia qui IESVM quærit, eiúſque impulſu egreditur, quaſi in recluſione cellulæ videtur remanere. Non vagatur qui pergit vt gloriæ Chriſti ſtudium impendat.

27.
Abel egrediens, perfectior oſtenditur, quàm Caïn clauſura recluſus, in typũ Regulariũ.
Gen.4.
Lippom.

Caïn agriculturæ dat operam, dum Abel Paſtor ouium per agros ouium ductor vagatur. Fuit Abel paſtor ouium, & Caïn agricola, Gen.4. Vbi Lippomanus in Cat. *Ambo habent ſancta exercitia, ſed Caïn operam dat obedientiæ, ſanctiùs agit iuxta rationem operis, rei neceſſariæ operam dat, puriora tractat, grauiùs laborat, pœnam humano generi decretam diligentiùs ſuſtinet: ſed fide ac deuotione minor fuit.* Quónam modo typum agens Religioſi Caïnus recluſus minus placet, quàm Abel huc illuc diuagans, vt oues educat? Profectò, quia ductor ouium extra clauſtra egreſſus, vt Dei peragat voluntatem, plus placet eo, qui voluntariè in adytis recluditur. Placet Thereſia in Monaſterio, & egreſſa, vt ducat oues, vt agnos præcedens curet, magis adhuc placet Conditori; quia nunquam non requirit ſponſum.

Magis placet Thereſia egrediens.

28.
Perfectiſſimè quærit per vrbes, earúmque plateas IESVM, & inuenit.
Cant.3.

Fatur cum Dilecta, *Per vicos, & plateas quæram, quem diligit anima mea*, Cant.3. An non aptius quæreres in cubili? Poteſt ne Deus in plateis ſæcularibus inueniri? Profectò à Religioſa in lectulo quærebatur amanti, & minimè inuentus eſt. *In lectulo meo per noctes quæſiui, quem diligit anima mea, quæſiui eum, & non inueni.* E clauſtro egreditur, vt inueniat. *Inueni, quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam.* Vides ſæpe apud ſæculares inuenire dilectum ſuum, quæ in clauſtris, in cubili Regularium non inuenit. Gillibertus Abbas ſerm.5. in Cant. *Non dedignatur etiam ab iis, qui foris ſunt, qui nulla arctioris vitæ regula conſtringuntur, mutuari virtutis inſignia: reputans feruentiorem ibi frequenter affectum, vbi inferior fuerit ordinis gradus.* Porrò non ideò è clauſura egreditur Thereſia, ſcit enim filias ſuas perfectiſſimas ardentiſſimo erga Deum amore ſuccendi: ſed vt excitet ſæculares ad cœleſtis ſponſi dilectionem, vt mundum faciat ſacro igne flagrare, vtque virorum, ac fœminarum religioſa domicilia efficiat Angelicis incolis impleri, qui ad celebrandam tantæ Matris gloriam exurgant, fante Salomone, *Surrexerunt filij eius, & beatiſſimam eam prædicauerunt*, Prou.31. En vel virgines quinque fatuas Thereſiæ gloriam prædicare.

Gillib.

Egreditur, vt excitet ſæculares ad Dei amorem.

Prou.31.

***

LIBER

LIBER DECIMVS.

FRANCISCVS DE PAVLA.

PARAPHRASIS, AC COMMENTARII literales ad caput duodecimum Lucæ.

Panegyrici Morales circa literam in Franciſcum Paulenſem.

PROLVSIO.

C*Ligni vitalis, ſeu Fundatorum,* FRVCTVS DECIMVS.

REGIS puſilli Minimorum tam magnus Paſtor Franciſcus ex humilitatis puſillitate puſillus, aut minimus non ſolùm in Regno cœlorum, ſed & in Eccleſia Militante iam Magnus oſtenditur. Theophylactus, *In hoc ſeculo Sancti parui videntur.* Profectò humilitatis ineffabilis cultoribus id à Domino præſtitum, vt non ſolùm in ſuperis mari præfulgeant, ſed & in terris proceres exponantur. Franciſcus, qui ſe minimum appellauit, & Patrem Minimorum expreſſit, adeò tunc magnus oſtentabatur, vt Regum labia pedum eius ſtratum adiicerentur. Quid poſt obitum? Magnus Pater vocitatur à cunctis, Sanctorum numerum addidit, & in Bulla Canonizationis eius fatur Leo X. Pontifex Max. *Nulli hominum liceat, hanc paginam noſtrorum proceſſus, voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contrauenire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei* exaltatorē humilium, *ac beatorum Petri, & Pauli ſe nouerit incurſurum.* Deus enim protector humilium ſpecialiſſimè ſtudet eorum exaltationi, vel in perituro ſeculo prouidere. En puſilli gregis Paſtorem non puſillum, ſed Maximum. Aiebat Iphicrates, *Diuorum vnicam curam eſſe, omnipotentiam ſuam humilibus magnificandis impendere.* Omnipotens humilium protector Franciſcum oculis propriis puſillum, cunctorum oculis Magnum, vel dum viueret, præſentauit.

LVCAS CAP. XII.

VERS. 32. NOlite timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro, dare vobis Regnum.

33. Vendite, quæ poſſidetis, & date eleemoſynam. Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cœlis: quò fur non appropiat, neque tinea corrumpit.

34. Vbi enim theſaurus veſter eſt, ibi & cor veſtrum erit.

PARAPHRASIS.

32. *NE qua res vos terreat puſille grex, pauci eſtis, humiles, nullæ potentia inſtructi. Non eſt tamen, quod formidetis, ſic enim complacitum eſt Patri veſtro, reiectis potentibus, doctis, & elatis: vobis iuxta mundum abiectiſſimis dare Regnum hoc, quod arcanis opibus animorũ, quod cœleſtibus præſidiis inſtructum.*

33. *Quare dilecti ad tantam Regni cœleſtis dignitatem, iſta humilia contemnite. Terrenæ poſſeſſiones vos à rebus tanto melioribus remorantur? Vendite quæ poſſidetis, ac pecuniam inde collectam in ſubleuandam pauperum inopiam erogate. Nec poſſunt diuitiæ magis in tuto collocari: nec poſſunt maiore, certioréque cum fœnore deponi. Parate ſacculos qui non veteraſcunt: reponite in cœlis theſaurum, qui nunquam deficiet.*

34. *Siquidem hoc videmus vſu venire, vt vbi quiſque theſaurum habet, ibi habeat & cor, theſaurum & cor in ſuperis collocate.*

SECTIO PRIMA.

Puſillus grex.

TEXTVS.

VESR. 32. NOlite timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro, dare vobis Regnum.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

Quid grex puſillus, & cur ſic appellatur.

1. *Grex puſillus cur? Prima ratio.* Euthym.

NOlite timere puſillus grex.] Quidnam grex? Ex communi Patrum, ac Autorum ſententia Congregatio fidelium puſilli gregis vocabulo exprimitur. Quare puſilla congregatio. Triplicem rationem exhibuit Euthymius. Aut collatione ad Angelicam multitudinem. In parabola enim Angelos nonaginta nouem ouium numero efferre audimus; hominem verò vnam ouiculam appellare. Conteſtatur Titus Boſtr. & alij. Aut comparatione ad magnitudinem multitudinis infidelium. Quod confirmauit Beda fatus: *Puſillus grex appellatur congregatio Prædeſtinatorum, ad comparationem maioris numeri reproborum.* Aut propter voluntariam deiectionem, & humilitatem eorũ. Beda ſic, *Puſillus grex, ob humilitatem.* Toletus addit quartam, *Propter abiectionem conditionis nam erant omnes ferè plebei, & pauperes.* Titus Boſtrenſis adiicit quintam, nempe qui in mundo parui fiebant. *Qui in voluntaria paupertate, facultatúmque, quas obtinebant, abdicatione, ætatem tranſigunt, hi plerumque in mundo parui fiunt.* Et Theophylactus, *In hoc ſeculo Sancti parui videntur.*

Titus. *Secunda.* Beda. *Tertia.* Euthym. Beda. *Quarta.* Tolet. *Quinta.* Titus. Theoph.

Ego autem puſillos appellatos eſſe crediderim, quia ſe exiſtimabant debiles, & paucos, nec ſibi poſſe ſubuenire, ſed aliorum indigere auxilio credebant. Caiet. *Deſcribit eos à paucitate numeri, vnde timendum magis illis erat.* 2. *Autoris ſententia.* Caietan.

Iam expono ſententiam. Curat Dominus, amputare à Diſcipulis, & à cunctis fidelibus ſollicitudinem circa corpori neceſſaria, potum, cibum, veſtimentũ, aliorúmque temporalium. Certè hinc timorem quẽdam carnalem, & humanum appellarim, quo veretur homo, ne ſibi deficiant ea, quibus ad vitam indiget conſeruãdam. Hic timor eſt, vnde ſollicitudo procedit, & qui excitat ſtudium in his conquirendis vehementem. Cùm ergo Diſcipuli audiſſent, ſe de victu reliquiſque ad vitæ ſubſidium neceſſariis haud debere eſſe ſollicitos: cùm etiam viderent, ſe eſſe in numero exiguo, & pauperes, & infimæ conditionis, quos mundus in pretio non haberet, (vt aliis Patrũ expoſitionibus vtamur) idcirco Dominus huic morbo medetur. 3. *Loci expoſitio.*

Nolite, inquit, *timere, puſillus grex.* Audiſtis ſollicitudinem omnem, ac neceſſariorum ad vitam inquiſitionem deponendam: ſed conſiderata paucitate veſtra, qui vobis ipſis ſubuenire non poteſtis ſine aliorum auxilio, affecti eſtis timore. Nolite ob hæc timere, expellite cum ſollicitudine, & ſtudio erga neceſſaria vobis, etiam hunc timorem, vt radice amputata rami etiam 4. *A timore ex præfatis repellit Diſcipulos, & fideles cūctos.*

Caiet. etiam creſcant. Caietanus inquit, *Ardua dederat mandata, & propterea radicem quærendi huiuſmodi bona temporalia eradicare volens, adiungit: Nolite timere mali aliquid ex non ſollicitudine, & inquiſitione temporalium.* Porrò metaphoricè *gregem* ſuos appellat, qui propriè ouium eſt, & animalium.

§. II.

De Regno, quo Apoſtoli à Patre donandi erant.

5. *Qui Regnũ præparat vobis, & temporaria exhibebit. Caiet.* QVia complacuit Patri veſtro dare vobis Regnum.] Expono cum Caietano ſante, *Magna ratio excludendi timoris, ex hoc, quod complacuit Patri, dare vobis non parua aliqua, aut diuitias magnas: ſed Regnum comprehendens omnia bona.* Igitur cauſam exponit Dominus, cur Diſcipuli timere non debeant. Ea eſt, quia placuit Patri veſtro dare vobis Regnum cœleſte. Quod ſi adeò magnam, ac præcellentem rem vobis dedit, dabit vtique neceſſaria, vitæque ſufficientia.

6. *Cunctæ particulæ expenduntur.* Cunctæ particulæ amorem quemcumque propellunt humanum. *Patri.* An qui Patrem habet Deum, qui omnipotens eſt, timori eſt obnoxius? *Veſtro.* Alij patres ſunt in filios irati frequenter: vobis autem Pater veſter nunquam non chariſſimum ſe Patrem oſtendit, quia Pater eſt affectu, & dilectione. *Complacuit.* Non veſtris operibus, non meritis, non dignitate, ſed ſua voluntate, ac beneplacito, vocauit vos, & rem tantam diſpoſuit exhibere. *Regnum.* Non paruum quid, aut vile, ſed Regnum æternum, cuius collatione omnia Regna terrena vileſcunt. Denique *vobis.* Non Principibus, non ſapientibus, non diuitibus, ſed abiectis, indoctis, pauperibus.

Si ergo, concludit, talem ſe exhibuit Pater cœleſtis erga vos, certè omnis poſtulat ratio, debere vos omnem timorem erga neceſſaria, ac ſufficientia ad vitam temporariam deponere. Titus Boſtr. hoc regnum cœleſtis Patriæ hæreditatem interpretatur. D. Cyrillus: Qui ergo tam pretioſa largitur, quomodo non erit clemens erga vos. Totam expoſitionem ex Dionyſio Carthuſiano confirmo. *Nolite timere carnali timore puſillus grex, ſeu vos Diſcipuli, & cæteri electi, quia puſilli eſtis, quoniam humiles, ſeu fragiles in oculis veſtris, & parum reputati ab aliis, paucique numero reſpectu reproborum. Quoniam complacuit Deo creatori, qui vos prædeſtinauit, dare vobis Regnum cœlorum poſt vitam præſentem re, & plenâ poſſeſſione: nunc autem in ſpe, & quodam prægustu. Et hoc placuit ſibi ab æterno.* Quomodo ergo abneget temporaria, qui vobis præparauit æterna? 7. *Concluſio, & totius loci confirmatio.* Titus. Carthuſ.

IN FRANCISCVM Paulenſem

PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS CIRCA LITERAM.

EX PVSILLO GREGE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Nolite timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis Regnum.

Franciſcus ſe puſillum, ſeu minimum profitendo, oſtendit, quanta magnitudine apud Deum donatus ſit.

Ex humilitatis enim menſura Diuorum merita, & excellentia deputantur.

8. *[...]dinis co[...] Minimorum [...] Beda.* AIT Beda, *Puſillus grex, propter humilitatem.* Atqui in oculis propriis puſillus apparet, coram Deo oculatiſſimo tam Magnus oſtenditur, vt cœleſtis Rex valeat appellari: *Quia complacuit Patri veſtro dare vobis Regnum.*

9. *Franciſci proprii in oculis puſillitas.* Trugill. Vt ergo Franciſci noſtri magnitudinem colligere valeamus, eius puſillitatem propriis in oculis contemplemur. Fatur Thomas Trugillo ex Prædicatorum Præſentatis, id ex variis Authoribus colligens. *Humilitatem eius inſtituti per eum Ordinis cognomentum oſtendit. Quod vt is omnium minimus eſſe volebat, ita* Minimorum *dici cenſuit, & inſtituit. Eiuſdem etiam Ordinis inſtitutor, & generalis Corrector exiſtens, omnium ſe infimum, quoad potuit, exhibebat: & ad omnia etiam ſeruilia opera, vt & cæteris humilitatis præberet exemplum, deſcendere non dedignabatur. Quippe Diſcipulis ſuis diſcumbentibus miniſtrabat, ſæpéque Eccleſiam, & altaria verrebat, & mundabat: & paramenta, ac alia ad diuinum cultum neceſſaria componebat: aliorúmque fratrum etiam nouitiorum indumenta propriis manibus abluebat.* O humilitatem indicem magnitudinis!

10. *Magnitudo Franciſci in oculis Diuinis, & hominum.* Apud homines Franciſci nomen glorioſiſſimum habetur, quia ex ineffabili demiſſione eius in conſpectu Domini magnitudinem

omnes adiudicabant. Teſtor ſanctiſſimi corporis depoſitionem, de qua ſic Author, *Cùm per vndecim dies Franciſci corpus inſepultum remanſerit, illúcque maxima virorum, ac mulierum, & Religioſarum perſonarum multitudo acceſſit, vt ſanctum virum, quem viuentem ſumma fuerant veneratione proſecuti, etiam mortuum viderent, vt illius apud Deum ſuffragia mererentur: mirum omnibus fuit, quòd eius caro per tot dies incorrupta permanſerit, odore ſuauiſſimo ab ea manante. Poſt ipſius etiam obitum, multis eius ſuffragia deuotè implorantibus, omnipotens Deus complures gratias elargiri, magnáque miracula paſſim operari dignatus eſt.* O quàm magnus in Dei, hominúmque conſpectu, qui propriis in oculis puſillus apparet!

Trugill.

11\. Franciſcus innumerabilium miraculorum excitatione ſe coram Deo magnum oſtendit, fide quidem magna. An non hæc magnitudo fidei è minimo, id eſt, quia ſe minimum reputauit? Centurio Saluatori promittenti ſe profecturum ad curationem famuli, profatur: *Domine, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum.* Chriſtus autem Diſcipulis: *Non inueni tantam fidem in Iſrael,* Matth. 8. Vbi argumento noſtro egregiè Auguſtinus alibi datus ſerm. 74. de Temp. *In populo, ad quem venit* IESVS, *non inuenit tantam fidem. Tantam, quid eſt? Tam magnam. Vnde magnam? De minimo, id eſt, de humilitate magnam.* Premo τὸ, *de minimo magnam.* O Franciſcum, cuius humilitas tanta, vt te Minimum appellaueris, & habueris! Quid mirum ex minimo magnum excitari? Quia te reputas Minimum, in Dei conſpectu magnus haberis, magnúſque prædicaris: *Non inueni tantam fidem in Iſrael.*

Dum Franciſcus ſe minimum efficit, magnus à Deo aſſeritur, vt Centurio. Matth. 8. Auguſt.

12\. Canit Dauid, *Domine, non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei, nec ambulaui in magnis, nec in mirabilibus ſuper me. Si non humiliter ſentiebam, ſed exaltaui animam meam,* Pſ. 130. Exiſtimabam aliquando Prophetæ Regis verba includere repugnantiam. Nam ſi non exaltat cor, nec eleuat oculos, cur mox totam animam exaltare affirmat? Nónne plus delinquit animam exaltando, quàm meretur cor, & oculos demittendo? D. Zeno, *Qua Propheta iſta diuerſitas eſt? Non exaltat cor, animam exaltat: excelſus animo, & corde ſubmiſſus: humilis in ſuis, & non humilis in ſenſu eſt.* At poſtquam Franciſci de Paula humilitatem contemplatus, Ordinis poſtquam appellationem audiui, veriſſimam ſine repugnantia propoſitionem Dauidis agnoſco. Franciſci non eſt eleuatum cor, quia ſe omnium minimum recognoſcit: nec elati ſunt oculi ad aſpiciendam occultam meritorum magnitudinem. At tunc animam exaltat, & magnam oſtendit; quia illud ipſum deiici eſt eleuari. Dum Minimus Franciſcus appellatur, aſſeritur eius in conſpectu Domini magnitudo.

Franciſcus humiliatur, dum Minimus vocatur; exaltat animam apud Deum. Pſalm. 130. Zeno.

13\. Adiicit aptè Veronenſis Præſul. *Senſus eius in cælo eſt, anima eius eſt in excelſis.* Quónam modo eius adeſt in cælo ſenſus, ſi ſe ſentit puſillum, & Minimum? Certè, quia dum ſentit ſe Minimum, idem ille ſenſus ad magnitudinem cœleſtem eleuatur. *Anima eius eſt in excelſis.* Quid mirum, animam ex demiſſione eleuari, ſi ipſe ſenſus quo ſe iudicat Minimum, *in cælo eſt*?

Ipſe ſenſus puſillitatis eſt in excelſis. Zeno.

Observat. II.

Ad illa verba:

Nolite timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis Regnum.

Humilis Franciſcus Minimorum cognomen Ordini præſcribens, eam fecit diuina fœcunditate dilatari.

Patris enim cæleſtis fæcunditatis eſt æmulator, qui ſe verè humiliare diſcit.

14\. CVm Regnum puſillis promittitur, aptè Patris æterni memoria geritur, vt eius Regni opulentiam, & gloriam contemplari poſſimus. Vt enim vidimus, non vocamur, vt Reguli ſimus, ſed vt Reges efficiamur. *Magnum Regnum,* (loquor cum Auſonio,) *facit ciuium, ac ſubditorum multitudo.* Patrem autem fœcunditas.

Ordinis Minimorum mira dilatatio, & gloria.

15\. Puſillum Franciſcum Deus ad Regnum illuſtriſſimum eleuauit innumerabilibus filiis ſtipatum video patrem ſanctiſſimum, qui quidem cùm puſillitatem profert, ſe Minimum agnoſcens, & appellans, Patris æterni fœcunditatem imitatur. Vnde Regnum hoc, ſeu Ordo à Patre datur totius fonte fœcunditatis. Ordo autem Minimorum ex cognomine operibus reſpondente mirificis incrementis illuſtris exponitur. Fatur prædictus Author ex Chronicis Ordin. *Priuſquam Franciſcus ab hac luce diſcederet, ad omnipotentis Dei laudem, & gloriam, ſuaque Religionis propagationem, diuina inſpiratione inſtructus, tres Regulas Fratrum, ſororum, & vtriuſque ſexus fidelium Tertiariorum inſtituit: & vt humilitatis amator erat, illámque à ſuis coli deſiderabat, Fratres ſui Ordinis Minimos, & ſorores Minimas vocari debere ordinauit.* Quàm prudenter ſanctiſſimus Pater prouidens miræ Ordinis dilatationi, cognomen humilitatis, (cœleſtia ſemina,) filiis cunctis ingeſſit, quo quidem adeò per totum terrarum orbem, præcipuè per florentiſſimas Galliæ vrbes Minimi dilatantur, vt appareat verè Regnum hoc ab æterno Patre fœcunditatis fonte Franciſco fuiſſe datum: *Complacuit Patri, dare vobis Regnum.*

Vt Ordo mirè dilatatur, Franciſcus ingerit ei cognomen humilitatis. Trugill.

16\. Humillimus Franciſcus ſe puſillum agnoſcens, ſe Minimum appellans, filiis hanc mentem ingeſſit: *Fratres ſui Ordinis Minimos, ſorores Minimas vocari debere ordinauit.* Eóſque quaſi Deifica fœcunditate ad multiplicationem donaſſe videtur. De Chriſto Domino ait Nazianzenus orat. 20. *Qui carnis paupertatem noſtra cauſa ſubiit, vt nos ipſius Diuinitate locupletaremur.* Patris hominum IESV demiſſio, & humilitas potuit naturæ diuinæ virtutem in filiis exponere. Profectò *Franciſcus ad ſua Religionis propagationem humilitatis amator erat.* Qua ſubmiſſione filiis quodammodo

Franciſcus ſe ſubmittens, in filiis expoſuit diuinæ naturæ quodammodo virtutem, ad miram multiplicationem. Nazian.

dammodo Deificam potentiam ingeſſit ad própagationem.

17. Chriſtum Dominum imitaturus Ioannes ait, *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri; ſed ex Deo nati ſunt. Et Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis*, cap. 1. Portò mira fœcunditas tot filiorum Dei ex Patris noſtri IESV humilitate prouenit. Quia enim Verbum maximum ſe puſillum effecit formam minimi aſſumens, datur filiis Chriſti virtus Deifica ad diuinos fœtus: ſi tamen cum poteſtate hac etiam patris noſtri deriuetur humilitas. Chryſoſtomus, *Cùm dixiſſet ex Deo & filios Dei factos, qui eum receperunt: tanti honoris cauſam adiecit. Quòd Verbum caro factum eſt, & ſerui formam Dominus accepit.* Æmulatur Franciſcus IESVM, qui ſe obiicit imitandum, & humilis ipſe filiis ingerit cum cognomine humilitatem, vt vim quaſi diuinam proferat, admirabilem Ordinis tempore exiguo dilatationem.

Franciſcus Ieſv æmulator filiis cum humilitate dat quodammodo vim Dei. ſuam ad multiplicationem.
Ioan. 1.
Chryſoſt.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Nolite timere puſillus grex, quia complacuit, &c.

Et Franciſci, & filiorum gloria fulgurat, merita rutilant in cognomine puſillitatis.

Humilitas enim Auguſta planè, aduersùs Diaboli iniquitatem pugnat, imperat naturæ.

18. AN benè conueniunt *puſillus*, & *Regnum*? Quid cum Imperio puſillitati? Multum planè. Quid Rex? Fulget, imperat, obſequiis afficitur, à cunctis veneratur; glorioſus obiicitur. Hoc puſillitati largitus eſt Dominus, vt fulgeat, vt imperet, vt obſequiis afficiatur, vt à cunctis veneretur, vt glorioſa exponatur.

19. Teſtor Franciſcum Paulenſem, eiúſque filios ſanctiſſimos, doctiſſimos. An non hi ex puſillitate magni? An non ex Minimorum cognomine maximorum facinorum excitatores excitantur? In primis parentis optimi mira opera expendam, perſtringens longæ hiſtoriæ proceſſus. Sæpè Dæmones à corporibus humanis Franciſci imperio aufugerunt. Ægrotantes cunctis morborum generibus à medicis derelicti à ſanctiſſimo peritiſſimo Franciſco curantur, ſtultis intellectum, cœcis viſum, ſurdis auditum, claudis inceſſum, mutis loquelam reſtituit, leproſos donauit ſanitate, defunctos reuocauit ad vitam. Quorum miraculorum fama cùm iam per totum ferè orbem vagaretur, Paulus II. Pontifex Summus cubicularium ſuum miſit ad Pyrrhum Archiepiſcopum Cuſentinum, vt de mirorum veritate periculum faceret. Accedit Nuncius ad Franciſcum, eius manum conatur oſculari, renuit puſillus, inſtans Nuncij manui illud reddere obſequium. Porrò Pater inſtinctu cœleſti vt dubium Cubicularium circa miracula confirmaret, *igni appropinquans*, (ait Thomas Trugillo,) *ardentes prunas abſque læſione manibus arripiens, dixit; Qui perfecto corde Domino ſeruiunt, omnia creata illis obtemperant. Exterritus ille hoc miraculo veniam petiit; cúmque eius pedes oſculari vellet, ipſe vir beatus id recuſauit.* Iacobus de Iarſia nobiliſſimus ab incurabili morbo meritis puſilli liberatur. Marcellus de Cordilla manibus, ac pedibus contractus, ac lepra infectus valetudini reſtituitur. Muto nato linguam iuxta oppidum Paulæ diſſoluit. Iuliæ cœcæ lumen impertitur. Duos artifices domus paternæ operam adhibentes extructioni ſimul & morti & ſepulchro addicuntur parietis ex ruina: ſed à Franciſco terra, (ſi non lapide,) ſublata vt Lazarus à Domino, viui reuocantur à tumulo. Antonio cuidam parata olla cum fabis ad edulium; incuria fratris, cui Pater commiſerat, ſub frigido cinere reponitur. Hoſpes accedit; cúmque Franciſcum durum legumen frigida in aqua innatare videret, manibus, qui prunas olim attigerant, ollam tenens, illicò fecit efferueſcere, & Antonio miranti coctum cibum appoſuit. Longum eſſet, ſingula potentiſſimæ manus puſilli Franciſci documenta recenſere. Colligo Franciſcum ex puſillitate Chriſtum alterum eſſe, Minimóſque tanti Patris alumnos Chriſti Domini Regnum conſtituere. Quid Minimorum Congregatio niſi Chriſtus Rex, niſi Regnum Saluatoris?

Puſilli Franciſci miracula egregia.
Hiſt. Ord.
Trugill.
Humili obedit natura.

20. Audiſtis Regem illum impium Bethleemiticos paruulos lethaliter vulneraſſe? *Herodes occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem*, Matth. 2. Non dubito, quin Diabolus Regem in paruulos concitarit. Quare paruulis collocauit inſidias? Exiſtimabat ſubdolus totum Chriſti Regnum corruere, ſi paruuli comminuerentur. D. Leo ſerm. 5. in Epiph. *Herode in tyranno Diabolus fremit, & auferri ſibi iniquitatis ſuæ Regnum in iis, qui ad Chriſtum tranſeunt, ingemiſcit. Vnde ſi paruulos interficiat, IESVM ſibi videtur occidere.* Horribila à Diabolo tentamina, ac perſecutiones in paruulorum, ſeu Minimorum Ordinem irruerunt. Quare ô Princeps tenebrarum, in puſillos inſurgis? Certè ſi Minimos extinguat, videtur ſibi IESVM extinguere, ſuæque iniquitatis Regnum adſtruere.

Diabolus, ſi Franciſcum puſillum, ſi Minimos extinguat, videtur ſibi IESV Regnum comminuere.
Matth. 2.
Leo.

21. Preme illam particulam: *Auferri ſibi iniquitatis Regnum in iis*, (Minimis,) *qui ad Chriſtum tranſeunt, ingemiſcit.* An paruuli, aut Minimi efficient Regnum Diaboli labefactari? Certè ſententiam hanc potius eſſe aſſeruerim Ordinis Minimorum vaticinium, quàm Infantum Bethleemiticorum hiſtoriam. In cuius expoſitionem memoriæ reuoco eximium cognomen, quod apud florentiſſimum Galliarum Regnum Religio Minimorum non tam ex agnata Francorum pietate, quàm ex Fratrum meritis, obtinuit, *Boni homines* vocitantur. Quid igitur mirum iam inde à Bethleemiticis paruulis Minimorum veteri impugnationem Diabolum.

Homines boni, id eſt, Minimi pugnant bonitate ſua aduersùs Diaboli iniquitatem.
Leo.

Regnum enim iniquitatis nunquam proximius debellationi, quàm cum bonorum hominum exercitus cum iniquorum manu concertat. Bonitas enim horum illorum confundit iniquitatem.

22. *Minimi Iter gloriam adſtruunt, dum ſuperbiam diaboli confundunt.* Diaboli iniquitas ſuperbia. Aduersùs quam Franciſci, Minimotúmque exſurgit humilitas Chriſti gloria ſuperborum dæmonum iniquitatem deſtruere. Porrò hæc victoria paruulorum, ſeu Minimorum eſt viribus comparanda. Prohibentibus paruulos ad ſe venire Apoſtolis Dominus indicit: *Sinite paruulos venire ad me, talium eſt enim Regnum cœlorum*, Matth. 19. Vbi Author Imperf. hom. 32. *Diſcipuli pueros vetabant ad Chriſtum accedere, ad quorum ſimilitudinem ipſi fuerant inuitati. Putabant enim ſe honorem facere Chriſto, damnum facientes gloriæ eius.* Cur gloriæ Domini damnum ab Apoſtolis infertetur? Profectò, quia cùm gloria Chriſti ſit victoriam ab iniquitate ſuperbiſſimi diaboli reportare, huiuſmodi victoria à Minimis bonis hominibus perficienda eſt. Si ergo ô Diſcipuli, deficit Minimorum agmen, Diaboli perſiſtet iniquitas. Contemplatus enim iam à naſcentis Eccleſiæ temporibus Chriſtum mente verſari Ordinem Minimorum, quem contra Diaboli iniquitatem erat educturus in campum. Preme τὸ *ad quorum ſimilitudinem ipſi fuerant inuitati.* Qui de iniquitate victorias reportant Minimi futuri ſunt; ideo Dominus exercitum Apoſtolorum, cunctorúmque fidelium puſillum gregem, ſeu Minimorum cœtum appellauit.

Matth. 19.

Imperf.

Observat. IV.

Ad illa verba:

Quia complacuit Patri veſtro.

Franciſcus cunctis placet Hiſpanis, à Gallis plurimi ducitur, à cunctis nationibus celebratur Ordo Minimorum, nempè in euidens ſignum, quòd Parens, & filij Patri cœleſti admodum placuerint.

Qui omnibus hominibus acceptus eſt, indicamentum præbet, quòd Trinitati beatiſſimæ placeat; merita enim adſtruunt communem acceptationem.

23. QVidam Interpres Societatis premit particulam, *Complacuit Patri veſtro*, aſſerens ſignari, Regnum cœleſte non ab vnius Patris placito hominibus accidere, ſed ex placito trium diuinarum perſonarum, quaſi ex diuiniſſuni conſulto ſenatus. Nolite ergo timere, quia Trinitatis beatiſſimæ Collegio placetis, ex iiſque filiis eſtis, in quibus ſibi benè complacuere. Chryſologus ſerm. 23. *Quod autem dixit, Complacuit, & non dixit, Placuit, munus edocet Trinitatis.*

Chryſol.

24. *Franciſcus, eiuſque Ordo cunctis placet? Signum, acceptos eſſe Numini.* Complacuit profectò Patri cœleſti dare puſillo Franciſco Regnum, Minimis honorem maximum præparauit: non ſolùm cœleſtem gloriam humilis conſequitur, ſed & temporariam accipit, puſillitati debitam magnitudinem. De Diuis canit Eccleſia à ſapiente deſumens: *Dilectus Deo, & hominibus, cuius memoria in benedictione eſt.* Diligi hominem ab hominibus, benedictionibus affici, cunctis placere, ſignum eſt, à Deo eſſe dilectum, ipſique placuiſſe. Nec enim aſſolet homines communi plauſu illum excipere, apud quem egregia merita non fulgurent. Dum lego Franciſci noſtri geſta, dum Minimorum gloriam obiicio menti meæ, ex elogiis virorum Principum, Doctorum, quibus Parentem, ac Filios efferre conantur, ex Francorum erga Ordinem ſpecialiſſimo affectu, & venetatione, ex Pontificum Bullis encomia illuſtriſſima proferentibus, merita Patris, ac Filiorum recognoſco. Nec enim quis poteſt multis placere ſine meritis.

Caſſiodorus aiebat lib. 11. variar. cap. 16. *Vni acceptum fuiſſe, interdum gratia eſt: multis placuiſſe, indicium.* Merita quibus tribus Trinitatis Perſonis quis placet fulgurant, cùm multis hominibus placere contingit. Honor ille Franciſco, ac Filiis à cunctis datus non eſt gratia, ſed iudicium: meritis præmia præparantur. 25. *Vni acceptū eſſe, eſt gratia: omnibus, indicium.* Caſſiod.

Ioſephus in carcere commoratur, placet vni cuſtodi. *Dominus enim dedit ei gratiam in conſpectu Principis carceris, qui tradidit in manu illius vniuerſos vinctos*, Gen. 39. An Princeps carceris merita Ioſephi penſitauit, aur dignouit? Minimè, totum id ex gratia proceſſit: *Dedit ei gratiam.* Vni enim placere, haud indicat egregia animi merita: poteſt munus illud à meritis prouenire, ſed etiam à peculiari conferentis affectu. Quia *vni acceptum eſſe, eſt gratia.* 26. *Ioſeph placet vni cuſtodi: nec apparet ideo Dei ſpiritu plenum eſſe.* Gen 39.

Profectò idem Ioſephus poſt ſomnia vinctorum expoſita à Pharaone aduocatur, explicat ſomniorum inuolucra, remedium fami futuræ prouiſor ſapientiſſimus exprimit. *Placuit Pharaoni conſilium, & cunctis miniſtris eius, locutúſque eſt ad eos: Num inuenire poterimus talem virum, qui ſpiritu Dei plenus ſit? Dixit ergo ad Ioſeph: Tu eris ſuper domum meam*, &c. Gen. 41. Premo illa: *Placuit Pharaoni, & cunctis conſilium*, &c, *Talem virum, qui ſpiritu Dei plenus ſit.* An minus plenus Ioſeph diuino ſpiritu in Regia Pharaonis, quàm in carcere? Minimè. Cur ergo Pharao dignouit Ioſephum Dei ſpiritu plenum eſſe, Deóque placere: & Princeps carceris non cognouit, cùm ſomnia Pincernæ, ac cocorum Præpoſito interpretatus eſt? Profectò, quia apud carcerem tantùm vni placebat, in Pharaonis Regia Regi, ac cunctis miniſtris complacuit. *Multis placuiſſe indicium.* Et quomodo quis poteſt placere multis, quin euidenter arguatur eum Trinitati beatiſſimæ complacere: ob quæ merita multis hominibus acceptus oſtentatur. Ad pedes Franciſci ex toto orbe terrarum Principes accurrunt, aut conſilium poſtulant, aut ſalutem. Minimus quiſque cunctorum arripit oculos, attrahit affectum. An gratia? Certè Deus Minimis dedit gratiam in conſpectu hominum, quia Deo admodum grātioſi. 27. *Dum Ioſeph acceptus eſt cunctis, apparet eum ſpiritu Dei repleri, Conditorique placuiſſe.* Gen. 41. *Quàm acceptus Franciſcus, & Ordo Minimorū cūctis.*

28. *Colligitur, Ioannem magnū eſſe coram Deo, quia multis accepta eius natiuitas.* Luc 1. Theoph.

De Ioanne Baptiſta ait Angelus, *Multi in natiuitate eius gaudebunt, erit enim magnus coram Domino*, Luc. 1. Vbi Theophylactus monet multos magnos dici, ſed non coram Deo, ſed coram hominibus. *Multi magni dicuntur, ſed coram hominibus.* Miror prudentiſſimum Patrem

Patrem diſtinxiſſe inter complacentiam erga homines, & Deum in fidelis natalitio. Si Ioannes placeret vni, aut alteri, non colligeretur Deo placere, magnúmque coram ipſo eſſe. At dum multi in eius natiuitate exultant, documentum ſumo illum, (quodammodo,) neceſſariò & Deo placuiſſe. Vnde opportunè Lucas, poſtquam expreſſit puerum multis placiturum, conſequenter adiecit: *Erit enim magnus coram Domino.* Ac ſi diceret, ex abundantia meritorum coram Deo, illam erga homines complacentiam exoriri. Franciſcus, & Minimi cunctis placent? Ex meritorum, ex virtutum id prouenit redundantia.

SECTIO II.

Theſaurus cœleſtis.

TEXTVS.

VERS. 33. VEndite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam. Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cœlis, quò fur non appropiat, neque tinea corrumpit. 34. Vbi enim theſaurus veſter eſt, ibi & cor veſtrum erit.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Eleemoſyna.

1. *An ſit addenda huic ſententiæ: Vendite, &c. alia?* Cyrill. PRius quàm ſententiam exponam, circà ipſa verba nonnulla prælibo. Nam Cyrillus *lib. 8. de Adorat. ſpir.* huic ſententiæ, *Vendite, quæ poſſidetis*, adiicit aliam, nempe, *& ecce omnia proſperè ſuccedent vobis.* Quod impletum aſſerit *Act. 4.* Vendebant enim fideles prædia, domos, ac pretia ad Apoſtolorum pedes adferebant, ſingulíſque diſtribuebatur, prout opus erat vnicuique. Porrò exemplaria noſtra Græca, ac Latina huiuſmodi ſententiæ nullam gerunt memoriam, & meritò; quia Dominus non ſolùm præſentes reſpiciebat Diſcipulos, qui parum, aut nihil habebant, quod vendi poſſet: ſed multos nouit futuros, ad quod ſermónem direxit. Hoc poſito: Dominus ait:

2. *Expono locum.* *Vendite, quæ poſſidetis, & date eleemoſynam.*] Ac ſi diceret, Si placuit Patri veſtro dare vobis Regnum, depoſito humano timore, ne vobis neceſſaria vitæ deficiant, incumbite iuſtitiæ huius Regni, ea faciendo, per quæ ad ipſum perueniatis. Vendite ergo quæ poſſidetis, & pretia pauperibus diſtribuite.

3. *Cur ſpecialiter memorat eleemoſynam?* Pſalm. 3. Tolet. Cur non dixit communiter, Bona opera facite: ſed *vendite, & date*? An quia eleemoſyna vnum eſt ex præcipuis operibus, ad Regnum obtinendum idoneis? Sic Dauid, *Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius permanet in ſæculum ſæculi*, Pſalm. 3. At Toletus, *Dixit, Vendite, quæ poſſidetis, & date eleemoſynam, vt explicaret, quanta fiducia in Deum eſſet habenda:* Quaſi diceret, Patri vobis Regnum dare complacuiſſe, ita vos debet facere ſecuros de ſubuentione in temporalibus, quod volo non ſolùm vos ſollicitudinem deponere, & ſollicitudinem abiicere in conquirendis, quæ non habetis: ſed etiam priuare vos his, quæ habetis, & omnino Deo Patri fidere, incumbendo iuſtitiæ Regni. Toletus addit, *Vt igitur ſimul ad iuſtitiam Regni, & ad fiduciam omnem erga temporalia in Deo collocandam exhortaretur, idcircò de eleemoſyna habuit ſermonem.*

§. II.

De theſauro non deficiente.

FAcite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt.*] Eleemoſynæ elogia recenſet, ad quam fideles allicere conabatur. Primum quidem, eleemoſyna pauperibus data, eſt velut pecunia in ſacculo repoſita, qui non veteraſcit. Durat eleemoſyna collocata in egenis, ſemper in conſpectu Numinis adeſt, pro nobis orat, clamat, impetrat. *Abſconde eleemoſynam in ſinu pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo*, Eccli. 29. Preme particulam, *Facite vobis ſacculos.* Diuitiæ enim ſæpè non poſſidenti ipſi, ſed aliis reſeruantur: & aliquando in malum habentis. Haud ſic, quod in eleemoſynas expenditur. 4. *Primum elogium eleemoſynæ duratio diuitiarum.* Eccli. 29.

Theſaurum non deficientem.] Secundum eleemoſynæ elogium. Pecuniæ ac diuitiæ temporales pereunt, & de vno in alterum transferuntur. Eleemoſyna in conſpectu Dei manet, hominem comitatur, dum viuit, quia à Deo impetrat multa: comitatur in morte, quia ab aduerſariis defendit: poſt mortem ſequitur, quia mercedem habet ſæculo in altero. Theſaurus igitur indeficiens eſt: *Iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi*, Pſalm. 3. Aptè Toletus, Illud, quod præmiſit Dauid, Diſperſit, dedit pauperibus, idem eſt, ac facere ſacculos, qui non veteraſcunt. Secundum autem, nimirum, Iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi, idem eſt, ac theſaurus non deficiens. 5. *Secundum. In conſpectu Domini manet quod datur egeno, ſempérque hominem comitatur.* Pſalm. 3.

In cœlis.] Tertium elogium. Eleemoſyna data in terris fit theſaurus in cœlis. An nummulus egeno datus theſaurum efficere poteſt? In terra minimè: in ſuperis maximè. Ibi nihil tam paruum, quod non ſit ſupra omnia quæ adſunt in terris. Eſt ne eleemoſyna ſemen ſinapis, quod minimum iactum in terra vſque ad cœlos excreſcit? Ita planè. 6. *Tertium. Eleemoſyna fit theſaurus in cœlis.*

7. *Quartum. Non exponitur tineæ, aut latroni.*

Quo fur non appropiat, neque tinea corrumpit.] Quartum encomium eleemoſynæ. Theſaurus hic cœleſtis haud periculis eſt expoſitus, quæ terrenus patitur theſaurus. Hunc enim aut fures abripiunt, aut ipſe in ſe ipſo corrumpitur, & cōnſumitur. At cœleſtis nulli eſt periculo expoſitus. Veſtes pretioſæ abſumuntur à tinea, à qua theſaurus cœleſtis liber omninò.

8. *Confirmo expoſitionem.* Caiet.

Confirmo totam ex Caietano expoſitionem. *Fructus*, ait, *eleemoſyna deſcribitur ad ſimilitudinem recondentium pecuniam in ſacculis. Sacculi pecuniarum conſumuntur, eleemoſynarum verò non veteraſcunt. Theſauris terreſtris deficiens eſt, eleemoſynarum theſaurus indeficiens, quia tam ſacculi, quàm eleemoſynarum theſaurus in cœlis ſiunt. Quæ hic reconduntur, aut tinea læduntur, aut furem timent.* Ab vtroque damno eleemoſyna in cœlis liberatur.

9. *Quintum. Arripit cor ad ſuperos eleemoſyna.*

Vbi enim theſaurus veſter eſt, ibi & cor veſtrum erit.] Adnectit cauſam, cur debeamus theſaurum in cœlis collocare. Si theſaurus in terra eſt, totus homo erit in terra, cogitabit, appetet, quæret, erit ſollicitus. Si theſaurus fuerit in cœlo, mentem, voluntatem, cor ad cœleſtia conuerter: vt profari poſſimus, *Conuerſatio noſtra in cœlis eſt*, Phil. 3. En quintum eleemoſynæ elogium.

IN FRANCISCVM Paulenſem

PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS CIRCA LITERAM.

EX THESAVRO COELESTI.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cœlis.

Franciſcus egregiarum virtutum, (quarum haud facile præconium,) in ſuperis theſaurum conſtituit.

Vbi commendo perſeuerantiam diuturnam circa virtutum exercitamenta.

10. *Quàm glorioſa vita auſteritas continuata.*

EXISTIMO ex Patrum mente accuratiori ſub eleemoſynæ vnius vocabulo Dominum cuncta virtutis opera deſignaſſe: quemadmodum in nouiſſima die vnius eleemoſynæ mentione omnes virtutes præmio afficiendæ memorabuntur. *Venite benedicti*, &c. *Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare*, Matth. 25. Ideo theſauri adiicit vocabulum, quod variarum diuitiarum poteſt vim complecti. Matth. 25.

11. *Franciſci theſaurus.*

Puſilli ergo ſui Franciſci facientis ſibi theſaurum virtutum in ſuperis exponit elogia. O beatiſſimum Minimum, cui regnum cœleſte præparatum, quia in ipſo regno tibi virtutum theſaurum collegiſti! Quis poſſit verbis theſauri huiuſce diuitias deſcribere? Thomas Trugillo ex Ordinis hiſt. collegit: *Generalis Corrector exiſtens, omnium ſe minimum exhibebat.* Quid mirum ſi Minimorum Parens ex eo ſuperior cunctis, quia ſupra omnes. Minimus ſupra Minimos, minor omnibus oſtentatur. *Cùm iuuenis adhuc eſſet, nunquam niſi nudis pedibus, etiam per glacies, niues, montes, & acuta ſaxa, vepres, ſpináſque incedebat: nullámque ex eo, etiam grauiſſimo pondere preſſus, iniuriam patiebatur in pedibus. Admirabilis erat eius vita auſteritas, quæ propterea admirabilior cenſenda eſt, quia in pueritia, adoleſcentia, ſenectute, & decrepita eius ætate, inter labores, vigilias, ieiunia, abſtinentias, innumeráſque corporis macerationes, eundem penè viuendi modum ſeruauit. Tanta inſuper continentiæ fuit, vt non carne, ſed ſolo ſpiritu compactus eſſe videretur.* En theſaurum Franciſci in cœlis repoſitum nunquam equidem defecturum.

12. *Commendabilis admodum Franciſci perſiſtentia in virtutum exercitamentis.* Trugill.

Ea igitur in cœlis vita reponitur, quæ inſtar theſauri, pluribus conſtat virtutum exercitamentis. Nihil in Franciſco mirabilius contemplor, quàm rectè operandi continuationem. *Admirabilis*, (hæc expende,) *erat eius vita auſteritas, quæ propterea admirabilior cenſenda eſt, quia in pueritia, adoleſcentia, ſenectute, & decrepita eius ætate eundem viuendi morem ſeruarunt.* Eſt qui contentus ſemel ad Chriſtum acceſſiſſe, ſemel opus virtuti litaſſe? Huius moris hominum vulgus innumerabile. Cœcus ille profatus, *Video homines ſicut arbores ambulantes. Iterum poſuit manus ſuper oculos eius, & cœpit videre: & reſtitutus eſt, ita vt clarè videret omnia*, Marc. 8. Cur prima manuum impoſitione hominis oculos perfectè non aperuit? Reſpondet Chryſologus ſerm. 176. *Iteranda eſt ergo* Marc. 8. Chryſol.

ergo cura Chriſti, vt perfecti oculi futura, certa manentia videant, & æterna. Ex mente Patris, manuum illa impoſitio ſignificat operum ex Chriſti ope noſtrorum replicationem ad perfectionem acquirendam, quo æterna videantur. Non igitur perfectum efficit virum vna actio virtutis, quia neque nummus vnicus theſaurum cóſtituit. Oculi illi, qui æterna aſpiciunt, æternè ſine intermiſſione operantur.

13. *Franciſcus ſanctas replicauit actiones, ad theſaurum virtutũ colligendum.* Petrarch. Matth. 6.

Aiebat Franciſcus Petrarcha hominem prudentem ad ſecularis *Theſauri collectionem vtraque manu vti debere, ſine intermiſſione.* Quid ad ſpirituales diuitias acquirendas? Replicentur actiones, vna & altera manu diuitiæ colligantur. *Neſciat ſiniſtra tua,* (ait Dominus) *quid faciat dextera tua,* Matth. 6. Cur opus dexteræ ſiniſtræ eſt abſcondendum? Forte ſiniſtra manebit otioſa videns ſociam operi incumbere. At ad acquiſitionem cœleſtis theſauri vtraque manus ſine intermiſſione operibus debet ſtudere. Galfridus apud Tilman. *Quid eſt, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua: niſi propterea non vacet ipſa?* Non vacauit vel ſiniſtra Franciſci, & manu, & pede vtroque diuitias congeſſit, & operibus charitatis, & aſperitatis expediuit actiones. (Galfr.)

14. *Vacauit Franciſcus operibus miſericordia, & pœnalitatis.* Galfr.

Adiicit Pater, *Multi ſunt, qui peccata ſua eleemoſynis redimunt, & propter beneficia, quæ impendunt, aſpera ſuſtinere refugiunt. Si ergo quia eleemoſynam dextera facit, ſiniſtra vacat ab abſtinentia, & bene attendit ſiniſtra quid faciat dextera.* Franciſcus, vel iuuenis illuſtris fuit pauperum adeò ſubleuator, vt ſola ex eleemoſyna apprimè ei Euangelium hoc aptaretur. Sed non ideo ſiniſtra ab operibus pœnitentiæ vacauit, ſi vitæ aſperitas eum, exæſa carne ad ſpiritum penè reduxit.

15. *Nunquam ſedit Franciſcus vel cum Elia ſanctiſſimo, ſed ſemper à virtute in virtutem progreſſus eſt.*

Quot tentaminibus actus Minimorum Pater, quot fractus laboribus, quot vigiliis confectus! Nec tamen ſedit vnquam, ſed de virtute in virtutem ambulando, currendo, ad verticem aſcendit, vt theſaurum in tuto collocaret. Elias perfectiſſimorum Parens filiorum à Iezabele perſecutionibus agitur, pergit ad Horeb eleuatiſſimum, longam quidem viam. Attamen ſub iuniperi vmbra paululum requieſcit. Nec ſanè intermiſſio illa tantæ contra dixit perfectioni. Sed & Dei dilecta intermittit aliquando vitæ rigorem, ſub vmbra ſedet cum Elia, vt viribus conciliatis ad montem aſcendat, fructuſque vberiores poſſit colligere. *Sub vmbra illius,* (inquit) *quem deſideraueram, ſedi; & fructus illius dulcis gutturi meo,* Cant. 2. Sedet poſt collectionem, & ſurgit, vt colligat. Origenes homil. 2. *Videns, quia in vmbra non ſtetit, ſed inde ad meliora tranſierit, dicens: Et fructus eius dulcis gutturi meo.* Si remiſſio illa vitio non datur ſponſæ, ſed perfectione fulget, licèt morulis illis vtatur: quid Franciſcus qui *inter labores, vigilias, ieiunia, innumeraſque corporis macerationes eundem viuendi morem ſeruauit,* nec paruula vſus eſt intermiſſione.

(Cant. 2. — Origen. — Trugill.)

Observat. II.

Ad illa verba:

Theſaurum non deficientem in cœlis.

Mira abſtinentia Franciſcum omninò remouit à carne, hominem in ſpiritum immutauit.

Aſſero, ex abſtinentia quadrageſimali hominem quodammodo in Angelum, in Numen conuerti.

16. *Commendo haud cognitam Minimorũ Quadrageſimalẽ abſtinentiã à carnibus, ex voto quarto.* Caietan.

PRæcipuæ diuitiæ huic theſauro addicendæ abſtinentia eſt, non ſolùm à cibis, ſed & à cura qualibet ſeculari. Puſillo gregi Dominus promittit alimenta, reliquaque ad vitam neceſſaria non defutura. Caietanus, *Radicem quærendi bona temporalia eradicare volens, adiungit: Nolite timere mali aliquid, circa ea, ex non ſollicitudine. Pater enim veſter ſcit, quoniam his indigetis.*

17. *Minimi abſtinentes nõ videntur ab hominibus.*

Profectò Franciſcus noſter videtur vel ipſi Patris prouidentiæ renunciaſſe, dum ob mirabilem abſtinentiam ſe omnino carne exutum oſtentaret. An trutinæ aliquando dediſti Minimis legem illam à Parente ſanctiſſimo præſcriptam, qua poſt paupertatem, caſtitatem & obedientiam, quarto voto abſtinentia Quadrageſimali indicitur? O hominem ſanctitate adeò naturam humanam ſuperantem, vt ad diuinam quodammodo aſcendere videaris ex tam ſtricta ieiunij lege. Fatur Dominus, *Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua: ne videaris hominibus ieiunans, ſed Patri tuo, qui eſt in abſcondito,* Matth 6. Particula illa, *vnge caput,* &c. ad perfectionem abſtinentiæ attinet. Ac ſi diceret, Haud hominibus abſtinentia tua perfecta ſit cognita. Porrò id Minimis dictum exiſtimarim. Tam vncto ij capite, tam hilari facie incedunt, ac ſi carnibus ſplendidè veſcerentur. Vnde tam incognita hominibus abſtinentia, quàm Numini accepta prædicatur. (Matth. 6.)

18. *Franciſcus ieiunans nõ videtur ab hominibus, quia in ſpiritum mutatur.* Matth. 6. Trugill.

Iam expendo illud: *Ne videaris ab hominibus, ſed Patri tuo.* Qui perfectè ieiunat, ab hominibus non videtur, quia mutatus in ſpiritum ſoli Deo viſibilis exponitur. Franciſcus *non carne, ſed ſolo ſpiritu* (vt dicebat Trugillo) *compactus eſſe videbatur.* Quid mirum, ſi abſtinentiæ vis eum fecerat inuiſibilem, vt quaſi humanitate exutus, ſoli pateſceret Creatori?

19. *Franciſcus ex Quadrageſimali abſtinentia à carnibus quodãmodo mutatur in Numen.* Exod. 34.

Auguſtius quiddam excogitare lubet. Non ſolùm Paulenſis illuſtriſſimus in ſpiritum mutatur ex abſtinentia mirâ, ſed in Deum quodammodo conuertitur. Et quando non abſtinentia Quadrageſimalis hominem non mutauit in Numen? Illuſtro Minimorum Quadrageſimalem perpetuam abſtinentiam ex Moſis ieiunio. *Fuit Moyſes cum Domino quadraginta dies, & quadraginta noctes: non comedit, & aquam non bibit. Et ignorabat, quòd cornuta*

eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis Domini, Exod.34. At LXX. *Moyſes non ſciebat, quòd glorificatus fuerat aſpectus cutis faciei ſuæ.* Quænam hæc glorificatio? Puto humano ex aſpectu ad Numinis aſpectum eſſe eleuatum. Vndénam transformatio, ſeu transfiguratio huiuſmodi? Ex abſtinentia quidem Quadrageſimali. Chryſologus ſerm.166. *Moyſes dierum quadraginta ieiunio ita humano defæcatus eſt, & exinanitus à corpore, vt totus Diuinitatis mutaretur in gloriam: & adhuc in noſtri corporis obſcuro toto fulgeret lumine Deitatis.* Moyſes ex Quadrageſimali vnico ieiunio hominem exuit, induit Deitatem: Franciſcus quid, qui longæuæ vitæ annos Quadrageſimalem efficit abſtinentiam?

Chryſol.

20. Tertullianus lib. aduerſ. Pſych. *Hoc erit tempus, quo homo Deo adæquetur, cùm ſine pabulo viuit.* Vnde aſſerit Eliam poſt Quadrageſimalem abſtinentiam parem ſe Deo quodammodo reddidiſſe. Vulgarem locum ſic peculiari pondere verſor. Ieiunanti Eliæ Deus, *Quid hîc agis, Elia?* 3.Reg.19. Cibis abſtineo, Quadrageſimale ieiunium præſigno. Ergo hîc haud aptè verſaris. Quare? Quia homo ex Quadrageſimali abſtinentia quodammodo conuertitur in Deum. Vnde non debet loco aptari, ſed immenſus vbique requiri. *Quid hîc?* Paruæ ne vbicationi addicitur homo in Numen conuerſus? Immenſitatis iam documenta præbeantur, te non *hîc*, ſed vbique commorari conſtet. Tertullianus adhæc. *Tanta eſt virtus circumſcripti prærogatiua ieiunij, vt Deum præſtet homini parem re vera pari.* Et quemadmodum dedecet Numen loco vni adſcribi: dedecet certè Quadrageſimalis abſtinentiæ cultorem haud immenſum oſtendi, haud omnipotentem oſtentari. Non iam miror Franciſcum Apoſtolico Camerario aſſeruiſſe ſibi imperanti obedire naturam. Nam qui perpetuus eſt Quadrageſimalis abſtinentiæ obſeruator abiecta quodammodo humanitate, potentiſſimum mutatur in Numen. *Hoc* igitur *erit tempus, quo homo Deo adæquetur.* Tot Dei imagines ſpecialiſſimas intueris, quot Minimos maximi Fráciſci filios aſpectas.

Ob Quadrageſimale ieiunium Franciſcus cũ Elia ad immenſitatẽ Deificam quodammodo vocatur.
3.Reg 19.

Tertull.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Theſaurum non deficientem in cælis, &c.

Franciſcus ex ineffabili puritate non carne quidem, ſed ſolo ſpiritu conſpectus eſſe apparuit.

Exprimo virginitatis velocitatem, ad ſcandendum cælum, vt ſocius fiat Angelorum puritatis eorum cultor: innuóque ad contemplationis eleuationem conferre caſtitatem.

21. POrrò theſaurus in cœlis ſpecialiſſimo iure virginitas eſt, quæ homines cœleſtes efficit, & omnino ab humana fragilitate pennatos attollit.

Franciſcus de Paula adeò ex virginitate illuſtris, vt exueret quodammodo hominem, & in ſpiritum conuerteretur. Thomas à Trugillo profatur ex Hiſtoria Minim. *Tantæ inſuper continentiæ, ſeu caſtitatis fuit, vt non carne, ſed ſolo ſpiritu compactus eſſe videretur.* An quia inuiſibilis hominibus? Puritas abſcondita vel in Gentilibus commendatur. Macrobius lib.1. cap.12. *Bonam Deam Varro filiam Fauni tradidit adeò pudicam, vt extra gynæceum nunquam ſit egreſſa, nec nomen eius in publico fuerit auditum, nec virum vnquam viderit, nec à viro viſa ſit.* Hanc aptè virginum Magiſtram Ethnici conſtituere; virginitas enim laudatur, quæ inſtar ſpiritus inuiſibilis eſt. 22.

Franciſcus totus ſpiritus ex continentia.
Trugill.
Virgo inuiſibilis ſit hominibus.
Matt 6.

An quia è viro tranſiit ad Angelum? Profectò puritas ſuos cultores in Cœlicolas aſſolet commutare. Auguſtinus epiſtol. 128. *Beatius eſt, in carne vitam imitari Angelorum, quàm ex carne augeri numerum mortalium. Hæc eſt vberior, fœcundiorque felicitas, non ventre graueſcere, ſed grandeſcere mente,* &c. 23.

Virginitas facit Angelos.
Auguſt.

Certè ideo compactum ſolo ſpiritu dixerim Franciſcum, quia puritas eum omnino ab humanitatis proprietatibus abſtraxerat, & in Angelum quodammodo conuerterat. Nunquam iratus, nunquam non benignè excepit delinquentes. Sed præcipuè ex eo Angelus adnotatur, quòd eius ſemper in cœlis adeſſet conuerſatio, vbi theſaurum virtutum colligere ſtudebat. Semper videbat *faciem Patris, qui in cœlis eſt,* quia nunquam non contemplationis alis ex virginitatis agilitate volitabat ad ſuperos. 24.

Franciſcus Angelus ex puritate, vt orãns eleuaretur ad ſuperos.

Dixerat Dominus Diſcipulis, *Nolite timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis Regnum.* Si apud ſeculum, ô grex mundiſſime, morareris, deberes planè affici timore: ſed qui ad ſuperos eleuaris ex puritatis agilitate, & leuitate, quid timebis? *Nolite timere, multis paſſeribus meliores eſtis vos,* Luc.12. Quàm pulchrè! Paſſeres enim nec ſuperant volando nubes: vos autem in cœlis nidum collocatis ad ſpirituum conſortium aſcendentes. Ambroſius lib.7. in Luc. *Caro ſi conſentiens Dei legi, & exuens ſe lege peccati in naturam ſpiritus ſenſuum puritate tranſierit, alis ad cœlum ſpiritualibus eleuatur.* Cùm videritis, ô Minimorum Proceres, Patrem puſillum veſtrum in contemplatione eleuati à terra, recognoſcite huiuſmodi agilitatem ex ea puritate exoriri, quæ in ſpiritum corpus immutauit. Ediſco interim caſtimoniam ad contemplationem pennas præſtare. 25.

Franciſcus Minimus melior paſſeribus, quia ex puritate volat ad cœlum.
Luc.12.
Ambroſ.

Aliæ enim virtutes pergunt quidem ad Chriſtum, greſſu vtitur charitas, ſpes, fides. At virginitas volando hæreſcit Saluatori. Petrus & Ioannes ad Chriſti monumentum pergunt, ſed *ille alius Diſcipulus præcucurrit citiùs Petro,* Ioan. 20. Vndénam velocior? Certè, quia *alius*; virgo enim & corpore & mente. Feruor ne, fides Petri à Ioannis virginitate ſuperatur incurſu? Quid mirum, ſi Ioannes alis vtitur, dum Petrus greſſibus incedere feſtinat. Vndénam alæ Ioanni? Ex virginitate quidem, cui agnatum, Angelica agilitate pergere ad Saluatorem. Hieronymus ad 26.

Aliæ virtutes pergunt ad IESVM, virginitas volat.

Hieron. ad cap. 56. Iſai. *Petro tardiùs ambulante, Ioannes citiùs virginitatis alis cucurrit ad Dominum.*

27. *Miror Frãciſcum oſſibus impeditum tã velociter ad ſuperos volitare.*

Miraris, Angelorum volatum velociſſimum? Profectò mirabile non eſt eos adnata ſua vti velocitate. Spiritus enim vbi vult ſpirat, & tam velôciter pergit, vt neſcias vnde veniat, aut quò vadat. Illud autem me in admirationem arripit, hominem in corpore volitare. Video Franciſcum ex ieiuniis quidem viribus fractum, penè exeſis carnibus oſſium exædificatum. Attamen luteo adhuc degit in vaſculo, & paſſer ſpiritus glutinoſa virgula detinetur. Cùm igitur vel ſic volantem cerno, meritò miror. Iſaias ideo admirans ait, *Ecce Dominus aſcendit ſuper nubem leuem, & ingredietur Ægyptum*, cap. 19. Vbi Ambroſius exhortat. ad Virgin. *Nubem* itaque Mariam dixit, *quia carnem gerebat: leuem, quia virgo erat.* Si leuis ſine carne, ſine corpore, non mirabiliter auolaret. Porrò miramur, dum videmus auolare fœminam carnem dum geſtat; quia carnem ipſam velociſſimam ex puritate conuertit in nubem. Franciſcus oſſium geſtator volat, puritatis leuitate totum corpus fecit quodammodo ad ſpiritus tranſire ditionem.

Virginitas vertit in nubem volantem Deiparæ corpus. Iſai. 19. Ambroſ.

LIBER

LIBER VNDECIMVS.

PETRVS
DE ALCANTARA.

Paraphraſim, & Commentarios literales ad caput duodecimum Lucæ pete hîc lib. 12. Part. 1.

PROLVSIO.

Ligni vitalis, ſeu Fundatorum, FRVCTVS VNDECIMVS.

PARENS Diſcalceamentorum D. Ioſephi Seraphici Franciſci illuſtriſſimum germen fidelium oculis magis admirandus, quàm imitandus obiicitur Petrus de Alcantara. Qui quidem adeò humanam naturam aſperitatis cingulo conſtrinxit, vt quodammodo in ſpiritum tranſmutaret. Cui congruit quod de Paulo D. Gregorius Nyſſenus Panegyrico Baſilij profatur. *Nónne*, inquit, *poſtquam ſordes, quas Paulus ex ignorantia contraxerat, depoſuit: protinus ad anguſtiorem conditionem naturæ transformatus eſt? & velut exuto hoc carneo amictu, ipſis cœlorum adytis verſabatur? & nihil corporei impedimenti pondere tardatus, etiam intra diuinam paradiſi conditionem perueniebat?* O Petre, tot pœnitentiis acte, ieiuniis ac verberibus afflictè, te omninò à carne ſpoliaſti, corpuſque tuum cadauer eſt viuens, imò ſpiritus oſſium vmbraculo! Ita humanam naturam compreſſiſti, vt non liceat tibi cum Domino vocitari, Palpate, & videte; quia ſpiritus carnem & oſſa non habet. Tu enim ſi oſſa habes, tam arida quidem, vt ad ſpirituum ditionem permeaſſe videantur. Vberiùs ponderabo.

SECTIO PRIMA.

Præcinctus fulgor.

TEXTVS.

VERS. 35. SInt lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. 36. Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptiis: vt cùm venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei &c.

IN

IN PETRVM DE ALCANTARA.

PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS CIRCA LITERAM.

EX PRÆCINCTO FVLGORE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris,

Ex perpetuæ mortificationis cingulo Petri de Alcantara caſtitas mira, ineffabilis puritatis candor illuſtratur.

Moneo, ad puritatem caſtitatis neceſſariam eſſe corporis aſsiduam mortificationem.

1\. EX mente D. Maximi fulgentibus lucernis virtutes ſignantur ad religioſi animi ornamentum, ad Apoſtolici viri decus. At, Maldonato auctore, non ſolùm lumbi, ſed & ipſæ lucernæ præcingendæ exprimuntur: ſint lumbi præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris præcinctæ etiam obiiciantur.

2\. *Virtutes Petri redolent mortificationis conſtrictionem.*

Hinc D. Petri de Alcantata fulgentiſſimarum virtutum gloriam exprimam. Adeò illum præcinctum video, vt naturam humanam (de quo in Proluſ.) ad ſtrictiſſimas ſpiritus leges contraxerit. Ieiuniis, vigiliis, verberibus, cilicio, ſacco, mortis meditatione ita humanam naturam agitauit, vt eam quodammodo in fugam conuerterit. Verius de Petro noſtro Philoſophus aſſereret hominem arborem inuerſam, ſi aliquid in eo poſſet truncum & ramos imitari, & non totus è radicibus compactus videretur. Hinc fructus virtutum vbertimè decerpendus offertur. Virtutes enim hæ præcinctæ oſtenduntur, vt fulgentiſſimæ oculis præſtentur.

3\. *Incorruptionem caſtitatis Petrus myrrha mortificationis præſtat.* Cant. 5. Nazian.

In primis autem puritatem Angelicam Petri exponam ex præſtrictione aſperitatis fulgentiſſimam. Virgo ſponſa proclamat, *Faſciculus myrrhæ Dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Cant. 5. Ex mente Nazianzeni, *Mihi virgini.* id eſt, vt virgo incorrupta exponar, vt poſſim tueri puritatem, ſit Dilectus mihi myrrhæ faſciculus, dum in corpore meo vitæ aſperitate æmulor Chriſti paſſionem. Ideo Pater *Carm. ad Virg.* canit,

Mortua ſis cunctis aliis, velutique ſepulta.

Petrus ex mortificatione ad oſſa redactus myrrheo puluere mortificationis ſe ſe aduersùs mortis corruptionem præparauit. Mortuus eſt, ſed ſine corruptionis communis, qua *omnis caro corruperat viam ſuam,* fœtore.

4\. *Chriſti paſſio, quã Petrus curabat æmulari, myrrha erat incorruptionem agens.* Nyſſen.

Chriſti enim paſſio in corpore Petri per mortificationem expreſſa myrrha erat corpori, ne putreſceret, ſed incorrupta caſtitate vigeret. Pulchrè alter Gregorius, Nyſſenus ſcilicet *homil. 3. in Cant.* fatur, *Cuiuſmodi eſt canticum? quem canit fortis, & excelſi animi Virgo? Mihi,* inquit, *eſt Dilectus meus faſciculus myrrha, quem è collo ſuſpendo ſuper pectus, per quem bonum odorem præbeo corpori: nullùm autem alium ex benè ſpirantibus aromatibus, quàm ipſe Dominus effectus myrrha ſitum eſt in faſciculo conſcientiæ, in ipſo meo corde commorans, & habitans.*

5\. *Petri domus eburnea cunctis plena virtutibus, ex præmiſſione mortificationis.* Pſalm. 44.

Chriſti ſponſam pulcherrimam ex puritatis candore Dauid deſcripſit, *Myrrha, & gutta, & caſſia à veſtimentis tuis, à domibus eburneis,* Pſalm. 44. Quid gutta, & caſſia, niſi virtutes, quibus fragrantiam emittit ſponſa? Porrò domus eburneæ eſt incorrupta virginitas. Cunctæ ergo virtutes in virgine continentur ſponſa. At cunctæ æternantur ex mortificationis myrrha præpoſita. Vnde præmittit, *Myrrha & gutta,* &c. Sine mortificationis enim adminiculo aliæ virtutes minimè conſeruantur. Guarricus Abbas ſerm. 1. *Inhabitamus domus luteas, ſed quæ materiæ qualitate ſunt luteæ, continentiæ virtute fiunt eburneæ. Ex quibus ſi myrrha prima ſpirare cœperit mortificationem voluptatum, conſequenter & aliæ ſpecies multiformem virtutum gratiam ſpirabunt.* Pende illud, *Ex quibus ſi myrrha prima ſpirare cœperit.* τὸ *prima* non ſolùm myrrham primam pretioſiſſimam ſignat, ſed aſſerit primò animo immittendam, ſeu primam futuram, vt domum eburneam præparare valeat ad cunctarum virtutum conſeruationem. Præmiſſa eſt mortificatio, quam *conſequenter* reliquæ virtutes comitantur. Guarr.

Chriſti æmulator nec cum Samaritana vnquam loquitur. Ioan. 4.

Petrus puritate micuit Angelica, nunquam oculos ad fœminam eleuauit, nec vnquam vel cum Samaritana verus IESV imitator locutus reperitur. Quid mirum ſi continua ineffabili mortificatione oſtenditur *ex itinere fatigatus?* Ioan. 4. Chriſtus Deus & homo vt Samaritanam reduceret, cum ipſa colloquitur, & mirantur Diſcipuli. Petrus Alcantara ſe hominem preſſum fragilitate æſtimans, mirabilis apparet, quòd *cum* nulla *muliere loqueretur.* Ipſa enim ab huiuſmodi colloquutione affectata receſſio myrrha erat puritatis incorruptioni.

* * *

OBSERVAT.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Petrus Alcantara mortis continua memoria ineffabilem erga Deum dilectionem præcinxit.

Innuens ex mortis reſpectu ſacram acui animi dilectionem.

6. PRæcingitur deinde dilectionis ſacræ lucerna, cuius alæ *ignis, atque flammarum. Aquæ multæ*, ait, *non potuerunt extinguere charitatem.* Potiùs mirum in modum eam exacuerunt. Profectò mortis memoriæ aſperrima conſtrictione charitatis, ſeu dilectionis ſacræ fulgor afficitur, vt fulgentiores, ardentioreſque radios emittat.

7. *Ex meditatione mortis Petri mira dilectio.*

Quis poſſit verbis æquare Petri noſtri ardentiſſimam in Deum dilectionem, qua adeò flagrat, vt in terris commoratus, toto cum Dilecto in ſuperis affectu commoratur. Deliquiis ſæpe diuini amoris affectus cum ſponſa proclamat, *Fulcite me floribus, & ſtipate malis; quia amore langueo.* Vndénam tam perſpicax dilectionis flamma? Ex continua mortis meditatione, cui quidem datum amoris diuini & fulgorem, & ardorem acuere.

8. *Christus aſpectu mortis vberiora dilectionis documenta exhibuit.* Ioan. 14.

Fatur Ioannes de ineffabili Domini dilectione, *Cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos*, cap. 14. Aliqui exponunt, ſub vitæ fine ad mortis conſpectum vberiora amoris documenta expoſuit. An ex mortis meditatione inſtantis vis Dominicæ dilectionis acuitur? Semper IESVS eundem diligendi tenorem ſeruauit, ſed acui ex proximæ mortis aſpectu dilectionem dicimus, quia dilucidiora ſigna amoris præſtitit ſub mortis inſtantia. Edocens quidem memoriam mortis calcar eſſe virtutis. Precatur Deiparens ex mente Ruperti Chriſtum, vt mirabilem conuerſionem non ſolùm aquæ in vinum, ſed & vini in ſanguinem in nuptiis efficeret. Cui Dominus, *Nondum venit hora mea*, Ioan. 2. Tantæ dilectionis documentum ô virgo, præſtabitur, cùm inſtet mortis hora; inſtantis enim mortis meditatio ad dilectionem ardentiſſimam excitat. Vnde cùm Ioannes ait, *Sciens* IESVS, *quia venit hora eius*; mox adiicit, *Cùm dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos.* id eſt, vberiora dilectionis documenta exhibuit.

Rupert. Ioan. 2.

9. *In præſidium amoris Dominus dilectis ſuis ſuũ calicem, id eſt, mortis memoriam porrigit.* Matth. 26. Hilar.

Hanc edocet Diſcipulos acuendæ dilectionis doctrinam, cùm Patrem exorat, *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte*, Matth. 26. Vbi D. Hilarius can. 31. in Matth. *Pro his rogat, qui paſſuri erant, dicens: Tranſeat calix à me, id eſt, quomodo à me bibitur, ita bibatur à meis ſine ſenſu doloris, ſine metu mortis.* Non pro Martyribus rogat, ſed pro dilectis ſuis, qui ſine doloris ſenſu nec timore mortis affectu ſolummodo calice erant potandi. O Pater, dilecti mei mihi adſtricti ſemper hæreſcant. Vt autem nunquam à mea dilectione ſemoueantur, bibant meæ paſſionis amaritudinem, memoria mortis meæ præparent vincula dilectioni.

10. *Quotidie Petrus moriebatur, vt dilectionis flamma tueretur, vt Paulus.* Fulgent.

Paulus appoſitè, *Quotidie*, ait, *morior.* Cur quotidie? Vt aſpectu mortis inſtantis dilectionis flamma exacueretur. Etenim Dominus dilectis ſuis dat, poſſe quotidie contemplatione mori, vt dilectionis flammam tueantur. Ideo Apoſtolus, *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti?* &c. Allicio ad hanc mentem D. Fulgentium lib. 3. ad Thraſym. cap. 24. *Primitus Chriſtus ad confeſſionem amoris inuitat, & facultatem ponendæ animæ ſuo deinceps amatori concedit.* Quid proderit te amantem profiteri, ſi facultate ponendi quotidie animam non ſimul fueris donatus? Paulus, qui à Domino accipit, ſeu cui conceditur facultas ponendi quotidie animam, ſiue quotidie mori, adeò diligit, vt facilè poſſit quælibet diſcrimina ſuperare. Noſter ſic Petrus.

11 *Petrus accenſus à lux ad intuitum dilectionis meditatione mortis futuræ.* Ioan. 21.

Quidnam te, ô Petre, (Alcantara, alloquor) tam affectuoſum conſeruauit amantem? An non mortis memoria? Alterius Petri exemplo confirmo, cui Dominus, *Petre amas me?* Ter quidem de ardentiſſimo erga ſe amore Dominus rogitauit Apoſtolum. Mox adiicit appoſitè argumento: *Cùm ſenueris, extendes manus tuas, & alius cinget te, & ducet, quò tu non vis.* Quod planè adiecit, *ſignificans, qua morte clarificaturus eſſet Deum*, Ioan. 21. Cur tam citò Dominus Petro mortem indicit? Credidero, vt edoceat, quónam modo dilectio illa valeat ſine abnegationis periculo conſeruari. Vis ô Petre, inter tentamina ſecurus incedere, dilectioniſque flammam vel nocte frigida ſic vigere, vt neceſſum tibi non ſit ſecularem ad ignem accedere? Mente perpetuò volue te morti tradendum. ſic Fulgentius citat, *Cùm Petrus Chriſto interroganti tertiò trinum amoris ſui teſtimonium reddidiſſet; ſtatim Dominus Petro ponendæ pro ſe animæ largitus eſt facultatem, dicens: Amen dico tibi, cùm eſſes iunior, cingebas te: cùm autem ſenueris, alius cinget te, & ducet, quò tu non vis.* Si non vult, quomodo facultas ei datur ponendi animam, & non indicitur præcepto neceſſitas? Porrò *Facultas ponendi animam*, idem eſt ac donum meditandi continuò mortem, quo quidem valeat flammâ dilectionis exacui. Petrum ergo noſter Petrus æmulatur, diligit ardentiſſimè, quia inſtantis mortis ſemper terminum obiiciebat, quotidie moriebatur.

Fulgent.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Petrus Alcantara expetebat pro Chriſto trucidari, quod quidem faciliùs præſtabat ex mortificationis conſtrictione.

Nam ad mortem intrepidè ſubeundam, exercitamenta mortificationis conferunt.

SI ardentibus præcinctis lucernis dilectio affectuoſiſſima præſignatur, *maiorem* certè 12.

charitatem

Mortificatio Martyrium eſt crudeliſſimum: imò Martyrium quodammodo ſuperat.

charitatem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amico ſuo. Dilectionem ergo in lucernis contemplor adeò flagrantem, vt Diuus expetat millies (ſi poſſibile) pro Domino trucidari. Porrò ad huiuſmodi affectus excitationem mortificationis aſſiduæ cingulum apprimè aſſero pertinere.

13. *Cupiebat Alcantara pro Christo trucidari.* Baſil.

Petrus Alcantara tam flagranti affectu ſuccendebatur in Dominum, vt millies quotidie cuperet trucidari. Vndenam, precor, niſi ex continuæ cingulo mortificationis, vitæque aſperitate tam agnata neci? Ideo Petrus *mortem non vt leonem timebat*, (loquor cum Baſilio,) *ſed veluti leonis pedem conculcabat.* Sic ſe gerunt cum morte, qui mortificationis præſidio muniuntur.

14. *Elias cupit necari* [illegible] 3. Reg. 19.

Olim Elias à timore corripitur, & fugiens mortem ad deſerta properat: *Timuit ergo Elias & ſurgens abiit.* Attamen iuniperi trunco hærecens, *petiuit animæ ſuæ, vt moreretur*, 3. Reg. 19. Quare qui mortis timore corripiebatur, iam expetit trucidari? An quia iuniperus hiſpida coma mortificationis gerebat ſimulacrum? Ita planè. Videt Elias ipſam fugam exitialem, eſſe, vitam aſperam morte ipſa horribiliorem; hinc diſcit non ſolùm necem non timere, ſed amare: *Petiuit animæ ſuæ, vt moreretur.* Pulchrè ait Rupertus lib. 5. in Reg. cap. 10. *Confugit Elias ad crucem. Illic ambit mortem, illic feſtinat commori Chriſto.* Tam cruciformis vita, vt leuior ſit pro Chriſto trucidari? O Petre, adeò acerbam vitam agis, vt audeam affirmare leuius vulnus horribilis Martyrij eſſe apparatum. Quidni experetes quotidie millies mori, qui ſine numero à vitæ tuæ inſtituto quotidie vulnera lethalia ſuſtinebas?

Rupert.

15. *Paulo erat lucrum necari, quia vita continua mortificationis dirior.* Phil. 1. Chryſoſt.

Paulus clamabat, *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto*, Phil. 1. Verbum *diſſolui* innuit violentiam. *Cupio*, ac ſi diceret violenter à vita deturbari vi tyrannica. Profectò mihi *mori* eſt *lucrum*, quia plus coarctor aſperitate vitæ, ac hoſtium impugnatione, quàm ipſius necis violentia afficerer. Chryſoſtomus ſerm. de SS. Bernia, & Proſd. *Illis* (antiquæ legis filiis) formidabile mori, *huic* (Paulo) *melius mori*, quàm quotidie moriendo viuere. Ergo mortificationis quotidianæ aſperitas mortem pro Chriſto efficit expetibilem.

16. *Mortificatio quotidiana Martyrio grauior?* Auguſt.

D. Auguſtinus ſer. 4. de Martyribus, *Non Martyrium ſola effuſio ſanguinis conſummat, nec ſola dat palmam exuſtio illa flammarum; pernectitur non ſolùm occaſu, ſed contemptu carnis ad coronam.* Carnis contemptus Martyrium eſt? Ergo hoc illo crudelius: quia illud exiguo temporis interſtitio perficitur ſemel, hoc autem longo tempore ſæpiùs conſummatur. Suffixio quam Dominus elegit, crudeliſſima? Ergo mortificatio horribilis proculdubio eſt. Nam *qui ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis, & concupiſcentiis*, Gal. 5. Ipſi ſibi tyranni. Si igitur mortificatio continua Crux dira eſt, Diui mortificationis Cruci illigati cupiunt diſſolui; & Martyrium ipſum non eis nouam quodammodo infert moleſtiam, ſed grauiori liberat à cruciatu. Petrus noſter affectuoſiſſimo moriendi pro Chriſto afficitur deſiderio, ſed exiſtimo ô Pater, te ab horribiliori vitæ inſtituto in laxiorem degendi rationem tranſire. A te Martyrium fugiebat, quia via tua omni nece dirior exponebatur.

Gal. 5.

Ant. de Eſcob. & Mend. Tom. V.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Petrus mortificationis continuæ vita ita linguam alligat, vt vix extra chorum quis poſſet aſſerere eum mutum non exiſtere.

Aſſero, mortificationis ſtudioſus labra frænare, ne verba inaniter proferantur.

Silentij virtus ex mente D. Maximi mortificationis cingulo eſt præcingenda. Luxuries loquelæ aſſolet eſſe immortificationis effectus. Qui mundi contemnit commoda, qui deſpicit laudes humanas, qui perfectè à ſeculo remouetur, linguam comprimit, iuxta illud: *Bonum eſt viro, cùm portauerit iugum ab adoleſcentia ſua: ſedebit ſolitarius, & tacebit, quia leuauit ſe ſupra ſe*, Thren. 3. Alij, *Quia leuauit iugum ſupra ſe.* Qui mortificationis iugum apportat, adeò ſeculi cuncta contemnit, vt nihil prius illi ſubeat, quàm ſolitudinem inire, & tacere. 17. Maxim.

Thren. 3. *Tacet, qui mortificatione continua afficitur.*

Petrum de Alcantara tam miro ſilentio legimus labia preſſiſſe, vt extra chorum, vbi laudibus diuinis profundendis vacabat, vix quis poſſet aſſerere non mutum exiſtere. Vndenam, quæſo, tam profundi ſilentij obſeruatio, niſi ex mortificationis exercitamentis? Quæ quidem Diuum ad cellæ adyta retrahebant, vt ſolitarius ac tacens abſconderetur. *Sedebit ſolitarius, & tacebit, quia leuauit iugum ſupra ſe.* 18. *Mirum Petri de Alcantara ſilentium.*

Iacobus monebat, *ſit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum*, cap. 1. Preme illud, *velox ad audiendum.* Quidnam audiendum ſit? Exponit Interlin. *Verbum veritatis*, à Domino ſcilicet prolatum, dum inquit, *Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui*, Pſal. 44. Ad ſeculi ergo contemptores, qui carnem ſuam crucifixerunt, illa verba ſpectant. Hi quidem *tardi ad loquendum.* Nam qui portant iugum mortificationis, ſedent ſolitarij, & tacent. 19. *Qui velox eſt ad audiendum, & exequendã mortificationis monita, eſt tardus ad loquendum.* Iacob. 1. Pſal. 44. Interlin.

Hoc expreſſerit ſponſus, *Sicut vitta coccinea labia tua*, Cantic. 4. *Notus eſt funiculus coccineus Raab* (loquor cum Del-Rio noſtro) *quem cùm iuſſa, vt ſignum profeſſionis fidei, aut conuerſionis ſuæ de feneſtra ſuſpendiſſet, ſalutem ſibi, cognationique ſuæ attulit.* Quæ ſeculo ſeruierat, iam ad frugem meliorem recepta legibus conſtringitur fidelibus. Vſque ad ſanguinem coarctatur, vti aſſerit coccinei funiculi expoſitio. Funiculus hic mortificationis typus aſſeritur? Ergo ad labia comprimenda vinculum aptum. Labia eius, qui mortificationi ſtudet, ipſum eſt vinculum. Quid mirum virtutem ſilentij religari? 20. *Mortificatio vitta coccinea eſt religans labia.* Cant. 4. Del Rio.

Y Iam

21. *Qui mortificationi ſtudet, alligat labia.* Prou. 5.

Iam Salomon profatur, *Labia ſapientis alligata ſunt intellectu*, Prou. 5. id eſt, ſapienter didicit labia alligare. Quónam modo? Certè mortificationis continuæ vinculo: intellectu enim ex Carthuſiani mente, ille præditum ſe oſtendit, qui pœnitentiæ operibus curat longiùs à vitiorum ditione recedere. Ambroſ. ad Pſal. 38. *Quando vides ſapientem tacere, dentibus proteruis dic, Ligauit iſte intellectu*, (id eſt, aſperitatis operibus) *labia ſua, ſeruat theſaurum cordis ſui*, &c. Et Bernardus *lib. de ord. vitæ*, Dixit, *Alliga ſermonem tuum, ne luxuriet: ſit ſtrictior, & ripis ipſius coerceatur.* ipſius ſcilicet reſtrictionis, qua quis per mortificationis exercitium ab omni luto curat abſtinere. *Citò lutum colligit amnis exundans.* Lingua igitur tum compreſſa oſtenditur, cùm homo mortificationis cingulo religatur.

Ambroſ. Bernard.

22. *Moſis labia infrænatur, poſtquã operibus pœnalibus ſtudet.* Exod. 4. Act. 7 Græcus.

Moyſes ad legationem immiſſus Domino obiicit: *Obſecro Domine, non ſum eloquens ab heri, & nudiuſtertius: & ex quo locutus es ad ſeruum tuum, impeditioris, & tardioris linguæ ſum*, Exod. 4. Pugnat Moyſi ſententia cum Stephani eloquio, *Erat potens* Moyſes *in verbis ſuis*, Act. 7. Si potens in verbis, quónam modo linguæ impeditioris? Acutè reſpondet Græcus Autor *in Cat.* Ab heri Moſem ſe mortificationis operibus addixiſſe, vt decebat eum, qui ad proximorum ſalutem procurandam erat immittendus. At cùm cingulum mortificationis adeſt, mox labia infrænantur, *vt tutiùs, cautiuſque* verba proferant.

OBSERVAT. V.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Petrus orationem efficaciſſimam reddidit ex mortificationis conſtrictione.

Precibus enim opera pœnalia efficaciam adiiciunt.

23. MEntem D. Maximi compleo, dum aſſero lucernas contemplationis, ac orationis eſſe præcinctas, dum exercitij mortificationis cingulum additur.

24. *Alcantara nunquã non exorabat, quia operibus pœnalibus cruciabatur.*

Ineffabilis efficacia precum D. Petri de Alcantara. Nunquam ab oratione recedebat, quia mens vbique ad Dominum aduolabat. At quæcumque poſceret, illicò à Domino obtinere videbatur. Quid mirum, ſi ineffabilis mortificationis exercitamenta efficacem reddunt orationem.

25. *Chriſtus vt efficaciorem redderet orationẽ habitu pœnali decumbit.* Mat. 26. Hilar.

Oraturus Dominus Patrem, *in faciem procidit*, fatus: *Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte*, Matth. 26. Cur procidit oraturus? Quia expetit conſequi poſtulata. Promiſerat filiis Zebedæi paſſionis calicem propinaturum: *Calicem quidem meum bibetis*; & ideo poſtulat vt ad illos calix transferatur. D. Hilarius, *Quomodo à me bibitur, ita ab iis bibatur*, &c. Vt autem efficax reddatur oratio confert mortificatio corporis. Cæſar. Arelat. hom. 34. *In Euangelio ſcriptum eſt, quòd procidens in terram orauerit. Quid enim indigebat Chriſtus? vt taliter oraret?* Ergo habitus ille indigentium eſt, & expetentiũ cõſequi poſtulata. Quid indigebat? Porrò vt calix paſſionis ad dilectiſſimos Diſcipulos transferretur. Ex mente Patris prouolutio illa corporis mortificationis, ac pœnalitatis typum agebat. Hæc proculdubio precibus addunt efficaciam.

Cæſ. Arel.

26. *Moyſis efficax ex pœnalibus operibus oratio.*

Moyſes exorat, ſed vndenam? Profectò ex pœnalibus operibus obiectis, queis oratio præcincta emicat pulchriùs, ardeſcit efficaciùs. Aaronis & Or manibus brachia Moſis ſuſtentabantur, vt perſeuerans mortificatio membrorum preces redderet efficaces. Ait Iſaias Abbas orat. 5. de Moyſ. *Moyſes in montis vertice conſtitit, & manus eius ab Aaron, & Or ſuſtinebantur; ne ex Crucis ſpecie, in qua erant conſtitutæ, deciderent.* Caderet enim precum vis, ſi mortificationis ſtudium intermitteretur.

Iſai. Abbas.

27. *Vt Dauid inuocet efficaciter Dominũ, prius ſtudet mortificationis operibus.* Pſal. 115.

Dauid cecinit, *Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo*, Pſalm. 115. Cur non prius inuocat Dei nomen, quàm calici hauriendo operam exhibeat? An non vel ipſo calice ſalutis donari fructus eſt orationis? Porrò minus vtilis eſſet oratio, ſi non priùs mortificationis, ac pœnalitatis ſtudium mitteretur. Calicem accipit amarum mortificationis pœnalibus operibus vacans prius quàm audeat Dei nomen profuſis precibus inuocare. D. Paſchaſius Rathbert. lib. 8. in Mat. *Quia nec Crux, aut calix paſſionis ſine inuocatione Domini; nec inuocatio Dei* (efficax inquam) *ſine Cruce, quæ tollenda eſt ad ſalutem, aliquid valet.* Orat Petrus, vt viribus donetur ad opera pœnalia; ſed ideo planè, vt operibus pœnalibus oratio, aut inuocatio Domini præcincta poſſit efficacia donari. Cuncta impetrat Petrus, quia pluſquam triplici funiculo orationem conſtrinxit. Prius ô Pater ſanctiſſime, calamus laſſaretur, quàm fulgori præcinctarum virtutum tuarum materia deficeret. Hæc mirabilia expoſui, reliqua ſupprimenda duxi à tuis religioſiſſimis filiis contemplanda, ne ſupra admirationem exuberare videantur.

Paſch.

PARS ALTERA.

IOANNES DE DIOS.

Paraphraſim, ac Commentarios literales ad caput duodecimum Lucæ pete hîc lib. 12. Part. 1.

PROLVSIO.

SERVVS vigil Ioannes de Dios pauperum Parens, tot Marthæ æmulatorum Magiſter reuerſuro Domino à nuptiis obuiam procedit non ſolùm præcinctus, ſed illaqueatus. Cuncta tribulationum vincula Sampſonem fortiſſimum tenuerunt, ſed vti filamina ſtupæ rumpenda Mariæ ope Deiparæ. Quæ quidem oſtendit ei ſimul IESVM cruciferum vt pateretur, & ſimul miſericordiæ lumina ad protectionem. Apud Monaſterium Guadalupenſe in conſpectu Virginis Ioannes orabat: cúmque ex Angelica ſalutatione illam clauſulam recitaret: *Illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte*, &c. repentè manu inuiſibili velamina veluti nubeculæ diffugére, ſolemque imaginis ſacratiſſimæ expoſuerunt. Oſtendit ei Maria miſericordes oculos, ſed ſimul IESVM non puerulum, ſed crucis baiulatorem. Si quidem ſacriſtiæ Præfectus putans Ioannem audenter cortinam abſtraxiſſe, verbo & opere vindicauit. Quod cùm manus vulnerantes pes vellet imitari, ſubitò exaruit, ſed illicò venia puſtulata donatus percuſſor valetudine grata lingua plus Ioannem ſanctiſſimum euulgauit, quàm recèns natum ſacra Templi: patrij cymbala celebrauerant. Cruciferum IESVM ô vir fortiſſime ſequeris à Deipara expoſitum, ſed ope Matris miſericordiæ cuncta incommoda ſuperabis.

SECTIO SECVNDA.

Lumborum cingulum.

TEXTVS.

VERS. 35. SInt lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. 36. Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum

ſuum, quando reuertatur à nuptiis: vt cùm venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei. 37. Beati ſerui illi, quos cùm venerit Dominus, inuenerit vigilantes: amen dico vobis, quod præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis, &c.

IN
IOANNEM DE DIOS
PANEGYRICVS MORALIS SECVNDVS
CIRCA LITERAM.

EX LABORVM CINGVLO.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Ioannes de Dios continuis laboribus præcinctus, cuncta incommoda ſuperauit, fulgentiſſimum ſe cunctis exponens.

Homo enim illuſtris redditur, inſuperabilis ex efficitur ex laborum tolerantia.

1\. ET vinculis ſerui vigiles conſtringuntur, auctore Chryſologo, & ſimul pennis lucidis, ſiue igneis, auolant, vt conſtet fruſtrà rete expanſum ante oculos pennatorum. Vnde putabat mundus illos premendos, ne creſcerent: inde miris affecti incrementis glorioſi oſtentantur. Præcinguntur laboribus, ſed operibus emicant: *Sint lumbi præcincti*, ſed ſimul *lucernæ ardentes in manibus* aſpectantur.

2\. *Ioannes de Dios ex laboribus corona ſtipatus oſtenditur.* IESVS Ioanni noſtro apparuit aliquando, & malum punicum vulneratum oſtendit, gemmis quidem pretioſiſſimis refertum, ſed vulneribus exararum: corona tamen victrice cinctum. Et quando non ſuperat, & vincit patientia? Certè Ioannes miraculorum gemmis illuſtriſſimus, ſed laborum adhuc glorioſior ornamentis. Cui apto quod de Paulo aiebat Chryſoſtomus, (Chryſoſt.) *Vides vinculorum fortitudinem magis, quam reſurrectionem mortuorum eſſe glorioſam? Vinctus eſt Paulus Romæ, & pleroſque attraxit: vinctus eſt Ieroſolymis, atque ligatus Regem exterruit, Præſidi timorem incuſſit.* Semper præcinctus Ioannes de Dios, ſæpe carceribus addictus ab hoſtibus ſupplicibus exaltatur, quos debellauit, vt IESV victoriæ litaret ſpolia.

3\. *Vbique Ioannes tribulationibus agitur, ſed vbique triumphat.* Video Ioannem conſociis fratribus per orbem terrarum Solis in morem decurrentes à cunctis vulneratos, exceptos à cunctis, omnibus horrori, omnibus dilectioni. O illuſtrati ſapientiſſimi Apoſtolorum facilè æmulatores! Vbique illigamini, vbique tribulationibus conſtringimini: & vbique cunctis difficultatibus ſuperatis, xenodochia extruitis, ab hoſtibus victoriam reportatis. De Apoſtolis ſemper vulneratis, & victoribus ſemper, Sacerdotum Principes proclamabant, *Quid faciemus hominibus iſtis?* Act. 4. (Act. 4.) Quod expoſuit Chryſoſtomus ſermon. 15. ad epiſtol. Roman. cap. 8. (Chryſoſt.) *Vide quomodo Iudæi cùm Apoſtolos in medio poſitos haberent, & ſtupuerint, & dixerint: Quid faciemus hominibus iſtis? Admirandum quippe fuerat, quòd cùm illos iam captos ſibi, ligatoſque cecidiſſent: adhuc tamen hæſitauerint, conſiliique inopia laborauerint, per ea ipſi ſuperati, per quæ victoriam ſperauerant. Atque ita neque Tyranni, neque populi, neque dæmonum phalanges, neque diabolus ipſe poterat eos vincere, ſed longè ſuperabantur vniuerſi.*

Cùm Ioannes militiæ ſæculari nomen dedit ab effrænato animante cuius in humeris eques pergebat excuſus ſine ſenſu coniacet, diabolo victore. At inuocata à vulnerato Deipara accurrit opem ferens aquæ poculo exhibito, & in Ioannem tranſlata victoria, ad ſocios rediit gloriam Virginis prolaturus. Dux quidam veſtes furto acquiſitas Ioanni innocenti tradidit cuſtodiendas. Apud ſyncerum cuſtodem inueniuntur, qui morti, haud exaudiris excuſationibus, damnatur. Quæ quidem inflicta eſſet viro ſanctiſſimo, niſi patientiæ agnata victoria, Equite interceſſore, illum eripuiſſet. Alapa afficitur IESV gerens imaginem, ſed à percuſſore mirum in modum honoratur, patientia victrice. Idiotæ totus terrarum orbis ſubiicitur. O conſtrictio lumborum tot lucernis ardentiſſimis illuſtrata! Domienti Ioanni Virgo beatiſſima, Euangeliſta Ioanne comite, apparuit, eúmque ſpinea ſtipauit corona, cuius pungentes aculeos non facilè dormiens ſuſtineret. Fatur Deiparens, Ex laborum ſpinis colliges ô Ioannes, gloriæ temporariæ, & æternæ roſas. *Hic*, (reſpondet vir forτiſſimus) *cura, & ſeca, vt in æternum parcas.* 4. *A variis eripitur! Ioannes periculis ex patientia victrice.*

* *
*

OBSERVAT.

Observat. II.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Improperia dementiæ ſimulatæ tam contraria honoris fulgori Ioannem de Dios ad honoris, æſtimationiſque verticem adduxere.

Improperiis enim pro Chriſto toleratis agnata eſt æſtimationis, & honoris gloria.

5. APud terricolas iuſti laborum vinculis conſtringuntur, addicti carceribus, & ſimul apud Cœlicolas inſtar ſtellarum, effulgente apparent? Quid cum conſtrictione ſolutio? Properant vt ſtellæ, fulgurant, qui in ergaſtulo detinentur? Profectò iuſtis patientibus cuncta etiam contraria famulantur.

6. *Apud Granatam Ioānes vt demens furioſus verberatur, inibi adoratur vt Diuus.*

Apud Hoſpitale Granatenſe Ioannes patiendi affectuoſo deſiderio dementiam ſimulat furioſam, & illigatus coniacet, & verberibus acriter vulneratur, approbante ſanctiſſimo & ſapientiſſimo P. Ioanne Abulenſi viri ſpiritum, & illum non ſemel inuiſente. Simulat valetudine donatum iam eſſe, qui morbum crudelem quidem dorſo ſimularat. At pro verberibus puerorum improperantium; vociferationes, *Al loco, al loco*, non minus crudeliter ſufficiuntur. Deſerit Granatam Ioannes, ſed poſt tempus rediturus, vt aleretur, & alendis pauperibus aliquid lucraretur, cædendis lignis dat operam, quæ ad vrbem adferret diuendenda. Faſcum ad vrbem primam deportabat, cùm memor verborum puerorum magis quàm Xenodochij vulnerum, recalcitrabat. Tandem infamiarum iam ſtudioſus Granatam intrat, apud forum faſcem vendendum apponit, à pueris benignè excipitur, & antiquum diſſagium præcinentes, conclamitant: *Al loco, al loco.* Proh Deus immortalis! Vbi infamia excipit hoſpitem, honor præparat habitaculum. Granata enim Ioannem vidit ſubleuatorem pauperum, domorum, Hoſpitalium ægrotantibus inſtitorem Ordinis Fratrum illuſtriſſimum fundatorem. Quando non Dei famulis, vel contraria famulantur? Clamant cuncti, *El ſancto, ſancto.*

7. *In flumine, vbi Moſes deſpicitur, ac proiicitur, vt filius Pharaonis filia acceptus eſt. Exod. 2.*

Ab omnibus acclamatur in vrbe Granatenſi, qui inibi, vti demens, illuditur; tribulationes enim via recta ad verticem honoris obiiciuntur. Moyſem ne puerulum vidiſti fluminis vndis iactatum? E flumine ipſo videbis filiæ Pharaonis manibus exceptum Regio nutriendum apparatu. *Ecce deſcendebat filia Pharaonis, vt lauaretur in flumine. Quæ cùm vidiſſet fiſcellam in papyrione, miſit vnam de famulabus ſuis, & allatam aperiens, cernenſque in ea paruulum vagientem, miſerta eius*, &c. Exod. 2. In flumine Nili perſecutione actus Moyſes lacrymas profundit. In flumine repulſam patiens tribulationibus agitatur. Porrò in flumine eligitur filia Pharaonis in filium. Gregorius Nyſſen. de Vita Moyſ. *Videmus re ipſa, ſi quis turbini ac procellis humanæ vitæ reſiſtit, nec ſe obrui patitur, eum à corrupta hominum ſocietate, ac vita tanquam onus graue reiici, atque repelli: quam qui effugit, vagitum imitetur Moyſis, nec lacrymis parcat. Lacryma enim fidelis cuſtos eſt eorum, qui veram quærunt virtutem.* In vrbe ipſa vbi repulſam Ioannes patitur, glorioſus excipitur. Vbi lacrymas verberum vulneribus & improperiis actus profundit, à cunctis acclamatur: & pueri, qui dementem vociferati fuerant, iam ſanctum profitentur: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* *Gregor. Nyſſen.*

8. *Chriſtus in Cruce opprobriis agitur, & in eadem ſublimis oſtenditur.*

Chriſtus cruci illigatus improperiis & ſcribarum & Phariſæorum agitur, & Latronum, prætereuntium iniuriis afficitur. Eum hoſtes fatuum inclamitant: *Vah qui deſtruis Templum Dei, & in triduo readificas illud*, &c. In Cruce opprobria ſuſtinet patienter? In Cruce ſublimis cunctis honorabilis apparebit. D. Leo ſermon. 10. de Paſſ. *Cùm ergo Dominus crucifixi corporis eleuatione ſublimis, reconciliationem mundi exequeretur, in quadam arce ſupplicij*, &c. Quid ſublimitati, arcique cum ſupplicio? Profectò vbique ſupplicio Dominus vti demens afficitur, ſublimis à cunctis honorandus exponitur. *Leo.*

9. *Vbi Paulus verberatur; ibi honorabilis admodum exponitur.*

Paulus inclamitat, *Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ Angelus ſatanæ, qui me collaphizet. Propter quod ter Dominum rogaui, vt recederet à me*, 2. Cor. 12. Vbi Ambr. ſerm. 3. ad Pſal. 118. *Paulum ſatanas inflare volebat. Quem Paulum? Illum vtique Apoſtolum non ab hominibus factum, ſed per* IESVM CHRISTVM. *Et penè deceperat, ita vt ſtimulum carnis ſuæ, qui ſe humiliauerat, rogaret auferri.* Preme illud: *Paulum ſatanas inflare volebat.* Si inflare vult ſatanas Apoſtolum, cur tentamina carnis addicit, quæ potiùs hominem aſſolent humiliare? *Quo ſe humiliauerat.* Credo diabolum præſagire in tentaminibus conſequentem gloriam, qua intendebat Paulum inflare. Nihil enim tam agnatum laborum ſuſtinentiæ, quàm honor exaltationis. Colaphis Paulus vulneratur? Inibi honoris gloria patietur, qua fortaſsè inflatus ſe piaculo vanitatis inficiet. Vbi colaphi & verbera miniſtrorum Xenedochij Ioanni patientiſſimo impinguntur, ibi adeò à cunctis honoratur, vt niſi nanis propriæ cognitions pondere ſtaret interrita, ab vndis ac ventis vanitatis obrueretur. *2. Cor. 12. Ambroſ.*

Observat. III.

Ad illa verba:

Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur.

Ioannes de Dios ex affectuoſiſſima in pauperes miſericordia Chriſtum non ſolùm hîc expectauit, ſed hoſpitio excepit; non ſolùm vt reliqui, agnouit, ſed vidit.

Aſſero, pauperum ſubleuatoribus ex officio datum, tanta fide nitere, vt non ſolùm agnoſcant in paupere Dominum, ſed & aſpicere videantur.

10. FIdes ſerui vigilis commendatur, qui in præſenti Dominum non videns, venturum infallibiliter expectat, & operibus illuſtribus ad excipiendum venturum ad iudicium Dominum præparat apparatum ex mente Gregorij.

11. *Ioannes non ſolùm agnouit Chriſtũ in paupere, ſed & vidit.*

Profectò Ioannes noſter non ſolùm Dominum expectauit, ſed charitatis ſuccenſis luminariis meruit excipere prius quàm ad iudicium accederet. Cùm libros oppidatim diuenderet, vt pretium propriæ ſubleuationi, & pauperum indigentiæ conſecraret, IESVS ſub ſpecie pueruli nudis pedibus Ioanni monſtratur, ei calceamenta largitur pedibus paruuli minimè accommdata; ideo puerum humeris apponit, non quidem leue, ſed onus grauiſſimum. Tunc oſtenſus ei, ſub Malogranati ſignaculo ei labores ſubeundos indicit. Rurſum. Chriſtum ſub pauperis habitu accedentem hoſpitio excipit, & Abrahami in moram pedes abluit buccellam adlaturus. O quàm facile ante iudicij tempus Chriſtum vident, qui miſericordia in pauperes afficiuntur! Quid mirum pauperum Patrem ſæpe Dominum nunquam non exiſtentem in paupere vidiſſe?

12. *Abraham agnoſcit Dominum in peregrinis, non dicitur vidiſſe.* Geneſ 18. *Ioannes ex officio peregrinorũ exceptor, videt.*

Ex fide Abraham commendatur, quia non videns manifeſtè Dominum, in peregrinis tamen ſe videre putabat. *Obſecro, Domine,* &c. Geneſ. 18. Attamen non clarè vidit Conditorem. Ioanni noſtro manifeſtatur. An quia minus fides? Minimè, ſed quia totum ſe ſe miniſterio pauperum litauerat. Deum enim in paupere non ſolùm contemplari, ſed videre, agnatum eſt iis, qui quaſi ex officio pauperum ſtudent ſubleuationi. Abraham ſanctiſſimus Dei obſequio addictus, etiam gregibus procurandis, & diuitiis licitè acquirendis ad poſterorum hæreditatem intentus obiicitur. Pauperibus ſubuenit, ſed non ex ſpecialiſſimo miniſterio. Porrò Ioannes, cunctis aliis curis renunciatis vni, ex officio, miniſterio pauperum incumbit, diuitias non acquirit hæredibus, ſed pauperum ſacrat ſuſtentationi. Ideo Chriſtum non ſolùm contemplatur, ſed & videt in paupere.

13. *Qui ex officio expoſitus eſt omnibus pauperibus excipiendis, tanta fide donatur, vt non ſolùm agnoſcat Dominũ, ſed & videat, aut tangat, experientia vberiori.* Epheſ 5. Paulin.

Monebat Paulus, *Surge, qui dormis, & illuminabit te Chriſtus*, Epheſ. 5. Legit Paulinus, *& attinges Chriſtum.* Adeò illuminaberis, vt non ſolùm contemplari valeas, ſed videas, & contingas Saluatorem. Quónam modo videndus, tangendus? Crediderim illum poſſe Dominum videre, & tangere, qui aliis renunciatis curis, totum ſe ſe pauperibus ſubleuandis, quaſi ex officio litat. Addit Paulinus Epiſt. 12. *Diſcute carnalis inertia ſomnum à mortuis curis, hoc eſt, à ſeculari cura erige mentem, & attinges Chriſtum operando præceptis eius, videbis eum in omni egeno, & tanges eum in omni paupere.* Cur in omni egeno, & omni paupere? Quia non tres peregrinos excipies hoſpitio, ſed omnium pauperum eris ſubleuator, ex officio non ſolùm accedentes ad tabernaculum adducens, ſed per vicos, & plateas quæritans, vt ad xenodochia referantur. Ioannes de Dios, qui ex officio quærit pauperes, vt poſſit ſubleuare Deum in omni, clarè aſpectabit egeno.

14. *Ioannes omnibus prædicabat Chriſtum in paupere adeſſe, quia Pater pauperum eũ videbat.* Fulgent.

Ioannes omnibus profitebatur, cùm pauperibus ſubſidia poſtulabat: Domino datis, Dominus accipit, Dominus pauper eſt; quia nullus pauper, ex quo capite eſt ſine cibo, aut indumento, poteſt eſſe ſine IESV. Videor mihi ex ore Diui noſtri illud Fulgentij exaudire epiſtol. 2. ad Gallam, c. 9. *Attende Lazarum in paupertate diuitem. Et quidem ſine domo hic eſt, ſed non ſine Domino: ſine cibo, ſed non ſine Chriſto.* Quàm beatus qui procurator pauperum Dominum non ſolùm credit, ſed videt in inope, & reliquos hortatur, vt attendant! *Attende Lazarum, ſine cibo eſt, ſed non ſine Chriſto.* Vndénam agnouiſti? Quia video Saluatorem: *Et qui vidit, teſtimonium perhibuit.*

15. *Diſcipuli Dominũ in fractione panis cognouerũt. Ioannes de Dios vidit, quia ex officio peregrinorum exceptor.* Luc. 24. Auguſt.

Non ſolùm agnoſcit, ſed videt; quia ex officio pauperum agit procuratorem. Egregiam accipe huius cogitationis confirmationem. Duo Diſcipuli in Emauntem pergunt, Dominus hoſpitio ab eis ſub peregrini ſpecie recipitur, nec agnoſcunt, donec pani frangendo operam expendunt. *Et cognouerunt eum in fractione panis*, Luc. 24. Non dixit, & viderunt eum, ſed *cognouerunt.* Deum enim panem inopi frangimus, Deum in ipſo adeſſe agnoſcimus. Auguſtinus ſerm. 144. de Temp. *Tene hoſpitem, ſi vis tenere Saluatorem. Dominus ergo præſentauit ſe ipſum in fractione panis. Diſcite, vbi Dominum quæratis; diſcite, vbi habeatis; diſcite, vbi agnoſcatis. Panem frangimus, & Dominum cognoſcimus.* Cur non dixit Diſcipulos Chriſtum vidiſſe, ſed ſolùm agnouiſſe? Certè cuilibet frangenti piè panem pauperi, datur Dominum adeſſe in paupere recognoſcere; ideo enim panem frangit, quia in paupere Deum credit adeſſe. Ideo Abraham panis buccellam peregrinis adlaturus Deum in ipſis exceptum credebat, dum diceret, *Obſecro, Domine,* &c. Profectò haud ſic cum Ioanne Patre pauperum, ex officio, agitur, ſed ei datur non ſolùm agnoſcere, ſed videre.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.

Ioannes de Dios aſperiſſimo pœnitentiæ cingulo præcingitur, ſed cunctos labores hos ex eleemoſynæ, aut charitatis officio facilè ſuſtinet.

Eleemoſynæ enim vis, homines leuare, vt poſſint faciliùs crucis huius mortalitatis pondus ſuſtinere.

PRæcingitur Dominus aſperitatis cingulo, quia *in laboribus à iuuentute.* quem quidem ſequimur, tribulationum crucem portantes. Ac edocemur, quónam modo poſſimus leuiſſimum onus ſuſtinere, quod grauiſſimum alij experiuntur. *Faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit* 16.

miniſtrabit illis. Pauperes ad domum adducat, eis diſcumbentibus miniſtret alimoniam, leuis admodum crucis onus exponitur. Rigidum planè laborum, aut vitæ aſperitatis cingulum iis, qui pauperes non faciunt diſcumbere.

17. Mirum mihi ſemper viſum Ioannis de Dios circa vitæ aſperitatem inſtitutum, onus quidem viribus impar humanis. Caput ſemper diſcoopertum, ac ſine coma, geſtat, & frigoris, & caloris iniuriis expoſitum. Saccus vnicum indumentum. Nudi pedes frigore aliquando ita rigentes, vt vel prunas ſine dolore extinguerent. Lectulus ſuper terram leuis palearum textura, ceruical ſaxum, vbi vnius horæ amanti non exiguo termino requieſcit. Tam exigua autem annona, vt vix à naturali ieiunio recederet. Ab illis tribus Proceribus inuitatus, nunquam hærebat menſæ, ſed genuflexo, cunctos cibos in ſportula reponebat, profatus: Ego comedam ſuauiùs, dum meos pauperes videro his cibis potiri. Quid ſi inſtaretur vt aliquid abſumeret? Ex ſportula cinerem ſumit, cibos veluti ſale condit, vt mortis memoria dulciores ſibi redderentur, dum propria dulcedine exuebantur. Verberibus diris carnem emortuam vulnerat ac viuentem, ne fortaſſe reuiueret. Porrò caro ſolummodo ad ſentiendum dolorem viuax, ſæcularibus cunctis cadauer exponitur. Si patientiæ addatur crux, quàm portabile pondus! Alapa percutitur ſemel, alteram maxillam offert, quam cùm percuſſor ex patientia, & humilitate victus, (vt Tertullianus ait,) non vulneraret, ſed potiùs revereretur, ſub veſtibulo domus Equitis illius alter Ioannis innocentiſſimè cum ſportulâ contingentis faciem altera alapa honorauit. Quid Diuus? Expetiiſſet mille maxillas habere, vt totidem vulneribus poſſet offerre: ſed vnam & alteram replicandis, (ſi iuberet percuſſori,) alapis conſecrauit. Proh Deum immortalem! Quónam modo luteum vas portans poterat tam ponderoſam crucem ſuſtinere? Certè ex pietate erga pauperes; ex charitate erga proximos.

Non poſſet homines tot pœnitentia, ac miſeriarū ſuſtinere labores, niſi pauperum eſſet ſubleuator.

18. Salomon olim armamentarium ſuum ducenteis aureis ſcutis exornauit. *Fecit quoque Rex Salomon ducenta ſcuta de auro puriſſimo, ſexcentos auri ſiclos dedit in laminas ſcuti vnius,* 3. Reg 10. Vbi D. Gregorius *hom. 36. in Euang.* & patientiam, & charitatem aſſerit aſſignari. Sexcentos auri ſiclos ſcuti vnius dedit in laminas? Magnum ſcutum, patientia ingens exprimitur: ſed ex magna etiam auri vi maxima charitas oſtentatur. An poſſet tantam vitæ aſperitatem, tanta hoſtium vulnera Ioannes ſanctiſſimus velut ſcutum ſuſtinere, ſi totus aureus ex charitate in pauperes non fuiſſet?

Vulnera aſſidua poteſt ſuſtinere, qui ex auro charitatis, ac eleemoſyna compactus eſt Ioannes.
3. Reg. 10.
Gregor.

19. Tempus ſponſæ putationis indicitur, cùm ad opera rigidæ pœnitentiæ aduocatur. *Vox turturis audita eſt in terra noſtra, tempus putationis aduenit*, Cant. 4. Cùm crimina profiteris, vox turturis exauditur. Cùm autem à delictis recedis, operum aſperitatis ſtudio vacare incipis. Tunc tempus putationis, ex qua fructus vberrimi pœnitudinis expectantur. An cupis coadiutores, ſeu operarios ad vineæ culturam? Pauperes aduoca. Dominus præcinctus laborum cingulo ad quærendos coadiutores operarios egreditur. *Exiit primo manè conducere operarios in vineam ſuam,* Matth. 25. Quínam coadiutores operarij ad tui oneris leuamen adducendi niſi pauperes? Pulchrè Laurentius Nouar. hom. de Eleem. *Ille adiutores ſibi adiungit operarios, & multiplicat in terrena cultura; & tu agrum tuum dum ſolum colere vis, relinquis deſertum? Homo, aduerte, quod dicitur. Spiritualis eſt, non carnalis iſta cultura: de eleemoſyna conduc operarios. Quos? Cæcos, claudos, debiles, & alios his ſimiles. Hi ſunt operarij parua mercede conducti.*

Vt viterum pœnitentia, ac laborum cultura ſine moleſtia afficiaris, cōduc pauperes operarios.
Cant. 4.
Matth. 25.
Laurent. Nouar.

20. Pauperes Ioannis de Dios onus ſuſtinent, illi æſtum capitis aperti portant, illi xenodochij labores alleuant, illi iniuriarum, & ieiuniorum crucem tollunt. Fantur illi, *Portauimus pondus diei, & æſtus.* Conducti à Ioanne pauperes totum portant grauiſſimum onus, quod haud poſſet ſine charitatis leuamine ſuſtineri. Bellè Nazianzenus orat. 2. in Paſch. *Tu libenti animo quæſitas opes excutias, atque in pauperum ſubſidium ſpoliaueris, vt leuiter Crucem tollas.* Quomodo potuiſſet Pater pauperum tot labores vel ad ipſorum paupertatis ſubleuationem ferre, ſi ipſum charitatis opus vires non adderet? Porrò tot Ioannis de Dios tribulationes, tot vitæ aſperitates, tot patientiæ cruces, vt tot pauperum coadiutorum viribus indigeret.

Totum pondus Crucis Ioannis portant pauperes eius filij.
Matth. 25.
Nazianz.

21. Contemplatus eſt ille Dominum laboribus præcinctum dum aſperrimæ vitæ iniuriarum ac dolorum paſſionis onus grauiſſimum additur. Tunc pauper Simon pretio conducitur, vt crucifero præſtet auxilium. *Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem, hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius,* Matth. 27. Sunt qui exiſtiment, coadiutorem additum Simonem, vt ſimul cum IESV crucem portaret. At verba illa, *vt tolleret crucem eius*, innuunt omnino Chriſti humeros fuiſſe à Crucis onere liberatos. Potuit pauper Simon proclamare; Ego pondus diei, & æſtus portaui; quia adeò pauperes pretio noſtro adducti noſtra onera leuant, vt penitus ab ipſis liberi eſſe videamur.

Chriſti totā Crucē pauper adductus portauiſſe videtur.
Matth. 27.

LIBER DVODECIMVS.

IESVITÆ.

PARS PRIMA.

IGNATIVS.

PARAPHRASIS, AC COMMENTARII literales ad caput duodecimum Lucæ.

Panegyrici Morales circa litteram in Ignatium.

PROLVSIO.

Ligni vitalis, ſeu Fundatorum, aut Ieſuitarũ, FRVCTVS DVODECIMVS.

CVM primùm Ignatius nuncium ſæculi remiſit voluptatibus, honoribus, illectamentis, diuitiis, perfectionis viæ ſe committere ſtudens, ſeſe totum litauit Deiparæ, quæ recèns conuerſum excepit, vt ad IESVM adduceret; gladium militis ſæcularis accepit, vt ipſa Eccleſiæ hoſtes interimeret; Miſſæ ſacrificium gerenti apparuit, vt de fructibus ex Sacramentorum frequentia Ieſuitarum miniſterio gratularetur; laboranti fauet Ignatio, à quo tot ſodalitiis apud Societatis ſcholas erat honoranda. Sub Máriæ præſidium confugit Ignatius, dum initium operi ſpirituali imponit? quàm auguſto opus vertice coroborabitur! *Qui manè*, ait, *vigilauerint ad me, inuenient me*, Prou. 8. Ignatius fugatis ſæculi tenebris *manè* gratiæ vigilauit ad Virginem, à qua mox caſtitatis donum accepit: inuenit illam; vt ipſe perfectiſſimè cœleſti Paſtori IESV inueniretur Richardus Laurent lib. 2. de laud. Virg. *Vigilandum eſt ad Mariam manè gratiæ, fugata nocte peccati, innouata conſcientia per pœnitentiam. Inuenient, ait, me. Felix inuentio, inuenire gratiæ inuentricem; qua inuenta, inuenitur omne bonum.* Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborauit diu, vel in vacuum; aſſidentem enim illam præ foribus inueniet. *Sap. 6. Semper paratam auxiliari.* An poſſet Ignatius Chriſti miles tot victorias perficere, tot hoſtes delere, niſi præſidio Virginis armaretur? IESV Societas poſſet tot triumphis ornari, niſi Deipara, (quam

Prou. 8.

Richard. Laur.

venerabilis

venerabilis P. Martinus Gutierrez, vir ſanctitate fulgens, pallio vidit Societatem veluti alis confouere,) potentiſſimum tuliſſet auxilium? Ignatius ergo ſe ad iter nouum præcingens, Mariam inuocans ſe viis eius omnino commiſit, vt rectà ad IESVM Dominum perueniret. Addit Richardus, *Viæ* Mariæ, *viæ pulchræ, & omnes ſemitæ eius pacificæ*, Prou. 3. *In me gratia omnis viæ*, Eccli. 24. *Scilicet quæ ducit ad vitam, id eſt, ad* IESVM *meum, qui eſt vita ambulantibus per has vias.*

LVCAS CAP. XII.

VERS. 35. SINT lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.

36. Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptiis; vt cùm venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei.

37. Beati ſerui illi, quos cùm venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.

38. Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi.

39. Hoc autem ſcitote, quoniam ſi ſciret Paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtiquè, & non ſineret perfodi domum ſuam.

40. Et vos eſtote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet.

PARAPHRASIS.

35. IVDICII *dies, quoniam vobis incertus eſt, oportet in eum ſemper eſſe paratos: eritis autem ſi ſint lumbi veſtri præcincti, ſint lucernæ ardentes in manibus veſtris.*

36. *Vt ſimiles ſitis prudentibus, ac fidelibus famulis, qui quoniam incertum habent, quando Dominus ſit à nuptiis rediturus, perpetuò ſtant accincti cum tædis, vt ſimul atque reuerſus pulſauerit, confeſtim ei poſſint aperire, à ſomno immunes eo tempore, quo dormitur altiſſimè.*

37. *Non erit ingrata Domino hæc famulorum ſedulitas; ſed beati erunt, ſi Dominus ſubitò veniens inuenerit vigilantes. Nam illud affirmo vobis, quòd Dominus pro officio, (quod tamen debebant,) mercedem reponet ampliſſimam. Si quidem ipſe viciſſim ſe præcinget, & iubebit illos diſcumbere. ac prætериens, obſeruánſque quid quiſque poſtulet, illis miniſtrabit.*

38. *Nec refert, qua noctis parte venerit, (id enim incertum eſſe voluit,) ſed quacumque noctis vigilia venerit, ſiue in ſecunda, ſiue in tertia, vel inſpecta nocte: beati futuri ſunt ſerui, ſi Dominus eos paratos offenderit.*

39. *Proinde curandum ſemper, ne opprimat imparatos. Siquidem vbi ſemel ille venerit, iam ſerum fuerit ſuperiorem ſarcire ſomnolentiam. An tam ſocors Paterfamilias, qui paſſurus ſit à fure nocturno ſuam perfodi domum, ſi noſſet quo tempore fur venturus eſſet? Si ille vigilat, ne bonis terrenis ſpolietur: quanto magis vobis eſt vigilandum, ne æternam perdatis fœlicitatem.*

40. *Filius hominis ſubitò veniet eò tempore, quo minimè venturum ſuſpicabimini. Proinde, quoniam vobis id eſt tempus ignotum, (quod certum adfuturum,) ſitis perpetuò parati, inſtructi bonis operibus, à mundi impedimentis expediti.*

SECTIO

SECTIO PRIMA.

Cingulus.

TEXTVS.

VERS. 35. **S**Int lumbi veſtri præcincti.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Parabolæ ſcopo.

1. *Parabola eſt.* Salmer.

PArabolam quandam verbis his contineri, Petrus indicauit, qui vbi illa Dominus profudiſſet, ait: Domine ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes Salmeron *tom.7. tract.18.* Ex Petri ſententia *eliciimus, verba hac vt parabolam à Chriſto propoſitam, & ab Apoſtolis acceptam.*

2. *Scopus parabolæ, nos paratos efficere ad inopinatum Domini aduentum.*

Quínam ergo parabolæ ſcopus? Eò exiſtimo tendere, vt declaret, quales eſſe debeamus reſpectu cœleſtium bonorum pro vitæ futuræ præmio. Nam præcedenti ſententia exhortatus fuerat Apoſtolos ad theſaurum operum in cœlo collocandum: *Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam; facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt.* Vt ergo ad theſauros in cœlo reconditos mereamur peruenire, hac parabola explicat, qua ratione ad inopinatum Domini aduentum nos præparare debeamus.

3. *Contextus ratio.*

Cùm igitur docuiſſet Dominus, omnem auaritiam, anxiámque potus, cibi, ac diuitiarum ſollicitudinem eſſe fugiendam; quoniam Diſcipulos ſuos expeditos, omniúmque caducarum rerum cura ſolutos eſſe expedit: hoc loci dictis congruenter edocet, qua expeditione, promptitudine, & vigilantia ſuum debeant aduentum expectare. Chriſti enim Diſcipulum ſemper in procinctu eſſe oportet expeditum, vigilantem, cæteris curis liberum, in hac vna expectatione defixum.

4. *Idem aliis parabolis Dominus expoſuit.*

Quoniam autem res magni eſt momenti, & ſummè noſtra referat, ad eius aduentum nos paratos inueniri: Dominus, qui neminem vult perire, & omnium ſalutem ſitit, multis parabolis nos huiuſce rei voluit commonefacere. Quid aliud de fideli diſpenſatore mox ſecuta parabola, & villici, & Virginum, & talentorum, & paſtoris, & ouium & hædorum videntur adſtruere?

§. II.

De lumbis præcingendis.

5. *Lumbi præcincti paratum hominē ſignificāt ad agendum, vel miniſtrandum.*

S*Int lumbi veſtri præcincti.*] Iudæi oblongis veſtibus vtebantur, quæ ſi non conſtringantur cingulo, miniſtranti, ambulantíque impedimento ſunt. Opus ergo, veſtes præcingere, ne miniſtrantibus impedimentum afferrent. Vnde de Domino ipſo miniſtraturo ſeruis adiicitur, *Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet eos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.* Apud Lucam ait Dominus ſeruo, *Para quod cœnem, & præcinge te, & miniſtra mihi*, cap. 7. Giezi Eliſæus, *Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade*, &c. 4. Reg. 4. Et Ieremiæ, *Tu ergo accinge lumbos tuos, & ſurge, & loquere ad eos*, cap. 1. Dauid, *Indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe*, Pſalm. 92. id eſt, præparauit, expediuit. Igitur lumbi præcincti paratum hominem ſignificant ad agendum, vel miniſtrandum. Tobias ideo *inuenit iuuenem ſplendidum, ſtantem, præcinctum, & quaſi paratum ad ambulandum*, cap. 5.

Luc. 7. 4. Reg. 4. Ierem. 1. Pſalm. 92. Tob. 5.

6. *An Iudæi habuiſſent veſtes fluctuātes ſine cingulo.* Abul.

Innui videtur, Iudæos veſtes oblongas cingulo omnino ſolutas deferre. Quod Abulenſis aſſeruit ad 4. Reg. 9. q. 1. *Iudæi habebant veſtes pendentes vſque ad talos, & habebant eas laxas, ſcilicet non colligatas corpori, & ſic erant itineri*, (aut miniſterio,) *impedimento. Cùm ergo aliquis volebat velociter currere, oportebat, quòd accingeret lumbos ſuos, decurtando veſtes, & eas corpori aſtringendo.*

7. *Cingulō vſi, ſed adhuc arctius præcingi iubentur Apoſtoli.* Exod. 28.

Aſſero tamen Iudæos cingulis vſos & domi & foris. Non enim frequentibus actionibus veſtes fluctuantes ſunt accommodatæ. Probo, quia baltei inter Sacerdotum veſtes adnumerantur: *Filiis Aaron tunicas parabis, & balteos*, Exod. 28. Cur ergo præcinctis Dominus ait, *ſint lumbi veſtri præcincti*, & Eliſæus, *Accinge lumbos tuos*, &c. Quia cùm ſeſe aut itineri, aut operi parabant, veſtes oblongas ſtrictiùs cingebant: quod nos etiam facere ſolemus.

§. III.

Quídnam cinguli metaphorâ innuatur?

8. *Diligens innuitur præparatio ad Iudicem excipiendum.* Salmer. Barrad.

S*Int lumbi veſtri præcincti.*] Miniſtrorum diligentia neceſſaria deſcribitur, vt ad omnia opera Domini ſint parati, & nullas moras inobedientiæ operibus prætexant. Sic Salmeron. Aſt cum Barradio, & aliis parabola exiſtimo nobis diligentem Iudici præparationem, vt Iudicem repentè venturum excipiamus. Famuli cùm certam aduentus Domini horam ignorent, cunctis ſunt horis præparati, vigilant, præcingunt veſtes, ne impedimento ſint aut ambulantibus, aut properè occurrentibus Domino aduentanti. Nihil in aliud tempus differunt, vt quacumque hora pulſauerit, confeſtim fores aperiant. Sic nos vult eſſe Dominus præparatos, nihílque ex iis, quæ ad ſalutem animi pertinent, in aliud tempus differre. Præcincti eſtote, expediti, vigilate, vigilanter Iudicem expectate cœleſtem, ſemper quidem ad migrandum è vita præparati.

9. *Accingi iubemur balteo caſtitatis.* Chryſol.

Vt autem diuerſæ Patrum ac Doctorum expoſitiones viam adſtruant diuerſimodæ excogitationum varietati: de caſtitatis virtute ſententia hæc à pluribus explicatur. Chryſol. ſer. 23.

Lumbos

Lumbos noſtros iubet Dominus adſtringi balteo caſtitatis. quem quidem militiæ Chriſtianæ appellat inſigne ſer. 22. *Cincti caſtitatis balteo, quod eſt inſigne militiæ Chriſtianæ, fluxæ carnis detruncemus ignauiam.*

10. *Cur huiuſmodi præcinctioni lũborum caſtitas aſſignetur?* Hieron.

Cur autem lumborum conſtrictione caſtitas deſignetur? Reſpondet D. Hieronymus ad Epheſ. 6. *Quia lumbi in generatione ſemper accipiuntur & ſemine, ſecundum illud: Adhuc in lumbis erat Leui patris tui*, Hebr. 7. *Videtur nobis accinxiſſe lumbos ſuos, qui nequaquam vxori debitum reddit, nec ſeruit libidini: ſed imitatur ingenitum Deum, generationis negotiis non miniſtrans.* Quando vir caſtus Dei Patris non extitit imitator.

11. *Continentia à rebus ſecularibus præcipimur ornari.* August. Pſal. 72. Barrad.

Aſſerit Auguſtinus *lib. 2. qq. Euang. cap. 25.* his verbis: *Sint lumbi veſtri præcincti*, non ſolum caſtitatem, ſed continentiam à rerum ſecularium amore ſignari. *Ille* planè (ex Doctoris mente) *lumbos habet præcinctos, qui amorem ſuum præcingit, à terreniſque rebus arcet, vt totum conferat in Deum.* Præcinxerat ille cor, qui dicebat, *Quid enim mihi eſt in cœlo, & à te quid volui ſuper terram Deus cordis mei, pars mea Deus in æternum*, Pſal. 72 Vbi Barradius noſter, *Coërcet* (inquit Dauid) *amorem, & præcingit; neque in terra, neque in cœlo quidquã præfert Deo.*

12. *Amouenda impedimenta, quæ obſtant vitæ cœleſti.* Tertul. Haym.

Tertullianus verò lib. 4. cont. Marc. arbitratur, Dominum hiſce verbis nos hortari, vt impedimenta, quæ vitæ ſpirituali obſtant, ac cœleſti, amoueamus, *Succingere debemus lumbos, id eſt, expediti eſſe ab impedimentis laciniòſæ vitæ, & implicitæ.* Haymo profatur, *Lumbos præcingimus; cùm omnia impedimenta mundi poſtponimus, vt in via mandatorum Dei greſſum mentis firmiter figere valeamus. Qui enim diſcinctus eſt, ipſis ſuis veſtimentis impeditur, ne liberè ambulet; qui verò præcinctus eſt, quaqua versùs diſcurrere poteſt.*

13. *Parati ad omnia opera Domini.* Theoph. Euthym. *Aliæ expoſitiones.*

Theophylactus ſic, *Sint lumbi veſtri præcincti*, hoc eſt, *omnibus modis parati eſtote ad opera Domini veſtri.* Euthymius practicam, & operantem virtutem ad agenda bona opera hiſce verbis ait ſignificari. Præcingi aſſolent viatores, ac milites? Barrad. *Peregrini eſtis, & viatores præcingite vos arcto cingulo, cupiditates omnes premite. State ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ*, Epheſ. 6. ne ſi diſſolutas non conſtringamus cupiditates, iiſdẽ ab hoſtibus implicemur. Hieron. denique Ierem. 1. *Apoſtolicis viris præcipitur, vt lucernas prædicationis Euangelicæ teneat in manibus*, &c. Hieron.

IN IGNATIVM

PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS CIRCA LITERAM.

EX CINGVLO.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Ignatio arctiſſima lumborum conſtrictio, ſiue mortificatio aſſidua indicitur, ac ſimul lucernarum fulgor, ſeu virtutum exercitamentum illuſtrium imperatur.

Quia virtutum exercitatio continuæ mortificationis ſolatium eſt.

14. *Ieſuitarum ſolatium ſeu fundamentũ continuæ eſt mortificationis, & abnegatio, hæc exercitium ſi...*

LVMBORVM conſtrictio Apoſtolis Ieſuitis indicitur, quia ſocios Ieſu ſpecialis decet mortificatio. Cyrillus, *Prompti ſitis ad ſuſtinenda mala.* At ſimul præcinctis lucernæ ardentes offeruntur, ſiue orationis, meditationis, reliquarumque virtutum exercitamentum imperatur. D. Maximus, *Lucerna accenſa oratio, & contemplatio, ac ſpiritualis dilectio eſt.* Porrò perpetuæ mortificationi Ieſuitarum ſolatium adiicitur. Quomodo enim continuatio mortificationis poteſt tolerari, ſi virtutum exercitamentum ſolatium non afferat.

15. Id oſtendo allegorica Origenis expoſitione ad illud Exodi, *Quo mortuo* (ſcilicet Ioſeph) *filij Iſraël decreuerunt*, cap. 1. In re, ait, Ioſeph moriatur, id eſt, Chriſti mortificationem præ te ferre procura. Difficile planè facinus, continuæ mortificationi ſtudium impendere. At creſcant ſimul filij Iſraël, hoc eſt, virtutum exercitamentis operam naua. *Si in te moriatur Ioſeph, id eſt, ſi mortificationem Chriſti in corpore tuo ſuſcipias, & mortifices membra tua: tunc in te multiplicentur filij Iſraël, id eſt, ſenſus boni, & ſpirituales. Si ergo ſenſus carnis mortificentur, creſcant ſenſus ſpiritus, & quotidie virtutum numerus augeatur.* Neque enim ſine virturum conſolatione poterit ſubſiſtere continuum mortificationis exercitium.

Si moritur in nobis Ioſeph, id eſt, Chriſti mortificationem imitamur, neceſſe eſt in ſolatiũ, creſcere virtutum exercitia. Exod. 1. Origen.

16. David canit, *Myrrha, & guttæ, & caſſia à veſtimentis tuis, à domibus eburneis*, Pſalm 44. Eburneæ domus iuſtorum indicant puritatem. Myrrha mortificationis iuſti redundant? In ſolatium ergo neceſſe eſt, eis guttæ, & caſſiæ, id eſt, virtutum copiam adhiberi. Guarricus Abbas ſerm. 1. *Inhabitamus domus luteas; ſed quæ materiæ qualitate ſunt luteæ, continentiæ virtute fiunt eburneæ. Ex quibus ſi myrrha prima ſpirare cœperit per mortificationem voluptatum, aliæ ſpecies multiformem virtutum gratiam ſpirabunt.* Hoc eſt, ſi adſit myrrha mortificationis iuſto, neceſſum eſt in ſolatium virtutum exercitamenta adhiberi.

Iuſti domus eburnea mortificationis myrrha plena, neceſſariò virtutum aromatibus perfundẽdà eſt.

17. Abraham olim filiũm Domino litaturus, gladium, & ignem geſtat: *Ipſe verò portabat in manibus ignem, & gladium*, Geneſ. 22. Quid gladius

Abraham. Ignem, vir...

LIBER VNDECIMVS.

PETRVS DE ALCANTARA.

Paraphraſim, & Commentarios literales ad caput duodecimum Lucæ pete hîc lib. 12. Part. 1.

PROLVSIO.

Ligni vitalis, ſeu Fundatorum, FRVCTVS VNDECIMVS.

PARENS Diſcalceamentorum D. Ioſephi Seraphici Franciſci illuſtriſſimum germen fidelium oculis magis admirandus, quàm imitandus obiicitur Petrus de Alcantara. Qui quidem adeò humanam naturam aſperitatis cingulo conſtrinxit, vt quodammodo in ſpiritum tranſmutaret. Cui congruit quod de Paulo D. Gregorius Nyſſenus Panegyrico Baſilij profatur. *Nónne*, inquit, *poſtquam ſordes, quas Paulus ex ignorantia contraxerat, depoſuit: protinus ad anguſtiorem conditionem naturæ transformatus eſt? & velut exuto hoc carneo amictu, ipſis cœlorum adytis verſabatur? & nihil corporei impedimenti pondere tardatus, etiam intra diuinam paradiſi conditionem perueniebat?* O Petre, tot pœnitentiis acte, ieiuniis ac verberibus afflictè, te omninò à carne ſpoliaſti, corpuſque tuum cadauer eſt viuens, imò ſpiritus oſſium vmbraculo! Ita humanam naturam compreſſiſti, vt non liceat tibi cum Domino vocitari, Palpate, & videte; quia ſpiritus carnem & oſſa non habet. Tu enim ſi oſſa habes, tam arida quidem, vt ad ſpirituum ditionem permeaſſe videantur. Vberiùs ponderabo.

SECTIO PRIMA.

Præcinctus fulgor.

TEXTVS.

VERS. 35. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. 36. Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptiis: vt cùm venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei &c.

IN PETRVM DE ALCANTARA.

PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS CIRCA LITERAM.

EX PRÆCINCTO FVLGORE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris,

Ex perpetuæ mortificationis cingulo Petri de Alcantara caſtitas mira, ineffabilis puritatis candor illuſtratur.

Moneo, ad puritatem caſtitatis neceſſariam eſſe corporis aſsiduam mortificationem.

1. EX mente D. Maximi fulgentibus lucernis virtutes ſignantur ad religioſi animi ornamentum, ad Apoſtolici viri decus. At, Maldonato auctore, non ſolùm lumbi, ſed & ipſæ lucernæ præcingendæ exprimuntur: ſint lumbi præcincti, & lucercæ ardentes in manibus veſtris præcinctæ etiam obiiciantur.

2. *Virtutes Petri redolent mortificationis conſtrictionem.*

Hinc D. Petri de Alcantara fulgentiſſimarum virtutum gloriam exprimam. Adeò illum præcinctum video, vt naturam humanam (de quo in Proluſ.) ad ſtrictiſſimas ſpiritus leges contraxerit. Ieiuniis, vigiliis, verberibus, cilicio, ſacco, mortis meditatione ita humanam naturam agitauit, vt eam quodammodo in fugam conuerterit. Verius de Petro noſtro Philoſophus aſſereret hominem arborem inuerſam, ſi aliquid in eo poſſet truncum & ramos imitari, & non totus è radicibus compactus videretur. Hinc fructus virtutum vberrimè decerpendus offertur. Virtutes enim hæ præcinctæ oſtenduntur, vt fulgentiſſimæ oculis præſtentur.

3. *Incorruptionē caſtitatis Petrus myrrha mortificationis præparabat. Cant. 5. Nazian.*

In primis autem puritatem Angelicam Petri exponam ex præſtrictione aſperitatis fulgentiſſimam. Virgo ſponſa proclamat, *Faſciculus myrrhæ Dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Cant. 5. Ex mente Nazianzeni, *Mihi virgini.* id eſt, vt virgo incorrupta exponar, vt poſſim tueri puritatem, ſit Dilectus mihi myrrhæ faſciculus, dum in corpore meo vitæ aſperitate æmulor Christi paſſionem. Ideo Pater *Carm. ad Virg.* canit,

Mortua ſis cunctis aliis, velutique ſepulta.

Petrus ex mortificatione ad oſſa redactus myrrheo puluere mortificationis ſe ſe aduersùs mortis corruptionem præparauit. Mortuus eſt, ſed ſine corruptionis communis, qua *omnis caro corruperat viam ſuam,* fœtore.

Chriſti enim paſſio in corpore Petri per mortificationem expreſſa myrrha erat corpori, ne putreſceret, ſed incorrupta caſtitate vigeret. Pulchrè alter Gregorius, Nyſſenus ſcilicet *homil. 3. in Cant.* fatur, *Cuiuſmodi eſt canticum? quem canit fortis, & excelſi animi Virgo? Mihi,* inquit, *eſt Dilectus meus faſciculus myrrhæ, quem è collo ſuſpendo ſuper pectus, per quem bonum odorem præbeo corpori: nullum autem alium ex benè ſpirantibus aromatibus, quàm ipſe Dominus effectus myrrha ſitum eſt in faſciculo conſcientiæ, in ipſo meo corde commorans, & habitans.* 4.

Chriſti paſſio, quā Petrus curabat æmulari, myrrha erat incorruptionem agens. Nyſſen.

Chriſti ſponſam pulcherrimam ex puritatis candore Dauid deſcripſit, *Myrrha, & gutta, & caſſia à veſtimentis tuis, à domibus eburneis,* Pſalm. 44. Quid gutta, & caſſia, niſi virtutes, quibus fragrantiam emittit ſponſa? Porrò domus eburneæ eſt incorrupta virginitas. Cunctæ ergo virtutes in virgine continentur ſponſa. At cunctæ æternantur ex mortificationis myrrha præpoſita. Vnde præmittit, *Myrrha & gutta,* &c. Sine mortificationis enim adminiculo aliæ virtutes minimè conſeruantur. Guarricus Abbas ſerm. 1. *Inhabitamus domus luteas, ſed quæ materiæ qualitate ſunt luteæ, continentiæ virtute fiunt eburneæ. Ex quibus ſi myrrha prima ſpirare cœperit mortificationem voluptatum, conſequenter & aliæ ſpecies multiformem virtutum gratiam ſpirabunt.* Pende illud, *Ex quibus ſi myrrha prima ſpirare cœperit.* τὸ *prima* non ſolùm myrrham primam pretioſiſſimam ſignat, ſed aſſerit primò animo immittendam, ſeu primam futuram, vt domum eburneam præparare valeat ad cunctarum virtutum conſeruationem. Præmiſſa eſt mortificatio, quam *conſequenter* reliquæ virtutes comitantur. 5.

Petri domus eburnea cunctis plena virtutibus, ex præmiſſione mortificationis. Pſalm. 44. Guarr.

Petrus puritate micuit Angelica, nunquam oculos ad fœminam ſeleuauit, nec vnquam vel cum Samaritana verus IESV imitator locutus reperitur. Quid mirum ſi continua ineffabili mortificatione oſtenditur *ex itinere fatigatus?* Ioan. 4. Chriſtus Deus & homo vt Samaritanam reduceret, cum ipſa colloquitur, & mirantur Diſcipuli. Petrus Alcantara ſe hominem preſſum fragilitate æſtimans, mirabilis apparet, quòd *cum* nulla *muliere loquereiur.* Ipſa enim ab huiuſmodi colloquutione affectata receſſio myrrha erat puritatis incorruptioni.

Chriſti æmulator nec cum Samaritana vnquam loquitur. Ioan. 4.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Petrus Alcantara mortis continua memoria ineffabilem erga Deum dilectionem præcinxit.

Innuens ex mortis reſpectu ſacram acui animi dilectionem.

6. PRæcingitur deinde dilectionis ſacræ lucerna, cuius alæ *ignis, atque flammarum. Aquæ multæ*, ait, *non potuerunt extinguere charitatem.* Potiùs mirum in modum eam exacuerunt. Profectò mortis memoriæ aſpertima conſtrictione charitatis, ſeu dilectionis ſacræ fulgor afficitur, vt fulgentiores, ardentioreſque radios emittat.

7. *Ex meditatione mortis Petri mira dilectio.* Quis poſſit verbis æquare Petri noſtri ardentiſſimam in Deum dilectionem, qua adeò flagrat, vt in terris commoratus, toto cum Dilecto in ſuperis affectu commoratur. Deliquiis ſæpe diuini amoris affectus cum ſponſa proclamat, *Fulcite me floribus, & ſtipate malis; quia amore langueo.* Vndénam tam perſpicax dilectionis flamma? Ex continua mortis meditatione, cui quidem datum amoris diuini & fulgorem, & ardorem acuere.

8. *Chriſtus aſpectu mortis vberiora dilectionis documenta exhibuit.* Ioan. 14. Fatur Ioannes de ineffabili Domini dilectione, *Cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos*, cap. 14. Aliqui exponunt, ſub vitæ fine ad mortis conſpectum vberiora amoris documenta expoſuit. An ex mortis meditatione inſtantis vis Dominicæ dilectionis acuitur? Semper IESVS eundem diligendi tenorem ſeruauit, ſed acui ex proximæ mortis aſpectu dilectionem dicimus, quia dilucidiora ſigna amoris præſtitit ſub mortis inſtantia. Edocens quidem memoriam mortis calcar eſſe virtutis. Precatur Deiparens ex mente Ruperti Chriſtum, vt mirabilem conuerſionem non ſolùm aquæ in vinum, ſed & vini in ſanguinem in nuptiis efficeret. Cui Dominus, *Nondum venit hora mea*, Ioan. 2. Tantæ dilectionis documentum ô virgo, præſtabitur, cùm inſtet mortis hora; inſtantis enim mortis meditatio ad dilectionem ardentiſſimam excitat. Vnde cùm Ioannes ait, *Sciens IESVS, quia venit hora eius*; mox adiicit, *Cùm dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos.* id eſt, vberiora dilectionis documenta exhibuit. (Rupert. Ioan. 2.)

9. *In præſidium amoris Dominus dilectis ſuis ſuũ calicem, id eſt, mortis memoriam porrigit.* Matth. 26. Hilar. Hanc edocet Diſcipulos acuendæ dilectionis doctrinam, cùm Patrem exorat, *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte*, Matth. 26. Vbi D. Hilarius can. 31. in Matth. *Pro his rogat, qui paſſuri erant, dicens: Tranſeat calix à me, id eſt, quomodo à me bibitur, ita bibatur à meis ſine ſenſu doloris, ſine metu mortis.* Non pro Martyribus rogat, ſed pro dilectis ſuis, qui ſine doloris ſenſu nec timore mortis affectu ſolummodo calice erant potandi. O Pater, dilecti mei mihi adſtricti ſemper hæreſcant. Vt autem nunquam à mea dilectione ſemoueantur, bibant meæ paſſionis amaritudinem, memoria mortis meæ præparent vincula dilectioni.

10. *Quotidie Petrus moriebatur, vt dilectionis flammã tueretur, vt Paulus* Fulgent. Paulus appoſitè, *Quotidie*, ait, *morior*. Cur quotidie? Vt aſpectu mortis inſtantis dilectionis flamma exacueretur. Etenim Dominus dilectis ſuis dat, poſſe quotidie contemplatione mori, vt dilectionis flammam tueantur. Ideo Apoſtolus, *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti?* &c. Allicio ad hanc mentem D. Fulgentium lib. 3. ad Thraſym. cap. 24. *Primitus Chriſtus ad confeſſionem amoris inuitat, & facultatem ponendæ animæ ſuo deinceps amatori concedit.* Quid prodetit te amantem profiteri, ſi facultate ponendi quotidie animam non ſimul fueris donatus? Paulus, qui à Domino accipit, ſeu cui conceditur facultas ponendi quotidie animam, ſiue quotidie mori, adeò diligit, vt facilè poſſit quælibet diſcrimina ſuperare. Noſter ſic Petrus.

11. *Petrus excitatur à Ieſu ad ſummã dilectionem meditatione mortis futuræ.* Ioan. 21. Quidnam te, ô Petre, (Alcantara, alloquor) tam affectuoſum conſeruauit amantem? An non mortis memoria? Alterius Petri exemplo confirmo, cui Dominus, *Petre amas me?* Ter quidem de ardentiſſimo erga ſe amore Dominus rogitauit Apoſtolum. Mox adiicit appoſitè argumento: *Cùm ſenueris, extendes manus tuas, & alius cinget te, & ducet, quò tu non vis.* Quod planè adiecit, *ſignificans, qua morte clarificaturus eſſet Deum*, Ioan. 21. Cur tam citò Dominus Petro mortem indicit? Crediderim, vt edoceat, quónam modo dilectio illa valeat ſine abnegationis periculo conſeruari. Vis ô Petre, inter tentamina ſecurus incedere, dilectioniſque flammam vel nocte frigida ſic vigere, vt neceſſum tibi non ſit ſeculatem ad ignem accedere? Mente perpetuò volue te morti tradendum, ſic Fulgentius citat. (Fulgent.) *Cùm Petrus Chriſto interroganti tertiò trinum amoris ſui teſtimonium reddidiſſet; ſtatim Dominus Petro ponendæ pro ſe animæ largitus eſt facultatem, dicens: Amen dico tibi, cùm eſſes iunior, cingebas te: cùm autem ſenueris, alius cinget te, & ducet, quò tu non vis.* Si non vult, quomodo facultas ei datur ponendi animam, & non indicitur præcepto neceſſitas? Portò *Facultas ponendi animam*, idem eſt ac donum meditandi continuò mortem, quo quidem valeat flammã dilectionis exacui. Petrum ergo noſter Petrus æmulatur, diligit ardentiſſimè, quia inſtantis mortis ſemper terminum obiiciebat, quotidie moriebatur.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Petrus Alcantara expetebat pro Chriſto trucidari, quod quidem faciliùs præſtabat ex mortificationis conſtrictione.

Nam ad mortem intrepidè ſubeundam, exercitamenta mortificationis conferunt.

12. SI ardentibus præcinctis lucernis dilectio affectuoſiſſima præſignatur, *maiorem certè charitatem*

Mortificatio Martyrium eſt crudeliſſimum: imò Martyrium quodammodo ſuperat.

charitatem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amico ſuo. Dilectionem ergo in lucernis contemplor adeò flagrantem, vt Diuus expetat millies (ſi poſſibile) pro Domino trucidari. Porrò ad huiuſmodi affectus excitationem mortificationis aſſiduæ cingulum apprimè aſſero pertinere.

Cupiebat Alcantara pro Christo trucidari. Baſil.

13. Petrus Alcantara tam flagranti affectu ſuccendebatur in Dominum, vt millies quotidie cuperet trucidari. Vndenam, precor, niſi ex continuæ cingulo mortificationis, vitæque aſperitate tam agnata neci? Ideo Petrus *mortem non vt leonem timebat*, (loquor cum Baſilio,) *ſed veluti leonis pedem conculcabat.* Sic ſe gerunt cum morte, qui mortificationis præſidio muniuntur.

Elias cupit necari ... 3 Reg. 19.

14. Olim Elias à timore corripitur, & fugiens mortem ad deſerta properat: *Timuit ergo Elias & ſurgens abiit.* Attamen iuniperi trunco hærescens, *petiuit animæ ſuæ, vt moreretur*, 3. Reg. 19. Quare qui mortis timore corripiebatur, iam expetit trucidari? An quia iuniperus hiſpida coma mortificationis gerebat ſimulacrum? Ita planè. Videt Elias ipſam fugam exitialem, eſſe, vitam aſperam morte ipſa horribiliorem: hinc diſcit non ſolùm necem non timere, ſed amare: *Petiuit animæ ſuæ, vt moreretur.* Pulchrè ait Rupertus lib. 5. in Reg. cap. 10. *Confugit Elias ad crucem. Illic ambit mortem, illic feſtinat commori Chriſto.* Tam cruciformis vita, vt leuior ſit pro Chriſto trucidari? O Petre, adeò acerbam vitam agis, vt audeam affirmare leuius vulnus horribilis Martyrij eſſe apparatum. Quidni expeteres quotidie millies mori, qui ſine numero à vitæ tuæ inſtituto quotidie vulnera lethalia ſuſtinebas?

Rupert.

Paulo erat lucrum necari, quia vita continua mortificationis dirior. Phil. 1. Chryſoſt.

15. Paulus clamabat, *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto*, Phil. 1. Verbum *diſſolui* innuit violentiam. *Cupio*, ac ſi diceret violenter à vita deturbari vi tyrannica. Profectò mihi *mori* eſt *lucrum*, quia plus coarctor aſperitate vitæ, ac hoſtium impugnatione, quàm ipſius necis violentia afficerer. Chryſoſtomus ſerm. de SS. Bernia, & Proſd. *Illis* (antiquæ legis filiis) formidabile mori, *huic* (Paulo) *melius mori*, quàm quotidie moriendo viuere. Ergo mortificationis quotidianæ aſperitas mortem pro Chriſto efficit expetibilem.

Mortificatio quotidiana Martyrio grauior? Auguſt.

16. D. Auguſtinus ſer. 4. de Martyribus, *Non Martyrium ſola effuſio ſanguinis conſummat, nec ſola dat palmam exuſtio illa flammarum; peruenitur non ſolùm occaſu, ſed contemptu carnis ad coronam.* Carnis contemptus Martyrium eſt? Ergo hoc illo crudelius: quia illud exiguo temporis interſtitio perficitur ſemel, hoc autem longo tempore ſæpiùs conſummatur. Suffixio quam Dominus elegit, crudeliſſima? Ergo mortificatio horribilis proculdubio eſt. Nam *qui ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis, & concupiſcentiis*, Gal. 5. Ipſi ſibi tyranni. Si igitur mortificatio continua Crux dira eſt, Diui mortificationis Cruci illigati cupiunt diſſolui; & Martyrium ipſum non eis nouam quodammodo infert moleſtiam, ſed grauiori liberat à cruciatu. Petrus noſter affectuoſiſſimo moriendi pro Chriſto afficitur deſiderio, ſed exiſtimo ô Pater, te ab horribiliori vitæ inſtituto in laxiorem degendi rationem tranſire. A te Martyrium fugiebat, quia via tua omni nece dirior exponebatur.

Gal. 5.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Petrus mortificationis continuæ vita ita linguam alligat, vt vix extra chorum quis poſſet aſſerere eum mutum non exiſtere.

Aſſero, mortificationis ſtudioſus labra frænare, ne verba inaniter proferantur.

Silentij virtus ex mente D. Maximi mortificationis cingulo eſt præcingenda. Luxuries loquelæ aſſolet eſſe immortificationis effectus. Qui mundi contemnit commoda, qui deſpicit laudes humanas, qui perfectè à ſeculo ſemouetur, linguam comprimit, iuxta illud: *Bonum eſt viro, cùm portauerit iugum ab adoleſcentia ſua: ſedebit ſolitarius, & tacebit, quia leuauit ſe ſupra ſe*, Thren. 3. Alij, *Quia leuauit iugum ſupra ſe.* Qui mortificationis iugum apportat, adeò ſeculi cuncta contemnit, vt nihil prius illi ſubeat, quàm ſolitudinem inire, & tacere. 17.

Maxim.

Thren. 3. *Tacet, qui mortificatione continua afficitur.*

Petrum de Alcantara tam miro ſilentio legimus labia preſſiſſe, vt extra chorum, vbi laudibus diuinis profundendis vacabat, vix quis poſſet aſſerere non mutum exiſtere. Vndenam, quæſo, tam profundi ſilentij obſeruatio, niſi ex mortificationis exercitamentis? Quæ quidem Diuum ad cellæ adyta retrahebant, vt ſolitarius ac tacens abſconderetur. *Sedebit ſolitarius, & tacebit, quia leuauit iugum ſupra ſe.* 18.

Mirum Petri de Alcantara ſilentium.

Iacobus monebat, *ſit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum*, cap. 1. Preme illud, *velox ad audiendum.* Quidnam audiendum ſit? Exponit Interlin. *Verbum veritatis*, à Domino ſcilicet prolatum, dum inquit, *Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui*, Pſal. 44. Ad ſeculi ergo contemptores, qui carnem ſuam crucifixerunt, illa verba ſpectant. Hi quidem *tardi ad loquendum.* Nam qui portant iugum mortificationis, ſedent ſolitarij, & tacent. 19.

Qui velox eſt ad audiendum, & exequendum mortificationis monita, eſt tardus ad loquendum. Iacob. 1. Pſal. 44. Interlin.

Hoc expreſſerit ſponſus, *Sicut vitta coccinea labia tua*, Cantic. 4. *Notus eſt funiculus coccineus Raab* (loquor cum Del-Rio noſtro) *quem cùm iuſſa, vt ſignum profeſſionis fidei, aut conuerſionis ſuæ de feneſtra ſuſpendiſſet, ſalutem ſibi, cognationique ſuæ attulit.* Quæ ſeculo ſeruierat, iam ad frugem meliorem recepta legibus conſtringitur fidelibus. Vſque ad ſanguinem coarctatur, vti aſſerit coccinei funiculi expoſitio. Funiculus hic mortificationis typus aſſeritur? Ergo ad labia comprimenda vinculum aptum. Labia eius, qui mortificationi ſtudet, ipſum eſt vinculum. Quid mirum virtutem ſilentij religari? 20.

Mortificatio vitta coccinea eſt religans labia. Cant. 4. Del Rio.

21. *Qui mortificationi ſtudet, alligat labia.* Prou. 5.

Iam Salomon profatur, *Labia ſapientis alligata ſunt intellectu*, Prou. 5. id eſt, ſapienter didicit labia alligare. Quónam modo? Certè mortificationis continuæ vinculo: intellectu enim ex Carthuſiani mente, ille præditum ſe oſtendit, qui pœnitentiæ operibus curat longiùs à vitiorum ditione recedere. Ambroſ. ad Pſal. 38. *Quando vides ſapientem tacere, dentibus proteruis: dic, Ligauit iſte intellectu*, (id eſt, aſperitatis operibus) *labia ſua, ſeruat theſaurum cordis ſui*, &c. Et Bernardus *lib. de ord. vitæ*, Dixit, *Alliga ſermonem tuum, ne luxuriet: ſit ſtrictior, & ripis ipſius coerceatur.* ipſius ſcilicet reſtrictionis, qua quis per mortificationis exercitium ab omni luto curat abſtinere. *Citò lutum colligit amnis exundans.* Lingua igitur tum compreſſa oſtenditur, cùm homo mortificationis cingulo religatur.

Ambroſ.

Bernard.

22. *Moſis labia infrænātur, poſtquā operibus pœnalibus ſtudet.* Exod. 4. Act. 7. Græcus.

Moyſes ad legationem immiſſus Domino obiicit: *Obſecro Domine, non ſum eloquens ab heri, & nudiuſtertius: & ex quo locutus es ad ſeruum tuum, impeditioris, & tardioris linguæ ſum*, Exod. 4. Pugnat Moyſi ſententia cum Stephani eloquio, *Erat potens* Moyſes *in verbis ſuis*, Act. 7. Si potens in verbis, quónam modo linguæ impeditioris? Acutè reſpondet Græcus Autor *in Cat.* Ab heri Moſem ſe mortificationis operibus addixiſſe, vt decebat eum, qui ad proximorum ſalutem procurandam erat immittendus. At cùm cingulum mortificationis adeſt, mox labia infrænantur, *vt tutiùs, cautiuſque* verba proferant.

Observat. V.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Petrus orationem efficaciſſimam reddidit ex mortificationis conſtrictione.

Precibus enim opera pœnalia efficaciam adiiciunt.

23.

Mentem D. Maximi compleo, dum aſſero lucernas contemplationis, ac orationis eſſe præcinctas, dum exercitij mortificationis cingulum additur.

24. *Alcantara nunquā non exorabat, quia operibus pœnalibus cruciabatur?*

Ineffabilis efficacia precum D. Petri de Alcantara. Nunquam ab oratione recedebat, quia mens vbique ad Dominum aduolabat. At quæcumque poſceret, illicò à Domino obtinere videbatur. Quid mirum, ſi ineffabilis mortificationis exercitamenta efficacem reddunt orationem.

25. *Christus vt efficaciorem redderet orationē habitu pœnali decumbit.* Mat. 26. Hilar.

Oraturus Dominus Patrem, *in faciem procidit*, fatus: *Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte*, Matth. 26. Cur procidit oraturus? Quia expetit conſequi poſtulata. Promiſerat filiis Zebedæi paſſionis calicem propinaturum: *Calicem quidem meum bibetis*; & ideo poſtulat vt ad illos calix transferatur. D. Hilarius, *Quomodo a me bibitur, ita ab iis bibatur*, &c. Vt autem efficax reddatur oratio confert mortificatio corporis. Cæſar. Arelat. hom. 34. *In Euangelio ſcriptum eſt, quòd procidens in terram orauerit. Quid enim indigebat Chriſtus? vt taliter oraret?* Ergo habitus ille indigentium eſt, & expetentiū cōſequi poſtulata. Quid indigebat? Porrò vt calix paſſionis ad dilectiſſimos Diſcipulos transferretur. Ex mente Patris prouolutio illa corporis mortificationis, ac pœnalitatis typum agebat. Hæc proculdubio precibus addunt efficaciam.

Cæſ. Arel.

26. *Moyſis efficax ex pœnalibus operibus oratio.*

Moyſes exorat, ſed vndenam? Profectò ex pœnalibus operibus obiectis, queis oratio præcincta emicat pulchriùs, ardeſcit efficaciùs. Aaronis & Or manibus brachia Moſis ſuſtentabantur, vt perſeuerans mortificatio membrorum preces redderet efficaces. Ait Iſaias Abbas orat. 5. de Moyſ. *Moyſes in montis vertice conſtitit, & manus eius ab Aaron, & Or ſuſtinebantur; ne ex Crucis ſpecie, in qua erant conſtitutæ, deciderent.* Caderet enim precum vis, ſi mortificationis ſtudium intermitteretur.

Iſai. Abbas.

27. *Vt David inuocet efficaciter Dominū, prius ſtudet mortificationis operibus.* Pſal. 115.

Dauid cecinit, *Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo*, Pſalm. 115. Cur non prius inuocat Dei nomen, quàm calici hauriendo operam exhibeat? An non vel ipſo calice ſalutis donari fructus eſt orationis? Porrò minus vtilis eſſet oratio, ſi non priùs mortificationis, ac pœnalitatis ſtudium mitteretur. Calicem accipit amarum mortificationis pœnalibus operibus vacans prius quàm audeat Dei nomen profuſis precibus inuocare. D. Paſchaſius Ratbbert. lib. 8. in Mat. *Quia nec Crux, aut calix paſſionis ſine inuocatione Domini; nec inuocatio Dei* (efficax inquam) *ſine Cruce, quæ tollenda eſt ad ſalutem, aliquid valet.* Orat Petrus, vt viribus donetur ad opera pœnalia; ſed ideo planè, vt operibus pœnalibus oratio, aut inuocatio Domini præcincta poſſit efficacia donari. Cuncta impetrat Petrus, quia pluſquam triplici funiculo orationem conſtrinxit. Prius ô Pater ſanctiſſime, calamus laſſaretur, quàm fulgori præcinctarum virtutum tuarum materia deficeret. Hæc mirabilia expoſui, reliqua ſupprimenda duxi à tuis religioſiſſimis filiis contemplanda, ne ſupra admirationem exuberare videantur.

Paſch.

PARS ALTERA.

IOANNES DE DIOS.

Paraphraſim, ac Commentarios literales ad caput duodecimum Lucæ pete hîc lib. 12. Part. 1.

PROLVSIO.

SERVVS vigil Ioannes de Dios pauperum Parens, tot Marthæ æmulatorum Magiſter reuerſuro Domino à nuptiis obuiam procedit non ſolùm præcinctus, ſed illaqueatus. Cuncta tribulationum vincula Sampſonem fortiſſimum tenuerunt, ſed vti filamina ſtupæ rumpenda Mariæ ope Deiparæ. Quæ quidem oſtendit ei ſimul IESVM cruciferum vt pateretur, & ſimul miſericordiæ lumina ad protectionem. Apud Monaſterium Guadalupenſe in conſpectu Virginis Ioannes orabat: cúmque ex Angelica ſalutatione illam clauſulam recitaret: *Illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte*, &c. repentè manu inuiſibili velamina veluti nubeculæ diffugére, ſolemque imaginis ſacratiſſimæ expoſuerunt. Oſtendit ei Maria miſericordes oculos, ſed ſimul IESVM non puerulum, ſed crucis baiulatorem. Si quidem ſacriſtiæ Præfectus putans Ioannem audenter cortinam abſtraxiſſe, verbo & opere vindicauit. Quod cùm manus vulnerantes pes vellet imitari, ſubitò exaruit, ſed illicò venia puſtulata donatus percuſſor valetudine grata lingua plus Ioannem ſanctiſſimum euulgauit, quàm recèns natum ſacra Templi: patrij cymbala celebrauerant. Cruciferum IESVM ô vir fortiſſime ſequeris à Deipara expoſitum, ſed ope Matris miſericordiæ cuncta incommoda ſuperabis.

SECTIO SECVNDA.

Lumborum cingulum.

TEXTVS.

VERS. 35. SInt lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. 36. Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum

Observat. II.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Improperia dementiæ ſimulatæ tam contraria honoris fulgori Ioannem de Dios ad honoris, æſtimationiſque verticem adduxere.

Improperiis enim pro Chriſto toleratis agnata eſt æſtimationis, & honoris gloria.

5. Apud terricolas iuſti laborum vinculis conſtringuntur, addicti carceribus, & ſimul apud Cœlicolas inſtar ſtellarum, effulgente apparent? Quid cum conſtrictione ſolutio? Properant vt ſtellæ, fulgurant, qui in ergaſtulo detinentur? Profectò iuſtis patientibus cuncta etiam contraria famulantur.

6. *Apud Granatam Ioannes vt demens furioſus verberatur, inibi adoratur vt Diuus.*

Apud Hoſpitale Granatenſe Ioannes patiendi affectuoſo deſiderio dementiam ſimulat furioſam, & illigatus coniacet, & verberibus acriter vulneratur, approbante ſanctiſſimo & ſapientiſſimo P. Ioanne Abulenſi viri ſpiritum, & illum non ſemel inuiſente. Simulat valetudine donatum iam eſſe, qui morbum crudelem quidem dorſo ſimularat. At pro verberibus puerorum improperantium, vociferationes, *Al loco, al loco*, non minus crudeliter ſufficiuntur. Deſerit Granatam Ioannes, ſed poſt tempus rediturus, vt aleretur, & alendis pauperibus aliquid lucraretur, cædendis lignis dat operam, quæ ad vrbem adferret diuendenda. Faſcum ad vrbem primam deportabat, cùm memor verborum puerorum magis quàm Xenodochij vulnerum, recalcitrabat. Tandem infamiarum iam ſtudioſus Granatam intrat, apud forum faſcem vendendum apponit, à pueris benignè excipitur, & antiquum diſtagium præcinentes, conclamitant: *Al loco, al loco.* Proh Deus immortalis! Vbi infamia excipit hoſpitem, honor præparat habitaculum. Granata enim Ioannem vidit ſubleuatorem pauperum, domorum, Hoſpitalium ægrotantibus inſtitorem Ordinis Fratrum illuſtriſſimum fundatorem. Quandò non Dei famulis, vel contraria famulantur? Clamant cuncti, *El ſancto, ſancto.*

7. *In flumine, vbi Moſes deſſicitur, ac proiicitur, vt filius Pharaonis filiæ acceptus eſt. Exod. 2.*

Ab omnibus acclamatur in vrbe Granatenſi, qui inibi, vti demens, illuditur; tribulationes enim via recta ad verticem honoris obiiciuntur. Moyſem ne puerulum vidiſti fluminis vndis iactatum? E flumine ipſo videbis filiæ Pharaonis manibus exceptum Regio nutriendum apparatu. *Ecce deſcendebat filia Pharaonis, vt lauaretur in flumine. Quæ cùm vidiſſet fiſcellam in papyrione, miſit vnam de famulabus ſuis, & allatam aperiens, cernenſque in ea paruulum vagientem, miſerta eius*, &c. Exod. 2. In flumine Nili perſecutione actus Moyſes lacrymas profundit. In flumine repulſam patiens tribulationi-

bus agitatur. Porrò in flumine eligitur filia Pharaonis in filium. Gregorius Nyſſen. de Vita Moyſ. *Videmus re ipſa, ſi quis turbini ac procellis humanæ vitæ reſiſtit, nec ſe obrui patitur, eum à corrupta hominum ſocietate, ac vita tanquam onus graue reiici, atque repelli: quam qui effugit, vagitum imitetur Moyſis, nec lacrymis parcat. Lacryma enim fidelis cuſtos eſt eorum, qui veram quærunt virtutem.* In vrbe ipſa vbi repulſam Ioannes patitur, glorioſus excipitur. Vbi lacrymas verberum vulneribus & improperiis actus profundit, à cunctis acclamatur: & pueri, qui dementem vociferati fuerant, iam ſanctum profitentur: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Gregor. Nyſſen.

8. *Chriſtus in Cruce opprobriis agitur, & in eadem ſublimis oſtenditur.*

Chriſtus cruci illigatus improperiis & ſcribarum & Phariſæorum agitur, & Latronum, prætereuntium iniuriis afficitur. Eum hoſtes fatuum inclamitant: *Vah qui deſtruis Templum Dei, & in triduo reædificas illud*, &c. In Cruce opprobria ſuſtinet patienter? In Cruce ſublimis cunctis honorabilis apparebit. D. Leo ſermon. 10. de Paſſ. *Cùm ergo Dominus crucifixi corporis eleuatione ſublimis, reconciliationem mundi exequeretur, in quadam arce ſupplicij*, &c. Quid ſublimitati, arcique cum ſupplicio? Profectò vbique ſupplicio Dominus vti demens afficitur, ſublimis à cunctis honorandus exponitur. Leo.

9. *Vbi Paulus verberatur; ibi honorabilis admodum exponitur.* 2. Cor. 12. Ambroſ.

Paulus inclamitat, *Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ Angelus ſatanæ, qui me collaphizet. Propter quod ter Dominum rogaui, vt recederet à me*, 2. Cor. 12. Vbi Ambr. ſerm. 3. ad Pſal. 118. *Paulum ſatanas inflare volebat. Quem Paulum? Illum vtique Apoſtolum non ab hominibus factum, ſed per* Iesvm Christvm. *Et penè deceperat, ita vt ſtimulum carnis ſuæ, qui ſe humiliauerat, rogaret auferri.* Preme illud: *Paulum ſatanas inflare volebat.* Si inflare vult ſatanas Apoſtolum, cur tentamina carnis addicit, quæ potiùs hominem aſſolent humiliare? *Quo ſe humiliauerat.* Credo diabolum præſagire in tentaminibus conſequentem gloriam, qua intendebat Paulum inflare. Nihil enim tam agnatum laborum ſuſtinentiæ, quàm honor exaltationis. Colaphis Paulus vulneratur? Inibi honoris gloria patietur, qua fortaſsè inflatus ſe piaculo vanitatis inficiet. Vbi colaphi & verbera miniſtrorum Xenodochij Ioanni patientiſſimo impinguntur, ibi adeò à cunctis honoratur, vt niſi nauis propriæ cognitions pondere ſtaret interrita, ab vndis ac ventis vanitatis obrueretur.

Observat. III.

Ad illa verba:

Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur.

Ioannes de Dios ex affectuoſiſſima in pauperes miſericordia Chriſtum non ſolùm hîc expectauit, ſed hoſpitio excepit; non ſolùm vt reliqui, agnouit, ſed vidit.

Aſſero, pauperum ſubleuatoribus ex officio datum, tanta fide nitere, vt non ſolùm agnoſcant in paupere Dominum, ſed & aſpicere videantur.

10. FIdes ſerui vigilis commendatur, qui in præſenti Dominum non videns, venturum infallibiliter expectar, & operibus illuſtribus ad excipiendum venrurum ad iudicium Dominum præparat apparatum ex mente Gregorij.

11. *Ioannes non ſolùm agnouit Chriſtū in paupere, ſed & vidit.*

Profectò Ioannes noſter non ſolùm Dominum expectauir, ſed charitaris ſuccenſis luminariis meruit excipere prius quàm ad iudicium accederet. Cùm libros oppidatim diuenderet, vt pretium propriæ ſubleuationi, & pauperum indigentiæ conſecraret, IESVS ſub ſpecie pueruli nudis pedibus Ioanni monſtratur, ei calceamenta largitur pedibus paruuli minimè accommdata; ideo puerum humeris apponit, non quidem leue, ſed onus grauiſſimum. Tunc oſtenſus ei, ſub Malogranati ſignaculo ei labores ſubeundos indicit. Rurſum Chriſtum ſub pauperis habitu accedentem hoſpitio excipit, & Abrahami in moram pedes abluit buccellam adlaturus. O quàm facile ante iudicij tempus Chriſtum vident, qui miſericordia in pauperes afficiuntur! Quid mirum pauperum Patrem ſæpe Dominum nunquam non exiſtentem in paupere vidiſſe?

12. *Abraham agnoſcit Dominum in peregrinis, non dicitur vidiſſe.* Geneſ. 18. *Ioannes ex officio peregrinorū exceptor, videt.*

Ex fide Abraham commendatur, quia non videns manifeſtè Dominum, in peregrinis tamen ſe videre putabat. *Obſecro, Domine*, &c. Geneſ. 18. Attamen non clarè vidit Conditorem. Ioanni noſtro manifeſtatur. An quia minus fides? Minimè, ſed quia totum ſe ſe miniſterio pauperum litauerat. Deum enim in paupere non ſolùm contemplari, ſed videre, agnatum eſt iis, qui quaſi ex officio pauperum ſtudent ſubleuationi. Abraham ſanctiſſimus Dei obſequio addictus, etiam gregibus procurandis, & diuitiis licitè acquirendis ad poſterorum hæreditatem intentus obiicitur. Pauperibus ſubuenit, ſed non ex ſpecialiſſimo miniſterio. Porrò Ioannes, cunctis aliis curis renunciatis vni, ex officio, miniſterio pauperum incumbit, diuitias non acquirit hæredibus, ſed pauperum ſacrat ſuſtentationi. Ideo Chriſtum non ſolùm contemplatur, ſed & videt in paupere.

13. *Qui ex officio expoſitus eſt omnibus pauperibus excipiendis, tanta fide donatur, vt non ſolùm agnoſcat Dominū, ſed & videat, aut tangat, experientia vberiori.* Epheſ. 5. Paulin.

Monebat Paulus, *Surge, qui dormis, & illuminabit te Chriſtus*, Epheſ. 5. Legit Paulinus, *& attinges Chriſtum.* Adeò illuminaberis, vt non ſolùm contemplari valeas, ſed videas, & contingas Saluatorem. Quónam modo videndus, tangendus? Crediderim illum poſſe Dominum videre, & tangere, qui aliis renunciatis curis, totum ſe ſe pauperibus ſubleuandis, quaſi ex officio litat. Addit Paulinus Epiſt. 12. *Diſcute carnalis inertiæ ſomnum à mortuis curis, hoc eſt, à ſeculari cura erige mentem, & attinges Chriſtum operando preceptis eius, videbis eum in omni egeno, & tanges eum in omni paupere.* Cur in omni egeno, & omni paupere? Quia non tres peregrinos excipies hoſpitio, ſed omnium pauperum eris ſubleuator, ex officio non ſolùm accedentes ad tabernaculum adducens, ſed per vicos, & plateas quæritans, vt ad xenodochia referantur. Ioannes de Dios, qui ex officio quærit pauperes, vt poſſit ſubleuare Deum in omni, clarè aſpectabit egeno.

Ioannes omnibus profabatur, cùm pauperibus ſubſidia poſtulabat: Domino datis, Dominus accipit, Dominus pauper eſt; quia nullus pauper, ex quo capiie eſt ſine cibo, aut indumento, poteſt eſſe ſine IESV. Videor mihi ex ore Diui noſtri illud Fulgentij exaudire epiſtol. 2. ad Gallam, c. 9. *Attende Lazarum in paupertate diuitem. Et quidem ſine domo hic eſt, ſed non ſine Domino: ſine cibo, ſed non ſine Chriſto.* Quàm beatus qui procurator pauperum Dominum non ſolùm credit, ſed videt in inope, & reliquos hortatur, vt attendant! *Attende Lazarum, ſine cibo eſt, ſed non ſine Chriſto.* Vnde enam agnouiſti? Quia video Saluatorem: *Et qui vidit, teſtimonium perhibuit.* 14.

Ioannes omnibus prædicabat Chriſtum in paupere adeſſe, quia Pater pauperum eū videbat. Fulgent.

Non ſolùm agnoſcit, ſed videt; quia ex officio pauperum agit procuratorem. Egregiam accipe huius cogitationis confirmationem. Duo Diſcipuli in Emauntem pergunt, Dominus hoſpitio ab eis ſub peregrini ſpecie recipitur, nec agnoſcunt, donec panis frangendo operam expendunt. *Et cognouerunt eum in fractione panis*, Luc. 24. Non dixit, & viderunt eum, ſed *cognouerunt*. Deum enim panem inopi frangimus, Deum in ipſo adeſſe agnoſcimus. Auguſtinus ſerm. 144. de Temp. *Tene hoſpitem, ſi vis tenere Saluatorem. Dominus ergo præſentauit ſe ipſum in fractione panis. Diſcite, vbi Dominum quæratis; diſcite, vbi habeatis; diſcite, vbi agnoſcatis. Panem frangimus, & Dominum cognoſcimus.* Cur non dixit Diſcipulos Chriſtum vidiſſe, ſed ſolùm agnouiſſe? Certè cuilibet frangenti piè panem pauperi, datur Dominum adeſſe in paupere recognoſcere; ideo enim panem frangit, quia in paupere Deum credit adeſſe. Ideo Abraham panis buccellam peregrinis adlaturus Deum in ipſis exceptum credebat, dum diceret, *Obſecro, Domine*, &c. Profectò haud ſic cum Ioanne Patre pauperum, ex officio, agitur, ſed ei datur non ſolùm agnoſcere, ſed videre. 15.

Diſcipuli Dominū in fractione panis cognouerūt. Ioannes de Dios vidit, quia ex officio peregrinorum exceptor. Luc. 24. Auguſt.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.

Ioannes de Dios aſperiſſimo pœnitentiæ cingulo præcingitur, ſed cunctos labores hos ex eleemoſynæ, aut charitatis officio facilè ſuſtinet.

Eleemoſynæ enim vis, homines leuare, vt poſſint faciliùs crucis huius mortalitatis pondus ſuſtinere.

PRæcingitur Dominus aſperitatis cingulo, quia *in laboribus à iuuentute.* quem quidem ſequimur, tribulationum crucem portantes. At edocemur, quónam modo poſſimus leuiſſimum onus ſuſtinere, quod grauiſſimum alij experiuntur. *Faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit* 16.

miniſtrabit illis. Pauperes ad domum adducat, eis diſcumbentibus miniſtret alimoniam, leuis admodum crucis onus exponitur. Rigidum planè laborum, aut vitæ aſperitatis cingulum iis, qui pauperes non faciunt diſcumbere.

17. *Non poſſet Ioannes tot pœnitentiæ, ac miniſteriis ſuſtinere labores, niſi pauperum eſſet ſubleuator.*

Mirum mihi ſemper viſum Ioannis de Dios circa vitæ aſperitatem inſtitutum, onus quidem viribus impar humanis. Caput ſemper diſcoopertum, ac ſine coma, geſtat, & frigoris, & caloris iniuriis expoſitum. Saccus vnicum indumentum. Nudi pedes frigore aliquando ita rigentes, vt vel prunas ſine dolore extinguerent. Lectulus ſuper terram leuis palearum textura, ceruical ſaxum, vbi vnius horæ amanti non exiguo termino requieſcit. Tam exigua autem annona, vt vix à naturali ieiunio recederet. Ab illis tribus Proceribus inuitatus, nunquam hærebat menſæ, ſed genuflexo, cunctos cibos in ſportula reponebat, profatus: Ego comedam ſuauiùs, dum meos pauperes videro his cibis potiri. Quid ſi inſtaretur vt aliquid abſumeret? Ex ſportula cinerem ſumit, cibos veluti ſale condit, vt mortis memoria dulciores ſibi redderentur, dum propria dulcedine exuebantur. Verberibus diris carnem emortuam vulnerat ac viuentem, ne fortaſſe reuiueret. Porrò caro ſolummodo ad ſentiendum dolorem viuax, ſæcularibus cunctis cadauer exponitur. Si patientiæ addatur crux, quàm portabile pondus! Alapa percutitur ſemel, alteram maxillam offert, quam cùm percuſſor ex patientia, & humilitate victus, (vt Tertullianus ait,) non vulneraret, ſed potiùs reuereretur, ſub veſtibulo domus Equitis illius alter Ioannis innocentiſſimè eum ſportulà contingentis faciem altera alapa honorauit. Quid Diuus? Expetiiſſet mille maxillas habere, vt totidem vulneribus poſſet offerre: ſed vnam & alteram replicandis, (ſi luberet percuſſori,) alapis conſecrauit. Proh Deum immortalem! Quónam modo luteum vas portans poterat tam ponderoſam crucem ſuſtinere? Certè ex pietate erga pauperes; ex charitate erga proximos.

18. *Vulnera aſſidua poteſt ſuſtinere, qui ex auro charitatis, ac eleemoſyna compactus eſt loricatus.* 3.Reg. 10. Gregor.

Salomon olim armamentarium ſuum ducentis aureis ſcutis exornauit. *Fecit quoque Rex Salomon ducenta ſcuta de auro puriſſimo, ſexcentos auri ſiclos dedit in laminas ſcuti vnius*, 3.Reg 10. Vbi D.Gregorius *hom.36. in Euang.* & patientiam, & charitatem aſſerit aſſignari. Sexcentos auri ſiclos ſcuti vnius dedit in laminas? Magnum ſcutum, patientia ingens exprimitur: ſed ex magna etiam auri vi maxima charitas oſtentatur. An poſſet tantam vitæ aſperitatem, tanta hoſtium vulnera Ioannes ſanctiſſimus velut ſcutum ſuſtinere, ſi totus aureus ex charitate in pauperes non fuiſſet?

19. *Vt vitent ſuam pœnitentiæ, ac laborum culturam ſine moleſtia afficiat, conducit pauperes operarios.* Cant.4.

Tempus ſponſæ putationis indicitur, cùm ad opera rigidæ pœnitentiæ aduocatur. *Vox turturis audita eſt in terra noſtra, tempus putationis aduenit*, Cant.4. Cùm crimina profiteris, vox turturis exauditur. Cùm autem à delictis recedis, operum aſperitatis ſtudio vacare incipis. Tunc tempus putationis, ex qua fructus vberrimi pœnitudinis expectantur. An cupis coadiutores, ſeu operarios ad vineæ culturam? Pauperes aduoca. Dominus præcinctus laborum cingulo ad quærendos coadiutores operarios egreditur. *Exiit primo manè conducere operarios in vineam ſuam*, Matth 25. Quinam coadiutores operarij ad tui oneris leuamen adducendi niſi pauperes? Pulchrè Laurentius Nouar. hom. de Eleem. *Ille adiutores ſibi adiungit operarios, & multiplicat in terrena cultura; & tu agrum tuum dum ſolum colere vis, relinquis deſertum? Homo, aduerte, quod dicitur. Spiritualis eſt, non carnalis iſta cultura: de eleemoſyna conduc operarios. Quos? Cæcos, claudos, debiles, & alios his ſimiles. Hi ſunt operarij parua mercede conducti.*

Matth. 25. Laurent. Nouar.

20. *Totum pondus Crucis Ioannis portant pauperes eius filij.* Matth. 25. Nazianz.

Pauperes Ioannis de Dios onus ſuſtinent, illi æſtum capitis aperti portant, illi xenodochij labores alleuant, illi iniuriarum, & ieiuniorum crucem tollunt. Fantur illi, *Portauimus pondus diei, & æſtus.* Conducti à Ioanne pauperes totum portant grauiſſimum onus, quod haud poſſet ſine charitatis leuamine ſuſtineri. Bellè Nazianzenus orat. 2. in Paſch. *Tu libenti animo quæſitas opes excutias, atque in pauperum ſubſidium ſpoliaueris, vt leuiter Crucem tollas.* Quomodo potuiſſet Pater pauperum tot labores vel ad ipſorum paupertatis ſubleuationem ferre, ſi ipſum charitatis opus vires non adderet? Porrò tot Ioannis de Dios tribulationes, tot vitæ aſperitates, tot patientiæ cruces, vt tot pauperum coadiutorum viribus indigeret.

21. *Christi totā Crucē pauper adductus portauiſſe videtur.* Matth. 27.

Contemplatus eſt ille Dominum laboribus præcinctum dum aſperrimæ vitæ iniuriarum ac dolorum paſſionis onus grauiſſimum additur. Tunc pauper Simon pretio conducitur, vt crucifero præſtet auxilium. *Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem, hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius*, Matth. 27. Sunt qui exiſtiment, coadiutorem additum Simonem, vt ſimul cum IESV crucem portaret. At verba illa, *vt tolleret crucem eius*, innuunt omnino Chriſti humeros fuiſſe à Crucis onere liberatos. Potuit pauper Simon proclamare: Ego pondus diei, & æſtus portaui; quia adeò pauperes pretio noſtro adducti noſtra onera leuant, vt penitus ab ipſis liberi eſſe videamur.

LIBER DVODECIMVS.

I E S V I T Æ.

PARS PRIMA.

IGNATIVS.

PARAPHRASIS, AC COMMENTARII literales ad caput duodecimum Lucæ.

Panegyrici Morales circa litteram in Ignatium.

PROLVSIO.

Ligni vitalis, ſeu Fundatorum, aut Ieſuitarũ, FRVCTVS DVODECIMVS.

CVM primùm Ignatius nuncium ſæculi remiſit voluptatibus, honoribus, illectamentis, diuitiis, perfectionis viæ ſe committere ſtudens, ſeſe totum litauit Deiparæ, quæ recèns conuerſum excepit, vt ad IESVM adduceret; gladium militis ſæcularis accepit, vt ipſa Eccleſiæ hoſtes interimeret; Miſſæ ſacrificium gerenti apparuit, vt de fructibus ex Sacramentorum frequentia Ieſuitarum miniſterio gratularetur; laboranti fauet Ignatio, à quo tot ſodalitiis apud Societatis ſcholas erat honoranda. Sub Máriæ præſidium confugit Ignatius, dum initium operi ſpirituali imponit? quàm auguſto opus vertice coroborabitur! *Qui manè*, ait, *vigilauerint ad me, inuenient me*, Prou. 8. Ignatius fugatis ſæculi tenebris *manè* gratiæ vigilauit ad Virginem, à qua mox caſtitatis donum accepit: inuenit illam; vt ipſe perfectiſſimè cœleſti Paſtori IESV inueniretur Richardus Laurent lib. 2. de laud. Virg. *Vigilandum eſt ad Mariam manè gratiæ, fugata nocte peccati, innouata conſcientia per pœnitentiam. Inuenient, ait, me. Felix inuentio, inuenire gratiæ inuentricem; qua inuenta, inuenitur omne bonum.* Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborauit diu, vel in vacuum; aſſidentem enim illam præ foribus inueniet. *Sap. 6. Semper paratam auxiliari.* An poſſet Ignatius Chriſti miles tot victorias perficere, tot hoſtes delere, niſi præſidio Virginis armaretur? IESV Societas poſſet tot triumphis ornari, niſi Deipara, (quam venerabilis

Prou. 8.

Richard. Laur.

venerabilis P. Martinus Gutierrez, vir ſanctitate fulgens, pallio vidit Societatem veluti alis confouere,) potentiſſimum tuliſſet auxilium? Ignatius ergo ſe ad iter nouum præcingens, Mariam inuocans ſe viis eius omnino commiſit, vt rectà ad IESVM Dominum perueniret. Addit Richardus, *Viæ Mariæ, viæ pulchræ, & omnes ſemitæ eius pacificæ*, Prou. 3. *In me gratia omnis viæ*, Eccli. 24. *Scilicet quæ ducit ad vitam, id eſt, ad* IESVM *meum, qui eſt vita ambulantibus per has vias.*

LVCAS CAP. XII.

VERS. 35. SINT lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.

36. Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptiis; vt cùm venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei.

37. Beati ſerui illi, quos cùm venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.

38. Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi.

39. Hoc autem ſcitote, quoniam ſi ſciret Paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non ſineret perfodi domum ſuam.

40. Et vos eſtote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet.

PARAPHRASIS.

35. IVDICII *dies, quoniam vobis incertus eſt, oportet in eum ſemper eſſe paratos: eritis autem ſi ſint lumbi veſtri præcincti, ſint lucernæ ardentes in manibus veſtris.*

36. *Vt ſimiles ſitis prudentibus, ac fidelibus famulis, qui quoniam incertum habent, quando Dominus ſit à nuptiis rediturus, perpetuò ſtant accincti cum tædis, vt ſimul atque reuerſus pulſauerit, confeſtim ei poſſint aperire, à ſomno immunes eo tempore, quo dormitur altiſſimè.*

37. *Non erit ingrata Domino hæc famulorum ſedulitas; ſed beati erunt, ſi Dominus ſubitò veniens inuenerit vigilantes. Nam illud affirmo vobis, quòd Dominus pro officio, (quod tamen debebant,) mercedem reponet ampliſſimam. Si quidem ipſe viciſſim ſe præcinget, & iubebit illos diſcumbere. ac prætериens, obſeruánſque quid quiſque poſtulet, illis miniſtrabit.*

38. *Nec refert, qua noctis parte venerit, (id enim incertum eſſe voluit,) ſed quacumque noctis vigilia venerit, ſiue in ſecunda, ſiue in tertia, vel inſpecta nocte: beati futuri ſunt ſerui, ſi Dominus eos paratos offenderit.*

39. *Proinde curandum ſemper, ne opprimat imparatos. Siquidem vbi ſemel ille venerit, iam ſerum fuerit ſuperiorem ſarcire ſomnolentiam. An tam ſocors Paterfamilias, qui paſſurus ſit à fure nocturno ſuam perfodi domum, ſi noſſet quo tempore fur venturus eſſet? Si ille vigilat, ne bonis terrenis ſpolietur: quanto magis vobis eſt vigilandum, ne æternam perdatis fœlicitatem.*

40. *Filius hominis ſubitò veniet eò tempore, quo minimè venturum ſuſpicabimini. Proinde, quoniam vobis id eſt tempus ignotum, (quod certum adfuturum,) ſitis perpetuò parati, inſtructi bonis operibus, à mundi impedimentis expediti.*

SECTIO

SECTIO PRIMA.

Cingulus.

TEXTVS.

VERS. 35. SInt lumbi veſtri præcincti.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De Parabola ſcopo.

1. *Parabola eſt.* Salmer.

PArabolam quandam verbis his contineri, Petrus indicauit, qui vbi illa Dominus profudiſſet, ait: Domine ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes Salmeron *tom. 7. tract. 18.* Ex Petri ſententia *colligimus, verba hæc vt parabolam à Chriſto propoſitam, & ab Apoſtolis acceptam.*

2. *Scopus parabola, nos paratos efficere ad inopinatum Domini aduentum.*

Quínam ergo parabolæ ſcopus? Eò exiſtimo tendere, vt declaret, quales eſſe debeamus reſpectu cœleſtium bonorum pro vitæ futuræ præmio. Nam præcedenti ſententia exhortatus fuerat Apoſtolos ad theſaurum operum in cœlo collocandum: *Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam; facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt.* Vt ergo ad theſauros in cœlo reconditos mereamur peruenire, hac parabola explicat, qua ratione ad inopinatum Domini aduentum nos præparare debeamus.

3. *Contextus ratio.*

Cùm igitur docuiſſet Dominus, omnem auaritiam, anxiámque potus, cibi, ac diuitiarum ſollicitudinem eſſe fugiendam; quoniam Diſcipulos ſuos expeditos, omniúmque caducarum rerum cura ſolutos eſſe expedit: hoc loci dictis congruenter edocet, qua expeditione, promptitudine, & vigilantia ſuum debeant aduentum expectare. Chriſti enim Diſcipulum ſemper in procinctu eſſe oportet expeditum, vigilantem, cæteris curis liberum, in hac vna expectatione defixum.

4. *Idem aliis parabolis Dominus expoſuit.*

Quoniam autem res magni eſt momenti, & ſummè noſtra referat, ad eius aduentum nos paratos inueniri: Dominus, qui neminem vult perire, & omnium ſalutem ſitit, multis parabolis nos huiuſce rei voluit commonefacere. Quid aliud de fideli diſpenſatore mox ſecuta parabola, & villici, & Virginum, & talentorum, & paſtoris, & ouium & hædorum videntur adſtruere?

§. II.

De lumbis præcingendis.

5. *Lumbi præcincti paratum hominē ſignificāt ad agendum, vel miniſtrandum.*

SInt lumbi veſtri præcincti.*] Iudæi oblongis veſtibus vtebantur, quæ ſi non conſtringantur cingulo, miniſtranti, ambulantíque impedimento ſunt. Opus ergo, veſtes præcingere, ne miniſtrantibus impedimentum afferrent. Vnde de Domino ipſo miniſtraturo ſeruis adiicitur, *Amen dico vobis, quod præcinget ſe, & faciet eos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.* Apud Lucam ait Dominus ſeruo, *Para quod cœnem, & præcinge te, & miniſtra mihi,* cap. 7. (Luc. 7.) Giezi Eliſæus, *Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade,* &c. 4. Reg. 4. (4. Reg. 4.) Et Ieremiæ, *Tu ergo accinge lumbos tuos, & ſurge, & loquere ad eos,* cap. 1. (Ierem. 1.) Dauid, *Indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe,* Pſalm. 92. (Pſalm. 92.) id eſt, præparauit, expediuit. Igitur lumbi præcincti paratum hominem ſignificant ad agendum, vel miniſtrandum. Tobias ideo *inuenit iuuenem ſplendidum, ſtantem, præcinctum, & quaſi paratum ad ambulandum,* cap. 5. (Tob. 5.)

6. *An Iudæi habuiſſent veſtes fluctuātes ſine cingulo.* Abul.

Innui videtur, Iudæos veſtes oblongas cingulo omnino ſolutas deferre. Quod Abulenſis aſſeruit ad 4. Reg. 9. q. 1. *Iudæi habebant veſtes pendentes vſque ad talos, & habebant eas laxas, ſcilicet non colligatas corpori, & ſic erant itineri,* (aut miniſterio,) *impedimento. Cùm ergo aliquis volebat velociter currere, oportebat, quòd accingeret lumbos ſuos, decurtando veſtes, & eas corpori aſtringendo.*

7. *Cingulū vſi, ſed adhuc arctiùs præcingi iubentur Apoſtoli.* Exod. 28.

Aſſero tamen Iudæos cingulis vſos & domi & foris. Non enim frequentibus actionibus veſtes fluctuantes ſunt accommodatæ. Probo, quia baltei inter Sacerdotum veſtes adnumerantur: *Filiis Aaron tunicas parabis, & balteos,* Exod. 28. Cur ergo præcinctis Dominus ait, *ſint lumbi veſtri præcincti,* & Eliſæus, *Accinge lumbos tuos,* &c. Quia cùm ſeſe aut itineri, aut operi parabant, veſtes oblongas ſtrictiùs cingebant: quod nos etiam facere ſolemus.

§. III.

Quídnam cinguli metaphorâ innuatur?

8. *Diligens indicitur præparatio ad Iudicem excipiendum.* Salmer. Barrad.

SInt lumbi veſtri præcincti.*] Miniſtrorum diligentia neceſſaria deſcribitur, vt ad omnia opera Domini ſint parati, & nullas moras inobedientiæ operibus prætexant. Sic Salmeron. Aſt cum Barradio, & aliis parabola exiſtimo nobis diligentem indici præparationem, vt Iudicem repentè venturum excipiamus. Famuli cùm certam aduentus Domini horam ignorent, cunctis ſunt horis præparati, vigilant, præcingunt veſtes, ne impedimento ſint aut ambulantibus, aut properè occurrentibus Domino aduentanti. Nihil in aliud tempus differunt, vt quacumque hora pulſauerit, confeſtim fores aperiant. Sic nos vult eſſe Dominus præparatos, nihilque ex iis, quæ ad ſalutem animi pertinent, in aliud tempus differre. Præcincti eſtote, expediti, vigilate, vigilanter Iudicem expectate cœleſtem, ſemper quidem ad migrandum è vita præparati.

9. *Accingi iubemur balteo caſtitatis.* Chryſol.

Vt autem diuerſæ Patrum ac Doctorum expoſitiones viam adſtruant diuerſimodæ excogitationum varietati: de caſtitatis virtute ſententia hæc à pluribus explicatur. Chryſol. ſer. 23.

Lumbos

Lumbos noſtros iubet Dominus adſtringi balteo caſtitatis. quem quidem militiæ Chriſtianæ appellat inſigne ſer. 22. *Cincti caſtitatis balteo, quod eſt inſigne militiæ Chriſtianæ, fluxæ carnis detruncemus ignauiam.*

10\. Cur autem lumborum conſtrictione caſtitas deſignetur? Reſpondet D. Hieronymus ad Epheſ. 6. *Quia lumbi in generatione ſemper accipiuntur & ſemine, ſecundum illud: Adhuc in lumbis erat Leui patris tui*, Hebr. 7. *Videtur nobis accinxiſſe lumbos ſuos, qui nequaquam vxori debitum reddit, nec ſeruit libidini: ſed imitatur ingenitum Deum, generationis negotiis non miniſtrans.* Quando vir caſtus Dei Patris non extitit imitator.

Cur huiuſmodi præcinctione lũborum caſtitas aſſignetur? Hieron.

11\. Aſſerit Auguſtinus *lib. 2. qq. Euang. cap. 25.* his verbis: *Sint lumbi veſtri præcincti*, non ſolùm caſtitatem, ſed continentiam à rerum ſecularium amore ſignari. *Ille planè* (ex Doctoris mente) *lumbos habet præcinctos, qui amorem ſuum præcingit, à terreniſque rebus arcet, vt totum conferat in Deum.* Præcinxerat ille cor, qui dicebat, *Quid enim mihi eſt in cœlo, & à te quid volui ſuper terram Deus cordis mei, pars mea Deus in æternum*, Pſal. 72. Vbi Barradius noſter, *Coërcet* (inquit Dauid) *amorem, & præcingit; neque in terra, neque in cœlo quidquã præfert Deo.*

Continentia à rebus ſecularibus præcipimur ornari. August. Pſal. 72. Barrad.

Tertullianus verò lib. 4. cont. Marc. arbitratur, Dominum hiſce verbis nos hortari, vt impedimenta, quæ vitæ ſpirituali obſtant, ac cœleſti, amoueamus, *Succingere debemus lumbos, id eſt, expediti eſſe ab impedimentis laciniosæ vitæ, & implicitæ.* Haymo profatur, *Lumbos præcingimus, cùm omnia impedimenta mundi poſtponimus, vt in via mandatorum Dei greſſum mentis firmiter figere valeamus. Qui enim diſcinctus eſt, ipſis ſuis veſtimentis impeditur, ne liberè ambulet; qui verò præcinctus eſt, quaqua verſus diſcurrere poteſt.* 12.

Amouenda impedimenta, quæ obſtant vitæ cœleſti. Tertul. Haym.

Theophylactus ſic, *Sint lumbi veſtri præcincti*, hoc eſt, *omnibus modis parati eſtote ad opera Domini veſtri.* Euthymius practicam, & operantem virtutem ad agenda bona opera hiſce verbis ait ſignificari. Præcingi aſſolent viatores, ac milites? Barrad. *Peregrini eſtis, & viatores præcingite vos arcto cingulo, cupiditates omnes premite. State ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ*, Epheſ. 6. ne ſi diſſolutas non conſtringamus cupiditates, iiſdẽ ab hoſtibus implicemur. Hieron. denique Ierem. 1. *Apoſtolicis viris præcipitur, vt lucernas prædicationis Euangelicæ teneat in manibus*, &c. 13.

Parati ad omnia opera Domini. Theoph. Euthym. *Aliæ expoſitiones.* Hieron.

IN IGNATIVM

PANEGYRICVS MORALIS PRIMVS CIRCA LITERAM.

EX CINGVLO.

Observat. I.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Ignatio arctiſſima lumborum conſtrictio, ſiue mortificatio aſſidua indicitur, ac ſimul lucernarum fulgor, ſeu virtutum exercitamentum illuſtrium imperatur.

Quia virtutum exercitatio continuæ mortificationis ſolatium eſt.

14\. Lumborum conſtrictio Apoſtolis Ieſuiris indicitur, quia ſocios Ieſu ſpecialis decet mortificatio. Cyrillus, *Prompti ſitis ad ſuſtinenda mala.* At ſimul præcinctis lucernæ ardentes offeruntur; ſiue orationis, meditationis, reliquarumque virtutum exercitamentum imperatur. D. Maximus, *Lucerna accenſa oratio, & contemplatio, ac ſpiritualis dilectio eſt.* Porrò perpetuæ mortificationi Ieſuitarum ſolatium adiicitur. Quomodo enim continuatio mortificationis poteſt tolerari, ſi virtutum exercitamentum ſolatium non afferat.

Ieſuitarum habitus ſeu indumentũ continua eſt mortificatio, & abnegatio, hac itur ... ſi ...

15\. Id oſtendo allegorica Origenis expoſitione ad illud Exodi, *Quo mortuo* (ſcilicet Ioſeph) *filij Iſraël decreuerunt*, cap. 1. In te, ait, Ioſeph moriatur, id eſt, Chriſti mortificationem præ te ferre procura. Difficile planè facinus, continuæ mortificationi ſtudium impendere. At creſcant ſimul filij Iſraël, hoc eſt, virtutum exercitamentis operam naua. *Si in te moriatur Ioſeph, id eſt, ſi mortificationem Chriſti in corpore tuo ſuſcipias, & mortifices membra tua: tunc in te multiplicentur filij Iſrael, id eſt, ſenſus boni, & ſpirituales. Si ergo ſenſus carnis mortificentur, creſcant ſenſus ſpiritus, & quotidie virtutum numerus augeatur.* Neque enim ſine virtutum conſolatione poterit ſubſiſtere continuum mortificationis exercitium.

Si moritur in nobis Ioſeph, id eſt, Chriſti mortificationem imitamur, neceſſe eſt in ſolatiũ, creſcere virtutum exercitia. Exod. 1. Origen.

David canit, *Myrrha, & guttæ, & caſſia à veſtimentis tuis, à domibus eburneis*, Pſalm 44. Eburneæ domus iuſtorum indicant puritatem. Myrrha mortificationis iuſti redundant? In ſolatium ergo neceſſe eſt, eis guttæ, & caſſiæ, id eſt, virtutum copiam adhiberi. Guarricus Abbas ſerm. 1. *Inhabitamus domus luteas; ſed quæ materiæ qualitate ſunt luteæ, continentiæ virtute fiunt eburneæ. Ex quibus ſi myrrha prima ſpirare cœperit per mortificationem voluptatum, aliæ ſpecies multiformem virtutum gratiam ſpirabunt.* Hoc eſt, ſi adſit myrrha mortificationis iuſto, neceſſum eſt in ſolatium virtutum exercitamenta adhiberi. 16.

Iuſti domus eburneæ mortificationis myrrha plenæ, neceſſariò virtutum aromatibus perfundẽdæ eſt.

Abraham olim filium Domino litaturus, gladium, & ignem geſtat: *Ipſe verò portabat in manibus ignem, & gladium*, Geneſ. 22. Quid 17.

Abraham ignem, vir...

gladius

Futum præfert, ad gladij, ſeu mortificationis vulnera ſolatio afficienda.
Gen. 22.
Philo.

gladius niſi ſupremæ illius mortificationis documentum? Quid autem ignis? Crediderim in tantæ mortificationis adhiberi ſolatium. Quomodo enim parens dilectiſſimum filium vulneraret, ſi virtutum præcelſarum igne non ſuccenderetur? Excogitauit pulchrè Philo lib. de Cherub. *Accepit ille ignem, & gladium; gladium reſecare, & ignem exurere quidquid mortale habebat.* Ignis in ſolatium vulneris adhibetur; exurit vt ſanet crudeliſſimi vulneris effectum.

Ignatius cõtinua mortificatione conſtitutus, ex virtutis exercitio alleuatur.

18\. En lucernas ardentes præcinctis adhibitæ. Ignatij vita fideliſſimi ſerui præcincti eſt. Mox poſt conuerſionem quotidie flagellorum vulneribus quatitur, eleemoſynæ acceptæ paruo ſubſidio viuit, tota ieiunat hebdomade, hic perſecutionibus afficitur iam fuſtibus cæſus, iam verberum præparatione: ibi diuenditur ab amicis, vinculis illigatur: vbique irridetur. Societatem Pater inſtituit, ac vitæ ſuæ perfectiſſimam profert imaginem perpetua actam mortificatione. Ordini militari, vel aquæ extra tempus menſæ poculum prohibetur. Quónam modo, ô Pater, potuiſti continuæ mortificationis tolerare moleſtiam? An non virtutum egregiarum ſolatio? Orationi ac contemplationi vacat aſſiduè vſque ad ſenſus abſtractionem ſæpe ſplendenti facie obiecta, ſæpe corpore è terra eleuato: Dei ac proximi charitate incredibili accenditur, humilitate nitet, paupertate ornatur. O ſolatium! Ieſuitis ergo Diuus virtutum ſolidarum, perfectarúmque exercitia præſcribit in tantæ mortificationis ſolatium, vt ſcilicet Ordo, cuius proprius habitus continua mortificatio eſt, poſſit tam moleſtum onus tolerare, ei virtutum exercitij conſolatio præfulgeat in lucernis.

Habitus Societatis cõtinua conſtrictio eſt, cui in ſolatium virtutum præſcriptio adhibetur.
Chryſol.

19\. Videor planè D. Pet. Chryſol. *ſer. 2. de ſeruo vigili*, Societat. IESV deſcripſiſſe gloriam, profatum, *Nouus ordo vigiliarum, nouus habitus imperatur. Sint lumbi veſtri præcincti. Nihil de calceamẽtis, nihil de ipſius occurſus apparatu ſerui vigiles admonentur: ſed tota in præcingendis lumbis mandatur cura.* Religio hæc quónam habitu induitur? *Nil de veſtitu*, communibus Clericorum indumentis vtatur. An calceamenti vſus prohibebitur Apoſtolicis viris: *Nil de calceamentis*, calceati incedant ad præparationem Euangelij. Choro continuis laudibus cœleſtis Ducis aſſidebunt? *Nil de ipſius occurſus apparatu.* Quinam ergo Societatis habitus, quodnam inſigne? *Tota in præcingendis lumbis cura mandatur.* Proh Deus immortalis! Quónam modo fragilis natura poterit tam productæ mortificationis iura implere? Pulchrè Doctor, *Addito lucernarum* (id eſt, virtutum) *ſolatio tantùm, ſine quo nec noctis aperitur obſcuritas, nec venientis diei clareſcit aſpectus.* Magni labores haud poſſunt ſine egregiarum virtutum ſolatio tolerari.

Obſervat. II.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Ignatius perfectus obediens ſemper indifferens, ad vtrumlibet erat paratus, ſcilicet vel ad contemplationis eleuationem, vel ad actionem, ſeu proximorum miniſteria.

Nam perfectus obediens nunquam præcipitat ſententiam, ſed ad vtrumlibet iuxta Numinis determinationem paratus, & indifferens eſt.

Theophylactus ſic locum exponit, *Sint lumbi veſtri præcincti, id eſt, ſemper proclines ſitis ad exequenda opera Domini noſtri.* Preme particulam, *ſemper proclines*, aut parati. An non perfectiùs proclinitas illa ad actum reduceretur? Profectò ſpecialis ſerui huiuſce vigilantiſſimi perfectio in eo ſiſtit, quòd ſemper ſit indifferens, & paratus ad exequenda Chriſti præſcripta. Eſto non percipiatur opus, illud ipſum paratum ac procliuem eſſe ad vtrumlibet auguſtiſſima ſpiritus perfectio eſt. 20.

Societatis Ieſu obediẽtia perfectiſſima ex indifferẽtia
Theoph.

Ignatij eiúſque filiorum obedientiam cantatiſſimam Dominus prælibauit. Semper paratus Parens noſter ad quælibet Domini præſcripta filios genuit præcinctos, ſeu ſemper procliues ad vtrumlibet, ſiue ad ſpiritualia exercitamenta mittantur, ſiue ad proximorum miniſteria. De ſuis Seraphinis Propheta ait, *Seraphim ſtabant ſuper illud; ſex alæ vni, & ſex alæ alteri, duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant*, Iſai. 6. Ex Doctorum ſententia ſuperiores alæ ad contemplationis exercitamenta eleuandæ obiiciuntur, inferiores autem ad proximorum miniſteria deferendæ ſignantur. At duabus ſolummodo pectoris alis volant: *& duabus volabant.* Quænam hæ cordis pennæ niſi animi promptitudo ad vtrumlibet miniſterium? Perfecti hi obedientes Spiritus ſuam obſequium oſtentant non ex effectu alicuius miniſterij, ſeu contemplationis, ſeu actionis, ſed ex promptitudine, ac præparatione ad vtrumlibet. Pulchrè Lyranus, *Duabus volabant, ad ſignandum, quod Angeli ſemper ſunt parati ad diuina aſcendere, & ad inferiora deſcendere ſecundùm Domini voluntatem.* Non aſcẽdunt, non deſcendunt: ſed tota eorum perfectio ex eo innititur, quòd prompti, ſeu indifferentes ſint ad vtrumlibet miniſterium. 21.

Ignatius eiuſque Religio Seraphini ſunt, prompti ad vtrumlibet miniſterium ſiue contemplationis, ſiue proximorũ.
Iſai. 6.
Lyran.

Satagit Martha *circa frequens miniſterium*, dum Maria *ſecus pedes Domini ſedebat* profantis quidem, *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea*, Luc. 10. Ex quónam capite Mariæ miniſterium ſuperat ſororis actionem? An quia contemplationis exercitamento ſtudet? Portò laudabile admodum contemplationis dimittere requiem, vt proximorum conuerſioni incumbatur, vt ſubleuando, & excipiendo inopi opera detur. Vndenam ergo pars Magdalenæ ſuperior exiſtit? Exiſtimo Mariam tunc nondum elegiſſe contemplationis hærere miniſterio, ſed paratam ſe oſtentare, vt præceptum Domini exequeretur, ſiue ad contemplationem mitteretur, ſiue ad præſtandum auxilium Marthæ. Ex eo igitur perfectior Martha oſtentatur Maria, quod ad vtrumlibet procliuis, ac indifferens obiicitur: quæ quidem indifferentia adeò Numini eſt grata, vt licet 22.

Mariæ indifferẽtia ad vtrumlibet tã perfecta eſt ob[illegible]tia, vt licet nõ determinetur ad opus aliquod, digna [illegible], quæ non auferatur ab ea.
Luc. 10.

licèt in opus non afferatur, ſit digna, *quæ non auferatur ab ea in æternum.* Bernardus ſer. 3. de Aſſumpt. *Vnum arbitror è duobus, vt aut de electione Maria laudetur, quòd pars ipſa quantum in nobis eſt, ſit omnibus eligenda: aut certè vt neutrum dicatur deſuiſſe, nec in partem quamlibet præcipitaſſe ſententiam, ſed ad obedientiam Præceptoris ad vtrumlibet ſit parata.* O Ignatium, ô Ieſu Societatem! Cum Maria ſæpe ad contemplationis verticem eleuaris, cum Martha continuò proximis exhibes miniſterium. Sed tamen ex eo commendabilis admodum obiiceris, quòd ſemper præcingaris, ſeu parata ſis ad vtrumlibet.

Bernard.

23. Ignatium Ieſu exercitus Ducem potentiſſimum Dauidem æmulaſſe dixerim, dum proclamat, *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum*, Pſal. 56. Profectò Rex *ſepties in die* laudem Domino dicit, quotidie ſubditorum ſaluti opera impendit. Attamen ex eo capite perfectior obiicitur, quòd paratum cor exhibet ad vtrumlibet ex Præceptoris cœleſtis obedientia. Bernard. inibi, *Quis ſicut Dauid fidelis ingrediens & egrediens ad præceptum Regis?* (ingrediens vtique ad contemplationis adyta, egrediens ad proximos.) *Denique paratum*, inquit, *cor meum, paratum cor meum; non ſemel tantùm, ſed & ſecundò, & vacare tibi, & proximis miniſtrare.*

Ignatius ſe vti Dauid paratū oſtētat ad omnia. Pſal. Bernard.

24. D. Auguſtinus *q. 49. in Iudic.* quærit, vter Domino placuerit, Iephthe ne filiam offerens, aut Abraham parans offerre? Reſpondet quidem Abrahamum, non Iephthe. *Quoniam Abraham iuſſus obtulit filium, Iephthe autem fecit, quod nullo ſpeciali iubebatur imperio.* Quomodo obtulit Abraham filium, ſi viuum retulit in domum? Quia illa præparatio, ac promptitudo, qua gladium eleuatum oſtendat vel ad vulnerandum, vel ad parcendum, in conſpectu Domini illuſtriſſima eſt operis executionis. Ignatius ſemper promptus *ad maiorem Dei gloriam* ſectandam ad Ducis præceptum. Quid Societas? *Hæc eſt generatio quærentium eum, quærentium faciem Dei Iacob.*

Placuit Abrahami promptitudo, & non executio Iephthe. Auguſt.

25. Profectò Ignatium igneum vocitarim Eliã. Quid præſtat Propheta egregius Numinis zelator? *Viuit Dominus*, inquit, *in cuius conſpectu ſto*, 3. Reg. 17. Cur in Dei conſpectu ſtas? An non perfectiùs ad ſuprema auolabis contemplationi addictus, aut ad inferna deſcendes tuos inſtruens Monachos in Carmelo? Stat planè procliuis, ac promptus ad vtrumlibet ex præcepto Domini miniſterium. D. Athanaſ. *Non computabat Elias aliud tempus* (vigiliis nempe, precibus, ac externis expenſum miniſteriis.) *Sed talem ſe præbere cupiebat, qualem ſciebat Dei dignum eſſe conſpectibus, paratum obedire voluntati eius.* Quaſi non oſtendatur dignus diuino conſpectu dum orat, dum docet: ſed dum paratus obiicitur, ad obediendum. Sic exaggerat cordis indifferentiam, ad vtrumlibètque præparationem. Cum Saulo ex conuerſione Ignatius, *Quid me vis facere?* proclamat: Literiſne operam dabo ad tuam gloriam, an pauperibus æternum præſtabo ſolummodo miniſterium? Colligam milites, vt nouam Ieſu Societatem perficiam, an ſub antiquo iam ab alio ſanctiſſimo Duce collecto exercitu dimicabo? Pergam ad Indos, vt Gentilibus Euangelij lucem impertiar, an apud Italiam, Galliam, aut Hiſpaniam proximis perficiendis incumbam? Propriæ ne ſolius perfectioni vacabo, an proximis pereuntibus ſuccurram? Induam milites communi indumento, an ſpeciali ornabo nuditate? *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.* Quid ſi Conditor diſponat, vt Societas Ieſu, quam tot ſudoribus, tot tribulationibus exantlatis colligaſti ſicut ſal aquæ immiſſus protinus diſſoluatur? *Fiat voluntas tua.* Pereat omnino. *Paratum cor meum.* O promptitudo, ob quam nec opera alia à te vnquam auferentur!

Ignatius eſt igneus Elias ſemper prōptus ad vtrumlibet. 3. Reg. 17. Athanaſ. *Cum Saulo ſe indifferētem circa omnia oſtē-tat ad maiorem Dei gloriam, vel circa diſſolutionē Societatis.*

Observat. III.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Ignatius ferreus planè ad ſuſtinenda mala fuit, vt quaſi in ære virtutes firmiùs ſculperentur.

Viros ferreæ conſtantiæ ad virtutis facinora laudibus efferendos expono.

Explicat D. Cyrillus, *Prompti ſitis ad ſuſtinenda mala.* Quàm prompti quæſierim? Locutus Periander Comicus Græcus de Conſtantiſſimo Imperatore, *Æneus*, ait, *& quaſi ferreus cuncta fortunæ vulnera ſuſtinebat.* Sitis ergo (ad Diſcipulos Dominus) tam prompti ad mala ſuſtinenda, tam agnati laboribus, quàm ad natum ferrum ſuſtinendis ictibus mallei contundentis. 26.

Societas Ieſu ferrea ad ſuſtinenda mala tribulationum. Cyril.

Ignatium planè ferreum æneum omninò expono, *ad ſuſtinenda mala*, poſtquam cœpit Domino militare. Seculari militiæ addictus, plumis colorum varietatem oſtentantibus nitebatur: ſpirituali hæreſcens militiæ non plumis, ſed ſacco, verbere, ac ieiunio nititur ferreus omnino. Niniuitas obiicio iam ſecularibus illectamentis deditos, iam pœnitudini. *Aſcendit* plumarum adminiculo (Dominus ait) *malitia eius* (Niniue) *coram me.* Quid poſt conuerſionem? *Surrexit* Rex *de ſolio ſuo, & abiecit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere. Et clamauit & dixit in Niniue ex ore Regis: Homines, & iumenta, & boues non guſtent quidquam, & operiantur ſaccis*, Ion. 3. Vbi D. Hieronymus poſtquam aſſeruit Niniuitas impios Idolis ſuis plumas variis coloris offerre, inquit de eiſdem pœnitentibus: *Iam Niniuitæ non plumæ virtutis auxilio, ſed ferro, & verbere nitebantur.* quia ferrei iam ad verberum vulnera ſuſtinenda. Plumis Ignatius ſecularis miles innititur, ſed mox poſt conuerſionem nititur ferro & verbere, ſæpiùs quotidie verberum ſuſtinens vulnera, ſacco indutus, quem veſtium ſecularium commutatione acquirit à mendico totius hebdomadæ curriculo Dominicam diem ſi demas, in pane & aqua ieiunans, & æſtui & frigori diſcoopertum caput obiiciens, nudo pede ob calceorum ſolearum abſtractionem terram calcans; dum oſor ſingularitatis ſuperiorem pedum partem operis calceamentis; 27.

Ignatius qui miles ſeculi plumis nitebatur, poſt conuerſionē nititur ferro, & verbere. Ion. 3. Hieron.

Salmanticæ comprehenſus, Compluti vinculis illigatus, Barcinone fuſte percuſſus, Romæ vti hæreticus fugitans ex Hiſpania publicatus. O ferreum animum *ad ſuſtinenda mala! Ferro, ac verbere nititur.*

28\.

Eſt plumis nitens virtus fragilis planè perſiſtẽtia, eſt & ferrea perſiſtens. Ignatius ære ſculptus.

Plumeos etiam poſt conuerſionem iuſtos nonnullos liceat contemplari, alios quidem ferreos: hi tenaciter quaſi ſculptam retinent virtutem; illi autem quaſi leuiter pictam non facilè conſeruant. Plumeam imaginem artifiucioſa manu confectam iam vidiſti. Pulchrè planè virides plumarum reliquiæ campum imitantur, bellè aliæ cœli obiiciuntur æmulatrices. O quàm pulchrum ver efformat plumarum varij coloris apparatus in indumentis! Quàm ingenioſo labore albæ & nigræ faciem humanam manúſque imitantur! Illa lumina videntur ex ſtellis, non ex plumis perfecta: illa ſupercilia ex Iride, non ex plumis exacta obiiciuntur: coma illa Apellis coloribus, non plumarum reliquiis exarata contemplamini. O quàm diues redeo, quàm pulchram imaginem inueni! Audias precor. Imaginem pulcherrimam iſtam ſtude libri alicuius, aut thecæ clauſula recludere, exigua enim vndæ reſperſione affecto papyro, tota plumarum pulchritudo diſſoluetur. Tota imaginis perfectio papyro ac plumis nititur, vnda quidem, & aura abolenda: *Plumea virtutis auxilio nititur.* Alias vidiſti imagines æreis in laminis ſculptas tanta dexteritate artificis, vt penicillo ſubtiliſſimo expreſſæ videantur. An comatum perleue aurum auræ leui ſubiacebit? Exponas, quæſo, Aquiloni rabido imaginem nec leuiſſimus capillus deperibit. Quia ſcilicet *ferro* imago *nititur.* Huiuſmodi Diſcipulos Chriſtus requirit ferreos quidem, qui lucernarum, ſeu virtutum poſſint æternùm pulchritudinem retinere: *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.*

29\.

Ignatius in morẽ Lothi, charitatem Abrahæ quaſi ſculptã obiiciebat, quia ferro nitebatur ex laborum tolerantia.

Gen.19.

Lothum expono ferreæ ſtabilitatis documentum virtutum gloria fulgentiſſimum, ſpeciatim hoſpitalitatis, quam quidem ſtabiliter geſſit Abrahami æmulator. *Venerunt duo Angeli Sodomam veſperi, & ſedente Loth in foribus ciuitatis,* Gen.19. Cur ſedens in foribus iuſtus obiicitur? Vt innuatur (ex mente Ambroſij) eius ſtabilis erga peregrinos excipiendos affectus, ſedens expectat, quia perſiſtenter hoſpitalitatem ſectatur: *No es de paſo caritatino, ſi no mui de aſiento* (vt vulgariter exponam) *es Loth piadoſo.* Vndenam hoſpitalitatis virtus tam infixa Lotho? Profectò, quia ſuper ferrum incidebatur: ex laborum enim tolerantia animus iuſti ferreus obiicitur. Ambroſ. *Emendauerant Loth ſanctum aduerſa captiuitatis, & ſolidiorem fecerant. Itaque didicit proceſſu ætatis imitari parentem.* Non mutatur in alium ætatis proceſſu, ſed ſolidæ virtutis exponit effectus. Æmulator equidem Abraham, cui *ſedenti in oſtio tabernaculi* Deus ſub pauperum excipiendorum indumento apparuit, Gen 18. Virtus hoſpitalitatis viri vtriuſque non plumis, ſed ferro nitebatur.

30\.

Receſſere citò Iudæi de via, quia ferro minimè nitebantur.

Exod.32.

Gal.1.

Haud ſic illi Iudæi, qui calentibus adhuc Dei beneficiis Dei fuerunt obliti. *Receſſerunt* (ait Dominus Moyſi) *cito de via, quam oſtendiſti eis,* Exod.32. Paulus ad hæc, *Miror, quòd ſic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Chriſti,* Gal.1. Cur *tam citò* receſſerunt? An non quia illorum virtus plumis nitebatur? Bellè Chryſoſt. *Eſt quidem & ille dignus reprehenſione, qui poſt longum temporis ſpatium deficit: cæterùm qui à prima eruptione, & in ipſo ſagittarum è longinquo volantium ictu concidit, extremæ imbecillitatis de ſe ſpecimen præbuit.* Quàm plumeo fundamine nititur, qui tam leui hoſtis vulneri ceſſit. O Ignatium non *plumis*, ſed *ferro ac verbere* nitentem! Quàm æterna in præcincto lucernarum accenſio, ſeu impreſſio virtutum!

Chryſoſt.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Pugnat Ignatius doctrinæ lumine præcinctus, nihil ſcribens, quod proximorum non cedat in vtilitatem.

Illam enim veracem ſapientiam ſolummodò reputo, quæ vtiliter aliis communicatur.

31\.

Scripturientis Societatis gloriam illuſtro.

Perian.

PRæcingitur ad pugnam Apoſtolus, geſtans quidem ſplendidiſſimas doctrinæ faſces, queis mundialis ciuitas ſolo eſt coæquanda. De Ioue Gigantum triumphatore Comicus cecinit Græcus, *Ad pugnam accingitur, Gigantes perimit fulmine.* Ignatium aſpicio Ducem potentiſſimum præcinctum ad bellum, cœleſtis doctrinæ geſtantem num lucernas, an fulmina? Pugnauit Ignatius doctrina fulgentiſſima, quæ morem gerens fulminis, efficaciſſimè cuncta debellauit.

32\.

Ignatij libelli ſemina extitere ad mirabilẽ Societatis librorum germinationẽ.

An poterò æquare ſermone ſcribentis Societatis gloriam? Voluminum ſemina Ignatius ſcribens immiſit, è quibus fructus mirabiles planè prodiere. Primo poſt conuerſionem anno cùm apud Baſilicam D. Pauli moraretur, ad cœlum tertium adductus, & ipſe Philoſophiæ, ac Theologiæ tam occulta myſteria penetrauit, vt cognitio illa diuturno ſtudio minimè poſſet æquari. Myſteriorum fidei tam exactam tunc aſſecutus eſt cognitionem, vt ſi cunctos libros tolleres, apud Ignatij mentem Magiſterij intelligentia reſideret. Sacra Rituum Congregatio, Rotæque Senatores huiuſmodi illuſtrationum Ignatij gloriam admiratione auguſta proſequuntur. Porrò Ignatius, Numine inſtante, cœleſtis huiuſce ſapientiæ voluminibus tradidit documenta. Vix Grammatices rudimentis primis addicitur, & iam Trinitatis materiam tam exactè ſcripſit, vt ſapientiſſimum ſapiat Tractatus ſcriptorem. Scripſit mox ſpiritualium exercitiorum libellum totius normam ſanctitatis, cuius vi Xauerius allicitur, Borrhomæus adducitur, innumeri viri, ac fœminæ cœleſti metamorphoſi donantur. Sacerrimus Romæ Senatus proclamauit volumen hoc, quod Prophetici in morem dulcis aliis, aliis amarus extitit ad ſalutem, non humanæ ſapientiæ vi, ſed Altiſſimo fuiſſe digito exaratum. Compoſuit Conſtitutionum volumina tot cœleſtis prudentiæ dictaminibus redundantia,

tia, totius Regularis Eccleſiæ perfectionis facilè epilogationem. Alterum edidit de Viſitationibus diuinis librum, quo Satanæ, qui aſſolet ſeſe in lucis Angelum transfigurare, ſeductiones reuelantur. Obedientiæ virtutis perfectionem celebrauit illa epiſtola haud ſatis à lectoribus panegyricis celebrata, qua tota ſpiritus perfectio exprimitur. Quamplures addidit epiſtolas Authoris ſanctitudinem apprimè exprimentes. Tractatum de Diuorum virtutibus exarauit. Demum ingenioſum Poëma in D. Petrum adhuc ſæcularis miles condidit. Quod quidem Apoſtolus tam gratus audiuit, vt etiam perexiguum munuſculum donata ſanitate muneraret. An non parua hæc volumina ſemina vocitaro, à quibus tot magna Societatis Iesv volumina

Matth.13. germinantur? *Simile eſt*, (ait Dominus,) *Regnum cœlorum grano ſinapis, quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus: cùm autem creuerit, maius quidem eſt omnibus oleribus*, Matth 13. Ex grano minimo tantæ arbori virtus ſufficit!? Eſt planè Regni cœleſtis vis. Scripta Ignatij, parua quidem volumina ſinapis ſemina appoſitè dixerim, è quibus tam proceræ arbores oriuntur. Profectò tractatus ille de Trinitate ſemen fuit tot Theologiæ Scholaſticæ voluminum parens. Ex libello virtutum Theologiæ innumerabilia ſcripta proceſſere. Ex illuſtrationum libro tot Theologiæ Moralis, ac Poſitiuæ germina prodierunt. An non ex Poëmate in Petrum innumera literarum humanarum volumina recenſentur? Tomus integer noſtri eruditiſſimi Patris Philippi à Legambe vix potuit Authorum nomina ac voluminum præſtringere materiam. O Ignatij ſapientiſſima ſcripta, paruus quidem fons, è quo tot ſapientiæ paradiſiaca flumina profluunt! D. Hieronymus ad locum

Hieron. Matth. ait, *Hæc ſcientia, quæ parua videtur in principio, cùm ſata fuerit, non exſurgit in olera, ſed creſcit in arbores.* Quis crederet tam parua Ignatij volumina tantam continere vim, vt tantam doctrinæ meſſem germinaret? Quatuor millia Authores adnumerantur, quorum multi tot libros edidere, vt vnuſquiſque poſſet ſeminis efferre fœcunditatem.

33. An inutilia Scriptorum Societatis germina?

Nullum nō vtile admodum Societatis volumen: ſi ſapientia quæ non communicatur, quaſi nō eſt.

Teſtor vnicum Ignatij libellum de exercitiis ſpiritualibus, qui quotidie in peccatoribus tam mirabiles mutationes operatur, tot viros Religionibus cunctis adſcribens. Arbores equidem ſeminis gerentes morem exiſtunt proximis admodum ſalutares. Nec enim Ignatius, aut Societatis Authores ſapientiam veracem exiſtimaret, ſi proximis erudiendis excogitata non fuiſſet. Equidem quaſi non ſcit, qui nōn ſcit proximo informando. D. Auguſtinus

Auguſt. *lib. 83. qq. q. 60.* inquit, *Benè accipitur, quod dictum eſt, ſolum Patrem ſcire ſecundum prædictum modum ſciendi, quia facit Filium ſcire hominem.* Si ergo Filius, apud quem infinita adeſt, ſicut apud Patrem, ſapientia, quodammodo neſcire dicitur, quia alij ſcientiam à Patre acceptam non communicat; quomodo poterit vir eruditiſſimus inter ſapientes annumerari, ſi proximis non communicatur. Nam vbi ſapientia ad alios profunditur, haud eſſe exiſtimatur. Vnde meritò Pater iuxta Auguſtinum ſcire dicitur; quia quidquid ipſe ſcit, filio communicat.

Am. de Eſcob. & Mend. Tom. V.

Sapiens fatur, *Sapientia abſcondita, & theſaurus inuiſus: quæ vtilitas in vtriſque?* Eccli. 41. 34.

Ignatij ſapientia, ac eruditio Societatis non eſt abſcondita, nec theſaurus inuiſus: ſed fons paradiſiacus in quatuor millia capita diuiſus irrigat omnem terram. Eccli 41. Hildeb.

Quàm vtilis Societatis ſapientia; quam Ignatij alumni ab optimo Parente ſuſcipimus aliis communicandam. Neque enim Societatis ſapientia reputabitur, ſi proximis erudiendis non ſit profundenda. Audiendus Hildebertus epiſt. 1. *Sapientia abſcondita, & theſaurus inuiſus: quæ vtilitas in vtriſque? Aurum meliùs diſperſum rutilat, quàm ſignatum. Nihil à vilibus tophis gemmæ differunt, niſi in medium deducantur. Scientia quoque diſtributa ſuſcipit incrementum. Noli ergo claudere riuos doctrinæ tuæ, ſed, iuxta Salomonem, deriuentur fontes tui foras, & aquas tuas in plateis diuide.* O paradiſiacum ſapientiæ Ignatij Societatiſque Iesv eruditionis fontem, qui quidem in quatuor millia Doctorum capita diuiſus innumerabilium iam voluminum aquis ſalutaribus *irrigas vniuerſam terram!* Gen. 1. Gen. 1.

Observat. V.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Ignatius ex laborum ſuſtinentia, ex perſecutionum tolerantia, vel in hoc ſæculo beatus quodammodo obiicitur.

Ipſum enim pro Iesv *pati, iam frui eſt beatitudine.*

Cingulum ſuſtinentiæ laborum, ac perſecutionum tolerantiæ Dominus Apoſtolis indicit: ac ſimul lucernarum memorat geſtationem *contra noctem huius vitæ*, ex alterius ſcilicet fulgore, vti monet Anſelmus. Quid gloriæ lumini cum laborum tolerantia? Crediderim haud poſſe iuſtos tentati laboribus, quin ſimul, vel in hoc ſæculo, beatitudinis fulgoribus oppleantur. 35.

Societatis ex perſecutionibus beatitudo.

Ignatius equidem pugnax adhuc victoria potitur, ac gloriæ dotibus quodammodò elucefcit, dum in lacrymarum ergaſtulo commoratur. Vndénam meo Parenti vel in itinere beatitudo? Certè ex laborum cingulo lucernarum fulgores huiuſmodi oriuntur. Paulus aiebat, *Gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem*, 2. Corinth. 3. Alij, *A gloria in gloriam.* Quónam modo transformamur à gloria in gloriam? Quia Chriſti patientis referentes imaginem, hîc ſuſtinentiæ laborum gloria donamur, quam ſequitur cœleſtis gloriæ plenitudo in Patria. Duplicem en laborum coronam, & cœleſtem gloriam, & ipſorum laborum ſuſtinentiam, quæ cœleſtis planè corona eſt. Hieronymus epiſtol. 150. ad Hedibi *Sancti ſuppliciis ſuis coronantur.* Chryſoſtomus hom. 8. de laud. Pauli. *Liuoribus, quos ei verbera ſapius inferebant, quaſi quibuſdam gloriabatur coronis.* 36.

Ignatius labores ac perſecutiones ſuſtinendo, à beatitudine in beatitudinem tendit. 2. Cor. 3. Hieron. Chryſoſt.

coronis. Et Cyprianus lib.5. epiſt.6. verſans illud: *Gaudete, & exultate,* &c. *Gaudere,* inquit, *ſuos, & exultare voluit Dominus in perſecutionibus; quia quando perſecutiones fiunt, tunc dantur coronæ.* Non dixit, *Quia poſtquam perſecutiones fiunt,* ſed, *Quia quando fiunt;* illud enim ipſum fieri perſecutiones, iuſtum eſt cœleſti lumine coronari. *A gloria in gloriam.* Pulchrè Chryſoſtomus hom. de orat. Annæ. *Martyres cùm beatos vocamus, ex vulneribus primum beatificamus, & tum ex præmiis, ex plagis, & mox ex coronis repoſitis.*

Cyprian.

Chryſoſt.

36\. Ideo aiebat Iacobus, *Omne gaudium exiſtimate fratres cùm in varias tentationes incideritis,* cap.1. Omnia tentamina omne gaudium perficiunt in valle lachrymarum. Lactantius lib.3. de diu. Inſtit. cap.11. *Hoc vno beati eſſe in hac vita poſſumus, ſi minimè beati eſſe videamur: ſi fugientes illecebras voluptatum, ſolique virtuti ſeruientes, in omnibus laboribus, miſeriiſque viuamus.* Quia omnium laborum, ac miſeriarum tolerantia omnis gaudij conſtituit beatitudinem. Cuilibet beato peculiaris gloria reſpondet ex meritorum varietate, ex vberiori luminis gloriæ fulgore. Omni igitur beatorum gloria poteris quodammodo frui, ſi omnibus laboribus potiare: *Si in omnibus laboribus, miſeriiſque viuamus.*

Omne gaudium in omnibus perſecutionibus.
Iacob.1.
Lactant.

37\. Dum externè Diuus perſecutionibus tentatur omnibus, exiſtima proculdubio interiùs lumine eleuatiſſimo gloriæ illuſtrari ad omnis quodammodo gloriæ fruitionem. Cecinit Vates, *Omnis gloria filiæ Regis ab intus.* Quare? Quia *Myrrha, & gutta & caſſia à veſtimentis,* Pſalm.44. Omnimodæ etenim mortificationi, ſeu laborum tolerantiæ quaſi omnis gloriæ fruitio reſpondet. Auguſtinus lib.1. de ſerm. Dom. in monte, *Intrinſecus eſſe beatitudinem noſtram ſicut de anima Eccleſiaſtica ore prophetico dicitur: Omnis gloria filiæ Regis ab intus. Nam extrinſecus maledicta, & perſecutiones, & detractiones permittuntur, de quibus tamen magna merces eſt in cælo, quæ ſentitur in corde per patientiam eorum, qui nunc poſſunt dicere: ſed & gloriamur in tribulationibus.* O Ignatium exteriùs actum perſecutionibus, interiùs gloria fruentem! Nam extrinſecus maledicta, & perſecutiones, & detractiones Ignatio, eiúſque Societati permittuntur, vt interiùs omni gloria potiatur.

Dum externè Ignatius agitur detractionibus, internè beatus, omnique gloria fungitur.
Pſalm.44.
Auguſt.

38\. Contemplemur, quæſo, Ignatij, ac Societatis beatitudinem. Apud Manreſam Diuus octo dierum ecſtaſi in morem Pauli eleuatur ad ſuperos. Diſputationi addicitur, num Deitatis tunc Ignatio velamina fuerint reſerata. Tam perſpicuam Triados myſterij aſſecutus eſt diuinitus cognitionem, vt videatur haud potuiſſe tam perſpicuè calamo exponere, quod viſione non didiciſſet. Chriſti, Deiparæ, Angelorum, animarum beatarum fruitus eſt ſæpe viſione. Vt autem gloria illa, quæ *ab intus* etiam externa exhiberet documenta, quatuor dotibus gloriæ Ignatij corpus quodammodo vidimus ornatum: *& vidimus gloriam eius.* Iesv ſcilicet æmulatoris. Claritatis dote donatum vidit B. Philippus Nerius, Elizabeth Roſella: multi è Societate viderunt orantem velut Moſem fulgore circumdatum. Lacrymarum dono fulſit, quæ quidem, authore D. Ephrem, diuinos faciei ſplendores indit. Vt qui impaſſibilitatis dote frueretur, plurium ſimul dierum ſuſtinebat inediam, ter quotidie corpus vſque ad profuſionem ſanguinis verbere percutiebat, nunquam vulnere affecto medicamine. Tot ſtomachi acerrimis doloribus afficitur, ſic venter rigebat, lapillis adeò venæ opplebantur, vt Phyſici aſſererent, Ignatium miraculo ſuperſtitem. Quid de ſubtilitatis dote attexam? Clauſis oſtiis, ad cubiculum ſocij Colonienſi vrbe ingreſſus Chriſti è ſepulchro egreſſum æmulatur. Porrò agilitatis dote ornari ſæpe oſtendit, dum contemplationis vi à terra eleuatus obiicitur. An non ex perſecutionibus ita beatus.

Ignatij beatitudo interna, ac gloriæ externæ dotes claritatis, impaſſibilitatis, ſubtilitatis, agilitatis.
Ephr.

Porrò perſecutionibus vulnerari, eſt idem ac eſſentiali ex viſione beata, accidentalique ex dotibus gloria potiri. Dos quidem claritatis, & impaſſibilitatis apud actos perſecutionibus rutilat, Theophylacto aſſerente ad Theſſal. cap.1. *Afflictio propter* Iesvm *gloria eſt. Nam reddit ſplendidiores, nunquam non morti traditos, potentiores tamen, ac ſuperiores morte monſtratos.* At dotibus agilitatis & ſubtilitatis donari aſſerit iuſtum actum perſecutionibus, qui eum ſpiritum ſine corpore quodammodo eſſe profitetur. Sapiens ait, *Iuſtorũ animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis,* cap.3. Græcè, *& non attinget eos cruciatus.* Quare? Præſidi intentanti minas Baſilius reſpondiſſe fertur. *Horum, quæ adhuc commemoraſti, nihil nos attingit. Nam qui accipere queam tormenta, cùm corpore caream?* Sic Nazianzen. Orat. in Baſ. laud. Confirmans id Orat.1. cont. Iul. ait, *Martyres velut in alienis corporibus, imò quaſi corporum expertes dimicarunt.* Nunquam non Societas pro Iesv ſuo laboribus acta gloria vndique decoratur. Quàm toti orbi ſol fulgentiſſimus. Quàm impaſſibilis in Martyrum victoriis? Quàm ſubtilis ex Oleo nominis Iesv? Quàm velox ad miram per totum terrarum circulum dilatationem? Quid mirum gloriæ dotibus decorari, quæ nunquam non perſecutionibus, maledictis, detractionibus agitatur?

39\.
Perſecutionibus acta Societas gloria dotibus decoratur.
Theoph.
Sap.3.
Nazianz.

Observat. VI.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Ignatius præcinctus fortitudine ac robore obiicitur, vt ſolidum ſit Societatis fundamentum, Eccleſiæ fabricam æmulantis.

Aſſero, Eccleſiam Euangelicorum miniſtrorum labore protegi, ac fulciri.

Vidimus præſtrictione lumborum fortitudinem, ſeu ſoliditatem ſignificari. *Indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe.* Solidiſſimum D. Ignatium ad Societatis exædificationem reor fundamentum. Gallico plumbo Ignatius è muro decidit aliquando, vt ſurgeret: an Spiritus ſancti ſalubri vulneratur ab igne? 40.

Celebro vulnus pedum Ignatij à Petro ſanatum, Societatiſque mirabile ædificium.

Porrò bellum illud commiſſum legimus

Ignatius à

Spiritus

bello prodit claudus, vti Iacob, Spiritu ſancto cum ipſo dimicante. Gen.32.

Spiritus ſancti ſolemni, vnde crediderim igneum globum non tam ex bellico tormento, quàm ex Paracliti fornace prodiiſſe. Pedis oſſa militis fortiſſimi comminuuntur: claudúſne, Iacobi in morem, è campo recedit? Olim Iacob *manſit ſolus, & ecce vir luctabatur cum eo vſque manè. Qui cùm videret, quòd eum ſuperare non poſſet, tetigit neruum femoris eius, & ſtatim emarcuit*, Gen.32. Prodiit ergo Iacob è certamine claudus. Quónam, precor, myſterio? Rabanus, Futurus erat parens filiorum fidelium, ac infidelium, ideóque claudicabat. Profectò Ignatius vtroque in pede concidit vulneratus, ſed minimè claudicat, quia fidelium omninò Pater filiorum exſurgit. Exteriùs vulnere afficitur, interiùs autē ſpiritus cœleſtis igne roboratur.

Raban.

41. *Ignatij pedes inſtar columnæ.* Apoc 10. Conc Tar.

Et vidi, (inquit Ioannes,) *alterum Angelum fortem deſcendentem de cœlo, & facies eius erat vt ſol, & pedes eius tanquam columnæ*, (aliter columnæ,) *ignis*, Apoc.10. Concilium Tarraconenſe aſſerit Angelo hoc D. Ignatium figurari deſcendentem quidem de muro Pampilonenſi. Pedes ne comminuuntur? Minimè, igneæ enim columnæ ſunt ad arduum iter perficiendum. *Et poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram.*

42. *Vt Eccleſia fundata ſuper Chriſtū & Petrum: Societas Eccleſiæ æmulatrix ſuper Iesvm & Ignatium.* Matth 16. Auguſt.

Attamen Petrus in pedum vberiorem ſoliditatem Ignatij vulneri corpòreo medicamen adhibuit. Roborat Ignatium Societatis futurum fundamentum, qui Eccleſiæ meruit fundamen apponi, fante Domino, *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, Matth.16 Particulam, *ſuper hanc petram* preme. Nam, Auguſtino Authore *lib.1. Retract. cap.21.* poteſt vel ad Chriſtum, vel ad ipſum Petrum accommodari. *Aliquando expoſui in Petro ædificatam Eccleſiam, ſæpe verò ſuper petram, id eſt, Chriſtum. Quarum ſententiarum, quæ ſit probabilior, lector eligat.* O quantus Petrus, quanto robore, quanta ſoliditate potens, vt fundamen Eccleſiæ apponeretur tam adnatum exædificationi, vt fundamentum illud Iesvs ſit. Tanto robore donatur Ignatius ad Societatis fabricam, vt cùm ſit ipſe eius fundamentum, nempe Fundator, verè hoc ædificium Iesv appellari valeat. Fundata eſt Societas ſuper hanc petram, id eſt, Ignatium: an ſuper hanc petram, id eſt, Iesvm? *Harum ſententiarum, quæ ſit probabilior lector eligat.* Ego aſſeruero filius tam ſolidum redditum Iesv beneficio Ignatium, tam æmulatorem virtutum Iesv, vt ipſe Dominus non dedignetur vocitari Fundator Societatis, quam Ignatius extruxit. Curat ergo Petrus Eccleſiæ petra ſolidiſſima petram Ignatium omnino ſolidare, ne tanta fabrica claudicare videatur.

43. *Portæ inferi, id eſt, peccata, & hæreſes non præualebunt aduerſus Eccleſiam, fundamini cuius Diui, & Ordinū Fundatores adduntur.* Matth.16. Hieron. Chryſoſt.

Quid Petro cum Societatis Iesv fundamine? Certè Apoſtolus curat huiuſce fabricæ ſoliditatem, quia Eccleſia ipſa Societatis obſequio roboranda non mediocriter erat. Addit Dominus, *& portæ inferi non præualebunt aduerſùs eam*, Matth.16. Quænam inferi portæ? Hieronymus, *Vitia & peccata, & hæreticorum doctrina.* Non præualebunt, quia Petrus Eccleſiæ fundamen? Profectò non præualebunt, quia Eccleſiæ alij Diui coadiutores Petro adduntur ad portarum inferni debellationem. Chryſoſtomus lib. Theſaur. *Petri Eccleſia ab omni ſeductione, & hæretica circumuentione manet immaculata ſuper omnes Primates Eccleſiarum;* (& Ordinum, addiderim, Fundatores,) *ſoláque regnat inquaſſabiliter omnium hæreticorum ora obturans.* Si Primates Diui fundamini addicuntur Eccleſiæ, ſpecialiſſimo iure exiſtimo Ignatium haud inibi locum infimum obtinere. Lutherus, Eccleſiæ perſecutor, an è cœlo cadit, vel è tartaro ſurgit? Enricus VIII. falſis dogmatibus curabat corruere exædificationem. Sacramentorum frequentia friguerat, virtus ad diſerta Religioſorum domicilia fugitabat, ſapientia ſcatebat erroribus. Tunc Ignatius hæreticorum malleus, virtutis aſſertor, Sacramentorum cultor & acclamator, ſapientiæ facilè domicilium Eccleſiæ fundamini addicitur, vt vitiorum, ac hæreticorum ora rabidiſſima obturaret.

44. *Societas eſt muri Eccleſiæ propugnaculum.* Cant 8.

Aiebat de Eccleſia Dominus, *Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea*, Cant.8. Quódnam propugnaculorum munus? Exponuntur hoſtium ictibus, & incurſioni, vt muri illæſi maneant: ad quod quidem officium magnum neceſſum eſt robore ædificari. Liceat aſſerere Societatem Iesv propugnaculum eſſe muro ipſi admodum ſimile. Conſtat Eccleſia Prophetis, Apoſtolis, Martyribus, Confeſſoribus, Virginibus, Doctoribus, Euangeliciſque miniſtris? Aſpice Societatem Iesv. An non plurimi prophetantes Borgiæ? Apoſtoli Xauerij? Martyres illuſtriſſimi vbique terrarum ſanguine purpurantes gladium? Confeſſores? Virgines? Doctores innumeri? Sacra ad conuerſionem, ac perfectionem proximi miniſteria? Tam pulchrum propugnaculum, tam robuſtum, vt inferi portæ ſæpè vnam Societatem conatæ fuerint euertere, ratæ quidem Eccleſiam, ablato propugnaculo, non mediocriter perturbandam.

45. *Ignatius claudus corpore ac ſpiritu à Petro ſolidatur, quia ſeſe appoſuit ad ſpecioſā portam, id eſt, Mariæ interceſſionem iniit.* Act.3.

Ergo Petrus Eccleſiæ fundamentum dum ſe videt tot vitiis, tot hæreticis impugnatum, pergit ad Ignatium, vt à ſolida Petra pedes Ignatij qui futurus erat Eccleſiæ propugnaculum, ſolidi redderentur. Claudus apud Ieroſolymam Petrum rogauit, *vt eleemoſynam acciperet.* Cui Apoſtolus, *Argentum, & aurum non eſt mihi, quod autem habeo, hoc tibi do: ſurge, & ambula*, Act.3. Petrus ſolida petra pedum ſcit ſoliditati prouidere, ne corporis, & ſpiritus corruat ædificatio. Ad alium claudum acceſſit Apoſtolus, cuius roboratione totus erat fidelium cœtus confirmandus. Recole claudi hiſtoriā. *Quidam vir, qui erat claudus, baiulabatur, quem ponebant ad portam Templi, quæ dicitur ſpecioſa*, ibid. Petrus roborat claudi pedes apud ſpecioſam portam commorantis? Quid mirum Ignatium à Petro ſanatum fuiſſe, ſi apud ſpecioſam æger cōmorabatur? id eſt, ſi toto affectu ſeſe Deiparæ litauit Ignatius? Bellè Lyranus, *Porta ſpecioſa eſt beata Maria, de qua cantat Eccleſia, Fœlix cœli porta. Si quis claudus eſt, ambulare non potens in via morum, ponatur per deuotionem ad ipſam, erigetur diuinitus, & fortificabitur ad velociter gradiendum. Si verò fuerit pauper & mendicus, ditabitur plenitudine ſpiritualium bonorum. Et hæc mutatio dexteræ excelſi mirabilis eſt in conſpectu omnium.* Seſe Ignatius ad ſpecioſam claudum collocauit, Virgo apparuit infirmo, qui non poterat ambulare, & miniſterio Petri pedes roborauit corporis, vt ſpiritu claudicanti olim ſimul roborato tot curſus ſalutares perficeret. En robur Ignatij.

Lyran. *Quàm velociter ſpē Mariæ concurrit Ignatium.*

OBSERVAT. VII.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Præcinctum Ignatium perſecutionum coarctatiò fulgentiſſimum toti orbi expoſuit.

Perſecutionum enim impugnatio iuſtos reddit clariores.

46. *Celebro Societatis victoriæ ex* Iesv, *ac D. Petri Clericorum Regularium Parentis, ſpeciali protectione.* *Proles laboris gloria ei, qui actus tribulationibus reſpicit* Iesvm. *Sic Ignatio ex reſpectu in* Iesvm *gloriam peperit perſecutib.*

POſt arctiſſimam conſtrictionem Apoſtoli iubentur faſces fulgentiſſima manu geſtare. An nòn in victoriæ celebrationem? Perſecutionibus illi præcinguntur, agitantur, ſed clariſſimo fulgore circumdantur. Quis crederet perſecutionum tenebras à tot fulgoribus effugandas? En Ignatij tribulati fulgores.

Quidam fatur Philoſophus, *Proles laboris gloria.* Difficilis ſententia. Nam cùm parentum imaginem, ac ſimilitudinem filij referre ſoleant, meritò quis dubitet, quomodo tribulatio gloriam pariat adeò ſibi diſſimilem? Reſpondet Hieronymus in tradit. Hebr. ad Gen. *Scriptum reperitur in libris Hyppocratis, quod quædam ſuſpicione adulterij fuerit punienda, cùm pulcherrimum peperiſſet vtrique parenti diſſimilem, niſi ille ſoluiſſet quæſtionem monens quærere, ne fortè talis pictura eſſet in cubiculo: qua inuenta, mulier à ſuſpicione liberata eſt.* Mentis oculis Iesvm, eiúſque gloriam aſpectauit Ignatius, dum agitaretur perſecutionibus; vnde tribulatio ſibi quidem diſſimilem, ſed ſimillimam Iesv peperit gloriam. An non diſcoloribus virgis Iacob obiectis maculoſos ac variegatos fœtus diſſimiles parentibus vtriſque curauit edendos? Obiicit ſibi Ignatius Iesvm virgam quidem ex vulneribus diſcolorem, & labores Iesv glorioſo ſimilem fulgorem enititur.

47. *Parit tribulatio gloriā Ignatio.* 2.Cor.4.

Paulus opportunè, *Quod momentaneum eſt, & leue tribulationis noſtræ, æternum gloriæ pondus operatur in nobis,* 2.Cor.4. Græcè, *parit in nobis.* Quónam modo tribulatio poteſt filiam tam pulchram diſſimilem parenti parere? Addit Apoſtolus, *Non contemplantibus nobis, quæ videntur, ſed quæ non videntur.* Dum ergo Ignatius actus perſecutionibus Iesvm à iuuentute in laboribus contemplatur, gloria ſimilis Chriſto glorioſo generatur, & parit tribulatio pondus in homine beatitudinis.

48. *Ignatij vbique perſecutiones.* Ex Ribad. Euſeb. Eucher.

Quàm glorioſus ex calumniarum tribulationibus Ignatius euaſit! Nullum bellicum inſtrumentum tartari fornax conflauit, quod aduersùs fortiſſimum Ignatium non inſtrueretur. Apud Salmanticenſem Academiam vinculis illigatur, & dignus torque ab æmulis iudicatus abſoluitur. Complutenſis aula Ignatij mores aduocat ad examen, auguſta Iudicum acclamatione. Inibi lingua gehennæ accenſa igne in Diuum maledicta iactat, aſſerens dignum eſſe incendio. Igne perire, ait, cogar, ſi Ignatius agnatus flammis non obiicitur. At illa ipſa die conflagrans domus miſerum detractorem abſumpſit, communi innocentis commendatione. Curat diabolus Pariſiis D. Barbaræ Collegium virgas ad diuerberandum Ignatium præparare, quia Scholaſticum *Amador* nomine, ad meliora duxerat. Attamen humilis Diui reſponſio, & fortis ad vulnera indifferentia fecit virgas percuſſuras authoris diaboli augeſcere incendia. Romæ quidam oſor virtutis clamauit Ignatium hæreſi infectum à Tribunali Inquiſitionis Hiſpanicæ aufugiſſe. Sed diuina prouidentia in vrbem coëgerat iudices, qui olim cauſas innocentis Ignatij apud Hiſpaniam recognouerant abſoluentes, vt in Italia commendabilem aperirent, quem Roma innumeris titulis admiratur acclamans. An non vides tribulationem gloriæ parentem? Aptè Philoſophus, *Proles laboris gloria.*

49. *Diabolus præparat gladios ad vſū Ignatij, qui ipſum interimit.* 1.Reg 17.

Pulcherrimum Iesv triumphum contemplemur oportet. Quis crederet hoſtem ſuomet gladio fugulandum? Philiſthæum Dauid interfecit eodem gladio, quod aduersùs adoleſcentem ille præparauerat. *Cúmque gladium non haberet in manu Dauid, cucurrit, & ſtetit ſuper Philiſthæum, & tulit gladium eius, & interfecit eum, præciditque caput eius,* 1.Reg.17. Ad quæ D. Baſilius Seleuc. orat. 15. *Cùm igitur Goliath arma fabricaret, id ſe in vſus Dauidis facere, & proprij iugulatoris baiulum in aduerſarij habitu Dauidi venire ſubſidio ignorabat.* O horribilis ad Ignatium percutiendum gladij fabricator, cùm ferrum æri admiſcebas, ſeu iudices apud Salmanticam, apud Complutum in Diuum excitabas, ac fornaces iræ, & inuidiæ igne acuebas: an cogitâſti fore, vt Ignatio ad te perimendum arma fabricares? *Ad vſus Ignatij* gladius effectus eſt, ſi ab eiſdem impugnatoribus tunc Iudicibus poſtmodum Romæ protegitur, tibi exitiali vulnere inflicto.

Baſil.Sel.

50. *Gladios, quos vbique diabolus aduersùs Ignatium præparauerat, Ignatius Romæ collectos arripit ad diabolum comminuendum.* Exod 17. Theodor.

Iſraëliticus populus olim *pugnauit contra Amalech,* Exod.17. Queiſnam armis, ſi quidem audiens Hebræos vaſa aurea & argentea mutuò poſtulâtes, nõ audio & arma efflagitaſſe. Theodoretus in Cat. Græca. *Pugnauit contra Amalech. At quibus armis? Iis nempe, quæ cum cadaueribus Ægyptiorum ad litora deuoluta ſuſtulerat.* Hoſtes igitur arma Hebræis interficiendis parata, eiſdem coniuncta in litore miniſtrant ad Amalechitarum comminutionem. Omnium hoſtium gladij ſeparati priùs ſingulorum militum armantes dexteram, latera munientes coniunctim in litore Hebræis præſentantur ad Amalechitarum interfectionem. Præparant dæmones ſeparatim gladios ad Ignatij necem, iudices ſtringit vulneraturos, qui coniuncti in vrbe Ignatij innocentiam conteſtantur in dæmonum interfectionem.

51. *D. P[illegible] Cler[illegible] Ieſuit[illegible] vbique [illegible] ſe iat[illegible] vr[illegible] di[illegible].* Amos 6.

Profectò Petrus Romæ Præſul, cui Ignatius ſeſe ab adoleſcentia obſequentiſſimum oſtentarat, ab impugnantibus hoſtibus defendit, quia futurus ipſe ſtatus clericalis fulgor Eccleſiæ acerrimus propugnator. Amos prædixit: *Numquid currere queunt in petris equi?* cap 6. Liceat vulgariter explicare, *Podran campear los cauallos en ſitios pedragoſos?* Dum tartarus aduersùs Ignatium equitatum immittit ad campum, Iesvs, & Petrus, petræ quidem equis ſeſe offendicula apponunt, ad Diui victoriam. D. Hieronymus, *Petra Chriſtus eſt, qui donauit Apoſtolo Petro, vt ipſe quoque petra vocetur. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Quæ in iſtis petris fuerint aduerſariæ poteſtates, quæ appellantur equi, perſequi eum non poterunt curſibus præpeditis, & per petras currentibus.* Quid timeat

Hieron.

Societas

Societas tot hoſtibus inuiſa, ſi ſemper IESVS ac Petrus Clericorum Regularium Pater in ſuorum militum protectionem ſeſe apponent hoſtibus offendicula.

OBSERVAT. VIII.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Præcinctus Ignatius ad currendum, adeò velociter curſum inſtituit, vt nec ad valedicendum propinquis, ac cognatis demoraretur.

Edocens, domeſticos, ac conſanguineos, ſpiritualis viri inimicos eſſe.

51. *[illegible] omninò à cognatis [illegible].*

INnuimus præcingi ſolitos Hebræos ad curſus velocioris inſtitutionem. Præcinctum admodum contemplor Ignatium, *ad currendam viam*, gigantis in morem: ſiquidem nec domeſticis valedicere moraretur. Vix Diuus nuncium ſeculo remiſit affectu, cùm exſurgens ad Montiſſerrati verticem inuiſurus Deiparam properauit. Peregini indumentis annis pluribus exul à fratribus Martini Garcia de Loyola domo recedens, commoratur. Studio literarum operam impendit eleemoſynarum ſubſidio non ſumptibus propinquorum, ſicut Xauierius & alij ſocij. Et Lutetia rediit Guipuzcoam, & apud patriam peregrinus degit à xenodochio exceptus hoſpitio, Martini Garcia de Loyola patriam domum oblitus.

53. *[illegible] ante acceſſum ad IESVM debet recedere à cognatis, quia acceſſurus ad Chriſtum: quid poſt acceſſionem?* Luc. 9.

Nec mireris, quia *inimici hominis* ad ſuperos properantis *domeſtici hominis*. Domino quidam aiebat adoleſcens, *ſequar te, Domine, ſed permitte mihi primò renunciare iis, qui in domo ſunt*, Luc. 9. Quò tendis amice? Vt vale dicam parentibus, cognatis, ſeculo. Non pergas. *Nemo enim mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retrò, aptus eſt Regno Dei.* Quomodo retrocedam, qui nondum ſum iter aggreſſus? Profectò qui impulſus ſeruiendi Numini deſiderio, meditatur accedere ad IESVM, debet omninò à cognatis fugere. D. Baſil. Reg. breuior. inter. 179. *Quod ſi de eo, qui renunciare tantùm voluerat, tale iudicium eſt, quid de aliis dicendum?*

Baſil.

54. *[illegible] [illegible] in[illegible], decem [illegible] [illegible] certamẽ, [illegible] idolorumque [illegible].*

Dominus Gedeoni, *Deſtrues aram Baal, & nemus, quod circa aram eſt, ſuccide: & ædificabis altare Domino Deo tuo in ſummitate petræ huius. Aſſumptis ergo Gedeon decem viris, fecit ſicut præceperat ei Dominus.* En Ignatium, peccati, ac idolorum deſtructor futurus exſurgit fortiſſimus Dux ſacerrimi exercitus. Apud petroſum Monſerratis verticem altare ædificat, Deiparenti gladium offerens aſſumptis decem viris, primis quidem fortiſſimis ſociis Xauierio, Lainio, Salmerone, & aliis, cœleſtis Imperatoris præcepta curat implere. Opportunè adiicit textus, *Timens autem domum patris ſui, & homines illius ciuitatis, per diem noluit facere, ſed omnia nocte compleuit*, Iudic. 6. Paternam domum timuit Ignatius, timuit fratrem, & conſanguineos, ne ſibi impedimento forent: ideo de nocte conſurgit, diſceſſurus: rediturus autem paternam domum fugit inire. Apposite Philaſtrus hæreſ. 95. *Gedeon nocte incendens, & frangens, à Deo tantum virtutis meruit impetrare, vt cum paucis ſuis ſinitos vinceret inimicos.* Fugiens cognatos Ignatius cum paucis ſocij tantum à Deo virtutis obtinuit, vt inimicos infinitos vinceret. Teſtor Xauerium vnum tot apud Indos ac Iaponios idola comminuentem, tot ſuccidentem lucos, tot hoſtes horribiles ſuperantem.

Iudic. 6.

Philaſt.

Mihi credite ſpirituales viri Ignatij alumni, parentes, ac conſanguineos in re virtutis gerenda ſemper inimicos experiemini. Chriſtus dixit Apoſtolis, *Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis*, &c. Matth. 10. Miniſtros inſtructurus Euangelicos, eos ſerpentis aſtu prudentiſſimo ab hominibus cauere iubet, ne ab ipſis infideli proditione tradantur. Et à quibuſdam precor Apoſtoli debent recedere, ne hoſti tradantur occidendi? Credo ſolummodo conſanguineos verum timorem debere Apoſtolicis viris incutere. Nullus enim acrior hoſtis cognato ad viri ſpiritualis, ac Apoſtolici miniſtri perniciem. Pulchrè Caietanus, *Cauete ab hominibus. Non à lupis, ſed ab hominibus. Homines appellat eos, qui humanitatis officiis, prætextu conſanguinitatis, patriæ, & aliorum humanorum vinculorum conſulunt, vt non patiamur, vt non perdamus hanc vitam propter fidem.* Et quinam lupus horribilior aduersùs Ignatium ſecularia dimittentem exſurgeret, quàm Martinus de Loyola, qui fraternitatis prætexru Diuum à propoſito itinere curauit auolare?

55. *Nullus horribilior hoſtis viro ſpirituali euertendo, quàm cognatus.*

Matth. 10.

Caietan.

Quàm verè cùm ſponſa clamaret, *Filij matris meæ pugnauerunt contra me*, Cant. 1. præmiſerat, *Nolite me conſiderare quod fuſca ſim, quia decolorauit me ſol.* Quibus verbis, ex ſententia Patrum inſuperabiles labores adnotantur ſub Solis decoloratione. Cur ergo prætermiſſis tot tribulationibus, ſolummodò fratrum pugnas expreſſit? Certè, quia ſpirituali animæ fratrum bellum vincit omnium tribulationum horrorem. Bernardus ſerm. 29. *Sola (ait) exprimitur perſecutio à domeſticis, & tacentur tot tam grauia, quæ vbique terrarum pertuliſſe cognoſcitur.* Vbique Ignatius ſedens *ab omni natione quæ ſub cœlo eſt*, (cum Abbate loquor) grauiſſima perpeſſus, ſolius fratris impugnatione affici timuit, & ideo apud paternam domum minimè commoratur.

56. *Nulla ſpirituali viro perſecutio grauior illa, quæ à fratribus habet.* Cant. 1.

Bernard.

Regularis obſeruantiæ alumne, fuge propinquorum conſortia, ne recedens à via eiuſdem Bernardi illo verbere percutiare epiſt. 4. *O puer inſenſate, ô puer magis ſenſu, quàm ætate. Quis te faſcinauit, ab incœpto itinere tam cito deflectere? Auunculus, inquis. O auunculum crudelem, qui ſtatim moriturus, nepotis animam priùs interfecit: quem vt peccatorum ſuorum haberet hæredem, à Chriſti ſorte priuauit.* Fateor, crudelem auunculum: ſed aſſero ſtultiſſimum adoleſcentem, qui à ſeculo receſſurus, non omninò à cognatorum conſuetudine diſceſſit. Ideo Ignatius edocuit alumnos, vti omnem cognationis affectionem reponerent, cùm primam ſacræ militiæ nomen darent. *Vnuſquiſque*, inquit, *eorum, qui ſocietatem ingrediuntur, conſilium illud Chriſti ſequendo, qui dimiſerit pa-*

57. *Ideo Ieſuitæ à cognatis recedere iubentur.*

Ignatius.

trem, &c. *exiſtimet ſibi patrem, matrem, fratres, & ſorores, & quidquid in mundo habebat, relinquendum: imò ſibi exiſtimet dictum verbum illud: Qui non odit patrem, & matrem, non poteſt meus eſſe diſcipulus*, Exam. gener. cap.4. Quomodo huiuſmodi ſtrictum indiceret documentum Ieſuitis, niſi tam præcinctum ad fugiendum cognatorum conſortia ſe ſe priùs oſtentaſſet.

Observat. IX.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Ignatius præcingitur ad innumera patranda miracula, quia accinctus eſt ad miniſteria cuncta gratis præſtanda.

Nam qui manus à muneribus excutit, eas exerit ad miracula.

58. *Miniſteria Societatis gratis exhibita collaudo.*

Ex mente Haymonis ſuccingi famulos, idem eſt, ac vires ad patranda miracula exerere. *Indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe*, Pſalm. 92. ſcilicet ad excitanda prodigia. Præcinxit ſe Dominus linteo cùm Diſcipulorum pedes abluit, vt eos ad Euchariſtiæ exceptionem diſponeret, cùm *ſciens, quoniam omnia dedit ei Pater in manus*, ſuam omnipotentiam ad miraculum illud exeruit cunctorum mirabilium recapitulationem: *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe.* Porrò eadem lumborum conſtrictione figuratur gratis impendere miniſteria. Ideo Auguſtinus huic ſenſui illa ipſa Dauidis verba accommodat: *Indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe*, reſpiciens illud Pauli, *Tanquam nihil habentes, & omia poſſidentes. Cùm omnia* (inquit Doctor) *poſſidet, decorus eſt: cùm nihil habet, fortis eſt.*

Pſalm 92. *Præcingi ob auaritiæ ablegationem, eſt præcingi ad gerenda miracula.*

Auguſt.

59. *Indicit Ignatius Ieſuitis, vt gratis exhibeant miniſteria, ad excitationē tot Societatis miraculorum.*

Cùm ergo nihil ex miniſteriorum impenſione Ignatius habet, fortis eſt ad innumerabilia patranda miracula. Ieſuitæque nihil ex continuo proximorum obſequio habentes, præcincti ad prodigia gerenda oſtentantur. Et vndénã Societas Iesv facta eſt Domino in miraculum tot tã exiguo tempore incrementis illuſtris, niſi ex gratuita miniſteriorum impenſione? Profatur Ignatius Conſt. part.6.§.7. *Omnes, qui ſub obedientia ſunt Societatis, meminerint, ſe gratis dare debere, quæ gratis acceperunt: nec poſtulando, nec admittendo ſtipendium, vel eleemoſynas vllas, quibus Miſſæ, vel confeſſiones, vel Prædicationes, vel lectiones, vel quodlibet aliud officium ex iis, quæ Societas iuxta noſtrum inſtitutum exercere poteſt, compenſari videatur: vt ſic maiori cum libertate poſſit, & proximorum ædificatione, in diuino ſeruitio procedere.* Adderim, & tot vbique, & Martyribus, & Confeſſoribus, & voluminibus, & miniſteriis miracula ſuſcitare.

Ignat.

60. *Non gerimus omni-*

Ad miracula patranda, manus ab omni munerum exuantur ſpe, Deificum enim miniſterium cum auaritia minimè colligatur. Pulchrè aiebat Sedul.lib.3.Paſch.cap.25. *Quiſquis Deitatis opus exercet, puri muneris gratiam conſecutus, puri muneris gratia ſit deuotus, vt diſpenſator potius, quàm mercator eſſe videatur.* Preme illud, *Quiſquis Deitatis opus exercet.* Certè nullum opus magis proprium omnipotentis Deitatis, quàm patratio miraculorum. Vt ergo ad Deitatis huiuſmodi opera præparemur, diſpenſatores ſimus eorum quæ gratis accepimus, non mercatores. Dum Societatis munificentiam laudo, haud reliquas Religiones damno, quæ iuxta conſtitutionum præſcripta ob miniſteria ſua ſubſidia excipiunt temporaria. At illam execrabilem aliquorum ſecularium Presbyterorum auaritiam taxo, quibus ouicula ſine lana iam omnino perdita reputatur: quæ autem lana, & lacte abũdat, ſigni arietis loco collocanda effertur. Non hi exiſtent potentiæ diuinæ imitatores. Liceat vulgariter explicare: *No haran milagros.*

potentiæ opera, niſi ab auaritia manus excutiamus. Sedul.

61. *Qui in miniſteriis negotiatione: nõ agnoſcit, in Dei potentias ingreditur, ad agenda miracula.* Sedul.

Opportunè Dauid, *Quoniam non cognoui literaturam, introibo in potentias Domini*, Pſalm.70. Aliter, *Quoniam non cognoui negotiationes.* Ac ſi diceret, quia circa miniſteria ſacra non me geſſi vt mercator negotiationibus operam impendens, (do, vt accipiam) potentiam Deificam æmulabor ad miraculorum patrationem. Sedulius adhuc, *Diſpenſator potius, quàm mercator, cantico Dauidis impleto, ſpem ſibi vitæ ſic pronunciet: Quia non cognoui negotiationem, introibo in potentias Domini.* Ignatius planè Dei potentiæ æmulator exurgit quaſi cunctæ dominator creaturæ, quia quod gratis accepit, gratis impendit proximis, vel licitis renuncians emolumentis.

62. *Ignatij miracula maius ſunt hoc mundo, quē ipſe replenit eis.* Auguſt.

Ex præſtantia igitur affectus Ignatij circa gratuita miniſteria colligam illius potentiam, ad mirabilium patrationem. Aiebat Auguſtinus lib.11. de ciuitat. *Quidquid mirabile ſit in hoc mundo, profectò minus eſt, quàm totus hic mundus, id eſt, cœlum, ignis, terra, mare.* O Diue ſapientiſſime, nondum tunc temporis Ignatij miracula coruſcarant, quæ ſi vidiſſes, iudicares maius quid eſſe quàm totus hic mundus. Tot enim mira cœlum, ignem, terram, mareque complent, vt ex miraculorum abundantia vix creaturis locus adeſſe videatur.

63. *Quia Iesvm Ignatius vbique glorificauit, vbique à Iesv glorificatus eſt miraculis patratis.* Bonau.

Bonauentura *ſerm. de vno Martyr.* profatur, *Ego, Deus, ait, glorificantes me glorificabo. Quia hic ſanctus Deum glorificauit, ipſum Deus glorioſum efficit.* An non de Ignatio id ſcriptum eſſe ſim ratus, ſi ſpiritu cœleſti impulſus Pontifex, ſic D. Ignatij Orationem texuit? *Deus, qui glorificantes te glorificas*, &c. Glorificauit Ignatius Iesv nomen cunctis in elementis adeò vt illud vberrimè impleatur. *Vt in nomine* Iesv *omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum.* Ideo Dominus gratitudinis ergò præconem ſuum glorificauit, elementa ſingula complens Ignatij fulgoribus. Cœlum, ſiue æther potentiam Diui manifeſtat, dum eius interceſſione procellæ infrænantur, aër corruptus puritate afficitur. Ignis Ignatium vocari ex igne prædicat, dum apud Munibregam lampades aqueo plenæ liquore ſuccenduntur, ac ſi oleum effunderetur. Quidam virtutis inimicus Compluti audenter profatur, igne corruptus peream, ſi Ignatius dignus non eſt incendio committi: & ipſo illo die conflagrante tecto, maledicti pœnas perſoluit. Cùm

cuiuſdam

cuiuſdam nocturni feſtiui luminaris papyrus arderet, Ignatij imago incolumis obiicitur rubi Moyſi prodigium recolens. Ex flagrante domo fœmina Ignatij imaginem ſolummodo ab igne intactam extrahit, quam tradit viro, vt igni iam iam meſſes ſuccenſuro murum impenetrabile opponat. Cùm bellicorum tormentorum ſtrepitus audiretur, fœmina gremio lactandum adducens infantem, dixit, qua de cauſa ſine plumbi glande ænea tormenta ſuccenduntur? reſpondit infans: Craſtina die D. Ignatij ſolemnia celebrabuntur. Terrarum orbi potentiſſimum profitetur Ignatium. Pharmacopolium fuit Diui nomen, ad omnia incommoda corporis ac animi propulſanda. Teſtor D. Dominici virum virtute ac literis præſulgidum, qui apud vrbem Cuzquenſem poſt ſeptem annorum paralyſim lectis Ignatij miris, emiſſaque ieiunij promiſſione, repentè lingua ſoluta, gloriam Diui protulit, è lectóque cunctis mirantibus, acclamantibuſque proſiliit. Dæmones (vt inferni terreſtrium morem gerant) profeſſi ſunt Ignatium eorum eſſe ſupremum inimicum. Tres æmulator Domini mortuos ad viuos reuocauit, apud Barcinonenſem vrbem homuncionem deſperatione laqueo addictum, puerum in Munibrega oppido, ſcholaſticum Florentinum, qui aduersùs magiſtrum ſuum Ieſuitam falſum iactarat teſtimonium, & ſe ſe è viuis eripuerat vi, ne de crimine contineeretur. Hic igitur rediit ad viuos, vt magiſtri innocentiam aperiret. Dæmones qui ab ſcripto Ignatij nomine è Collegio Loretano expulſi fuere, liberatoris illius gloriam funeſtis clamoribus decanrarunt. En cœleſtium, terreſtrium, ac infernorum concentus ad glorificationem Ignatij, qui apud cœlicolas, terticolas, & infernos nomen Iesv vocibus, & operibus glorificauit.

Observat. X.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Ignatius accingitur ad Eccleſiæ propugnationem cùm è tartaro impugnator Lutherus aſſurgit.

Innuo viros egregios poſſe Iesv *fortitudinem æmulari.*

64\. APoſtoli præcinguntur ad horribile bellum gerendum cum Iesv oppugnatoribus: lectuli Salomonis cuſtodes fortiſſimi. Doctiſſimas ad bellum Religiones Deus in Eccleſiæ protectionem immiſit, cùm illa ab horribilibus hoſtibus diuexatur. Pelagius procedit ad arenam, abnegans Sacramenta fidei, Auguſtinus robuſtiſſimus bellator exſurgit, qui eius comminuat audaciam. Crudeliſſimus Abailardus campo ſortitur? Bernardus oppugnator certamini inſudat. Albigenſes oblatrant? Canis Dominici gregis Dominicus hinc fideliſſimo latratu deterreat, illinc Franciſcus vulneret nuditate. Sunt feræ quas fugat homo nudus innocentiæ nudæ qui refert imaginem. Inficit Lutherus orbem veritatis, ac virtutis oſor acerrimus, Sacramentorum taxator, vniuerſæ hæreticæ peſtilentiæ cathedram ſuſcitans? Ignatius bono Christi Iesv odore perfuſus, & ſpiritus igne ſuccenſus vti fumo fragrantiſſimo immiſſo, ab infectione mundum valeat præſeruare. Naſcitur quodam in ſtabulo Ignatius alter Franciſcus, Iesvs alter: vt Ieſuita à cunabulis ediſcat, ſoli Iesv protegendo exoriri.

[...]ultarum [...]tum fortitudinē ad [...]cleſiæ [...]pugnatio[...]m contra [...]ticos [...]mmendo.

65\. Fatur ſponſus, *En lectulum Salomonis, ſexaginta fortes ambiunt ex fortibus Iſraël, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi,* Cant. 7. Hæretica prauitas ſex hoſtes ſecum infenſiſſimos adducit, modò dolis, modò aperto Marte graſſantur. Hos enumerat Abſalon Abbas ſerm. 2. de Aduent. *Primus eſt affectus prauæ conſcientiæ. Secundus vanitas mundanæ gloriæ. Tertius timor mortis. Quartus deſperatio ſalutis. Quintus ſpiritualis nequitiæ in cœleſtibus. Sextus ſubtus inhians infernus.* Horum primus impugnat cordis munditiam, ſecundus impedit ne aſpiremus ad patriam, tertius ſupplicium pœnæ minatur, quartus ſpem miſericordiæ denegat, quintus agit, vt à Deo ſeparet, ſextus captiuos conatur incarcerare. Contrà prodit Eccleſia Religionum valido præſidio comitata, & ſex hoſtibus propugnatores opponit ſexaginta, hoc eſt, innumeros. Quinā milites Ieſuitæ? *Ad bella doctiſſimi.* de quibus Berengoſius Abbas lib. de myſt. Ligni Domini. *Illi in Eccleſia Dei quaſi fortes ex fortiſſimis Iſraël eſſe creduntur, qui contra carnalis concupiſcentiæ luxus ſpirituali gladio ſemper pugnare nituntur, & nomine, & operatione.* An non Iesv Societas & nomine & operatione ſemper pugnax exſurgit ad hæreticos debellandos, ad eorum malitiam obruendam?

Ignatius, & Ieſuitæ fortes, ad bella doctiſſimi. Cant. 3.

Abſal.

Bereng.

66\. De Ignatio, Ieſuitiſque doctiſſimus Martinus de Rio illa viſus mihi protuliſſe, *Hi omnes gladios manu tenent, hoc eſt, armis idoneis, id eſt, gladiis ſpiritus, (ſic verbum Dei vocatur,* Epheſ. vltim.) *ſunt inſtructi. Gladio huiuſmodi inſtructi, nouerunt ſibi non abutendum eo, videlicet non detorquendo eius vſum in commoda ſua, vel vanos animi ſenſus: ſed ſenſus, commodaque ſua adamuſſim ſacræ Scripturæ exigunt. Huic intellectum ſuum obſtringunt. Ideo Hebraicè dicuntur, ipſi gladio alligati ſunt in prœliis ſpiritualibus exercitati, docti pugnare cum carne, & ſanguine, cum Principibus huius mundi, cum poteſtatibus tenebrarum harum, cum nequitiis incorporeis. Peritia in eo poſita eſt, quod cum Chriſto norunt facere, & docere: & opera cum prædicatione maritare.*

Deſcriptio fortitudinis Ignatij, & Societatis Iesv.

Del-Rius.

67\. O Ignatium fortiſſimum ita facis, ac doces, vt poſt Christi Iesv Ducis tui obitum videaris eius vicarium gerere. Iesv Societas noſter appellatur exercitus, meritò quidem, quia Iesv facientis, ac docentis præſentat imaginem. Theodoſius fortiſſimus Eccleſiæ propugnator obierat, ſed Ambroſius celebrans hæredum fortitudinem *Orat. de Imper. obitu*, profatur. *Reliquit nobis liberos ſuos, in quibus eum debemus agnoſcere, & in quibus eum & cernimus, & tenemus.* Liceat magnis, imò immenſis parua celebrare. Iesvs Dux noſter ad ſuperos auolans reliquit orbi ſigniferum Ignatium, reliquit & filios Ieſuitas, *in quibus* facientibus quidem, & docentibus, *eum debemus agnoſcere.*

Ignatius facit, & docet Iesv *facientis & docentis vices gerens, ac quaſi* Iesvs *alter.*

Ambr.

Adiicit

Adiicit Doctor, *Nec moueat ætas.* An quia iuuenta IESV filij florent, minus apti bello comperiuntur? Imò, quia adoleſcentia viget ſocietas validior certamini deſudabit. *Fides militum Imperatoris perfecta ætas eſt.* Militum fidelis affectus canorum venerabile præſentat argentum, Imperatoriſque cœleſtis ætatem æmulatur. Nam ſocietas vnius ſeculi, ætatem plenitudinis Chriſti iam exponit Eccleſiæ.

68. *Societas IESV parua, ſed murus ad Eccleſiæ ſuſtentaculum.* Cant.7.

Vultis agnoſcere, num Ignatius ſit cum pueris computandus? an Societas ſit iuuencula, & ideo inermis, nec apta certamini? Profatur ſponſus, *Soror noſtra parua eſt, & vbera non habet. Si murus eſt, ædificemus ei propugnacula argentea,* Cantic.7. Si paruula ſoror, quónam modo murus exiſtit? Paruula eſt ætate, ſed murus fortitudine. En IESV Societatem, IESV ſororem, ſociam. Pauula eſt, ſed murus eſt. An paruus Ignatius? Quomodo paruus, ſi murus eſt ad Eccleſiæ ſuſtentationem? Audi Concilium Tarraconenſe. *Ducem Ignatium Deus ſingulari prouidentia his temporibus dedit Eccleſiæ, vt tanquam Atlas humeris ſuæ doctrinæ, & pietatis Eccleſiam ſuſtentaret.* Si conarer verbis exprimere Ignatij, ac Societatis IESV aduersùs hæreticos conſtantiam, tot Martyriis expreſſam, tot voluminibus expoſitam, prius non dies iam, ſed ſeculum deficeret, quàm vel particulam dignè aperire valerem.

Concil. Tarrac.

OBSERVAT. XI.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Diuina prouidentia Ignatius apud ſeculum militem geſſit, vt ediſceret, quónam modo ſpirituali addictus militiæ pulchra exhiberet ſpiritualis roboris documenta.

Aſſero militiam ſecularem poſſe eſſe pietatis inſtructionem.

69. *Milites Societatis IESV pugnant ſine temporalis ſpolij ſpe.*

INſto militiæ ſignificationi. Prius quàm lucernæ in manibus ſerui fidelis per conuerſionem oſtententur, ad bellum ſeculare gerendum aptè præcingitur, vt ediſcat ex ſeculari palæſtra, quónam modo ſit ſpirituale certamen obeundum. Ignatius ſeculari militiæ nomen dedit prius quàm ſpirituali concertationi inſudaret. An conuenienter ſeculi vanitati militat, qui ſpiritualia erat certamina perfecturus? Ita planè, vt cœleſtis palæſtræ plura ediſceret documenta.

70. *Piſcatores erant Apoſtoli piſciū, quia futuri hominum piſcatores.* Matth.4.

Chriſtus Dux Diſcipulis profatur aliquando, *Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum,* Matth.4. Præmiſerat Matthæus, *Ambulans IESVS iuxta mare Galææ, vidit duos fratres, Simeonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare, erant enim piſcatores.* Cur Dominus eos elegit, qui piſcaturam ſecularem exercerent? Reſpondet Anſelmus, *Quia electi ad ſpiritualem piſcationem ſecundùm gratiæ electionem.* Profectò ſecularia piſcationis exercitamenta peritiores redderent Diſcipulos ad ſpiritualem expiſcationem. Certè Ignatius erat miles, quia eligendus ad militiam ſpiritualem.

Anſelm.

Quàm illuſtris in ſæculo miles extitit! Petrus Bleſſenſ. *epiſt.94.* ſæcularium militum ſic mores deſcribit. *Porrò ordo militum nunc eſt, ordinem non tenere. Nam cuius os malorum verborum ſpurcitia polluitur, qui deteſtabilius iurat, qui minus Deum timet, Miniſtros Dei vilificat, qui Eccleſiam non veretur, iſte hodie in cœtu militum fortior, & nominatior reputatur.* 71.

Ignatij ſecularis militiæ pietas inſtructio militum ſecularium. Bleſſen.

Quàm alius miles noſter! Sacerdotum cultor egregius. A iuramentis omninò abſtinens, (nam iuramentorum effrænata licentia puſillanimitatis eſt documentum.) Nunquam Ignatij labia verborum ſpurcitia polluta fuere. Prouocatus ad arenam deſcendebat, & aliquando alterum ad certamen ſingulare excitabat. Attamen cùm nunquam fuerit vel leui timore correptus, nunquam lectum inire eſt auſus, niſi poſt conciliatum ſibi hoſtem, quem ex inimico chariſſimum reddebat familiarem. Ad Gallos, qui eum ardenti plumbo è muro turbarant, è Guipuzcoa xenia remiſit. Dum aliqua oppida expilarentur à militibus, Ignatius nec filamen eripuit. Primus ad impetum gerendum, at ad diripiendum nec nouiſſimum ſeſe vnquam oſtendit. Deſpector enim temporalium bonorum, deputabat infamiam, ſi vel ſanguinis nobilis funderetur ſtilla, & non ad ſolius famæ, ac nominis incrementa.

De fortiſſimo Beniamino Parens. *Beniamin lupus rapax, manè comedet prædam, & veſpere diuidet ſpolia,* Gen. 49. De Saule prophetice loquitur, fortiſſimo quidem ad certamina, & munerum temporalium oſore. Caietanus, *Perſpicacius intelligimus prophetari, quod Beniamin in Saule Rege futurus erat matutinus ad prædam, hoc eſt, ad ſuperandum inimicos: ſed tardus ad diuidendum ſpolia.* Ignatius Saulem proculdubio ſuperauit. Nam cùm fortiùs adhuc primus eſſet ad certamina conferenda, ac pericula ineunda, adeò tardus ad diuiſionem ſpoliorum inceſſit, vt nunquam accederet. Exercebatur vtique Ignatius ad ſpiritualem militiam, quum tam abſtractus à retributionis mundialis ſpe exercet miniſteria ſacra faciendi, prædicandi, docendi, vt piaculum ducat, ſi vel teruncij poſſeſſor oſtentaretur. 72.

Ignatius vincit, ſed non potitur ſpoliis, quæ ſociis diſtribuit. Geneſ.49. Caietan.

Nónne miraris militem ſæcularem Ignatium ſociis militibus ſpolia diuidentem, nihilque ſibi reſeruatum? Profundiori adhuc admiratione afficior, dum eundem aſpicio ſpiritualem militem nec vngulam è præda retinentem. O Regium inſigne! Cruci IESV hic titulus apponitur, IESVS *Nazarenus Rex.* Quid Regium in IESV? An extingui pro ſubditis liberandis? Fatur Ioannes, *Milites ergo cùm crucifixiſſent eum, acceperunt veſtimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem,* cap.19. *Ad prædam,* ô Domine, *aſcendiſti,* pugnaſti, viciſti: diuidis ſpolia militibus, nulla tibi particula reſeruata eorum, quæ lucratus es: quid mirum, ſi nec veſtimentorum partem retinuiſti. Hoc in IESV proculdubio Regium obiicitur, *Hic eſt* IESVS *Rex.* Ambroſius, *Quantos Chriſtus ſua veſte veſtiuit? Puto quòd non quatuor, ſed omnes veſtiuit milites.* O Regium Ignatium cunctis ſecularis miles ſociis ſpolia prædæ diuidétem: Societatis ſigniferum 73.

Hinc Ignatij auguſta nobilitas eſſ-tatur, quia Regia virtus aliis [spo]lia diuidere. Ioan.19. Ambroſ.

ſigniferum nec propriis militibus permittentem ſpoliis potiri, ſed cuncta gratis impendi miniſteria.

71. Quid de ſecularis militis pietate! Olim Deus diſpoſuit Hebræos ab hoſtibus diuexari. *Hæ ſunt gentes, quas Deus dereliquit, vt erudiret in eis Iſraël*, Iudic. 3. Vbi Caietanus, *Vt intelligamus, gratum eſſe Deo, non ſolùm pugnam aduerſus vitia: ſed etiam ipſam armatam militiam aduerſus hoſtes, quam hodie vituperant vitia militum.* Ignatius Chriſtiano militi pia exhibet documenta, ſecularis, vt Religioſus altiora ſpirituali concertatori dogmata præſcriberet.

Pietas Ignatij ſecularis militis inſtructio Chriſtiani pugnatoris. Ei enim militia fuit virtutis exercitatio, nõ malitia, vt aſſolet. Iudic. 3. Caietan.

72. Vt Iob vniuerſa vitia, maláque huius vitæ vnico verbo comprehenderet, fatur, *Militia eſt vita hominis ſuper terram*, cap. 7. Liceat verbum illud, *militia*, malitiam vertere, iuxta illud Iſaiæ: *Completa eſt malitia eius*, cap. 4. Vatican. *militia eius.* Bernardus ideo ad milit. 2. ait, *Quis igitur finis fructúſque ſecularis huius non dico militiæ, ſed malitiæ?* Pineda ad Iobi locum, *Militia*, inquit, *eſt vita hominis*, id eſt, peccatis plena, quemadmodum nunc militia. *Non ſic olim, cùm militia pietatis ſeges erat.* Vnde mirabilior Ignatius, cui militia ſecularis (vt vidimus) ſeges fuit pietatis. Occidebat ſine iniuria, loquebatur ſine blaſphemia, & impudicitia, vincebat ſine elatione. Quàm aptè de piis militibus Chryſoſt. homil. 14. ad Pop. *Et victoria, & clades exercitatio ipſis, & virtutis inſtructio erat.* Cuncta ſecularis militia Ignatio, & apud ſeculum exercitatio pietatis fuit: & apud Regulare inſtitutum ſpiritus inſtructio.

Militia eſſe malitia aſſolet. Iob 7. Iſai 4. Bernard. Pined. Hinc mirabilior Ignatius ſecularis miles.

OBSERVAT. XII.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Ignatius amictum, ſeu pileum clericalem non mediocriter illuſtrauit, effectus quidem egregius Petri Clericorum Antiſtitis æmulator.

Ignatij mei igneum nomen illuſtro.
Nomen ſapiat eſſentiam.

73. ANtonius Guiſlandus è ſacerrima Prædicatorum familia, ad Clericalem Petri amictum materialem, ac ſpiritualem hæc verba curauit allicere. Petri induimini communi amictu, calceamenti in præparationẽ Euangelij, ſerui vigiles expediti ad ſpiritualia miniſteria. *Sic Petrus induebatur.* Ac ſi diceret, Petri exiſtite imitatores.

S[illegible] Ieſu auguſtiſſimũ nomẽ ex Ignatij humilitate.

74. Præſcriptio hæc ſpecialiter pertinet ad Ignatium, qui & habitu Clericali, & moribus Petrum eſt æmulatus. Equidem Parens noſter meritò indumento clericali vtitur, quia alter Petrus oſtentatur. Petrus fragilis aliquando ad Eccleſiæ fundamen roboratur à Chriſto. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, Matth. 16. Hinc edoctus Petrus hominum fundamenta ſolidare, Ignatium claudum ſanitati reſtituit, vt eſſet Societatis clericalis quidem Religionis fundamentum. Id expreſſum in claudi Ieroſolymitani curatione. D. Ambroſius *ſerm. 69.* ait, *Primum ſignum mirabilium ſuorum Petrus fecit, claudo pedum reſtituendo veſtigia. Diximus frequenter, ipſum Petrum à Domino nuncupatum. Si ergo Petrus petra eſt, ſuper quam ædificatur Eccleſia, rectè prius pedes ſanat; vt ſicut in Eccleſia fidei fundamentum continet; ita & in hoc claudo fundamenta confirmet. Rectè in Chriſtiano pedes curat priùs, vt non trepidus iam, neque imbecillis, ſed robuſtus poſſit incedere.* Crediderim curationis claudi Ignatij illius claudi ſolidatione pedum præſignari. Petrus in Ignatio fundamenta confirmat, vt Petri non olim fragilis, ſed iam intrepidi, ac fortis obiiciat imaginem: ſitque petra ſolidiſſima, ſuper quam Societas ædificari valeat Clericalis Religio, Petri præferens indumentum.

[illegible] Petri [illegible]rio, vti Petrus Eccleſiæ factus eſt Societatis Ieſu fundamentum. Mat. 16. Ambroſ.

Quid plura? Ignatius Petri æmulator exſurgit, quia continuò amarè flebat. Futuram viſui exitialem Phyſici aſſerunt illacrymationem. At Ignatius, vt ploret dulciter amara delicta, *Vale lux* non ſemel proclamauit. Retulit Apoſtolum proximorum ſaluti tam impensè incumbens, Generalis Præpoſiti officium renunciare toties procurans. Alter Petrus Ignatius, cui Ieſus Crucis baiulator circa Vrbem apparuit, indicens militi diuturnam ex laboribus, ac perſecutionibus ſuffixionem. 75.

In pluribus fuit Petri æmulator.

Præterea ſicut Petro Ieſus indidit Petræ nomen, ſic Ignatius ſpecialiſſimè fuit à Domino nominatus. Ad illa verba: *Ex ore infantium, & lactentium Deus perfeciſti laudem.* Doctus aſſerit Interpres Deum in infantibus proculdubio loqui. Cùm Ignatius cunabula gereret, & de ablutione ſacra parentes agerent, dubiis quónam nomine vocaretur, diſſidium excitatur, Beltranus ne vt Pater. Tunc loquitur infans, (P. Melchiore de la Cerda autore) *Meum nomen Ignatius.* An non hæc vox Domino tribuenda? Quis dubitet? Si ergo Deus Petro nomen impoſuit, vt Ignatius aptiùs Petri ageret ſimulacrum, Ignatius à Deo vocatus eſt. 76.

Ignatio Deus nomen indidit, vt Petro.

Siue aptiùs aſſeruerim Ignatium à Deo effectum ſui ipſius Adamum. *Omne, quod vocauit Adam, ipſum eſt nomen eius*, Geneſ. 2. id eſt, nomen eſſentiæ rerum reſpondit. Ait D. Baſilius Seleuc. orat. 2. *Adduxit Deus cuncta terra animantia ad Adam, vt videret, quid vocaret ea. Eſto Adam nominum artifex, quando rerum non potes eſſe. Formentur à me, nominentur à te. Partiamur huius fictricis ſolertiæ gloriam, te Dominum intelligant appellationis: inde nomen, quibus ego eſſentiam.* An Ignatius hinc Petro glorioſior? Cur Chriſtus ac Petrus non etiam partiri fuere fictricis ſolertiæ gloriam? Sit Petrus ſuimet nominis artifex, quando rei non poterat. Ignatius ſeipſum nominauit? *Meum nomen Ignatius*, ſui ipſius Adamus volens Dominus Ignatium ſui nominis, ſeu *appellationis dominum eſſe.* Cur Petro præponitur? An non quia Ignatius Societati à ſe conditæ nomen impoſiturus, eam appellauit *Ieſu Societatem*? Qui ergo Societatis humilis Adamus efficitur Deo gloriam impendens, ſui ipſius Adamus conſtituatur ad 77.

Ignatius alter Adamus ſibi ipſi nomen impoſuit. Gen 2. Baſil. Sel. Num hinc Ignatius Petro glorioſior. An Petro præponitur, quia Societatem ſuam ex nomine Ieſu appellauit.

propriĳ nominis impoſitionem, Petroque circa hoc ſuperior quodammodo exiſtat.

78\. *Deus ſibi ſimilē Ignatium conſtituit.*

Deus Adamum ſibi ſimilem eſſe apertè demonſtrat, dum eum efficit nominum Artificem, ſi rerum non potuit: *Eſto Adam nominum artifex, quando rerum non potes.* Ignatius fuit Societatis Ieſu rerum artifex, quam ex Ignatio poſſet nominare. At gloriæ Ieſu ſtudioſus ei nomen Ieſu indidit, vt omnibus aſſereret Ieſum rei Societatis exiſtere Authorem. Ergo Chriſtus gratitudinis ergò Ignatium exprimit eſſe Conditorem: *Eſto nominum artifex, quando rerum non potes*: vt qui ſe ſe nihil eſſe aſſeruit Societatem è Ieſu nominando, ſe ipſum appellans Ignatium Deum Artificem eſſe quodammodo, appareat.

79\. *Deus Adamus verus Ignatio nomen impoſuit iuxta eſſētia qualitatem.* Gen. 2. Lyran.

Cur ex nominum impoſitione ſapientia Adami commendabilis extitit? Quia *quòd vocauit Adam, ipſum eſt nomen eius*, Gen. 2. Vbi Lyranus, *Ex quo patet, quòd habuit notitiam Adam de proprietatibus naturalibus viuentium; quia nomina benè impoſita à proprietatibus rerum imponuntur.* Hinc patet Ieſum fuiſſe Adamum Ignatĳ, quia ei nomen impoſuit iuxta eius proprietatum qualitatem. Totus igneus Ignatius agilis, efficax iuxta proprietates à Ieſu nomen accepit.

80\. *Vti Ieſu nomen eſt, ita eſt, ſiue qua ſi perſona eſt nomē Ignatĳ.* Luc. 1.

Quid ſi dum Ieſus meum Diuum appellauit Ignatium, eum quodammodo Ieſum nominauit, vel ſaltem ei nomen impoſuit, quòd Ieſu nominis gloriam æmulator. De nomine Ieſu Lucas ait, *Vocatum eſt nomen eius Ieſus*, cap. 1. Cur nomen ipſum ait vocatum Ieſum, cùm debuiſſet ſcribere, Et vocatus eſt Puer Ieſus? Certè (vt vidimus *volum.* 1.) quia nomen ipſum quaſi perſona eſt: non inanitate laborat vti reliqua hominum cognomina; ſed eſt verè, vt poſſimus profari, *Ipſum eſt nomen.* Vulgariter explico, *El miſmo nombre tiene ſer de perſona.* Profectò Ignatĳ nomen *eſt*, perſonæ in morem operatur. Ignatĳ nomen igneum eſt planè, illuminat, accendit, comburit, curat peccatores, deſtruit hæreticos, punit rebelles, coquit fidelium ſpirituale pabulum, addit dæmonum incendia.

Chirographi Ignatĳ vis ad cunctas ægritudines propulſandas.

Chirographi Ignatĳ vim obiicias. An non ſcriptum nomen tam horribilis diabolo, ac perſona? Nónne Ignatĳ ſubſcriptioni cunctæ ægritudines ſubiiciuntur? Liceat materna lingua agnatum erga nomen Ignatĳ Patris mei expendere affectum: *La firma de Ignacio es receta para todas las enfermedades.* Pereunt penè mulieres parturientes? Ignatĳ nomen igneum ipſis fauet ad fœtuum felicem editionem. Naues ab vndis ac ventis quatiuntur, iam ſpe pereunte? Inuocatur Ignatĳ nomen, cuius flammæ coruſcant ſalutares: *Santelmo de las tormentas*, Hiades lac vndis immiſcentes. Lampades abſque oleo ſplendent? Inibi planè igneum nomen Ignatĳ rutilat. Dum preces profundit matutinas, facies rutilat? A nomine accepit ſplendorem. Dum ergo Ignatius humilitatis ergò curat Societatem à Ieſu appellari, curat Ieſus nominari ab Ignatio; quia nomen Ignatĳ Ieſu nomen æmulatur: vtrumque enim conſtat eſſe perſonam.

OBSERVAT. XIII.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Ignatius dum viuit, præcingitur ex perſecutionum tolerantia; ſed poſt mortem miris ſplendoribus exornatur.

Aſſero, vitam tribulationibus, ac perſecutionibus plenam honorificentiſſimam mortem ſequi.

ANſelmus innuit ſuccendi lucernas contra noctem huius vitæ, ſeu contra tribu- 81. *Laudo Ignatĳ ſepulcrū ſtellis ornatum* Anſelm.
lationes, & labores præcinctione lumborum expreſſos. Conſtrictio ex Patris mente vita eſt plena laboribus, lucernæ autem flagrantes mors pulcherrimis fulgoribus illuſtrata. Haud grauemini, ô Eccleſiæ Principes, vitæ anguſtiis mortis fulgoribus obruendis. Ignatius dum viuit, adeò conſtringitur tribulationum cingulo, vt vix viuere poſſe ſine miraculo videatur: à cunctis maledictis afficitur; at poſt mortem glorioſè ab omnibus honoratur.

Præſuli Philadelphiæ Dominus ſcribit, *Ecce dabo de Synagoga Satanæ, qui dicunt ſe Iu-* 82. *Mors Ignatium glorioſum oſtēdit.* Apoc. 3.
dæos eſſe, & non ſunt: ſed mentiuntur. Ecce faciam, vt veniant, & adorent ante te, & ſcient, quia dilexi te, Apoc. 3. O Sacerdos egregie, tuos hoſtes inſtrui procuras, & ad ſuperiorem virtutis gradum promoueri. Ipſi interea te perſecutionum mole obrui conantur. Viuens maledictis, ac detractionibus afficeris? Mors te omnibus colendum exhibebit, ſequente lumine conſtrictionem. Rupertus ait, *Conuertentur ex eis, & fauebunt tibi, ita vt veniant & adorent ante pedes tuos: ſi non interim dum viuis, certè dum mortuus fueris: & placebunt tua, cùm diſparueris. Tunc ſcient, quia ego dilexi te.* Ipſa mors iuſtum tribulatum, dum viueret, mirificè efficit ſpectabilem. *Certè dum mortuus fueris*, ideſt, ipſa moriendi actio, funus ipſum te colendum omnibus exhibebit. (Rupert.)

Poteſtis (Dominus Diſcipulis Zebedæi fi- 83. *Qui viuens calice perſecutionum haurit, moriens pelago gloriæ, & honoris epotatur.* Matth. 20.
liis) *bibere calicem, quem ego bibiturus ſum, aut baptiſmo, quo ego baptizor, baptizari?* Mat. 20. An calice ac baptiſmo idem ſignificetur? Minimè; calice enim ſignatur laborum, ac perſecutionum ſuſtinentia: Baptiſmo autem mortis fulgor innuitur. Requiro ergo ô Diſcipuli, num poſſitis viuentes tolerare opprobria, detractiones, iniurias: & morientes pondus gloriæ reſpondentis portare? Nam qui viuens epotat paſſionis calicem, à pelago moriens gloriæ, ac honoris epotatur, abſorbetur. Imperfecti Autor pulchrè, *Baptiſmus eſt ipſa mors. Dicitur autem baptiſmus ſecundùm ſimilitudinem lanæ intinctæ; ſicut enim lana intingitur naturalem habens colorem, vt coloretur purpura: ſic & nos* (perſecutionum calicem abſumentes in vita) *in morte ſeminamur, & reſurgimus in gloria.* Ante reſurrectionis commu- (Imperf.)

nis

nis diem, reſurgit in gloria dum moritur, qui dum viueret in ignobilitate vixerat.

84\.

Apud Ignatij ſepulchrū ſtella.

O Ignatium! Viuens vel amicorum manu perſecutionibus tentaris, à Religioſis familiis capetis, alligatis, minis, maledictis, iniuriis afficeris? Quàm fulgens moriens oſtentaberis? Dum Spiritum agis, ad expeditionem ſtellæ præparantur, tuum pergunt ad ſepulchrum, ne faſcium triſti luminari ploreris, ſed fulgentiſſimo lætanti lumine celebrari poſſis. Fœmina incurabili addicta ægritudini pio cadaueris contactu ſanitati reſtituitur, facies reſplendet, innumeri ægrotantes conualeſcunt, vrbs plaudit, vulgus Dei vocem exprimens Ignatij proclamant ſanctitatem. Proh Diuum perſecutionibus conſtrictum, dum viueres, mortis debitorem, quæ te tot fulgoribus ornatum expreſſit.

85\.

Fulgurāt in Ignatio ſepulchro ſtellæ, quia viuenti Aſtra dominabatur? Iudic. 2.

An quia ſtella aduerſaria viuēti extiterant?

Cur ſtellæ fulgurant in Ignatij ſepulchro? An quia cuncta Aſtrorum luminaria viuenti paruerant, ad omnium bonorum redundantiam, in proximorum ex Ignatij interceſſione leuamen? Ita crediderim. *Mortuus eſt* olim *Ioſue famulus Domini, & ſepelierunt eum in finibus poſſeſſionis ſuæ in Tamnathſare*, Iudic. 2. Porrò Tamnathſare, D. Hieronymo expoſitore, idem eſt, ac *perfectiſſimus Principatus*. Alij aptiùs argumento effigiem Solis interpretantur. Quam quidem Hebræi tradunt impoſitam ſepulchro Ioſue, quia Solis curſus precibus eius ſteterat, vt Abulenſis refert. Cœlum Ignatij ſepulchro ſtellas impoſuit, qui eius precibus cuncta Aſtra in miſerorum commoda influxerant. Tamen aliter reſpondebo, ſtellas aduerſas Ignatio viuenti, quem vbique terrarum hæretici, ac peruerſi homines, (& non ſemel pij ſeducti) tot perſecutionibus agitarunt, morientem Diuum concelebrate.

86\.

In morte inferiora fiūt ſuperiora, & è contra. Laert.

Dum viuit Diuus, ei terrena tyrannis dominatur; dum moritur vel cœleſti conſtitutioni videtur dominari. *Diogenes rogatus à Xeniade* (autore Laertio lib. 6.) *quomodo ſepeliri vellet? In faciem inquit percontanti cauſam: Quoniam, inquit, paulo poſt*, ideſt cùm obeam, *futurum eſt, vt inferiora fiant ſuperiora. Huc alludens, quod id temporis Macedones rerum potirentur, atque ex humilibus fierent excelſi: quòd ſi interuerterentur omnia, fore vt cadauer ex prono fieret ſupinum.* Sciebat prudens in morte viuentis ſtatum commutari. Ipſe viuens affectus gloria, & honore iudicauit futurum vt ſupinus ſepulchro clauderetur. At Ignatius expertus eſt, *inferiora effici ſuperiora*, quia ſepulchrum cœlum eſt ei, cui vita vallis fuerat lacrymarum.

87\.

Ignatius ambiebat Deo honorē, non ſibi, ideo moriens diuinis potitur honoribus.

Titus Liuius Deca. 1. lib. 8. *Alexandri* (ait) *mater Olympias cum audiſſet filij cadauer inſepultum fuiſſe abiectum, inter lamenta dixit, Hoc quo qui ô fili? Qui ſtudebas cœli particeps eſſe, huc toto impetu properans, ne iis quidem potiri valuiſti, quæ ſunt mortalium omnium communia, terra, ac ſepulturæ honore.* Addit Author, *Alexander viuus ambiebat diuinos honores, morienti nec vltimus ille contigit honos.* At Ignatij ſepulchrum ornant cœleſtia luminaria, quia viuens perſecutiones, probra, maledicta, detractiones ambiebat; honores autem diuinos ſemper ſtudebat ſoli Ieſu Domino promoueri. Meritò morienti diuinus ille ſtellarum contigit honos.

Ant. de Eſcob. & Mend. Tom. V.

OBSERVAT. XIV.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Cùm primùm Ignatius ſe præcingit ad bellum nouus miles iam ſe alterum Ieſum ad Inferni debellationem oſtentat.

Feruens etenim inſtitutio, & inchoatio virtutis quaſi victoriæ perfectio eſt.

PRæcingimi ad pugnandum, & mox ardentibus luminaribus victoriam debellatis hoſtibus, celebrate. Tanti momenti eſt feruens virtutis inſtitutio, & inchoatio, vt illud ipſum procedere ad campum, iam ſit potiri victoria. 88.

89\.

Fugit Diabolus victus priuſquam Ignatius ad arenam deſcenderet.

Vix Ignatius cæleſti nomen dedit militiæ, cùm hoſtis tartareus, edito gemitu, perſtrepenti contignatione, parietibus trementibus fugam arripuit; cuius imbecillitatis teſtis exiſtit vitreum feneſtræ ſpeculum confractum. Tam feruens tunc Diui affectus pœnitudinis, vt diabolus inuiſibiliter victus, viſibilis fugientis ſpecie ab ſpe excidere victoriæ teſtaretur. O Ignatium fortiſſimum! Tyro ad campum vix procedis, & iam Ieſus Imperator reputaris.

90\.

Ignatius dū conuertitur, iam Ieſus oſtenditur vincens. Auguſt.

Fatur D. Auguſtinus Act. 1. *Iam igitur cùm cœperit Ieſus habitare in interiori homine, cœperitque inuocatus poſſidere confeſſum, fit totus Ieſus caput, & corpus, & ex multis vnus.* Vir planè feliciſſimus adeò Numini gratus, vt illud ipſum conuerti, iam ſit eſſe perfectum: id ipſum confiteri peccata, iam ſit eſſe Ieſum. Quis putas vir iſte erit, ſi vix eſt, & validiſſimis ſit horribilis hoſtibus?

91\.

Ignatius totus cedit in Ieſu poſſeſſionem ipſa conuerſionis inſtantia. 1. Reg. 1.

Origen.

Vnicum ex hoc capite Ignatium appellabo, totus Ieſu poſſeſſio ex conuerſionis die, id eſt, ita cedens in Ieſu dominium, vt ipſe quaſi alter Ieſus eſſet. *Erat vir vnus, & nomen eius Elcana*, 1. Reg. 1. Elcana idem, quod *poſſeſſio Ieſu*. O virum felicem, qui à cunabulis meruit Ieſu eſſe poſſeſſio: vix nominatur, & iam totus Ieſu cedit in poſſeſſionem! Aptè vocatur *vnus*, vnicum etenim ſeſe oſtendit, qui tyro Miles Ieſu exprimit fortitudinem. Origenes hom. vnica, *Ille de quo dictum eſt, quia vnicus eſt vir, poſſeſſio Ieſu eſt.* Ex capite hoc exiſtimo Elcanam typum vnici Ignatij geſſiſſe, dum video militem hodie Ieſu nominari, & iam victis hoſtibus oſtentari Ieſum, totum ſe Ieſu poſſeſſioni addicentem.

92\.

Ignatius oratione cōuerſionis die vicit Inferni exercitū, inſtar Eliſæi. 4. Reg. 6.

Tyro orat Ignatius, dum præparat ſe ad bellum, & tartareus exercitus effugatur. An alter Eliſæus? Immiſit tenebrarum Princeps ad Ignatium recens conuerſum à ſeculi vanitate illuc *equos, & currus, & robur exercitus*, 4. Reg. 6. Liceat mihi ô Pater cum miniſtro Eliſæi clamare: *Heu, heu, heu, Pater mi, quid faciemus? Porrò Eliſæus orauit ad Dominum, dicens: Percute obſecro gentem hanc.* Orat Ignatius, & dæmonum exercitus à Ieſu percutitur.

Quomodo Eliſæus non pugnat & vincit? Quónam modo Ignatio non pugnanti iam adſcribitur victoria? Proh affectuoſum virtutis propoſitum! Chryſoſtomus, *Propheta ſanctiſſimus non pugnat, & vincit; non dimicat, & ſubigit! fit ſine ſanguine victor, ſine gladio triumphator.* Planè, quia affectuoſè orauit. Ignatius toto cordis affectu ſeſe Ieſu Domino litat, & quaſi effectus Ieſus fugat hoſtium exercitum. Chryſoſt.

93. *O-ās Ignatius ſolus vicit diabolum, quē Michaël & Angeli eius etiam oratione debellarunt.* Apoc. 12. Ribera.

Efficaciam orationis Ignatij, propoſiti primi intenſiſſimum affectum ex facilitate vincendi colligo. Nec enim tam validus hoſtis fugam vilem arriperet, ſi fortiſſimum iam non videret Ignatium. *Factum eſt prælium in cœlo, Michaël & Angeli eius præliabantur cum Dracone,* Apoc. 12. Tot ne Angeli cœlites vnicò cùm tartareo? Ribera, *Michaël, & Angeli eius pugnabant aduerſus diabolum ſanctis orationibus ſuis.* Tam validus hoſtis, vt ſimul ac Michaël, & Angeli eius ad orationis armamenta confugiant, comminuant? O Ignatij fortitudinem ex Ieſu, ſingulare cum diabolo certamen aſſumit, & vix genuflectit, ad orandum, cùm diabolus victus viſibili ſpecie, ex aſpectu certaminis effugatur. Efficax planè affectus inchoantis cœleſtem viam potentiſſimi locum gerit exercitus.

Observat. XV.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Ignatius ſemper eſt præcinctus ad itinera ex præſcriptione Domini perficienda, ad animarum ſalutem.

Illuſtriſsimæ planè perfectionis eſt, loco non alligari, ſed per varias mundi plagas diſcurrere ex obedientia.

94. *Ieſuitæ parati ad diſcurrēdū per quaſuis mundi plagas.*

EXponit Theophylactus, *Semper ſitis proclines ad exequenda opera Domini.* Hi ſerui vigiles haud conſiſtere diu permittuntur, quia ad itinera perficienda, vti Raphaël, præcincti oſtentantur. Similes expectantibus vocitantur, ſed vt *confeſtim* aperire ſurgant. Vbique expectant, vt iuxta Domini præſcripta, pergere poſſint.

95. *Ignatium nunquā cōſiſtentē determinato loco ſequuntur.*

Hæc Ieſuitarum vocatio, ac inſtitutio, Parentem nunquam ſiſtentem, ſemper itinera ſalutaria proximo perficientem imitari. Alter Abraham Ignatius paterna è domo egreditur, ad Montiſſerrati verticem properat, pergit ad Manreſam, tendit Barcinonem, nauigio vehitur in Ieroſolymam, Salmanticam init, Complutum ingreditur, ſe in Lutetiam Pariſiorum confert, rurſum Ieroſolymæ perquirit Saluatoris monumenta, in Hiſpaniam reuertitur, patriam inuiſit Guipuzcoam, vt pro adoleſcentiæ rapinis hortorum ſatisfaciat, redit ad Lutetiam Francorum, ſacram venit in Vrbem, Societatem colligit, & præſcribit alumnis perpetuam ad itinera præparationem. *Homines* (ait part. 6. conſt. §. 5. *huius Societatis ſemper parati eſſe debeant, ad diſcurrendum per quaſuis mundi partes, quæ fuerint à Summo Pontifice, vel à ſuis ſuperioribus miſſi.* Ignat.

96. *Ignatius, ac Societas in expeditionibus Ieſum quærunt, vti Abraham.* Gen. 12.

Profectò Ignatius, eiuſque Societas haud poſſunt Deum proprio in domicilio, aut patria poſſidere; vnde neceſſarium eſt continuis expeditionibus vti, variaſque mundi partes, iuxta ſuperiorum præſcriptionem, peragere, vt Ieſu Domino potiantur. *Egreſſus eſt Abraham, ſicut præceperat ei Dominus*, Gen. 12. Preme particulam, *ſicut præceperat ei.* Quónam modo Dominus Abrahæ præſcripſit egreſſionem? An determinatum viæ terminum aſſignans? Non pergit ad vllam mundi plagam? in qua ſit ei conſiſtendum: ſed perpetuus perfectiſſimo viro motus indicitur. Homo enim perfectionis ſupremæ ſtudioſus ſemper paratus eſſe debet *ad diſcurrendum per quaſuis mundi partes.* D. Hieronymus epiſt. 28. *Reliquit Meſopotamiam, quærit, quod neſcit: ne perdat, quod inuenerat. Non enim arbitratus eſt, ſimul ſe habere poſſe patriam, & Dominum.* Dominus enim ab iis, quibus ex inſtituto indictum eſt, diuerſa loca peragrare, ſolum habetur, qui itineribus agendis ſtudent: non autem ab his, qui contra vocationis leges determinato in loco commorantur. Hieron.

97. *Dauid peregrinus Ieſū inueniebat. Sic Ieſuita peragrando varias orbis plagas.* Pſalm. 38.

Vnde Ieſuita Dauid clamabat, *Quoniam aduena ego ſum apud te, & peregrinus ſicut omnes patres mei*, Pſalm. 38. Illam particulam obſecro premas, *apud te.* Aduena & peregrinus apud Dominum? At Deus peregrinatur? *Dominus in loco ſancto ſuo.* Dominus apud Templum Ieroſolymæ commoratur. Conſiſte ergo in Ieruſalem quicumque apud Deum eſſe cupis. Dauid, Abraham, reliquique Patres vocati ſunt ad diuerſa loca peragrandum, iuxta Domini præſcripta, & proximorum vtilitatem: *Aduena ſum, & peregrinus, ſicut omnes Patres mei.* Hi autem non inueniunt Dominum in delubro morantes, ſed in via dum itinera gerunt, dum diuerſa loca orbis ſtudent inire. Haſce enim expeditiones apud Dominum faciunt, quia ſolummodo inueniunt, cùm inſtituti proprij leges implent circa præcinctionem ad diuerſa loca peragranda. Pulchrè citatus Hieronymus, *Vt haberet* Abraham egreſſus à Patria Dominum, *tunc illud Dauidis implebat: Aduena ego ſum apud te, & peregrinus ſicut Patres mei.* Hieron.

98. *Abraham, Iſaac, & Iacob peregrinantes Deū poſſident. Sic Ignatius & Ieſuitæ, quorū Ieſus eſt.*

Proclamat Deus, ſe parentum Dauid Dominum eſſe: *Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob*, Exod. 3. Ac ſi diceret, me Abraham, Iſaac, & Iacob verè poſſident. Et quarum nam meritò virtutum? Certè, quia continuis peregrinationibus, ac expeditionibus ſeſe dedebant, iuxta illud Apoſtoli: *Confitentes, quia peregrini ſunt ſuper terram*, Heb. 11. Opportunè Chryſoſtomus ad Pſalm. 113. *Non confunditur Deus vocari Deus eorum, quoniam confeſſi ſunt, eſſe hoſpites, & peregrinos.* Et quomodo Deus eorum poſſeſſioni traderetur, ſi vocati, vt diuerſa loca peragrarent, determinato in loco conſiſterent? Apud Ieſum ô viri Societatis, minimè commorati poteritis, niſi eum per diuerſas, iuxta obedientiæ aſſignationem, mundi plagas eum requiratis. Tunc à Ieſu audietis: *Ego ſum ſpeciatim Ieſus Ignatij, & Sociorum eius.*

Observ.

OBSERVAT. XVI.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Ignatius conſtrictus in carceribus, edi-ſcit à profligatis peccatoribus, ac meretriculis, quas ad Deum curabat adducere, auguſtioris virtutis perfectionem.

Aſſero te ex obedientia cum flagitioſis agentem minimè afficiendum corruptione: ſed omnimoda ſecuritate donandum.

99\. *Ieſuitis fit ſchola virtutum in flagitioſis ex obedientia commoratio.*

EX mente Cyrilli, conſtrictio illa ſignat Diuorum in carceribus alligationem, ad cuius ſuſtinentiam curat Dominus ſuos Diſcipulos præparari. Ne autem timeant, tenebris carceris lædendos, addit: *& lucernæ ardentes in manibus veſtris.* Ac ſi diceret, non ſolùm non lædemini prauorum conſortio habitatores carceris; ſed clariori virtutum fulgore donabimini. Nec enim tenebræ improbæ Societatis viros Ieſuitas obruent: ſed mirum in modum illuſtrabunt.

100\. *Ignatius fulgentiſſimus inter impios.*

Ignatius aut in carceribus frequenter, aut cum meretriculis, quas curat ad Dominum adducere, non rarò, ſemper autem cum profligatæ vitæ peccatoribus. Attamen nunquam non virtutum ſtipatum aſpicio luminaribus. An Ignatio ſanctiſſimo, vel peſtilentiæ cathedra cunctorum perfectionem exiſtit ſchola? Certè viros egregiæ ſanctitatis conuerſatio cum improbis, quæ alios mediocris virtutis peruertere aſſolet, ad ſublimioris perfectionis gradum adducit. Ex iniquis enim illorum actionibus colligunt ad virtutem ſectandam incitamenta.

101\. *Ioſeph alter in carcere ex impiis diſcit ad ſuperiorem virtutũ gradum aſcendere.* Pſ. 104.

Sanctiſſimus Ioſeph in carcere Ægypti cum vinctis delinquentibus commoratur. An Principis piſtorum, aut pincernæ reliquorumque vinctorum, quorum ei cura eſt commiſſa, iniquitatibus peruertitur? Profectò ei fuit ſchola celſioris perfectionis illigatio, cum impiiſque commoratio illa. *Ferrum pertranſiit animam eius, donec veniret verbum eius,* Pſ. 104. Vbínam didicit Ioſeph prophetiæ ſpiritum quaſi in Deum conuerſus? Certè ex illa cum impiis commoratione, quia eximiæ vir ſanctitatis. Lyranus, *Non cecidit, in virtute, potius inſtructus expoſuit ſomnia,* &c.

102\. *Iniquitas peccatorum, ac meretricularũ meo Ignatio eruditio fuit, vti Ignatio Martyri.* Hieron.

Non cecidit Ignatius in virtute, dum illigatur cum impiis, dum cõmoratur cum iniquiſſimis meretricibus, peccatoribus. Potiùs quidem ad altiores virtutis gradus ex illorum iniquitate adducitur. Appoſitè alter Ignatius cum iniquorum Societati fuiſſet adductus, ait ex ore Hieronymi lib. de ſcript. Eccleſ. *Iniquitas eorum mea doctrina eſt.* Nam ex eorum crudelitatis pertinacia ediſco patientiæ perſiſtentiam. Videt Ignatius quot periculis exantlatis improbi inindulgent voluptati. Et ego, ait, ob æternæ gloriæ aſſecutionem, vel potiùs vt numini gloriam acquiram, non geſtiam laboribus diuexari? Mulierculam miſeram mendacis voluptatis amor, aut exigui muneris auaritia cæcam mittiẽ in tartarum. Et ego ipſorum laborum voluptate ineffabili affectu non requiram grauioribus tribulationibus implicari, vt Conditori me gratùm oſtendam, IESVQVE mei morem gerere poſſim?

O Diuum egregium, cuius oculos aſpectus turpis impellit ad lacrymas, cuius aures verba iniqua, iuramenta, blaſphemiæ torquent! Ex iniquis ſociis ſanctitudinis elicis documenta alter Loth, de quo D. Petrus, *Aſpectu enim, & auditu iuſtus erat, habitans apud eos, qui de die in diem animam iuſtam iniquis operibus cruciabant,* epiſt. 2. Pende illud, *Aſpectu, & auditu iuſtus erat.* Quónam modo iuſtus aſpectu, & auditu? Quia mirum in modum pungebatur, dum verba iniqua audiret, dũ opera flagitioſa aſpectaret, fatus. Ille à prauo cordis affectu ad tot verba impudica proferenda, ad tot iniqua opera patranda adducitur: & me amor cœleſtis ad præcelſiora virtutum opera non impellet? D. Gregorius lib. 1. Mor cap. 1. *Loth praua propinquorum opera & audebat, & cernebat: & tamen & aſpectu, & auditu iuſtus dicitur; quia iniquorum vitia non delectando iuſti aures, atque oculos, ſed feriendo tangebant.* Feriendo planè, quia compungebatur ex vberi iniquitatis meſſe, quod non ad altiora virtutis conamina ferretur: & ſtimulo vulneratus propetantius curſum arripiebat. Sic Ignatius.

103\. *Ignatius Loth alter; qui ex verbis turpibus quæ audit: ex operibus iniquis, quæ videt, pũgitur quaſi ſtimulo ad altiorem virtutis perfectionẽ.* Petr. 2. Gregor.

Famuli Patrifamilias, *Vis,* inquiũt, *imus, & colligimus ea,* quæ quidẽ inimicus homo ſuperſeminauit zizania in medio tritici? Queis Dominus, *Non, ſinite vtraque creſcere vſque ad meſſem,* Matth. 13. O Domine, zizania creſcent, non triticum à zizaniis ſuffocatum. *Sinite vtraque creſcere.* Non ſolùm zizania, ſed & ſpicæ triticæ exſurgent. Quia ſcilicet tricum ex incrementis zizaniorum generoſum planè ediſcet creſcendi documenta. Si ſemen maledictum tot afficitur ad combuſtionem incrementis, cur non triticum horreo cœleſti deportandum non ineffabilia incrementa excipiat? D. Auguſtinus apud D. Th. in Cat. *Sinite vtraque creſcere. Hoc dicitur, quia bona opus habent in malorum commiſtione, vt eorum comparatione magna illis exhortatio fiat.* Exhortatio magna Ignatio fuit, dum impiis commixtus prauas eorum ponderauit actiones: vnde triticum generoſum proculdubio apparet.

104\. *Ignatius generoſum triticum didicit ex zizaniis peccatorum ſociorũ creſcere.* Matth. 13. Auguſt.

Profectò bonum inter malos oſtentari, ineffabilis præconij eſt, fante Gregorio citato, *Immenſi præconij eſt, bonum etiam inter malos extitiſſe.* Rariſſimam ouem huiuſmodi hominem vocitato. Vnum Noë in generationibus ſuis: vnum Abrahamum inter Chaldæos: vnum Loth in Sodomitas: vnum inter Huſſitas Iobum: vnum Moyſem inter Ægyptios: vnum Tobiam inter Aſſyrios; vnum inter Babylonios Danielem. Si ergo ineffabilis præconij eſt, hoſce Diuos non peruerti ab impiis ſociis: quid de Ignatij ſanctitudine ſcribam, qui non ſolùm non peruertitur ſociorum iniquitate, ſed ex ſuperabundantia flagitiorum potuit elicere tot præcelſioris ſectandæ virtutis documenta? Ediſcant Ieſuitæ ex obedientia proficere dum cum flagitioſo proximo commorantur.

105\. *Se ſe ſuprà ineffabilem Diuum hinc Ignatius oſtentat.* Gregor.

SECTIO II.

Lucernæ.

TEXTVS.

VERS. 35. **E**T lucernæ ardentes in manibus veſtris.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De lucernis à famulis geſtari ſolitis.

1. *Vſus lucernarum.* **E**T *lucernæ.*]Solebãt nuptiæ noctu celebrari, & conuiuiũ nuptiale obortis tenebris exhiberi. Poſt conuiuium autem, ſeu cœnam conuiuæ repetebant domum, & à ſeruis expectantibus excipiebantur, qui quidem, ad tenebras fugandas, lucernas, ſeu faſces ardentes oſtentabant. Haud diſſimili metaphora in decem Virginum parabola vſus Dominus, decem illas viragines totidem lampades, ſeu lucernas geſtare aſſeruit, vt ſponſum, & ſponſam exciperent ad nuptias venientes, Matth. 25.

2. *An plures lucernæ ſingulis ſeruis? Salmes.* *Ardentes.*] An plures lucernæ ardentes ſint ad plures ſeruos referendæ? Reſpondeo cum Salmerone *tom. 7. tract. 19.* poſſe quidem plures lucernas ad plures famulos ita referri, vt eorum quiuis ſuam manu lucernam geſtet. Attamen conuenientiùs (cum eodem expoſitore) vni ſeruo plures lucernas tribuo, *in diuerſis* (ait ille) *domus locis ſitas, ne per tenebras cogatur Dominus ingredi in partem, quam ipſe inhabitat.* Addit, *vel danda vnicuique ſeruo plures lucernæ, & eas dextera, & ſiniſtra geſtat.*

3. *An hæ tres dictiones retinendæ?* *In manibus veſtris.*] Hæ tres dictiones, nec in codicibus Græcis, vel Patribus, qui Euangelia interpretantur, nec in Syriaco Euangelio inueniuntur, nec apud Cyprianum, Auguſtinum, ac Gregorium: nec opus eſt ſeruum expectantem Dominum in domum redeuntem lucernam in manibus tenere; ſatis eſt, illam domi, vbi eſt opus, eſſe ſuccenſam. Attamen affirmat Salmeron fortè habuiſſe textum Græcum, quem noſter Interpres ſequitur, & textum minimè vitiare. Certè Gregorius, qui alibi *Gregor.* non meminit trium harúmce dictionum, *hom. in illa verba*, legit, & exponit: niſi fortè fuerint ex margine in textum inſerta. Legit & interpretatur Irenæus *lib. 4. cap. 70.* Hieronymus *Ezechiel. 16. & ſerm. 1.* *Irenæus, & alij.*

4. *Retinenda planè.* Sequor planè, quia contextui valde accommodatam exiſtimo. Significat enim, aduentum Domini iam iam imminentem, & quaſi præſentem. Lucernæ accenduntur multo antè, at non in manibus tenẽtur, niſi quando proximus eſt aduentus, & ingreſſus. Inferiùs explicatur, dum adiicitur, *vt cùm pulſauerit, confeſtim aperiant ei.* Qui ergo *confeſtim* ſunt aperturi, lucernas iam debent in manibus tenere.

§. II.

De lucernarum ſignificatione.

5. *Quidnã ſit, lucernas in manibus tenere? Hieron. Gregor.* **E**T *lucernæ ardentes*, &c.] Quidnam ſit, lucernas in manibus tenere? Reſpondet Hieronymus *ſerm. 1. Prædicare Euangelium.* Gregorius ſic, *Lucernas in manibus tenemus, cùm per bona opera proximis noſtris lucis exempla monſtramus.* Subſcribo. Vt enim per primum præceptum cohibere nos à malo iubemur, & impedimenta omnia retardantia à via Domini remouere: ſic per hoc ſecundum ad benè operandum excitamur, vt vita ſit profeſſioni conformis.

Expendo ſententiam. Sic ergo ſententiam expendo: ſemper Dominus à Diſcipulis expectandus eſt, non quaſi de longinquo, ſed iam iam aduentans. Qui lucernas habent ardentes noctu, Dominum quidem expectant quaſi ea nocte venturum. At qui eas etiam in manibus tenent, quaſi iam præſentem, ac pulſantem contemplantur. Toletus, *Quo monemur expectare Dominum, & preparatos eſſe debere ſingulis momentis vitæ, nullamque moram eſſe perſuadendam, cùm ſingulis inſtantibus mori poſſimus.* Priori itaque præcepto, *ſint lumbi veſtri præcincti*, ad frænandam affectum inducimur, omniaque deponenda impedimenta; hoc autem poſteriori, *& lucernæ ardentes in manibus veſtris*, ad indeficiens bonorum operum ſtudium excitamur.

§. III.

Myſticæ aliæ Patrum de lucernis expoſitiones.

D. Gregorius *Præfat. Moral. c. 10.* lucernas haſce ardentes, Sanctorum virtutes eſſe aſſeruit, non quidem faſces terrenas, ſed ſtellas cœleſtes ad Diuorum directionem. *Ad oſtendendam innocentiam, venit Abel; ad docendam actionis munditiam, venit Enoch; ad inſinuandam longanimitatem ſpei, & operis, venit Noë; ad manifeſtandam obedientiam, venit Abraham; ad inſinuandam laboris tolerantiam, venit Iacob; ad oſtendendam manſuetudinem, venit Moyſes; ad oſtendendam inter flagella patientiam, venit Iob. Eccce quàm fulgentes in cœlo ſtellas cernimus, vt inoffenſo pede operis iter noſtræ noctis ambulemus. Nam cognitioni hominum diuina diſpenſatio quot iuſtos exhibuit, quaſi tot Aſtra ſuper peccantium tenebras cœlum miſit.* 6. *Lucernæ Sanctorum virtutes. Gregor.*

D. Hieronymus, qui lucernis Euangelicam vult ſignificari prædicationem, monet tenendas manibus; quoniam prædicatio Euangelica tunc magnopere illuminat, cùm non in lingua ſolùm, verùm etiam in manibus, ſeu in opere cernitur. 7. *Lucernæ prædicationis in manibus operum. Hieron.*

Theophylactus volens lumbis præcinctis actiuam vitam adumbrari, docet lucernas donum eſſe iudicij, quo qui vitam agit actiuam, non ſolùm ſcit, quid agere oporteat, ſed etiam quomodo bona opera ſint facienda. 8. *Actiuæ vitæ dirigens iudicium lucerna eſt. Theoph.*

At

9. *Vita cōtemplatiua lucernæ.* Euthym.

At Euthymius putat lumborum præcinctione vitæ actiuæ, lucernas autem inflammatas contemplatiuæ imaginem exhibere. Addit, Doctores duplici lucerna eſſe donandos, ſermone ſcilicet interno, & externo. *Demus operam*, ait, *vt virtute ſimus præditi, duos habentes lucernas ardentes, & ſermonem internum in affectibus, & externum, quem pronunciamus; internum quidem, vt per omnia animam illuſtret: enm autem, quem proferimus, vt lingua refulgeat lucidius, & internus nos illuminet*, &c.

10. *Lucernæ*

Plures Salmeron citatus à nobis lucernas geſtandas aſſeruit. *Prima eſt fidei, quæ inſtruit de credendis, de ſperandis, de agendis, & fugiendis. Hæc lucerna docet diſtinguere inter furem & ſponſum, ſpiritum & carnem. Secunda eſt lucerna prædicationis Apoſtolicæ, de qua Dominus, Nemo accendit lucernam. Hæc ardere debet igne Zeli gloriæ Dei, & ſalutis animarum.* *Fides & Apoſtolica Prædicatio.* Salmeron.

11. *Ratio geſtandi haſce lucernas in manibus.* Bernard.

Non prætereunda D. Bernardi *ſerm. in vigil. Natiu.* Lucernas ardentes in manibus geſtandi ratio. *Quia nondum ſumus in domo illa æterna, vbi ſine omni timore ventorum, id eſt, dæmonum lucernæ ſecuræ deportantur: ſed modò vtraque manu ſtudeat operire, quod portat; ne fidat aëri, etiam ſi videatur eſſe tranquillus.* Plura in totius libri Panegyricis.

IN IGNATIVM.

PANEGYRICVS. MORALIS SECVNDVS CIRCA LITERAM.

EX LVCERNIS.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Ardentes hæ lucernæ effectus ſunt Ignatij, qui totum igneum ſe eſſe zelo ineffabili manifeſtat.

Spiritui interim ingero documenta.

12. *Celebro Ignatij nomen, quod eſt, Ignem tacia.* Alcaſ.

D. Maximus exiſtimat haſce lucernas flagrantes ignea opera eſſe ignei ex zelo miniſtri. Porrò D. Ignatius totus igneus, & nomine, & operibus flammas emittit. Plures Alcaſar noſter ignis recolit proprietates. *Eſt ignis ſymbolum diuinitatis, efficax, agilis, deliteſcens in lapidibus: materia eius ſunt cuncta.* Quinque ignis inſignia totidem capitibus expendam.

CAPVT I.

Ignatius potentiæ ſuæ ex IESV, *vim præcinxit, atque coërcuit, ne quodammodo in Deitatem exorbitaret.*

Vbi aſſero, ſupremæ eſſe perfectionis dum præclara geruntur, proprium nomen ſupprimere, vt Diuinum eluceſcat.

13. *Ignatius*

Eſt (ait ille) *ignis ſymbolum Diuinitatis.* Tot fulgores Ignatius ſpargit, vt quodammodo omnipotens oſtentetur. *Sint* (inquit Dominus) *lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes.* Ex Maldonati mente, ſint non ſolùm lumbi præcincti, ſed & lucernæ præcingantur ardentes. *Non ſola* (ait) *caſtitate, ſed omnibus omnino virtutibus præcinctos eſſe iubet Dominus.* Difficilis planè ſententia. Lumbi appoſitè præcinguntur, quia carnis vis ad puritatem ſectandam debet conſtringi: *Carnis luxuriam* (inquit Gregorius) *per continentiam coarctamus.* At virtutes deſignatæ in lucernis quorſum ſunt conſtringendæ? Profectò virtutes nonnullæ adeò ſunt effulgentes, exuberantes ita, vt debeat moderamine contineri: nec ſcilicet ad tantæ claritatis cumulum aſcendant, vt lux ipſa increata eſſe videatur. Liceat mihi de ineffabili vi ignis Ignatij illud proferre. Tam efficax fuit, vt indiguerit conſtrictione, ne ignis diuinus IESV appareret. *compreſſit ignis virtutum efficaciam, ne diuinus appareret.* Maldon. Gregor.

De Ioanne Baptiſta Euangeliſta fatur, 14.
Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine: non erat ille lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine, cap. 1. Fulgentiſſima præſentatur aurora, vt diei poſſit teſtari fulgorem. Ioannes tot fulgoris incrementis oſtenditur ad diei veri, ſeu Solis iuſtitiæ aduentus teſtificationem, vt aliquibus lux ipſa increata videatur; quare Ioannes expreſſit: *Non erat ille lux.* Anſelmus, Ac ſi diceret, *Magnus quidem erat ille, non tamen ex ſe lucens: ſunt tamen ſancti lux illuminata.* Et Chryſoſtomus, *Hoc addit, ne quia teſtimonium perhibuit, maior & fide dignior crederetur.* Ignatius miſſus homo à Deo, vt Chriſticolis, ac Gentilibus IESV nominis baiulus de lumine redderet teſtimonium. Porrò tot fulgoribus miraculorum decoratur, tot virtutum radiis illuminatus apparet, vt vix homo apparere videatur. Vnde oporteat inclamitare: Non erat ille lux, ſed egregius eſt veræ lucis aſſertor. *Ignatius ità fulgens, vt vix homo eſſe videatur vti Ioannes.* Ioan. 1. Anſelm. Chryſoſt.

15. *Ignatij ignis videtur quodammodo luce Deifica* IESV *ſplendidior.* Eccleſ.7.

Fatur Sapiens, *Noli eſſe iuſtus multum*, Eccleſiaſtes 7. Lyranus, *Nimis* ſcilicet *acriter puniendo.* Ad ſanctitatis moderamen locum allicit Nazianzenus, *Ne magnopere iuſtus ſis, nemo ſit luce ſplendidior.* Exiſtima te non lucem eſſe, ſed in teſtimonium lucis increatæ fulgorem emittere, lucem videlicet eſſe illuminatam. O Ignati præcinge tanti ignis fulgores. Vis ne luce ipſa ſplendidior apparere?

16. *An Ignatij ignis, ſeu charitas efficacior illo, qui ignis cõſumens eſt?*

Eam Ignatius vim fulgoris oſtentat, vt luce ſplendidior quodammodo obiici videatur. An Ignatij charitas igne efficacior illo, qui *ignis conſumens eſt?* Chriſtus Samaritanam conuerſurus iuxta puteum expectat, Ignatius frigidi lacus vndis obruitur, vt adoleſcentem impudicum reuocet à peccatis. Chriſtus facillimè ſola aduocatione colligit Apoſtolos, Ignatius difficilè pluribus exantlatis laboribus acquirit, obſequiis conſeruat, dum eis ſeruit humiliter, dum ſubleuandis aliquibus elemoſynatum ſubſidia requirit, dum ad eorum gerenda negotia in Hiſpaniam redit. Chriſtus à meretrice inuenitur, Ignatius meretriculas requirit fugientes, vt IESV Duci virginitatis, eas ſiſtat tanto quidem affectu, vt laborum ſuorum meſſem copioſam ſe collecturum putaret, ſi vel nocte vna mulierculam ab impudicis actionibus abſtraheret. Quid de fulgentiſſimis miraculorum lucernis attexam? Chriſtus tres mortuos ſuſcitauit, Ignatio duodecim adſcribuntur. Chriſtus Eccleſiam exædificauit tot miniſteriis, tot Diuis, tot Doctoribus effulgentem, Ignatius Societatem condidit Eccleſiæ filiam adeò ſimilem Matri, imò Parenti IESV, vt non Ignatio, ſed ipſi Domino ſubſcribenda obiiciatur: *Societas* IESV. O Diuum potentiſſimum! Præcingendæ planæ lucernarum auguſti fulgores, ne luce ſplendidior eſſe videaris.

17. *Videtur Ignatius ex affluentia egregiorum operum non vnus Deus, ſed quodãmodo plures. At ipſe nihil eſſe profitetur.*

Præcingit Ignatius, dum profitetur in ſe & in ſociis ſolummodo IESVM operari. Imago ne pulchra? egregia opera? IESVS fecit, nomine Ducis mei operor: non mihi militi, ſed ipſi Imperatori adſcribenda victoria. IESVS de Ignatio curat verificari illud: *Opera, quæ ego facio, ipſe faciet, & maiora horum faciet.* Attamen Ignatius curat omnibus innoteſcere duplicatam illam potentiam ad gerenda miracula, ad opera facienda, ex propria virtute non procedere, ſed ex ſpecialiſſimo IESV dono ortum habere: operatur IESVS. Moyſi Dominus, *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis*, Exod.7. Vbi pulchrè argumento meo Lyranus, *Sciendum eſt, quòd in Hebræo habetur. Conſtitui te Eloym Pharaonis: quod nomen ſecundum proprietatem Hebrai ſermonis eſt pluralis numeri. Et ideo translatio noſtra eſſet magis propria, ſi haberet ſic: Ecce conſtitui te Deos Pharaonis.* Cur Deos, & non Deum conſtituit? Quia opera illa, quæ excitaturus erat Moſes ad Iſraëlis liberationem, maiora quidem iis, quæ aſſolet Deus ad ſuorum ereptionem excitare. Opera geres tot, ac tanta, vt non ab vno, ſed à te diis pluribus geſta eſſe videantur. Profectò ne Moyſes extolleretur, præmiſit Dominus, *Ecce conſtitui te.* Non tuæ potentiæ, ſed meæ omnipotentiæ fulgor tantus eſt adſcribendus. Tot mira excitauit Ignatius, tam egregia opera geſſit, vt non Deus, ſed Dij exſurgant quodammodo operarij. Porrò cùm quaſi vnus & alter IESVS operetur, nõ indiget illa admonitione: *Ecce conſtitui te Deos*, ſi ſe ex IESV nomine operari, ſeu militare manifeſtat qui Religioni ſuæ nomen IESV impoſuit.

Exod.7.

Lyran.

An ex hoc capite ſublimior Moſes

18. *Ignatius dat* IESV *gloriam, nã, cùm* IESVS *gloriam alteri non det. At Ignatius aſſerit id ex* IESV *mente & nomine dediſſe.*

Ad Eliam Deus, *Vade in Serephtam Sidoniorum, & manebis ibi; præcepi enim ibi mulieri viduæ, vt paſcat te*, 3.Reg.17. Vbi Lyranus aſſerit viduam illam tam diuitem in miſericordia, vt famem inopis Eliæ propriæ inopiæ præhabeat, & prius ſuccurrit pauperi, quàm ſibi, & filio ſuo Dei gerere ſimulacrum, *qui dat ſemen ſeminanti.* Imò quaſi duplici ſpiritu Deitatis (ſic liceat exponere) fœmina ornari obiicitur; nam cùm Deus cunctis annonam abnegat, vidua hæc ex ore detrahit, vt ſuccurrat egenti. O mulieris pietas quodammodo ſuperans externos diuinæ munificentiæ effectus! Heus Elia, non exiſtimes fœminam ex proprio ingenio humanitatis tantum facinus expreſſiſſe: *Ego præcepi mulieri viduæ, vt paſcat te.* Anſelmus, *Præcepi, id eſt, dedi ei, vnde paſcat te.* Illa diſpenſatrix, ego autem largitor; dedi enim ei vnde poſſet tam auguſtum opus exponere. Cur non ipſa aperuit Eliæ accipienti, ſe non illius muneris donatricem, ſed diſpenſatricem? Quia cuncta Dei gloriæ adſcribere geſta, non eſt cuiuſuis perfectionis, ſed præcelſæ admodum ſanctitatis. Vnus Ignatius tot egregia opera ſoli IESV, proprio ſuppreſſo nomine, tribuit: *Societas* IESV *ad maiorem Dei gloriam.* Ignatius propriam gloriam operis ſui dat Deo, qui dixit, *Gloriam meam alteri non dabo*; ſicut vidua Eliæ dedit, quod ſibi præparat.

3 Reg.17.

Lyran.

Anſelm.

CAPVT II.

Ignis Ignatij charitatis in Deum & proximum tam efficax, vt appoſita gloria, ac hominis peccatoris magni conuerſione, eligeret vincere adhuc, periculo ſalutis expoſitus, vt Deo ſingulare illud litaret obſequium.

Illa virtus egregia, quæ pericula deſpicit: illa vera dilectio, quæ affecta incommodis, perſiſtit.

19. *Ignatius Eliæ ſimilis & Enocho; imò eis illuſtrior dum in ſeculo remaneret ad Dei obſequium.*

IGnis (ait Alcaſar) *eſt efficax.* Ad Ignatij charitatem in Deum, & proximos allicio. Fatus Dominus, *Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur.* id eſt, ſimiles Eliæ & Enocho, (ex aliquorum ſententia) qui aduentum nouiſſimum Domini ſuperſtites expectant, vt dent gentibus pœnitentiam. Tanta Ignatij charitas erga Deum, tam ingens erga peccatores incendium, vt (ſi oporteret ad horum ſalutem, ac illius gloriam) cum Elia, ac Enoch non in paradiſo, ſed in lacrymarum valle vſque ad diem nouiſſimam remaneret. An de ſalute certus? An in gratia confirmatus? Audias, precor. Dixit Lainio Pater meus Ignatius, tibi optio datur, vtrùm velis mox diem tuam obire, vt ad ſuperos tendas: an diutius ſuperſtes eſſe, vt inſignis peccatoris cõuerſioni operam geras, hac lege, vt minimè ſis de ſalute certus, ſed communi contingentiæ, ac periculo damnationis addicaris. Quid tibi putares eligendum Laine? Mox obire, ait. Quid eligeres

Mira Ignatij charitas

eligeres

eligeres Salmeron? Illicò diſcedere. Ego quidem, inſtat Ignatius, eligerem diu commorari communi periculo expoſitus, vt IESV illuſtrè libarem obſequium. Si damnationi addiceteris? Poteſt ne cum Domini magnificentia iu vna ſede ingratitudo commorari? An à ſalute deturbaret quem videret viuere propter ipſum? Quid ſi damnareris? Horribile quidem, ſed mihi iucundum ob diuinum obſequium, ſi poſſet ſine graui crimine accidere, & aures meæ obturarentur, ne in Deum blaſphemias exaudirem. O Ignatij flammam naturæ altetius!

Abrahami ſuperat perfectionem, capit enim theſſeram non de terra bona ad terram ſterilē: ſed de cœlo ad tartarū. Gen 12. Baſil. Sel.

20\. Commendabilis profectò illa Abræ expeditio ex Domini præſcriptione fantis, *Egredere de domo tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monſtrauero tibi*, Gen. 12. Vbi D. Baſilius Seleuc. orat. 7. *De cœlo theſſeram cape.* Theſſera quidem aleatum ludi formula eſt: ac ſi diceret Deus, E cœlo patrio diſcede, & in terram, quam tibi monſtrauero, veniens, & quaſi alea ludens, (vt vulgariter exponam,) *Echa al dado, o al tablero viuir en buena tierra o en mala, que te quepa en ſuerte. Egreſſus eſt itaque Abraham.* Quò vadis ô bone? Ad terram, quam monſtrauerit Deus, relicta patriæ telluris iucunditate, quæ cœli imitatur dulcedinem. Si Deus te ad barbaras gentes ducit, & non ad plagam æquè iucundam? Si tentandus ab hoſtibus duceris, & non ad requiem? Lubens proficiſcar, vt Numini me obſequentem oſtendam. Porrò Abræ tam obediens profectio, tam grata Conditori, vt virum ſanctiſſimum vt alliceret, hæc promiſſa expoſuerit: *Faciámque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eriſque benedictus*, ibid. Non duceris ad labores ex hoſtibus, aut pauperie: ſed ad honorem, & abundantiam. Attamen illud patriam cum terra incognita commutare, tam egregiam innuit perfectionem, vt obediens Abram dignus ſit tam illuſtri promiſſione. Quid ô Ignati, dum è certa ſalute æterna, theſſeram capis, vt diſcrimini te ſalutis exponas, vt IESV obſequium libes, dum ſuperſtes proximi conuerſioni ſtudes? An non dignius tuum nomen, quod magnificetur vberiùs? tu autem nónne dignior, qui illuſtrioribus benedictionibus replearis?

Quam illuſtrius ex hac reſolutione Ignatius?

Superauit Enochū, ille enim ſecurus expectat, Ignatius autem ſe periculo exponit, vt magis ſeruiat. Eccli. 49. Lyran.

21\. Sapiens ſic Enochum deſcripſit, *Nemo natus eſt in terra, qualis Enoch, nam & ipſe receptus eſt à terra*, Eccli. 49. Vbi Lyranus, *Nemo natus eſt qualis Enoch in omnibus bonis conditionibus. Quilibet enim Sanctus habet aliquam gratiam ſpiritualem à Deo, quam non habet alius. Propter quod de quolibet Confeſſore canit Eccleſia: Non eſt inuentus ſimilis illi.* Vndénam ergo Enoch meruit tam ſolemniter celebrari à Deo? *Nemo natus eſt in terra qualis Enoch?* Profectò quia *receptus eſt à terra*. id eſt, vltroneè Dei voluntati ſubmittitur illum è terra rapientis, vt apud paradiſum nouiſſima tempora expectaret. Num ſalutis iactura, aut æternæ felicitatis theſſeram capiens? Minimè, ſed in gratia confirmatus, ſine vllius demeriti ſuſpicione, cœleſtibus illuſtrationibus plenus Eliæ poſtmodum addicendus iucundiſſimæ Societati, *receptus* denique in morem theſauri, quem nulla ſæculi afficiet iniuria. Et tamen tam dignus commendatione; quia ſe diuino mancipauit obſequio, vt non ſit inuentus ſimilis illi: ſtrictiori iure de Ignatio Eccleſiaſticus profaretur, Nemo natus eſt in terra qualis Ignatius, nam & ipſe eligeret in terra commorari de ſalute æterna capiens theſſeram, vt daret peccatori inſigni pœnitentiam.

Nemo natus eſt in terra qualis Ignatius?

22\. Illuſtre admodum charitatis D. Martinus reliquit exemplum, dum aſpiciens Patriæ gaudia iam iam ad palmam auolaturus ait: *Domine, ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem.* Exclamat iure Bernardus ſerm. de Diuo. *O verè ſanctiſſimam animam, ô inæſtimabilem charitatem! Bonum certamen certaſti, curſum conſummaſti, fidem ſeruaſti: de reliquo repoſita eſt tibi corona iuſtitiæ, quam reddet tibi Dominus hodie iuſtus Iudex; & adhuc dicis: Non recuſo laborem, fiat voluntas tua? Obtuliſti planè Iſaac vnicum illud quod diligis, quod in te ſingulaſti. Immolaſti ſingulare gaudium tuum pia deuotione, paratus redire iterum in pericula,* (temporalia,) *innouare certamina, denuo ſuſtinere laborem; deinde differri adhuc ab illa tanta felicitate; poſtremo quod maximum eſt, à Chriſto tuo peregrinari diutius.* O Ignatij ineffabilem charitatem! Non eſt inuentus ſimilis Martino, quia voluit gloriam differri, diutiúſque à ſuo IESV peregrinari ob proximorum vtilitatem. An non Ignatius iam non rara, ſed vnica auis in terris volens non iam differri gloriam, ſed permittens auferri omnino: non ſolùm diutius à IESV ſuo peregrinari, ſed æternum quodammodo, in feliciſſima alearum emiſſione, vt IESV libet ſingulare obſequium, vt proximo ſpecialem curet vtilitatem. Audeo abſolutè conclamare, *Non eſt inuentus ſimilis Ignatio.*

Vicit Martinum, ille enim differri geſtit gloriā ſuā, vt Domino ſeruiat, Ignatius autem auferri quodammodo permitteret, ſi obſequio IESV neceſſarium eſſet. Bernard.

23\. Paulus mihi obiicitur præcelſioris charitatis igne ſuccenſus, quàm Martinus. *Optabam*, inquit, *ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis*, Rom. 9. Non imperatus quidem, ſed ego ipſe vltroneus optabam diſcedere à IESV, (ſi oporteret,) vt fratrum ſaluti operam exhibere poſſem. Exponit Nazianzenus orat. 1. *Eos apud Chriſtum in locum ſuum ſubrogari pre charitate optat.* Adhæreant fratres Chriſto, vt conſolationibus afficiantur, licèt ego interim diutiùs à IESV peregrinari cogar. An patereris Paule, æternum à IESV recedere?

Superauit & Paulum charitate feruidum. Rom. 9. Nazianz.

24\. Audiamus Bernardum citatum. *Magna obedientia veſtra, Angeli ſancti. Sed, quod dicere audeam pace veſtra, neſcio, an inueniatur in vobis quiſquam paratus, ad tale aliquando miniſterium mitti, in quo neceſſe habeat non videre faciem Patris.* Si vel ad tempus exiguum velociſſimi Spiritus obedientiſſimi planè non paterentur à facie Patris abſtrahi: pateretur Paulus æternum à IESV ſuſtinere diuortium?

An non Angelos, & vicit?

25\. Adiicit opportunè, *Magnum eſt Petre, quòd Dominum ſecutus omnia reliquiſti: ſed audiui te in monte dicentem, vbi Chriſtus transfiguratus eſt coram vobis: Domine, bonum eſt, nos hic eſſe*, Matth. 17. *Non eſt hoc: ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem. Paratum cor tuum Martine, ſiue manere in corpore, ſiue diſſolui, & eſſe cum Chriſto.* Paratum ſcilicet manere in corpore ad tempus modicum, vt poſt obſequium exhibitum IESV, poſtmodum diſſolueris, vt cum ipſo remaneas in ſuperis. At dicere ex toto cordis affectu: Paratum cor meum Domine, paratum cor meum, vt plus ſeruiam tibi, vel ſalutis ſubire pericula, ſolius Ignatij eſt.

Petro denique excelluit. Matth. 17. Bernard.

eſt. O Deitatis gratæ munificentia! Nunquam maiori ſecuritate niteretur Ignatius, quàm cùm ob Dei obſequium ſecuritatis iura renunciaret.

26. *Charitas igniti Patris mei erga inimicos.* Prou. 25.

Hinc colligo ineffabilem fuiſſe Ignatij erga proximos charitatem. Eam recolo, quam erga inimicos oſtendit. *Si eſurierit*, (ait Sapiens,) *inimicus tuus, ciba illum: ſic enim carbones congeres ſuper caput eius*, Prou. 25. Ignatius carbo ignitus ſuis extitit inimicis. Quidam ſæcularis ſocius nummos Ignatio abſtulit, & aufugit. Poſt tempus autem ægrotans grauiter ad Ignatium ſcripſit auxilium implorans. Properauit, auolauit laturus opem Diuus, cuius *lampades ignis, atque flammarum*, Cant. 8. LXX. *Alæ eius*. Philo Carpath. *Alæ ignis, carbones ignis*. Quomodo poſſet Ignatius ad inimicum tam velociter auolare, ſi totus ex charitate carbo ignitus non exiſteret?

Cant. 8. Philo.

27. *Charitas Ignatij erga inimicos Spiritus ſancti ſapit incendium.*

Audebo ne dicere charitatem Ignatij erga inimicos Spiritus ſancti ſapere incendium? Ignatio vrbem ingreſſuro Pater æternus appareret, Chriſtus crucifer adſtat, dum profatur exoranti auxilium ad Societatis exædificationem: *Ego vobis Romæ propitius ero.* Quæſierim, cur non Spiritus ſanctus Patrem, ac Filium viſibili ſpecie comitatur? Credidero, quia Ignatius charitatis erga inimicos igne Spiritum ſanctum foueret. O quot ſurrecturi erant aduersùs Ignatium aduerſarij, quos Diuus ineffabili proſequuturus erat dilectione. Qui ergo tanto amore ſuccenditur erga inimicos plenus Spiritu ſancto oſtenditur: & ideo Spiritus ſanctus cum Patre, & Filio minimè manifeſtatur. Fatur Dominus, *Qui diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus*, Ioan. 14. Pater, & Filius aduentarunt: cur non etiam Spiritus ſanctus? Paſchaſius lib. de Euch. cap. 21. *Non quaſi prætermiſſo Spiritu ſancto, quod ad eos tantùm Pater, & ipſe veniat, quos idem ſuæ præuentu aſpirationis ſanctificauerit ſpiritus.* Venit Pater, venit Filius, Spiritus ſanctus venire non dicitur, quia iam ad charitatis ignem fidelium ſuccendendum aduentarat. Apparet Ignatio Pater, Filius oſtentatur, Paraclitus non oſtenditur, quia Ignatij ignis totus erat Spiritus ſanctus erga inimicorum dilectionem. Hæreticus ex Hiſpania fugitiuus à quibuſdam eſt appellandus. Diliget ne eos Ignatius? Diliget planè, qui plenus Spiritu ſancto eſt.

Ioan. 14. Paſch.

CAPVT III.

Ignis Ignatij agilitatem commendo. Ad cæleſtia obſequia fuit velociſſimus, quod teſtantur tot egregia facinora, quæ tam exiguo tempore perfecit.

Aſſero perfectiſſimum virum decere in obſequiis Deo litandis velocitatem.

28. *Ignatio Deus non præſcribit locum determinatum manſioni, vt velociorem reddat.*

IGnis, (ait ille,) *eſt agilis*. De vigili ſeruo addicitur, *vt cùm venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei*. Percurrenda Ignatij opera eximia tot quidem ac tanta, vt innumerabilium ſæculorum diuturnitate perfecta eſſe videantur. At quot annorum ſpatio geſta fuere? Ex hoc capite Ignatius, ac Societas IESV poſita eſt omnibus in miraculum. A conuerſionis articulo ad fundationis Societatis inſtantiam Deus Ignatio locum requiei non præſcripſit, ſed peregrinus totum orbem peragrauit. Quare? Crediderim, vt velociùs ad locum, quem ignoraret, curreret. Abrahamo Dominus, *Egredere de terra tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monſtrauero tibi*, Gen. 12. Cur non dixit, *& veni in terram Chanaam*? Reſpondet D. Baſilius Seleuc. orat. 7. *Metas celat, vt curſum contendat*. Velociùs currit, qui putat ſe vocatum eſſe ad ambulandum magis, quàm aſſignato in loco conſiſtendum. Ideo Dominus metas celat Ignatio, vt velociùs currat, vt agiliùs, ignis in morem, operetur.

Gen. 12. Baſil. Sel.

29. *Ignatius, inſtar Pauli, recens è ſæculo proſiliens, aliis igneis ad tertium cœlum abripitur.*

Velociſſimus planè Paulus in ipſo conuerſionis articulo tam agiliter auolauit, vt ad tertium cœlum perueniret. *Raptus eſt in tertium cœlum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui*. 2. Cor. 12. O velocitatem ignei pœnitudinis affectus! Nyſſenus Paneg. in D. Baſil. de Paulo ait: *Nonne poſtquam ſordes, quas Paulus ex ignorantia contraxerat, depoſuit, protinus ad anguſtiorem conditionem naturæ transformatus eſt: & veluti exuto hoc carneo amictu in ipſis cœlorum adytis verſabatur: & nihil corporei impedimenti pondere tardatus, etiam intra diuinam paradiſi conſtitutionem perueniebat?* Alter Paulus Ignatius poſtquam militiæ ac vitæ ſæcularis ſordes depoſuit, ad anguſtiorem conditionem naturæ, (ignis ſcilicet,) transformatus eſt; & veluti exuto carnis amictu apud Manreſam ſpirituali ecſtaſi, octo dierum ſpatio, in ipſis cœlorum adytis verſatus eſt: & ignis in morem, velociſſimo curſu totum terrarum orbem peragrauit.

2. Cor. 12. Baſil. Sel.

30. *Cuncta Ignatij actiones agile ignis ſapiunt ingenium. Vbi præcipuè de oratione, ſeu meditatione.*

Porrò cunctæ Ignatij actiones ignis agile ingenium ſapiebant. Velociſſima eius oratio breuiſſimo temporis interſtitio cœli verticem penetrabat ignea quidem efficacia ad omnia ſuperanda. E terra ſublimis igneis alis orans efferebatur. Subiit mentem Ignatij huiuſmodi cogitatio: Quid, ſi Societas IESV, quam tot laboribus collegi, tot ſudoribus promoui, diſſolueretur? Porrò, inquit, licèt velut ſal aquæ immiſſa liqueſceret, breui orationis exercitamento libans affectum, me omninò à triſtitia expedirem, tantámque tribulationem æquo animo tolerarem. Sic Abraham meus Iſaaci ſui igneæ orationis ſubſidio parabat offerre. Patriarcha equidem filium litaturus portabat *ignem, & gladium*, Gen. 22. Vbi Philo de Cherub. *An non vides, quod & ſapiens ille Abraham, quando incœpit iuxta Deum metiri omnia, nihil creaturæ tribuens, accepit ad ignei gladij ſimilitudinem ignem & gladium, reſecare cupiens quidquid mortale habebat, vt expedita cogitatione ſublimis, ad Deum auolaret.* vt ſcilicet tanto vulnere filij Pater minimè lethaliter ſauciaretur. Feruens etenim oratio, aut meditatio erat Abrahæ ſaucio, (vt vulgariter exponam,) *voton de fuego.* Tam ignea Ignatij, tam velox meditatio, vt tanto diſſolutionis Societatis affectus vulnere, illico donaretur ſanitate, ſi mens deferretur in ſuperos. Quid de Societatis velociſſimis incrementis? An non arguit manifeſtè igneæ naturæ agilitatem? Vnum Societatis ſæculum tot operibus, tot miris illuſtre,

Gen. 22. Philo.

illuſtre, nónne æternitatis quodammodo præſentatur epilogus? Ediſce præſtantiſſimos viros operandi decere agilitatem.

CAPVT IV.

Ignatius inſtar ignis, adeò deliteſcere curauit, vt à propria abſtinens gloria, ſolius IESV *ſtuduerit nomen audiri, gloriam augeri.*

Aſſero humilitatis proprium abſcondi, Dei autem fulgorem aperire: Religiones amictas aptè pugnare: vanitatem intenſione luminis ſuperandam.

31\. *Ignatius ignis è humilitate commendabilis.*

ADiicit Alcaſar, *Ignis deliteſcens in lapidibus, ære*, &c. Amat Dominus, corde humilis, eius imperium ſub miniſterij habitu deliteſcere. *Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.* Qui IESVM obiiciat oculis miniſtrantem Diuis famulis, eos exiſtimauit Dominos, Chriſtum autem famulum reputabit. O ignis deliteſcens! O IESVM mirum in modum ex humilitate commendabilem! Ignis ille conſumens Deitatis ſub miniſterij indumento abſconditur.

32\. *Curat Ignatius propriū nomen abſcondi, vt effulgeat nomen* IESV.

Imitatur Ignatij ignis Domini proprietates, dum curat ſemper deliteſcere, vt IESV gloria ſolummodò valeat oſtentari. Potuit Ignatius ſuum nomen Societati imponere, *Societas Ignatij*. At abſcondit nomen Ignatij, vt IESV nomine Societas decoretur: *Societas* IESV. Exprimit Ignatius pulcherrimum opus Societatis tot Diuis Martyribus, ac Confeſſoribus illuſtre, tot Doctoribus egregium, tot miniſteriis erga proximorum ſalutem glorioſum: & cùm poſſet Artificis nomen ſcribere, *Ignatius*, ſupponit IESVS, vt nominis Ignatij ignis deliteſceret.

33\. *Quod expreſſit vocabulum* Chaſmal. Ezech. 1.

Ezechiel ait, *De medio ignis quaſi ſpecies electri*, cap. 1. Hebraïcè, *Quaſi ſpecies Chaſmal*: quod quidem vocabulum ſi Hebraïco more à ſiniſtra in dexteram legas, inuenies nomen nihil ſignificans, ſolummodo autem innuens inibi aliquid magnum deliteſcere. At ſi idem vocabulum *Chaſmal* à dextera relegas ad ſiniſtram, Latino ac Hiſpano more, idem eſt ac *Chriſtus* IESVS. Profectò Societas noſtra eſt *Opus electri*. Directo ordine aſpectatum hoc opus, totum eſt IESVS *Chriſtus*. Cur non *Ignatius*? Quia inuerſo ordine vſitato, (quo cuncti Fundatores proprium nomen operi apponunt,) Ignatij ignis deliteſcit: non apparet aliquid Ignatij, nihil Authoris videtur; ſed innuitur planè aliquid inibi magnum abſcondi.

34\. *Ignatius per ſuos veſtitus deliteſcit igne.*

Hic Ignatio mos inſtar ignis, abſcondi in proximorum vtilitatem. Pergit Ignatius in filiis ad Indos, ad Hiberniam, ad Angliam, ſub mercatorum, ac ſæcularium ciuium indumento. Apud reliquos fidelium Regnorum plagas ſub communi Clericorum habitu commoratur, igne quidem amicto. Aliæ Ordines nudæ pugnant, Societas IESV amicta concertat, ob maiorem Dei gloriam, ac proximorum vtilitatem. Nam quæ Religiones ſunt inſtitutæ ad exempli ſolummodo fulgorem, aptè nudæ obiiciuntur; at quæ ad acriter cum hoſte dimicandum ad proximorum acquiſitionem amictæ conuenienter exponuntur. Dominus audiendus, *Dedi conturbationem gladij acuti, & limati ad fulgendum; amicti ad cædem*, Ezech. 21. Quomodo amictus ad cædem gladius, ſi nudus aſſolet vulnerare? Paulo ſuperiùs præmiſerat, *Eiiciam gladium meum de vagina ſua. Egredietur gladius meus de vagina ſua ad omnem carnem*, ibid. Si de vagina eductus, vulnerat, quónam modo amictus oſtentatur? Vidiſti hominem irruentem in alium educto quidem è vagina gladio, ſed pallio obtecto, ne inimicus aufugiat? En euaginatum gladium, & amictum. Religiones poſitæ à Domino ad fulgendum exempli radiis è vagina educuntur, nudantur, diſcalceantur. At Societas IESV inſtituta ad confligendum cum Eccleſiæ hoſtibus, limatur, educitur è vagina; ſed induitur communi pallio, aut ſæculari, (ſi opus eſt,) indumento operitur: ne hoſtes diffugiant, ſed infallibiliter valeat vulnere infligere ſalutaria.

35\. *Deus ignem oſtentauit Ignatij fulgentiſſimū, quem propter intenſionem nulla potuit vanitas conturbare.*

Profectò Dominus Ignatij ignem abſconditum ex humilitatis affectu, ita omnibus oſtentauit, vt ſicut non eſt *qui ſe abſcondat à calore eius*, ita nullus eſt, qui non aſpiciat fulgorem. Teſtor Societatem IESV tot miris luminaribus ſtipatam, quot operibus. An Ignatium aliquis vanitatis compunxit ſtimulus, dum videret opus ſuum tot mirabilibus redundans? Nunquam vanæ gloriolæ nubecula magnum ſuffudit luminare: nunquam vanitatis flatus flammam tanti ignis potuit reddere tremulam. Quare? Quia vehementer Ignatius erat accenſus. *Sic luceat*, (inquit Dominus,) *lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum*, Matth. 5. Quónam modo quis poteſt efficere, vt videntes lucem ſuam Deum glorificent, & non potiùs ipſum qui fulget operibus? Certè oſtentando ignem adeò vehementem, vt nullis poſſit flatibus conturbari. *Sic fulgeat.* Certè ſic fulſit, id eſt, tam vehementer, tam potenter lux ignis Ignatij fulgurabat, vt nullis potuerit vanæ gloriæ flatibus concuti, dum omnia ad maiorem Dei gloriam referret. Bernard. ſerm. de Nat. Ioan. *Nimirum tanquam accenſi, & vehementer accenſi*, (quod innuit illa particula: *Sic luceat lux veſtra,*) *& quibus non timeatur à flatu quolibet, aut impulſione ventorum.* Intenſio ergo Ignatij ignis vanitatem ſuperat. Nam agnoſcit Ignatius tantum fulgorem humanæ operationis non eſſe, ſed diuinæ, cui gloria litanda: *Ignatius ad maiorem Dei gloriam.*

Ezech. 21.

Matth. 5.

Bernard.

CAPVT V.

Igni Ignatij cuncta materiam ſubminiſtrant, animos purgat, ardeſcit in aqua.

Quia ſpirituali Euangelij miniſtro nunquam deeſt materia proficiendi circa proximorum ſalutem.

36\. *Aqua fuit ignis Ignatij materia.*

DEnique Author, *Ignis*, inquit, *cuncta ſunt materia.* Theophylactus ad illa verba: *Et lucernæ ardentes in manibus veſtris*, aſſerit

lucernas

lucernas ardentes aqua irrigandas, quam quidem abſumentes luminaria ampliùs elucescunt, & vim exerunt efficaciorem. Efficaciſſimus planè ignis Ignatij, cuius materia vel aqua fuit. Adoleſcens impudicus igne cœco carpebatur. Studuerat Ignatius eum ſalutaribus monitis infrænare. Inutilem ſermonem opus egregium ſecutum eſt. Properante adoleſcente ad domum amaſiæ, Ignatius algentem properat ad lacunam, quæ non potuit ignem tantum extinguere: imò potiùs vberioris incendij materiam miniſtrauit, adoleſcente ad meliorem frugem redeunte.

Magis igneus Ignatius, quàm Elias: hic enim diuiſis aquis in ſicco oſtēditur, ille autem ſuper aquas ardet.

4. Reg. 2.

37. Igneus Ignatius, igneus Elias: ſed magis igneum, Prophetæ tanti venia, oſtendam Ignatium. Elias & Eliſæus aliquando *ſtabant ſuper Iordanem. Tulit Elias pallium ſuum, & inuoluit illud, & diuiſit aquas, quæ diuiſæ ſunt in vtramque partem, & tranſierunt ambo per ſiccum,* 4. Reg. 2. Eliæ ignis magnus quidem, ſed effugit aquas, oſtentatur fulgens, ſed in ſicco. Porrò ignis Ignatij quaſi lampas in oleo, in aqua gelida obiicitur. Aquæ non diuiduntur Ignatio, nec enim timet igni ſuo *a frigoribus* glaciei. Fatur D. Ambroſius ſerm. 11. de Epiph.

Ambroſ.

Elias etiam in Iordane fecit diuiſionem aquarum, ita & ſpiritus Domini ſeparationem operatus eſt peccatorum. Ille ſtare fluenta præcepit, hic crimina. Liceat Ignatium ſpiritu Domini principali præditum Domini ſpiritum appellare ardentiſſimum. Elias diuiſit aquas fluminis, Ignatius peccata, dum animum adoleſcentis cœco igne flagrantem extinguit igne potentiori. At Elias fecit ſeparationem aquarum in ſicco perſiſtens: Ignatius autem ſuper aquas tanquam lampas oſtenditur.

Ignatius quodammodo eſt ſpiritus Domini vectus ſuper aquas.

Gen. 1.

38. Quàm aptè Ignatij ignem Domini ſpiritum vocitaui? *Spiritus Domini,* (ait Moſes,) *ferebatur ſuper aquas,* Gen. 1. Cùm Ignatius, (vt ſuperiùs attigi,) pergeret in vrbem, obuiam ei proceſſere Pater æternus, & Chriſtus crucem baiulans. Cur non ſimul Spiritus ſanctus apparuit? Rurſum reſpondeo, quia Ignatius Spiritus ſancti igne plenus incedit, qui Religionem inſtituere ſtudet ad ſeparationem peccatorum ex animis fidelium. Dum curabat Stephanus Iudæos reducere ad IESVM, *Ecce,* ait, *video cælos apertos, & IESVM ſtantem à dextris virtutis Dei,* Act. 7. Quare non ſimul Spiritum ſanctum aſpectauit? Certè, quia Stephanus Spiritus ſancti igne plenus quaſi Spiritus ſancti perſonam agebat, ſante Luca, *Stephanus autem cùm plenus eſſet Spiritu ſancto, vidit gloriam Dei.* Nam qui Dei gerit cauſas ad proximorum reductionem, ad ſeparationem criminum, quaſi Spiritus ſanctus eſt. Vnde Ambroſius citat. *Spiritus Domini,* ait, *ſeparationem operatus eſt peccatorum.* Hic ergo Domini ſpiritus diuidit aquas, ſed ſuper aquas fertur; quia igni diuino cuncta materiam ſubminiſtrant.

Act. 7.

Ambroſ.

Ignatij ignis purgatoriū animarum ignem æmulatur, Angelicus eſt ſpiritus purgans animas.

Cant. 7.

Pſalm. 103.

39. Porrò aquæ immiſſus ignis ille animum purgauit adoleſcentis. *Fortis vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio,* Cant. 7. id eſt, hæc æmulatio Ignatij, qua curat ignem ſuum Spiritum ſanctum imitari circa munus diuidendi peccata: eſt dura ſicut ignis infernus, quo quidem animæ fidelium repurgantur. Dauid cecinit, *Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem vrentem.* Pſalm. 103. Vbi Nazianzenus orat. 34. Spiritus atque ignis Angelus appellatur; illud, quia intellectuali natura eſt præditus: hoc, quia *purgandis animis noſtris adhibetur.* Si Spiritum ſanctum nolis Ignatium vocitari: Angelum ſpiritum appellari liceat, qui quidem ignis eſt efficaciſſimus ad animorum repurgationem: id quod cuncta Societatis miniſteria teſtantur.

Nazianz.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Irrigat Ignatius vehementiſſimam charitatis ſuæ flammam aqua paludis frigida, ſeu potiùs in ſe adoleſcentis impudici infrænat incendium.

Edocens Patresfamilias, ac Præſules, in ſe vindicare filiorum, ac ſubditorum crimina.

ET *lucernæ ardentes in manibus.* id eſt, (fatur Titus Boſthrenſ.) *ſit doctrina noſtra lucerna animata, quam actio deinde ſtudioſa irriget.* Lucem, aut ignem minimè decet irrigatio: quónam modo igitur animata lucerna ſtudioſa actione irriganda eſt? Profectò lucerna animata eſt Diuus illi ſimilis, de quo dictum eſt, *Erat lucerna ardens, & lucens.* An non Ioannis Baptiſtæ æmulator Ignatius ardens & lucens? Ignatius ergo ardens, ſeu animata lucerna rigatur ſtudioſa actione, dum lacunæ frigidæ vndis obtuitur, vt adoleſcentem impudicum ab inſtituta perditionis via reuocaret, vt obſeruat. proxima dicebamus. 40.

Pater, aut Præſul in ſe vindicat ſubditorum, aut filiorum crimina.

41. An non vtilius & aptius adoleſcentis iniqui ignis irrigaretur? O prudentiſſimam Ignatij charitatem! Oportet Præſulem, Concionatorem, Patremfamilias aliquando in ſe ipſo iniquitatē ſubditi vindicare. Puellula impudicitia laborat, nec monitis hortatricis matris acquieſcit. Faciem propriam mater rigida actione vulnerat, & filiæ exitialis ignis extinguitur, dum puella ex fœdata matris facie agnoſcit propriæ libidinis fœditatem, criminiſque malitiam grauiſſimo ſupplicio proprio in capite puniendam. Audiſti. Cœleſtis hominum Parens curauit pluribus medicamentis hominum impudicitiam ablegare; at *omnis caro corruperat viam ſuam.* Prius autem, quàm omninò ignis irrigaretur cœcus, ac ſimul homines aquis diluuij obruerentur, Pater piiſſimus proprium charitatis ignem irrigauit. *Pœnitet,* inquit, *me feciſſe eos,* Gen. 6. Ad quæ D. Bernardus apud Tilman. *Pœna me tenet,* (ait Deus,) *mihi incumbit inſtinere pœnam, pœnitentiam agere pro homine, quem creaui. Non poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illum.* Quinam calix à te ô Domine hauriendus? *Intrauerunt aquæ,* ait, *vſque ad animam meam.* Ac ſi Deus ſeſe ardentiſſima charitate flagrantem diluuij aquis immergeret, priuſquam exitialiter ignis peccatorum irrigaretur, ſi fortè videntes in Deo ſpeciem pœnitentiæ, (fari ſic liceat ex mente Doctoris,) ad veram pœnitudinem alliciantur.

Sic Conditor irrigat in ſe ipſo hominū impudicorum ignem.

Gen. 6.

Bernard.

Cuncti

Prudens gubernator in ſe ipſo ſubditi ignẽ curat extinguere. Bernard. Ambroſ.

42. Cuncti homines demùm obruuntur diluuij aquis, paucis in Noemitica Arca aſſeruatis. Ab iis planè calix mortis tranſierat. Debetur equidem Domino proprium ignem irriganti. At enim, (vt cum Bernardo loquar,) *Hic calix non poteſt tranſire ab iis, niſi ego bibam illum.* ſubditi enim videntes ignem charitatis parentis innoxium vtique irrigati, alliciuntur efficaciter, ad voluptates odio proſequendum. Ambroſius, , *Huiuſmodi Conditoris prudenti vindicta domus Noe in diluuio ſeruatur: nauigantes ſcientia gubernatoris ſaluat.* Prudentiſſimus enim gubernator, qui in ſe ipſo ſubditi ignem procurat extinguere.

Præſules mare portãt, vt in ſe extinguant ignem, & abluãt ſordes ſubditorum. 2. Par. 4. Nilus.

43. Fecit olim Salomon *mare fuſile rotundum per circuitum. Similitudo quoque boum erat ſubter illud*, 2. Paral. 4. Mare id appoſitum ad Sacerdotum ablutionem, ad fidelium puritatem. Cur ergo vas illud non apponitur ſubditorum humeris, ſed Præſulum in duodecim bobus deſignatorum? An non aptiùs aquis maris illiusq; obruerentur ſordidæ ſubditorum flammæ? Cur Præſules myſticæ irrigant vndæ? Certè, quia dum Prælati, ſeu Patres familias propriam irrigant charitatis flammam, aſſolet ſubditorum exitialis ignis extingui. D. Nilus in Aſcet. *Boues ſub pelui declarant eos, qui ſubeunt onus Rectorum, nihil reſpuere, aut auerſari debere: ſed & onera inferiorum perferre.* Debet ſubditus oneri pœnitudinis ſubiacere, operibus pœnalibus libidinis ignem extinguere? Præſules proprium charitatis ignem irrigent huiuſce maris aquis, vt obiecta innocentis Prælati pœnitentia, nocentes ſubditi ad meliorem frugem alliciantur. O quoties in impio ſordes abluuntur, ignis noxius extinguitur, dum is videt Præſulem pœnalibus operibus diuexatum! *Sit itaque doctrina noſtra lucerna animata, quam ſtudioſa actio irriget.* Curauit Ignatius ignem ſuæ charitatis frigidis lacunæ vndis irrigari, vt inſtar conditoris de hominum piaculis videatur pœnitere: vt bos Euangelicus immittatur mari abluendus, vt ſordes adoleſcentis miſeri abluantur, flammaque exitialis poſſit extingui.

Observat. III.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Ignatij ignis frigidam pergit ad lacunã, vt proximi luxuriẽ in loco natiuitatis eius poſſit debellare gloriosiùs.

Potentiſſimi Militis documentum, vitia, propria in regione, ideſt, in deliquendi illectamento vincere.

44. DVm video ignem cœleſtis dilectionis irrigari, ex Titi Boſthrenſis mente, dum *lucernam animatam*, ſeu Ignatium totum igneũ aſpicio frigidam pergentem ad lacunam, & clamantem: Perge, miſer, ad voluptatum illectamenta ſectanda, dum ſupplicij flagellum contorquetur, dum gladius vindictæ ſupra tuum fulgurat caput vulneraturus. Ego interim frigidis vndis contorquebor, ſi fortè valeã gehennæ ignẽ tibi imminentẽ extinguere.

45. Aiebat Iob, *Gigantes gemunt ſub aquis*, cap. 26. Dæmones, robore potentiſſimi (vt Lyranus exponit) gemunt ſub paludis aquis, ab alio gigante validiore quidem ſuperati. Porrò aptius in gigantibus hiſce impudici homines deſignantur, qui tartareo concremantur igne luxuriæ; hi victi gemunt. Lyranus, *Gigantes, qui fuerunt in aquis diluuij ſubmerſi, modò gemunt in inferno, qui ſub aquis ſitus eſt.* At gigas ille adoleſcens ſiue luxuriei potentiſſimus ſpiritus ſuperatus à robuſtiore gigante Ignatio iam dolens ingemiſcit. *Omnes res* (aiebat D. Fulgentius) *fortiores ſunt in loco natiuitatis ſuæ.* Vel piſculus in aquis fortiter è manu elabitur, qui extractus à loco natalitio infirmus emoritur. O Ignatium potentiſſimum, qui Venerem ex ſpuma exortam propria in regione validiſſimè ſuperauit! Illa horribils gigantea ſtatura *demoniaca impudicitia* (ſic eam appellauit Chryſoſtomus.) ſua in regione ab Ignatio victa congemiſcit.

Gemit ſub aquis paludis luxuries ſuperata ab Ignatio gigante. Iob 26. Lyran. Fulgent. *Omnes res fortiores in loco natalitio.* Chryſoſt.

46. Victoriæ pondera præſtantiam. Cum Anteone filio Telluris Hercules ſingulare init certamen, coniacet Anteon, ſed à Tellure parente roboratus, validior ad certamen exſurgit. Quod cùm ſæpè accidiſſet, prudens Hercules hoſtem abſtraxit à matre Tellure, in aereaque facilè regione comminuit. Cur non propria in patria? Quia *omnes res fortiores ſunt in loco natiuitatis ſuæ.* Egregium igitur Ignatij facinus, propria in Regione Venerẽ debellaſſe.

Anteon non potuit vinci in loco natiuitatis.

47. *Factum eſt autem, vertente anno, eo tempore, quo ſole vt Reges ad bella procedere, vt ſurgeret Dauid de ſtratu ſuo, & de ambularet in ſolario domus Regiæ, viditque mulierem ſe lauantem ex aduerſo*, 2. Reg. 11. Vbi ex quibuſdam Hebræis aſſerit Abulenſis *q. 5.* fœminam (non improbabiliter) dediſſe operam ablutioni conſultò, vt Regem ad libidinem alliceret. Si id intendebat Bethſabæ, aptius è ripa obiiceretur, quàm obrueretur vndis. Cur igitur perrexit ad aquas? Porrò vt fortiùs luxuries patria dimicaret ex aqua. *Aſpectus mulieris ſe lauantis*, (ait Lyranus) *fuit valdè periculoſus, quia Dauid tam ſanctus, & bonus per hunc fuit tractus in adulterium.* Fortiſſimus tunc militari robore Dauid oſtentabatur, quo tempore ſcilicet ſolent Reges ad bella procedere. Vnde libido (ſic explicare mentem liceat) validum victura ad locum natiuitatis ſuæ ad aquas pergit. *Omnes* enim *res fortiores ſunt in loco natiuitatis ſuæ.*

Dauid fortiſſimus victus eſt, quia luxuries pugnauit in aqua natalitia. 2. Reg. 11. Abul. Lyran.

48. Chriſtus vocat mortem, ac diabolum ad certamen, Lazarumque à mortuis ſuſcitaturus, ait, *Lazare, veni foras. Et prodiit, qui fuerat mortuus ligatus manus, & pedes inſtitis*, Ioan. 11. Cum illis ſentio, qui aſſerunt Lazarum mortuum è ſepulchro extractum cœleſtis vi imperij, vt extra tumulum ſuſcitaretur. Quare nõ ipſo in tumulo ſuſcitatur? Reſpondet Chryſol. ſerm. 65. *Vt nobis mõſtraret inferni tremẽdã ſeueritatẽ.* Patria mortis ſepulchrũ, diaboli gehenna domiciliũ quaſi adnatũ. Chriſtus cũ morte ac diabolo decertaturus pro Lazari ſuſcitatione, ab inferis abſtrahit animũ, corpus à ſepulchro: ne cũ hoſte propria in regione pugnare cogeretur.

Chriſtus mortem & diabolũ victurus hoſtes abſtrahit à regione ſua, ſeu natiuitatis loco, vt nos fragiles edoceat. Ioan. 11. Chryſol.

Vt

Vt ſcilicet edoceat ſpirituales agoniſtas cum hoſte valido in loco natiuitatis minimè dimicare.

49. *Victurus diabolũ abducit eum à Regnis Regione quidẽ Principis huius ſeculi.* Matth. 4. Chryſoſt.

Cùm ductus fuit deſertum ab ſpiritu, *vt tentaretur à diabolo*, tartareuſque hoſtis ſemel, & iterum fuiſſet ſuperatus: collectis viribus Archidæmon *oſtendit ei omnia Regna mundi*, Mat. 4. Gerens ille perſonam ambitionis, ſeu vanitatis, curat Chriſtum expugnare. Pulchrè Chryſoſtomus ad Pſalm. 2. *Tunc Archidæmon cogit omnia Regna mundi, cum omnibus apparuit.* Cur apparuit cum omnibus? Vt *Princeps huius mundi* in loco natiuitatis ſuæ dimcairet fortiùs? Ita planè. Quid tunc Saluator? *Vade*, inquit, *retrò Satana.* ideſt, ab iſto loco, vbi Regna coëgiſti, dimouere, & in oppoſito loco conſiſte, vt manus conſeramus. Quare Ieſus noluit cum Diabolo in patria conſiſtente dimicare? Certè vt qui perſonam fragilis agerêt peccatoris, ſuos milites erudiret, validiſſimo cum hoſte haud eſſe concertandum in eius *natiuitatis loco.*

50. *Vicit Ignatius, quia propria in Regione pugnauit.* Plutar.

Quàm militari robore illuſtris Ignatius, qui in aqua luxuriei patria Venerem extinxit! Profectò ex eo triumphus illuſtrior, quòd non in ſe ipſo, ſed in adoleſcente repreſſit. *Difficilius* enim (vt cum Plutarcho loquar) *in alio, quam in te ipſo voluptates frenabis.* Quid mirum, ſi Ignatius in igne cœleſtis dilectionis natus Deo, totuſque igneus propria etiam dimicabat in patria. *Lampades eius lampades ignis, atque flammarum, aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem*, Cant. 8. Ignatij ſpiritus igneus totus ex dilectione in Deum, & proximum: vnde *aquæ multæ*, ideſt, potentiſſimæ luxuriei delectationes (quia locus natiuitatis eius aqua) tantum ignem extinguere non potuerunt. Quare? Aſſeruit Orontius Finæus ignem elementarem aquis minimè extingui póſſe: potiùs autem foueri, vt de Aſphalto memorant,

Cant. 8.

Oront.

Alit vnda flammas, quòque prohibetur magis,
Magis ardet ignis.

Ignatij ergo ignis non ſubiacet aqueis voluptatibus, quia tam ardenti charitatis afficitur incendio, vt ipſe diuini ignis Regio eſſe videatur. Audi Honorium, *In hac anima aquæ multæ, id eſt, multiplices delectationes carnis, quibus omnis caro corruperat viam ſuam, non poterunt extinguere talis animæ charitatem, quin ſemper ardeat, & luceat. Hæc charitas diuiditur in duo: in dilectionem videlicet Dei, & proximi.* Particulam illam *in hac anima*, conuenientiſſimè Diuo aptabis Ignatio, cuius dilectio in Deum & proximum tot actionibus expreſſa ignis diuini Regio haud incongruè vocitabitur. Regio quidem luxuriei eſt domus fœminæ impudicæ: Regio iuramentorum ac mendacij locus ludi: niſi te agnoſcas diuino amore adeò ſuccenſum, vt poſſis ignea in Regione dimicare, non audeas certamina huiuſcemodi inſtituere.

* *
*

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Ignatius lucernarum loco ſeptem Planetarum luminaria manu oſtentat: vt omnium Religionum ſplendore effulgeat minimum luminare, ſiue luna ſocietas.

Humilitatis innuo exaltationem.

PRæcincti ſerui manu geſtare ad Dominum excipiendum luminaria iubentur. 51.
Theophylactus lucernis aſſerit ſignari virtutes, quæ vigilem decent Ieſu famulum. de quo inferiùs.

Obiicias, precor, Ignatium præcinctum, virtutum lucernas oſtentantem, Ieſu quidem æmulatorem, cuius nomen indidit Societati. *Vidit* (ait Ioannes) *ſimilem Filio hominis veſtitum podere, & præcinctum ad mamillas Zona aurea, & habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem*, Apoc. 1. Ignatius planè Ieſu ſimilis obiicitur præcinctus ad pugnam, zona planè aurea ob dilectionem Dei, & proximi. *Veſtitus* ille *podere*, ſeu *lineis*, hoc eſt, Sacerdotalibus indutos veſtimentis, quia Clericalis Ordo Societas. Præfert ſeptem ſtellas lucernarum vices gerentes, quæ quidem, autore Ioachimo, ſeptem Planetarum luminaria præſentant.

52. *Ignatius ſimilis Ieſu, ſeptem Planetas geſtat lucernarum loco.* Apoc. 1.

Profectò Planetæ ſex totidem Ordines illuſtriſſimos innuunt, quorum Ignatius Luna minima & inſtitutionibus prudentiſſimis, & egregiis operibus perfectiones colligauit. *Septem ſtellæ Angeli ſunt ſeptem Eccleſiarum.* Lyranus, *Hæc ſcriptura dirigitur eorum Congregationi, qui non ſolùm ad præcepta Decalogi, ſed ad Euangelica conſilia ſunt obligati, cuiuſmodi propriè ſunt Religioſi.* Igitur Ignatius ſeruus eſt præcinctus geminæ dilectionis zona, qui in operum manibus ſeptem luminaria, ſiue Planetas geſtat, ideſt, ſe ipſum Lunam oſtentat ſex Religionum aliarum æmulator: vt Societatem Ieſu Lunam efficiat Religionum, ſeu Planetarum omnium perfectiones copulantem. Monachorum quidem chorus ſacerrimus Benedictus, Bernardus, Hieronymus, Baſilius, Brunus Norbertus, & reliqui antiqui Proceres Saturni conſtituunt ſtellam. Auguſtinus Iupiter eſt aliquando impurus, poſtmodum (vt de Planeta Firmius ſcripſit) *forma decus, ac dignitas.* Poſtquam enim ablutus eſt non Luſio flumine, ſed Baptiſmi Iordane, cunctis exhibuit miræ puritatis documenta, ineffabilis doctrinæ ſplendorem, cuius baiula Auguſtiniana Familia Academiis cunctis illuſtriſſimum affert magiſterium. Fulgurat Mars Dominicus cum horribilibus Eccleſiæ dimicat hoſtibus prædicatione auguſta, Dominico gregi vigilantiſſimos dans canes (Marti quidem ſacratos) aduersùs hæreticorum deficientes Lunulas oblatrantes. Porrò maiorum minor, potiùs dixero minorum maior

53. *Planetæ ſex Ordines illuſtriſſimi, quorũ perfectiones Luna Ignatius, ac Societas curauit imitari.* Apoc. 1. Lyran.

Franciſcus

Franciſcus, ſol mihi eſt nudus planè Chriſti Solis iuſtitiæ imitator egregius, ſinceritate quidem, nuditate, vulneribus, vt cum Paulo clamet, *Ego ſtigmata Ieſu in corpore meo porto*, radios planè ſolares. Hunc ſequuntur Franciſcus de Paula, ac Petrus Alcantara abſtinentiæ, & aſperitatis Eccleſiæ miracula. Iam geminata Venus ſacri amoris parens Religio B. Mariæ de Mercede, cuius Rector eximius ſanctitate Nolaſcus: & Ordo Sanctiſſimæ Trinitatis rutilat. Diuini amoris fulgores ſpargens ſpinarum, ſeu laborum vulnera ſuſtinens curat non Adonidem, ſed Chriſticolas ab infidelibus apris diſcerpendis ære, cura, ſudoribus liberare. Carmelus Mercurij fulgores ſpargit oſtentos Eliæ filios ſanctiſſimos, ſapientiſſimos, quorum multi ad perfectionis iuuentam recurrerunt non ex lacte Iunonis, vti Mercurius; ſed Viraginis Diuæ Thereſiæ, vt ex huiuſce lactis reliquiis lactea via (cœleſte iter) efformaretur aptius, aſpera quidem ſpecie, ſed verè lactea: longa, ſed directa, omni plena ſuauitate. Profectò Planeta ſeptimus in manu Ignatij præcincti Societas Ieſu eſt minimum luminare. Sic Pater humillimus voluit Societatem vocitari: *Minima Societas Ieſu.*

54\. Aſſerit Georgius Venetus Lunam infimum Planetarum reliquorum ſuperiorum influentias excipere, ac proprietates induere. Procurauit Ignatius poſt reliquas Religiones militaturus, cunctarum præclariſſima quæque colligare; vt Societatis minimum luminare eſſet quidam velut omnis perfectionis Regularis epilogus. Præclamat Iſaias, *Et erit lux Lunæ ſicut lux Solis, & lux Solis* (ideſt, huius Lunæ quæ facta eſt ſol (*erit ſeptempliciter, ſic vt lux ſeptem dierum*, cap. 3. Lux Lunæ Societatis Ieſu Solis fulgorem imitabitur. Cùm autem ſol ſeptem dierum copulet ſplendorem, Luna Societas ſeptem dierum Eccleſiæ, nempe Fundatorum omnium fulgentiſſimos radios exponit: *ſicut lux ſeptem dierum.*

Societas reliquorũ Ordinum induit proprietates. Luna quidem ſex dierũ gloriam exponens. Iſai. 3.

55\. Saturnum aditum contemplationi refert Ignatius, ſiue Monachorum æmulator ecſtaſi diuturno ſæpe ad cœleſtem verticem rapitur, vbi myſteriorum Trinitatis, Incarnationis, ac creationis audiuit arcana verba, quæ ſi non licet homini loqui, Ignatio licuit ſcribere, priuſquam literarum ſtudio operam nauaret. Cur ergo tam eximius contemplator, & orator feruidus Ieſuitis chorum non conſtituit, vbi laudes Numinis inſonarent? Certè, quia proximorum addicta eſt ſpirituali gubernationi. E lecto ſurgens Ieſuita per vnius horæ ſpatium mentali orationi dat operam, bis conſcientiam expiare quotidie curat, lectioni ſpirituali, Miſſæ ſacrificio, actioni gratiarum, deuotæ Horarum ſacrarum recitationi vacat: reliquum tempus proximorum libat obſequio. Dimicat Iacob cum Deo precum armis, vti expreſſit Oleas, *Praualuit ad Angelum, fleuit, & rogauit eum*, cap. 10. Aurora properante Numen inclamat, *Dimitte me, iam enim aſcendit aurora*, Gen. 32. An non vtilius precibus inſiſteret Patriarcha? Choro hæreſcat, Primam cantantes ſicuti Matutinum concinerat ſpirituali mentalis orationis voce. Non congruit quidem diuturnior oratio, ſeu meditatio gregum gubernatori. *Iam venit* (ait Procopius) *aurora. Tempus eſt, ab inuiſibilibus ad viſibilia*

Saturni, ideſt, Monachorum Luna Ignatius, ac Societas ſplendorem exhibet.

Oſe. 10. *...prox imis ...orationi ...ſe vacare ...tas ...non ...ditur.* Gen. 32. Procop.

transire. O Ignati, Iacob è bello claude, qui oratione pugnaſti, & viciſti, perge ad gubernationis curam. Puer te expectat legendi, ac ſcribendi Magiſtrum; adoleſcentulus bonarum literarum Præceptorem; Dialecticus, Philoſophus, Metaphyſicus, Theologus magiſterij tui requirit documenta; typographi cuncti vbique terrarum doctiſſima volumina excudenda petit; cuncti fideles miniſteriorum Societatis ſubſidia requirunt. *Iam ergo tempus eſt*, (Anſelmus confirmans ait) *vt ab ſpiritualibus ad temporalia deſcendas.* Anſelm.

Iouem Auguſtinum imitatur Luna noſtra caſtitatis planè magiſtra, de qua ille: *Caſta faue Lucina.* Ignatius adoleſcentiæ aliquando morem gerens, à Luna Maria caſtitate donatus, fit iuuenum impudicorum frænum, meretricum reformatio, Pater filiorum, quorum Angelica puritas. Ait part. 6. Conſt. cap. 1. *Quæ ad votum caſtitatis pertinent, interpretatione non indigent, cùm conſtet, quàm ſit perfectè obſeruanda, nempè enitendo Angelicam puritatem imitari, & corporis, & mentis noſtræ munditia.* Danieli Angelus apparet præcinctus *ad renes*, cap. 1. Ioanni autem *ad mamillas*, Apoc. 1. Quare? Pannonius, *Apud Danielem præcinctus ad renes apparet, apud Ioannem ad mamillas; quia ſcripta veteris Teſtamenti ipſum opus luxuriæ arcet: nouum autem Teſtamentum etiam cogitationes ipſas.* Auguſtior planè Ignatij puritas, Societatiſque caſtitas Angelica. Homines enim carne induti opera accingunt & cogitationes; at Angelicæ puritatis imitatores nec cogitationes humanas præcingere poſſunt, quia ſicut nudi ſpiritus à carnis omnino reſpectu recedunt. Congruit Ignatio Angelica caſtitate fulgenti illud D. Bonauenturæ de cœleſt. Hierar. p. 1. cap. 10. *Vt Angelus, ſic hic vir iuſtus, nihil habet in ſe admixtionis carnalis delectationis: imò ſicut adeps ab omni carne ſeparatur.* Quid de doctrina Auguſtiniana attexam? Ignatius ſcripſit libellos, quos edendos filiis obtulit. Vnde Ieſuitæ, Ezechielis in morem, comedentes volumina, non iam *verbum bonum*, ſed innumerabiles libros eructare videntur.

56\. *Iouis, ideſt, Auguſtini radios ſpargit.* Ignat. *Angelica Societatis caſtitas.* Dan. 1. Apoc. 1. Panoni. Bonauẽ.

Refert Luna noſtra Martis Dominici proprietates, Pallas quidem, aut Bellona potentiſſima. Concidunt hæretici, cuncti Eccleſiæ hoſtes comminuuntur. Hibernos, ac Anglos alumnos Societas inſtruit ſuis in Collegiis, vt ad propria poſtmodum redeuntes ciuibus exiſtant Saluatores. Quot Societatis exercitus victorias reportauit! Quot Martyres occumbendo triumphauerunt! An quia Luna ſub viraginis habitu obiicitur, minus apta certamini? Num Societas fœmineo nomine expreſſa, fragilitate premitur? Abſit. Porrò Dux *miſit ancillas ſuas, vt vocarent ad arcem*, Prou. 9. Viri fortiſſimi Ieſuitæ miniſtri Euangelici fœmineo ſub indumento humilitatis victorias illuſtriſſimas gerunt, minima Societas Ieſu hoſtibus horribilis exponitur. De Apoſtolicis Ignatij filiis illud accipe: *Super montem excelſum aſcende tu, qui euãgelizas Sion*, Iſa. 40. Aliter, *Quæ euangelizas.* Et illud: *Dominus dabit verbum euangelizantibus*, Pſalm. 67. Hebraicè, *Annunciatricibus virtutis, ac fortitudinis plurimæ.* Fœmineo ſub habitu Luna, ſub fœminea appellatione minima Societas Ieſu prædita for-

57\. *Martis Dominici induit ſplendorem.* *Societas ſub fœmineo nomine fortiſſimè pugnat.*

titudine plurima oſtentatur.

58. Solem Luna Societas Franciſcum obiicit: *Et erit lux Lunæ ſicut lux Solis.* Franciſcus ſe ſe exuit omnino vt Chriſtus induatur? Ignatius Ieſu gloriam curans, ſe ſe vel nomine voluit exuere, ſuum opus eximium Ieſu nomine inſcribens: *Societas Ieſu.* Cur non, *Ignatij Societas*? Medium, quo viſiua potentia potentia attingit obiectum, nullo colore rubricatur; nam ſi ſpeciali colore tingeretur, impediret potentiam, ne obiecti colores exciperet. Huiuſce Philoſophiæ conſcius diabolus Euæ ſub ſerpentis forma olim apparuit. Sed & ſerpens erat callidior omnibus animantibus, qui dixit ad mulierem, &c. *Gen.* 3. Cur non ſub pulcherrima pauonis ſpecie fœminam curauit allicere, & non ſub ortuoſi ſerpentis deterrere? Callidior planè, ſatagens fœminam ad pomi trahere pulchritudinem, noluit medium vlla pulchritudine ornari, ne viſus Euæ diſtraheretur. Vnde ex Hebræo, *ſerpens erat callidior*, transferunt aliqui, *erat nudior.* Calliditas enim in nuditate, cuiuſuiſque ornatus expoliatione dignoſcitur: vt viſus mulieris ſine diſtractione tenderet in obiectum. Curans Ignatius Ieſum hominibus *ſpecioſum præ filiis hominum* oſtendere, omniumque corda cœleſti dilectione afficere, ſeſe omni autoritate expoliat, nec nomen Ignatij Societati adſcribit, ſe nudum oſtentat: ne aſpectaturi Ieſum, aliquid in Ignatio pulchrum videant, quo viſus diſtrahatur.

Solis Franciſci eſt æmulatrix Ignatij Luna dum ſe vel nomine nudat, vt Ieſus effulgeat.

Gen. 3.

59. Iam verò Luna noſtra Planetam Venerem, amorem ſcilicet cœleſtium matrem æmulatur, dum in morem Redemptricis B. Mariæ de Mercede & Trinitatis ſanctiſſimæ, dat operam redemptioni animarum, ab infidelibus impugnata. Chriſtus Crucem baiulans Ignatio ingredienti Vrbem apparet, vt oſtendat Societatem in ſignum, *cui contradicetur*, exoriri. A Domino enixè Ignatius efflagitauit, Societatem ſemper perſecutionibus agitari: & proculdubio obtinuit. Luna plena aſſolet latratibus canum agi: ſed ſurda properat.

Venerem, ſeu Redemptorum gloriam imitatur, aduerſa paſſus ob proximorum redemptionem.

Et latrant, fruſtràque agitur vox irrita ventis,
Et peragit curſus ſurda Diana ſuos.

vt Textor cecinit. Aſſerit Plinius Lunæ fœcunditatis ſignum eſſet canum oblatrationem. Vnde Gentiles latratibus Lunam iuuari, vt pareret, exiſtimabant. *Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in vtero habens, cruciabatur vt pareret,* Apoc. 12. En Ieſu Societas poſita Domino in miraculum, velociſſimè pergens vt Luna; ſub pedibus enim Lunam oſtentat, quia Societas Ieſu Luna eſt velociſſima Sole quidem induta: *Et erit lux Lunæ ſicut lux Solis.* Latratibus autem detractionum, ac murmurationum cruciatur, vt pariat. Strabus, *Aduerſa patitur, vt pariat.* Cur exiſtimas Societatem tot quotidie fœtus Confeſſorum, ac Martyrum in lucem edere: tot voluminum fructus parturire? Quia infidelium, ac ſæpe fidelium latratibus diſcruciatur: aduerſa patitur, vt pariat.

Societas Ieſu cruciatur, vt quotidie pariat.

Apoc. 12.

Strab.

60. Denique Luna Mercurium imitatur, de quo ſcribitur, compoſitæ ac pulchræ varietati præeſſe. Carmeli diſcalceiatus Ordo altarium vacat ornatui. O Societas filia Ignatij, qui vt calciamenti perpoliti poſſet inire anguſtias, paſſus eſt; os, quod ex curatione vulneris reliquum fuerat, ferreis inſtrumentis abſcindi. Iam inde annuncians, quàm perpolitus altarium cultor futurus erat. *Rex virtutum dilecti dilecti, & ſpeciei domus diuidere ſpolia,* 67. Vbi Euthymius de altarium domus Dei exponit ornatu. Lyranus, *Principes conuerſi ad fidem dederunt Eccleſiæ pretioſa donaria.* Ignatius è vanitate ſeculi ad Ieſu paupertatem conuerſus, ſeculi ſpolia pretioſa, gladium quidem, militis diuitias altario Virginis apud Serratum montem conſecrauit. Poſtmodum autem altarium adeò ſtuduit ornatui, vt Dei domus ſpecioſa omnibus obiiciatur. Præcipuè autem domum Dei curat animarum ſpoliis ornari victorum ſpoliis domorum poſtes ornabantur, iuxta illud Poetæ Æneid. 2.

Mercurij ſiue Carmeli gloriam refert ex pulchro Templorum ornatu.

Pſal. 67.

Euthym.

Barbarico poſtes auro, ſpoliiſque ſuperbi.

Virgil.

At Ignatij Templa animarum, quæ pœnitentes ſacra Synaxi reficiuntur, ſpoliis pulcherrimis decorantur. *Viuo ego* (ait Dominus) *quia omnibus his velut veſtimento veſtieris, & circumdabis tibi eos quaſi ſponſa*, Iſa. 49. ſermo de vocatione gentium, ac de conuerſione peccatorum. Vatablus, *His ornabitur Eccleſia ſicut ſponſa torquibus & monilibus ornari ſolet.* Ignatij delubra tapetibus pretioſis exornantur, coronantur floribus, rutilat argentum, fulgurat aurum: ieiunant ſocij, vt Altaria ſpecioſa ad Dei gloriam obiiciantur: ſed auguſtiùs animarum decorantur ſpoliis, tot fidelibus præmiſſa confeſſione ad ſacram menſam accedentibus.

Iſai. 49.

Peccatoribus conuerſis Ignatius ornat D. lubra ſua.

Vatab.

61. Etenim verò neſcio, an arroganter aſſeruiſſe notabor, Lunam alios Planetas quodammodo ſuperare. Tholomæus docet Lunam magis Planetam, quàm reliqui, exiſtere, quia cùm omnium influxus recipiat, & imitetur, aliquos præterea validiſſimos impendat ex ſe effectus. Societas Ieſu cunctarum Religionum magnalia curat imitari: an conſequatur, alij proclament. Profectò nonnullos præterea fouet influxus, quos proprios ſeu ſpeciales Societatis Ieſu eſſe non dubites. Mentem expendam Pauli teſtimonio. *Abundantiùs omnibus laboraui*, 1. Cor. 15. Vbi D. Anſelmus aſſerit quatuor in geſtis *Paulum cunctis magis Apoſtolum eſſe.* Primò, quia prædicauit Gentibus innumerabilium leucarum ſpatia percurrens. Secundò, quia alij Apoſtoli ob miniſteria ad ſuſtentationem vitæ eleemoſynarum ſubſidia laudabiliter recipiebant: Paulus gratis docebat, & concionabatur. Tertiò, quia Apoſtolorum nullus tot in vrbibus, aut oppidis Euangelij ſemina ſparſit. Quartò denique, quia ſolus Paulus plures ſcripſit Epiſtolas, quàm omnes Apoſtoli. quod Auguſtinus *ad Pſalm.* 130. confirmauit. An ex cunctis hiſce capitibus Societatem Ieſu magis Planetam vocitare liceat? Poteſtne Societas ſine iactantia proclamare? *Abundantiùs omnibus laboraui.* Vno in ſeculo quid non geſſit Ignatius? Quot Catholicos ad frugem meliorem adduxit: Quot hæreticos debellauit? Quot Gentiles euicit, vt Ieſu litaret ſpolia? Plura aliorum ſecula cum primo Societatis ſeculo componatur. An non ſine ſtipẽdiis, (vt de Paulo dixit Anſelmus) docuit, prædicauit, miniſteriaque cuncta fecit? An vlla Religio *tot in locis* (vt cum eodem Anſelmo loquar) prædi

Ignatij aut Societatis Luna pluſquam Planeta eſt. An Ignatius abundãtius omnibus laborarit?

Tholom.

1. Cor. 15.

Anſelm.

Auguſt.

Vno in ſeculo quid non geſſit Ignatius.

Anſelm.

prædicauit. Paulus *per totum orbem terrarum* (inquit Chryſoſtomus) *velut alatus diſcurrebat.* Chryſoſt.
Ignatius igneis pennis per totum orbem auolauit in filiis, ab inſigni illo Herculeo: *Non plus vltrà*, particulam *non* contrahens, & ad incognitas penetrans plagas, innumerabilibus periculis exantlatis. *Neque* (ait Doctor) *Epiſtolas omnes illi ſcripſerunt.* Quatuor millia Authorum Societatis Ieſu adnumerantur, qui quidem pluſquam ſex millia volumina vno in ſeculo conſcripſere. Certè vt vnius Suarij leguntur ſcripta, alterum vix ſeculum ſufficiens reputabitur. Dixi Societatem pluſquam Lunam, pluſquam Planetam? Deceptus ſum, (profiteor ingenuè) minus quàm Luna deficiens eſt, vix inter Planetas adnumerari poteſt. Si aliquid eſt ô Proceres, à vobis accepit, veſtrum ô Planetæ fulgentiſſimi minimum Societatis luminare accepit influxum, veſtris ſolummodo fulgoribus decoratur. Ediſce minimo Planetæ adnatum cunctorum ſuperiorum luminum coruſcare fulgore, omnium radios excipere, in humilitatis exaltatæ commendationem.

Observat. V.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Ignatius quaſi in Angelum mutatur ex pœnitentiæ lacrymis, miríſque cœleſtibus illuſtrationibus decoratur.

Lacrymæ enim hominem Angelis contubernalem efficiunt.

61. LVcernæ à ſeruo vigili geſtantur in ſymbolum cœleſtium, quibus decoratur, illuſtrationum, ex homine quidem Angelo facto. Ideo ſimilem hominibus appellat, non hominem. Video Ignatium tot illuſtrationibus affectum cœleſtibus, vt humanitatem exuiſſe obiiciatur, Angelicámque induiſſe naturam.

63. Mox poſt conuerſionem Deitas ei tam perfectis imaginibus præſentatur, vt nullus doctrina egregius valeat ſcribere, ſeu verbis proferre. Catalunniæ Epiſcopi in Concilio colligati Summo Præſuli Clementi VIII. Sæpe, inquiunt, Pater ſanctiſſime, extra ſe Ignatius actus, vel potiùs ſupra ſe, quodam velut in ſpeculo Myſterium Trinitatis aſpexit, Angeli beati quodammodo in morem. Vndénam, precor, Ignatius humanam exuit naturam, induit quaſi Angelicam ad ſpirituales illuſtrationes? Crediderim ex compunctionis, aut deuotionis lacrymis, quæ ex ipſarum illuſtrationum vi profluebant. Poſt conuerſionem lacrymas compunctionis profundit, queis meruit Trinitatis percallere myſterium perſpicuis imaginibus. Succedunt deuotionis lacrymæ, quarum aſſiduo curſu quaſi in

Ignatij perſpicacia ad videnda myſteria, Angelos, animas defunctorum.

Conc.Cat.

Ex lacrymis continuis hoc conſecutus eſt.

Ant. de Eſcob. & Mend. Tom. V.

Angelicam naturam mutatur humanitas. Vnde de Angelica perſpicacia ipſos Angelos conciues videt, ſocij Hozes animam è corpore ſolutam aſpexit, ſpiritum alterius ſocij Coduri, & aliorum intuitus eſt. Et quando non lacrymæ hominem efficiunt cœleſtibus contubernalem?

Poſt ſepulturam Domini, *abierunt Diſcipuli ad ſemetipſos, Maria autem ſtabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinauit ſe, & vidit duos Angelos*, Ioan. 20. Vndénam Magdalenæ viſus acuitur, vt Angelos poſſet aſpectare? Profectò ex lacrymarum profluxione mens alteram quaſi naturam in corpore induit, in Angelúmque mutata Angelorum Societati addicitur. Cyrillus Alexand. lib. 12. cap. 46. *Ambigere aliquis non iniuria poterit, quamobrem Petro, & Ioanni Angeli non apparuerunt, mulieri autem & apparent, & loquuntur?* Reſpondet pulchrè, *Mulieri ploranti hoc neceſſarium.* Si ex deuotione plorabat Maria, neceſſarium quodammodo erat, eam in aliam tranſire naturam, & quaſi effecta Angelus & Angelos videre, & cum ipſis texere ſermonem. 64.

Magdalena vidit Angelos, quia plorabat. Ioan. 20.

Cyr. Alex.

Lucas ait, *Factum eſt autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ*, cap. 16. O auguſtiſſimos cadaueris pauperrimi portitores! Angeli Lazarum deportant in Patriarchæ ſinum? Tantus inopi ferendo apparatus? Debetur planè Lazaro Angelo effecto Angelorum conſortium, Angeli ſocium portare accurrunt. Quæſierim, ex quánam virtute Lazarus fuerit mutatus in Angelum, vt Angelico conſortio frueretur? Crediderim ex lacrymarum continua profluxione. Sic Chryſologus ſerm. 124. *Meritò portabatur ab Angelis ſociis, qui lugebat.* 65.

Lazarus fit Angelis contubernalis ex lacrymis. Luc 6.

Chryſol.

Profectò qui ex compunctione, aut deuotione luget, quaſi animus ſeparatus, aut Angelus ſpirituum cœleſtium fruitur viſione. Monuerat Apoſtolus, *Gaudete in Domino ſemper*, Phil. 4. id eſt, in morem beatorum ſpirituum perpetuo gaudio fruimini. Quónam pacto in corpore adhuc conſtituti? Certè ſi lacrymas profundatis. Ideò iuſſit, *flere cum flentibus.* D. Baſilius hom. 4. de Gratiar. act. *Vt igitur beatæ illius vitæ imaginem quandam conemur exprimere, iuſſit nos gaudere ſemper Apoſtolus, & ibidem vt cum flentibus & ipſi fleamus.* Quia lacrymis beatis ſpiritibus contubernales reddimur. Auguſtinus ſerm. ad fratr. in Erem. 11. *Si hic ploraueris, iam Patriæ cœleſtis ciuis conſtitueris.* Vnde poteris & ſpiritus hominum videre, & cum Angelis conuerſari. Ignatius ſemper lacrymas profundendi tam addictus ſtudio, vt pænè fuerit viſu priuatus: & Angelorum conſequenter aſpectu fruitur, & ſociorum animas ad ſuperos auolantes intuetur. 66.

Redduntur homines ex lacrymis quaſi beati, vt videant Angelos, & animas ſolutas.

Phil. 4.

Baſil.

Auguſt.

Observat. VI.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Ignatius, quia caſtitate egregius fuit, ſpiritu Prophetico donatur: imò quia innocentiæ quodammodo induebatur ſtola.

Adnatum aſſero puritati, ſeu innocentiæ, ſpiritum prophetiæ.

67. SI ex Gregorij mente lumborum conſtrictione puritas mentis, ac corporis innuitur; ex aliorum ſententia, congruenter lucernarum ardentium geſtatione ſpiritus prophetiæ deſignatur. Aſſolet etenim prophetiæ ſpiritus ex caſtitate ſingulari ortum ducere. Ideò Propheriſſas ſuas Gentiles virgines confinxere. Nec enim exiſtimabant, poſſe futura præuideri niſi à caſtis. Vnde Auicena aiebat Virgines quibus datum intelligentias intueri, poſſe ſolummodo futura reſerare.

68. Ignatius ſpiritu prophetiæ eximiè fuit donatus. Ipſo conuerſionis ſuæ anno, ſe fundaturum Societatem Ieſu prædixit. Antuerpiæ degens Petro Quadrado Metimnenſi viro nobili aperuit Collegium Societatis ab ipſo patria in oppido exædificādum. Dux cùm Gandiæ Borgia noſter Franciſcus moraretur in ſeculo Romæ, Ignatius prædixit eum futurum Præpoſitum Generalem Societatis. Idem de Didaco Lainez viro ſapientiſſimo de Tridentino Concilio optimè merito aſſeruit. Ioanni Paſcuali amico futuros labores annunciauit æternæ vitæ pignus. Petro Ferro dixit, à Deipara ſanandum ab ægritudine exitiali. Aſſeruit Simonen Rodericum ex primis ſociis grauiſſimè dolentem ſanitate accepta, è lecto ſurrecturum. Doctori Michaëli Arrabia multa infelicia præcantauit. Duobus ſociis cum Venetiana potentia repugnantibus ſcripſit, victoriam reportaturos.

Aliquas Ignatij prophetias innuo.

69. Vndenam Ignatio prophetia? Poſſem aſſerere, ex caſtitate ſingulari, qua nituit, poſtquam ſub conuerſionis tempore à Deipara ſeſe illi oſtendenti accepit cingulum puritatis. Attamen auguſtiori volatu, aſſero Ignatium ad tam ſublime puritatis gradum euectum fuiſſe, vt quodammodo primam induerit innocentiæ ſtolam. Cui quidem innocentiæ adnatus eſt prophetiæ ſpiritus. Conditor formato hominis corpore, *inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ*, Gen. 2. Vix viuit Adamus cùm aſpectans ſponſam prophetauit. *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea.* Vndenam ô parens agnouiſti, ſi te dormiente, mulier fuerat ædificata? Porrò innocenti animo omnia reuelantur arcana. D. Cyrillus in Ioël. *Gratia prophetiæ non carebat Adam, priuſquam diuinum mandatum tranſgrederetur.* Quia prophetiæ donum innocentiæ agnatum.

Ignatius quodammodo ex puritate ſingulari ſtolam innocentiæ primæ reinduit, ad prophetiam.

Gen. 2.

Cyrill.

70. Pentecoſtes die Spiritus ſanctus ſuper Apoſtolos linguis igneis apparuit, Act. 1. Aſſerit idem Cyrillus tunc Apoſtolos donatos eſſe ſpiritu prophetiæ, egregióſque Diuos eam dem gratiam ex illa deſcenſione Spiritus ſancti accepiſſe. Reddit rationem, nempe, quia tunc fideles Diſcipuli rurſum induti quodammodo ſunt prima innocentiæ ſtola. *Effuſus eſt in nos Spiritus ſanctus prophetiæ, Deo lætificante naturam noſtram humanam, & ſuperna, ac primæua gloria coronante, & ad illud denuò reuehente, vbi antea fuerat, peccato nondum ingreſſo.* Qui enim ſpiritu prophetiæ donatur, quaſi conſequenter eſt ad innocentiæ ſtatum adducendus.

Accipientes prophetiæ ſpiritū, conſequenter accipiunt primā quodammodo innocentiæ dotem.

Act. 1.

Cyrill.

71. *Viſio Iſaiæ filij Amos*, Iſa. 1. *Iſaias* Hebraïcè, *Domini ſalus, Munus, Dos.* In Prophetarū Principe de prophetiæ maximo dono mētio geritur. Quódnam illud? Egregium planè, & ſtatui innocentiæ congruum. Sic exponit D. Baſil. Præf. ad Iſai. *Magna quidem, atque adeò prima dos, quæ animam ſummè purgatam requirit, diuini afflatus eſſe capacem, ad prophetandum.* Profectò ad prophetiæ dotem pertinet & futura præuidere, & conſcientiæ occulta penetrare. Seſe Ignatius oſtendit ad innocentiæ ſtatum recurriſſe quodammodo, dum innumeros rerum prædicit euentus, & animorum inacceſſibilia reuelat arcana. Nouitium donauit requie aperiens ei inteſtina aduersùs vocationis firmitudinem certamina. Socium ſolitudinis ſtudioſum contra primæ vocationis præſcripta, propoſitum reuelat, oſtendens, quàm periculosè qui Dauidicæ virtutis non eſt æmulator, ſingulare certamen curat inire. A Religioſis cuiuſdam Cœnobij inuitatur, vt de ſpiritu eius periculum fieret. Vbi aſpectans Diuus vnum & alterum Monachum, eos ab Apoſtatandi propoſito retraxit ad conſcientiæ peruolans penetralia, affectis quidem compunctione delinquentibus, ne Prophetæ minis ſubiacerent. O eximiæ animi puritatis indicamenta!

Dos prophetiæ ſimul incedit cum innocentiæ dono.

Iſa. 1.

Baſil.

Quàm innocet Ignatius, cui conſcientiæ reſerantur arcana!

72. Audi Apoſtolum, *Si autem omnes prophetent, intret autem quis: conuincitur, diiudicabitur, occulta cordis eius manifeſta ſunt. Et ita cadens in faciem ſuam adorauit Deum, pronuncians, quòd verè Deus in vobis eſt.* 1. Cor. 14. Intrant illi, aliíque multi ad Ignatium, conuincuntur, diiudicantur, dum occulta cordis eorum manifeſta ſunt, Ignatio aperiente. Tunc illi proclamant conſequēter Deum in Ignatio verè commorari, vti in Adamo, dum innocentiæ ſtatu potiretur. Baſilius citat. *Ergo cum anima omnis virtutis ſtudio dedita, vehementi in Deum amore, perpetuo Dei memoriam in ſe impreſſam ſeruet: atque hac quidem re primum appareat, ſeſe Deum habere velut inhabitantem: ex vehementiſſima in Deum intentione, & arcano amore Numine afflata, digna hoc dono redditur, Deo diuinam virtutem impertiente, animique oculos aperiente, ad intelligendas quas velit, ſpeculationes.* Arguit igitur prophetiæ ſpiritus Ignatium peregrinæ innocentiæ Diuum, omnium virtutum colligationem. Connotat ineffabili in Deum amore ſaucium. Annunciat memoriam nunquam non Numini conſecratam. O ſanctitatis prodigium, innocentiæ miraculum!

Si quis ad Ignatiū intret, & Ignatius eius aperiat conſcientiæ occulta: mox profitetur, Ignatiū domo innocentiæ decorari, ex omniū virtutum exercitamēto.

1 Cor. 14.

Baſil.

Observ.

Observat. VII.

Ad illa verba :

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Ad ſtatum quodammodo innocentiæ recurrit Ignatius, dum operum lucernas per ſingula momenta expungit particulari quidem examine.

Nam examen conſcientiæ parciculare homines ad innocentiæ ſtatum quodammodo reducit.

73. *Secretum lisr examinis partiсular. conſcientiæ commendatio.*

IN manibus innocentiſſimus ſeruus operum lucernas habere monetur, vt videat faciliùs lucis defectus, & expungat : continuum enim examen ardentium luminarium emunctio eſt. Vt illam mirabilem innocentiam, (de qua *obſernat. proxima* ,) Ignatius adſtrueret, interminabili ſpecialiſſimæ examinationi impendebat ſtudium , ſingulis horis , ſingulis momentis ſua opera ad periculum, ſeu trutinam afferebat, cuicumque negotio grauiſſimo eſſet intentus, & quemuis linguæ lapſum, quemuis minutiſſimum defectum ſpecialiter quo ad id vitium quod particulatim corrigere volebat, pertinere videretur, ſtatim videbat, caſtigabat in corde, & nodo in corrigia ad id deſtinata notabat, ne caderet memoria : ac poſtmodum lineis inæqualibus, quas per hebdomadis dies diſponebat, quæ errata comperiret, punctis aſſignabat: vt hebdomadis cum hebdomade defectus conferrentur, & videret, queiſnam defectibus animus appareret ornatior.

Hinc Ignatius ad eleuatiſſimæ perfectionis

74. *Poterit quis breui tempore duplicato ſpiritu donari, ſi examinatione accurata videat defectus ſuos, & corrigat. 4.Reg.2. Bernard.*

gradum aſcendit. Ad Eliam profatur Eliſæus, *Obſecro , vt fiat in me duplex ſpiritus tuus. Qui reſpondit : Rem difficilem poſtulaſti , attamen ſi videris me , quando tollar a te , erit tibi, quod petiſti : ſi autem non videris, non erit*, 4.Reg.2. In cuius expoſitionem ex D.Bernardi mente præmitto Eliam . (qui Hebraicè *Deus* , *Dominus*,) virtutum fulgorem , ſeu vnctionem innuere. Quónam igitur pacto quis poterit quotidie miris ſpiritualibus profectibus donari? Certè ſi videas , quando tollatur à te aliquis virtutis fulgor, & cures lucernam emungere per defectus illius, (quem vidiſti , accurato examine,) correctionem. Iam do D.Bernardum ſerm.17. in Cant. *Nunquam ſine noſtra conſcientia vnctio tollatur a nobis , ſi duplicato munere volumus non fraudari.* id eſt, quicumque defectus in operum noſtrorum lucernis adſit, à nobis videatur examinationis particularis oculis, & accuratè corrigatur, vt miris profectibus donati poſſimus.

Bernard.

75. [illegible] *accurata examinatione.*

Et vos, ait Dominus,) *ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum* , Luc.12. Tota ſeruorum vigilum perfectio in eo ſita obiicitur , vt expectent Dominum. Lego cum Bernardo citato, *Spectantibus Dominum ſuum.* Officium ſeruorum vnicum ſpectare Dominum , vt agnoſcant aut venientem, aut recedentem per eorum defectus. Quare tantis famulis ſolum ſpectandi munus adſcribitur? Quia huiuſmodi ſpectatio, vt defectus agnoſcantur, & corrigi valeant ſufficit, vt quis perfectiſſimus Diuus exſurgat. Fatur Abbas Clareuallenſis, *Tales quærit Spiritus ſanctus ſimiles hominibus ſpectantibus Dominum ſuum.* An receſſerit ob aliquem defectum, an acceſſerit ex alicuius virtutis ſpeciali exercitamento.

Si igitur *videris me, quando tollar à te, erit tibi quod petiſti : ſi autem non videris , non erit.* Ad duplicatam nempe perfectionem illam ſectandam , neceſſarium eſt , diligentiſſimè aſpicere Iesv receſſus ex hominis defectibus. Dionyſius Carth. *Ineffabilis , & diligentiſſima directio oculorum ad Eliam innuitur.* vt ſcilicet animi defectus agnoſcere valeas , ſiue receſſus Domini recognoſcas , ſiue Iesv perfectionem intuearis, quam imitari ſtudeas. 76.

Diligentiſſima debet eſſe examinatio hæc. Carthuſ.

Cùm Abraham ad montem litaturus primogenitum adducitur, ſtatus illius Diui aſſignatur, qui perfectionis verticem tenuit. Quæſierim, quónam modo Abraham, ſanctitatis huiuſce in culmine conſtiterit ? Exiſtimo conſcientiæ accuratiſſimo examine præmiſſo, quo quidem & vitia paulatim excidantur, & virtutum acuantur luminaria. Portans igitur Patriarcha *ignem, & gladium*, montem ſcandebat, Gen.22. Fatur Philo *lib. de Cherub.* alibi ſub alio datus argumento. *An non vides, quòd & ſapiens ille Abraham , quando cœpit iuxta Deum metiri omnia, nihil creaturæ tribuens, accepit ad ignei gladij ſimilitudinem, ignem, & gladium, reſecare cupiens quidquid mortale habebat , vt expedita cogitatione ſublimis ad Deum euolaret.* Qui accurato examine ruminat opera , greſſus recognoſcit cunctos, dum conatur ad verticem auolare, & pœnitudinis gladio omnes defectus abſcindit continuo, facillimè ſanctitatis cumulum tenet: *Et gladium reſecare quidquid mortale habebat.* 77.

Abraham perfectus oſtenditur, dũ in actionibus iuſtis reſecat diligenter quidquid ſuperfluum apparet. Gen.22. Philo.

Preme, quæſo, illud : *Accepit ad ignei gladij ſimilitudinem* , &c. Accuratum enim illud , ac particulare examen ignei gladij gerit officium, qui animi paradiſum cuſtodit , ne noxius aliquis ingrediatur affectus. 78.

Examẽ particulare eſt igneus paradiſi gladius ad cuſtodiam.

Profectò igneus hic gladius duplex gerere videtur munus, vnum cuſtodiendi vitale lignum conſcientiæ , alterum præſcindendi ab illo, quidquid ſuperfluum apparet. Aiebat Clemens Alexandr. in Exhort. *Planta cœleſtis cùm ſit homo , vt cœleſtes virtutum fructus ferat, inutiles vitiorum ſtellones pœnitentiæ ferro circumcidat.* Præciderat Ignatius iam ferro pœnitentiæ omnes vitiorum radices, & quotidiano ſtudio, particularis examinis igneo cultro, (igneo quidem ex ardentiſſimo perfectionis ſupremæ affectu ,) ſtellones imperfectionum ſic excidit, vt ad ſtatum innocentiæ quodammodo recurrens, non inueniret iam, quid præſcindere poſſet. 79.

Examẽ particulare cuſtodit lignũ conſcientiæ, & ſuperflua reſecat. Clem.Alex.

Hæc planè examinis particularis Societatis Iesv vtilitas, viros ad puerilem innocentiam adducere. Aſſerit myſticè Nyſſenus *hom. 6. in Cant.* cuſtodes lectuli Salomonis fortiſſimos milites alibi à Domino pueros vocitari. De militibus quidem, *En lectulum Salomonis, ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſraël: omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi : vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuũ propter timores nocturnos*, Cant.3. De pueris autem, *Pueri mei mecum ſunt in cubili*, Luc.11. Quomodo ergo robuſti illi cuſtodes iam pueri à Domino appellantur? Certè, quia cõtinuo ſtudio cuſtodiẽdi cõſciẽtiæ lectulũ, ac 80.

Hoc examen viros imperfectos ad ſtatum puerilis innocentiæ adducit. Nyſſen. Cant.3. Luc.11.

examinis particularis gladio reſecandi arboris vitalis ſuperfluos, (ſi qui ſunt,) ſtellones: vir perfectus planè ad puerilem innocentiæ ſtatum recurrere videtur. Pulchra Nyſſeni cogitatio. *Quando qui cingunt enſem, attendendo vitæ ex virtute agendæ, expellunt animi perturbationes*, (en gladij ſtellones præſcindentis officium,) *tunc infantes ætate ſunt expertes eiuſmodi perturbationis. Vt armatus quidem Regis lectum, id eſt, cor ſuum cuſtodiens: vt infans autem*, (innocentia ornatus,) *in beato lecto quieſcens.* Ecce Ignatium particularis examinis, (quo vni imperfectioni excidendæ omnino ſtudet,) cura ſeſe ad innocentiæ ſtatum quodammodo reduxit, Ieſuitis ſuis huiuſmodi examinis commendans exercitamentum.

Hoc examine profecit Ignatius.

Observat. VIII.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Ex lucernarum, ſeu vitarum Chriſti, & Diuorum fulgore Ignatius à ſæculi vanitate ſurgit, vt ad perfectiſſimæ vitæ gradum ſupremum aſcendat.

Etenim Sanctorum exempla lecta fortiter ad imitationem adducunt, vel ſæculari addictos vanitati.

81\. *Spiritualis lectionis fructus vberrimus.*

Contra *noctem huius vitæ*, (ex mente Anſelmi.) Sanctorum exempla præ manibus habenda, quorum fulgore ſæculares tenebræ aſſolent effugari. Equidem legentes, ac mente ruminantes Diuorum geſta, ad imitationem accendimur, in vigilantiſſimóſque ſeruos conuertimur, præſcripta vnius Domini expectantes.

82\. *Ignatius lectione pia conuertitur à ſæculi vanitate.*

Interea, (ait Petrus de Ribaden. lib. 1. cap. 2.) *cùm in lecto iacere cogeretur, eſſétque in legendis prophanis libris multum temporis collocare ſolitus, aliquem huiuſmodi librum ſibi ad manum dari iuſſit, vt eius lectione tempus falleret. Negantibus familiaribus domi eiuſmodi eſſe libros, duos Hiſpanica lingua ſcriptos accepit, ne prorſus otioſus eſſet, quorum alter Chriſti Saluatoris noſtri, alter Sanctorum vitas continebat. Atque horum quidem librorum lectione ſenſim eius animus immutari, & imitandi quæ legebat, ſtudio quodam affici videbatur.* Quàm vtilis ſacra lectio ad conuertendum animum à vanitate ſæculi in virtutis ſtudium!

83\. *Poſt lectionē mittitur ad Ignatium Apoſtolus Petrus, ſicut ad Eunuchum fuerat miſſus Philippus.* Act. 8. Tertull.

Ad Eunuchum Philippus immittitur, qui *accurrens audiuit eum legentem Iſaiam: Tanquam agnus*, &c. Act. 8. Dominicæ Paſſionis hiſtoriam Reginæ famulus perlegebat, acceſſit tunc Apoſtolus, eum ad fidem adduxit, & ſacra abluit vnda. Vndénam Gentili conuerſio? Certè, quia non otio torperet, ſed ſacræ Chriſti vitæ lectioni licèt alienæ ab inſtituto eius, operam daret. Tertullianus *lib. de Bapt.* noſtrum argumentum expreſſit. *Spiritus Philippo præceperat, in eam viam pretendere, & ipſe ſpado inuentus eſt non otioſus, nec qui ſubitò tingi concupiſceret: ſed ad Templum orandi gratia profectus Scripturæ diuinæ impreſſus. Sic oportebat comprehendi, cui vltrò Deus Apoſtolorum miſerat.* Sæcularis Ignatius dum otioſitatem fugiens, legendis vitæ Chriſti ac Sanctorum libris expendit ſtudium, Petrum Apoſtolorum ab Spiritu ſancto immiſſum excipit, à quo edoceatur ſpiritualis militiæ rationem.

84\. *Cupiebat legēs Ignatius pergere in ſolitudinem, ſed à Iesv vocatur in campum pugnaturus.* Cant. 1.

Dum Diuorum vitas legebat Ignatius, ad ſolitudinis amorem affectus obiicitur: Benedicti, Bernardi, ac Brunonis cupit contemplationem imitari, Hieronymi dulciſſimo choro adſcribi. At vitæ Chriſti geſta recolens nouæ militiæ vocabatur ad campum, ad proximorum ſalutem alliciebatur. Cum ſponſo clamabat Ignatius, *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus: lectulus noſter floridus*, Cant. 1. O ſi tua præſentia, Iesv, frueter apud iucundiſſimum contemplationis lectum eos Diuos ſecutus, qui ædificauere *ſibi ſolitudines: ſibi*, inquam, ſoli profectui ſpirituali ſuo ſtudentes. Tunc autem Chriſti legens paſſionem, & vitæ erga proximorum ſalutem geſta, ab ipſo Iesv vocatur ad campum, ſante Duce, *Ego flos campi.* O Ignati, tibi flos exſurgo, ſed non in horti receſſibus: ſed in campo, in quo ob proximorum ſalutem illuſtriſſimos ab hoſtibus referas triumphos: ſigniferum te Societatis Iesv militem eſſe prouideo ad maiorem ſponſi gloriam, ad ineffabilem tui, ac proximorum vtilitatem. Bernardus, *Illa ergo monſtrante lectulum, ille vocat ad campum, exercitium*, (ad *exercitium* dixerim,) *prouocat.* An cupis miles fortiſſimè contemplationis lecto potiri, dum Dux Iesvs periculoſiſſimo deſudat certamini? Tu dulciſſimo contemplationis ſinu excipieris, cùm Dominicæ legis Arca captiuitati addicitur, & fortiſſimus Ioab plus vigilat, quàm dormit in campo? Surge, vt debelles Lutherum aduersùs Euangelium oblatrantem. Surge, vt draconem innumerabilium capitum comminuas vnicum caput Eccleſiam voto ſpeciali tueri ſtudens. Surge, vt nouos orbes Gentilitate preſſos acquiras, & recedentes à materno gremio hæreticos vbique terrarum reſtituas Eccleſiæ. Surge, quia mundus tuis miniſteriis, tuis voluminibus, tuo diligentiſſimo indiget Magiſterio ad innumerabilium ſalutem animorum: *Illa monſtrante lectulum, ille vocat ad campum.* Bernard.

85\. *Ad vtrinſque ... perfectionem ex ... Ignatius allicitur, eſt vtrique ... de floribus Sanctorum.* Iudic. 4. Hieron.

Ignatius ergo vt ad campum procederet deſertum non dimittens, ex Diuis ſolitarius, quorum vitas legebat, propoſitum mentalis orationis fouet; ex Diuis verò qui Iesvm ſecuti, ad proximorum ſalutem perrexerunt, zelum æmulari procurat. Profectò Flores Sanctorum legens apis ſolita effectus eſt. De ſapientiſſima Debbora textus, *& ſedebat ſub palma*, Iudic. 4. Cuinam autem inibi ſtudio operam daret, expreſſit Hieronymus epiſt. ad Furi. Sacras Scripturas perlegebat. *Quia dicere*, inquit, *poteſt: Quam dulcia gutturi meo eloquia tua, ſuper mel, & fauum: apis nomen accepit.* (Debbora idem quod Apis,) *Scripturarum floribus paſta, Spiritus ſancti odore perfuſa.* Apis quidem Ignatius ex libro vtroque Chriſti ac Diuorum ſelectiſſima legebat exempla, quæ & ſibi, & proximis vacans, imitaretur.

Profectò

86\. Profectò Ieſuitis aſſidua debet eſſe librorum ſpiritualium, ac periucunda lectio, quæ Ducem ſuum à ſeculo conuertit Ignatium. An non ſacra lectio paradiſus? Chryſoſtomus homil. 1. *Paradiſus eſt diuinarum lectio Scripturarum.* Contemplor Adamum à Deo auctſum, nudum, abſconditum, ad cuius reductionem Deus in paradiſo ambulans exponitur. *Cùm audiſſet vocem Dei ambulantis in paradiſo: Adam, vbi es?* Geneſ. 3. Apud paradiſum Conditor? Certè Deus aſſolet aduentare curaturus peccatoris reductionem, ille apud paradiſum lectionis Scripturæ ſacræ commoratur. Pulchrè Ambroſius epiſtol. 31. *Deambulat in paradiſo Deus, quando diuinas Scripturas legas.* Deambulat vtique, vt clamet, *Vbi es?* Dum Ignatius apud paradiſum ſacræ lectionis commoratur nudus, ſecularis, prophanus: Deus inambulans obiicitur, ad meliorem eum frugem adducturus: vt IESV, ac Diuorum facinora illuſtriſſima æmulari curaret.

Ignatius legens in Floribus Sanctorum, in paradiſo erat, & inibi à Deo vocatur, & conuertitur. Chryſoſt. Geneſ. 3. Ambr.

OBSERVAT. IX.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Mirabilis Ignatij humilitatis (lucernæ planè rutilantiſſimæ) fulgorem obiicio, ponderans nomen illud, quod Societati dedit, nempe, *Minima Societas.*

Egregiæ humilitatis aſſero in ſublimibus demiſſionem.

87\. Vidimus in Comment. hiſce ardentibus lucernis præclariſſimas Diuorum aſſignari virtutes, quarum fundamina ſtatuit humilitas. Porrò lucerna hæc inter Ignatij virtutes maius gerit luminare, vt diei tot operum illuſtriſſimarum præeſſe valerent. Magna humilitas in proſperis rara virtus; frequenter enim homo in proſperis eleuari ſolet, qui in abiectione humiliatur. Vnde aiebat Bernardus Iuſtinianus in vit. Laur. Iuſt. *Humilitas torrenti ſimilis eſt: quemadmodum enim is ætate tenuior, quaſi ſerpit; hyeme vero, atque vere inundat; ſic etiam humilitas in proſperis quidem exigua eſt, in aduerſis verò magnanima eſt.* Ergo Ignatij humilitas magnanima in proſperis commendabilior oſtentatur, eúmque arguit perfectiſſimum, velut Tragicus cecinit Trag. 6.

Rara humilitas in proſperis. Bernard.

——Quo fortuna altius
Euexerit, ac leuauerit humanas opes,
Hoc ſe ſupprimere magis felicem decet.

Decet quidem, ſed pauci hiſce monitis acquieſcunt. Profectò, vt aſſeruit Ambroſius, humilitas exaltata ſe exprimit auguſtiorem: demitti enim in exaltatione egregium virum, magnæ ſanctitudinis indicamentum eſt. Aiebat Lipſius, *Sicut in ſegete ſpicarum vacuæ attolluntur, granidæ, & feraces inclinant: ita quo quis ſapientior* (ſanctiorque,) *eo magis ſe demittit, & ſuſtinet.*

88\. Operis illuſtriſſimi, quæſo, gloriam expendas, ſiue Societatis IESV ab Ignatio fundatæ exædificationem auguſtiſſimam intuearis. Inſtituti perfectionem videas, miniſteriorum fulgorem, filiorum proceritatem, Confeſſorum facinora, Martyrum pugnas contemplere. Scriptorum doctiſſimorum catalogum lege, dilatationem ſacræ familiæ breui in tempore perpende, Regnorum reductionem & conuerſionem ad fidei, ac virtutis gremium Ieſuitarum laboribus conſidera. Poſt perfectum opus Ignatius hanc ſubſcriptionem appoſuit: *Minima Societas.* Minimam appellas, ò Pater, è genere giganteo Viraginem? An non opus meum? O quàm exigua eſt, quàm minima Societas! Si appellaret minimam, cùm Romæ tot parturitionis præmiſſis doloribus, prima petra infantula naſcitur, non mirarer: ſed cùm gigas exſurgit exædificatio, vertice aurato, eleuatorum Saul ædificiorum? O mira humilitas conditoris!

Societati operi auguſtiſſimo perfecto Ignatius hæc appoſuit inſcriptionem: Minima Societas.

89\. Ait Amos, *Ecce Dominus ſuper murum litum, & in manu eius trulla cæmentarij*, cap. 7. Murus altiſſimus meo obiicitur aſpectui, qui cœleſtis Conditoris thronus erat. Super eleuatiſſimum muri verticem aderat Deus, vt ædificij lapidem primarium extrueret. Miror planè fundamentum muri in auguſtiſſimo eiuſdem capite collocari. Fundamina quidem pedes ædificij ſunt: quónam modo igitur veluti capita capitis oſtentantur? Inde profectò admiranda eſt humilitas, (quàm Macharius *ædificij ſpiritualis fundamentum* vocat) quod dum adeſt in vertice, non auguſtiſſimum vocitetur: ſed pes, ſed minimus fundamenti lapis. Tam eximiæ humilitatis exiguus lapillus in vertice, è quo tot operum egregiorum ſigna volitant? Admiranda virtus. O Ignati, iuſtè poſſes minimam appellare Societatem, cùm mente voluebas aqua liquefieri in morem ſalis: vel cùm recens natam tot tartarei Pharaonis eam curabant in flumen mittere ſuffocandam, maſculum quidem factum ſub fœmineo vocabulo: ſed cùm per totum orbem terrarum diffuſum vides Ieſuitarum oleum, cùm aſpicis Religionem tuam tot Prouinciis dilatari, tot viris fortiſſimis, ſanctiſſimis, doctiſſimis oppleri, tot miniſteriis nobilitari, minimam vocas Societatem? O digna Deo!

Ignatius in muri vertice ſtatuit primum fundamenti lapidem, dum minimũ reputat [illegible] opus. Hæc eſt propria [illegible] humilitas à IESV gerenda. Amos 7. Mach.

90\. Exiſtimarem ego huiuſmodi humilitatem ſingulariter Magiſtro virtutum congruere. Verus Adamus Chriſtus ædificium pulcherrimum, quod ex coſta duxerat exortum, contemplatur: ſiue Eccleſiæ fabricam auguſtiſſimam aſpectat ſponſus tot planè incrementis ornatam, vt murum eam appellare libeat: *Si murus eſt, faciemus ei propugnacula argentea,* Cant. 7. Iam Eccleſia vel circa exordium gigas apparet, dum hodie tria millia infidelium, cras quinque millia, prædicatione Petri conuertuntur ad fidem; dum tot Martyres, ſacro cruore profuſo, corona ex pretioſo lapide cinguntur, tot Confeſſores, & Virgines triumphos agunt. Profectò tunc cum Eccleſia tam magna oſtenditur, eam Conditor minimam appellauit: *Soror noſtra paruula eſt, & vbera non habet.* Quomodo non habet vbera mulier amicta ſole, quæ exoriens in terris *magnum iam ſignum apparuit in cœlo*? Apoc. 12. Si non habet vbera, vndénam tria, & quinque millia

Chriſtus Eccleſiæ perfectum opus auguſtiſſimũ, minimam Eccleſiam appellauit. Ignatius Societatẽ minimam. Cant 7. Apoc. 12.

nutriuntur? Vndénam tot creſcunt fideles? Equidem ea eſt Chriſti humilitas ſingularis ſic de operibus ſuis indicare, vt gigantem fabricam vix fundamentalem lapidem appellet: gigantem Eccleſiam quæ verè auguſtiſſimus murus eſt, dignetur minimam vocitare: *Soror noſtra paruula eſt.* Iam video Ignatium verè Ieſuitam, dum gerens Ducis morem Societatem murum fortem Eccleſiæ minimam appellat: *Societas noſtra minima eſt, & vbera non habet.*

92. *Ignatius loquitur ex corde vocās minimā Societatem: vt Maria ex corde locuta eſt ſe ancillam appellans.*

Quæſierim Pater optime mi, num ex corde loquaris? Voce ne tenus, an toto cordis voto, ſeu opinione Societatem minimam adiudicaſti: poſtquam vidiſti mente excedens apud Manreſam maximæ Societatis proceriſſimam ſtatuam? Mitto innumeros Societatis dotes, ſolius ſapientiæ recolo eleuationem tot voluminibus celebratæ. An non ſapientia corporis oculi? an non ædificij vertex? Quomodo ergo potuiſti verè loqui, dum verticem appellas fundamentum? Inde equidem mirabilis apparet Ignatij humilitas, quòd non fucata voce, ſed ſincero iudicio poſt recognitum opus magnum definiat, *Hæc minima Societas* IESV. Mittitur ad Deiparentem futuram Angelus, & profatur, *Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Ecce concipies, & paries Filium, hic erit magnus, & Filius Altiſſimi vocabitur. Et quod naſcetur ex te, vocabitur Filius Dei.* Deipara ſe Dominam cunctarum creaturarum agnoſcit, dum ſe Dei Matrem contemplatur; & tunc verè ſeipſam definit: *Ecce ancilla.* En minimam ancillulam Conditori. Loqueris ne ex corde, ex opinione, ô Virgo? Quomodo te potes exiſtimare ancillam, dum ſcis Dei Matrem verè Dominam? Ex eo planè Mariæ humilitas mirabilis attentatur. Ambroſ. *Vide humilitatem: ancillam ſe dicit, quæ Mater eligitur.* Certè huiuſmodi humilitas admiranda decebat Dei parentem. Addit Doctor, *Decebat talem humilitatem proferre, quæ humilem erat paritura Ieſum*, qui ex corde Eccleſiam ſuam gigantem cùm videt, paruulam vocat. Liceat filio de Parente aſſerere, (quin audaciæ incuſetur) è Maria Ignatium progenitum ſpiritu, (vt ex prima apparitione conſtat) eius humilitatis ſectatorem prodiiſſe; vt verè Ieſuita, ſeu imitator Ieſu poſſet appellari.

Luc 1.

Ambroſ.

93. *Ad conſeruationē tāti operis, neceſſarium erat, ſemper in vertice eſſe primum lapidē fundamenti, ex humilitatis affectu.*

Porrò ad operis tam egregij conſeruationem neceſſarium eſt, humilitatem quæ fundamenti genuerit locum, vel ipſo in vertice collocari, ne tam alta fabrica longè à fundamine recedens, corruere poſſit. Ideò Dominus in vertice muri illius eleuatiſſimi fundamentum ſtatuit: *Et in manu eius trulla cæmentarij.* Scit Ignatius tantam Societatis ſapientiam oculorum gerere vices collocandorum quidem in vertice. Attamen ad tanti fulgoris, eleuationiſque conſeruationem fundamentum humilitatis ipſo apponit in vertice: *Minima Societas.* Curat Dominus cæcum donare luminibus, *expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & liniuit lutum ſuper oculos eius*, Ioan. 9. Vbi pulchrè admodum Sedulius, *Lutum genarum clauſtris illiniens, quodquod in homine minimum eſſe conſpexerat, ac veteri bonus opifex cæmento ſupplenit.* Ac ſi diceret, Summus opifex totum lutum fundamenti primæ illius ædificationis humanæ, id eſt, minimum conceptum, qui de paruitate hominis geri poterat, abſtraxit: in eóque poſuit viſus acumen, & ſtabilitatem huiuſcemodi fulgoris in intellectus vertice. Sic Ignatius dum videt Societatis oculorum radios, ſiue doctrinæ verticem, accurrit ad conceptum cæmenti, ſiue ad minimum Societatis initium: apertiùs dixerim, ſe ipſum intuetur, ſuper quem Societas ædificata erat: ſeipſum collocat in tantæ vertice celſitudinis, & neceſſariò minimam aſpicit Societatem. Quàm neceſſaria humilitas ad ſcientiæ eleuatiſſimæ conſeruationem!

Ioan 9.

Sedul. *Societatis doctrinæ in tāta lux conſeruanda erat, dū minima reputatur.*

Quamdam, ni fallor, complicationem in Ignatij operibus recognoſco: ſimul enim & auguſtiſſima, & abiectiſſima obiiciuntur. Dum hîc fidelibus egregiè concionatur, illic pueruli prima literarum elementa docet. Dum ex cathedra ſcientiarum omnium documenta dictat, calamum dirigit puerorum Grammatices rudimenta profert. Dum plus quàm viginti tres regit Academias, Eccleſiæ myſteria cum pueris canit per plateas, arundine dirigens proceſſionem. Dum in xenodochiis ægrotis miniſtrat, quæritatur à Regibus. Dum vili ſacco induitur, Orientis, Occidentiſque Principes iugo ſubiugat Euangelij. O prudentiſſimam egregiorum operum conſeruationem, maxima minimis copulare! Dauidem vidi, & hoſtes comminuentem Ducem exercitus potentiſſimi, & in conſpectu Arcæ venerabilis, inſtar vulgaris homuncionis, ſaltantem. An non illa humilitas neceſſaria apud Deum, ne apud homines egregia facinora euaneſcerent? D. Gregorius lib. 5. Moral. cap. 10. *Coram Deo egit debilia, vel extrema; vt illa ex humilitate ſolidaret, quæ coram hominibus egerat fortia.* Tot debilia gerit Ignatius, vt tot poſſit fortia, & egregia ſolidare. 94. *Ignatius abiectis miniſteriis ſpecie quidem, non veritate auguſta conſeruat.*

Gregor.

OBSERVAT. X.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Operatrices admodum Ignatij manus diuino liberalitatis fulgore nitent, dum gratis cuncta peragunt miniſteria.

Equidem liberalitatis, ac munificentiæ fulgor homines efficit diuinos oſtentari.

MAnus lucernarum geſtatrice laudibus libet exornare. Porrò lucernæ illæ manuum igneis linguis operationem celebrant, dum earum munificentiſſimam oſtendunt charitatem. An ſerui vigiles Dominum expectantes terrena emolumenta quæritant, dum manus exerunt ad laborem? Minimè. Tota ſpiritualis merces adſtruitur, *Beati ſunt ſerui illi.* 95. *Societas le[…] gratis peragens miniſteria laudatur.*

En gloriam Ignatij manuum. Briarei gigantis in morem centum manibus operatur, qui tam paruo temporis interſtitio tam perfectum opus expreſſit. At in tā operatricibus manibus non 96. *Gratis innumerabilia opera Briareus geſſit Ignatius.*

non aurum, non argentum, non gemmæ rutilant: ſed lucernæ charitatis, dum gratis (vt Paulus,) cuncta proximis diſpenſat miniſteria. Liceat Menandri pulchram recolere ſenten-
Menandr. tiam. *Manuum fulgor diuina liberalitas eſt.* En lucernæ in Ignatij manibus, miniſteria ſua liberaliter, ſiue gratis impendere ad diuinitatis imitationem.

97. *Manuum Chriſti pulchritudo liberalitas: quã imitatur Ignatius.* Pſalm. 44. Laurent. Nouat.
De Chriſto Dauid cecinit, *Specie tua, & pulchritudine tua intende, proſperè procede, & regna,* Pſalm. 44. Verba illa: *Intende, procede, regna,* operum manuum Chriſti præſtantiam exprimunt, quibus totum orbem Patri ſubiugauit. Quonam modo cuncta ſubiecit? Fulgentiſſimis lucernis manuum, id eſt, liberalitate, dum gratis peragit ſalutis miniſteria. Laurentius Nou. hom. de eleemoſ. *Quæ eſt iſta pulchritudo, niſi largitas?* Ignatij manus pulcherrimæ IESV manuum diuinarum imitatrices ex liberalitate, dum prædicat ſine retributione, confeſſiones audit ruſticorum ſine gratitudine, docet ſine leuamine, facit ſacrum ſine ſtipendio. O manuum pulchritudinem, è qua Societatis exorti proceſſus! *Pulchritudine tua proſperè procede.*

98. *Specialiſſima eſt Societati gerẽti gratis miniſteria, hæc IESV pulchritudo manuum.* Pſalm. 44.
Liceat aſſerere, ſpecialem eſſe hanc Societatis pulchritudinem. *Specie tua & pulchritudine tua.* id eſt (vt aptiùs vel verbis ludam) *ſpeciali pulchritudine tua proſperè procede.* Quis abneget ſpecialem eſſe Societatis commendationem, ſua opera gratis exhibere, dum videt perfectiſſimas Regulares familias laudabiliter admodum iuxta propriorum inſtitutionum præſcriptionem ſtipendia pro miniſteriis accipere, vt de altario viuat, qui altario deſeruit. Profectò vnum Deum, eiuſque gloriam cunctis in operibus aſpicere, ſuprema perfectio eſt. Terni ac terni duodecim Iſraëlis Tribus tentoria figebant, cùm ad promiſſam terram proficiſcebantur: ea equidem diſpoſitione, quod Tribus Iuda, Iſachar, & Zabulon eam plagam tenerent, quæ ſignis Gemini, Libræ, ac Aquario ſubiaceret, authore Georgio Veneto *in Harmon.*
Georg. Venet. *Cant. 2. cap. 13.* Obſecro tibi ſint tres Tribus Religiones Eccleſiæ nobiliſſima IESV germina. Iudas ad ſignum Geminis attinens ſunt Mendicantes Ordines duplicem viam Mariæ ac Marthæ proferentes, dum propriæ perfectioni ac proximorum ſaluti ſtudium impendunt. Iſachar autẽ Tribus Libræ ſignũ aſpiciens eas Religiones exponũt, quæ propriæ perfectioni à proximorum miniſteriis abſtractæ, vacant. Porrò Tribus Zabulon quæ ſignificat *habitaculum pulchritudinis,* ad Aquarij ſignum aſpiciebat, mortalibus quidem munificentiſſimum. Ipſum enim profundẽs vas cryſtallinum, quod geſtat, imbribus terram fœcundat, vt gramina proferantur, flores appareant, fructibus arbores ſtipentur, viuificentur animantia. Vidiſtine Aquarium vel in fabuloſa retributione coronatum ſpicis, aut botris ab agricola gratitudinis ergò allatis, veluti alia gentilitatis conficta Numina? Non. Ergò Aquarij ſignum cunctis eſt ſine mercede beneficus. En ſymbolum Ignatij. Ergo ſi Zabulon Aquarium aſpicit, id eſt, Deum qui tribuit gratis omnia, vt imitetur, cunctis præſtans ſine vlla temporali retributione beneficia, aptè in *habitaculo pulchritudinis* commoratur. Pulcherrima enim virtus obiicitur, dum manus ſine mercede operantur.

O quàm Deificus Ignatius ex munificentia ab omni retributione recedens oſtentatur! Ob- 99. *Deificus ex huiuſmodi liberalitate Ignatius, Deifica Societas.* Lactant. Tull.
ſeruat Lactantius *lib. 1. diuin. Inſtit. cap. 11.* ex Tullio Iouem, Iunonémque à iuuando eſſe dictos: quin imò & ex beneficentia diuinitatem eſſe illis adſcriptam. *Vt gratiam* (ait cap. 15.) *referre benemeritis viderentur,* quod Cicero de Natura Deor. *docet, dicens: Suſcepit autem vita hominum, conſuetudoque communis, vt beneficiis excellentes viros in cœlum fama, ac voluntate tollerent.* Preme illud: *Vt gratiam referre benemeritis viderentur.* Non enim gratis beneficia conferre confinguntur, ſed vt referant officij mercedem. Nec enim vel conficta Deitas potuit ab hominibus excogitari, quæ gratis munera diſpenſaret. Id quidem veraci Deitati reſeruatur, eiſque hominibus, qui ex ſpeciali gratia huiuſmodi munificentiam imitantur. Ignatius ergo aptiùs, vir excellens beneficiis, fama ac voluntate omnium, qui accipiunt, in cœlum deberet extolli.

Pulchrè Plinius lib. 2. cap. 7. *Deus eſt mortali, iuuare mortalem: & hæc ad æternam gloriam via. Hac Proceres iere Romani. Hac nunc cœleſti paſſu cum liberis ſuis vadit Maximus aui Rector, Veſpaſianus Auguſtus. Hic eſt vetuſtiſſimus referenai benemerentibus gratiam mos, vt tales. Numinibus adſcribantur.* Hac iuſtius cœleſti paſſu cum liberis ſuis vadit Ignatius, quorum officium, mortales iuuare ſine terrenæ ſpe retributionis. 100. *Hac Ignatius liberalitate cœleſti paſſu cum filiis pergit ad Deitatem.* Plin.

Proh Deificam Ignatij conditionem! An non poteſt cũ Paulo (qui gratis dabat, quod recipiebat) proclamare: *Viuit in me Chriſtus?* Philo Iud. lib. de Iudice, *Vera eſt cuiuſdam priſci ſententia, nunquam homines propius ad Dei ſimilitudinem accedere, quàm cum ſint benefici.* Tullius *orat. pro Ligar.* conteſtatur, & Seneca lib. de Mor. *Quid eſt beneficium dare? Deos imitari.* Dat quidem, qui gratis confert: alij autem reddunt. Nazianzenus Orat. de Pauperum amore, *Nihil tam diuinum homo habet, quàm de aliis benemereri.* 101. *Imitatur Ignatius IESV Dei munificẽtiã.* Philo. Tull. Senec. Nazianz.

Fatur Dominus priuſquam ab homine obſequium aliquod accepiſſet, *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram,* Geneſ. 1. Tota Trinitas ex gratuita tot in hominem munerum tributione cognoſcitur. At quænam illa ſimilitudo? Porrò ſimilitudinem Dei gerit homo, dum gratis tribuit, quod gratis acceperat. Strabus ſic, *Faciamus hominem ad ſimilitudinem noſtram. id eſt, vt ſit propenſiſſimus ad benefaciendum omnibus veluti Deus. quod animalia bruta non habent: vnde homines inhumani hoc modo non ſunt ad imaginem, & ſimilitudinem Dei.* Premenda particula, *vt ſit propenſiſſimus ad benefaciendum.* Qui promptus eſt, aut propenſus, retribuit quod accipit; qui propenſior eſt, confert benemerentibus, gratis quidem, beneficium. At qui propenſiſſimus ad benefaciendum eſt, non ſolùm retribuit, non ſolùm gratis confert benemerentibus: ſed & malè merentibus hoſtibus gratis impendit beneficia. En Ignatium Deificæ conditionis gloria indutum, dum vel in hoſtes infenſiſſimos propenſiſſimus ad benefaciendum gratis cuncta confert beneficia. O ſi niteretis non obſcurare tantæ imitationis fulgorem! 102. *Ignatius propenſiſſimus ad dãdum gratiã vel inimicis, egregiã eſt Dei ſimilitudo.* Geneſ. 1. Strab.

OBSERVAT.

Observat. XI.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Licèt Ignatius omnium virtutum fulgore coruſcaret, ſe tamen in via ſpiritus æſtimabat infantem, & quaſi primum greſſum peragentem.

Ineffabilis humilitatis documentum eſt, non ſolùm ſe cunctis poſtponere: ſed & exiſtimare cunctos ſibi eſſe ſuperiores virtute.

103. *Mira Ignatij humilitas.*

SI ex Doctorum mente præcingi iubentur ſerui ad curſum inchoandum ſpiritus, cur lucernæ iam manibus apponuntur, quibus, authore D. Maximo, omnes virtutes deſignantur? Equidem ſunt tam iuſti ſerui, qui dum cunctarum virtutum fulgore rutilant, videntur ſibi nondum eſſe præcinctos ad viam ſpiritus percurrendam: ſed tunc præcingi, vt primum gerere greſſum valeant.

104. *Cunctis nouitiis ſe Ignatius poſthabendum putabat.*

Illud miror in Ignatio, quòd cùm ad ſupremum perfectionis gradum aſcendiſſet, vt virtutum omnium exercitamenta teſtabantur: exiſtimabat, verè nec primum greſſum ſe confeciſſe: vnde curabat, nouo quotidie impetu currere brauium. Nullum vel nouitium adibat, quem non putaret ſibi poſſe tradere virtutis magiſterium. Vnde apis ſollicita à cũctis curabat virtutum flores in præcordia tranſmittere, vt ſuauiſſimum fauum poſſit perficere. Nullum denique tam neotericum in via ſpiritus aſpiciebat, cui non ſe poſthabendum putaret. Porrò altiùs quid affirmarim. Sceleratos quoſque ſibi iure præferendos aſſerebat.

105. *Non ſolum locũ nouiſſimũ in Iesv conuiuio eligebat Ignatius: ſed reputabat ſe indignum, qui ſederet in nouiſſimo loco, & ſemper ſtabat miniſtraturus.* Luc. 14. Bernard. Luc. 12.

A Iesv Ignatius ſuo hanc edoctus eſt perfectionem profante, *Recumbe in nouiſſimo loco*, Luc. 14. Te in catalogo iuſtorum reputa nouiſſimum locum tenere, cunctos velut Magiſtros recognoſce. D. Bernardus ſerm. 87. in Cant. *Non mediocrem, non penultimum, non ipſum ſaltem inter nouiſſimos eligere locum, nos voluit Dominus: ſed, Recumbe, inquit, in nouiſſimo loco, vt ſolus videlicet nouiſſimus ſedeas, téque nemini non dico præponas, ſed nec comparare præſumas.* Qua in occaſione id peragendum? An non in conuiuio. *Cùm inuitatus fueris*, præmiſit, *recumbe in nouiſſimo loco*. In præſenti Dominus ait, *Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet eos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis*, Luc. 12. Viros perfectos præmio donat, recumbit Ignatius? Certè non ſolùm non diſcumbit vel in nouiſſimo loco: ſed adhuc ſtat præcinctus ad miniſterium; quia nullum greſſum ſe confeciſſe arbitratur. Tenere vltroneè vltimum locum in conuiuio ſedentium, egregiæ humilitatis eſt documentum. Quid ſe indignum reputare, cui vel nouiſſimus locus adſcribatur?

106. *Plus mirabilis Ignatius, dum ſe nouitiis ſubmittit, quàm dum expetit coram hominibus vilis apparere.*

Scio Ignatium coram hominibus vileſcere appetiiſſe, cum immunditiis plenus per plateas diuagaretur, vt poſſet à pueris ludibrio affici: niſi eum pia prudentia compreſſiſſet. At altioris ſpiritus ſignum eſſe exiſtimo ſe reputare cunctorum minimum ſeruorum, & in via ſpiritus neotericum. Laudibus Dauid effertur, dum coram Arca hominum oculis vileſcere ſatagit. Saltans ille exultat opprobriis aſpectantium, & Micholis deridens inſaniam, profatur: *Ludam, & vilior fiam, pluſquam factus ſum*, 2. Reg. 6. Ad quæ Gregorius lib. 27. Mor. cap. 27. *Quid alij ſentiant, ignoro. Ego Dauid plus ſtupeo ſaltantem, quàm pugnantem. Pugnando hoſtem ſubduxit, ſaltando coram Domino ſe ipſum vicit; & cùm deſpiceretur, dixit: Ludam, & vilior fiam plus quàm factus ſum. Quaſi diceret, vileſcere coram hominibus appeto.* Egregium ne humilitatis facinus appetere coram hominibus vileſcere; ſed egregius planè adeò coram propriis vileſcere oculis, vt agnatam ſibi reputet vtilitatem. Miror Ignatium appetentem vileſcere coram hominum oculis, dum vilibus rebus oneratus cupit incedere: ſed plus admodum eum admiror ſeſe nouitiis poſtponentem, dum omnes reputat iuſtiores, ſéque exiſtimat nondum greſſum primum in itinere ſpiritus confeciſſe.

2. Reg. 6.

Gregor.

107. *Ignatius viuens ſe capite, totoque corpore ſpoliauit, ſéque pedem minimum Societatis verè exiſtimabat: egregius quidem Baptiſta æmulator.* Matth. 11. Peluſ.

De Ioanne Baptiſta Dominus fuerat profatus, *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne*, Matth. 11. Porrò antequam ad Abrahæ ſinum pergeret, Ioannis caput præſcinditur. Quare? Si vitio datum Sauli quòd *ab humero & ſurſum* non ſolùm corpore, ſed & præſumptione populares excederet; vel externa illa prælatio ab amiciſſimo ſponſi præſcinditur ante volatum Iſidor. Peluſ. lib. 1. epiſt. 68. *Quoniam maior quidem omnibus, qui ex mulieribus nati fuerant, erat Ioannes, caput ipſi antè donatum cœlorum Regnum præſciſum fuit.* Quis dubitet, Ignatium ab humero & ſurſum cunctos Societatis Iesv Diuos vel Borgiam ſanctiſſimum, vel Xauerium prodigium ſanctitatis excelluiſſe? At tamen viuentem ſe ſe ita Ignatius præſciderat, vt non ſolùm capite, ſed toto corpore ſpoliaret: & pedis minimi agens locum appareret; ac ſi inclamaret: Societatis huius non caput, non brachium, pes ſum, minimus Sociorum appareo. Ideo reor Parentem humillimum totiens totis viribus procuraſſe ſe ſe à Præpoſiti Generalis munere expedire. Nam qui ſe verè nouitij feruoris ac perfectionis reputabat, ſcrupulo pungebatur, ne (ô humilitatis prodigium!) ob ineptitudinem Societati ruinam afferret.

108. *Ignatius hinc oſtenditur ſummam bonorũ omnium poſſidens.* Athan.

Vel hinc Ignatij ſummam agnoſco perfectionem. Sumam enim virtutum omnium tenet, qui effertur in eo, quo alios præcedere apparet. Athanaſius in exhort. ad Monach. *Singuli vobis poteſtis omnium bonorum ſummam præſumere, ſi nullus ſe incipiat, in eo, quod alios præcellit, efferre.* Ergo perfectius ſummam bonorum omnium præſumere apparebit, qui non ſolùm non effert ſe ſe in eo, quòd præcellit cunctos Societatis Diuos: ſed cunctis imperfectis nouitiis ſe iudicat poſthabendum.

Observat. XII.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Ignatius gratitudinis fulgore ſic cuncta ſua opera decorauit, vt auguſtiora oſtentarentur.

Etenim gratitudo opus effert, & pulchrius obiicit.

109. *Laudo illam Ignatij ſententiam: Ad maiorẽ Dei gloriam.*

EX D. Gregorij mente in lucernis omnium virtutum fulgores rutilant, quarum gratiarum actionem cum Antonio Ghuiſlando Dominicano doctiſſimo, præcipuè commendo. Cur autem gratiarum actio, ſiue virtus gratitudinis ſub lucernæ metaphora annotatur? Quia ad adſtruendum operum quorumcumque fulgorem maximè confert hominis gratitudo. Nulla virtus magis Ignatio meo agnata, quàm gratitudo, qua cunctos operationum radios curabat in Authorem refundi, illam proferens ſententiam: *Omnia ad maiorem Dei gloriam.* Aiebat Auſonius illam gratitudinem præcipuum locum obtinere, *quæ beneficia cuncta curat refundi in largitorem.* Quælibet Ignatij opera egregia totidem Numinis beneficia ſunt, quæ Diuus nunquam non in cœleſtem datorem munerum refundi curauit. *Ad maiorem Dei gloriam.* Hæc clauſula cunctorum operum Ignatij, omnium conſtitionum, omnium expeditionum epilogatio eſt, ſiue potiùs concluſio.

110. *Gratus animus Ignatij accepit beneficia, vt ſeminarium aliorum innumerabilium.*

Iam lucernæ huiuſce fulgor apetitur. Cur exiſtimas Societatem Ignatij eximium opus tot, breui temporis interſtitio, incrementis ornari ex miniſteriis ex Diuis Confeſſoribus, & Martyribus, ex Doctoribus, ex voluminibus, ex Collegiis, ex inſtituti conſeruatione? Profectò, quia Ignatius gratus non accipit beneficia, vt meſſem, ſed vt ſeminarium ad copioſiſſimos fructus colligendos. Quodlibet beneficium grato animo granum eſt mirificè multiplicandum. Audi. Apud deſertum aliquando *accepit Ieſus panes, & cùm gratias egiſſet, diſtribuit,* Ioan 6. Quidnam diſtribuit? Panem? Queiſnam? Innumeris penè hominibus. Quot panes numerantur? *Quinque.* Quot homines? *Ferè quinque millia,* præter vulgus fœminarum, ac puerorum. Quónam modo quinque panes potuere tam vberem præſtare annonam, vt omnes ſaturarentur, & duodecim fragmentorum cophini ſupereſſet? Certè, quia gratias Dominus agit: *& cum gratias egiſſet, diſtribuit.* Gratitudo enim efficit beneficia ſeminis in morem vberrimè multiplicari. Franconius Abbas tom. 10. Biblioth. *Tanta poſt gratiarum actionem ſecuta eſt vbertas benedictionis, vt de paucis panibus, tot millibus ſatiatis, fragmenta, quæ ſuperfuerant, decem cophinos exuberarent.*

Ioan. 6.

Francon.

111. *Dum alius*

Hinc proculdubio victoriarum Ignatij profluxit vbertas, tot ſanctitatis, doctrinæ, miniſteriorum referta miraculis. Vnum Societatis ſeculum innumera fortitudinis ſecula exæquauit; quia grati Ducis opera manuum innumerabilium connotant effectionem. Vna (mihi credite) grati Ignatij victoria multiplex oſtentatur. Proclamitant Ieroſolimæ fœminæ, *Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia,* 1. Reg. 18. Verè ô fœminæ Saul mille victorias geſſit, vnam tantùm Dauid operatus eſt; vnum enim Goliath interfecerat. Quomodo ergo victoria vnica decem millium victoriarum referebat ſpeciem? Profectò cùm Dauid lapidem Goliath exitialem immiſit, victoriam illam Numini retulit. *Ego,* inquit, *venio ad te in nomine Domini exercituum.* Ac ſi diceret, Referatur facinus hoc *ad maiorem Dei gloriam.* Dux ergo pugnans referendo geſta ſua in Dei gloriam, ea præſtantia pugnat, vt quælibet victoria decem mille victorias explere videatur. Laudatur Dauid à D. Baſil. Seleuc. *orat.* 15. ſiue potiùs Ignatius, *Gratus ſeruus, qui vel ante operam fructum offert Domino.* Fructus aptiùs dixero vberrimos. Dum enim Ignatius vigil ſeruus geſta ſua *ad maiorem Dei gloriam* refert, qualibet ſingulari actione multiplicia facinora exerit. Vnde vnum Societatis ſeculum duodecim millia ſecula videtur colligare.

percuſſit mille, Ignatius percuſſit decẽ millia, cùm refert vnicã quãlibet actionẽ ad maiorem Dei gloriã.

1. Reg 18.

Baſil. Sel.

112. *Licet Societas non operaretur ad maiorẽ Dei gloriam, percuteret decẽ millia, dum alij mille, quia Ignatij nomine operatur.*

Obiicis, Ignatium olim ſua opera ad maiorem Dei gloriam retuliſſe: nunc autem Ieſuitas bella gerere, ac perficere victorias innumerabiles. Vndenam ergo nobis decem millia videmur vulnerare? Reſpondeo, quia & nunc ex Ignatij præſcriptione cuncta opera ad Dei maiorem gloriam referimus. Deinde, quia licèt non adeſſet nobis cura referendi ſingulas actiones ad Numinis gloriam, Ignatij Parentis noſtri affectui illi ſe Deus præſtat debitorem, vt Societas fundata ab Ignatio ad maiorem Dei gloriam ſemper Ignatij opera præſtet, percutiens vtique decem millia, dum fortiſſimi quique mille vulnerant. Magno habiti fuere ſemper in honore ab Iſraelitis Cinæi poſteri Cin, ſiue Iethro ſoceri Moſis; quia cùm pergerent filij Iſrael ex Ægypto, vtiliſſimum eis conſilium dedit, *Exod.* 18. Eius beneficij memor Saul, cùm bellum pararet in Amelech, dicit Cinæo, *Abite, recedite, atque deſcendite ab Amalech, ne fortè inuoluam te cum eo. Tu enim feciſti miſericordiam cum omnibus filiis Iſrael, cùm aſcenderent de Ægypto,* 1. Reg. 5. Quónam modo poſt tot ſecula dicuntur Cinæi feciſſe miſericordiam cum filiis Iſrael, ſi vnus Iethro, aut Cin fecerat? Quia gratus Deus ſemper parentis obſeruat obſequium, & filiorum in operibus parentem operantem recognoſcit, vt primum parentis nunquam non muneret affectum. Abulenſis pulchrè q. 15. *Dicuntur Cinæi feciſſe miſericordiam, quia proauus eorum fecerit.* Tantum enim beneficium ſemper à Deo in filiorum operibus præſentatur. Semper dant conſilium Cinæi, quia parens dedit? Semper ergo Ieſuitæ *ad maiorem Dei gloriam* operantur, quia Ignatius cunctas actiones ad maiorem Dei gloriam exercuit.

Exod. 18.

1. Reg 5.

Abulenſ. *Filij parentum opera tribuuntur.*

***

OBSERV.

Observat. XIII.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Lucerna Ignatij in diuinæ prouidentiæ manibus collocata erat, vt à flatibus perſecutionum protegeretur.

Etenim Deus ſpeciali protegit prouidentia eos, qui ſpecialem ſeruiendi Numini ſtudium impendunt.

113. Diximus lucernas manibus à ſeruis geſtandas, vt digitorum colligatione à flatibus irruentibus protegerentur. Dum audio Ieſum ſe præcingentem in morem ſerui vigilis, vt tranſiens famulis poſſit miniſtrare: *Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.* Ignatium lucernam eſſe exiſtimo, quam Ieſus præcinctus in manibus collocat vt defendat à flatibus.

114. *Ignatius Dei Tabernaculū eſt, nec dat ſenator oculis ſomnum, donec inueniat locum requiei eius.* Etenim miram Ieſu prouidentiam circa defenſionem fulgoris Ignatij recognoſco. Nocte intempeſta à frigore materialibuſque flatibus agitatur diſcumbens in platea. At tunc adeſt manus prouidentiæ, protectura lucernam, dum Veneto ſenatori dormienti profatur: Tu ne vt mollibus veſtitus domi tuæ ſis, ſeruus meus ſeminudus in porticu iaceat? Tu in lecto pretioſo molliter dormias, ille dura cubet humo? Hiſce ſtimulis concitatus ex ſenatorio ordine vir ſurgit confeſtim, foras proruit, per incerta vagatur, humi cubantem offendit Ignatium, domum ea nocte perducit, & liberaliter hoſpitio excipit. At ne in honore haberetur, ab eo Ignatius diſceſſit, & ad virum Hiſpanum eius hortatu diuertit. Canebat Dauid, *Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob*, Pſ. 133. Pſal. 133.

Origen. Vbi Origenes hom. 35. in Mat. *Votum vouit Dauid, non aſcendere ſupra lectum, nec dare ſomnum oculis, donec inueniat locum Domino: vt cùm inuenerit locum Domino, aſcendat lectum ſtrati ſui, & det ſomnum oculis.* Si Deus loco, quo requieſcat, caret, piè Dauid ſomnum oculis abnegat, quia Deo ipſi paratur obſequium. At loco carente Ignatio Deus ſomnum ab oculis ſenatoris excutit? Quinam Ignatius? Profectò Deus non eſt: ſed tabernaculum auguſtiſſimum Dei Iacob oſtentatur. Vnde ſi Deus in Ignatio quieſcit, Ignatio ſub dio commorante, & loco carente, Deus ſub dio excubare videbatur.

115. *Chriſtus ambulās in medio ſeptē candelabrorum, Ignatij lucernā ſeptie. manibus prouidentiæ exitiali defendit à flatu.* Penè Ignatij lucerna horribili extinguenda à flatu viſa, cùm nautæ, ne dura increpatione afficerentur diutiùs à Diuo, quòd immodeſtè agerent, eum voluere ad inſulam ſolitariam immittere. Tunc flatus parcens lucernæ, tanto impetu inuexit in nauim, vt eam amoueret ab inſula, & Ignatium à periculo liberaret. Ob defectum cibi, velut olei lampas Barcinone videbatur extingui: ſed à fœmina pia inuitatus Ignatius ab extinctione eripitur. Scholaſticus, qui Ignatium curauit extinguere, quia Xauerium ad meliorem frugem adduxiſſet, audita à Deo protegente lucernam voce: *Quò tendis miſer?* facinus dereliquit inceptum. Hæreſi Lutherana vir infectus Romæ aſſerit Ignatium à ſanctiſſimo Inquiſitionis Hiſpaniæ tribunali affectum ſupplicio in Vrbem aufugiſſe. At Deus manus exerens lucernam protegit, ex Hiſpania colligans cunctos Ignatij iudices, qui Diuum ab hoſtibus accuſarum abſoluerant, vt eius innocentiam, & Lutherani malitiam aperirent. Lutetiæ Paſiſiorum ab infami flagellatione eripitur. Chriſtus ipſe extinguendam lucernam apud Palæſtinam Maurorū gladio eripit à periculo. Ab Hiſpanis militibus opprobriis affectum, Deus duxit ad Gallos, qui vrbanè exceptum reficere curarunt. E ſeptem hiſce periculis diuinæ prouidentiæ manus Ignatij lucernam exitiali liberarunt à flatu. Viſus à Ioanne Dominus *in medio ſeptem candelabrorum aureorum*, Apoc. 1. Apoc. 1.
Quid agebat? Ex Alcaſaris Magiſtri mei ſententia doctiſſimi, emungebat lucernas, eaſque à flatibus irruentibus illico protegere curabat. An non dixit, *Hæc dicit, qui habet ſeptem ſtellas in manu ſua, & ambulat in medio ſeptem candelabrorum aureorum.* Eidem Authori ſunt ſtellæ ſeptem, ſeptem aureorum candelabrorum lucernæ, quas quidem Deus in manibus protegendas oſtentat. An non lucernæ ſeptem innuant ſepties protectione affectum Ignatium fulgentiſſimam Eccleſiæ lucernam, ne irruentibus flatibus extingueretur! Alcaſar.

Certè nomen Ieſu, à quo perſecutio, manus fuit protegens luminaria. Profatur Ignatius, *Circumdederunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis: & in nomine Domini, quia vltus ſum in eos*, Pſal. 108. *Non extinguetur in nocte* perſecutionum flatibus Ignatij lucerna, quia nomen Ieſu manus protegens eſt. Chryſoſtomus, *Tanquam ignis accurrebant, tanquam apis cum magna animi alacritate inuidebant, intus interceptum tenebant: neque aliquid potuerunt facere. Arma enim inuicta, auxilium in expugnatione nominis Domini manus omnes expulit.* O manus diuinæ prouidentiæ fulgentiſſima protegens Ignatij luminaria! 116. *Nomen Ieſu manus eſt lucernam Ignatij protegens.* Pſal. 108. Chryſoſt.

Observat. XIV.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Quia Ignatius igne ardet Spiritus ſancti impunè inter homunciones, ac mulierculas igne prophano accenſas diuerſatur.

Porrò qui igne ſacri amoris non ſuccenditur, periculosè cum peccatoribus agit.

Ait D. Maximus, *Lucernæ ardentes ſpiritualis dilectio eſt.* Profectò Euangelico miniſtro 117.

Fugite fornicationis illectaméta. Maxim.

niſtro neceſſarium ſacro Spiritus ſancti igne ſuccendi, vt poſſit ſine ſpiritus imminutione cum peccatoribus profligatorum morum agere.

118. *Ignatius nō fugit meretrices, ſed quæritat; quia ſacro igne ſuccenditur.*

Video Ignatium in Vrbe mulierculas meretrices quæritare, vt ſacra pœnitentiæ vnda earum diluat turpitudinem, & in domo recludat Agnum ſine macula ſecuturas. Audio aliquem virum grauem obiicientem, O Ignati, oleum planè & operam perdis; ſi quidem hæ mulierculæ craſtrina luce conſuetam recident in cœcitatem. Cui Ignatius ſe lubentem reſpondit cunctam vitæ operationem impenſurum, ſi vel vnica nocte ſciret ſcortum ab immundis operibus abſtinuiſſe. Cur, precor, nullus ab huiuſmodi actionibus reuocare curauit Ignatium, ſuadens occaſiones excidendi effugere cum Laurentio Iuſtin. profante, *De voluptate quicunque fugerit, glorioſiſſimè triumphabit. Innumeros hac temeritate armatos debellando proſtrauit: terga verò vertentibus vix tenuiter manus iniecit.* Profectò notum cunctis, Ignatium Spiritus ſancti igne ſuccenſum nullo eſſe prophani ignis periculo obnoxium. Nunquam Diuus magis immundo liber ab incendio quàm cùm inter ſcorta vt eorum ſaluti prouideret, commorabatur.

Laurent. Iuſtin.

119. *Ineffabilis Ignatij puritas apud picis officinā, indicat eum eſſe Spiritus ſancti domicilium.* 1. Ioan 5. Tertul.

O ineffabilem puritatem quæ in picis officina nullo inquinamento affecta es! Ioannes monebat, *Filioli, cuſtodite vos à ſimulacris*, Epiſt. 1. cap. 5. Ac ſi diceret, ſi vultis puritatem tueri, non ſolùm ab idololatria pulchritudinis abſtinete, fugiendo fœminas: ſed & pictas earum imagines abiicite: *Cuſtodite vos à ſimulachris.* Tertullianus lib. de Coron. Milit. *Filioli*, inquit, *cuſtodite vos ab idolis, non iam ab idololatria quaſi ab officio: ſed cuſtodite vos ab idolis, id eſt, ab ipſa effigie eorum.* At Ignatius non ſolùm non abſtinet ab effigie, aut imagine meretricum, ſed ipſa adit viua exemplaria, quærit ſcorta; nec tamen vllam contrahit impuritatem.

120. *Pater, & Filius, qui Ignatiū perfecerant, adhuc meliorandum & cuſtodiendū Spiritui ſancto tradiderūt, cuius ope incolumis quæritat meretrices.*

Vndenam tanta puritas? Certè Ignatij præcordia Spiritus ſancti fornace ſuccenduntur. Cùm Ignatius Vrbem eſſet ingreſſurus, vt tot peccatores, tot meretrices adduceret ad frugem meliorem, ei Deus Pater apparuit, Deoque Filio Crucem geſtanti Ignatium, ſocios, geſtaque amanter admodum commendauit. Ieſus ergo recepit Ignatium, placidoque vultu ad Ignatium conuerſus, *Ego*, inquit, *vobis Romæ propitius ero.* Cur tunc cum Deo Patre, ac Deo Filio, Deus Spiritus ſanctus non oſtentatur? Certè quia Ignatius, qui ad peccatorum impudicorum, peccatricumque immundarum conuerſionem (ad id fundanda Societate) Vrbem ingreditur, indiget Spiritu ſancto habitatore: vt igni diuino ignis cedat exitialis. Ideo ergo Spiritus ſanctus non apparuit exteriùs, quia interiùs Diuus inſtar Stephani, *plenus erat Spiritu ſancto*, Act. 6. Pater & Filius Ignatium perfecerant, eum autem iam perfectum Spiritui ſancto tradiderunt meliorandum, & cuſtodiendum aduersùs impudicitiæ laqueos. *Compleuit die ſeptimo opus ſuum, quod fecerat: & requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere, quod patrarat*, Gen. 1. An orbis perfectus ſine cuſtode Deo derelictus eſt? Profectò Pater quaſi requieuit ab opere, quia opus tradidit Spiritui ſancto meliorandum, & cuſtodiendum. Rupertus lib. 1. de oper. Spiritus ſancti cap. 2. *Et ſi ceſſauit Pater, cuius erat proprium condere rerum naturam, non ceſſauit Spiritus ſanctus, cuius eſt opus proprium meliorare naturam*, & cuſtodire. Tot diebus perfectum Ignatium Pater & Filius Spiritui ſancto Vrbem ingreſſurum, & meliorandum, & cuſtodiendum tradidere, vt impunè poſſet tam cœleſti igne ſuccenſus ab igne exitiali non lædi, dum cum peccatricibus commoraretur.

Act. 6.

Gen. 1.

Rupert.

Ant. de Eſcob. & Mend. Tom. V.

121. *Vaſa prophana in Ignatij fornace in vaſa ſanctitatis mutātur; quia nihil inibi ignis prophana eſt.*

Quid ſi Ignatius præſentiret aliquam prophani ignis ſcintillam in corde recludi? Prorſus fugeret huiuſmodi miniſterij pericula; conflantur enim libidinis idola in præcordiis, quæ igne prophano ſuccenduntur, quia Spiritus ſancti igne non penitus opplentur. Vituli hiſtoriam non ignoratis. Clamat Aaron, *Quis veſtrûm habet aurum? Tulerunt, & dederunt mihi, proieci illud in ignem, egreſſuſque eſt hic vitulus*, Exod. 32. Vbi Macharius aſſerit conflatum vitulum ex auro & argento vaſorum illorum, quæ ex Ægypto abſtraxerant. Exod. 12. *Compulſus eſt Aaron* (inquit hom. 11.) *dicere Iſraëlitis, vt aurea Aegyptia vaſa afferrent: poſtea aurum illud, & vaſa quæ coniecerant in ignem prophanum, in idolum verſa ſunt.* Si fornax ignis prophani cor noſtrum eſt, Ægyptia vaſa, ſeu peccatrices non modò non conuertuntur in vaſa ſanctitatis: ſed corde in noſtro libidinis exſurgit idolum. O Ignatij præcordia Spiritus ſancti igne ſuccenſa, ad quæ vaſa illa iniquitatis immiſſa ſanctitudinis vaſa aurea redduntur!

Exod. 32.

Exod 12. Machar.

Observat. XV.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Ignatius in ſpirituali infantia fulgoris auguſtiſſima incrementa oſtendit.

Aſſeritur, affectus intenſione poſſe quem breui tempore ad perfectionis cumulum euolare.

Si famulus quiſque Dominum excepturus noctu venientem, vnicam ſolummodo facem geſtare aſſolet, cur plures faces in ſerui cuiuſlibet manibus oſtentantur, iuxta ea, quæ tradidimus? Profectò plures lucernæ ſanctitatis ſuperabundantiam, ex D. Maximi mente, exprimunt. Profectò ſi iuxta Guillandi expoſitionem lumborum conſtrictio ſpiritualem deſignat infantiam, quónam modo tanta perfectio ſanctitatis in infantiæ veſtibulo commorari poteſt? Crediderim, quia egregij ſerui tanto affectu properant ad inſtitutæ viæ terminum, vt illud ipſum incipere, ſit iam curſum conſummare. 122. *Ecſtaſim octo dierum illuſtro.*

Guill.

Cùm Ignatius præcingitur, cùm ſpiritualis infantiæ faſciis illigatur, faces eximiarum vir- 123.

Ignatius vt Paulus ecſtaſi donatur mox poſt conuerſionē.

tutum iam oſtentat. Vix à ſeculi vanitate Diuus conuertitur, cùm apud Manreſam octo dierum interſtitio rapitur, & dulciſſimo ecſtaſi fruitur tertio in vertice in morem Apoſtoli collocatus. Vt qui Pauli facinora erat imitaturus eiuſdem priuilegiis donatus, eiſdem greſſibus vteretur. O mirabilem Diuum! Hodie prima fundamina pœnitentiæ collocas, & cras aurea ædificij culmina oſtendis: illuſtriū ſanctorum facinora ſuprema exprimens, dum infans virtutis deportaris ad vbera. O plurium fulgor lucernarum!

124. *Quod vix maioribus circa extremitatē vitæ contingit, hoc Ignatio abundat in limine.* Enod.

D. Enodius Boëtij magnalia celebrans lib. 7. epiſt. 13. aiebat, *In cuius manibus duplicato igne rutilat, quæ veteres face fulſerunt. Nam quod vix maioribus circa extremitatem vitæ contigit, hoc tibi abundat in limine.* Paucis Diuis côceſſum eſt circa vitæ terminum ecſtaſis frui voluptatibus, vt dulcedine raptus diuturnæ vitæ amaritudo condiretur. At Ignatius infans pœnitens, dum vix à ſeculo excutitur iam ecſtaſi tot dierum donatur? O Ignatij ineffabilem affectus intenſionem, quæ infantiam cum ſenectute copulauit adeò, vt *quod vix maioribus circa extremitatem vitæ contigit, hoc tibi abundat in limine.* Nam *in manibus* Ignatij *duplicato igne rutilat, quæ veteres face fulſerunt.*

125. *Vt fides naſcatur, ſiue oſtendatur infans, neceſſaria ſūt multa excitamenta. Ergo mirabilis Ignatij profectio in limine.* Ioan. 11. Baſil. Ambroſ.

Dominus Lazarum à mortuis auocauit, vt ſpiritus myſticè iter iniret. *Statim prodiit, qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes inſtitis,* Ioann. 11. Vbi D. Baſilius in illigatione ſpiritualis vitæ cognouit infantiam. Poſt faſcias faſces virtutum rutilant. O quàm difficilè vel vnicæ virtutis perfectus fulgor comparatur! Lapidem Dominus iubet attolli, Lazarum aduocat, ſolui imperat. Quare tot imperia vnam præcedunt reſurrectionem? Profectò vt fides paulatim perfecto fulgore coruſcaret. Ambroſius lib. 1. Exaëm. cap. 7. *Suſcitaturus Dominus Lazarum, iuſſit, vt Iudæi remouerent lapidem de ſepulchro, vt mortuum videntes poſtea reſuſcitatum crederent. Deinde vocauit Lazarum, & reſurrexit; & ligatis manibus ac pedibus exiit foras. Nónne poterat remouere lapidem, qui poterat mortuum reſuſcitare? & qui poterat defuncto vitam reddere, non potuit nexus ſoluere vinculorum? cui vinctis pedibus greſſum dedit, huic non ruptis vinculis inceſſum reddere; ſed vtique aduertimus, quòd voluit primò demonſtrare mortuum, vt oculis ſuis crederent; deinde reſuſcitare, tertiò iubere, vt ipſi vincula funeris ſoluerent, vt intus iſta fides infunderetur, & per gradus quoſdam credulitas naſceretur.* Vt naſcatur vna fides, tot gradus aſcenduntur, tot lapides mouentur? Quid ad ipſius fidei perfectionem ſupremam? Quid ad omnium virtutum ſuperiora incrementa? Id igitur in Ignatio ineffabile, quod vix in ſpiritu naſcitur faſciis illigandus, (vt aiebat Baſilius) & iam faſces cunctarum virtutum adeò fulgurantes oſtentat, vt incipiat ab ecſtaſi, quæ aſſolet aliis Diuis eſſe ſupremæ perfectionis indicamentum: *Quod vix maioribus circa extremitatem vitæ contigit, hoc tibi,* Ignati, *abundat in limine.*

126. *Diuturnitas ecſtaſis Ignatij.* Cant. 3.

Profectò ecſtaſis Ignatij diuturnitas eum adhuc oſtendit ſanctiorem, ſi vel exigui temporis raptus quemlibet Diuum perfectum innuit. De dilectiſſima ſponſa fatur Dominus, *Adiuro vos, filiæ Ieruſalem, per capreas ceruoſque camporum, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit,* Cant. 3. Vbi Caſſiodorus aſſerit ſponſam ecſtaſi diuturno potiri; quia *ſicut dormiens à viſibilibus oculos claudit, ita is, qui diuinæ contemplationi raptus inſiſtit, quaſi alienus exterioribus dormit, & ſola ſpiritualia, ac cœleſtia videt.* Ignatius quaſi alienus exterioribus dormiebat, & ſola ſpiritualia ac cœleſtia intuebatur, reuelato ei ſocietatis progreſſu, vt creditur. Nec exiguo tempore raptus fruitur voluptate. Nam Ieſus cuſtos ſomni inclamat, *Nec euigilare faciatis dilectam donec ipſa velit.* Ipſe Ignatius dulciſſimo ſe ſuſcitauit à ſomno dum clamans aſſurgit, *Heu mi Ieſu.* Caſſiod.

127. *Argumentū ſupremæ ſāctitatis ecſtaſi donari, donec ipſa velit.* Cant. 3. Nyſſen.

Quod autem tam diuturnus raptus, ſeu mentis ad ſuperiora abſtractio egregium ſit ſupremæ perfectionis indicamentum, mox oſtendit Salomon adiicens, *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris & vniuerſi pulueris pigmentarij?* Cant. 3. Vbi Nyſſenus aſſerit voce illa, *ſicut virgula*, Eccleſiæ, ſeu animæ innui ſupremam perfectionem. *Eccleſia nobis proponitur nouo ac nouo ſubinde habitu, in melius proficiens, & ſemper glorioſior. Primum vt formoſa, ſed inter mulieres: poſtea auro & argento vermiculata: tandem hic ſimilis virgæ*, ad ſupremum cœli verticem aſcendenti. Profectò ſimilis virgæ ſortitur mox poſt diuturnum mentis exceſſum, aut ecſtaſim, quo fruitur, *donec ipſa velit*; quia ſupremæ ſanctitatis eſt indicamentum huiuſmodi ecſtaſi potiri. Præterea eo fruitur cum virga, ſeu anima *extenuata diſciplinis* (vt ait Rupertus) è vita temporaria auolat ad Patriam. Si ergo Ignatius in limine abundat huiuſmodi mentis exceſſu, indicium præbet, intenſiſſimis dilectionis actibus breui tempore ad perfectionis verticem auolaſſe. Nam *quod vix maioribus circa extremitatem vitæ contigit, hoc* Ignatio *abundat in limine.*

128. *Ignatius Iobū æmulatur perfectus dum in limine ſiue in faſciis oſtenditur, ad vincendū diabolū.* Iob 1. Chryſoſt. Ambroſ. Origen.

Poſt auditum calamitatum nuncium, Iob *ſurrexit, & ſcidit veſtimenta ſua, & tonſo capite, corruens in terram, adorauit, & dixit: Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ*, cap. 1. Ad quæ Chryſoſtomus docet Iobum ſeculari habitu exutum, ad nouæ vitæ infantiam editum eſſe. Sed cur ſurrexit? Ambroſius, ſurrexit ad pugnam. Origenes, *ſurrexit ad victoriam.* Quónam modo cùm nouus infans faſciis illigatur tam valenter pugnat, vt illud ſurgere ad pugnam, ſit ſurgere ad victoriam? Certè ſunt milites adeò cœleſti vi donati, vt ſerpentes comminuant in cunabulis, in documentum vtique futuræ potentiæ. Quid, Ignati, vir præſtabis, ſi vel infans dum exoreris diabolum mittis in fugam, (vt feneſtræ Palatij de Loyola fracta teſtantur ſpecula?) ſi circa infantiam ecſtaſi tam diuturno donaris, ſupremæ perfectionis indicio, quid cùm poſt tot victorias plenus dierum ad ſuperos detur auolare?

***

Obser.

OBSERVAT. XVI.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Ignatius ſic curauit proximos luce donari, vt exiſtimaret ſe & proximos eandem eſſe eſſentiam; vnde non primum ſibi, & deinde proximis; ſed primò & ſibi & proximis vacare nititur.

Aſſero, te & proximos tuos vnam quodammodo eſſentiam eſſe.

129\. *Finem Societatis primò, & ſui, & proximo ſaluando ſtudentis, pendere.* Cyrill.

D. Cyrillus exiſtimat lucernas in manibus geſtare, idem eſſe, ac proximis ſalutis documenta exhibere. Premendam do Doctoris ſententiam. *Sint lucernæ ardentes in manibus, id eſt, ne patiamini, aliquos in tenebris ignorantiæ viuere.* Omnibus exiſtite ſalutares. Ad hoc quidem natus Ignatius, vt omnibus veritatis fulgorem miniſtraret. Cur autem in manibus operis proprij lucerna eſt doctrinæ ad proximos adducendos? Quia Ignatius eadē manu, qua ſibi operatur, ſimul proximo illuminādo ſtudet.

130\. *Ignatius, ac Societas vnum idemque ſtudium ad propriam ſalutem, & ſalutem proximorum.* Ignat. Suar.

Hoc profectò proprium Ignatij ac Societatis Ieſu ita proximis incumbere, ac ſi ſibi vacaret. *Finis* (ait Ignatius exaẽm. cap. 1. §. 2.) *huius Societatis eſt, non ſolùm ſaluti & perfectioni propriarum animarum cum diuina gratia vacare; ſed cum eadem impensè in ſalutem, & perfectionem proximorum incumbere.* Vnus finis Societatis & ſibi & proximo ſaluando ſtudere An primò ſibi incumbit, & deinde proximo? Doctiſſimus noſter Suarius aſſerit his verbis nitens, Societatem eo à reliquis Ordinibus proximorum ſalutem procurantibus differre, quod alij primò propriæ ſaluti ſtudent, deinde proximorum. At Societas IESV primò ſibi ſimul & proximo prouidere incumbit.

131\. *Putabat Ignatius ſe, & proximos vnicam eſſentiam.* Cant. 3. Gilebert.

Vndénam is affectus Ignatio? Exiſtimabat Diuus ſe, & proximos cunctos eadem eſſentia viuere: vnde propriæ ſtudens vtilitati, ſimul proximorum ſaluti neceſſariò debebat ſtudere. Huiuſmodi affectus eleuatiſſimi ordinis arguit perfectionem. Dulciſſimo IESV conſortio dilectiſſima ſpōſa fruebatur, & tamen non vagans, ſed prudens Virgo curſitat per plateas, & inclamitat, *Num quem diligit anima mea, vidiſtis?* Cant. 3. Cur requiris, quem ex dilectione proculdubio poſſides? Profectò me vacuam IESV exiſtimo, dum proximos meos video à Domino elongari. Eos hortor vt requirant, & teneāt: vt perfectè poſſim inclamare, IESVM poſſideo, *tenui eum, nec dimittam.* Quodammodo enim dimitto dum teneo, cùm proximi mei, qui idem mecum ſunt, videntur minimè poſſidere. Pulchrè Gilebert. ſerm. 1. in Cant. *De viſione illorum ſe viſuram præſumit; ideo diligenter inueſtigat aliorum viſionem.* Ac ſi diceret. Sponſa putat ſe non videre ſponſum, quem poſſidet, dum ſcit proximos non aſpicere. Fruitur illo, quia apud ſe dominum tenet: & non fruitur, quia eius proximi tanto bono minimè potiuntur.

Ant. de Eſcob. & Mend. Tom. V.

132\. *Putabat Moſes ſe non viſurū Deū, non vidente populo.* Exod. 32. Gilebert.

Illuſtro Abbatis cogitationem Moyſis eloquio. Deliquerant Hebræi, & clamat Legifer, *Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo,* Exod. 32. Cur deleri te iubes de vitali volumine? Certè, quia ego & proximi mei quaſi eadem eſſentia viuimus. An ego potero libro vitali addictus viſione beata frui, ſi delinquentibus Hebræis meis proximis negatur eadem potiri? Dimitte ergo eis hanc noxam, vt rurſum ij vitali in volumine ſcribantur, & videntes ipſi, ego viſione beata potero frui. *Nam de viſione eorum præſumo, & ideo diligenter curabo inueſtigare, aut impetrare proximorum viſionem, vt videntibus ipſis, ego videam.* Profectò Ignatius exiſtimabat, ſe in proximo aut perire, aut ſalute donari.

133\. *Tracto Ignatio, & currente, ſimul proximi trahuntur, & currūt quodammodo.* Cant. 1. Rupert. Del-Rius.

Clamat ſponſa Magiſtra, *Trahe me poſt te, in odorem vnguentorum tuorum curremus,* Cant. 1. Vbi Ruperto authore, innuitur in præſenti vir egregius, *qui veraciter diligit, & trahitur, & trahi cupit.* Si trahitur, cur adhuc cupit trahi? Trahi planè cupit ſimul proximos. Sic exponit Del-Rius, *Da vires, vt te per tua veſtigia ſequar. Hæc me attrahat gratia, hortabor, & iuuabo & te iuuante, adducam mecum comites: conabor comitata venire, & ſimul curremus.* Quónam modo proximi venient currentes, ſi non trahuntur? *Nemo* (ait Dominus) *venit ad me, niſi Deus traxerit illum,* Ioan. 6. Profectò exiſtimat iam in me tractos eſſe. Dum clamo, *Trahe me,* trahi & proximos precor; quia me non aliam à proximo perſonam recognoſco. Vnde tracto me illi trahuntur, & *curremus.* Ignatius trahitur, & ſimul hortatur & iuuat, & ſecum proximos adducit: quaſi non viſurus IESVM, ſi non comitatus accedat.

OBSERVAT. XVII.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Ignatius non ſolùm primò ſe & proximum illuminare curat: ſed expetiit aliquando proximi ſaluti curam impendere, vel proprio periculo.

Supremus erga proximos dilectionis gradus, vel proprio periculo eorum ſalutem procurare.

Tam ardens aliquando iuſtæ lucernæ charitas, vt ſtuderet aliis eſſe luminare, ad incundas nuptias, licèt ipſa à domo excluderetur. Iam ineffabilem Ignatij erga proximos dilectionem, qua proprium periculum contemnens, ſaluti proximi ſtudere curabat, ſuprà ponderaui; ſed tam pulcher fulgor nunquam ſufficienti pondere efferetur. Rurſum laudo incredibilem hominis affectum. 134.

135\. *Mira charitatis Ignatij exempla.* Ribaden. lib. 5 c. 4.

Quidam pellicis nefario tenetur amore, cuius ignem Ignatius frigido lacu immerſus extinguit. Dicebat, ſi quid ad animarum ſalutem pertineret, paratiſſimum eſſe, nudis pedibus,

cornibuſque onuſtum per plateas incedere. Cùm ſæpiùs appetitus eſſet à multis, & ad iuſtam indignationem prouocatus, ne minimam quidem commoti animi ſignificationem dedit. Religioſus quidā eruditus ex amico inimicus factus cœpit iactare, noſtræ Societatis viros, qui in Hiſpania eſſent à Perpinniano Hiſpalim vſque, igni ſe traditurum. Cui Ignatius ita ſcripto reſpondit: *Id opto, vt & tu charitate flagres, & amici tui, ac neceſſarij, non ſolùm qui in Hiſpania, ſed qui in vniuerſo orbe terrarum ſunt, Spiritus ſancti igne inflammentur, & ardeant, vt perfectionis culmen adepti, diuinam gloriam augeant magis, & illuſtrent.* Contubernalis Ignatij, qui Lutetiæ commiſſa ſibi pecunia Diuum defraudauit, & in eas anguſtias coniecit, vt magno ſtudiorum ſuorum incommodo, quotidie mendicare cogeretur: grauiter ægrotans, nec aliunde auxilium ſperans, Ignatiū moneri curauit, ſciens ſolum ipſum iniuria affectum moleſto committendum itineri, vt dilectiſſimum proximum ſubleuaret. Quid plura? Sileant omnia charitatis Ignatij documenta: illud ſolummodo me in admirationem rapit, O Laini, (inquit) ſi optio mihi daretur, aut illico è corpore diſſolui, vt patria frueret: aut hîc morari, vt rurſum periculo ſalutis implicarer, vt vnum magnum peccatorem poſſem ad pœnitudinem adducere: illi ſecuritati lubentiſſimè renunciarem ad maiorem Dei gloriam.

136. Mirabilis planè Moſis charitas, qui voluit cum proximis perire: *Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo*, Exod. 32. Sed mirabilior Pauli dilectio, expetentis proximos ſaluos fieri, licèt ipſe incederet à gloria: *Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis*, Rom. 9. Optabam fratres meos ſalute donati. Omnes ne? Omnes quidem. Quid ſi omnibus hiſce ſalutem conſequentibus tibi, ô Paule, tabernaculum non relinquatur? Nulla supereſt ſedes? Sedeant illi & ſi maior inde IESV mei gloria rutilat anathema à Chriſto, ſiue æternum ſeparatus ab ipſo remanebo. Chryſoſtom. hom. 1. de laud. Paul. *Moyſes cum cæteris optauit perire: Paulus præ cæteris. Non enim cum pereuntibus perire voluit; ſed vt ſaluarentur alij, ipſe de gloria æternitate decideret.* O Ignati, vis perire pereuntibus dilectis proximis? Minimè planè; quæ enim vtilitas in damnatione mea? O Domine, opto, (ſi inde maior gloria tua) à te anathema eſſe, vt aliquis inſignis peccator conuertatur, & ſaluetur. Salute aliquis proximus ad tuam maiorem gloriam donatur? O periculi vtilitas!

Ignatius vicit Moſem, & Paulum imitatus eſt, volens proximos ſaluari, licèt ipſe de gloria decideret.
Exod. 32.
Rom. 9.
Chryſoſt.

137. Aod Iſraëlis Saluator *reuerſus de Galgalis, vbi erant idola, dixit*, &c. Iudic. 3. Curans Regem Eglon interimere ſolus ipſe è Galgalis reuertitur. Cur non ſocios ſecum adduxit? Certè ſociorum amator eos in loco tuto collocat, & ſolus periculo committitur. Brixianus pulchrè, *Poſitis ſociis in tuto loco, reuerſus eſt ipſe ſolus, vt infeliciter negotium adoriretur, ſolus periculo obnoxius eſſet.* Quo quidem facinore Euangelicū Saluatorem Ignatium expreſſit. Lainium, Paſchaſium, Simonem, cunctoſque ſocios (qui eligerent, data illa optione, mox ad ſuperos auolare, & diu in ſeculo non perſiſtere, vt ſaluti peccatoris alicuius proprio periculo ſtuderent.) pouit in tuto, ipſéque ſolus toto affectu ſe te conuerſioni peccatoris inſignis, (Eglon ſcilicet craſſitudine diffluentis) addiceret. Quid ſi occidatur gladio Dauidico ille peccator (*interficiebant omnes peccatores.*) infeliciter illud negotium Ignatius adoriretur? Afficeretur conſolatione Diuus Saluator, *quòd ſolus periculo obnoxius eſſet.*

Ignatius, poſitis ſociis in tuto loco, ſolus periculo obnoxius obiicitur.
Iudic. 3.
Brixian.

Cùm ſubditi ab Angelo percuterentur, Dauid dilectiſſimos proximos vt defenderet, ſe ſe percutiendum obtulit. Quónam, quæſierim, affectu? Reſpondet Iſidor. Peluſ. lib. 3. epiſt. 219. *Cupiebat Dauid, cum gloria potius mori, quam, amiſſis ſubditis, turpiter viuere.* Laudat Ambroſius Dauidis facinus *ad Pſ. 37.* Si laudabilis Dauid cupiens cum gloria mori pro ſubditis: quanto laudabilior Ignatius cupiens ſine gloria viuere pro vnius peccatoris inſignis conuerſione? 138.

Laudabilior Dauide Ignatius, cupiens ſine gloria viuere, ob vnius peccatoris conuerſionē.
Peluſ.

A vita temporaria Ionas curauit ablegari, vt ſocios nautas exitiali eriperet à periculo. *Tollite me, & mittite in mare*, cap. 1. Laudat Hieronymus feruentiſſimum Prophetæ affectum, fatus, *Animaduertenda fugitiui noſtri magnanimitas: pœnam libenter aſſumit, ſe cupiens perire, ne propter ſe & cæteri pereant.* An non Ignatij magnanimitas amplius laudanda, qui vt vnum proximum duceret ad portum ſalutis, ſe pelagi traderet erroribus fortè fluctibus obruendum? 139.

Iona magnanimior, ſe ob vnius ſalutem, pelago cōmitti patitur.
Ioan. 1.
Hieron.

Amatricem egregiam in medium profero, Rebeccam ſcilicet, quæ vt dilectiſſimum Iacobum ad benedictionis gloriam adduceret, paſſa eſt maledictionis periculo ſubiacere. Si agnoſcit Iſaac vxoris aſtum, *Si attrectauerit me pater meus, & ſenſerit, timeo, ne putet, me ſibi voluiſſe illudere, & inducat ſuper me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater, In me ſit*, ait, *iſta maledictio, fili mi*, Geneſ. 27. Vbi Peluſiota epiſtol. 58. lib. 3. *Rebecca Apoſtolica, vt ſic loquar, animi magnitudine prædita, imprecationem ſuſcipere minimè dubitauit, vt ipſius filius conſequeretur benedictionem, ac bonus quidem ipſi cedebat: mala autem ipſa ſola ſufferre parata erat.* Quænam mala? Certè inopiam, & ſeruitutem, benedictio enim bonum vtrumque reſpiciebat iuxta illud: *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini: eſto Dominus fratrum tuorum.* Si Rebecca Apoſtolica mulier appellatur, quia bonis temporariis cedebat, mala autem ipſa ſufferre parata erat famis, & ſeruitutis, vt filius donaretur benedictione temporaria: iuſtiùs planè Ignatius meruit vir vocari Apoſtolicus, bonis quodammodo cedens æternis, & mala ſufferre paratus, vt vnus peccator æterna ſalute donaretur. 140.

Plus dilexit peccatorem Ignatius, quā Rebecca Iacobum. Illa enim vult affici maledictione temporaria, hic æterna.
Geneſ. 27.
Peluſ.

Nunquam de Iudithæ laudibus vlla ætas conticeſcet, quia vt conciues à periculo Holophernis eriperet, ſe ſe periculo adiicere non renuit. D. Ambroſius lib. 3. de offic. cap. 13. *Honeſtatis fuit, ſe malle pro omnibus periclitari, vt omnes eximeret periculo.* A quónam ciues fœmina periculo exemit? A temporario exitio liberauit ipſa temporario diſcrimini addicta. O Ignatij ineffabilem erga proximum dilectionem! Immenſæ penè charitatis fuit ſe malle pro vno peccatore periclitari æternum, vt vnum æterno periculo eximeret. 141.

Vicit Iudītha Ignatius dilectionem in ciues, verè Apoſtolicus.
Amb. of.

Monumenta magnanimitatis nunquam non Valentinianum Imperatorem celebrabunt, de quo Ambroſius idem, *Pro omnibus ſe obtulit, dicens, quòd fruſtrà propter ſe alij* 142.

Valentiniani eximiam in ſuos charitatem ſuperauit.
Ambroſ.

periclita

periclitarentur, ſibique potius mortem optabat, ne ipſe aliis cauſa mortis eſſet. Laudatiſſimi quique Ignatij affectum vnicè profitentur celebrandum, qui præmio mox æterno donandus, ſibi potiùs adhuc mortalem vitam optabat, vt alij cauſa vitæ eſſet æternæ, vel ſalutis propriæ iactura. Putáſne ô Diue, fore, vt poſſis damnatione affici? Si ob Dei maiorem gloriam me periculo expono, quónam modo Deus opportunum ad perſeuerandum, abnegabit auxilium? Si proximus & ego vnam eſſentiam gerimus, ſalute donato proximo, quónam modo ego adſcribar damnationi? Recole *obſerv.* 16. *Se idem cum proximo eſſe Ignatius putabat.*

SECTIO III.

Vigilantia.

TEXTVS.

VERS. 36. ET vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quan-
do reuertatur à nuptiis: vt cùm venerit, & pulſauerit, confe-
ſtim aperiant ei. 37. Beati ſerui illi, quos cùm venerit Dominus, inuenerit
vigilantes. Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere,
& tranſiens miniſtrabit illis. 38. Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia
vigilia venerit, & ita inuenerit: beati ſunt ſerui illi. 39. Hoc autem ſcitote,
quoniam ſi ſciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non
ſineret perfodi domum ſuam. 40. Et vos eſtote parati, quia qua hora non pu-
tatis, Filius hominis veniet.

COMMENTARIVS LITERALIS.

§. I.

De ſeruis Dominum expectantibus.

1. *De cõtextu.* ET *vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum.*] Quidam hanc ſententiam à præcedentibus diſiungit, quaſi ad eundem ſcopum minimè tendant. Accommodatiùs cum Toleto & aliis connectenda duco. Vnde Auguſtinus *ſerm. 39. de verb. Dom.* aſſerit ex hiſce tribus præceptis: *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, & vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum,* primum conuenire cum illo: *Declina à malo;* ſecundum cum illo: *Fac bonum;* tertium, quod ad ſpem æternorum pertinet, cum illo: *Inquire pacem, & perſequere eam.* Notat etiam *ibidem* hæc tria eſſe illa, quæ legimus Act. 24. *Docebat eos Paulus de continentia, & iuſtitia, & ſpe vitæ æternæ;* námque ſumma Euangelicæ vitæ comprehenditur.

Tolet. August. Act. 24.

2. *Senſus loci.* Vnde ergo ſit ſumpta ſimilitudo indicatur, nimirum ex ſeruis Dominum poſt nuptias expectantibus, qui præcincti ſunt, ac parati, lucernáſque inflammatas in manibus tenent. Vult Chriſtus, nos in perpetua viuere eius aduentus expectatione: ſemper mortem, ſemper iudicium præ oculis habere, eſſéque ad migrandum ex hoc ſeculo præparatos.

3. *Expectantium affectus feruentiſſimus.* *Expectantibus Dominum ſuum.*] Ardentiſſimum erga Deum ſponſum verbum *expectantibus* innuit affectum. Nam qui expectat Dominum, deſiderio flagrat aduentus eius: intentum animum habent in eum frequenti planè cogitatione: patienter ferunt aduerſa ſpe illius: timent in eum delinquere, quem iam venientem præ oculis habent: facilè contemnunt ea omnia, quæ ad aduentum eius non faciunt: in iis delectantur, quæ grata illi eſſe cognoſcunt: vilifaciunt temporaria æternorum reſpectu. Eſtote ergo *vos ſimiles expectantibus Dominum.*

4. *De Chriſto ſponſo & viro Eccleſiæ.* *Quando reuertatur à nuptiis.*] In cuius expoſitionem adnoto cum Toleto, Chriſtum caput Eccleſiæ Triumphantis, & militantis diſtincta ratione reſpectu vtriuſque. Nam ad militantem rationem habet ſponſi, & vnio ipſius cum Eccleſia in hoc ſtatu confertur ſponſalitio. Ad Triumphantem verò rationem habere viri, & vnio nuptiis comparatur, & Matrimonio; ita enim vnitur cum ſingulis iuſtis Triumphantis Eccleſiæ, vt ampliùs ſeparari non poſſint; quia nec eſt peccatum, nec gratiæ amittendæ periculum. Hanc diſtinctionem indicat decem Virginum parabola. *Ecce ſponſus venit.* Dicitur ſponſus, quia virgines illæ tunc in militanti Eccleſia erant. Additur, *Et quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias,* Matth. 25. quià nuptiæ in Triumphanti ſunt Eccleſia, ad quas euocantur iuſti, qui ex hoc mundo in cœlum euehuntur.

Matth. 25.

5. *Patet ex prædictis ſententia Dominica ſenſus.* His præmiſſis, non qualicũque modo Chriſtus vult Diſcipulos Dominum expectare: ſed venientem cum lætitia, & gaudio, liberalẽ, beneficum, quales ſolent ſponſi domum redire; munera enim famulis largiuntur. Sic Dominus expectandus. Aſcenderat ad Triumphantem Eccleſiam ſponſus, poſt nuptias ibi celebratas, vir Eccleſiæ reuertitur. In Aſcenſione igitur celebratæ ſunt Chriſti nuptiæ cum Eccleſia, quarum ſponſalitia in Incarnatione (aduentu quidem primo) fuerant celebrata. Cùm autem ſecundus aderit aduentus, à nuptiis dicitur reuerſurus; quia iudex expectandus à iuſtis munificentiſſimum operum bonorum munerator.

6. *Mox bona opera gere, non differas ad vitæ terminum.* *Vt cùm venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei.*] Innuit Dominus, ſuos non debere bona opera ad vitæ terminum differre, ſed continuò rectis vacare geſtis, exemplo ſerui præparati, qui cùm primum Dominus reuertens à nuptiis domum venerit, & pulſauerit, ſine vlla mora ianuam aperit: non ſicut ij famuli, qui iacent in lecto, & imperati pulſantem

Dominum faciunt expectare; quia tunc ſe præparare incipiunt, cùm Dominus incipit pulſare.

§. II.

De ſeruorum vigilum præmio.

7. *Premiū beatitudo.* **B***Eati ſerui illi, quos cùm venerit Dominus inuenerit vigilantes.*] Vigilibus ſeruis, qui cùm Dominus pulſat, præcincti, ac faces tenentes illico aperiunt ianuam, quódnam præmium præparatur? Profectò æterna beatitudo. Toletus, *Beati tales erunt; ſi autem beati, omni bono replebuntur, & ab omni malo protegentur: quo maius nihil eſt.* (Tolet.)

8. *Beatitudo cœna metaphora exprimitur.* *Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere.*] Lautiſſimæ cœnæ metaphora hanc ſeruis donandam beatitudinem exponit. Dominus, *ſe præcinget.* Euthymius, *Iuſtitiam in diſtribuendo ſeruabit.* (Euthym.) Addit Toletus approbans expoſitionem Doctoris, *Præcinget ſe ſicut miniſtri ſolent facere, & illis miniſtrabit.* (Tolet.) Vt ſcilicet ſeruos vigiles præcinctos ad obſequium honoret præcinctus etiam ad menſæ miniſtrandum.

9. *Deus tranſiens fercula cūctis miniſtrat beatis.* *Tranſiens miniſtrabit illis.*] Titus Boſtr. *Pro meritorum ratione Deus ſoluet præmia. Nam etſi menſam variis donorum, & gratiarum ferculis magnificè inſtructam omnibus promiſcuè appoſiturus ſit; attamen pro exhauſtorum laborum quantitate ſingulis alias, & alias delicias apponet.* (Titus Boſtr.) Lautiſſimum itaque erit conuiuium cunctis, quia tranſiens diſcurret omnibus miniſtrando, & multiplicia porrigens fercula, magnæ omnibus voluptatis: ſed maioris quidem vigilantioribus; præmium enim ſingulorum merito accommodatur.

10. *Noctis vigiliæ vitæ variis ætates.* *Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi.*] Ex Tito Boſtr. (Titus.) *Sunt qui primam, ſecundam & tertiam ad diuerſas ætatum qualitates referant, & primam adſcribunt pueris infra pubertatis annos adhuc conſtitutis: ſecundam iuuenibus, adhuc adoleſcentibus: tertiam adultæ firmatæque ætatis.* Adde quartam ſenectutem iuxta quartam vigiliam noctis. Hæc enim in quatuor erat diſtributa vigilias, ſingulæ tres continebant horas: prima vigilia tres primas horas noctis: ſecunda tres ſequentes, ſimiliter reliquæ. D. Baſilius *homil. de non adhær. reb. ſecul.* (Baſil.) aſſerit, ex hac Domini ſententia deduci debere nos tempore aduentui iudicis eſſe præparatos.

11. *Authoris expoſitio ex præfatis.* Ex prædictis ſenſum elicio. Si Dominus in huius vitæ nocte ſecunda vigilia, id eſt, adoleſcentiæ inſtantia iudicaturus venerit; aut vigilia tertia, id eſt, firmata, ſeu virili ætate acceſſerit ad domum ex nuptiis, & inuenerit ſeruos vigiles, præparatos: beati illi ſerui erunt, accipient enim ſuæ vigilantiæ, ac præparationis præmium.

12. *Cur primæ, & quartæ vigiliæ nulla mentio?* Cur autem nec primæ, nec quartæ vigiliæ fecit memoriam? Quia prima vigilia ſeu noctis initio primis tribus horis vigilare non magnum ac difficile: ſicut nec quarta vigilia, quæ matutino tempori propinqua eſt. Abulenſis (Abulenſ.) Matth. 24 quæſt. 245. *Lucas ſecundam, & tertiam vigiliam poſuit; quia in prima, & quarta non eſt difficile vigilare.* *Authoris ſolutio.* Profectò ætatis humanæ prima vigilia, id eſt, infantia, & pueritia non apta præparationi ob diſcurſus defectum, ſeu rationis impotentiam. Quartæ autem vigiliæ, ſeu ſenectutis tempus tam propinquum morti, vt non ſit nimium laudabilis ſeruus, qui curat Dominum accenſis lucernis expectare. At qui in ſecunda, & tertia vigilia, ſiue in adoleſcentia, & virilitate ſe virtuti litet, dignus præcelſiori præmio oſtentatur.

§. III.

De parabola Patrisfamilias.

H*Oc autem ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non ſineret perfodi domum ſuam.*] Legit Pagn. *Si ſciuiſſet paterfamilias, qua hora fur venturus fuiſſet, vigilaſſet vtique, & nō paſſus fuiſſet perfodi domum ſuam.* 13. *Pagnini lectio.* Itaque quod ſpectat ad literam, poteſt eſſe duplex ſenſus: aut de præterito, nempe de eo, cuius domus iam eſt perfoſſa, qui ſi ſciuiſſet furis aduentum, vtique vigilaſſet, & non ſiuiſſet perfodi domum; aut etiam de futuro, ſcilicet ſi pater ſciuerit aduentum furis, non ſinet perfodi domum, ſed vigilabit. *Litera exponitur.*

14. *Senſus expenditur.* Quod autem ſpectat ad ſenſum, ſimilitudine quadam eos ad adhibendam vigilantiam prædictam hortatur. Si paterfamilias ſciret, quando fur venturus eſſet, vigilaret vt impediret domum ſuam perfodi: eſſetque imprudentiſſimus, ſi id non ageret, ac imprudentiæ ſuæ pœnam pateretur: quid Diſcipuli?

15. *Inopinatus iudicis aduentus.* *Et vos eſtote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet.*] Si paterfamilias ſciens certum aduentum furis, vigilaret: vos quibus incertus eſt, ſingulisque horis euenire poteſt, debetis multo diligentiùs vigilare; qua enim hora non putatis, ſeu vobis ignorata, & incognita, Filius hominis veniet iudicaturus. Sententia hæc de ſecundo aduentu procedit, quando Dominus genus hominum iudicare venturus eſt: ſingulis tamen hominibus, quorum dies mortis incertus eſt, accommodanda. *Noli ergo eſſe ſtultus, ne moriaris in tempore non tuo*, Eccli. 7. (Eccli. 7.) Vbi Toletus, *Ille moritur in tempore non ſuo, qui moritur impræparatus, & quando non cogitabat: qui enim ſemper moriturum ſe cogitat, & in ſingulas horas præparatus eſt, moritur in tempore ſuo.* (Tolet.) Addo ex Chryſoſtomo hom 78. in Matth. (Chryſoſt.) *Hæc ad erubeſcentiam mihi dicta videntur. Maiorem enim diligentiam habent furem expectantes, quàm nos ſalutis animæ. Vigilant enim tunc, ne aliquid ſibi ſurripiatur. Nos autem quamuis certò ſciamus, venturum Dominum, perſeueramus, neque ita vigilamus, vt poſſimus non impræparati ex hac vita diſcedere.*

§. IV.

Nonnulla myſticè obſeruo.

16. *Inſtus expectat Dominum, timet impius.* **Q**Via Euangelij huius meſſis vbertima moralitatum ad Panegyricorum fundamentum exſurget: operæ pretium erit, Patrum plures circa literam cogitationes annotare.

Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominū ſuum.] Non dixit, *Timētibus*, ſed *expectātibus*. Nā ſeruo vigili accepturo præmium nulla timoris occaſio.

occaſio. Vnde illud Gregor. hom. 13. in Euang. *Qui de ſua ſpe, & operatione ſecurus eſt, lætus Iudicem ſuſtinet: & cùm tempus propinquæ mortis aduenerit, de gloria retributionis hilareſcit.* Improbi autem non expectant, ſed timent.

Haymo. Haymo. *Pulſanti Iudici aperire timet, qui eius præceptis ſe minimè obtemperaſſe cognoſcit.* Idem Doctor, *Sicut Iudicis aduentum in ciuitatem iuſti diligunt, fures timent: ita aduentum Domini illi timent, qui eius præceptis minimè ſe obtemperaſſe ſciunt: ſoli autem illi diligunt, qui rectè ſe viuere recolunt.*

17. *Ægritudinis pulſatio à Deo miſericorde.* Gregor. Sueton.

Vt cùm venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei.] Gregorius, *Pulſat Dominus, cùm iam per ægritudinis moleſtias mortem vicinam eſſe deſignat.* Miſericordia Domini huiuſmodi præmittit pulſationem, ne ſubitò homo intereat, ſed ſe tunc ſaltem valeat præparare. *Auguſtus Cæſar*, (Suetonius ait in eius vita, cap. 99.) *quoties audiuiſſet citò, aut nullo cruciatu defunctum quempiam, ſibi & ſuis εὐθανασίαν*, id eſt, bonam mortem, *ſimilem precabatur.* Auguſtus tetris circumfuſus tenebris, in eo εὐθανασίαν, ſeu bonam mortem ſitam eſſe putabat, ſi ſubita eſſet, inſperatáque nulla pulſaret ægritudine fores. At verè beata mors in præparatione poſita eſt, iuuat autem non ſubita ægritudinis pulſatio.

18. *Diſcubitus iuſtorum, ſeu omnimoda à laboribus quies.* Theoph. Barrad.

Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere.] Verbum *diſcumbere* omnimodam à laboribus requiem videtur innuere. Theophylactus, *Diſcumbere facit Dominus bonos ſeruos, totos enim per omnia quieſcere facit.* Barradius aptè expoſuit illam particulam, *Præcinget ſe, & miniſtrabit illis.* Qui ſe præcingit, amplam veſtem conſtringit, ac coërcet cingulo. Sic Deus cùm gloriam beatis ſubminiſtrat, ſe præcingit; quia infinitam eſſentiam quodammodo contrahit, neque ita oſtendit beatis, vt illam comprehendant: neque enim poſſunt; ſed ſingulis, vt capaces ſunt, & flagitant merita.

19. *Laudabilior qui vigilat, cum irruunt tentamina, & labores.* Theoph.

Et ſi in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, &c] Omnibus vigiliis excubandum docet; ſecundæ verò, & tertiæ facit mentionem, quia tunc grauior eſt ſopor, (vt innuimus,) maiorſque laude dignæ ſunt excubiæ eo tempore, quo nos magis ſomnus infeſtat. Theophylactus, *Quemadmodum qui in ſecundam & tertiam vigiliam vigilat, vigilantiſſimus eſſe videtur; iſtis enim horis homines maximo, & primo ſomno tenentur; ſic intelligas, in diuerſis vitæ noſtræ ſtatibus eſſe horas, quæ beatos nos faciant, ſi vigilantes inuenti fuerimus.* Hæ quidem horæ ſunt grauiorum tentaminum ex ætate opportunitas, ſeu importunitas, & grauiſſimi labores. *Rapuit quis*, adiicit, *diuitias tuas, mortui ſunt tibi filij, calumniam paſſus es: ſi in iſtiuſmodi temporibus non fueris lapſus, ſed vigilans inuentus à Deo, vtique vigilantem te in ſecunda & tertia vigilia inuenerit, hoc eſt, in periculoſo, & graui tempore, quod mortiferum ſomnum, & caſum diſſolutis animabus præbet, beatus eris.*

20. *Latet ideo mortis tempus, vt dies omnes obſeruentur.* Haymo.

Si ſciret Paterfamilias, qua hora fur veniret, &c.] Haymo, *Huius furis aduentum præcauere poſſimus, neceſſe eſt, vt diem mortis ſemper ante oculos habeamus.* Fatur alibi Dominus, *Vigilate, neſcitis enim, quando Dominus veniat, ſerò, an media nocte, an galli cantu, an manè; ne cùm venerit, inueniat nos dormientes*, Marc. 3. Vbi idem Haymo, *Ideò Dominus voluit nos latere vltimam diem, vt dum ignoratur vnus, obſeruentur omnes.* Et Hilarius Matth. 24. *Paratos nos eſſe conuenit, quia diei ignoratio intentam ſollicitudinem ſuſpenſæ expectationis exagitat.* Sic vincuntur mortis horrores. Gregorius hom. 13. *Sic mors, cùm venerit, vincetur, ſi priuſquam veniat, ſemper timeatur.* Nam mortis timor ſemper nos ad præparationem excitabit. *Incerta*, (ait Caietanus,) *eſt mortis hora, & ſæpè inopinata. Qua enim hora non putatis, Filius hominis veniet, tum ad vniuerſale iudicium, tum ad ſingulare cuiuſque tempore mortis.* Cur voluit Dominus nobis horam mortis incognitam eſſe? Reſpondet D. Gregorius apud D. Thom. in Cat. *Horam vltimam nobis Dominus idcircò voluit eſſe incognitam, vt dum illam præuidere non poſſumus, ad illam ſine intermiſſione præparemur.*

Hilar. Gregor. Caiet. Gregor.

IN IGNATIVM MEVM

PANEGYRICVS MORALIS TERTIVS

CIRCA LITERAM.

EX VIGILIA.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum.

Ignatius ſimilis hominibus in veſtitu, glorioſiùs de hoſtibus triumphum egit.

Aſſero mirabilius, communi viuendi ratione ſanctitate fulgere, quàm ſi animus ad peculiarem viuendi rationem eleuetur.

21. *Ignatij, ac Societatis IESV communem viuendi rationem commendo & victu, & indumento.*

PARTICVLA *Hominibus* ſæculare vulgus deſignatur, iuxta illud: *Quem dicunt homines eſſe Filium hominis?* Matth. 16. id eſt, ſæculares, prout à viris Apoſtolicis diſtinguuntur. Similes vult Dominus eſſe vigiles ſeruos Euangelij miniſtros ſæcularibus?

Profectò aliqui Religioſi communi vita vtuntur, & victu & indumento ſæcularibus aſſimilantur.

Ignatij circa hac praſcriptum. Ignat.

22. Ad Ignatium & Societatis viros hæc monita ſpectant. Fatur Ignatius Exaëm. cap. 1. §. 6. *Caterùm ratio viuendi in exterioribus iuſtas ob cauſas maius Dei obſequium ſemper intuendo, communis eſt.* Indumentum, victus, Ieſuitam in exterioribus Clerico ſæculari modeſto quidem ſimilem reddat: vt ſcilicet ſit præcelſior victoria, quæ communibus armis exercitur. Indutus Ignatius cum vitiis proximorum fortiſſimè pugnat, triumphat glorioſiſſimè. Vt Petrus ſæcularis induitur, vt Regularis procedit ad victorias gerendas.

Ignatius indutus pugnat, quia gladius non ad fulgendum ſolum, ſed ad cædendum. Ezech. 21.

23. Superiùs dedi Ezechielis teſtimonium, cuius recordari operæ pretium eſt ad egregiæ excogitationis fundamentum. *In omnibus portis eorum dedi conturbationem gladij acuti, & limati ad fulgendum: amicti ad cædem*, cap. 21. Dixi Religioſos Monachos contemplationi ſoli addictos gladium eſſe acutum, & limatum, non ad cædem gerendam, ſed ad exempli ædificationiſque fulgorem: ideo oportere eſſe nuditatis, & vitæ aſperitatis ſtudioſos: *Limati ad fulgendum.* At idem gladius ad cædem perficiendam induitur: *Amicti ad cædem.* Ignatius gladius eſt, qui ex inſtitutionis præſcriptione ad cædem horribilem operandum clericali communi habitu indui debet. Iam do illuſtrem confirmationem. Cùm Dominus eſſet illigandus apud hortum, *Simon Petrus habens gladium, eduxit eum, & percuſſit Pontificis ſeruum, & abſcidit auriculam eius dexteram. Dixit ergo* IESVS *Petro, Mitte gladium tuum in vaginam*, Ioan. 18. Vbi Strabus, *Conuerte verbum prædicationis ad Gentes, vbi ſecundùm Paulum, oſtium apertum, & ingens inuenitur. Petro dicit, id eſt, prædicatoribus, Mitte verbum prædicationis ad orbem.* Euangelica prædicatio eſt gladius conuertendus ad vaginam, ſiue amictu tegendus ad potentiſſimam pugnam cum Eccleſiæ hoſtibus perficiendam. Cur non potiùs denudatur gladius? Quia non ad fulgendum exemplo vitæ, ſed ad cædendum Petri in manibus collocatur. Liceat contemplari gladium amictum in manu Petri eſſe Societatis IESV Ordinem clericalem, cuius *ratio viuendi in exterioribus communis eſt.* Alij Ordines nudi procedunt ad exempli fulgorem, Ignatius conuertendus ad Gentes, tótque victorias toto orbe gerendas ſuſcepturus communi veſtitu ac victu regitur: *Amicti ad cædem.*

Clericalis Ordinis viris datur Euangelica prædicatio ſub ſpecie gladij amicti, & induti, quia ad horribilem hoſtium cædem. Ioan. 18.

Ignatius illuſtrius vicit, ſtellis manentibus in ordine ſuo, id eſt, communi viuendi ratione.

24. Profectò Ignatij gloria fulgentiſſima, communi indumento, communi vitæ ratione tot victorias perfeciſſe. Magnum, (profiteor ingenuè,) peculiari viuendi ratione, id eſt, nuditate pedum, ſacci aſperitate, præceptis ieiunijs, ac vigiliis hoſtes terrere, & ſuperare. At quis abneget, auguſtioris fortitudinis documentum, communi viuendi modo auguſta facinora perficere? Exponens Debbora ſuam ſemper præconiis efferendam victoriam cecinit, *Stellæ manentes in ordine ſuo contra Siſaram pugnauerunt*, Iudic. 5. Vbi Carthuſianus aſſerit Debboram ſuum triumphum Ioſuæ victoriæ præpoſuiſſe, quando ſole ad occaſum properante, ne hoſtes ad noctis latibula confugerent, Dux fortiſſimus IESVS Naue plenus fide profatur, *Sol, contra Gabaon ne mouearis,* &c. *Steterúntque Sol, & Luna*, Ioſ. 10. Debbora itaque clamat, *A cœlo dimicatum eſt, ſtellis manentibus*, &c. Victoria hæc cœleſtis Conditoris manu perfecta eſt, quia ſtellæ non conſtitere ad diei productionem ſicut in Ioſuë victoria: ſed manentes in ordine ſuo contra Siſaram decertarunt. Quid mirum Ioſuë viciſſe, ſi extra ordinem natura profunditur? Illud mirabile, quòd in communi procedendi ratione tantus triumphus fuerit perfectus. Sol plus amans, quàm pugnax, Luna mutabilitatem ac fragilitatem influit, haud apta certamini. Pugnauerunt ſtellæ, vicerunt; ſed ſuo ordini deficientes. An non mirabilius, ipſas ſtellas ſuum ſeruantes ordinem, victorias auguſtas perfeciſſe? Profectò Ignatius à cunctis cœleſtibus luminaribus adiutus contra mundum ac diabolum triumphum geſſit, permanentibus *in ordine ſuo* ſtellis pugnatricibus. Dux noſter Lunæ influxu parturientis, laboribus actæ, agitatæ latratibus canum rabidiſſimorum, curſum egit feliciſſimum, cunctis laboribus, difficultatibus, hoſtibúſque ſuperatis. Non conſtitit Sol ad plurium ſæculorum dimicationem, ſed communis vnius ſæculi curſu Ignatius tot perfecit victorias, vt vnum hoc ſæculum omnium ſæculorum hæres, (vt cum Zenone loquar,) eſſe videatur.

Iudic. 5. Carthuſ.

25. Magnum planè viros ac fœminas ad cœlum eleuatas, ex perfectiſſimo ſæculi receſſu, nulla mundialis halitus infici impugnatione: ſed communis viuendi ratio relinquitur, naturæ iura ſoluuntur cœleſti miraculo. Sublimius eſt, hominem in terra inter peccatores collocatum, communi viuendi ratione vtentem, ad perfectionis verticem ſubleuari. *Signum magnum*, (ait Ioannes,) *apparuit in cœlo, mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius*, Apoc. 12. Mulieri in cœli receſſu collocatæ Sol & Luna conſtitere, ordine communi non aſſeruato. *Et in capite eius corona ſtellarum duodecim.* Omnibus anima hæc virtutibus decoratur. Quid mirum, ſi citra communem viuendi rationem ad cœli verticem recipitur? *Steterúntque Sol, & Luna. Signum magnum apparuit.* Pulchrè Epiſcopus Chryſopolit. *Mirabilius, in terra coronata ſtellis appareret.* Ac ſi diceret. Mirabile quidem eſt, animam tot virtutibus decorari, corona tam fulgenti redimiri, dum extra communem viuendi rationem in cœlo cuſtoditur. Sed mirabilius eſſet, ſi communi viuendi ratione permanente, pergente Sole ac Luna, permanentibúſque *in ordine ſuo*, hæ virtutes compararentur, hæc fulgentiſſima corona tempora cingeret.

Mirabile eſt, animam fulgere fortitudine cõſiſtentibus Sole, & Luna: ſed mirabilius, Ignatius triumphat in terra ordine communi ſeruato. Apoc. 12.

Epiſcop. Chryſop.

***

OBSERV.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Et vos ſimiles hominibus.

Ignatius cùm ex virtutum fulgore Diuus eſſet, ſe hominem abiectiſſimum reputans, labores maximos ſuperauit.

Humilitas enim potentiſſimum eſt aduersùs perſecutiones præſidium.

26. *Societas Iesv tam eleuata facinorum fulgoribus, vincit perſecutionũ vim, dum ſe minimam profitetur.*

CVr eos ſimiles hominibus appellauit, ſi homines veros eſſe aſpectabat? Certè, quia præcincti, & lucernas virtutum tenentes adeò eſſe eleuati obiiciebantur, vt ad Diuorum thronum eleuati eſſe viderentur: *Ego dixi, Dij eſtis.* O vigiles ſerui Dij verè eſtis, ſed *hominibus ſimiles.* Quare hominibus ſimiles vocitauit eos, qui Dij oſtendebant? Quia ad fulgorem Deitatis participatæ tuendum, dum homo laborum preſſura conſtringitur, neceſſum eſt ad humilitatis terram recurrere. O Diue, recordare te ſimilem hominibus.

27. *Ignatius ſe abiectiſſimũ reputabat.*

Ignatius adeò præcinctus perſecutionibus oſtentatur, vt Iesv imitator in laboribus à iuuentute obuerſatus fuerit. Attamen perſecutionem veneno nutriebatur; nec videbatur ſibi, aliquo vnquam incommodo affici poſſe. Vndénam impaſſibilis quodammodo efficitur? Quia cùm Diuus ex virtutum cunctarum fulgore eſſet, ſe homuncionibus ſimilem vix reputabat. Nunquam putauit ſe Patrisfamilias filium eſſe, ſed cum mercenariis expetiit panem accipere, ex diuina quidem Dei ignoſcentis delicta liberalitate: non ex merito peccatoris. Quamlibet diram perſecutionem quaſi agnatam ſibi delinquenti accipiebat, nec putabat poſſe locum merito adeſſe, dum humanæ naturæ peccato infectæ debita ſoluebantur. Huiuſmodi cogitatio omnium laborum alleuat moleſtiam ita, vt nullus poſſit animus labore diſtorqueri.

28. *Ignatius à Draconis impugnatione liberatur, dum ſe ſimilem hominibus eſſe agnoſcit, quando Diuus oſtenditur.* Apoc. 12. Lyran.

Mulier illa cœleſtis ſtellis ſtipata depingitur, Sole amicta, conculcans Lunam, affecta cruciamentis; quia *Draco magnus ruſus habens capita ſeptem, & cornua decem,* eam horribiliter impugnabat, Apoc. 12. Lyranus, *Iuſtus ſimilis mulieri, amictus Sole per appetitum cœleſtium, & Luna ſub pedibus eius per contemptum bonorum mutabilium. Cruciatur,* quia adeſt *diabolus habens ſeptem, id eſt, inferiorum dæmonum vniuerſitatem, & cornua decem, id eſt, vniuerſos modos impugnandi naturam humanam.* Si tot cruciatibus afficitur ex perſecutionum cunctarum colligatione, quomodo in cœlo quaſi glorioſa hæc felix anima oſtenditur? Quia ſimilis mulieri oſtentatur. Diua eſt ex virtutum fulgore, ſed ſe ſimilem mulieri reputans, perſecutiones horribiles poteſt ſuperare. Ignatius Sole Iesv indutus apparet, mundi contemptor illuſtris: perſecutionibus innumeris actus quaſi in cœlo moratur, nec affligitur; quia Diuus cùm ſit ſe ſimilem homini arbitratur.

29. *Dum Ignatius, ac Societas ſe terricolas agnoſcũt Draconis rabiem ſuperant.* Apoc. 12.

O humilitas firmiſſimum alumnorum tuorum aduersùs perſecutiones propugnaculum! Addit Ioannes, *Et miſit ſerpens ex ore ſuo poſt mulierem aquam tanquam flumen, vt eam faceret trahi à flumine. Et adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os ſuum, & abſorbuit flumen,* Apoc. 12. Mulier prægnans obiicitur Iesv Societas, in vtero quidem innumeros filios ſanctitate, & doctrina conſpicuos habens, iuxta illud Prophetæ: *Numquid gens parietur ſimul?* Cùm igitur Draco flumine perſecutionum conatur obruere Societatem, *terra adiuuit mulierem.* Societas enim tot fulgoribus diuinis ſtipata ſe ſimilem fœminæ agnoſcit; & cùm cœli in vertice reſidet, ſe minimam in puluere commorari autumat. Andreas Cæſarien. *At terra iuuit illam. Iuuit autem Sanctorum ſubmiſſione, qui verè dicere ſolent: Ego ſum terra, omnes ſuperbi diaboli vires enecans. Nihil enim diaboli vires ita frangit, vt humilitas.* Andr. Cæſ.

30. *Humilitas pelagi fluctus frãgit.*

Dum ſaxum tumentibus pelagi fluctibus opponitur, eos cogit maiori furore affectos, aquas nubium celſis vaporibus commiſcere. At planæ ripæ arena eaſdem excipit vndas non flagella vulneratura, ſed linguas lambentes dulciter: non carpentes, ſed faciem comentes ad vberiorem terræ pulchritudinem. Sic humilitatis, & ſubmiſſionis terra mulierem adiuuit. Fatur Euſebius Gallican. ſerm. 1. de Epiph. *Qualibet tribulatio ita ab humilitate mitigatur, ac vincitur, ſicut in planis littoribus ſine aliquo fragore vnda conſumitur.* Euſeb. Gal.

31. *Dũ triumphat nos Deus ad humilitatẽ ſectandam: nos triumphamus laborum impetus.* 2. Cor. 2. Chryſoſt.

Pulchrè Apoſtolus, *Deo autem gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto* Iesv, 2. Cor. 2. Quónam modo Deus nos triumphat in Chriſto? Certè nos reddens humilitatis cultores, dum ad verticem exaltamur exemplo illius, *qui cùm in forma Dei eſſet, ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens.* quo quidem humilitatis affectu grauiſſimas perſecutiones ſuperamus. D. Chryſoſtomus, *Non dixit, Qui nos conſpicuos reddit; ſed, Qui triumphat. Qua voce hoc indicat, huiuſmodi perſecutiones vbique terrarum aduersùs diabolum trophæa erigere.* Non dixit, *Triumphat hoſtes perſequentes in Chriſto* Iesv; ſed, *Triumphat nos humiles efficiendo.* Quomodo ergo Doctor non aſſeruit, nos Deum triumphaſſe; ſed hoſtes? Profectò, quia tunc hoſtes horribiles perſecutores debellantur, cùm homo fulgore cœleſti conſpicuus ſcit ſe adeò humiliare, vt Iesv ineffabilem referat ſubmiſſionem. Societas Iesv tot fulgurantibus virtutibus, ac facinoribus Diua, excitatas à Dracone inuido tribulationes ſuperat, dum ſe minimam eſſe cognoſcit.

* * *

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Et vos ſimiles hominibus expectantibus.

Ignatius cupit diſſolui, & eſſe cum Chriſto, ac ſimul expetit diu in ſæculo ad proximorum vtilitatem permanere.

Charitas enim complicatione affectus aſſolet ſuccendi; expetit mori Diuus, vt quieſcat; cupit viuere, vt altius proficiat.

32. DEſcripſerat Dominus vigilem ſeruum præcinctum ad nouiſſimam profectionem funeris lucernas oſtentantem: mox eundem aſſerit expectantem. Cur anima Chriſtiana, non proficiſceris ad tranſitum præparata? Perfectiſſimi famuli eſt, vtriuſque complicati affectus deſiderio teneri: etenim cupit diſſolui, & eſſe cum Chriſto, & diu apud lacrymarum vallem ad proximorum commoda ſpiritualia permanere.

33. *Ignatius vult, & non vult mori.*

Ignatius continuò lacrymarum profluuio perfundebatur. Ortæ vndénam lacrymæ? Cupiens diſſolui flebat, proclamans, *Heu quam ſordet terra, dum cælum aſpicio.* Memor autem peccatoris proximi, cui poſſet præſtare opem, rurſum plorabat precatus, vti diu permitteretur in ſæculo manere ad ſpiritualem proximorum vtilitatem. O dilectionis complicatus affectus! Iam expetit thalamo frui, iam cupit in terris commorari: iam reſpicienti ſuperos, terra ſordet, iam aſpicienti proximos ipſa æterna quies quodammodo iniucunda exponitur.

34. *Rachelem æmulatus, vult, & non vult conſolari, propter peccatores nondum conuerſos.* Matth. 2. Ailred.

Occumbentibus Herodis gladio crudeliſſimo Bethleemi Infantibus, *vox in Roma audita eſt, ploratus, & vlulatus multus, Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari*, Matth. 2. Rachelis affectus complicatos recognoſco. Si Rachel plorat filios amariſſimas profundens lacrymas, cur renuit conſolari? Ait Ailredus *ſpec. charit. lib. 1. cap. 39.* fœminam exiſtimaſſe filios ſuos illicò à IESV eſſe reſurrectione donandos. Cur ergo lacrymas profundit? Crediderim, quia complicato affectu & optat filios reſurgere ad proprij cordis leuamen, & non reſurgere ad ipſorum vtilitatem natorum. *Conſolaretur,* (ait Doctor,) *ſi filij à morte reuocarentur, ſi eorum aſpectibus iterum mater frueretur. Hoc noluit Rachel, quia ſi illi à mortuis reuocarentur, de beatitudine ad miſeriam deuoluerentur. Ideo Rachel plorans filios ſuos, noluit conſolari.* O Ignatium dilectionis complicatione ſuccenſum! Cupis diſſolui, & expetis viuere: profundis lacrymas, quia non moreris, eiſdem fluentibus lacrymis precaris vt viuas, nolens vtique ex morte conſolari; quia omnes *non* dum *ſunt* miniſterio tuo conuerſi peccatores: *Et noluit conſolari, quia non ſunt.*

35. *Paulus cupit mori, & expetit viuere, complicatione affectus charitatis.* Phil. 1. Act. 25.

Paulus clamabat, *Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum*, Phil. 1. Ipſe autem addictus iam morti, curat diligenter à morte liberari, Cæſarem appellans: *dixit autem Paulus, Ad tribunal Cæſaris ſto, ibi me oportet iudicari,* Act. 25. Si tibi ô Diue viuere Chriſtus eſt, ſine Chriſto moreris: ſi mori eſt lucrum, pauper viuis, dum mors non appropinquat. Cur ergo inſtante iam morte tam diu deſiderata, Cæſaris tribunal Romanum appellas, vt adhuc viuere poſſis? Hæc equidem veræ dilectionis eſt complicatio: cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto, vt viuam; quia *mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum.* Sed ſimul expeto adhuc viuere in lacrymarum valle, quia non dum omnes mihi commiſſi peccatores acceſſerunt ad Chriſtum mea prædicatione. Chryſoſtomus *hom. 7. de laud. Paul.* Qui mori lucrum putabat, Cæſarem appellat. *Cuiuſnam rei cauſa? Proculdubio, vt diutius prædicationi inſiſteret. Cúmque multis hinc credentibus, atque omnibus coronatus iret ad Chriſtum: iam profectò metuebat, ne pauper hinc, atque inops multorum ſalutis abſcederet.* Innumeris Ignatius hinc conuerſis ſua induſtria, atque omnibus coronatus ibat ad Chriſtum: ſed expetit adhuc eſſe ſuperſtes, metuens, *ne pauper hinc, atque inops multorum ſalutis, (omnium aptiùs dixero,) abſcederet.* Se etenim inopem reputabat, ſi aliquis extra ſalutis viam peccator remaneret.

Chryſoſt. *Alter Paulus Ignatius.*

36. *Imò alter IESVS, qui volebat auolare ad Patrem, & morari inter peccatores ad eorū conuerſionem expetere videbatur.* Matth. 27. Origen.

Verè ex hoc Ieſuita: Clamat IESVS Cruci ſuffixus, *Eli, Eli, lammaſabacthani? hoc eſt, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* Matth. 27. Profectò Chriſtus diſſolui, & eſſe cum Patre mirum in modum expetebat, *Baptiſmo habeo baptizari, ô quomodo coarctor, donec perficiam!* Dum autem inquit, *Vt quid dereliquiſti me,* ex ſententia Origenis, conqueritur, quòd morti iam ſit mox addicendus. Si expetis mori, ô IESV, cur & expetis viuere. O affectus complicatio! Cupit occumbere vt Patri hæreſcat: cupit viuere, ne conuerſioni deficiat peccatorum. *Fortè videns,* (ait Doctor,) *peccata adhuc hominum, pro quibus patiebatur, hoc dixit.* O Pater, non dum conuerſi cuncti peccatores, adhuc, vel me occumbente pro ipſis, peccata exundant: cupio diſſolui; ſed cupio viuere ad peccatorum conuerſionem. Hoc Ieſuita affectu & expetit mori, vt requie fruatur: & expetit viuere, vt proximis ſalutaris exiſtat.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Et vos ſimiles hominibus expectantibus.

Ignatius non ſe gerit vt Dux Societatis, ſed vt homo miles expectans Ducis imperia. At IESVM nominans Ducem Societatis, proprium nomen celebriùs effecit.

Humilitas enim eo eleuatior oſtenditur, quo abiectior curat apparere.

SImiles militi expectanti imperium Ducis vult Dominus ſeruos vigiles oſtentari. Licèt Imperatorio munere potiamini, homines appellemini, ſeu milites: vt ſolus Chriſtus Dux exercitus præcinctorum poſſit nominari. 37.

Porrò

38. Porrò Ignatius adeò fugit Imperatorium nomen, vt Dux cùm eſſet Societatis exercitus, Ieſum Ducem aſſeruit, ſeque vulgarem militem hominibus, ſeu vulgaribus ſimilem, iuxta illud: *Quem dicunt homines eſſe Filium hominis?* id eſt, *quem dicit vulgus*, &c. Ieſus, inquit Ignatius, verus eſt Societatis Dux, ego miles vulgaris eius expectans imperium, præcinctus ad obſequium.

Ignatius fugit nomen Imperatorium, Ieſum Ducem Societatis appellans.

39. Quàm agnatum ſanctitatis proceribus, in conſpectu Ieſu proprium operire nominis fulgorem, vt magnum ſolius Ieſu præfulgeat luminare! Cùm Dominus vigilum ſeruorum, ac fortiſſimorum militum eleemoſynæ metaphora magnalia recenſet: ipſi ſingula refutare ſatagunt: *Quando te vidimus eſurientem, & pauimus te? aut ſitientem, & potauimus? aut nudum, & veſtiuimus? aut peregrinum, & collegimus te?* Mat. 25. *Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.* Tibi Duci, non militibus tribuenda victoria. Cur gladiis, & haſtis agis gratias, ſi tuæ manus pugnauit fortitudo: Origenes hom. 24. in Mat. *Proprium eſt ſublimium tuiſorum, beneficia ſua diligenter, & per ſingula refutare cauſa humilitatis.* Cùm prælia & triumphos Societatis huius obieceris oculis, non hæc Ignatius geſſit, ſed Ieſus Imperator.

Ignatius curat refutare cuncta ſua facinora, vt vni Ieſu tribuantur.
Mat. 25

40. Solùm curat Ignatius nominis Ieſu fulgorem cunctis hominibus præſentari diem ſuum in conſpectu hominum, ſuique nominis celebritatem minimè expetiit, cum Ieremia proclamans, *& diem hominis non deſideraui, tu ſcis*, c. 7. Facinus eſſet inermis & imbecillis militis, expetere diei hominum fulgorem. Gilebertus ſerm. 1. in Cant. *Neſcio, quo pacto ſibi aduerſantur dies Domini, & dies hominis: ſi quidem dum alter exoritur, alter reconditur. Diem, inquit, hominis non concupiui, hoc eſt, humanum fauorem, hominum gloriam, & præ reliquis ſpectabilis nominari.* Si Ignatius cuperet præ reliquis ſociis ſpectabilis nominari, Ordinem ſuum Ignatij Societatem nominauiſſet, vt ſæpe, auguſtè quidem, Ignatij nomen audiretur. Conſtat planè à diei hominum fulgore fugiſſe, curans ſolum Ieſu nomē Societati inditum exaudiri.

Diem hominis non concupiſcit, ſed ſolius Ieſu.
Ierem. 7.
Gileb.

41. O Ignatium fulgentiſſimum! Expetis nomen hoc nubibus obuelari, vt Ieſu nomen eluceat magnum luminare? Pater luminum faciet diem Ignatij in conſpectu diei Ieſu fulgurare. In meridie Societas ſponſa Ieſu quæritat Saluatorem. *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie?* Cant. 1. Quid meridies? Nyſſenus, *Meridies omni ex parte caliginis expers eſt, atque vmbrarum, Sole ſupra verticem lucem ſuam ſpargente.* Cupio ô Ieſu tuum nomen dulciſſimum, famam tuam ſupra cunctorum hominum verticem fulgurare; *vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum.* Diem perfectum, Ieſu expetit Ignatius, ſibi autem noctem: *Per noctes quæſiui, quem diligit anima mea*, Cant. 3. Reſpondet ſponſus Ieſus, *ſi ignoras te ô pulcherrima*, &c. *abi & egredere.* Ac ſi diceret, ſi me ignoras in meridie commorantem, proculdubio te ipſam ignoras; quia mecum in meridie commorari te neceſſarium eſt. Dum enim expetis meum nomen ſolùm nominari, ac tuum minimè exaudiri: & meum nomen & tuum perfectiſſimo diei fulgore potiuntur; quia dies Dei & dies hominis vna prorſus eſt. Gilbertus verè profari poteſt, *Iam non ſibi aduerſantur dies Domini, & dies hominis.* Qui ergo clamabat, *Diem hominis non concupiui, & præ reliquis ſpectabilis nominari*, agnoſcit Ieſum ita cum Ignatij nomine agglutinatum eſſe, vt inibi reſonet nomen Ignatij, vbi nomen Ieſu inſonat.

Nomē Ignatij exauditur, cū Ieſu nomē profertur.
Cant. 1.
Nyſſen.

Iam diei Dei & hominis vnus fulgor
Gileb.

42. Procurabat Ignatius, vt ſolummodo Ieſu nomen audiretur, nihil proprij nominis proferre, quod non conferret ad perpetuam illius abolitionem. A Domino enixè precatus eſt, Confeſſarium ſuum P. Eguia ſe in funere præcedere, ne defuncti Ignatij virtutes, quas ex obedientiæ præcepto tacebat, eo ſolutus vinculo, patefaceret, & Ignatij nomen ſublimiter audiretur. Audiui aliquando Diuum priſtinam ſeculi cæcitatem alicui peccatori aperuiſſe, proferentem vtique propria peccata, vt illum ad pœnitudinem excitaret verecundiæ velamine ablegato. At nunquam ad ſociorum excitamentum Ignatium audiui aliquod verbum protuliſſe, quod ſaperet, ſe iam à ſecularis vanitatis cæcitate fuiſſe curatum; quia cæcus ſemper reputari cupiebat indigens directore, ad maiorem proprij nominis deiectionem. O egregium Magiſtri Diſcipulum. Cæcum Ieſus viſu donauerat, ſed ei profatur, *Vade in domum tuam, & ſi in vicum introieris, nemini dixeris*, Marc 8. Vbi Hieronymus, *id eſt, cæcitatem enarra vicinis, non virtutem.* Cunctis profer te cæcum extitiſſe, nulli dixeris te iam à cæcitate liberatum. Quare? Ne dum Ieſum curantem audiant, Ieſu nomini, & non potiùs Numini tribuant honorem? Certè ne videntes illum tam eximio beneficio à Deo donatum crebris laudibus eius efferant nomen, dum ſolius ſanantis deberent nomen præconiis efferre. Ignatius ſe cæcum aliquando oſtendit illi peccatori renuenti peccata confiteri, & cunctis aliis: ſed nunquam ſe ſanitate donatum profert, nec vlla virtutis particula ſe fulgere innuit, vt nunquam Ignatij nomen laudabiliter audiatur: *Cæcitatem enarra, non virtutem.*

Ignatius ſuā priſtinā cæcitatem proferebat, ſed non virtutēſue propriū nomen exaudiretur.
Marc. 8.
Hieron.

Observat. V.

Ad illa verba:

Et vos ſimiles hominibus expectantibus.

Ignatius tam perfectè expectauit, vt vel in hoc ſeculo ſpes eius muneraretur multipliciter.

Incrementa etenim auguſta virtuti ſpei adſcribuntur.

43. IVbet Dominus ſeruos vigiles ſimiles expectantibus eſſe, non poſſidentibus; quia virtuti ſpei illuſtriſſima præmia præparantur. Ignatius equidem ſpei virtute egregius apparet. Proh Domini munificentia! *Amen dico vobis quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.*

Spei abūdātia reſpōdet vel in hoc ſeculo.

Speranti

Speranti quando defecit annona? Duplici portione Beniamin expectator reficitur, munificentiſſimo Domino quem expectat.

44. *Ignatij ſpes fortiſſima, cui præmij loco, hic abundantia adſcripta eſt.* Ribaden.

Exempla ſubiicio. P. Petrus Codatius, noſtræ Societatis vir magnanimus, cùm in conducta domo viueremus in Vrbe, extruere aliam, in qua nunc habitamus, eſt aggreſſus, magna potiùs diuinæ prouidentiæ ſpe (ô Ignatij expectantis Dominum ſuum, verè filium!) quàm præſenti pecunia fretus. Sed cùm ſoluere creditoribus non poſſet, miſſi domum à Magiſtratu apparitores ſunt, qui Codatium pignoribus ablatis coercerent. Monetur Ignatius, &, *Nihil eſt opus*, inquit, *nam ſi lectos auferrent, terra nobis cubile erit; pauperes enim ſumus, & vitam pauperibus dignam agemus. Speremus in Domino, & paſcemur in diuitiis eius.* Nec vacua ſpes. Poſtridie enim amicus Societatis ſacræ Theologiæ Doctor, cui Hieronymus Arzius nomen, huius quidem rei ignarus, ſed Dei afflatus inſtinctu curantis Ignatij ſpem munerare abundantia, Ignatium accerſit, ducentos aureos coronatos in manum Codatio dat, illis æs diſſoluit alienum, addit Petrus de Ribaden. lib.5.cap.9. *Hoc Codatius tam illuſtri exemplo diſcit, quam ſit extremis etiam rebus, ac deſperatis ſperandum in Domino.* In hac (addit) firmiſſima in Deum ſpe Ignatij altitudo animi multum excelluit. Erat enim voluntate, réque pauperrimus: animo, Deique fiducia opulentiſſimus. Nullum, qui ad inſtitutum noſtri aptus, vocatuſque à Deo videretur, à Societate vnquam excluſit propter noſtrarum rerum tenuitatem. Illudque frequenter vſurpabat: Nos quidem Deo ſeruiamus, *ille* certiſſimè *reget nos, & nihil* nobis *deerit*, Pſalm.22. *Iactemus cogitatum* noſtrum *in Dominum, & ille nos enutriet*, Pſal.36. Cùm quidam ex domeſticis vehementer mirarentur, qua fretus ſpe, tam multos Ignatius, nullis certis redditibus fultus, Romæ haberet, quibus alendis magnæ facultates vix ſufficerent, idque familiariter ex ipſo quærerent: *An neſcitis*, inquit, *quantas vires ſpes in Deum habeat? Vel ignoratis, parum ſpei eſſe loci, vbi omnia abundè ſuppetant? Quæ explorata ſi eſſent, & manu tenerentur, vbi noſtra eſſet in Deum ſpes? ſpes enim, quæ videtur, non eſt ſpes. Nam quod quis videt, quid ſperat?* O ſpem cui menſa redundantia cœleſti plena apponitur, Domino miniſtrante! *Vos ſimiles expectantibus? Amen* ergo *dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet eos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.* Beniamino fideli expectatori à Ioſepho ipſo duplicata portio miniſtrabitur.

Pſalm.22. Pſal.36.

45. *Ignatio expectanti vti Iob multiplex ſecula vno in ſeculo dātur.* Iob 2. Enod.

Fatur Iobo vxor, *Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua?* cap.2. LXX. *Quouſque ſuſtinebis*, ſiue expectabis? Vacuum te, egenum, ac fame preſſum vides, & adhuc in Domino ſperas? Ille profectò me enutriet. An non Iob cuncta duplicia recepit? *Addidit Dominus cuncta, quæ fuerant Iob, duplicia*, cap.42. Speranti quippe omnia bona duplicantur. Iuſtitiæ vnum donum addicitur, alterum ſpei. Pulchrè D. Enodius lib.2. epiſt.12. *Geminantur Dei dona ſperantibus, & duplici exuberat ſuperna gratia beneficio.* Si cuilibet ſperanti iuſto duplicia munera contingunt, Ignatio nimium ſperanti non duplicia, ſed multiplicia admodum adſcribuntur. Recole vnicum Societatis ſeculum tot gloriis redundans: an non multa in vno ſecula colligari contemplemur? Geminantur ſecula gloriæ ſperanti Ignatio? Non geminantur, ſed vnum ſeculum plurium fit ſeculorum epilogatio.

46. *Filiorum multitudo Ignatio, ex ſpe mirabili habuit exortum.* Matth.1. Chryſoſt.

Tam mirabilis multiplicatio filiorum ex Ignatij ſpe exorta obiicitur; ſpes enim fœcunditatis eſt parens. *Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar*, Mat.1. Quæ quidem cùm primò filio Iudæ matrimonio fuiſſet colligata, eo fine liberis obeunte, nubi debebat ſecundo, iuxta legis præſcripta. Hoc iniuria fuit Thamari negatum. Chryſoſtomus in Cat. *Videns, Iudam non velle implere promiſſa, manſuetè tulit. At feſtinabat, vt filios procrearet.* Quónam modo, ſi ceciderat ab ſpe? Certè ab ſpe humana cadens, magnanimitate animi non cecidit à Diuina; potiùs expectauit fore, vt feſtinaret *ad partum*, ideſt, feſtinanter prolem multiplicaret vnum & alterum filium enixa, prolis abundantiſſimæ ſcaturiginem. Particula illa *tulit* ex Græco idem ac *expectauit*. Profectò ſpei multiplicatio fœtus addicitur, Pater expectans Ignatius duplicibus fœtibus decoratur.

47. *Ex ſpe Tribui Iudæ datus Ieſus? ex ſpe Ieſu Societas Ignatio datur.* Gen. 49. Caietan.

Nec nimirum Societatis Ieſu multiplicationem ex ſpe Ignatij ortum ducere, ſi Eccleſiæ Ieſu ipſius incrementa ex Iudæ Patris Ieſu expectatione prædicantur exorta. *Non auferetur* (ait Iacob) *ſceptrum ex Iuda, & Dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium*, Gen. 49. Particula, *donec veniat qui mittendus eſt*, apud Caietanum ſic ex aliis effertur: *Vſquequò veniet munus ei*, id eſt, Iudæ ipſi. Sic enim Deus dilexit hanc Tribum, vt ei peculiariùs *Filium ſuum vnigenitum daret.* Munus quidem, id eſt, præmium virtutis. Cuiuſnam, precor? Expectationis. Nam Tribus Iſraël inſigne erat ſpes. Aſſerit doctus Societatis Iudicum Interpres, Tribum Iuda *vexillum viridis coloris, qui ſpei ſymbolum eſt, prætuliſſe, depicto leone hieroglyphico illius, qui ea de Tribu naſciturus expectabatur.* Quem quidem Parentem Eccleſia innumerabilium Mater filiorum veneratur. Spes eſt vexillum Ignatij. Cùm orbis totus aduersùs Ieſu Societatem naſcituram repugnauit in Vrbe, & ſocij cederent hoſtibus, ſpe immoriente: ſolus Ignatius firmiſſimè ſperauit in Societate Ieſum naſciturum, è quo innumerabilis poſteritas Ieſuitarum procederet. *Et ipſe iam erit expectatio gentis.* Ex Parente ediſcimus, deſperatis rebus, expectare.

Freira.

Observat. VI.

Ad illa verba:

Et vos ſimiles hominibus expectantibus.

Fragrantia, Ignatij ſepulchrum nobilitauit, in auguſtiſſimum eius virtutum documentum.

Aſſero

Aſſero ad æternam memoriam Diuos virtutum erigere trophæa in tumulis, non ſtemmata vanitatis.

48. EXpectare Dominum venturum ad particulare iudicium gerendum (vti vidimus *in Commentar.*) idem eſt ac vitam cum morte commutare. Tunc lucernæ ſuccenduntur ad defuncti gloriam proferendam , ardent non faces funetex , ſed virgulæ *fumi ex aromatibus myrrhæ , & thuris , ac vniuerſi pulueris pigmentarij.* Virtutum enim odor & fulgor gloriam Diui teſtantur.

49. Sepulchrum Ignatij , viris ſpiritualibus teſtantibus , & cœleſti fragrantia decoratur , & ſtellarum fulgore ſtiparum obiicitur. Certè odor & lux auguſtarum Diui virtutum trophæa erigi non eſt , qui abnegaret. Quid enim fragrãtia illa indicat niſi virtutum adeſſe paradiſum. Sepulchrum Ieſu ſic Ioannes deſcripſit, *Erat autem in loco , vbi crucifixus eſt , hortus , & in horto monumentum nouum , in quo non dum quiſquam poſitus erat. Ibi ergo poſuerunt Ieſum*, cap. 19. Igitur ſepulchrum Ieſu erat in horto. Plus videtur Dominus ſerui Ignatij ſepulchrum honorauiſſe , quia non poſuit ſepulchrum eius in horto , ſed hortum ipſo ſtatuit in ſepulchro. Sepulchrum enim Ignatij eam fragrantiam emittebat, vt hortum claudere videretur. Certè hortus erat Ignatius variis virtutum floribus vernans. Pulchrè Guarricus Abbas ſerm. de Scripr. vtili. *Et ſi ſepulchra in hortis , numquid tamen horti in ſepulchris? Ita fortaſſis. Sed in ſepulchris iuſti. Ibi planè vernabit gratiſſima quædam amœnitas Sanctorum.* Quinam ille iuſtus, cuius in ſepulchro hortus Sanctorum omnium virtutibus veluti floribus vernate exponitur ? Liceat filio aſſerere Ignatium , cuius in ſepulchro Ieſus plantauit hortum in documentum , quod in eius animo *plantauerat paradiſum voluptatis à principio* eius conuerſionis, *Gen.* 2.

Sepulchrum Ignatij non eſt in horto, ſed hortus eſt in Ignatij ſepulchro, in virtutum trophæum. Ioan. 19. Guarr. Gen. 2.

50. Addit Pater vernaturam ibi Sanctorum amœnitatem : non quidem mox vernare : *Ibi vernabit gratiſſima quædam amœnitas Sanctorum, verno ſcilicet illo tempore reſurrectionis eorum, cùm iuſtus germinabit ſicut lilium.* Die ergo reſurrectionis hortus Sanctorum collocabitur in ſepulchro. At in ſepulchro Ignatij mox plantatur à Domino ; quia tot virtutum exuberantia mox prodiit in germina. Nouum profectò Ieſu ſepulchrum ex eo quòd in eo *nondum quiſquam poſitus erat* ; nouum Ignatij ſepulchrum , ex eo quòd mox ei datur, quod aliis Diuis communis reſurrectio impendet.

Mox datur Ignatio, quod aliis Diuis dabitur reſurrectionis die. An ex virtutũ redundantia? Guarr.

51. Erexit hæc flagrantia virtutum Ignatij trophæum. *Erexit Iacob lapidem in titulum ſuper ſepulchrum Rachelis* , Gen. 35. Nullius fœminæ Patriarcharum vxoris video trophæum appoſitum in ſepulchro, niſi in vrna Rachelis. Quare ? Author Cat. Græcæ. *Cùm plures ſanctorum Patrum mulieres dormierint , ſoli Racheli cippus erectus eſt. Ea enim typum geſſit Eccleſiæ, quæ ſola victis trophæum mortis tulit in Ieſu.* An audax aſſeruerim Ignatio hoc priuilegium fragantiæ illicò contigiſſe , quia Societatis Ieſu tot Diuis ornatæ , tot miniſteriis , typum gerentis Eccleſiæ Fundator , trophæum mortis in Ieſu tulit, qui totum ſe cunctis facinoribus Ieſuitam oſtendit ? Tulit Rachel Ieſu mortis trophæum ? Ita planè , quia partus dolore acerbiſſimo ſuccubuit , quemadmodum Ieſus parturiens Eccleſiam valido clamore emiſit ſpiritum. Vidi poſt prægnantis fœminæ obitum vteri ſciſſione viuum extractum fœtum. Poſt Ieſu obitum dirus mucro lanceæ è Chriſti latere eduxit Eccleſiam, Ioan. 19. Rachel ergo Ieſu obitus trophæum erexit , & Ignatius virtutum fragrantia paradiſum expreſſit, quo Eua Eccleſia Ieſu prodiit ex latere ſocia Ieſu , & Ieſu ipſius Societas exorta præſentatur.

Glorioſius Ignatij ſepulchrum, quam Rachelis. Non enim lapis erigitur, ſed virtutes. Gen. 35. Cat. Græc. Author. Ioan. 19.

Hæc æterna protſus ſepulchri monumenta, virtutes : reliquis vanitatis trophæis perituris. *Væ vobis* (inquit Dominus) *ſcribæ , & Pariſæi hypocritæ : quia ædificatis ſepulchra Prophetarum*, Matth. 23. Chryſoſtomus , *Quid prodeſt eis laudari* , eo quòd non ſunt. Erigunt enim trophæa virtutis , ſed ipſi exulant à virtutis ditione. Ambroſius , *Non otiosè Dominus arguit eos , qui ædificabant ſibi ſepulchra , & tumulos Prophetarum , & exornabant ea.* ſtemmatibus ſcilicet vanitatis, & non odoramentis ſanctitatis. Vnde Chryſoſtomus ad Pſalm. 48. *Si perpetuam memoriam deſideras , ne nomen ô homo, tumulo inſcribas , ſed trophæa rectè factorum erigas , quæ & in præſenti vita nomen tibi conſeruant , & in futura.* Et Baſilius , *Continuam affectas memoriam ? virtuti ſtude. Nihil enim ita immortale nomen reddet.* Virtutibus Ignatius nomen reddidit immortale , non quidem affectante ipſo, ſed Domino efficiente ad tot virtutum æternum præconium. 52.

Virtutes æterna ſepulchri trophæa. Matth. 23. Chryſoſt. Ambroſ. Chryſoſt. Baſil.

Observat. VII.

Ad illa verba:

Beati ſerui illi , quos cùm venerit Dominus, inuenerit vigilantes.

Ignatius matutini præcurſor , ſocios ſuos ad orationem excitat ; vnde Societas Ieſu tot , ac tam illuſtres perficit victorias.

Equidem præmiſſa oratione matutina, die tota illuſtriſſimas Euangelici Milites comparant victorias.

INdicit vigiliam orationis , ſomno ablegato, militibus aduerſùs tenebrarum Principem repugnantes. Ideo ſuperiùs præcepit lumbos præcingere , & lucernas tenere , id eſt, à ſomno relegari. Audi Nyſſenum. *Propter hanc vigiliam* (neceſſariam militibus) *obſeruandam ſuprà Dominus monuit , vt ſint lumbi præcincti, & lucernæ ardentes. Lumen enim oppoſitum oculis pellit ſomnolentiam oculorum, lumbi etiam cingulo præcincti reddunt corpus inſuſceptibile ſomni.* Cur à ſomno excitat ? Porrò vt, precibus profuſis, validè poſſint cum hoſtibus dimicare. Vnde mox celebrat conuiuio victoriam: *Amen dico vobis , quòd præcinget ſe , & faciet illos diſcumbere.* 53.

Matutina Societatis oratio illuſtratur. Nyſſen.

54. *Ignatius ſuſcitat ſocios ad orationem, & menſam præparat victoribus.*

Poſtquam, fundata Socierare, Ignatius ad Præpoſiti Generalis munus ex humilitate renitens eligitur, die ſequenti præuenit matutinum, excitat ſocios ad orationis exercitamentum, è quo militiæ huius & fortitudo conſeruanda, & victoriæ illuſtriſſimæ comparandæ ſunt. Poſt orationis aſſignatum tempus mox Pater ad condiendorum ciborum officinam accurrit, ipſeque ſociis victoribus poſt miniſteriorum pugnam præparat alimoniam. O egregium ſpiritualis triumphi documentum! Inſtitutione ſpecialiſſima matutinum dehinc tempus Ieſuitis militibus ad orationis, meditationiſque exercitia aſſignatur: vt ſcilicet ſpiritualis pugnæ conflictus à precibus initium ducentes hoſtibus exitiales exiſtant.

55. *Precibus cõparatur duplex ſpiritus ad pugnam Ieſuitarum.* 4 Reg. 2. Lyran. Chryſoſt.

Eliſæus ſacræ manus miles cupiebat victoris Magiſtri duplici ſpiritu, ſeu fortitudine donari ad hoſtes inuiſibiles delendum: *Fiat in me duplex ſpiritus tuus*, 4. Reg. 2. Vbi Lyranus ex Hebræorum mente, innuit alluſionem fieri ad Eliæ potentiam, qua è cœlo ignis milites ab hoſte Rege immiſſos deuoraturus educitur. *Si videris me, quando tollar* (ait Elias) *à te, erit tibi quod petiſti*, ibid. D. Chryſoſtomus, *Si videris me, id eſt, ſi non dormieris, ſed vigilaueris, erit tibi, quod petiſti.* Elias Diuo eſt Ieſus ad cœlum conſcendens. Si ergo orationi ſocius Eliſæus litauerit ſtudium ſomno ablegato, Magiſtri Ieſu ſpiritum duplicem ad hoſtium comminutionem accipiet. Ignatius, eiuſque ſocietas à vigilia matutina comparant Magiſtri Ieſu fortitudinem ad hoſtes ſuperandos. Idem Chryſoſtomus hom. 1. in Act. *Non datur gratia*, (ad victoriam vtique) *niſi vigilanti.*

56. *Regis Iſraelis in morẽ, Ignatius, & ſocietas, dũ orant, iam euidentiſſima dant ſigna victoriæ.* 4 Reg. 13.

Porrò *Eliſæus*, (qui ex mente Chryſoſtomi, Ieſu etiam typum gerebat) *ægrotabat infirmitate, qua & mortuus eſt. Deſcenditque ad eum Ioas Rex Iſraël, & fleuit coram eo, dicebatque: Pater mi, Pater mi, currus Iſraël, & auriga eius*, 4. Reg. 13. Verba hæc: *Pater mi*, &c. innuunt (autore Abulenſi) in preces Regem effuſum. Mox Propheta, *Affer arcum, & ſagittas. Pone manum tuam ſuper arcum, & iace ſagittam, & iecit. Et ait Eliſæus: Sagitta ſalutis Domini, & ſagitta contra Syriam: percutiens Syriam donec conſumas eam*, ibid. Poſt preces effuſas, poſt orationis exercitamentum illicò victoriæ præſentantur in ſigno. Nam qui matutino tempore orationi vacat, euidentiſſima exponit documenta triumphi. Directæ ad Ieſum preces inſuperabilis eſt hoſtium comminutio. Abulenſis, *Pater mi, pater mi. Quaſi dicat, tantum confidimus in oratione, ſicut in curribus, & in equis. Vel ſicut gentes habent fiduciam belli in curribus, & equis: ita nos habemus in oratione. Hæc quidem quaſi currus, & miles.*

Abulenſ.

57. *Ieſuitæ quaſi Dij ad victoriam, præmiſſa oratione matutina.* Exod. 7. Pſal 19. Chryſol.

Moyſi Dominus, *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis*, Exod. 7. id eſt, Patrum ex mente, te reddidi potentiſſimum, ad Pharaonem, eiuſque currus debellandum. Vndenam Moyſi potentia inſuperabilis, niſi quia oratione matutina, ſeu nocturna, vires ad pugnam, Deificam planè, comparabat. *Hi* (quaſi diceret) *in curribus, hi in equis, nos autem in nomine Domini*, Pſalm. 19 D. Chryſologus ſerm. 43. *Fit horum* (precum) *ſuffragio Moyſes Deus, & ad triumphos ſuos militare ſibi omnia mandat elementa.* Profectò Ignatius, ſocietaſque ex matutinis precibus quaſi Dij exſurgunt quotidie ad hoſtes horribiles ſuperandos. Quam inermis Ieſuita procedit ad campum quo die aſſignarum tempus orationi, ac meditationi non dedidit.

OBSERVAT. VIII.

Ad illa verba:

Beati ſerui illi, quos cùm venerit Dominus, inuenerit vigilantes.

Ignatium vigiliæ ſapientiſſimum fecerunt: & ſocietatis viri & vigiliis fiunt tanta præditi ſapientia, vt Angelos referre videantur.

Sapientia equidem omninò eſt in ſomnis.

ARdentibus lucernis aſſerit Theophylactus rationis lucem, diſcretionis donum ſapientiamque deſignari. Ad quam comparandam adiicit appoſitè vigiliarum ſtudium: *Inuenerit vigilantes.* 58. *Scriptores Societatis laudibus efferō ex vigiliis.*

Hinc Ignatij cœleſtis ſapientia tot libellis voluminum eruditiſſimam molem ſuperantibus, exorta eſt. Hinc Societatis viri tot libros compoſuere, ad quorum vel titulos legendos longa vita non ſufficit. Non otio torpent Ieſuitæ, lucem præferunt, vt poſt preces præſcriptas ex Regula, literarum ſtudio impensè vacent. Ex vigiliis etenim Suarius vigintiquatuor volumina perfecit. Ex vigiliis Molina, Caniſius, Becanus, Maldonatus, Toletus, Lorinus, Thomas Sanchez, Gaſpar Sanctius, Salmeron, Vaſquez, Valentia, Lugo, Bellarminus, Pereira, Salianus, Ludouicus à Ponte, Sherlogus, Petrus Hurtado de Mendoza, Gaſpar Hurtado, Barradas, Mendoza, Fernandez, Euſebius, Amicus, Baeza, Zelada, Velaquez, Gueuara, Ruiz, Tirinus, Cornelius, Menochius, & alij quamplurimi tot tomos replicarunt. Et vigiliis Ieſuitæ Doctores ſic materiarum medullam penetrarunt, vt Angelica cognitione præditi eſſe videantur. 59. *Ex vigiliis Ignatius & Societatis viri Angelico ingenio tot volumina ſcripſere.*

Certè vigiliæ ingenium acuunt, idque ad Angelicam paulatim perfectionem quodammodò adducunt. Exponit Clemens Alex. verba hæc: *Beati ſerui illi, quos cùm venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Beati enim*, inquit, *qui in ipſum vigilarunt, ſe ipſos aſſimilantes Angelis, quos nos* Egrigorotes *vocamus, id eſt, vigilantes.* Vigiliæ quidem homines reddunt Angelis ſimiles. Quàm aptè Angelica ſapientiſſima natura vigilantis nomine declaratur. 60. *Angeli ſunt vigiles Ieſuitæ.* Clem. Alex.

Elegans ille Hymnus, apud Franciſcũ Tort. 61. *Angelorum ſapientia & vigilia copulantur.* Anoni.

Spiritus rerum Deus hoc Creator
Finxit, atque illis ſapientis ignem
Mentis adflauit, voluitque recti
Eſſe miniſtros
Ergo verſantur vigiles Parentis
Ante conſpectum, capiuntque lecti
Iuſſa mandantis, Dominoque toto
Æthere plaudunt.

Adſtanit Deus Angelis *ſapientis*, ſeu ſapientiæ, *ignem? Ergo verſantur vigiles.* Quónam modo enim Angelica ſapientia ſtare obiiceretur, niſi adeſſet vigilia? Vigiliis aſſiduis Ieſuitæ tam Angelicam ſapientiam adquiſiere.

62. *Aſſidua cõtemplatio arguitur ex Angelorum ſcientia? Ex aſſiduis vigiliis Ieſuitarum doctrina.* Gregor.

De Angelorum ſapientia ſic Gregorius lib. 2. Mor. cap. 8. *In hoc natura Angelica à natura noſtra conditione diſtincta eſt, quòd nos cæcitatis ignorantia coarctamur: Angelorum verò ſcientia longè ſuper nos incomparabiliter dilatantur. Interius & exteriùs ſciendo diſtincti ſunt, quoniam ipſum fontem ſcientiæ contemplantur. Quid enim de iis, quæ ſcienda ſunt, neſciunt, qui ſcientes omnia ſciunt?* Igitur interiùs & exteriùs ſciendo diſtincti ſunt, quia ipſum fontem ſcientiæ contemplantur. Aſſidua enim vigilans contemplatio, ac meditatio ſtudioſa eos efficit, ad ſapientiæ verticem auolare. Ieſuitæ itaque Angelorum imitatores aſſiduis vigiliis, ac meditationibus cunctarum ſcientiarum ſupremum gradum attigere.

63. *Angeli Sapientes dicti ..., & ideo vigiles ... antur.* Dan. 4. Hieron.

De Angelis dicitur. *In ſententia vigilum decretum eſt*, &c. Dan. 4. Vigilum, id eſt, Angelorum, qui quidem ſapientiſſimi Dei aſſident tribunali decreturi quæcumque ad hominum attinent gubernationem. Angeli vigiles fiunt ſapientes? Ergo vigiliis Ieſuitæ ad tam auguſtæ ſapientiæ verticem auolarunt. D. Hieronymus, *Angeli ſapientes vigiles dicuntur, quia ſemper vigilant. Vnde & nos*, (inquiunt Ieſuitæ,) *crebris pernoctationibus imitamur Angelorum ſapientiam.*

64. *... quo ... nõ ... quidquid Ieſuita ignorat.* Noſter Famianus Strada lib. 2 Prol. 6.

Illud preme: *Quid enim de iis, quæ ſcienda ſunt, neſciunt?* Tam Angelica eſt Ieſuitarum ſcientia, vt quidquid ſciendum eſt, ſciant. Quod Ieſuitæ ignorant, (audentiùs profabor,) ſcibile vix eſſe videat. Vt Maronis ingenium Famianus Strad. laudibus efferret, inquit: *Itum eſt in Virgilij laudes hominum potius admiratione, quam plauſu, pauiſque, ſed concordiſſimè concluſum: Quæ quis in Virgiliana lectione deſideret, non ea humano ingenio, ſed poëſi deeſſe.*

65. *Ex vigiliis Ignatius, & Ieſuita tot myſteria viderre.* Gen. 28.

Euolue Societatis Doctorum volumina tot myſteriis exundantia. Recognoſce Scripturæ eleuatiſſima arcana Angelicis Ieſuitarum ingeniis reſerata. An non arguunt aſſidua vigiliarum exercitamenta? Vidit Iacob ſcalam à terra in ſuperos tendentem, *Angelos aſcendentes, & deſcendentes, & Dominum innixum ſcalæ*, Gen. 28. id eſt, ex Patrum mente, Incarnationis myſterium contemplatus eſt. Dormiens ne attigit arcani cognitionem, an vigilans? Exiſtimo dormientem vidiſſe, ſed vigilem agnouiſſe myſterium. Prius quaſi legit literæ corticem, poſtmodum ſenſus penetrat cognitionem. Chryſoſtomus *hom. 22. ad Popul.* quærit, cur Iacob ſomnum capturus lapidem capiti ſuppoſuit? & reſpondet. *Ideo Iacob lapidem ad caput ſibi poſuit, vt facilius vigilaret.* Addit pulchrè, *Vnde ſcalam vidit ad cælos vſque pertingentem.* Myſteria enim ſolummodo verè videt, id eſt, perfectè intelligit, qui Angelorum in morem, vigiliis aſſiduis ſtudet.

66. *... ad ... iorum intelligentiam.*

Dum video Ieſuitas ſolem præuenientes è lecto aſſurgere, precibus matutinis ſtudere, ſacrum perficere, Horas perſoluere, ad miniſteria proximorum properare: & ſi quod tempus ſupereſt, voluminum ſacrorum lectioni litare, meditatione ad intelligentiam ſententiarum curantes deferri: videor mihi Clementem Alexandrinum citatum exaudire: *Deum mente ſemper verſans, per continuam conſuetudinem corpori vigiliam inſerens*, (Ieſuita,) *exæquat hominem Angelicæ gratiæ.* Quid mirum Societatis viros Angelica ſapientia pollere, ſi otioſitatis oſores, accuratiſſimæ vigiliæ curam expediunt? Clem. Alex.

Observat. IX.

Ad illa verba:

Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.

Præcingit, ſeu præparat ſe Deus ad retributionem. Nam dum Ignatius perſecutiones patitur, Deus ſibi vindictam & retributionem aſſumit.

Te enim perſecutionibus acto, ac tacente, Deus exſurgit ad hoſtium comminutionem.

Anſelmus, *Præcinget ſe Dominus ad retributionem*, iuſtorum ſcilicet, & peccatorum. Nam qui perſecutionibus agitantur, à Deo proteguntur. Verbum *retributio*, vel in bonam, vel in malam partem ſumptum, ſignificat præmium, aut pœnam illam, quæ morem gerat aut obſequij, aut flagitij. Vulgariter expendam: *Premiar, ò caſtigar por los miſmos filos.* Meo in Ignatio, quo ad pœnam attinet, exemplum exhibebo. 67. *Opprobria Ignatij, Ieſuitarumque Deus in elogia mutauit.*

Lutetiæ iam paratus ad verbera Ignatius læſus ex iniuria accipienda obiicitur: & Dominus Rectorem Collegij ad pedes Diui deuoluit veniam poſtulaturum. A iuuene iniquo lethaliter vulneraretur, niſi miſer ſcalam aſcendens ad flagitium Dei protegentis vocem audiret: Quò tendis miſer? Vnde ad pedes Ignatij corruens pedes requirit pietatis, ac pœnitudinis ad obſequium. Gironæ quidem improbè affectus contra Ignatium Satyram condidit, quam Dominus in illuſtrem vertit Panegyridem. Vidiſti, ait, ſcintillam arundinum in ſilua foueri? Quàm citò excitata flamma aſſurgit ad æthera! quàm facilia germina vertuntur in cineres! Haud aliter Ignatius, & Societas properum Eccleſiæ parant incendium. Recognoſcit Poëta carmina, & ſic immutata admirans reperit: Vidiſti ſcintillam, &c. Haud aliter Ignatius, & Societas properum diuini amoris proximis præparant incendium. Inſtar miſer opprobrio: Vidiſti corrupti ætheris infectionem, cùm ſpiraculum non habitum vitalem gutturi tribuit, ſed cultrum apponit, aceruatis cadaueribus queis ob multitudinem terra mater abnegat ſepulturam? Sic Ignatius infecit Eccleſiam. Relegit verſus conditor immutatos: Vidiſti corrupti ætheris infectionem, &c. Sic Ignatius cunctas hæreſes fidei gladio interficiet, & Dauidis in morem, comminuet omnes peccatores terræ, vt verè viuentes ac meliorem frugem adducat. Vidiſti, (adhuc verſificator,) nauem feliciter pelagus ſuperantem lino puppis proſperè intumeſcente: 68. *Satyrica carmina aduerſus Ignatiũ, Deus in Panegyridem mutauit.* Ioan. Buſt. noſter.

móxque ventorum pugna, ſic quaſſatam fluctibus, vt funereum petat ad centrum? Ita Ignatius Eccleſiæ nauigium conturbabit. Rurſum ſatyram legit Diui inuoluntarius Encomiaſtes: Vidiſti nauem, &c. Ita Ignatius hæreticorum proſperitatem turbans, ratem iniquitatis coëgit ad centrum, vt Eccleſiæ nauis feliciter æquore ſuperato ſecuritatis ferretur ad portum. Quid plura? Poëta improbus ſuam agnouit iniquitatem, & extenta manu, (non ſine vi cœleſti,) ſibi alapam inflixit factus vere Ignatij commendator. Sic Deus patientis, nec vindicantis Diui cauſam ſuſcipit, vt puniat delinquentes maiori iuſti commendatione.

Deus retribuit impiis, morem gerens opprobrij, quo Sanctos afficiunt. Deut. 32. Vatabl. Matth. 8. Ambroſ.

69. Vnde inquit, *Mihi vindicta, & ego retribuam*, Deut. 32. Vatablus ex Hebræo, *Meum eſt vlciſci, & retribuere* cuilibet iuxta actionum iuſtitiam, aut iniquitatem. Alapa Ignatius afficitur tacens? Sibi percuſſor alapam infliget. *Si quis te percuſſerit in vna maxilla*, (ait Dominus,) *redde illi & alteram*, Matth. 8. Ambroſius, Alteram maxillam? Certè *alteram alapam*. An non dum Ignatius ſuſtinet patientiſſimè opprobriorum alapam, Deus manum perſecutoris admouit, vt ſeſe alapa vulneraret? Sic patiens reddit alapam percutienti: *Ego retribuam.*

Dum Diui obticet, Deus protector loquitur, & iratur. Rom. 12. Chryſoſt.

70. Monet Paulus, *Non voſmetipſos defendentes, chariſſimi, ſed date locum iræ*, Rom. 12. Locus iræ dandus? Potiùs iræ abnegandus erat locus. Chryſoſtomus, *Date locum iræ Dei*, id eſt, Patienter ſuſtine iniuriam, vt Deus vindicator exſurgat. Addit Apoſtolus, *Scriptum eſt enim: Mihi vindicta, & ego retribuam.* Dum vos ſuſtinetis patienter, ego retribuere ſupplicium morem gerens iniuriæ præparabor.

Ex detractionis in Moyſem Satyrico ſermone Deus elogia ipſius Moyſis condit. Num. 12.

71. Tacet Ignatius, cùm Satyræ carminibus vulneratur; & tunc Deus in Satyra loquitur, Diui præconia proferens. Obmurmurantibus in Moyſem germanis fratribus Aarone, & Maria, ait ſacer textus, *Quod cùm audiſſet Dominus*, (*erat enim Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes, qui morabantur in terra*,) *ſtatim locutus eſt.* Dixerant fratres: *Num per ſolum Moyſem locutus eſt Dominus? nonne & nobis ſimiliter eſt locutus.* Fatur autem Dominus, *Si quis fuerit inter vos Propheta Dei, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum. At non talis ſeruus meus Moyſes, qui in omni domo mea fideliſſimus eſt; ore enim ad os loquar ei: & palàm, & non per ænigmata Dominum videt*, Num. 12. Ex ipſius detractionis Satyrico præſcripto Deus Moyſis laudes enunciat. Si me ad vos locutum eſſe in ænigmatibus, veſtræ eſt iuſtitiæ documentum: loquutum me Moyſi os ad os, eum oſtendit fideliſſimum omnium. Preme illud: *Erat enim Moyſes vir mitiſſimus.* Ideo loquitur Deus, quia Moyſes ſubticet. Rupertus, *Nullo modo Moyſes ſe ipſum defendebat, & hoc pacto quaſi legitima cauſa defenſorem ſuum Deum magis tacendo conſtituebat.*

Quia tacet Moſes, loquutus eſt Deus. Rupert.

Ex Satyra in Suſanna Deus in ipſam panegyricũ compoſuit. Ambroſ.

72. Senes improbi contra Suſannam ſermonem iactant iniurioſum: & Deus Danielis ex ore ſenum ipſorum verbis fœminæ annunciat innocentiam: locuto Deo, dum innocens obticet. Ambroſius lib. 1. offic. cap. 2. *Eſt negotioſum ſilentium, vt erat Suſannæ, quæ plus egit tacendo, quam ſi eſſet locuta. Tacendo enim apud homines, locuta eſt Deo.* Deus autem verba iniquorum traxit, vt dum putant exitio iniquam exhiberi materiam, verba proferrent abſolutionis. Sic Satyricus Poëta dum Ignatium intendit infamare, Deo verba alliciente, Diui elogia proferre cogitur.

Observat. X.

Ad illa verba:

Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, &c.

Iesvs ſocium ſuum Ignatium ſic adiuuit ad opera difficillima, vt ex ipſis laborem ſibi caperet, vt Ignatius ſine moleſtia actionem exereret.

Ad actiones difficiles homo infirmus alterius indiget adiutorio: Quid non Dei auxilio ad virtutem egeamus?

Præcingitur Dominus, vt ſe operi accingar, ſocium Iesv Ignatius leuaturus? Auſonius aiebat, cunctis in operibus actionem & paſſionem colligari adeò, vt *qui agere aggreditur opus illius, debeat laborem ſuſtinere.* Vnde Dominus, ne Ignatius ſuccumberet oneri, ſic eum erga labores affecit, vt ſuprema quodammodo videretur gloria frui, cùm ſe videbat grauiſſimis tentationibus agitari, iuxta illud Iacobi: *Omne gaudium exiſtimate fratres, cùm in varias tentationes incideritis*, cap. 1. Vndénam Ignatius agit ſine laboris ſuſtinentia? Certè, quia Iesvs ſuum ſocium dignatur alleuare, arripiens ſibi ex cunctis operibus quidquid laborioſum eſt, vt Ignatius ſine moleſtia agat. Iesvs itaque patitur, dum agit Ignatius. 73.

Deus ſibi noſtrarum actionũ dolorẽ aſſumit, dũ efficit nos in laboribus gloriari. Ignatio labores gloria, vnde nõ patitur, cum agit. Iacob 1.

Adagium illud celebre, *Multæ manus onus leuius reddunt. Nam dum vna agit, altera patitur.* Vnde Alciatus embl. 41. 74.

Multæ manus onus leuius reddunt. Apud Mite belli. Alciat.

Viribus hic præſtat, hic pollet acumine mentis.
Nec tamen alterius non eget alter ope.
Cùm duo coniuncti veniunt, victoria certa eſt, &c.

Iesvs dat vires, Ignatius operi dexteritatem exhibet actionis.

Cùm Ignatius Vrbem eſſet ingreſſurus, vt Societatis exædificationi curaret fundamina ſtatui, opus labore ineffabili, dexteritatéque mira excitandum: Iesvs ſeſe oſtendit Ignatio crucem humeris geſtans. Ac ſi diceret: Opus illud humanis quidem viribus impar; vnde tuus ſocius crucem mihi baiulo, id eſt, ex opere laborem ſuſcipio, dum te efficio in laboribus exultare: vt tu ſine operis moleſtia, ſolam dexteritatem exeras actionis. Afferit Matthæus Iesvm crucis geſtatorem, (de quo Ioannes,) ex atrio Pilati progreſſum onus ſeruo obedienti tradidiſſe. *Et exeuntes, inuenerunt hominem Cyrenæum nomine Simonem, hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius*, cap. 27. Opus illud difficillimum, ad quod Filij Dei neceſſaria dexteritas infinita, actio admodum laborioſa. Accedat Simon, id eſt, *obediens ſeruus*, authore Remigio, qui ſibi crucem aſſumat, id eſt, particeps ſit laboris: vt Iesvs ſoli operis dexteritati incumbat? 75.

Chriſtus Ignatij, qui alter Iesvs exſurgit, Cyrenæus efficitur ad leuandam crucẽ eius, vt ſine moleſtia, facilius tot, ac tantas gerat actiones. Remig.

Certè

Certè tam dulcis Saluatori labor ex obedientis ſerui dilectione, vt dum ipſe ſuſtinet crucem, videatur ab onere expeditus incedere. O Domine, iam video hominem obedientem tibi Cyrenæum ad portandum crucis onus addici: homo obediens patitur, dum Iesvs agit. Sed dum video te crucis portitorem, vt Ignatius liber ab onere faciliùs agat, meritò miror tantam Domini dignationem, tantam obedientis famuli dignitatem. Vt Iesvs incumbat liberiùs hominum redemptioni, Cyrenæus obediens operis ſuſtineat ipſius vicarius laborem actionis. Vt Ignatius Iesvs alter hominum conuerſioni totam curam impendat, dexteriúſque opus agat, Iesvs Cyrenæus accedat *obediens vſque ad mortem.*

76\. *Vt Abrahā grauiſſimæ ad altarem attinentes actiones faciliùs gerat, Deus earum totum dolorem, & laborem ſibi aſſumit.* Gen 22.

Equidem tam auguſta geſta duplici indigent manu, vna agente, patiente altera. Abrahamo Dominus filij necem indixit, *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Iſaac*, &c. Igitur Abraham de nocte conſurgens ſtrat aſinum, ducit ſecum iuuenes, concidit ligna, pergit ad locum à Domino præparatum, à ſeruis abſtrahitur, fert ligna holocauſti, portat ignem, & gladium, altare ædificat, deſuper ligna componit. *Cúmque alligaſſet filium ſuum, poſuit eum in altare ſuper struem lignorum*, Gen. 22. Miror planè gemitum nullum è patris pectore non prodiiſſe. Sed me D. Zeno ab admiratione abſtrahit, aſſerens duplicem illo in opere reſpectum adnotandum, & operis laborem ac moleſtiam, & ipſam actionem. Tantum erat opus dilectiſſimi vnigeniti ſacrificium Iesv mortem adumbrans, ac tam difficile executioni, vt inter Deum, & hominem diuiſum fuerit: Deus ſuſtinet operis laborem, & moleſtiam, vt homo expeditus à labore, tot actiones magna agilitate perficiat. *Conſurgit, ſtrat aſinum, ducit iuuenes, & Iſaac, concidit ligna, abit ad locum, videt locum procul, tollit ligna, imponit ſuper filium, portat ignem, & gladium, alligat filium, ponit ſuper altare, extendit manum, arripit gladium.* Profectò vt Abraham expeditione, & dexteritate tot actionibus vnius operis curam impenderet, omninò Deus ſibi laborem, & dolorem aſſumpſit. Quónam modo aſſumpſit, niſi efficiendo, vt Patriarcha in laboribus gloriaretur? Pulchrè admodum Veronenſis Præſul lib. 2. ſerm. 5. *Lætatur Pater, filio quoque gaudente, & cum gaudio vnici filij alligat manus, quas ille vinciendas libentiùs offerret. In illo ſacrificio ſolus Deus doluit.* Ignatius pergit ad immolandum Domino Iſaac, id eſt, ſe ipſum filiámque Societatem perpetuæ mortificationi addictam ad proximorum ſalutem, ad orbis reparationem. Chriſtus illius difficillimi holocauſti laborem ſibi retinet, crucem ſibi vendicat: vt Ignatius expeditior tot actionibus ſtudium impenderet. Docet, concionatur, audit confeſſiones, miniſtrat Euchariſtiam, pergit ad Anglos, ad Indos, ad Iaponios, ad Sinas, pueros nutrit, adoleſcentes regit, viros continet, miſſionibus incumbit, volumina penè ſcribit innumera, ſodalitia Mariana fouet, proximis ſalutaris exiſtit. Quónam modo dexteritate tanta tot actiones exercerentur, niſi Iesvs operis laborem propriis addiceret humeris, dum efficit Ignatium in moleſtiis, in laboribus, in perſecutionibus exultare? *Multæ ergo manus opus leuius reddunt.* Dum Ignatius agit, Iesvs pati dignatur.

Vt Ignatius innumerabilia ſalutis animarum negotia exerceat faciliùs, Deus totum ſibi aſſumit laborem

Observat. XI.

Ad illa verba:

Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, &c.

Ignatio tam iucundi labores, ac perſecutiones, vt in ſuperis manens, quodammodo patiatur, vt ex laborum moleſtia gloria ei plenam pariat voluptatem.

Expendo gloriam laborum, perſecutionum beatitudinem.

Diximus, laborum ſuſtinentiam in conſtrictione, aut præcinctione lumborum deſignari. Quorſum ergo Dominus præcingit ſe in ſuperis, vt ſuos præcinctos præmio afficiat? An in gloria laborum tolerantia? Profectò præcinctis Iesvs præcinctus glorioſum conuiuium exhibet, vt oſtendat ſe adeò laboribus addictum, vt ad gloriam adſtruendam tam ſibi, quàm vigili famulo, neceſſarium quodammodò ſit, cingulo adhuc conſtringi laborum. 77.

Petiit à Deo, & obtinuit Ignatius, Societatem nunquam non perſecutionibus agitari.

Saulo Eccleſiæ perſecutori Chriſtus profatur, *Saule, Saule, quid me perſequeris?* Act. 9. Quónam modo Iesvs gloriæ cinctus corona, Patris dexteram tenens, poterat perſecutionis iaculis vulnerari? Lyranus, *Chriſtus reputat ſibi factum, quod fit membris ſuis.* Verè quidem, ſed aptiùs aſſeruerim tam addictum Iesvm laboribus à iuuentute, vt quodammodo incompleta frueretur gloria, niſi in ſuperis torqueretur. 78.

Quaſi patitur in cœlo Iesvs, vt perfecta gloria potiatur? Act. 9. Lyran.

Exaggerationis aſperitatem dulcorabo. Cur exiſtimas Dei filium ad terras deſcendiſſe? An vt labores poſſet ſuſtinere? Audi D. Chryſoſtomum hom. 8. in epiſt. ad Epheſ. *Si Chriſtus ipſe pro me ſeruus factus, gloriámque ſuam exutus, tanti non duxit eſſe in gloriâ, quanti quod mei cauſa crucem ſubiret: quid, quæſo, illius nomine ferre non debeo?* Qui ergo vt crucem ſubiret, à cœlo receſſit, aſcendens ad ſuperos ſecum quodammodo feret patiendi aptitudinem. 79.

Dei Filius deſcendit ad terras, vt pateretur. Chryſoſt.

Verè Ieſuita Ignatius in laboribus à iuuentute adeò labores dilexit, vt à Domino petierit enixis precibus ſemper laboribus agitari. Videt Iesvm in ſuperis quodammodo pati, & cupit vel in ſuperis perſecutionibus diuexari. Scit verè non poſſe nec Magiſtrum, nec Diſcipulum propria in perſona pati, quia à gloria ablegantur labores, & ſaltem vt in ſuis Ieſuitis poſſit ſuſtinere labores, impetrat à Iesv, Societatem ſuam ſemper perſecutionibus diuexari: ſuúmque nomen ab hæreticis improperiis affici, vt non iam in ſubditis ſolùm, ſed quodammodo in ſe ipſo valeat vulnerari. Pulchrè Beda, *Quid me*, (ait Iesvs,) *perſequeris? Non dixit, perſequeris membra mea, aut ſubditos meos; ſed me ipſum.* Et Iesvs & Ignatius proprio in nomine perſecutionibus afficiuntur; ne quaſi imperfecta gloria, (fari ſic liceat,) perfruantur, ſi nulla adſit laborum ſuſtinentia. 80.

Ignatius patitur glorioſus in ſuis, & in ſuo nomine. Beda.

81. *Ignatius reputat glorioſius labores hic pati, quàm in ſuperis ad IESV gloriam ſederet* Chryſoſt

Quid ſi Ignatius glorioſius reputaret pati labores, agi perſecutionibus, quàm ſine vlla laboris ſuſtinentia IESV in morem ad Patris dexteram collocari? Chryſoſtomus citatus confirmat excogitationem. *Si quis Chriſtum diligit, is nouit hanc dignitatem, hanc intelligit virtutem: agnoſcit, quantum ſit illud, quod humano generi largitus eſt Deus, nimirum ligari pro eo. Illud forſan illuſtrius etiam eſt, quam ſedere ad dexteram ipſius: honeſtius, quam ſedere ſuper duodecim thronos.* Vnde Ignatius elegit diu in terris manere, vt rurſum pericula ſubiret, ac perſecutiones toleraret: quam mox aduolare ad ſuperos. Cuius affectus extat exemplum, cum Lainio aſſeruit: Si optio mihi daretur, aut illicò ad cœlum aſcendere, aut diu manere viatoris periculis, & ſalutis contingentia, vt Deo quoddam auguſtum circa alicuius magni peccatoris obſequium impenderem: mallem manere, quàm volare. An non vt poſſet dilectiſſimis perſecutionibus agitari? *Illud* enim *forſan illuſtrius etiam eſt, quàm ſedere ad dexteram ipſius.*

82. *Ignatius in cœlo præcingitur perſecutionibus.*

Cœleſtis tamen Patria ad ſe traxit Ignatium: ſed ea pactione, vt ſedens ad dexteram IESV, adhuc perſecutionibus afficeretur & in filiis, & in propria nominis fama ab impiis non ſemel vulnerata. Quaſi minus beatum ſe Ignatius exiſtimet, ſi præcinctus vel in cœlis non ſedeat. IESVS *præcingit ſe*? Ignatius verè Ieſuita in ſuperis curat præcingi. Ideo precatur, nunquam à Societate ablegari perſecutiones. Si in cœlis non præcingar laborum ſuſtinentia, potero ne completa frui beatitudine? Chryſoſtomus *hom. 9. in epiſt. ad Epheſ.* appoſitè profatur, *Babylas Martyr eadem cauſa, qua Ioannes vinctus erat, quòd Regem iniquè agentem argueret. Hic cùm moreretur, præcepit, vincula iuxta corpus ſuum collocari, corpúſque vinctum ſepeliri. Et nunc pedicæ illius cum cinere ſepultæ iacent. Tanto videlicet ille deſiderio pro Chriſto vinctus eſſe cupiebat. Ferrum, (inquit Propheta de Ioſeph,) pertranſiit animam eius.* Cur præcepit Martyr, corpus vinctum ſepeliri? Vt quaſi vinctus reſurgeret, & vincula illa ferrea è corpore mortuo animam pertranſirent. Cur autem præcepit vincula circa corpus collocari? Vt illico, ac ſuſcitaretur, eas arriperet ad vberiorem meſſem felicitatis, ne æterna gloria quodammodo eſſet imperfecta.

Chryſoſt.

Cupit iuſtus æternò conſtringi perſecutionibus ad perfectionem gloriæ?

83. *Ignatius patitur quodammodo in cœlis ob filiorum multiplicationẽ mirandam.* Iob vlt. Tertull.

Dixi Ignatium beatitudine fruentem in filiis actis perſecutione pati, Domini in morem, qui conqueritur, Saule, Saule, quid me perſequeris. An in filiis patiatur Ignatius, quia ſterilitate laborat? Certè ideò vulneratur in filiis, quia Societas tot tam exiguo tempore filiis abundat, inuidia ex incrementis exoriente. Vidi Iobum filiis orbatum, ſed rurſum filiis cinctum aſpexi. Excitat Tertullianus *lib. de Patient. cap.* 14. quæſtionem. Cur Iobo, cui in felicitate fuerunt bona duplicia reddita, pariter filij geminati non fuerint? Septem amiſerat, ſeptem recepit: quare non quatuordecim? Ne Iob laboribus aſſuetus, felix ſine patientia viueret. *Et ſi filios,* inquit, *quoque reſtitui voluiſſet, pater iterum vocaretur. Sed maluit in illo die reddi ſibi tantum gaudij, ſecurus ſic de Domino diſtulit, ſuſtinuit tam voluntariam orbitatem, ne ſine aliqua patientia viueret.* Iob ergo ob filiorum defectum, ſeu imminutionem aliqua cum patientia viuit in terris. At Ignatius ob filiorum aſſiduam multiplicationem aliqua quodammodo cum patientia viuit in ſuperis.

OBSERVAT. XII.

Ad illa verba:

Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi.

Ignatius tertia in vigilia Dominum excepit, ſed ita redemit tempus, vt primæ, & ſecundæ profectus ſuperarit.

Aſſero nullum tempus ineptum peccatori, qui poteſt quidem paruo temporis interſtitio diuturni præteriti redimere defectus.

TRes hominis ætates, ex Haymonis ſententia ſignantur, pueritia & adoleſcentia vſque ad virilitatis perfectionem, atque ex perfecta virilitate ſenectus. *Si quis ergo*, addit, *in prima vigilia vigilare noluerit, ſaltem in ſecunda vigilet: ſi quis in pueritia à bono opere torpet, ſaltem in adoleſcentia ſomnum torporis à ſe excutiat. Si quis autem tam negligens, & deſidioſus fuerit inuentus, vt nec in prima, nec ſecunda vigilia, ſaltem in tertia, id eſt, in ſenectute iam reſipiſcat, & tunc vigilare non timeat, cùm parum vigilaturus eſt. Neque enim ſerò conuerſos diuina pietas deſpicit.* 84. Haymo.

Nullum tempus non aptum pœnitudini. Amalecites Saulem vidit lancea transfixum, & occidere auſus eſt. Rogatus autem Dauidi necis cauſam expoſuit. *Stans ſuper eum occidi illum; ſciebam enim quòd viuere non poterat.* Aſt meritò Dauid iuſſit iniquum trucidari, 2. *Reg.* 1. Quare? Reſpondet Bachiarius epiſt. de recip. lapſ. *Illum Dauid ſtatim morti damnauit, cùm percuſſum ab hoſte deſperaſſet eſſe victurum: & eum, ſublata ſpei fiducia, iugulaſſet.* Nulla ætas inepta pœnitudini. 85. *Omne tẽpus ætatis aptũ pœnitudini.* 2. Reg. 1.

Imò vel ſenectus apta virtuti, cùm poſſit ita à ſene redimi tempus, vt pueritiæ, adoleſcentiæ, ac virilitatis tranſcendat perfectionem. Poſt primam ac ſecundam vigiliam perfectus iam vir, à Domino à nuptiis redeunti Ignatius eſt inuentus; ſed in tertia vigilia tam intensè operatus fuit, vt totum præteritum duplicis vigiliæ tempus redimeret. Fatur Apoſtolus, *Videte itaque fratres, quomodo cautè ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes: redimentes tempus; quoniam dies,* (prælapſi,) *mali ſunt*, Eph. 5. Quàm ſapiens Ignatius, qui videns prælapſos pueritiæ, ac iuuentutis annos malos extitiſſe: in virili ætate, ac ſenecta ita redimere curauit operum multiplicatione, ac intenſione, vt omnium ætatum perfectionem ſuperauerit. Teſtor exiguum numerum quatuordecim annorum 86. *Ignatius operum intenſione in tertia vigilia redemit tempus pueritiæ, & adoleſcẽtiæ.* Bachiar. Eph. 5.

annorum poſt Societatem inſtitutam, & confirmatam, quo Ignatius tot opera perfecit, vt multa videatur ſeculo colligaſſe. D. Bernardus in ſentent. *Paulus præteritum tempus redemit plorando, & pœnitendo. Nullum tempus perdit, quiſquis rectè pœnitentiam agit.* Nec præteritum perdit? Minimè perdit vel præteritum, qui pœnitet, quod amiſerit. Ergo Ignatius qui non ſolùm pœnituit, amiſſum fuiſſe: ſed tot opera geſſit, vt multis ſufficere ſeculis videantur: non ſolùm tempus ætatis ſuæ redemit; ſed plurium ætatum ſibi gloriam acquiſiuit.

Bernard.

87. Proclamante Iona, *Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur*, cap. 3. LXX. *Adhuc tres dies, & Niniue ſubuertetur.* Quadraginta dies quomodo tres? Baſilius Seleu. orat. 12. *Anguſtis dierum terminis comminatio concluditur, lata autem via ad pœnitentiam aperitur.* Tribus diebus concluditur comminatio, dum pœnitendo aſſignantur tres dies, poſt quadraginta aſſignationem. Poſtquam itaque pœnitentibus futuris tempus ita anguſtatur, aſſerit Baſilius latam viam pœnitentiam aperiri. Quónam modo lata via, ſi è quadraginta diebus triginta ſupra ſeptem præſcinduntur? Certè, quia exiguo in tempore tam feruens poteſt eſſe pœnitudinis affectus, vt non ſolùm quadraginta æquet dies, verùm multa poſſit ſecula ſuperare. Ignatio igitur paucorum annorum in termino latiſſima via ad ſanctitudinis perfectionem aperta eſt.

Latiſſima via Ignatio ad opera innumerabilia paucis in annis, ob operandi intenſionem.
Ioan. 3.
Baſil. Seleu.

88. En Euangelicum operarium, cui æqualis merces à Domino aſſignatur cùm circa diei terminum venerit vineam culturus cum iis, qui primo manè ad vineam acceſſerant. *Dicit Dominus vineæ procuratori: Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouiſſimis, vſque ad primos.* Cùm veniſſent ergo qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt ſingulos denarios, vti hi qui primi labori inſudarant, *Matth.* 20. Difficilem reddit locum Anſelmi adnotatio ſantis, *Redde illis mercedem vnicuique iuxta opera ſua prout geſſit.* Si iuxta opera ſua merces redditur, quónam modo qui circa vndecimam venerant æqualem mercedem accipiunt vt illi, qui primo è manè laborant? Aſſero, quia ſerò accedentes operum replicatione, ac intenſione, tempus redemerant adeò, vt poſſent aliorum geſta æquare. Quid mirum Ignatio tam anguſtam mercedem adſcribi, ſi Societatis vineam tam exiguo tempore tam cultam expoſuit.

Ignatio venienti nouiſſima horæ datur præmium integrum; quia operum intenſione præteritas horas redemit.
Matth. 20.
Anſelm.

Observat. XIII.

Ad illa verba:

Et ſi venerit in ſecunda vigilantia.

Ignatio Ieſuitæ, ſiue in nomine Iesv operanti, dies fuere triplicati, & ſupra modum amplius.

Nomen enim Iesv, *ſiue* Accelera, *&* Feſtina, *efficit ſuos velociſſimè operari.*

89. Adhuc trium vigiliarum myſterium expendo. Requiris, vndénam Ignatius exiguo in tempore tot opera geſſit egregia, tot perfecit pugnas, ac victorias? Reſpondi iam ex mira operandi intenſione. Addo, & quia in Iesv nomine operatus eſt. De Iesv nomine illud ab Iſaia præmiſſum: *Voca nomen eius, Accelera ſpolia detrahere: Feſtina prædari*, cap. 8. Idem ergo eſt nomen Iesv ac Feſtinatio, & Acceleratio ſpolia detrahendi, ac prædandi. Agnatum enim Iesv nomini, velociſſimè opera exercere. Qui ergo ſalutari hoc nomine inſigniuntur, feſtinationem, ac accelerationem huiuſmodi imitantur. Iesvs feſtinat, accelerat ſpolia ab hoſtibus detrahere? Velociſſimè Ieſuitæ ſuas pugnas exerunt, perficiunt victorias.

Ieſuita exiguo tempore tot perfecere triumphos, ob Iesv nomen feſtinans.
Iſa. 8.

Dauid aduerſus Philiſthæum proceſſit in campum, adoleſcens inermis: ab hoſte deſpicitur, & profatur, *Tu venis ad me cum gladio, & haſta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum*, 1. Reg. 17. Aliter, *In nomine Domini Iehouah*, ſeu Iesv. Vno ergo lapidis ictu vnum percuſſit, & occidit gigantem. Poſtmodum autem cùm adoleſcens triumphator incederet, Ieroſolymæ fœminæ proclamarunt, *Saul percuſſit mille, & Dauid decem millia*, 1. Reg. 18. Si Dauid vnicum Goliath interfecit, quónam modo aſſeritur decem millia occidiſſe? Reſpondet Strabus, *Occidit Dauid decem millia, id eſt, Philiſthæum, quia in vno deiecto omnes in fugam miſit.* Aptius tamen affirmo, illam decem millium hoſtium percuſſionem nomini Iehouah, ſeu Iesv tribuendam. Dauid percutiens vnico ictu vnum, quaſi decem millia proſtrauit; quia in nomine Iesv pugnans, vnica actione decem mille perfecit victorias. Nomen enim Iesv feſtinat, accelerat, & exiguo tempore plurium ſeculorum exerit victorias. Quid mirum Ignatium tot triumphos conſecutum exigua temporis particula, ſi Ieſuita pugnat, & vincit. 90.

Dum Iesvs ita Dauid vnum occidit Goliath, dicitur decē millia occidiſſe; quia Ieſuitæ triūphi ſunt multiplicati.
1. Reg. 17.
1 Reg. 18.
Strab.

Caietanus trium memor vigiliarum, (de quibus ſermo) profatur, *Per vigilias intellige cuſtodiarum nocturnarum tempora. Deſcribuntur autem tres tantùm vigiliæ, quia ternarius numerus perfectionis eſt, vt omnes cuſtodiæ tribus comprehendantur.* Omnis ergo cuſtodia legis tribus his vigiliis comprehenditur. Si ergo Ignatius ſolummodo tertia vigilia repugnauit, non potuit primæ ac ſecundæ aſſequi triumphos. Quomodo ergo perfectionem, omnium vigiliarum copulatione expreſſam, aſſequi potuit? Profectò, quia tertia in vigilia in nomine Iesv actiones expoſuit. Illuſtro Caietani ſententiam teſtimonij Sapientis expoſitione, *Qui probatus eſt in illo, & perfectus inuentus eſt, qui potuit transgredi, & non eſt transgreſſus, facere mala, & non fecit*, Eccli. 31. Miror perfectum vocari eum, qui legem transgreſſus non fuit, cùm potuerit. An non qui fecit quod debuit ſolummodo ſerui inutilis ſignatur vocabulo? *Quod debuimus facere fecimus, ſerui inutiles ſumus.* Debita enim implere præcepta parum laudis affert ſuper Chriſtianum Religioſo. Quomodo ergo perfectus inuentus eſt, qui potuit tranſgredi, & non eſt trangreſſus? Addit Sapiens, *Ideo ſtabilita ſunt bona illius in Domino*, ibid. Alij, *In Iehouah*, ſeu Iesv. Ac ſi diceret, quia in nomine Iesv curauit cuncta ſua bona, aut opera ſtabiliri, ac roborari: actiones illæ, quæ ad infimum gradum obſeruationis legis 91.

Ignatius perfectus inuentus eſt in primo gradu, quia ex nomine Iesv tēpora tranſcendit.
Caietan.
Eccli. 31.

pertinent, tam perfectæ oſtentantur, vt inueniatur perfectus, qui bene incipit operari. Ergo Ignatius perfectiſſimus inuenitur, qui non in ſola legis obſeruatione, ſed in auguſtiſſimæ perfectionis exercitamentis ſemper Ieſuita, ſiue in IESV nomine operatur: *Stabilita ſunt bona illius in Iehouah.*

Ieſuita Ignatio ad pugnas & victorias vnus dies quaſi plures. Ioſ. 10. Carthuſ.

92. Illuſtrem do Ioſue, ſeu IESV Naue locum. Cùm Dux ille fortiſſimus aduersùs quinque Reges dimicaret, die deficiente, plenus fide proclamat, *Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Haiallon. Steteruntque Sol, & Luna*, Ioſ. 10. Vbi Dionyſius Carthuſian. aſſerit, *diem tunc fuiſſe triplicatum.* Vndénam tanta Ioſue victoria vnico in die peracta? Certè, quia IESV Naue. Nam cùm Ieſuita repugnat, dies ei vnus triplicatur. Ignatio Ieſuitæ pugnanti vnica dies quaſi multiplex eſt ad hoſtes comprimendos, ad victorias conſequendas,: & exiguo in tempore plures exerit triumphos, quàm reliqui (liceat meum Parentem laudibus efferre) pugnatores. Profectò ſi Societatis noſtræ victorias recolo tam exiguo tempore partas, video non ſolùm triplicatos Ignatio Ieſuitæ dies, ſed quolibet in die vnum ſeculum pugnarum, ac triumphorum exponi. Ideo equidem, quia in nomine Domini exercituum Ieſuitæ repugnant.

OBSERVAT. XIV.

Ad illa verba:

Et ſi venerit in ſecunda vigilia, &c.

Ignatius à ſecunda vigilia incepit ſpiritus viam percurrere: nunquam fuit inter ſpiritu pueros adnumerandus.

Innuo iuſtorum ſerò ad virtutis viam accedentium conatum ad operum intenſionem.

93. Chryſol. D. Petrus Chryſologus *ſerm.* 24. quærit, *Quare à ſecunda vigilia cœpit, & tacuit primam?* Potuit dicere Dominus, *Et ſi venerit in prima vigilia, & ita inuenerit: beati ſunt ſerui illi.* Primam ſanè vigiliam ſilentio inuoluit; ſunt etenim ſerui adeò vigiles, vt nunquam virtutis pueritiam attigerint: non illi videntur ab infantia incipere, ſed virilitatem perſequi: primum gradum non terunt ſpiritualis pueritiæ, ſed ex adulta, imò virili progrediuntur ætate. Vix Ignatius nomen ſacræ militiæ dedit, cùm apud Manreſam librum exercitiorum ſpiritualium ſcribit perfectorum virorum Magiſterium. Dominus ergo ad Ignatium accedit vigilia ſecunda, aut tertia, quia perfectus inuentus eſt, haud è primo in ſecundum gradum aſcendit, ſed ex luce in lucem, ex perfectione præcelſa in auguſtiorem auolat perfectionem.

Ignatius vti Rebecca repente in perfectionis gradu eſt conſtitutus. Geneſ. 25.

94. De Rebecca Iſaac vxore ſacet textus inquit, *Abiit Rebecca interrogare Dominum*, Geneſ. 25. Interrogare Dominum? Quò tendis, mulier? Pergo, vt dulciſſimum cum Domino colloquium texam. Incipis ne ſpiritus viam percurrere? Incipio planè. Quónam modo ergo audes, ad collocutionem Abrahæ perfectiſſimo præparatam? Quia tam egregio conatu incipio, vt potius videar ſcalæ ſummitatem tenere, quàm primo in gradu pedes collocare. Abeo de vita ſpirituali ad ſpiritualem vitam præcelſiorem. Pulchrè Origenes, *Abiit Rebecca. Quò abiit? Ex eo ne loco, in quo erat Dominus, ad locum in quo non erat?* Minimè. *Quò ergo abiit Rebecca? Ego puto, quòd non de loco ad locum, ſed de vita ad vitam, de bonis ad meliora tranſierit, de ſanctis ad ſanctiora.* Alij pergunt de pœnitudine ad gratiam, ex prima gratia ad eam tendunt perfectionem, quæ ſanctitatis nomine deſignatur. Rebecca autem properat à ſanctitate vitæ in vitæ ſanctitatem præcelſiorem. En Ignatium tam perfectum conuerſionis die ex affectus intenſione, vt non videatur inſtituiſſe viam, ſed perfeciſſe. Origen.

Dilectiſſimæ Ignatius imitatur ſponſam. Cant. 5.

95. Sic proceſſit ſponſa. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur, quaſi aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum acies*, Cant. 5. Cur non dixit, *Quæ eſt iſta, quæ incipit*, ſed, *Quæ eſt iſta, quæ progreditur*? An proſequitur ſine itineris inchoatione? Ex eo planè dilectiſſima oſtentatur Domini ſponſa, quòd tanta fuerit gratia donata, vt ſine infantia inierit perfectam virtutis ætatem. Non pergit è tenebris, ſiue de dubia luce ad matutinum, ſed repentè oſtenditur aurora; ex aurora mutatur in Lunam; è Luna Sol fulgentiſſimus exponitur. *De bonis ad meliora tranſierit, de ſanctis ad ſanctiora* fuerit eleuata. Ignatius non videtur è ſeculi tenebris ad virtutis lucem tranſitum feciſſe, ſed à luce perfecta inchoaſſe; vt ſecunda vigilia peccatorum Magiſter obiiciatur: in tertia autem ſpiritualium Magiſtrorum perfectionem illuſtret: aut fortiſſimus Dux virtutum poſſit ducere exercitum: *Terribilis vt caſtrorum acies.*

Ignatius quodammodo ſine pœnitentia iuſtitia, perfectius aſcendens inuenitur. Cant. 4. Gilbert.

96. Eidem ſenſui deſeruit locus ille Epithalamij: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrha, & thuris?* Cantic. 4. Vndénam Cœlicolæ admirantur? Quia non vident eam per vicos & plateas quærentem ex pœnitudinis affectu, quem diligit: ſed repentè perfecta oſtenditur è ſinu ſponſi auolans ad progreſſuum ſublimitatem. Gilbertus ſerm. 15. in Cant. *Quid ſi & ipſis quaſi noua, & inſolita de Dilecti ſinu procedit? Noua planè. Nam ipſa nouitas admirationem inducit: Quæ eſt iſta*, &c. O nouitatem progreſſionis! Sine infantia perfectam ætatem inire? A ſinu ipſo ſponſi inchoare proceſſum? *Non eſt ſicut quæ circuit ciuitatem. Non diſcurrit per plateas; ſed itinere directo aſcendit. Quidni in noua procedat de complexu Dilecti?* Noua prorſus anima, quæ ſine vigiliæ primæ, ſeu viæ purgatiuæ infantia, inchoat à ſinu ſponſi, ſeu vnitiuæ viæ perfectione. Huiuſmodi nouitate ornatus Ignatius obiicitur, nunquam infans à ſeculo procedens ad ſuperos: imò quaſi nunquam manſiſſet in ſeculo, à cœlo primo auolat ad ſupremum. *Quaſi lux ſplendens* non incipit, ſed *progreditur vſque ad perfectum diem.* Teſtor Manreſæ raptum mox poſt conuerſionem.

***

OBSERVAT.

Observat. X V.

Ad illa verba:

Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi.

Semper Ignatius paratus ad obediendum, præcinctuſque inuentus eſt.

Aſſero obedientiam, deuictis hoſtibus, ſemper triumphum agere, cunctationem in obediendo infeliciter repugnare.

97. *Societatis Iesv obediētiam promptam, ſine excuſationibus, & obmurmurationibus cōmendo*

NVnquam non ad obſequendum imperanti Duci præcinctos vult Dominus ſeruos. Parum erat prima in vigilia, cùm ſomno minimè ſoporatur, aſſurgere: non magnum erat in quarta obedire, ſenſibus iam à ſomno expeditis. Certè illud erat perfectionis indicamentum, in ſecunda, ac tertia vigilia, quando viget ſomni ſoporatio, ſeruum eſſe expeditum, ad obediendum Domino venienti.

98. *Ignatij circa obedientiam præſcriptum.* Ignat.

Quàm promptus Ignatius cunctis in vigiliis fuerit ad præſtandum obſequium, indicat illa circa obedientiam Ieſuitis ſuis data præſcriptio. *Expedit in primis* (inquit 3. part. Conſtit. cap. 1. §. 23.) *ad profectum, & valde neceſſarium eſt, vt omnes perfectæ obedientiæ ſe dedant, ſuperiorem (quicumque ille ſit) loco Chriſti Domini noſtri agnoſcentes, & interna reuerentia, & amore eum proſequentes. Nec ſolùm in executione externa eorum, quæ iniungit, integrè, fortiter, promptè, & cum humilitate debita, ſine excuſationibus, & obmurmurationibus obediant, licèt difficilia, & ſecundùm ſenſualitatem repugnantia iubeat; verum etiam conentur interiùs reſignationem, & veram abnegationem propriæ voluntatis, & iudicij habere: voluntatem, ac iudicium ſuum cum eo, quod ſuperior vult & ſentit, in omnibus rebus (vbi peccatum non cerneretur) omninò conformantes, propoſita ſibi voluntate ac iudicio ſuperioris pro regula ſuæ voluntatis, & iudicij,* &c.

99. *Ieſuita obediens, ſemper vel ſtellis obedientibus, captat victoriam.* Ioſ. 10. Hieron.

Equidem Societatis viris, qui milites Iesv exercitui adſcribuntur, huiuſmodi obedientia neceſſaria; cunctæ enim exercitus noſtri victoriæ ex obedientia prompta, ac forti exoriuntur. Iesv Naue teſtor triumphum. *Sol,* inquit, *contra Gabaon ne mouearis,* &c. *Steteruntque Sol, & Luna,* Ioſ. 10. Vbi Hieronymus *ad Pſalm.* 143. quærit, vndénam Ioſue victoriam illam illuſtriſſimam reportarit? & reſpondet, obedientiæ promptæ eius tribuendam. Nam qui promptè Domino ſemper obediit, non poterat non, vel obedientibus ſtellis, captare triumphum. *Ioſue ſolus imperat Soli, & Lunæ, & ſtant. Homo iubet, & cœlum audit. Audit illum cœlum, quia ipſe audiebat Dominum.*

100. *Qui promptè non obedit, non triumphat.* Iudic. 4.

Dixit Debbora Barach, *Ibo quidem tecum, ſed in hac vice victoria non reputabitur tibi,* Iudic. 4. Quia Barach in obediendo Dei iuſſioni, aliquantiſper fuerat cunctatus, dum Debboræ comitatum, præſentiamque efflagitat, dum conditiones nectit, ac morulas: & ſui nominis gloriam imminuit, & victoriæ pulchritudinem deflorauit. Hieronymus, *Si Barach ire ad prælium* (promptè ac incunctanter) *voluiſſet: ipſe quidem, non Debbora de hoſtibus triumphaſſet.* Hieron. *Obedientia enim* (loquor cum Laurentio Iuſtin. lib. de lig. vit. cap. 3.) *facit hominem triumphare.* Laurent. Iuſtin. O quoties alij victoria adſcribitur opere tuo, quæ tibi eſſet adſcribenda, ſi promptè idem opus & ſine excuſationibus, aut obmurmurationibus geſſiſſes!

101. *Ieſuita pugnans, & triumphans, quaſi non pugnat, nec vincit, ſi aliquid propriæ voluntatis corde fouet.* Iſai. 58. Bernard.

Fatus Iſaias, *Quare ieiunauimus, & non aſpexiſti: humiliauimus animas noſtras, & neſciſti? Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra,* cap. 58. Legit Bernardus ſermon. 71. in Cantic. *In die bonorum tuorum inueniuntur voluntates tuæ.* Et addit, *Grande malum propria voluntas, qua fit, vt bona tua bona non ſint.* Mittitur miles ad huius loci protectionem, vbi poſſit cum hoſtibus repugnare; excuſationibus obiectis, curat ad illum locum immitti, vim adiiciens Ducis voluntati. Fortiter dimicat; bonum quidem opus eſt concertatio, ſed illud opus bonum, ex voluntate propria bonum opus non eſt: *In die bonorum tuorum inueniuntur voluntates tuæ,* quæ bona opera efficiant à bonorum operum catalogo expungi.

102. *Infelix ſucceſſus inobedienter pugnantis Ieſuitæ.* Iudic. 4. Num. 4.

Septuaginta ſic illud Iudicum, *Victoria non reputabitur tibi,* legunt, *Propterea non erit felix ſucceſſus.* Quæ ex obedientia prompta non fiunt, exitus plerumque habent infelices. Mitteris ad hoc, aut illud miniſterium: propoſitionibus, ac excuſationibus impetras ad aliud proficiſci præter obedientiæ promptæ præſcriptionem? *Non erit tibi felix ſucceſſus.* Fortiter dimicabo. Sed nullam victoriam reportabis. Filij Iſraël verticem montis aſcenderunt aduerſum Amalecitam, & Chananæum repugnaturi. At ſtatim fuſi, fugatique terga verterunt. Vndénam ſucceſſus infelix fortiter dimicantibus Hebræis? Indicat Moſes, *Cur tranſgredimini verbum Domini? quod vobis non cedet in proſperum,* Numer. 14. Præmiſerant, *Parati ſumus aſcendere in montem, de quo Dominus locutus eſt.* Locutus equidem Deus eſt de aſcenſu montis, & de pugna cum hoſtibus dedit imperia. Sed tamen vos ſine obedientiæ directa vobis præſcriptione pugnare curantes, bonum id opus quaſi malum redderis. Rabanus, *O mira proteruitas humanæ mentis! Mandat Deus promiſſionibus ſuis credere, & ſua potentia confidere, & ſic terram poſſidendam intrare. Humana ſtultitia diffidit, & ſalutaria monita exequi renuit.* Raban. Pugnat, & vincit: laborat, & non proficit: *Grande malum propria voluntas, qua fit, vt bona tua bona non ſint.*

103. *Obmurmurans contra ſuperiorem vincens hoſtes, miſerè ipſe mortis incurrit periculum.* 1. Reg. 14.

Quid ſit victoria parta ſit labore Ieſuitæ pugnantis poſtquam excuſationibus, aut murmurationibus aduersùs ſuperiorem vſus eſt? Quælibet præclara victoria inobedienti huiuſmodi obmurmuratione fœdatur. Præclariſſimam Ionathas, Deo auſpice, victoriam fuerat adeptus 1. *Reg.* 14. At contra Saulis parentis præſcriptionem mellis fauum abſumpſit, & obmurmurauit, patrem condemnans

imprudentiæ?

impr"udentiæ : *Turbauit pater meus terram*, ibid.
Caietan. vbi Caietanus, *Peccarit enim audito mandato Regis, probando factum propria comeſtionis, arguens patrem, qui præceperat.* Victor ergo in mortis eſt diſcrimen adductus, vt palmæ illius decus obmurmurationem contra obedientiæ imperia, infelici exitu fœdaretur. Quid tibi proderit, hoſtes innumeros ſuperare, ſi animæ propriæ propter inobedientiam paras ruinam?

104. *Licèt poſt excuſationē iuxta præſcriptum agas, infeliciter tibi procedet euentus; quia voluntatem ſuperiorū coēgiſti.* Haud ego (obiicis) contra obedientiam pugno, ſed inſtantia excuſationum à ſuperiore impetro, ad hunc, & non ad illum locum proficiſci: hoc, & non illo munere fungi. Huiuſmodi coacta præſcriptio eſt, infeliciter procedet euentus. Saul totius populi Iſraëlitici votis à Deo fuit expetitus Rex. Deus annuit petentibus; ſed ille infeliciter imperauit. Nam *ſpiritus Domini receſſit à Saule, & exagitabat eum ſpiritus nunquam*, 1. Reg. 16. Quare? Quia quæ à Deo importunè extorquemus, 1 Reg 16. malè aſſolent euenire. Rupertus, Rupert. *Grandis pœna Regis, grandis confuſio populi, qui contra Dei voluntatem Regem poſtulauit. Nunquam ad bonum ſtatus ſui finem perueniet omnis plantatio, quam non plantauit Pater cœleſtis.* Patet ex præfatis quàm ſit obedientiæ exactæ præſcriptio ab Ignatio indicta, Ieſuitis miſſitibus neceſſaria ad triumphos feliciter, & vtiliter perficiendos.

OBSERVAT. XVI.

Ad illa verba:

Et ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi.

Poſt ineffabilem vigilantiam, poſt ſummam ſanctitatem Ignatius, ex auguſtiſſimæ humilitatis affectu, ſe inutilem ſeruum reputabat.

Illa enim humilitas vera, quæ ſanctitatis fulgorem in ſe reputat eſſe tenebras.

105. *Vera humilitatis norma.* POſt tot ſanctitatis incrementa, poſt tantæ eleuationis perfectionem eum Euangelij miniſtrum, quem in filiorum auguſtiſſimo throno collocarat, ſeruum appellat: *Beati ſunt ſerui illi.* Cur non dixit, *Illi filij beati?* Exiſtimo fieri illuſionem ad æſtimationem, quam de ſe famuli illi conceperant profantes, Luc. 17. *ſerui inutiles ſumus.* Certè Dominus id non de perfectionis ſtudioſis, ſed de eis, qui ſolummodo mandata cuſtodiebant, dixit, *Sic & vos, cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite: Serui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus*, Luc. 17. At qui non ſolùm præceptorum fuit obſeruator, ſed & conſiliorum extitit cuſtos, quónam modo poteſt ad ſeruorum inutilium cœtum pertinere? Profectò ea eſt ſeruorum humilitas, vt poſt eleuatiſſimæ perfectionis exercitamenta filij dilectiſſimi cùm ſint, ſe ſeruos inutiles exiſtiment.

Ignatius quidem tam exiguam circa merita 106. *Ignatius ſuorum geſtorum tam exiguā æſtimationem conceperat, vt ea omnia pro vna charitatis certa actione cōmutaret.* ſua conceperat æſtimationem, vt iudicaret cuncta obſequia vix vnicam poſſe actionem veræ charitatis explere. Curabat Diuus vrbis mulierculas Veneris voluptatibus infamis addictas extrahere à domicilio impuritatis, & ad continentiæ, ac pœnitentiæ domum à ſe inſtitutam adducere. Obiit prudens ſeculi aliquis, quid ô bone, oleum & operam perdis? An ignoras, craſtina luce haſce mulierculas aſſuetas libidini ad vomitum, inſtar canum, reuerſuras? Cui Ignatius, Num non ſaltem hac vnica nocte à delicto abſtinebunt? Fateor, ſed quid ad ſtudij tui tam impenſum laborem? O Domine, (Diuus ait) ſi ſcirem vnica ſolummodo nocte vnam ex hiſce meretricibus meo labore, & accurata induſtria ab impuritate receſſiſſe, Deumque illa nocte ab ea minimè læſum: cunctos lubens meæ diuturnæ vitæ labores optimè penſos iudicarem.

O ineffabilem Ignatij charitatem, & pluſquam humilitatem ineffabilem! 107. *Dau de humilitatē vicit, ſe inutilem putans ſeruum poſt egregia innumera facinora.* Quidnam, precor, te in admirationem affert potiùs? Num vnius animæ æſtimatio, vnicæ planè margaritæ, ad cuius acquiſitionem diues mercator omnia bona ſua lubens diuendit? An propriorum deſpectio laborum, virtutum, ſanctitatis: ſi quidem reputat vnicam actionem charitatis extrahendi mulierculam ab occaſione delinquendi, vt vna nocte non delinquat, pluris debere æſtimari, quàm omnium operum ſuorum innumerabilis aceruatio? *Pater mi, pater mi, currus Iſraël, & auriga eius*, memorare quæ geſta præclara feceris, quot peccatores ad meliorem frugem adduxeris, quam fundaueris Societatem, quot filios ſanctitate, ac doctrina progenueris, quot adinuentionibus vſus fueris ad peccatores adducendos, quot volumina ſcripſeris, quot domos ad piam proximorum inſtitutionem exædificaueris. At cuncta hæc pro vnica meretricula à peccato, vna nocte, abſtinenti commutanda duces? Ita planè, nam cùm omnia illa fecero, me ſeruum inutilem reputauerim. Profectò haud geſta illa tam auguſta fuiſſent, ſi non minima Ignatius reputaret, ſéque inutilem ſeruum duceret. Poſtquam Dauid Goliath proſtrauerat, 1. Reg. 7. poſtquam mille victorias perfecerat, Domino fatur, *Quis ſum ego, Domine Deus, & quæ domus mea, quia adduxiſti me huc vſque?* 2. Reg. 7. *Quis ſum ego?* (proclamat Ignatius) nihil; ſeruus prorſus inutilis. *Et quæ domus mea?* Societas à me inſtituta minima Ordinum Iſraël. Chryſoſtomus, Chryſoſt. *Humillimus Dauid agnouit, ſe ex nihilo fuiſſe ſubleuatum. Non eſt oblitus quid erat perſeuerans in culmine Regali.* Meritò humillimus appellatur Dauid, quia in Regali culmine collocatus non eſt oblitus quod erat. An ô Dauid, memor, quod nunc es? Ita planè; ideo enim recordor eius, quod fui, ne extollar dum video id quod cœleſti ſum munere. Profectò Ignatius humillimum vicit Dauidem; non enim ſolùm non eſt oblitus quod erat: ſed & obliuiſcitur, quod eſt, iudicans ſe nihil eſſe, nihil laboraſſe cunctáque opera ſua vix pro vnico charitatis actu ſufficere.

An

108\. *Putabat Ignatius aut hac tãta munera ſine merito accipere, aut fortè ſe pati ſeductionem.*

An poteras ô Pater, de te tam abiectè ſentire, videns tot virtutum, tot munerum cœleſtium fulgorem? Si ſeruus inutilis es, quónam modo ad tertium cœlum vti Apoſtolus, raperis? Quónam modo tibi cœleſtia arcana, reuelantur? Quónam modo Dominus toties tibi oſtenditur? Quónam modo Deiparam, Diuoſque, & Angelos toties & mentis, & corporis luminibus aſpexiſti? Putabat planè Ignatius aut gratis à Domino muneta accepiſſe ſine præmiſſo merito, aut ſaltem timebat, diaboli ſub fulgentis ſpiritus forma apparentis, pati ſeductionem. De ſe tam vulgariter ſentiebat cum Dauide proclamans, *ſi non humiliter ſentiebam, ſed exaltaui animam meam.* Angelus Duci fortiſſimo Gedeoni apparuit victoriam promittens. Vir autem prudentiſſimus duo ſigna veluti in pignus promiſſæ victoriæ poſtulat: primum vt poſitum in area vellus per noctem, ſicca tellure, rore madeat! alterum vt è contra, vellere ſicco terra tantùm madefiat: *ſi ſaluum facis per manum meam Iſraël, ponam hoc vellus lanæ in area*, &c. Iudic. 6. Voco in quæſtionem, cur Gedeon ab Angelo nuper edoctus, & ignis miraculo confirmatus, de belli euentu plura nunc ſigna petierit? Reſpondet Origenes hom. 8. *Angelum vidit, ſed vir eruditus & humanus cautius agit, ſciebat enim poſſe etiam Angelos tenebrarum transfigurare ſe in Angelos lucis; & ideò examinatione cautiſſima, Volo, inquit, probare ſpiritum, ſi à Deo eſt.* Ac ſi diceret, Quid mihi militi peccatori cum Angelica apparitione? O miræ affectus humilitatis! Sed quidem longè inferior humilitati Ignatij, qui ſpiritualis Dux militiæ poſt tot virtutum exercitamenta tam aſſiduum iam cum cœlicolis commertium habeat.

Gedeoni Duci Dux Ignatius ſimilis. — Iudic. 6.

109\. *Ieſu Naue ſe indignũ putauit frui Angelico aſpectu. Hũc noſter æmulatus eſt Ieſuita.*

Profectò tanta fuit in Ignatio animi ſubmiſſio, tamque humiliter de ſe ipſo velut de Religionis ſuæ minimo ſentiebat, vt vel miraculis replicatis, totque geſtis præclaris fulgurantibus, exiſtimeret adhuc, nihil à ſe magnum factum eſſe. Vnde illam actionem retrahendi vnica nocte fœminam miſeram à delicto, putabat primum futurum bonum opus, quod poſſet in vitali catalogo adſcribi. Ioſue olim Angelus tenens euaginatum gladium apparuit. *Perrexit ad eum, & dixit: Noſter es, aduerſariorum? Qui dixit, Nequaquam, ſed ſum Princeps exercitus Domini. Cecidit Ioſue pronus in terram*, &c. Ioſ. 5. Cur Dux non mox credidit lucis Angelum eſſe? Bernardus ſerm. 33. in Cant. *Ioſue non prius amicum Angelum ſuſcepit, quàm eſſe amicum nouerit: denique ſuſcitatur, ſuúſne ſit, an aduerſariorum? Tanquam qui expertus ſit dæmonij meridiani inſidias.* Aliorum ex ſententia affirmo, id obieciſſe Ducem ex propriæ puſillitatis cognitione: Quis ego, vt Angelorum lucis poſſim collocutione frui? Licèt Ignatius poſitus ſæpe erat Chriſti, Deiparæ, Diuorum, Angelorumque apparitionibus poſt diligentiſſimam diſcuſſionem, adhuc quodammodo dubius hæreſcit: Quis ego, cui Angeli, Deipara Angelorum Regina, imò Rex cœleſtis ſe ſe dignentur oſtentare? Ergo nullum adeſt efficax argumentum, quod me amoueat à concluſione illa: Seruus ſum inutilis, nihil præmio dignum adhuc effeci. O egregium Ioſue, Ieſuitámve mira humilitate conſpicuum!

Ioſ. 5. — Bernard.

An non huiuſmodi humilitas ſapit Dei genetricem? Fatur Angelus, *Aue, gratia plena, Dominus tecum. Quæ* (addit Lucas) *cùm audiſſet, turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio*, cap. 1. Quid turbaris? ô Virgo beatiſſima? Bernardus citat. *Maria, Angelica ſalutatione audita, turbatur, dolum (ni fallor) ſuſpicans.* Vndenam dolum eſſe ô Domina ſuſpicaris? Quænam ego, cui Angelus lucis appareat? Mox Deiparens cogitabat ſalutationis qualitatem. Damianus ſerm. de Nat. Mar. *Ante quam reſponderet, Angelicæ ſalutationis pondus librata mentis lance penſauit.* Ergo ante quàm cogitaret, qualis eſſet ſalutatio, ex ipſa Angeli apparitione turbata eſt. Miror Virginem ex Angelico diſturbari aſpectu, ſi apud Templum & ab Angelo nutriebatur, & viſibili Gabrielis præſentia excipiebat obſequium, & ſæpe cum ſpiritibus cœleſtibus, vidente Zacharia, colloquebatur, vti *Tom. 3.* de Sanctis vidimus. Vndenam ergo Deipara viſo Angelo turbatur? Poſt tot replicatas cœleſtium ſpirituum viſiones adhuc peregrinum deputauit adſpectum, quæ ſe nunquam non æſtimauit ancillam ſemper ſuſpicata dolum, dum obſequium accipit à cœlicolis. Quæ ſum ego? Æmulatur Ignatius tantæ humilitatis affectum? Certè poſt tot Angelorum, & Reginæ, Regis Angelorum apparitiones ſe ſeruum inutilem reputat, quemadmodum Virgo ſe vocauit, ac putauit ancillam. 110.

Ignatius ineffabilẽ Deipara humilitatẽ imitari curat. — Luc. 1. — Bernard. — Damian.

Observat. XVII.

Ad illa verba:

Quoniam ſi ſciret Paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret, &c.

Diabolus, qui curat diligentiſſimè Sanctos allicere ad iniquitatem, cui dulcis cibus iuſtorum excidentia: Ignatium ita odio proſequitur, vt quodammodò eum non appetat ſibi nec requirat.

Innuo Dæmonis ſollicitudinem ad iuſtiores homines peruertendos.

Diuis maxima vigilantia indicitur, vt furem Diabolum irruentem nocturna inſtantia repellere valeant Etenim Diabolo dulciſſimus cibus eſt iuſtorum peruerſio. Ambroſius fatur, *Diabolus in eo habet gloriam, quòd plures perditos fecerit.* Et Tertull. lib. 111.

Iuſtis Diabolus inſidiatur. — Ambroſ.

lib. aduerſ. Iudæos. *Diabolus ad hoc ſe regnare putat, ſi Sanctos à religione Dei deturbet.* Nihil dignum Regno ſuo geſſiſſe putat poſt innumerabiles abſumptos peccatores: vno autem iuſto ad peruerſionem adducto, ſe verè imperaſſe profitetur. Vnde dæmones illi, qui plurimos impios ad tartara deturbarant, à Principe Diabolo probris affecti fuere. At Dæmon ille, quid poſt diuturna tempora tentaminibus innumeris Religioſum ſanctum ad peccatum allexerat, throno Regali addicitur. Vt miſer tunc diabolum regnare oſtendat affectu, *ſi Sanctum à religione Dei deturbet.*

112.
Ignatium Diabolus profitetur ſibi maximum inimicum, exultatque ad ſuperos auolaſſe, ob eius impugnationẽ circa hominum ſalutem.
Ribaden.

Profectò licèt Diabolo tam dulcis ſit cibus iuſtorum peruerſio, licèt appetat Diuis ſatiari: tanto D. Ignatium odio proſequebatur, vt omninò ſibi inuiſum à ſe repelli curaret, nec circuiret quærens an deuorare poſſet, ſeu attributis nouis ad ſuum gremium adducere. Petrus de Ribaden. *lib. 5. cap. 6.* ait, Quoniam de dæmonis in Ignatium odio (quem ipſe hoſtem ſuum omnium atrociſſimum nominabat) mentionem fecimus, Patauij miles fuit quidam Italus homo ſimpliciſſimus, qui Ignatiũ de facie non nouerat, nec eius, quod ſciam, nomen audierat. Hunc dæmon inuaſit: qui ſacris precationibus dum excantaretur aliquando, de Ignatio loqui cœpit, eumque ſuis coloribus pingere tam ſcitè, & appoſitè, vt P. Laynes vehementer miraretur. Addebat diabolus frendens, ac ſtridens, Ignatium omnium, qui viuerent, ſibi eſſe inimiciſſimum. Functo autem vitâ Ignatio, puella, quæ à dæmone vexabatur, interrogata Drepani (quæ eſt ciuitas in Sicilia) à quodã Sacerdote, Ignatium ne noſſet, & vbinam ille eſſet? reſpondit, Ignatium inimicum ſuum è terris iam auolaſſe, in cœliſque inter alios ſacrarum Religionum Fundatores commorari. Exultans hoc profatur Dæmon, quòd viuentis Ignatij inimiciſſimi paſſurus iam non ſit circa peccatorum ſalutem, impugnationem. De diabolo Habacuc ait, *In ipſis incraſſata eſt pars eius, & cibus eius electus*, cap. 1. Vbi Strabus, *Diabolus, qui cuncta vaſtat, miſit hamum cui adhæſit Adam & ita traxit eum de paradiſo; & cum Adam etiam Sancti de paradiſo eiecti ſunt; vnde & cibi eius electi*, (id eſt, Diui ſublimiores) *ſunt.* An ſolùm Ignatium Diabolus habet exoſum? Ignatium capere hamo renuit? ſolum inimiciſſimum Ignatium gaudet à laqueo liberatum ad ſuperos auolauiſſe. O dæmoni cibum amariſſimum!

Cibus diaboli electus.
Habac. 1.
Strab.

113.
Ieſum diabolus tam auidus iuſtorum, non appetit; qui cibus hic venenum ſerpẽti. Nec Ieſuitam Ignatiũ curat quodãmodo deuorare.
Luc 8.
Ambroſ.

Poſtquam agnouit diabolus vitæ Ieſu inſtitutum ad animorum ſalutem, eiuſque inſuperabilem ad ſaluandos peccatores curam perpendens cupiebat ab ipſo omninò recedere, ſibique inuiſum nullatenus aſpectare. Imò cùm à Domino diabolus ipſe quæreretur, vt expugnari poſſet, proclamauit miſer, *Quid mihi & tibi, Ieſu fili David?* Luc. 8. Mitte me, ô Ieſu, te non requiro, ad pugnam inſtituendam. Cibus meus electus, ſed te veluti venenatum cibum timeo ad ventrem traducere. Ambroſius lib. de Elia cap. 20. *Se ſe dæmon ipſe diſcernit à Chriſto.* Alios Diuos fugientes à dæmone dæmon inſequitur, quos expetit abſumere: Ieſum requirentem diabolum, diabolus fugit. Scit enim venenum ſibi futurum huiuſmodi cibum, qui cogat eum quos abſumpſerat peccatores, euomere. *Quid mihi, & tibi, Ieſuita Ignati?* te non expeto abſumere. An tuus cibus electus? Proh cibum venenatum! te video adeò Ieſu circa ſalutem hominum æmulatorem, vt cupiam omninò à te ſemoueri.

Perfectiſſimi quique Diui aſſolent affectu maiori à diabolo recede ſe ttreequiẽtte. Ambroſium audi vbi ſup. *Et tu dic, ſi videris pugnare aduerſum te diaboli tentamenta, Quid mihi & tibi eſt Belial? Ego Chriſti ſeruus ſum, illi me totum mancipaui; quid mihi, & tibi eſt? Non noui opera tua, nihil tuum quæro, nihil tuum deſidero.* Oſtendunt huiuſmodi verba diabolum anxiè in Diuos irruere. At ſi diabolus ipſe proclamaret, *Quid mihi & tibi homo?* apertè monſtraret, ab huiuſmodi homine ſibi horribilem admodum impugnationem excitari. Tam inuiſus Diabolo Ignatius, vt diabolus omninò curet ab ipſo dimitti, in ſequentem fugiat. Quare? *Veniſti perdere nos.* 114

Indicamentum perfectionis Ignatij eſt, diabolũ ab ipſo recedere, nec confligere velle cũ illo.
Ambroſ.

OBSERVAT. XVIII.

Ad illa verba:

Quoniam ſi ſciret Paterfamilias.

Ignatius magnus Paterfamilias multiplicis fortitudinis filiorum, quorum ſinguli pro plurimis valent.

Illos commendo Euangelij miniſtros, qui adeò vires ad operandum colligunt, vt vnuſquiſque pro multis eſſe videatur.

TAm vigilans Paterfamilias vigilantes connotat filios. Patris celebraui præconia ex virtutum fulgore propriarum, ex filiorum præſtantia Ignatium efferre operæ pretium duxi. 115.

Abrahæ Dominus, *Multiplicabo te vehementer nimis*, Gen. 17. In primis premo particulam, *Multiplicabo te* Lyrani ex mente, id eſt, plures Abrahamos efficiam. *Exaggeratio eſt verborum, ad deſignandum multitudinem, & magnitudinem bonorum, quæ intendebat ei facere.* Tot afflues bonis, ſeu muneribus, vt multiplex Pater eſſe videaris. Multiplex Ignatius arguitur ea acceptorum munerum cœleſtium multitudine. Aptiùs autem Anſelmus, *Multiplicabo te in filiis imitatoribus fidei tuæ.* id eſt, faciam te plurium Ignatiorum parentem. Exurgent enim ex te multi filij, qui tuo ſpiritu viuere videantur. Te igitur multiplicabo, quia multos Ignatios efficiam. 116.

Ignatius multiplicatur in filiis, quia quot filij, tot Ignatij.
Gen. 17.
Lyran.
Anſelm.

Deinde expendo aduerbia, *vehementer, nimis*, quæ quidem ſuperfluere queiſdam viſebuntur. Nam vt Deus omnium hominum ineffabilem multiplicationem exprimeret, ſolummodo inquit, *Multiplicamini, & replete terram*, Gen. 1. Si ergo terra poteſt repleri illo, quod verbo *multiplicamini*, ſine additione particularum *vehementer, nimis*, ſignatur: cur vſus Dominus in præſenti, *Multiplicabo te* 117.

Plurimi ex Ignatio futuri ſunt, (in Societate) Ignatij. Hoc eſt vehemẽter nimis multiplicari.
Gen. 17.

Procop. *vehementer nimis?* Pulchrè reſpondet Procop. *Duplicis multiplicationis meminit Scriptura. Alterius vis in nobis ſita eſſe videtur ſecundum illud: Multiplicamini. Altera propriè ad Deum pertinet, de qua hoc loco. Quòd ergo multiplicans multos homines Deus faciat, minimè morandum eſt; nam gentes extitere populoſæ. Verùm Abrahamus ſic multiplicatur, quaſi plurimi futuri ſint Abrahami: nam ex ipſo prodituri ſunt Sancti.* Ignatius equidem vehementer nimis à Ieſu multiplicatus eſt, quia plurimi Ignatij futuri ſunt. Ignatius enim ita in plurimis filiis multiplicatur, vt eorum quilibet ſit alter Ignatius. Xauerius, Borgia, Gonzaga, Staniſlaus, Eliphonſus Rodriguez, Ludouicus à Ponte, Michael Solier, Collegij D. Ambroſij Valliſoletani decus, Balthaſar Aluarez, Campianus, Criminal, Aceuedo, Paulus Michi, Didacus, ac Ioannes, Rodulphus Aquauiua, reliquíque Martyres ante gladium, equuleum, ignem, lanceam iam ex virtutum fulgore Diui, Parentem Ignatium referunt: *Multiplicabo te vehementer nimis.*

118. Profectò nimia hæc ac vehemens multiplicatio non ad numerum ſolummodò filiorum Ignatij, ſed aptiùs ad ſingulorum virtutis, ac perfectionis intenſionem allicienda eſt. Ignatius multiplex ex virtutis, ſeu fortitudinis intenſione multiplices filios progignet. Procopius pulchrè, *Plurimi futuri ſunt Abrahami, & ideo plurimi futuri ſunt Iſaaci, & Iacobi.* Abrahamus etenim virtute multiplex progignet multiplicem Iſaacum: at Iſaac fortitudine multiplex Iacobum multiplicem generauit. Vt Periander Græcus Comicus viri cuiuſdam, qui geſta innumera excitarat, laudaret efficaciam, ait, *Videbatur in eo ipſe Briareus operator exponi. Non vnus ille, ſed verè quinquaginta fouebat operatores.* Ac ſi centum illæ manu Briarei viris quinquaginta tribuendæ eſſent. Qui mente contemplatur, vel potiùs oculis aſpicit Ignatij, Xauerij, aliorúmque Diui plurium filiorum geſta, innumerabiles in ſingulis adeſſe operatores, iudicabit. Vnde licet aſſerere ex multiplici fortitudine Ignatio multiplicem Xauierium prodiiſſe. At non ſucceſſiuè ex Xauierio alter ſicut ex Iſaaco Iacobus: ſed ex vno Ignatio innumerabiles viri multiplici fortitudine ornati proferuntur: quorum ſinguli alios multiplices virtutes filios protulere. Vnde tam exiguo tempore ſeculi vnius ex filiorum multiplicatione, geſtorumque incrementis ſecula penè innumera colligantur.

Ex multiplici Ignatio multiplices I. ſuitæ oriuntur.

Procop.

Quilibet Ieſuita Briareus centimanus.

Petran.

119. Recognoſce Ieſuitarum vim operatricem, vt virtutis multiplicitatem poſſis perpendere. Multum mihi aliquando, homines Euangelicos duplici Eliæ ſpiritu donari: nam cùm Diſcipulus proclamaſſet, *Fiat in me duplex ſpiritus tuus;* Magiſter reſpondit, *Rem difficilem poſtulaſti*, 4. Reg. 2. Vndenam res difficilis? Quia planè difficile, diſcipulum Magiſtro in omnibus aſſimilari, adeò vt duplex virtute eſſe duplici progrediatur. Lyranus, *Vt dicit Saluator, perfectus omnis erit, ſi ſit ſicut Magiſter eius. Rem poſtulauit difficilem, quia pauci inueniuntur, qui ſint ſicut Magiſter.* Si tam rarum eſt duplicis virtutis Magiſtro diſcipulum aſſimilari: mirabile prorſus ex multiplici, ex cen-

... difficile eſt, duplicem ſpiritum Diuum inuenire quid multiplicem fortitudinis ... e, vitam ... utari?

4. Reg. 2.

Lyran.

timano Ignatio Briareo penè innumeros centimanos operarios prodiiſſe.

Ieroſolymæ cecinere fœminæ, *Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia*, 1. Reg. 18. Si vnum Goliath percuſſerat Dauid, quô nam modo decem millia occidiſſe fœminæ teſtantur? Profectò, quia vir multiplicis fortitudinis virum multiplicis roboris comminuerat. Hinc Dauid pro decem millibus habitus ab Hebræis. *Tu vnus* (inquiunt ciues) *pro decem millibus computaris*, 2. Reg. 18. Computatur *pro decem millibus*, (ait Lyranus) *eo quòd percuſſerat Goliath; qui pro decem millibus computatur, eo modo loquendi, quo Dauid dicitur: Tu vnus pro decem millibus computaris.* Dauid pro decem millibus computatur, quia vnum robuſtiſſimum interemit hoſtem. Filij Ignatij toties diabolum comminuentes, tot tyrannos ſuperantes, tot peccatores pertinaciſſimos ad frugem meliorem adducentes, tot idololatras fidei perſecutores ſacra diluentes vnda, tot hæreticos confundẽtes, potiori iure prò decẽ millibus cõputari debent, orti quidem ex Ignatio, qui vnus pro decẽ millibus cõputatur. 120.

Ignatius ac filij eius: pro decẽ millibus Ignatius valet; ſic ſinguli Ieſuitæ.

1 Reg. 18.

2 Reg. 8.

Lyran.

Certè (vt alios fortiſſimos mittam Societatis Ieſu milites) ſolummodo Scriptores in medium proferam, quorum numerum non facilè calamus valebit exprimere. Noſter eruditiſſimus Philippus à Legambe legatur de ſcripturiente Societatis Republica optimè meritus, vt mireris non tam Authorum multitudinem quàm cuiuſlibet Scriptoris voluminum abundantiam, quæ quidem arguit à multiplicis virtutis parente prodiiſſe. Vnus Suarius, vnus Bellarminus, vnus Vaſquez, vnus Lorinus, vnus Salmeron, vnus Thomas, & Gaſpar Sanctius, vnus Salianus. At ſi operum numerum aſpiciamus, multiplices ſingulos eſſe nullus addubitabit. Audias precor. Vnicum Conſtitutionum Ignatij libellum cum relegeret Paulus III. Pontifex Max. de Societatis inſtitutione proclamauit, *Digitus Dei eſt hic.* Nam Ignatius librum hunc Dei digito exarauit. Aliquando Dominus, vt Phariſæos adulteræ mulieris accuſatores confunderet, *digito ſcribebat in terram*, Ioan. 8. Vbi Ambroſius epiſt. 14. ad Iren. *Scribebat vtique, dicens: Feſtucam, quæ in oculo fratris tui eſt, vides: trabem, quæ in oculo tuo eſt, non vides. Scribebat autem digito Dei, quo legem ſcripſerat.* Digito Dei vnico, qui tamen centimanus erat. Vndenam colligis? Ex operatione mirabili. Nam poſt præſcriptionem digiti Dominici, *vnus poſt alium ibant.* Hoc differunt prædicatio & ſcriptio, quòd ex prædicatione peccatores ſimul conuertuntur; vt ex Petri concione iam tria millia, iam quinque millia hominum adducuntur ad fidem. At ex Scriptura non omnes ſimul conuertuntur, ſed vnus poſt vnum, ſeu multi poſt multos; quia cùm ſemper ſcripta vocem emittant, (in ſilentio planè) ſemper temporum ſucceſſione legentes peccatores ad frugẽ meliorem reducuntur. Vnde multiplicem adeſſe voluminibus piis virtutem cõſtat ad operationẽ. Dicito re, quæſo, ſi vnicus Ignatij libellus Dei digiti nomine deſignatur ob multiformẽ virtutẽ ad tot Societatis viros tegendos: quatuor millia Doctorũ ſcripta quid efficient?

121. *Quilibet Societatis Scriptor, vt decẽ millia; quia ſemper adducit peccatores liber, ſemper vincit hæreticos, &c.*

Ioan. 8.

Ambroſ.

efficient? Singulorum ſcriptorum tot volumina replicata quidnam exerent? O Doctores ſapientiſſimi, quorum pagina quælibet totū Dei digitum continet ad peccatorum reductionem, ad hæreticorum compreſſionem, & comminutionem, ad compoſitionem morum, ad impiorum flagellum, ad totius Eccleſiæ ædificationem.

PARS SECVNDA.

FRANCISCVS XAVIER.

PARAPHRASIN, AC COMMENTARIOS literales ad caput duodecimum Lucæ perquire Libro hoc, parte prima.

Panegyrici Morales circa literam in Franciſcum Xauier.

PROLVSIO.

ANGELVS ille (cuius ſol facies, cuius columnæ pedes) qui giganteo curſu geſtans Euangelij librum, gladium planè ancipitem proficiſcitur, Xauier eſt, à quo cunctæ orbis hæreſes interemptæ iacuere. Quánam, obſecro, manu, ac vi? De Deipara conclamat Eccleſia, *Cunctas hæreſes tu ſola interemiſti in vniuerſo mundo.* Omnia idolorum ſimulacra euertiſti, ſuccendiſti lucos, idololatriam omninò comminuiſti, ô Regina, quia manus tua fortiſſima Xauerium adduxit ad Indos, ad Iaponios, ad Sinas, dum Euangelij illuſtriſſimum miniſtrum protexiſti, vt tot victorias reportaret. Ex ore Dauidico Pater meus clamitat, *Quò ibo à ſpiritu tuo?* Spiritu acquirendi proximos pergam ad Indos. Profectò, *ſi* Pſal. 138. *ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua*, Pſ. 138. Vbi D. Bruno, *Manus tua deducet me illuc, vt pennas ſumam,* Bruno. *& in extremis maris habitem, & ibi me tenebit, & perſeuerare faciet dextera tua.* An potuiſſet Xauier à patria terra in pelagus tranſilire, vt barbaras iniret Regiones, inibíque tot laboribus actus perſiſtere, niſi Dei manu ducente, ac tenente? Sed quænam illa tam potens Dei dextera? Richardus Lau- Richard. Laur. rent. lib. 2. de Laud. Deip. aſſerit Mariam eſſe Dei *manus tornatiles aureas, quibus Deus miſeris ſubuenit idololatris. Nam per ipſam Deum habituri erant qui priùs idolis ſeruiebant.* Quod expreſſum fuiſſe, addit, *cùm in manibus eius tranſlatus eſt*

Ieſus

Iesvs *in Ægyptum.* Quæ igitur Iesvm olim ad Gentiles euexerat, nunc Ieſuitam ad eoſdem adducit: vt Mariæ parti de idololatria triumphi tribuantur: *Tu ſola interueniſti*; quia brachium iugulatoris Xauierij, ô Dei dextera, tenuiſti, roboraſti, & ad vulnera direxiſti ſalutaria.

SECTIO IV.

Lumbi præcincti.

TEXTVS.

Vers. 35. Sint lumbi veſtri præcincti.

IN FRANCISCVM XAVIER

PANEGYRICVS MORALIS QVARTVS CIRCA LITERAM.

EX LVMBIS PRÆCINCTIS.

Observat. I.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Xauier eſt fortiſſimus Gad, quid præliatúr accinctus, feliciſſimus Eccleſiæ partus, illuſtriſſimorum excitator.

Vbi varia ingero moribus documenta.

1\. *Xauier ſeu Gad accinctus, ducit exercitum.* Geneſ.49.

Si lumborum præcinctio ſignificat ad præliandum robur, (vt vidimus) Xauier verus eſt Gad, de quo parens Iacob, *Gad accinctus præliabitur*, Geneſ.49. Gad quidem eſt, *Exercitũ congregare & ducere.* Accinctus autem idem eſt ac expeditus ad pugnam. *Sint lumbi veſtri præcincti*; expediti ad pugnam procedite. Tam expeditus Xauier ad pugnam proceſſit, vt ille ipſe præcincti habitus certiſſimus fuiſſet victoriæ documentum.

2\. *De Xauier primis ſtudiis vinctis, vt agilitatem ſecularem mortificet, felicitates prodit Eccleſiæ.* Geneſ.30.

Sentiens Lia quòd parere deſiiſſet, Zelpham ancillam ſuam marito tradidit. Quæ poſt conceptum edente filium, dixit, Feliciter. Et idcirco vocauit nomen eius Gad, Geneſ. 30. Quia dixit, Feliciter, vocauit nomen eius Gad? Ita planè; Gad enim, quod eſt idem ac *accinctus*, idem eſt ac felicitas victoriæ. Sentit Eccleſia quòd poſt Pauli labores parere deſiit idololatras factos Chriſticolas, Iesv ſponſo verò Iacobo Zelpham tradidit, id eſt, Societatem Iesv minimam æterno Eccleſiæ mancipatam obſequio. Naſcitur Xauier Gad quidem præcinctus. Nam recèns Deo natus ſic femora acri ligamine conſtrinxit, (vti agilitatem, qua cunctos adoleſcentes egregiè omnium commendatione ſuperauerat, mortificaret,) vt, vinculis in carne abſconditis, exitiali periculo, deſperantibus Medicis, ac Chirurgis, addiceretur. Profectò Eccleſia Lia aſpiciens Xauerium præcinctum ex Societatis vtero prodire, conclamat, Feliciter actum cum Indis, cum Iaponenſibus, cum Sinis, cum toto Gentium orbe; Dux enim præcinctus ad pugnam, iam exponit victoriam.

3\. *De Gad vaticinium.* Deut.33.

Reuoco ad memoriam illuſtriſſimum illud de Gad expreſſum à Moſe vaticinium: *Et Gad ait, Benedictus in latitudine Gad, quaſi leo requieuit, cepitque brachium, & verticem. Et vidit Principatum ſuum, quòd in parte ſua Doctor eſſet repoſitus, qui fuit cum Principibus populi*, Deuter.33.

Accincto Xauerio cuncta accommodo.

* *

*

CAPVT I.

Xauierius benedictus in latitudine, ob innumera Regna Gentilium, quæ Domini imperio ſubiugauit.

Innuo operandi intenſionem, eſſe breui tempore quaſi æternam operatricem.

4. *Latitudo Regionis, qua Gaddita Xauierio contigit.* Deut. 33. Peter.

BEnedictus (inquit Moſes) *in latitudine Gad, cepit brachium, & verticem.* Pererius noſter ſic expoſuit, *Benedictus dicitur in latitudine, quia latiſſimam Regionem fortius poſſedit omnibus.* Porrò Xauier omnium Euangelij militum, qui poſt Paulum bella aduerſus idololatriam inſtituerunt, fortiſſimus latiſſimam poſſedit propriis concertationibus Regionem, nempe Goam, Promontorium de Commorin, Piſcatoria littora, Regnum Trabancor, Inſulam Ceilam, & Moro, Auream Cherſoneſum, Iaponi Regna, Sinæ veſtibulum. Duodecim millia leucarum perfecit, pelagi immenſum tranauit ſpatium, naufragiis actus, vulneratus periculis, inſuperabilibus non fractus laboribus.

5. *Meritò Xauier Princeps ſeu Apoſtolus Iaponiæ, quia primus ſe ſe tradidit pelago.*

Cur exiſtimas Tribum Gad, ex quorundam ſententia, adſumptum fuiſſe principatū? Quia cùm Hebræi ad maris Rubri littora acceſſit, & ei neceſſium fuit fugientibus fluctibus reliquū ſiccum iter inire, ſe ſe viæ commiſit horribili, dum reliquarum Tribuū Duces terga periculo exhibuere. Quàm ab hæreticis Pharaonis tartarei militibus Eccleſia acta perſecutionibus! Cogitur pelagi anguſtias pati, vt in noua Regna poſſit deferri. Horribilis planè fortiſſimis Tribubus, ſeu Chriſtianis Ducibus pelagi aſpectus, fugere meditantur. At Xauier Gadita præcinctus de fratrum Euangelij Præconum formidine queritur, ſe ſe dedit periculo, non veretur fluctibus obrui, & primus incognitas properat ad Regiones. Quàm iuſtè Iaponiorum Apoſtolus appellatur, cedente Principatu, ei qui alti minantis vndis non ceſſit!

6. *Tam exiguo tempore innumerabiles perfecit victorias, vt videretur ſecula diebus concluſiſſe ex inteſione operandi.* Strab.

Cepit ille brachium, & verticem. Strab. *id eſt, mundani imperij ſublimitatem ad ſuſcipiendam fidem inclinauit.* Id autem vnico brachij impetu. Vulgariter liceat expendere, *Rindio mil mundos con vna cuchillada.* id eſt, exiguo temporis interſtitio nouum orbē cœleſti ſubiecit Imperatori. Decies centena ſupra centum millia Gentilium ſacra vnda diluit, innumerabiles Chriſticolas à crimine ad frugem meliorem exhortationibus, ac concionibus conuertit, idque non per tranſennā, ſed pro operis grauitate adeò, vt ad vnius mercatoris Luſitani conuerſionē quæritans opportunitatem, intenderit Diuus rurſum relictā tendere in Hiſpaniam, poſtmodum ad Indiam rediturus. An non ex operationis intentione plura ſecula cuilibet optabat inſtanti? IESVS

Ioſ. 10.

Naue olim deficiente die clamat, *Sol contra Gabaon ne mouearis*, &c. Stetit itaque Sol in medio cœli, & non feſtinauit occumbere ſpatio vnius diei. Non fuit *ante, & poſtea tā longa dies*, Ioſ. 10.

Auguſt.

Vbi Auguſtin. lib. 2. de Mirab. c. 4. *Sol duos dies in vnum concluſit.* Quónam modo ſine harmoniæ cœleſtis perturbatione Sol potuerit duos dies in vnum concludere? An quia Dominus dedit IESV Naue vna die tot opera gerere, tot hoſtes comminuere, ac ſi vno ac altero die dimicaret? Aliquis innuit Interpres, quod non probarim, Scriptura aſſerente, *Non feſtinauit occumbere ſpatio vnius diei.* At obiiciens menti opera Xauerij excitata tam exiguo dierum curriculo, cogor affirmare à IESV Domino accepiſſe plures annos in diem vnum quemque concludere, ad Gentiles vincendos, ad peccatores virtuti litandos.

7. *Tot facinora IESV potius, quàm Ieſuitæ Xauierio tribuenda.* Hieron.

Porrò non pugnabat Xauier, ſed IESVS. Nec enim homo poſſet tot tam exiguo tempore victorias perficere. Vnde Hieronymus ad Pſalm. 66. *Gratias* (inquit) *agamus Duci noſtro IESV, illo enim duce, illo pugnante, nos vincimus. Ille imperauit Soli, vt ſtaret, & ſtetit, & iſtius typo Ieſuita ille magnus erat.* Magnus quidem Ieſuita Xauier, ſed ex IESV typo tot perfecit triumphos.

CAPVT II.

Quaſi leo luminibus requieuit apertis, quia vel dormiens luxuriei impugnationem ſuperauit.

Luxuries vel in ſomnis timenda.

PErgit Moſes, *Quaſi leo requieuit.* vbi Lyranus in gloſſ. Mor. *Leo dormit oculis apertis.* ne ſcilicet animante hoſte poſſit ſuperari dormiens, qui excitatus ſyluas aſſolet horrore replere. Non audet luxuries, quæ tot Dauides, ac Sampſones ſuperauerat, ad vigilantem Xauierium accedere pugnatura. Videt Ducem fortiſſimum ſomno veluti Sampſonis vinculis illigari, formidoloſa accedit phantaſiæque cogitationem immittit immundam. Tantam vim ſibi infert Xauier, vt hoſtis horribilis ſuperaret audaciam, vt ſanguinem ex ore emitteret, quaſi è pectore innocenti vulnerato. 8. *Xauier vel cùm dormit, vigilat, ad luxuriei debellationem.* Lyra.

9. *Xauier Abrahamo perfectior dormiens à Chaldæa eduxit phantaſiam.* Geneſ. 12. Chryſoſt.

Abræ Dominus, *Egredere de terra tua, & de congnatione tua*, &c. *Egreſſus eſt itaque Abram, ſicut præceperat ei Dominus, & iuit cum eo Loth. Tulitque Sarai vxorem ſuam*, Geneſ. 12. Vbi D. Cyrillus Alex. contemplatur in Chaldæa luxuriei voluptates, addens Sarai ſignificare cogitationem, Lothque phantaſiam innuere. Patriarcha ergo tam perfectè à voluptatum igne receſſit, vt nec cogitatione delinqueret, nec phantaſia ſine crimine fœdaretur. *Ex vita ſummè mundana, & peccatis obnoxia tranſij ad aliud vitæ inſtitutum; nihil ex iis, quæ ſua ſunt, relinquens retro, non cogitationem, non phantaſiā.* Quid mirum, perfectum Abram vigilem à Chaldæa omnino recedere? Profectò id me in admirationem abripit, dormientem Xauierium tam perfectè à libidinis fornace liberari, vt non ſolùm cogitationem repreſſerit, ſed inculpabili phantaſiæ habenas laxarit.

10. *Perfectiſſimos ſuperat, dum phantaſiam præcingit.*

Fortiſſimi quinque caſtitatis cultores cogitationes cum operibus conſtringunt: inculpatam nullus planè phantaſiam. Xauier autē non ſolùm lumbos accingit, ſed & pectus: opera vtrique & cogitationes. O fortiſſimū pugnatorem caput ſimul præcingentem ex inculpabilis phantaſiæ conſtrictione! Angelus Danieli apparuit *accinctus renibus*, cap. 10. Ioannes autem Dan. 10. Apoc. 1.

vidit

vidit Angelum præcinctum ad mamillas zona aurea, Apocalypſ. 1. Ille quidem Angelicam Sanctorum antiquorum legis naturalis, & ſcriptæ innuit puritatem; hic autem Procerum legis nouæ caſtimoniam indicant, profante Richardo Victorino, *In veteri Teſtamento viſus eſt Angelus cinctus renibus, quia ibi carnis opera expreſſius prohibebantur. In nouo viſus eſt Angelus præcinctus ad mamillas, quia nunc vel ipſæ cogitationes illicitæ refrenantur.* Non licuit antiquæ legis cultoribus illicitis cogitationibus fœdari, ſed expreſſius nouæ legis alumni ſpeciali præcepto conſtringuntur à prauis cogitationibus abſtinere. Ergo perfectiſſima nouæ legis dogmata implebit, qui & opera & cogitationes illicitas compreſſerit. Porrò Xauier dum curat vel inculpabilem phantaſiam comprimere, videtur planè ſuper legalis perfectionis verticem auolare.

Richard. Victor. *Inculpabilē phantaſiam ſolus dormiens Xauier præcinxit.*

11\. Dubitabo ne iam Xauierium meum pleno ore Angelum appellare? Imò pluſquam Angelum, quia ſi Angelus vnus accingitur renibus, alter autem ad mamillas præcingitur, Xauierij caput, ſeu phantaſia conſtricta exponitur. *Vidi* (inquit Ioannes) *alterum Angelum fortem deſcendentem de cœlo, amictum nube, & Iris in capite eius, & facies eius erat ſicut Sol, & pedes eius tanquam columna ignis, & habebat in manu ſua libellum apertum: & poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare*, Apocalypſ. 10. En Xauierium amictum nube ob miram profectionis ſuæ celeritatem. Cuius Sol facies ad reuelationem Gentium. Geſtat Euangelij libellum. Columnas loco pedum oſtentat, qui profecturus ingreditur pelagus, quia ad tot leucarum immenſum ſpatium percurrendum pedum robore indiget inaudito. At cur in Angeli huiuſce capite Iris fulgentiſſimus exponitur? An vt Euangelicæ pacis gloriam euulget? An vt tot victoriarum iam coronam oſtentet? Vt reſpondeam aptiùs argumento Periandri Græci do Iridis elogium. *Poſt tempeſtatis diræ horrorem, æthera Iridis pulcherrima vitta cingebantur.* Iris eſt vinculum? Igitur Angelus Xauier ad caput accinctus obiicitur: *Et Iris in capite eius.* Quia ſcilicet pluſquam Angelus (ſic profari liceat) non ſolùm opera premit, non ſolùm cogitationes illicitas præcingit, quod perfecti quique præſtant; ſed & inculpabilem phantaſiam conſtringere ſtudet, vel dum ab omni ſtudio abſtractus eſſe videbatur.

Et pluſquā Angelus præcingens caput, dum Angelus ad mamillas præcinctus apparet? Apoc 10.

Periandr.

C A P V T III.

Requieuit vt leo, dum luminibus apertis, contemplationi ita addicitur, ac ſi proximorum acquiſitioni non ſtuderet.

Aſſero, orare, idem eſſe ac dimicare, & vincere.

12\. Q*Vaſi leo requieuit.* Miror planè, tot Xauierium circa proximorum ſalutem perfeciſſe victorias, tempore tam exiguo, qui huiuſce temporis portionem orationi, ac meditationi litaret. Vbi quidem ſic ſpiritus arripiebat corporis actiones, vt non poſſet ad exteriora miniſteria recurrere. Orantem Patrem ſocius

Xauierij orā contemplationi ſtudium.

monet inſtare negotij cuiuſdam opportunitatem. Egreſſus è cubili pergit ad miniſterium; ſed tot raptus adhuc morulis vtitur, vt Sol, qui exoriens eum vidit orantem recedens reliquerit dulciſſimo contemplationis ſomno correptum. Inſtat ſocius ſæpe curans excitare, cui Diuus reſpondet, iam mi frater, iam pergimus. Demum monente illo, diem iam terminatum, concludit Xauierius, diem hanc totam ſibi Dominus addixit: altera, dante ipſo, proximo illuceſcet.

Audiui orantem Patrem non ſemel conclamare, *Satis eſt Domine, ſatis eſt.* An non hæ Marthæ querelæ curantis, vt contemplatione Mariæ relicta, ad proximorum miniſteria Diuus accurat? *Domine*, (ait ſoror Mariæ) *non eſt tibi curæ, quòd ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare. Dic ergo illi, vt me adiuuet*, Luc. 10. Queritur proximorum miniſterium, quòd Xauier contemplationi diu hæreſcens, non ſemper diluendis, ac inſtruendis Gentilibus curam expediat. D. Bernardus ait, *Felix domus, vbi de Maria Martha conqueritur.* Quare felix? Quia ipſum illud plus orationi tempus impendere, plus operari eſt. 13.

Illud: Satis eſt Domine, ſatis eſt; Marthæ, ſeu proximorum miniſterij eſt querela: Luc. 10.

Bernard. *Felix domus ſemper orātis, quia ſēper acquirit victorias.*

Dum orat Xauier, hoſtes debellantur, Indi conuertuntur. *Qui docet* (ait Dauid) *manus meas ad prælium, digitos meos ad bellum*, Pſalm. 143. Docétne oratio manus ad futura prælia? Minimè, ſed dum leuo ad orationem manus ſimul ad victoriam exero. Pulchrè Hieronymus, *Dum leuauerimus manus noſtras, orationes noſtræ arma ſunt contra diabolum.* Non dixit, *Poſtquam*, ſed, *Dum leuauerimus arma, ſunt orationes.* quia illud ipſum orare, iam dimicare eſt, iam eſt hoſtem comminuere. 14.

Dum Xauier orat, dimicat, & vincit, ſeu Indos conuertit. Pſ. 43. Hieron.

Ideo Dominus Marthæ reſpondit, *Porrò vnum eſt neceſſarium*, Luc. 10. Quónam modo vnum, ſi tenetur Euangelij miniſter & ſibi vacare, & proximo occurrere? Certè vnum neceſſarium eſt, id eſt, orationi ſtudere; quia dum oras, dimicas: dum preces profundis, aduerſarius ſuperatur, proximus reducitur. 15.

Ideo vnum, id eſt orare, neceſſarium eſt; quia qui orat vincit. Luc. 10.

Moyſes Iudæ fortiſſimo bellatori benedicens, fatur: *Audi Domine vocem Iudæ, & ad proximum ſuum introduc eum*, Deut. 33. Cur non dixit: Audi vocem Iudæ orantis, & robora poſtmodum pugnantis brachia, vt ad populum victorem introducas? Quia audiens vocem orantis fortitudinem dimicantis videt, & gloriam vincentis. Orare etenim, iam vincere eſt. Oleaſter, *Ne glorietur fortis in fortitudine ſua, ſed ſciat, plus precibus eſſe bellandum.* Ideo Xauier diu orationi inſtans, nullam actionis prætermittit opportunitatem; quia contemplatio eius pugna erat, & victoria. In morem enim Iacobi, orando dimicabat, precando vincebat, introductus ad populum proximorum. 16.

Xauier, inſtar Iudæ, orans dimicat, & triūphum agit introductus ad populum proximorū. Deut. 33. Oleaſt.

* * *

CAPVT IV.

Requieuit vt leo, quia Xauierij occumbentis mors potiùs vita eſt appellanda.

Si quidem virgines minimè moriuntur.

16. *Corporis Xauierij incorruptibilitas.* Lyran.

Q*Vaſi leo requieuit.* Ad Iesv vitalem mortem Lyranus locum allicit. Xauier, Leonis in morem, apertis oculis occubuit. Contemplare, quæſo, Diuî mortem dulciſſimo ſomno comparandam, aſpice poſt tot calcis viuacis commiſtionem cadaueris incorruptibilitatem. Vide ſanguinis viuî profluxionem poſt tot menſes, & cùm ſudariolum à facie abſtrahitur, & cùm corpus ſacratiſſimum ex arca viliori in pulcherrimum, præ diuerſque receptaculum transfertur. Recole Phyſicorum teſtimonia de incorruptibilitate mira cadaueris. Num non aſſerere cogeris Xauierium vita functum adhuc inter viuentes adnumerandum? Quid mirum, inter mortuos liberum commorari, qui tam ineffabili virginitate floruit?

17. *Virgo Xauier verus Eleazar, nō moritur.* Iudic. 6.

Profectò virgines minimè moriuntur. *Humiliatus eſt valde Iſraël in conſpectu Madian, & clamauit ad Dominum poſtulans auxilium contra Madianitas, qui miſit ad eos virum Prophetam, qui dixit ad eos*, &c. Iudic. 6. Quiſnam hic Propheta? Hebræi reſpondent Phineem eſſe. Hinc exoritur difficultas. Phinées Moyſis tempore vixit. Quónam modo ergo potuit ad illa vſque tempora perdurare? Porrò Phinees zelator pudicitiæ, qui mœchis mortem intulit, vel moriens non poterat quodammodo mori. Vnde prudenter ſibi Hebræi perſuadebant, caſtitatis amatorem, ac vindicem mori non poſſe: ſed ſemper ad ſuorum protectionem expectare ſuperſtitem. Xauier laborantibus Indis poſt obitum ſæpè ſuccurrit, ac viſus eſt Phinees in morem, eis opitulari: id quod hodie Chriſticolæ experiuntur. Qui potuit Xauier vſque ad hæc tempora perdurare? Non mihi perſuadeo virginem tam Angelicæ puritatis cultorem mori potuiſſe.

18. *Angelus Xauier mori non poteſt.* Iudic. 6. Auguſt.

D. Auguſtinus *quæſt.* 31. propendit, vt exiſtimet hunc Prophetam fuiſſe Angelum, qui mox apparuit Gedeoni: *Venit autem Angelus Domini, & ſedit ſub quercu*, ibid. Quamuis ſubdubitet, quòd Angeli in Scriptura viri quidem ſæpe dicantur, Prophetæ nunquam. Quare veroſimilius eſt hominem extitiſſe, vt aſſerunt Abulenſis, & alij. Profectò cùm videritis ô Indi, ô Iaponi, ô Sinæ Xauerium poſt oblitum terra, marique vobis laborantibus ſuccurrentem, ſuper vndas volitantem, hoſtium exercitum interimentem, vir eſt quidem, ſed ex Angelica virginitate immortalis.

19. *Virginitatis cultor Xauier, in morē Elia poſt mortem operatur, ac ſi in paradiſo ſuperſtes aſſeruaretur.* Damian. Num. 25.

Putat Petrus Damian. *epiſtol.* 11. *cap.* 2. Phineem viuere adhuc. *Ecce* (ait Dominus) *do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipſi, quàm ſemini eius pactum Sacerdotij ſempiternum.* Num. 25. Ad quæ Cardinalis, Pacem ſui fœderis Dominus illi dedit, quia ſedata omnis carnis moleſtia, viuere illum vſque in finem mundi conſtituit. Quare? *Iure ergo* (addit) *quia mœchis repentinam intulit mortem annoſa vita fortitus eſt longitudinem.* Exiſtimat Pater illum eſſe Eliam in paradiſo commorantem. Incertam tamen, & paradoxam (tanti viri venia) reputem cum Abulenſi *in* 1. *Paral. quæſt.* 11. & Cornelio. Quid autem caſtitatis cultorem, ô Damiane, arbitraris Eliam ex diuturnitate vitæ? Phinees ſit, & adhuc ſuperſtes aſſeratur; nam qui caſtitatem coluit, quónam modo mori potuiſſet? Viuit Xauier poſt obitum tam egregius cultor virginitatis. Aabul. Cornel.

20. *Certamen calcis cū cadauere Xauierij, & Diui victoria.*

Ad certamen calx ſingulare aduocatur cum Xauierij corpore aſſumendum. Curat Didacus Pereira Diuî cadauer ſepeliri, magna vi abſumentis calcis immiſſa, vti poſt plures menſes poſſet nuda oſſa ad Indiam aſportari nauigio faciliùs oneris imminutione. Attamen calx victa, ac fame preſſa manſit, corpore incorrupto proſiliente. Et quandónam virgo immortalis non eſt? Zacharias, *Vinum germinans virgines*, cap. 2. Alij, *Immortales.* D. Hieronymus, *In quibus virginibus mortalitas cum immortalitate deſcendit* pugnatura planè. Calx & membra Xauier dimicant, ſed vincit virginitatis gloria immortalis: *Quaſi leo requieuit.* Zach. Hieron.

CAPVT V.

In ditione Xauierij Moyſes erat repoſitus ob ineffabilium miraculorum multiplicationem.

Aſſero, Diuos vitâ functos nunquam non operari, ſeu filios ſpiritu generando, ſiue excitando mirabilia.

21. *Præcinctus Xauier ad progignendū ſpirituales filios.* Vatabl. Strab. Ioan. 2.

E*T vidit principatum ſuum*, (demum Moyſes) *quòd in parte ſua Doctor eſſet repoſitus.* Vatablus, *Sibi proſpexit, quòd illuc eſſet portio legiſlatoris laqueati*, ſeu *præcincti*, ad ſpiritualem fidelium generationem, ſeu admirabilium nouorum planè excitationem. Ait Strabus, *Doctor eſt repoſitus. id eſt, occultus, dum ſcribit leges ſuas in cordibus fidelium. Vnde ait Ioan.* 2. *Vos vnctionem habetis à Sancto.* Poſt obitum Xauierius edocet Indos, inſtruit Iaponios, Sinas conuertit, ſpirituque filios innumerabiles progignit. Aſſeritur Xauierium viuentem duodecim ferè centena millia filiorum ſpiritualium procreaſſe. Certè poſt obitum Eccleſia America nunquam ceſſauit à partu, Xauierio parente. Vnde exiſtimo numerum poſt diſceſſum Patris primum numerum ſuperare. Teſtor Sinas poſt obitum Xauierij eius Diſcipulorum doctrina ad fidem adductos. *Occultus* inibi Xauier *Doctor laqueatus.*

22. *Innumerabiles filij Xauierū vita functi.* Apoc. 7.

Et audiui (Ioannes ait) *numerum ſignatorum centum quadraginta quatuor millia ſignati ex omni Tribu filiorum Iſraël*, &c. *Poſt hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus Gentibus*, Apocal. 7. Vbi quærit Origenes, quónam modo Patriarchis duodecim æqualis ille numerus filiorum prædeſtinatorum tribuatur: *Duodecim millia ſignati?* Et reſpondet Patriarchas poſt obitum ſemper in ſuperis manentes illi ſpirituali generationi operam expedire. Vndénam autem Gentilium potuit innumerabilis cœtus filiorū prædeſtinatorum quidē oſtentari, niſi quia eorum P. Xauierius

rius ſemper ſtudet fideles Americos producere. Viuens ergo numerum prædeſtinatorum, &c. Iſraëlis duodecim Tribubus ſuperauit, vitâ autem functus innumerabilem filiorum cœtum exponit, ſemper Paterfamilias. de quo alibi.

Xauier quaſi Deus omnipotens ad miraculorũ excitationẽ. Exod. 4.

23. Aliter expendo locum, *Doctor eſt repoſitus, qui fuit cum Principibus. Qui fuit?* Equidem Xauier verè *erat* quodammodo, Dei æmulator, de quo textus, *Qui eſt miſit me ad vos,* Exod. 4. Porrò Moyſes gerens Dei vicarium, iuxta illud: *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis, fuit*, quia Deus eſt. Qui eſt miſit me. *Qui fuit cum Principibus.* Vidit ergo Xauier Gadita præcinctus, *quòd in parte ſua Doctor eſſet repoſitus*, nempe Moyſes, *qui fuit.* Vndénam Moyſes Deus à Domino appellatus eſt? Aſſerunt Doctores ex poteſtate ad miraculorum patrationem. Deo quidem omnia miracula tribuuntur, de quibus Chriſtus, *Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis*, Marc. vlt. Attamen miracula illa, quæ ex nimia difficultate, vel potiùs celſitudine, videntur implicationem importare, (v. g. Euchariſtia, vbi Chriſtus eſt totus in toto, & totus qualibet in particula,) ſpeciali iure Numini omnipotenti tribuuntur. Quare Angelicus Doctor aſſerit Euchariſtiæ mirum ad Dei omnipotentiam ſpecialiſſimè pertinere, articulóque illo exprimi: *Credo in Deum Patrem omnipotentem.*

Marc. vlt.

Thom.

Miracula excitauit, quæ contradictionẽ inuoluere videbantur.

24. Xauier itaque ſe Deum quodammodo oſtendit, *qui fuit*, innumerabilia miracula patrans, ſed præcipuè aliqua excitans, quæ videntur implicationem annotare. Quaſi vulgus quidem miraculorum Xauierij erant, aureos nummos inopi erogare, cùm vacuus omninò eſſet, vacuum vas oleo plenum reddere poſtulanti, viginti ſupra quinque mortuos ſuſcitare, puerum contactu ſuo mundare leproſum, ingentem trabem veluti arundinem amouere, vt locum cederet fugienti; à cancro Chriſti ſuffixi imaginem accipere in diſtanti littore, quam ſedaturus pelagus immiſerat in vndas; peſtem comprimere, baculo puerorum miniſterio dæmones abigere, Badagarum exercitum ſolo aſpectu fugare, Acenorum claſſem obruere precibus, ô Tolanos à fide recedentes ſulphureo igne obruere, tempeſtate iactatos requie donare, pelago inambulare, nauem debilem aduersùs ventorum ac vndarum inſultus roborare, dum fortes obruuntur; idolorum ligare vim, diabolo obmuteſcente: fugare dæmones, domos conflagrantes ab incendio liberare, quinque diebus naufragio actum amicum per maria humeris deportare ad littus: puerum ſuffocatum è puteo extrahere, aquas pelagi condire dulcedine, vt poſſit epotari, & id generis innumerabilia, quæ prætermitto. Certè nonnulla eius miracula, quodammodo implicationem innuebant. Viri Deifici omnipotentiam commendare ampliùs videbantur. Diuerſis in locis eodem tempore Xauerius exiſtit. An non à Philoſophis impoſſibile aſſeritur, quia qui diſſidet à ſe ipſo, haud poteſt in ſe ipſo manere? Xauerij nomine Sol è Occaſu in Orientem recurrit. IESV nominis virtute olim Sol conſtitit: *Nõ mouearis. Steterúnque Sol, & Luna*, Ioſ. 10. Præcelſioris virtutis documentum eſt, ſolem ad locum natiuitatis remeaſſe nunc, quàm olim conſtitiſſe. Tunc ſuſpendi Aſtra coëgit, nunc omnium curſum diſturbauit. *Quid eſt tibi mare, quòd fugiſti, & tu Iordanis, quia conuerſus es retrorſum? A facie Domini.* Omnipotentis Numinis arguitur præſentia, cùm pergens ad pelagus flumen locum repetiit natalitium. Quid Solis recurſus?

Diuerſis in locis ſimul extitit.

Sol in orientem ex occaſu recurrit. Ioſ. 10.

25. Lampades aqua immiſſa velut oleo infuſo ſubitò ſuccenduntur apud Xauerij ſepulchrum. Magnum eſſet miraculum, aquam in oleum eſſe mutatam, veluti in nuptiis Canæ aqua in merum. At aquæ natura perſiſtente, pabulum lampadi miniſtrari, admirabilius, ac veluti implicatorium prodigium eſt. Dominus Mariæ poſtulanti ex D. Maximi ſententia, vt aqua meri præſtaret effectus, reſpondit, *Nondum venit hora*, Ioan. 2. id eſt, noua hæc miraculorum ratio Xauierio Diſcipulo reſeruantur, qui maiora hiſce operaturus eſt, iuxta illud: *Et maiora horum faciet*, barbarorum quidem admiratione, qui aquam lampadibus immittent: & Trauancoris accolis, quibus aſpectantibus ſubitò aqua flammam emittet.

Aqua lampades ardẽt, tanquam oleo.

Ioan. 2.

26. Cùm vnico idiomate loqueretur, à diuerſarum nationum, & linguarum cultoribus intelligitur. De pluribus interrogatus diuerſis admodum vnica reſponſione ſatisfacit. Tria Martha querula requirebat; *Non eſt tibi curæ, quòd ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? dic ergo illi, vt me adiuuet.* Cur ſororem non dimitteret ad ei auxilium præſtandum? Cur ſoror otioſa maneret? Cur Martha ipſa ſola inſudans labori relinquebatur? Porrò Chriſtus ait, *Martha, Martha, ſollicita es, & turbaris erga plurima, porrò vnum eſt neceſſarium, Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea*, Luc. 10. Vbi Toletus, *Reſpondet Dominus ad tria. Ad primum quidem, Martha, Martha,* &c. *Secundò reſpondet querelæ Marthæ cõtra ſororem, Maria optimam partem,* &c. *Vltimo loco reſpondet Dominus ad petitionem Marthæ, quæ non auferetur ab ea.* Cur vna reſponſione Dominus triplici quæſtioni ſatis non fecit? Certè, quia tam admiranda, ac quaſi implicatoriæ quæſtiones ſoluendi ratio Xauierio tam auguſtam Eccleſiæ, fideique cauſam acturo erat reſeruanda.

Vnica lingua locutus à cunctis diuerſis idiomatis intelligitur. Vnica reſponſione pluribus ſatisfacit quæſtionibus.

Luc. 10.

Tolet.

27. Loquentibus Apoſtolis variis linguis à linguarum earumce hominibus audiebantur. *Et cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis. Facta autem hac voce, conuenit multitudo, & mente confuſa eſt, quoniam audiebat vnuſquiſque lingua ſua illos loquentes*, Act. 2. Vbi Caietanus, *Tam ex textu illo: Cœperunt loqui variis, ſeu aliis linguis; quàm ex hoc: Loquentes lingua vniuſcuiuſque, ſoluitur quæſtio illa antiqua, An Apoſtolus loqueretur vna lingua, quæ intelligatur ab vnoquoque aliarum linguarum? An vnuſquiſque loqueretur propria cuiuſque lingua, nunc hac, nunc illa? Vterque enim textus clarè affirmat hanc ſecundam partem, dicendo, quòd loquebantur aliis, ſeu variis linguis.* Magnum profectò fuit, Apoſtolum variis linguis vtentem à variis nationum accolis intelligi. Sed maius prorſus eſſet Apoſtolum vna lingua vtentem à cunctis diuerſarum linguarum exaudiri, ac percipi. Id plane Apoſtolo Xauierio reſeruatur, cui vni maior erat orbis tradendus.

Haud datũ Apoſtolis vna lingua loqui, quæ à diuerſa linguâ nationibus intelligeretur. Vni Xauierio reſeruatum.

Act. 2.

Caietan.

28. *Ex Gadita Xauierij accinctione Iesv gloria.* Oleaſt.

Recurro ad vaticinij initium: *Benedictus Gad.* Oleaſter, *Benedictus Deus, qui fecit dilatari Gad accinctum, & claritatem habere in numeroſa Tribu, & fortis extenſione.* Ex conſtrictione quidem Gaditæ Xauierij Principis, ſeu Apoſtoli Indorum ac Iaponiorum, in Iesvm immittentem augusta gloria refunditur. *Coma tua ſicut purpura Regis vincta canalibus*, Cant. 6. LXX. *Coma illius purpura, Rex ligatus.* Xauierius ex Regio ortus ſanguine verior Princeps ex pelagi tranſcurſione, ligatus vbique ex laborum ſuſtinentia, præcinctus ad tot victorias comparandas, ad tot tantáque excitanda facinora, patranda miracula gloriam Iesv præparat immittenti. Ieſuitam enim tribulationibus illigati idem eſt, ac Dei gloriæ currum triumphalem conſtruere. Hebraïcum verbum, quo vincta, ſeu ligata purpura, ſeu Rex annotatur, *Argaman* eſt; ex quatuor literis compoſitum, velut illud: S. P. Q. R. *Senatus, Populúſque Romanus.* Innuunt autem quatuor Angelorum nomina, *Michaël, Gabriel, Raphaël*, & *Vriel*, quatuor quidem animantia, quæ Ezechielis currum Dei gloriam inuehentem. Dum igitur Rex Xauier tot laboribus, ac tribulationibus, tot geſtis alligatus obiicitur Dei, gloriæ currum triumphale conſtruit, vt acclamantes inſequamur: *Benedictus Deus, qui fecit dilatare Gad præcinctum.*

Cant 6.

Observat. II.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Xauier continuæ mortificationis cingulo illigatur, vt tot poſſet velociſſimè perficere profectiones, tot tranare maria, ad tot peregrina Regna auolare.

Etenim mortificationis laqueus homines effecit expeditiores.

29. *Ne fugias à via difficili, laqueo laborū aſſueſce.* Marc. vlt.

Mortificationis exercitamento iubet Dominus accingi Diſcipulos, quos in mundum vniuerſum concionaturos immittit. *Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ*, Marc. vlt. Igitur cingulo mortificationis conſtringendi erant, quia mortificationis laqueus homines efficit expeditos ad itinera perficienda.

30. *Conſtrictio Xauierij ad itinera perficienda, ſeu mortificationis exercitia.*

Xauier adoleſcentes ſocios ſæcularis velocitate vincens femora vinculis tam arctè illigauit, vt exitiali vulnere aſpectato, deſperantibus chirurgis, ſocij cœleſtem accurrerent ad Medicum, qui diuinitus confractis vinculis, Diuum reſtituit ſanitati. O Pater, cur illigaris compedibus, qui giganteo curſu innumerabilium leucarum ſpatia ineunda es immittendus? Quia velociùs currit, qui mortificationis exercitamentis arctiùs alligatur. Comminuuntur femorum vincula? Non deerunt laquei, quibus conſtringi valeam. Apud Indos omnino à carnibus abſtinebo, nec vinum exhauriam, nec triticum panem manducabo, ſingulæ hebdomadæ me ieiunantem ter videbunt, inueteratis, vilibúſque veſtimentis vtar, humi cubabo, ferreis catenulis flagellabor. Quid ſi non valeas currere? Saltabo, volabo. Neceſſaria mihi arctiſſima conſtrictio, quia multa, ac longa me itinera expectant, apud Indos, Iaponios, Sinas. Iaponienſis orbis triginta & octo Regna à me præparat diluenda. Vocat Goa, Malabarenſis Prouincia, Piſcatoria littora, Malaca, Mogoris magni Regnum, Inſulæ Philippicæ, duodecim mille leucas perficiam. Ad tot itinera perſoluenda arctiſſimum cingulum neceſſarium eſt.

Rurſum Angeli illius pergentis ad Gentiles, ex Alcaſaris mente, habitum contemplabor. *Vidi alium Angelum fortem amictum nube, & pedes eius tanquam columna ignis, & habebat in manu ſua libellum apertum, & poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare*, Apoc. 10. Nube Xauier amictus oſtenditur, ſeu vapore, ſiue potiùs nudus obiicitur, ea apud Gentiles indumenta ſumpturus, quæ ad eorum conuerſionem magis opportuna viſebuntur. Iam enim Apoſtolici Nuncij grauitatem induit; iam vt vulgari amictu noctu cymbalo monente, ad Purgatorij incolas ſuffragia precatur impendi; iam velut miniſter equitantis herum præcedit ea ſolùm mercede, vt poſſit ad Iaponienſem vrbem accedere, proximos ad fidem adducturus. Tam velociter progreditur Angelico curſu, vt quaſi primo greſſu medium proſiliat in pelagus. Preme, quæſo, illa verba: *& pedes eius tanquam columna ignis*, quo quidem mortificationis vincula deſignantur. Xauier ergo pelagi non pergit ad aquas prius quàm igneis mortificationis vinculis conſtringatur. 31.

Xauierij pedes prius igne mortificationis illigantur, quā pergant ad aquas.

Apoc 10.

Aptè Dauid confirmat cogitationem. *Tranſiuimus per ignem, & eduxiſti nos in refrigerium*, Pſalm. 65. Prius pedes igne mortificationis ſuccenduntur, quàm pergant ad aquas Indica expeditione. Angeli pedes priùs igne cruciantur, mox ad aquas deferuntur. Auguſtinus, *Noli feſtinare ad aquam, per ignem ad aquam tranſi, vt tranſeas & aquam.* Quónam modo Xauier deferretur immenſi pelagi ad vndas, ſi igneis mortificationis vinculis alligatus non eſſet? 32.

Pergit ad ignem, ad aquas pelagi tranſiturus.

Pſalm. 65.

Auguſt.

Habitus currentis velociter illigatio eſt. De Gad ſuperiùs dicebam, *& vidit Principatum ſuum, quod in parte ſua Doctor eſſet repoſitus, qui fuit cum Principibus Iſraël*, Deuter. 33. Vbi Vatablus, *Sibi proſpexit, quòd illuc eſſet portio legiſlatoris laqueati, qui fuit Dux Iſraël.* Ac ſi diceret, Curauit iuxta nominis ſui ſignificationem, (*Accinctus*,) ſibi proſpicere exemplo Moyſis, qui vt eſſet Dux Iſraël, & quadraginta annis tot perficeret itinera laqueatus mortificationis exercitio inceſſit. Ne ſcilicet vi exuſtus ignis perſecutionum, laborum, concertationum à via recederet. Alligauit Abraham Iſaacum, eum Domino litaturus. Quare? Ambroſius, *Ne refugeret vi ignis exuſtus.* Refugeret Moyſes, refugeret Gad, Xauier refugeret vi ignis laborum exuſtus, ſi laqueo non eſſet aſſuetus ob mortificationis exercitia. 33.

Moyſes laqueatus inceſſit, ne ob difficultates aufugeret, itinere non perfecto.

Deut. 33.

Vatabl.

Ambroſ.

Gen. 22.

E ſepulchro prodiit Lazarus, *ligatus manus, & pedes inſtitis*, Ioann. 11. Non ambulas, 34.

Lazarus vt

longum iter perficiat, à morte ſcilicet in vitā, alligatus incedit: vt quieſcat, ſoluitur. Ioan. 11.

bulat, ſed exilit, typum gerens ex mente Baſilij eius, qui ad Dei properat obſequia. Cur, ô Domine, currentem non ſoluis, vincula comminue, vt velociùs curſum perficiat. Ita ne? *Soluite eum, & ſinite abire.* Quónam abibit, qui propria manebat in domo? Profectò à loco ſepulchri in ſordorum ipſiúſque domicilium. Qui tam exiguam viam eſt perfecturus vno, aut altero greſſu, ſoluatur. At qui longiſſimo itineri ſe dediturus eſt, nempe procedendo à morte in vitam, alligatus incedat. Mihi aſſumenda proceſſio à vita in mortem, pergendum mihi ad aquas, vt naui ſine velis, & remigio ad Marſiliam appellam. Ergo ô Lazare, mortificationis rurſum vinculis illigare.

35. *Claudus illigatus es labore, poteſt currere ſicut ceruus.* Iſa. 35. Plin.

Et erit, (ait Iſaias,) *ſicut ceruus, claudus*, cap. 35. Vndénam tanta claudo velocitas? Certè ex laqueis laboris, quibus implicatus, non iam ambulabit, ſed proſiliet. Aptè autem *ſicut ſeruus*, de quo Plinius aſſerit, pedes graminum laqueis implicare, cùm velociſſimum paratur ad curſum.

36. *Dominus ſicut ceruus colles tranſilit, ac ſalit in montibus, quia moleſtiis humanitatis alligatus venit.* Cant. 2. Pſalm 92.

Sic Dominus cucurrit. *Ecce iſte venit ſaliens in montibus, & tranſiliens colles. Similis eſt dilectus capræ, hinnulóque ceruorum*, Cant. 2. Cur exiſtimas dilectum cerui velociſſimi in morem in montibus ſalere, colléſque tranſilire? Quia illigatus incedit. Dauid, *Indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe*, Pſalm. 92. Ex Patrum mente Chriſtus humanitatis moleſtiis præcingitur: vt ſcilicet, cerui in morem, illigatus ſaliat. Quid mirum, Xauierium tot itinera tam velociter perfeciſſe, ſi *ceruus emiſſus* ab Ignatio in Americam ſolo Breuiarij præſidio, ac ſubſidio pelagi perrexit ad aquas, alligatus vtique perpetuæ mortificationis compedibus?

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Accinctus eſt Xauier, ſeu expeditus ad cuncta Euangelij miniſteria, & officia obeunda: in cunctis tantam dexteritatem oſtentans, ac ſi vni ſolummodò eſſet addictus.

Rarus planè, qui ad plura diuerſa munia aptus exponitur.

37. Accincti, ſeu præparati exhibentur Apoſtoli ad quælibet Euangelij munia præſtanda, iuxta Domini præſcriptionem; qui quidem miniſtrorum perpendens aptitudinem, ſingulos ſingulis accommodat miniſteriis; ne intenti pluribus minor ſit ad ſingula ſenſus. Aiebat Liuius, *Rarus, qui ad plura diuerſa munia aptus exponitur.*

Liuius.

38. *Dauid citharœdus, fit Pſalmiſta, ne alij incumbens miniſterio, minori exerceret dexteritate.* Beda.

Elegit Dominus Dauidem citharœdum, qui tetros ſpiritus muſica propulſaret. Sed ad quódnam miniſterium elegit? Porrò ad munus Pſalmiſtæ. Beda, *Qualis artifex eſt Spiritus ſanctus. Tetigit puerum citharœdum, & Pſalmiſtam fecit.* Cur non dixit, Et fecit Ducem Iſraël, Iudæ Regem? Quia vt Spiritus ſancti dexteritas ad miniſtrorum electionem oſtendatur, vult Dauidem citharœdum à cunabulis non Regem efficere, ſed Pſalmiſtam, munus non mutando, ſed materiam. Nec ſimul feciſſe eum Principem Beda aſſeruit; quia in dubium ab ignorantibus reuocaretur artificis dexteritas, ſi vni homini varia iniungeret miniſteria. Obeat id munus quod didicerat à cuna. Nec enim ad ſingula facilè quis aptus inuenitur.

39. *Aſtronomi Magi ſemper eidem muneri incumbunt.* Matth. 2. Chryſol.

Aſtronomiæ Magi ſtudium impenderant, electi autem ad Solis ferendum teſtimonium, vni, (ſic diſponente Spiritu ſancto,) Aſtrologiæ inſiſtunt miniſterio. *Vidimus*, aiunt, *Stellam eius in Oriente, & venimus*, Matth. 2. Ad quæ Chryſologus ſerm. 5. in Epiphan. *Quia ſe in cœlo ait cum Aſtris errantibus errasse videt, gaudet in terra, ad Deum ducatu vnius ſyderis perueniſſe.* Cur Deus voluit eidem muneri ſemper addici; contemplati ſydera diu, conuertendi ſequuntur ſtellam, ſolem iuſtitiæ Gentibus manifeſtant? An quia *rarus, qui ad plura diuerſa munia* aptus exponitur? Ita planè.

40. *Apoſtoli nunquam non inſtant expiſcationi.* Matth. 4. Anſelm.

Petro & Andreæ Dominus, *Venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum*, Matth. 4. Cur Diſcipulorum non mutauit officium? Anſelmus, *Secundùm gratiæ electionem electi ſunt ad ſpiritualem piſcationem.* Ac ſi diceret, hæc eſt Dei electio, homines pluribus non addicere miniſteriis, ſed vni facere vt inſiſtant. Semper ſint piſcatores, ne diuerſis vacantes miniſteriis, minorem ſingulis ſenſum adhibeant: *Rarus* enim eſt, *qui ad plura diuerſa munia aptus exponitur.* Vnde prudentiſſimus Pater Societatis Ignatius vt ſupremo Artifici morem gereret, ſociis præſcripſit, ne ex vno officio ad aliud tranſirent, ſed in primo perfici procurarent.

41. *Rariſſimus Xauier pluribus muneribus additur, magnus in cunctis.*

Rara igitur auis in terris Xauier, cui Dominus Artifex ſupremus elegit, vt diuerſa admodum miniſteria obiret, tanta quidem dexteritate, ſingula, ac ſi vnicuique à cunabulis ſtudium impendiſſet. Videbitis Diuum ad itinera, inſtar Raphaëlis, expeditum, nunquam quieſcere, duodecim mille leucas conficere. Idem perpetuo Nuncij Apoſtolici, ac Regij officio fungitur. Idem ſemper noctu munus Sacriſtæ obit, cymbalo pulſato Purgatorio ſuffragia exquirens. Verùm, (vt ad argumentum propiùs accedam,) ſemper Xauierium citharœdum aſpicio meditationi addictum, tot cœleſtibus illuſtrationibus illuſtratum, tam diu apud ſuperos cum Paulo permanens, vt ipſe de proximis ſollicitus, inclamaret: *Satis eſt Domine, ſatis eſt.* Nunquam non eundem contemplor Aſtrologum. Tempeſtates prædicit, ſedat, imperat elementis; ſolem ſiſtere efficit, cœleſtem ignem ad Tolanorum ſupplicium immittit, Principes tenebrarum ſoluit, illigat. O Magiæ cœleſtis cultorem! Simul Patrem adeò piſcationi addictum intueor, vt vnica viri cura eſſe videatur, poſtquam mercator electus omnia diuendidit, vt vnicam acquireret margaritam.

42. *Num viderit Paulum, qui omnia factus eſt omnibus?* 1 Cor. 9. Strab.

An non hæc aptitudo Pauli? *Omnibus*, inquit, *omnia factus ſum, vt omnes lucrifacerem*, 1. Cor. 9. Quid mirum Xauierium effici plura, ſi Paulus homo efficitur *omnia*? Strabus audiendus, *Omnia factus eſt compatientis affectu, omnium malis tanquam ſua eſſent, miſericorditer medicando.* Non omnia, nec plura Paulus, (ſumma quidem dexteritate donatus ad cuncta,) obit munera, vnico Medici officio incumbit, & de Medici pietate affectu omnibus omnia effici curat, non effectu. Vt meo Xauierio, (cuius hodie præconia profero,) reſeruetur omnibus multa effici effectu ad eorum acquiſitionem.

Observat. IV.

Ad illa verba: *Sint lumbi veſtri præcincti.*

Xauierio tam dulcis labor circa proximorum acquiſitionem, vt à contemplationis dulciſſimo ſomno enixè poſtulet excitari, vt proximis ſaluandis curam poſſit expedire.

Ediſcant Euangelij Miniſtri, meditationis requiem dimittere, vt proximos acquirant Saluatori.

43. Lucernæ Euangelij miniſtris ardentes præparantur, ſæpe eis cœleſtium conſolationum fulgor ardens illuceſcit: *In meditatione mea exardeſcit ignis.* At ſimul præcincti oſtentantur, vt mittantur ad proximos: nec poſſit cœleſtis dulcedo eos adeò afficere, vt negligant proximi egentis miniſteria.

44. *Curat Xauier à Deo dimitti, vt ad proximos tendere poſſit.*

Fateor, Xauierium tot cœleſtibus illuſtrationibus affectum, vt tertium cœlum ei Patria videretur exiſtere. At ita proximorum ſalutis cura pungebatur, vt peteret anathema eſſe Chriſto pro fratribus, dum inclamaret, *Satis eſt, Domine, ſatis eſt.* Moraris apud ſuperos, & terricolarum proximorum recordaris? Ineffabile charitatis documentum exhibes.

45. *Petrus curat in gloria dulcedine manere, nec recordatur proximorũ. Xauier petit à loco voluptatum diſſolui.* Matth. 17. Baſil.

Non omnium quidem Sanctorum eſt, pro ſalute proximorum cœleſtium fulgorum dimittere dulcedinem. Qualis amator Petrus? Pater fidelium, imò parentum ſummus Parens, qui ſingulis debet filiis occurrere egentibus. Cùm hic apud Thaboris verticem moraretur, ac cœleſtis fulgoris fungeretur gloria, clamat, *Domine, bonum eſt nos hîc eſſe, faciamus hîc tria tabernacula*, Matth. 17. Vbi pulchrè D. Baſilius ſerm. de Tranſf. *Propter ſpectaculi deſiderium, omnium obliuiſcitur, & loco alligatur, ſuperatus à nimio gaudio.* Adeò ſopotant cunctarum rerum recordationem cœleſtia gaudia, vt vel Pater fidelium ſummus proximorum obliuiſceretur, & loco illi alligaretur, ne pergeret ad vallem lacrymarum. Superatur à nimio gaudio Petrus, ita vt petat ſemper inibi commorari: & Xauier nimio gaudio affectus, poſtulat à loco auelli, vt miſeris ſuccurrat proximis laborantibus. O ineffabilem Diui charitatem!

46. *Iacob Deum dimittere eũ vult, inſtante ipſo Deo, dimiſſionem fieri. Secus Xauier petit ſeparari, Deo renuente.* Gen. 32. Oſeæ 12. Anſelm.

Iacob ad Patriam rediens, *manſit ſolus, & ecce vir luctabatur cum eo vſque mane*, Gen. 32. Aſſerit Oſeas *cap* 12. Oratione, ac contemplatione illud certamen inſtitutum fuiſſe. Porrò Anſelmus affirmat certatim Dei ſuauitatem virum feliciſſimum affeciſſe. *In contemplatione quaſi in luctamine, modò Dei ſuauitas vtcumque complectitur, modò ſuperat, vt non ſentiatur.* Audio quidem Deum inclamantem, *Dimitte me, iam enim aſcendit aurora.* Hominem autem renuentem, *Non dimittam te*, ibid. O bone, tempus eſt iam, contemplationis dulcedinem remittendi, vt proximis valeas pabula præparare. *Non dimittam te.* Clamat familia, filij paruuli petunt panem & non eſt, qui frangat. *Non dimittam te.* An non à Xauierio Iacob vincitur, ſomno dum contemplationis fruebatur. Deus cùm colluctatur, homo dulcedine nimia affectus poſtulat diſſolui concertationem, clamans, *Satis eſt, ſatis eſt*; Deus autem, *Non dimittam te.* Tempus eſt, vt accurram ad proximos. Non tam citò me, Franciſce, dimittas. Fame Indi cruciantur, ſatis eſt. Paululum ſiſte. Crudelitatis incuſabor. *Non dimittam te.* Quàm dulcis Deo Xauierij concertatio, ſi quidem expetit durationem! Quàm ardens viri charitas erga proximos, ſi quidem curat dulcedinem contemplationis cum laboribus miniſterij commutare.

47. *Moleſtum Xauierio affici gloria, præ deſiderio proximorum.*

Cùm audio Parentem meum inclamitantem, *Satis eſt Domine, ſatis eſt*, dubito, num ei fortè nimia cœleſtis conſolationis dulcedo pareret faſtidium? At comperio ideo ei moleſtiſſimam eſſe, quià quo tempore gloria illa fruebatur, proximis egentibus non ſuccurrebat. Vnde videbatur ſibi, poſſe conſolationem illam in laborum catalogo collocari. Labores ſuos recenſet Apoſtolus. *In laboribus plurimis, in carceribus abundantiùs, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter.* Poſt longum autem catalogum tribulationum adnectit, *Veniam autem ad viſiones, & reuelationes. Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim raptum huiuſmodi vſque ad tertium cœlum*, &c. 2. Cor. 11. & 12. (2. Cor. 11. & 12.) An non deberet modeſtiſſimus humilitatis, & abiectionis aſſertor glorioſum illum per ecſtaſim ſilentio inuoluere, ſi ad confuſionem ſuperborum Pſeudo Apoſtolorum, ex Patrum mente ſuos labores recenſere curabat? Profectò acutus Interpres innuit Paulum illius raptus gloriam inter laborum moleſtias adnumeraſſe. *Ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragium feci, ſcio hominem raptum vſque ad tertium cœlum.* Quaſi adnumerandum ſit in laborum catalogo, Apoſtolum diu conſolatione cœleſti fuiſſe affectum, & non potiùs tunc Chriſti prædicationi, Iudæorúmque, ac Gentilium inſtructioni & conuerſioni operam dabat. Sic Xauier in laborum numero collocat tot eſſe cœleſtibus fulgoribus, ac conſolationibus affectum, ac donatum. Naufragio actus non ſemel fui, pericula ſubij latronum, fluminum, in vrbe Iaponenſi ter gladium vidi gutturi adhæreſcere, ſæpè ſæpiùs fui actus opprobriis, nudis pedibus rigentem calcaui niuem fugiens hoſtium pericula, niue meo ſanguine purpurata, ſæpè raptus in paradiſum tamdiu fui cœleſtibus conſolationibus affectus, vt minimè poſſem ſuſtinere, quia tunc ab Indis deſiderabar.

Cùm

48. *Plus laborat Xauier cùm donatur conſolationibus, quàm cùm omnia percurrebat.*

Cùm vides Apoſtolum huc illuc curſitantem, vt occurrat peccatoribus indigentibus, nónne eum laborare exiſtimas? Ita planè. Ergo cùm videris eum ad tertium abripi cœlum, puta etiam laboribus angi: quia à proximis abſtrahitur. Tam affectum moleſtia æſtimo Xauierum cùm afficitur in oratione gaudio, ac cùm curſitat per Iaponiæ vrbes. Accommodo Diuo quod de D. Acholio ſcripſit Ambroſius epiſt. 60. *Vidi*, fateor, *virum*, *vidi illum eſſe in corpore*, *vt extra corpus putarem. Vidi imaginem illius*, *qui ſe ſiue extra corpus*, *ſiue in corpore neſciens*, *raptum ad paradiſum viderat. Ita enim percurrebat omnia ex curſu frequenti*, *Conſtantinopolim*, *Achaiam*, *Epirum*, &c. Preme particulam *ita*. Ac ſi diceret, Eum vidi raptum ad paradiſum; & ita percurrebat omnia curſu frequenti; id eſt, quàm moleſtè omnia percurrebat, tam moleſtè quidem ad cœleſtem conſolationem abripiebatur; quòd videret tunc proximis egentibus non hæreſcere. Ita Paulus; ſed Xauier ampliùs laborat dum quieſcit, ſi quidem petit requiem terminari: *ſatis eſt*. (Ambroſ.)

49. *Xauerio lectus quietis ſpiritualis moleſtus præ deſiderio ſubueniendi proximis.* (Cant. 3. Gilb.)

Proclamat ſponſa, *In lectulo meo per noctes quæſiui*, *quem diligit anima mea*; *quæſiui eum*, *& non inueni. Surgam*, *& circuibo ciuitatem*, Cant. 3. Vbi Gilbertus, *Totum ibi lectulus*, *& nox*, *totum pax*, *& quies. Numquid ſatis eſt? Satis eſt.* Quare vis requiem terminari? Quia cupio per vicos, & plateas in proximis ſponſum requirere. *Amantis* (addit) *anxietas illum dormire vetat*, *vigilias inducit*: *amor de quiete inquietior redditur.* An quietior in vicis, in plateis? Ita quidem quia adſunt proximi laborantes, Indi occurrunt ſacra vnda à me diluendi.

OBSERVAT. V.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Xauier veſtibus vilibus indutus, imò nudus, à Regibus, ac Principibus ſeculi ampliùs honoratur.

Paupertas enim cunctis eſt venerabilis, *quia hominis occultum fulgorem manifeſtat.*

50. IN morem Raphaelis; iubet Dominus Diſcipulos eſſe accinctos itineri. Qui viderit homines peditum viatorum referentes ſpeciem, eos deſpicabiles reputabit. Periander, *Regem non exaltat purpura*, *ſed purpurati mores*, *quos ſeruitus*, *abiectioque aſſolet aperire.* Vidiſti manus viri aut fœminæ chirotheca indutas, eiuſque ruptione adamantis fulgor apparere? ſæpe nuditas viri ſplendidi radios manifeſtat. (Perian.)

51. *Xauier ex nuditate, & ſeruitute aſſidua vilis apparere: ſed non poteſt.*

Præcinxit ſe Xauierius itineri equitantis aliquando ad Dei gloriam, pedes miniſtrator efficitur. Veſtibus ſẽper attritis vſus eſt. Quod cùm à ſociis moneretur; O Pater, recordare te Apoſtolici Nuncij munus obire, decentiori vtere veſtimento. Queis Diuus, operibus quidem veteribus, attritis actionibus munerum auguſtorum fulgor obſcuratur, non veſtibus attritis ac veteribus. Profectò ex vili indumento adeò Pater fuit à ſeculi Principibus honoratus, vt videretur poſſe affectari à quocumque cuperet primas ſedes, Regumque gratiam ambire, & aucupari.

52. *Sẽper nuda paupertas apparuit auguſta.* (Chryſoſt.)

Non eget ſpiritu pauper apparatu, vt dignus reuerentia appareat: nunquam nuda paupertas non apparuit auguſta, D. Chryſoſtomus hom. 47. in Mat. *Quid igitur hoc paupere melius? At non habet equos*, *& currus. Quid verò opus eſt ei*, *qui ſuper nube vehi debet*, *& eſſe cum Chriſto?* Nam cùm nudus apparet, eo ipſo dignus nube exiſtimatur. Vnde idem Doctor hom. 2. in epiſt. ad Hebr. *Oportet pauperes ob paupertatem efferri: & ſibi placere*, *ſi ſibi placere oportet.* Ac ſi diceret, ſi oporteret hominem placere ſibi arroganter ex comparato honore, deberet quidem ſe pauperem, ac nudum exponere. Nazianzenus, *Paupertatem*, *& inopiam exprobrabunt. At iſtæ ſunt diuitiæ meæ. Hac me non ſolùm glorantem*, *ſed arrogantem facit.* (Nazianz.)

53. *Paupertas, & nuditas aperuit in Moyſe Deitatem occultam.* (Ambroſ. 1. Cor. 4.)

Moyſi Deus: *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis*, Exod. 7. Quónam modo, & quandónam Moyſes Deus Pharaonis fuit conſtiturus? Porrò cùm Moyſes veſtimenta Regalia contempſit, induitque Chriſti nuditatem: tunc Deus conſtituitur Regis Ægypti, id eſt, factus eſt Principi venerabilis. Ambroſius ad illud Pauli *Vſque ad hanc horam & eſurimus*, *& nudi ſumus*, 1. Cor. 4. *Moyſes* (inquit) *noluit Rex eſſe*, *cùm poſſet*; *ſed opprobrium Chriſti theſauris Ægypti arbitratus eſt præferendum. Sed fugiendo potentiam*, *potentior factus eſt*; *factus eſt enim in Deum Regi Pharaoni. Rex erat Pharao*, *ſed Deus non erat*, *Moyſes factus eſt illi Deus. Et tu ſi vis peccatoribus eſſe terrori*, *Regibus reuerentiæ*, *contemne*, *quæ ſeculi ſunt*, *& Dominicæ paſſionis nuditatem contende omnibus præferre diuitiis.* Qualis nuditas, quæ Deitatis pretioſum lapidem manifeſtat in paupere? (*Nudus fit Regibus reuerentia.*)

54. *Xauier vt Moyſes ſeruus, & nudus imperat elemẽtis, pro famulo, quẽ non admiſit, natura famulante.* (Chryſoſt.)

Chryſoſtomus hom. Quando Presbyter eſſet deſignatus, tom. 5. *Contemptis illis omnibus*, *ad lutum*, *& laborem opificum ſe contulit*, *& in ſeruorum numero eſſe concupiuit*, *qui Rex erat*, *& Regis filius.* Xauier Regio è ſanguine exortus ſerui amictu cunctis impendebat obſequium, ſemper aliis miniſtrare geſtiens, nunquam permittens miniſtrari. An ideo ab aliquo Procere deſpectus? Reuerſus Moyſes in Ægyptum quaſi Deus, imperaturus elementis: Quónam modo ex veſtium, aut officij vilitate deſpici poſſet? *Hanc ob cauſam* (inquit Doctor) *reuerſus eſt maiore cum dignitate*, *quàm antea gerebat. Siquidem poſt ærumnas peregrè toleratas*, *rediit Regis iam factus Deus*, *ipſoque Rege ſplendidior erat*, *non geſtans diadema*, *nec purpura amictus*, *neque curru vectus aureo*, *ſed vniuerſo illo faſtu conculcato. Reuerſus eſt ſceptrum geſtans*, *quo imperaret non hominibus tantùm*; *ſed & cœlo*, *terra*, *marique*, *aeris*, *& aquarum naturæ*; *in quæcumque enim voluit Moyſes*; *in ea vertebantur elementa*, *& in manibus illius denuo transformabatur creatura*, *quæ non aliter quàm ancilla quædam officioſa conſpicata Heri ſui amicum aduenifſe*, *per omnia parebat*, *perindè ac ipſi Domino.* Quid ad Xauierium (*Xauierij miracula celebrantur in Moyſe.*)

uieritum excogitatius? Curat vili amictu, ſeruili miniſterio dum omnibus miniſtrat, nec famulum ſibi annuit aſſignari, inſtante importunè Comite de Caſtaneda: & cùm à Regibus deſpici poſſet, faſtum ſeculare deſiderantibus fit illis in Deum, proclamante natura obſequente & pro famulo, quem Diuus reiecerat, ſufficiente, fieri ſui amicum aduentaſſe, dum videt cunctis imperitare elementis. Quid hac paupertate, ac nuditate ornatius?

55. *Imitatur Xauier Ieſũ, qui nuditate Deitatis fulgorem manifeſtauit.* Guarr.

Profectò in Ieſu Xauier efficacius, quàm in Moſe, exemplum habuit. Ex nuditate quidem omnium Dominus aſcendens obiicitur Dominus. Aliquando à pueris Propheta illud audiuit improperium: *Aſcende calue, aſcende calue.* Vel pueris notum caluitiem, & nuditatem aſcenſui obnoxiam. Ieſu id accommodat Guarricus *ſerm. 2. in Ramis.* Fantur Iudæi, *Crucifige, crucifige. Ac ſi dicerent: Aſcende calue, aſcende calue.* Caluus efficiatur, denudetur. *Vos inſenſati clamabatis. Crucifige, aſcende calue. Ordinationi eius non potuit furor veſter non ſeruire.* Poſtulatis enim vt aſcendat, dum denudatur. Nec enim poteſt non aſcendere, qui ſeruilis abiectionis gratia vtitur veſtimento affectans nuditatem, quæ neceſſariò adamantis fulgorem manifeſtat.

OBSERVAT. VI.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Præcingitur Xauier, vt Eccleſiæ innumerabiles generet filios.

Nec enim Chriſticolæ perfectè implet appellationem, qui laborat ſterilitate, nec ſaltem vno ſpirituali nato nobilitatur.

56. *Miniſter Euãgelicus haud ad ſuperos ſolus aſcendit.* Gregor. Guill.

ACcingimini puritate (ex mente Gregorij) ad ſpirituales filios generandos. Ghiſlandus, Præcingimini, lumbos purificate, vt ſpirituales filij procreentur. Certè vix poteſt Chriſticolæ appellationem implere, qui vnum ſaltem ſpiritualem filium Domino non producit.

57. *Primus Chriſticola Andreas curat aliũ generare filiũ: vt verè Chriſtianus appellaretur.* Ioan. 1. Tertul.

Fatur Ioannes, *Inuenit Andreas primùm fratrem ſuum Simonem, & dicit ei: Inuenimus Meſſiam, & duxit eum ad Ieſum*, cap. 1. Factus Andreas Ieſu filius, non viſus ſibi aptè Chriſticolæ nomen implere, ſi non curaret *primùm*, ſeu illicò alius Deo filium generare. Tertullianus Apolog. cap. 9. *Quid demque ſingulares Chriſtiani? Non erit, opinor, legitimus Chriſtianus, niſi frater, aut filius.* Premo particulam, *niſi frater.* id eſt, non erit Chriſtianus legitimus, niſi qui fratrem acquiſierit, vt ſingularis non appareat in Dei conſpectu, ſed filium offerat Saluatori. Iam expendo particulam *niſi filius.* Sic interpretatur Scholiaſtes Doctoris, Non erit legitimus Chriſtianus, niſi filius Dei fuerit. An amittit eſſe Chriſtianum, qui filius Dei non eſt? Mi-

Illi ſolummodo reputandi filij Dei, qui non laborant ſterilitate.

nimè. Malus erit Chriſtianus qui filius ob gratiam non fuerit, ſed charactere minimè abolito, non poterit non eſſe Chriſtianus. Quónã modo ergo aſſerit Tertullianus Chriſtianum eſſe non poſſe niſi filium Dei. Porrò, quia illi ſolummodo reputandi filij Dei, qui ſterilitate non laborant, aut ſingulares non apparent: ſed fœtum ſpiritualem Deo litant.

Hunc ſenſum confirmat illa Ioannis ſententia, *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, iis qui credunt in nomine eius*, cap. 1. Si credunt, ac diluuntur, iam ſunt filij Dei. Qui ergo aſſeriteis poteſtatem exhibitam, vt fiant filij Dei? Certè credentes, ac diluti, Chriſtiani fiunt, ac filij: ſed quodammodo nec Chriſtiani, nec filij ſunt appellandi, niſi poſtquam accepta fide ſtudent ſpirituali filiorum procreationi. Accepiſti fidem, Baptiſmum, Chriſticolæ appellationem: ſed dum ſingularis exiſtis, videris non tam accepiſſe filiationem, ac fidem, quàm poteſtatem ad illam acquirendam, quando cures ſocium fidei acquirere Saluatori: *Non erit legitimus Chriſtianus niſi frater, aut filius.* 58.

Baptizatis Chriſtianis datur poteſtas, filios Dei fieri aliũ filium ſpiritualem generando. Ioan. 1. Tertul.

Quænam Ieſu oues? Hæ quidem, quæ ſterilitate non laborant. Nulla *ſingularis*, ſed geminans. *Omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas*, Cant. 4. LXX. *Quæ omnes geminantes, & infœcunda non eſt in eis.* Aſcendentes hæ oues de lauacro aſſeruntur. *Quæ aſcendunt de lauacro*, Baptiſmi ſcilicet, Bernardus ſerm. 63. in paruis. *Lauacrum Baptiſmis eſt. Omnes aſcendunt gemellis fœtibus, quia & verbo pariunt, & exemplo, & ſterilis non eſt in eis, quia nullus infœcundus.* Igitur qui verè aſſeritur à Baptiſmi lauacro aſcendere, eo ipſo gemellis fœtibus ſtipatus affirmatur; quia ex eo quo Chriſtianus eſt, videtur non poſſe ſterilitate laborare. Simul ergo & è Baptiſmi lauacro, Chriſticola, exſurgit, & ſpirituali progenie ſtipatus incedit. 59.

Ieſu filij oues fœcũdæ ſunt. Cant. 4. Bernard. *Qui aſcẽdit de lauacro Baptiſmi ſimul ſe parẽ oſtentat.*

Accipit famulus fidei talentum, dum Chriſtianus efficitur; nec multiplicare ſtudet, alium filium ad Chriſtum progignendo; ſeruus nequam à Domino appellatur, Mat. 25. Cur non Fili, ſed *Serue.* Quia non legitimus filius qui non procurat ſterilitatem propulſare, licèt aliàs ſe fideliter geſſerit. Pulchram audi Chryſoſtomi ſententiam Orat. 1. adu. Iudæos. *Talentum illud, quod acceperat, & defoderat ſeruus ille, reddidit integrum. Attamen dat pœnas, eo quòd non auxerat lucrum. Ita tu quidem, etiamſi ipſe purus, & innocens perſeueres, cæterùm non augeas talentum, nec fratrem pereuntem reuoces ad ſalutem: eadem quæ ille patitur, patieris. Quid magni poſtulo? Vnuſquiſque veſtrûm vnum mihi fratrem ad ſalutem reuocet.* 60.

Accepiſti fidei talentũ, multiplicare cura. Nec ſufficit te purũ litare Deo, niſi fœcũdus ſis.

Si Chriſticolæ tota eſſentia, purum eſſe, & vnum ſaltem filium, aut fratrem acquirere: inſignis admodum Chriſticola, ſeu Ieſuita Xauier fuit, qui pluſquam vndecim centena millia ſpiritualium filiorum progenuit. Ad quem numerum non traho innumerabile vulgus puerorum, quos ſacra vnda diluit. Non adduco Xauierij nepotes ſtellarum numerum ſuperantes filios vtique filiorum. Si ergo duplicatum talentum hominem filium Dei conſtituit, totiens replicatum in Xauierio ex tam ineffabili filiorum, ac nepotum multiplicatione quoties eum Dei filium oſtentabit? 61.

Quã Chriſticola Xauier fuit tot filiis, tot nepotibus ſtipatus.

Non

Poſt obitum Xauierij filiorum eius multiplicatio.

62\. Non miror viuentem Xauierium tot Eccleſiæ filios genuiſſe prædicatione: ea planè poſt obitum Diui multiplicatio à filiis eius facta me in admirationem abripit. Xauierio equidem tribuenda, qui non fuit pater agnorũ, ſed ouium fœcundarũ. Integrũ Canticorũ locum expendo. *Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus*, cap.4. Ex Bernardi mente, Prædicatio eina generat grex greges, ſeu oues gemellis fœtibus ſtipatas. Vnde licèt Xauier raptus videretur intempeſtiuè, eius abſentia filiorum multiplicationi non offuit, quia filios reliquit oues fœcundiſſimas.

Cant.4.

Bernard.

Arrepto Xauierio nō deſeritur grex fœtantium; quia frequētibus partibus multiplicatur.

63\. Moyſes à grege abſtrahitur à Domino, canente Dauide, *De poſtfœtantes accepit eum*, Pſalm.77. An ſufficienter gregi prouiſum, intempeſtiuè arrepto Paſtore? Ita planè, quia grex ouium relictus fœcundarũ, in quo *ſterilis non eſt*, mox Deo filios, Xauierio nepotes enitetur. D. Bruno, *Cùm vocat illum, qui prius regebat fœtantes, innuit: quoniam eos non deſeruit. Iniuſtum enim eſſet, cùm fœtantes eſſent, eos deſerere.* Non deſeretur grex fœtantium, quia frequenti parturitione augetur, Regnis innumeris poſt Xauierij obitum ad fidem accurrentibus filiorum Diui induſtria, & labore.

Pſal 77.

Bruno.

Agniculi Xauierij roſario Diui dæmones abigũt, filios Deo adducunt.

64\. Nec mirum oues gregis Xauierij tanta fœcunditate fulgere, ſi vel agniculi infantes mira fœcunditate decorantur. Mirabile planè puerulos Xauierij roſario dæmones effugare, idola comminuere: infantes fidei concinere myſteria ad adultorum eruditionem. Si huiuſmodi filios ô Xauier, reliquiſti tui ſpiritus hæredes, non ſolùm homines ad fidem conuertentur, corruent idola: ſed & ipſe Iupiter idolorum Princeps quodammodo credet in Chriſtum. Egregium do D. Hieronymi *epiſt.*7. teſtimonium. Adduxerat Doctor ad fidem Lætam Gentilis viri filiam, & colligens ex prole parentis conuerſionem, fatur: *Iam candidatus fidei eſt, quem filiorum, & nepotum credens turba circumdat. Ego etiam ipſum Iouem ſi habuiſſet talem cognationem, potuiſſe in Chriſtum credere.* Video Xauierij filios infantes ſuos Gentiles parentes circumdare: planè hos aſpicio iam fidei candidatos. Tam auguſta enim Xauierij proles ipſum Iouem idololatriæ Principem conuerteret, ſi homo eſſet Gentilis capax, quem infantes myſteria docerent.

Hieron.

Tali Xauierij progenie vel ipſe Iupiter conuerteretur, ſi mereretur exaudire.

OBSERVAT. VII.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Xauier Regio ex ſanguine (quod præcinctio innuebat) in manibus Planetas geſtat, vt omnibus vtiles impendat effectus.

Regalis nempe virtus munificentia, ac miſericordia eſt.

65\. QVem eſſe præcinctum Regiam innuit nobilitatem. *Dominus regnauit, decorem indutus eſt, indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe*, Pſalm.92. Vt ſe Regem Dominus oſtendat de Regio more ſe ſe præcinxit. Regium itaque veſtimentum vobis aptate, qui Regum Regi miniſtratis. *Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.* Doctus quidam iudicium rota in parabola contemplatus, Solem, & Lunam ſtellaſque cadentes, (illius diei ſigna) in lucernis aſpiciunt. Reges igitur miniſtri Domini Planetas in manibus geſtant, orbem illuminaturi, ſalutaribus influxis donaturi cuncta. O quàm Regium eſt, munificentia, ac miſericordia.

Sapiens aiebat, *Miſereris omnium, quoniam potes omnia*, cap.11. Tam extenditur ditio miſericordiæ, quàm Regalis potentia. Chryſoſtomus hom.4. ad Phil. 1. *Si quis Principem laudare vellet, nihil ille adeò decorum adſcriberet, atque miſericordiam. Principatus enim proprium eſt miſereri.* 66.

Miſeretur omniũ, quĩ omnia poteſt.

Sap.11.

Chryſoſt.

Aliquando ſuperuacaneum duxi Franciſcum Xauier exprimere Regio è ſanguine natum, cuius ſtemmata & Nauarræ Reges, & vniuerſa Regni nobilitas decorarent. Seruire enim Deo verè regnare eſt, in cuius conſpectu Regia humana ſecularis nobilitas euaneſcit. At iam agnoſco, Regiam Diui ſecularem nobilitatem eſſe commendabilem, quando de Regio more exeruntur actiones ad cunctorum beneficentiam. Porrò Xauier præter adnatam ex Regum propinquitate nobilitatem, electus à Deo eſt, ſuper vniuerſam Americæ & partis Aſiæ terram, in Principem: *Conſtitues eos Principes ſuper omnem terram.* Quónam fructu duplici Principatu, aut nobilitate decoratur? Reſpondeat totus Gentilium orbis Planetarum, ſeu beneficiorum Xauierij radiis illuſtrati. A Deo Moyſes electus Rex exiſtimatus ex ſeculo, Princeps, imò Deus Pharaonis ex munere. Quam inde Hebræis ſalutaris! Xauier Regia ortus ex ſtirpe, Princeps à Deo electus nouos circuit orbes. O quanto Gentilium emolumento! Dauid cecinit, *Dominus excelſus, Rex magnus*, Pſalm.46. Bis Rex Dominus oſtentatur? ſaluti vniuerſæ terræ munificentiſſimè prouiſum eſt. Ideo additur, *ſuper omnem terram.* Pulchrè Chryſoſtomus, *Dominus, & Rex magnus?* Bis Princeps? Sic Propheta dicebat orbis ſalutem copioſam *oſtendens.* Xauier bis Rex innuitur, vt copioſa admodum Gentilium ſalus poſſit oſtendi. 67.

Xauier bis Rex munificētiſſimus erga Gentiles, Deũ bis Principem æmulãtur.

Pſalm.46.

Chryſoſt.

Dum video naſci Orienti Indico Xauier Regium, colligo Indorum ſummam felicitatem. An non efficaciùs colligeretur dum contemplaris Xauier miſſum ad Americam; Dei agere Vicarium? Profectò quodammodo eum aptiorem vtilitati Gentilium auſpicor ex ſanguine Regio, quàm ex Deifico munere; quia Regium nomen neſcio quid condeſcenſorium innuit, quo egent peccatores, vt ſecuriùs ſeſe ad frugem meliorem excipiant. Orientales Gentiles Magi veniunt, vt quærant ſolem Regionibus, ſalutis ſpem, & clamitant, *Vbi eſt, qui natus eſt Rex?* Mat.2. Cur non inclamauere: vbi eſt qui natus eſt Dei Filius? An quia condeſcenſorium nomen Regis aptius ſuis tenebris, ac cœcitati criminum oſtendebatur? Audi Chryſoſtomum hom.7. in Mat. *Magi quidem non vbi eſt, qui natus eſt Filius Dei, ſed natus eſt, inquiunt, Rex Iudæorum? Oportebat ſiquidem condeſcenſorio ſermonis ingreſſu inſtitui prædicationis exordia;* 68.

Dum oritur Orienti Indico Xauier Regio ex ſanguine, auſpicor Indorũ felicitatem.

Matth.2.

Nomen Rex plus condeſcẽſionis innuit, quàm nomẽ Dei.

perrinent, tam perfectæ oſtentantur, vt inueniatur perfectus, qui bene incipit operari. Ergo Ignatius perfectiſſimus inuenitur, qui non in ſola legis obſeruatione, ſed in auguſtiſſimæ perfectionis exercitamentis ſemper Ieſuita, ſiue in IESV nomine operatur: *Stabilita ſunt bona illius in Iehouah.*

92. *Ieſuita Ignatio ad pugnas & victorias vnus dies quaſi plures.* Ioſ. 10. Carthuſ.

Illuſtrem do Ioſue, ſeu IESV Naue locum. Cùm Dux ille fortiſſimus aduersùs quinque Reges dimicaret, die deficiente, plenus fide proclamat, *Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Haiallon. Steteruntque Sol, & Luna*, Ioſ. 10. Vbi Dionyſius Carthuſian. aſſerit, *diem tunc fuiſſe triplicatum.* Vndénam tanta Ioſue victoria vnico in die peracta? Certè, quia IESV Naue. Nam cùm Ieſuita repugnat, dies ei vnus triplicatur. Ignatio Ieſuitæ pugnanti vnica dies quaſi multiplex eſt ad hoſtes comprimendos, ad victorias conſequendas; & exiguo in tempore plures exerit triumphos, quàm reliqui (liceat meum Parentem laudibus efferre) pugnatores. Profectò ſi Societatis noſtræ victorias recolo tam exiguo tempore partas, video non ſolùm triplicatos Ignatio Ieſuitæ dies, ſed quolibet in die vnum ſeculum pugnarum, ac triumphorum exponi. Ideo equidem, quia in nomine Domini exercituum Ieſuitæ repugnant.

OBSERVAT. XIV.

Ad illa verba:

Et ſi venerit in ſecunda vigilia, &c.

Ignatius à ſecunda vigilia incepit ſpiritus viam percurrere: nunquam fuit inter ſpiritu pueros adnumerandus.

Innuo iuſtorum ſerò ad virtutis viam accedentium conatum ad operum intenſionem.

93. Chryſol.

D. Petrus Chryſologus *ſerm.* 24. quærit, *Quare à ſecunda vigilia cœpit, & tacuit primam?* Potuit dicere Dominus, *Et ſi venerit in prima vigilia, & ita inuenerit: beati ſunt ſerui illi.* Primam ſanè vigiliam ſilentio inuoluit; ſunt etenim ſerui adeò vigiles, vt nunquam virtutis pueritiam attigerint: non illi videntur ab infantia incipere, ſed virilitatem perſequi: primum gradum non terunt ſpiritualis pueritiæ, ſed ex adulta, imò virili progrediuntur ætate. Vix Ignatius nomen ſacræ militiæ dedit, cùm apud Manreſam librum exercitiorum ſpiritualium ſcribit perfectorum virorum Magiſterium. Dominus ergo ad Ignatium accedit vigilia ſecunda, aut tertia, quia perfectus inuentus eſt, haud è primo in ſecundum gradum aſcendit, ſed ex luce in lucem, ex perfectione præcelſa in auguſtiorem auolat perfectionem.

94. *Ignatius vti Rebecca rapitur è in perfectionis gradu eſt conſtitutus.* Geneſ. 25.

De Rebecca Iſaac vxore ſacer textus inquit, *Abiit Rebecca interrogare Dominum*, Geneſ. 25. Interrogare Dominum? Quò tendis, mulier? Pergo, vt dulciſſimum cum Domino colloquium texam. Incipis ne ſpiritus viam percurrere? Incipio planè. Quónam modo ergo audes, ad collocutionem Abrahæ perfectiſſimo præparatam? Quia tam egregio conatu incipio, vt potius videar ſcalæ ſummitatem tenere, quàm primo in gradu pedes collocare. Abeo de vita ſpirituali ad ſpiritualem vitam præcelſiorem. Pulchrè Origenes, *Abiit Rebecca. Quò abiit? Ex eo ne loco, in quo erat Dominus, ad locum in quo non erat?* Minimè. *Quò ergo abiit Rebecca? Ego puto, quòd non de loco ad locum, ſed de vita ad vitam, de bonis ad meliora tranſierit, de ſanctis ad ſanctiora.* Alij pergunt de pœnitudine ad gratiam, ex prima gratia ad eam tendunt perfectionem, quæ ſanctitatis nomine deſignatur. Rebecca autem properat à ſanctitate vitæ in vitæ ſanctitatem præcelſiorem. En Ignatium tam perfectum conuerſionis die ex affectus intenſione, vt non videatur inſtituiſſe viam, ſed perfeciſſe. Origen.

95. *Dilectiſſimā Ignatius imitatur ſponſam.* Cant. 5.

Sic proceſſit ſponſa. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur, quaſi aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum acies*, Cant. 5. Cur non dixit, *Quæ eſt iſta, quæ incipit*, ſed, *Quæ eſt iſta, quæ progreditur?* An proſequitur ſine itineris inchoatione? Ex eo planè dilectiſſima oſtentatur Domini ſponſa, quòd tanta fuerit gratia donata, vt ſine infantia inierit perfectam virtutis ætatem. Non pergit è tenebris, ſiue de dubia luce ad matutinum, ſed repentè oſtenditur aurora; ex aurora mutatur in Lunam; è Luna Sol fulgentiſſimus exponitur. *De bonis ad meliora tranſierit, de ſanctis ad ſanctiora* fuerit eleuata. Ignatius non videtur è ſeculi tenebris ad virtutis lucem tranſitum feciſſe, ſed à luce perfecta inchoaſſe; vt ſecunda vigilia peccatorum Magiſter obiiciatur: in tertia autem ſpiritualium Magiſtrorum perfectionem illuſtret: aut fortiſſimus Dux virtutum poſſit ducere exercitum: *Terribilis vt caſtrorum acies.*

96. *Ignatius quodammodo ſine pœnitentia infantia, perfectus aſcendens inuenitur.* Cant. 4. Gilbert.

Eidem ſenſui deſeruit locus ille Epithalamij: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris?* Cantic. 4. Vndénam Cœlicolæ admirantur? Quia non vident eam per vicos & plateas quærentem ex pœnitudinis affectu, quem diligit: ſed repentè perfecta oſtenditur è ſinu ſponſi auolans ad progreſſuum ſublimitatem. Gilbertus ſerm. 15. in Cant. *Quid ſi & ipſis quaſi noua, & inſolita de Dilecti ſinu procedit? Noua planè. Nam ipſa nouitas admirationem inducit: Quæ eſt iſta*, &c. O nouitatem progreſſionis! Sine infantia perfectam ætatem inire? A ſinu ipſo ſponſi inchoare proceſſum? *Non eſt ſicut quæ circuit ciuitatem. Non diſcurrit per plateas; ſed itinere directo aſcendit. Quidni in noua procedat de complexu Dilecti?* Noua prorſus anima, quæ ſine vigiliæ primæ, ſeu viæ purgatiuæ infantia, inchoat à ſinu ſponſi, ſeu vnitiuæ viæ perfectione. Huiuſmodi nouitate ornatus Ignatius obiicitur, nunquam infans à ſeculo procedens ad ſuperos: imò quaſi nunquam manſiſſet in ſeculo, à cœlo primo auolat ad ſupremum. *Quaſi lux ſplendens* non incipit, ſed *progreditur vſque ad perfectum diem.* Teſtor Manreſæ raptum mox poſt conuerſionem.

***

OBSERVAT.

OBSERVAT. XV.

Ad illa verba:

Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi.

Semper Ignatius paratus ad obediendum, præcinctuſque inuentus eſt.

Aſſero obedientiam, deuictis hoſtibus, ſemper triumphum agere, cunctationem in obediendo infeliciter repugnare.

97. *Societatis Iesv obediētiam promptam, ſine excuſationibus, & obmurmurationibus cōmendo*

NVnquam non ad obſequendum imperanti Duci præcinctos vult Dominus ſeruos. Parum erat prima in vigilia, cùm ſomno minimè ſoporatur, aſſurgere: non magnum erat in quarta obedire, ſenſibus iam à ſomno expeditis. Certè illud erat perfectionis indicamentum, in ſecunda, ac tertia vigilia, quando viget ſomni ſoporatio, ſeruum eſſe expeditum, ad obediendum Domino venienti.

98. *Ignatij circa obedientiam præſcriptum.* Ignat.

Quàm promptus Ignatius cunctis in vigiliis fuerit ad præſtandum obſequium, indicat illa circa obedientiam Ieſuitis ſuis data præſcriptio. *Expedit in primis* (inquit 3. part. Conſtit. cap. 1. §. 23.) *ad profectum, & valde neceſſarium eſt, vt omnes perfectæ obedientiæ ſedeant, ſuperiorem (quicumque ille ſit) loco Chriſti Domini noſtri agnoſcentes, & interna reuerentia, & amore eum proſequentes. Nec ſolùm in executione externa eorum, quæ iniungit, integrè, fortiter, promptè, & cum humilitate debita, ſine excuſationibus, & obmurmurationibus obediant, licèt difficilia, & ſecundùm ſenſualitatem repugnantia iubeat; verùm etiam conentur interiùs reſignationem, & veram abnegationem propriæ voluntatis, & iudicij habere: voluntatem, ac iudicium ſuum cum eo, quod ſuperior vult & ſentit, in omnibus rebus (vbi peccatum non cerneretur) omninò conformantes, propoſita ſibi voluntate ac iudicio ſuperioris pro regula ſuæ voluntatis, & iudicij,* &c.

99. *Ieſuita obediens, ſemper vel ſtellis obedientibus, captat victoriam.* Ioſ. 10. Hieron.

Equidem Societatis viris, qui milites Iesv exercitui adſcribuntur, huiuſmodi obedientia neceſſaria; cunctæ enim exercitus noſtri victoriæ ex obedientia prompta, ac forti exoriuntur. Iesv Naue teſtor triumphum. *Sol,* inquit, *contra Gabaon ne mouearis,* &c. *Steteruntque Sol, & Luna,* Ioſ. 10. Vbi Hieronymus *ad Pſalm.* 143. quærit, vndénam Ioſue victoriam illam illuſtriſſimam reportarit? & reſpondet, obedientiæ promptæ eius tribuendam. Nam qui promptè Domino ſemper obediit, non poterat non, vel obedientibus ſtellis, captare triumphum. *Ioſue ſolus imperat Soli, & Lunæ, & ſtant. Homo iubet, & cælum audit. Audit illum cælum, quia ipſe audiebat Dominum.*

100. *Qui promptè non obe-*

Dixit Debbora Barach, *Ibo quidem tecum, ſed in hac vice victoria non reputabitur tibi,* Iudic. 4. Quia Barach in obediendo Dei iuſſioni, aliquantiſper fuerat cunctatus, dum Debboræ comitatum, præſentiamque efflagitat, dum conditiones nectit, ac morulas: & ſui nominis gloriam imminuit, & victoriæ pulchritudinem deflorauit. Hieronymus, *Si Barach ire ad prælium* (promptè ac incunctanter) *voluiſſet: ipſe quidem, non Debbora de hoſtibus triumphaſſet. Obedientia enim* (loquor cum Laurentio Iuſtin. lib. de lig. vit. cap. 3.) *facit hominem triumphare.* O quotiens alij victoria adſcribitur opere tuo, quæ tibi eſſet adſcribenda, ſi promptè idem opus & ſine excuſationibus, aut obmurmurationibus geſſiſſes!

dit, non triumphat. Iudic. 4. Hieron. Laurent. Iuſtin.

Fatus Iſaias, *Quare ieiunauimus, & non aſpexiſti: humiliauimus animas noſtras, & neſciſti? Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra,* cap. 58. Legit Bernardus ſermon. 71. in Cantic. *In die bonorum tuorum inueniuntur voluntates tuæ.* Et addit, *Grande malum propria voluntas, quæ fit, vt bona tua bona non ſint.* Mittitur miles ad huius loci protectionem, vbi poſſit cum hoſtibus repugnare; excuſationibus obiectis, curat ad illum locum immitti, vim adiiciens Ducis voluntati. Fortiter dimicat; bonum quidem opus eſt concertatio, ſed illud opus bonum, ex voluntate propria bonum opus non eſt: *In die bonorum tuorum inueniuntur voluntates tuæ,* quæ bona opera efficiant à bonorum operum catalogo expungi. 101.

Ieſuita pugnans, & triumphās, quaſi non pugnat, nec vincit, ſi aliquid propria voluntatis cordi fouet. Iſai. 58. Bernard.

Septuaginta ſic illud Iudicum, *Victoria non reputabitur tibi,* legunt, *Propterea non erit felix ſucceſſus.* Quæ ex obedientia prompta non fiunt, exitus plerumque habent infelices. Mitteris ad hoc, aut illud miniſterium: propoſitionibus, ac excuſationibus impetras ad aliud proficiſci præter obedientiæ promptæ præſcriptionem? *Non erit tibi felix ſucceſſus.* Fortiter dimicabo. Sed nullam victoriam reportabis. Filij Iſraël verticem montis aſcenderunt aduerſum Amalecitam, & Chananæum repugnaturi. At ſtatim fuſi, fugatique terga verterunt. Vndénam ſucceſſus infelix fortiter dimicantibus Hebræis? Indicat Moſes, *Cur tranſgredimini verbum Domini? quod vobis non cedet in proſperum,* Numer. 14. Præmiſerant, *Parati ſumus aſcendere in montem, de quo Dominus locutus eſt.* Locutus equidem Deus eſt de aſcenſu montis, & de pugna cum hoſtibus dedit imperia. Sed tamen vos ſine obedientiæ directa vobis præſcriptione pugnare curantes, bonum id opus quaſi malum redderetis. Rabanus, *O mira proteruitas humanæ mentis! Mandat Deus promiſſionibus ſuis credere, & ſua potentia confidere, & ſic terram poſſidendam intrare. Humana ſtultitia diffidit, & ſalutaria monita exequi renuit.* Pugnat, & vincit: laborat, & non proficit: *Grande malum propria voluntas, quæ fit, vt bona tua bona non ſint.* 102.

Infelix ſucceſſus inobedienter pugnanti Ieſuitæ. Iudic. 4. Num. 14. Raban.

Quid ſit victoria parta ſit labore Ieſuitæ pugnantis poſtquam excuſationibus, aut murmurationibus aduersùs ſuperiorem vſus eſt? Quælibet præclara victoria inobedienti huiuſmodi obmurmuratione fœdatur. Præclariſſimam Ionathas, Deo auſpice, victoriam fuerat adeptus 1. *Reg.* 14. At contra Saulis patentis præſcriptionem mellis fauum abſumpſit, & obmurmurauit, patrem condemnans imprudentiæ? 103.

Obmurmurans contra ſuperiorem vincens hoſtes, miſerè ipſe mortis incurrit periculum 1. Reg. 14.

108. *Putabat Ignatius aut hæc tāta munera ſine merito accipere, aut fortè ſe pati ſeductionem.*

An poteras ô Pater, de te tam abiectè ſentire, videns tot virtutum, tot munerum cœleſtium fulgorem? Si ſeruus inutilis es, quónam modo ad tertium cœlum vti Apoſtolus, raperis? Quónam modo tibi cœleſtia arcana, reuelantur? Quónam modo Dominus toties tibi oſtenditur? Quónam modo Deiparam, Diuoſque, & Angelos toties & mentis, & corporis luminibus aſpexiſti? Putabat planè Ignatius aut gratis à Domino munera accepiſſe ſine præmiſſo merito, aut ſaltem timebat, diaboli ſub fulgentis ſpiritus forma apparentis, pati ſeductionem. De ſe tam vulgariter ſentiebat cum Dauide proclamans, *ſi non humiliter ſentiebam, ſed exaltaui animam meam.*

Gedeoni Duci Dux Ignatius ſimilis.

Angelus Duci fortiſſimo Gedeoni apparuit victoriam promittens. Vir autem prudentiſſimus duo ſigna veluti in pignus promiſſæ victoriæ poſtulat: primum vt poſitum in area vellus per noctem, ſicca tellure, rore madeat! alterum vt è contra, vellere ſicco terra tantùm madefiat: *ſi ſaluum facis per manum meam Iſraël, ponam hoc vellus lanæ in area*, &c. Iudic. 6. Voco in quæſtionem, cur Gedeon ab Angelo nuper edoctus, & ignis miraculo confirmatus, de belli euentu plura nunc ſigna petierit? Reſpondet Origenes hom. 8. *Angelum vidit, ſed vir eruditus & humanis cautius agit, ſciebat enim poſſe etiam Angelos tenebrarum transfigurare ſe in Angelos lucis; & ideò examinatione cautiſſima, Volo, inquit, probare ſpiritum, ſi à Deo eſt.* Ac ſi diceret, Quid mihi militi peccatori cum Angelica apparitione? O miræ affectus humilitatis! Sed quidem longè inferior humilitati Ignatij, qui ſpiritualis Dux militiæ poſt tot virtutum exercitamenta tam aſſiduum iam cum cœlicolis commertium habeat.

Iudic. 6.

109. *Ieſu Naue ſe indignū putauit frui Angelico aſpectu. Hūc noſter æmulatus eſt Ieſuita.*

Profectò tanta fuit in Ignatio animi ſubmiſſio, tamque humiliter de ſe ipſo velut de Religionis ſuæ minimo ſentiebat, vt vel miraculis replicatis, totque geſtis præclaris fulgurantibus, exiſtimeret adhuc, nihil à ſe magnum factum eſſe. Vnde illam actionem retrahendi vnica nocte fœminam miſeram à delicto, putabat primum futurum bonum opus, quod poſſet in vitali catalogo adſcribi.

Ioſ. 5.

Ioſue olim Angelus tenens euaginatum gladium apparuit. *Perrexit ad eum, & dixit: Noſter es, aduerſariorum? Qui dixit, Nequaquam, ſed ſum Princeps exercitus Domini. Cecidit Ioſue pronus in terram*, &c. Ioſ. 5. Cur Dux non mox credidit lucis Angelum eſſe?

Bernard.

Bernardus ſerm. 33. in Cant. *Ioſue non prius amicum Angelum ſuſcepit, quàm eſſe amicum nouerit: denique ſuſcitatur, ſuúſne ſit, an aduerſariorum? Tanquam qui expertus ſit dæmonij meridiani inſidias.* Aliorum ex ſententia affirmo, id obieciſſe Ducem ex propriæ puſillitatis cognitione: Quis ego, vt Angelorum lucis poſſim collocutione frui? Licèt Ignatius poſitus ſæpe erat Chriſti, Deiparæ, Diuorum, Angelorumque apparitionibus poſt diligentiſſimam diſcuſſionem, adhuc quodammodo dubius hæteſcit: Quis ego, cui Angeli, Deipara Angelorum Regina, imò Rex cœleſtis ſe ſe dignentur oſtentare? Ergo nullum adeſt efficax argumentum, quod me amoueat à concluſione illa: Seruus ſum inutilis, nihil præmio dignum adhuc effeci. O egregium Ioſue, Ieſuitám ve mira humilitate conſpicuum!

An non huiuſmodi humilitas ſapit Dei genetricem? Fatur Angelus, *Aue, gratia plena, Dominus tecum. Quæ* (addit Lucas) *cùm audiſſet, turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio*, cap. 1. Quid turbaris? ô Virgo beatiſſima? Bernardus citat. *Maria, Angelica ſalutatione audita, turbatur, dolum (ni fallor) ſuſpicans.* Vndenam dolum eſſe ô Domina ſuſpicaris? Quænam ego, cui Angelus lucis appareat? Mox Deiparens cogitabat ſalutationis qualitatem. Damianus ſerm. de Nat. Mar. *Ante quàm reſponderet, Angelicæ ſalutationis pondus librata mentis lance penſauit.* Ergo ante quàm cogitaret, qualis eſſet ſalutatio, ex ipſa Angeli apparitione turbata eſt. Miror Virginem ex Angelico diſturbari aſpectu, ſi apud Templum & ab Angelo nutriebatur, & viſibili Gabrielis præſentia excipiebat obſequium, & ſæpe cum ſpiritibus cœleſtibus, vidente Zacharia, colloquebatur, vti *Tom. 3.* de Sanctis vidimus. Vndenam ergo Deipara viſo Angelo turbatur? Poſt tot replicatas cœleſtium ſpirituum viſiones adhuc peregrinum deputauit adſpectum, quæ ſe nunquam non æſtimauit ancillam ſemper ſuſpicata dolum, dum obſequium accipit à cœlicolis. Quæ ſum ego? Æmulatur Ignatius tantæ humilitatis affectum? Certè poſt tot Angelorum, & Reginæ, Regis Angelorum apparitiones ſe ſeruum inutilem reputat, quemadmodum Virgo ſe vocauit, ac putauit ancillam.

110. *Ignatius ineffabilē Deipara humilitatē imitari curat.*

Luc. 1.

Bernard.

Damian.

Observat. XVII.

Ad illa verba:

Quoniam ſi ſciret Paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret, &c.

Diabolus, qui curat diligentiſſimè Sanctos allicere ad iniquitatem, cui dulcis cibus iuſtorum excidentia: Ignatium ita odio proſequitur, vt quodammodò eum non appetat ſibi nec requirat.

Innuo Dæmonis ſollicitudinem ad iuſtiores homines peruertendos.

Diuis maxima vigilantia indicitur, vt furem Diabolum irruentem nocturna inſtantia repellere valeant. Etenim Diabolo dulciſſimus cibus eſt iuſtorum peruerſio. Ambroſius fatur, *Diabolus in eo habet gloriam, quòd plures perditos fecerit.* Et Tertull. lib. 111.

Iuſtis Diabolus inſidiatur.

Ambroſ.

lib. aduerſ. Iudæos. *Diabolus ad hoc ſe regnare putat, ſi Sanctos à religione Dei deturbet.* Nihil dignum Regno ſuo geſſiſſe putat poſt innumerabiles abſumptos peccatores: vno autem iuſto ad peruerſionem adducto, ſe verè imperaſſe profitetur. Vnde dæmones illi, qui plurimos impios ad tartara deturbarant, à Principe Diabolo probris affecti fuere. At Dæmon ille, quid poſt diuturna tempora tentaminibus innumeris Religioſum ſanctum ad peccatum allexerat, throno Regali addicitur. Vt miſer tunc diabolum regnare oſtendat affectu, *ſi Sanctum à religione Dei deturbet.*

112.
Ignatium Diabolus profitetur ſibi maximum inimicum, exultatque ad ſuperos auolaſſe, ob eius impugnationē circa hominum ſalutem.
Ribaden.

Profectò licèt Diabolo iam dulcis ſit cibus iuſtorum peruerſio, licèt appetat Diuis ſatiari: tanto D. Ignatium odio proſequebatur, vt omninò ſibi inuiſum à ſe repelli curaret, nec circuiret quærens an deuorare poſſet, ſeu artibus nouis ad ſuum gremium adducere. Petrus de Ribaden. *lib. 5. cap. 6.* ait, Quoniam de dæmonis in Ignatium odio (quem ipſe hoſtem ſuum omnium atrociſſimum nominabat) mentionem fecimus, Patauij miles fuit quidam Italus homo ſimpliciſſimus, qui Ignatiũ de facie non nouerat, nec eius, quod ſciam, nomen audierat. Hunc dæmon inuaſit: qui ſacris precationibus dum excantaretur aliquando, de Ignatio loqui cœpit, eumque ſuis coloribus pingere tam ſcitè, & appoſitè, vt P. Laynes vehementer miraretur. Addebat diabolus frendens, ac ſtridens, Ignatium omnium, qui viuerent, ſibi eſſe inimiciſſimum. Functo autem vitâ Ignatio, puella, quæ à dæmone vexabatur, interrogata Drepani (quæ eſt ciuitas in Sicilia) à quodã Sacerdote, Ignatium ne noſſet, & vbinam ille eſſet? reſpondit, Ignatium inimicum ſuum è terris iam auolaſſe, in cœliſque inter alios ſacrarum Religionum Fundatores commorari. Exultans hoc profatur Dæmon, quòd viuentis Ignatij inimiciſſimi paſſurus iam non ſit circa peccatorum ſalutem, impugnationem. De diabolo Habacuc ait, *In ipſis incraſſata eſt pars eius, & cibus eius electus*, cap. 1. Vbi Strabus, *Diabolus, qui cuncta vaſtat, miſit hamum cui adhæſit Adam & ita traxit eum de paradiſo; & cum Adam etiam Sancti de paradiſo eiecti ſunt; vnde & cibi eius electi*, (id eſt, Diui ſublimiores) *ſunt.* An ſolùm Ignatium Diabolus habet exoſum? Ignatium capere hamo renuit? ſolum inimiciſſimum Ignatium gaudet à laqueo liberatum ad ſuperos auolauiſſe. O dæmoni cibum amariſſimum!

Cibus diaboli electus.
Habac. 1.
Strab.

113.
Ieſum diabolus tam auidus iuſtorum, non appetit; qui cibus hic venenum ſerpẽti. Nec Ieſuitam Ignatiũ curat quodãmodo deuorare.
Luc 8.
Ambroſ.

Poſtquam agnouit diabolus vitæ Ieſu inſtitutum ad animorum ſalutem, eiuſque inſuperabilem ad ſaluandos peccatores curam perpendens cupiebat ab ipſo omninò recedere, ſibique iuuiſum nullatenus aſpectare. Imò cùm à Domino diabolus ipſe quæreretur, vt expugnari poſſet, proclamauit miſer, *Quid mihi & tibi, Ieſu fili Dauid?* Luc. 8. Mitte me, ô Ieſu, te non requiro, ad pugnam inſtituendam. Cibus meus electus, ſed te veluti venenatum cibum timeo ad ventrem traducere. Ambroſius lib. de Elia cap. 20. *Se ſe dæmon ipſe diſcernit à Chriſto.* Alios Diuos fugientes à dæmone dæmon inſequitur, quos expetit abſumere: Ieſum requirentem diabolum, diabolus fugit. Scit enim venenum ſibi futurum huiuſmodi cibum, qui cogat eum quos abſumpſerat peccatores, euomere. *Quid mihi, & tibi, Ieſuita Ignati?* te non expeto abſumere. An tuus cibus electus? Proh cibum venenatum! te video adeò Ieſu circa ſalutem hominum æmulatorem, vt cupiam omninò à te ſemoueri.

Perfectiſſimi quique Diui aſſolent affectu maiori à diabolo recede ſerreequièrte. Ambroſium audi vbi ſup. *Et tu dic, ſi videris pugnare aduerſum te diaboli tentamenta, Quid mihi & tibi eſt Belial? Ego Chriſti ſeruus ſum, illi me totum mancipaui; quid mihi, & tibi eſt? Non noui opera tua, nihil tuum quæro, nihil tuum deſidero.* Oſtendunt huiuſmodi verba diabolum anxiè in Diuos irruere. At ſi diabolus ipſe proclamaret, *Quid mihi & tibi homo?* apertè monſtraret, ab huiuſmodi homine ſibi horribilem admodum impugnationem excitari. Tam inuiſus Diabolo Ignatius, vt diabolus omninò curet ab ipſo dimitti, in ſequentem fugiat. Quare? *Veniſti perdere nos.* 114.

Indicamentum perfectionis Ignatij eſt, diabolũ ab ipſo recedere, nec confligere velle cũ illo.
Ambroſ.

OBSERVAT. XVIII.

Ad illa verba:

Quoniam ſi ſciret Paterfamilias.

Ignatius magnus Paterfamilias multiplicis fortitudinis filiorum, quorum ſinguli pro plurimis valent.

Illos commendo Euangelij miniſtros, qui adeò vires ad operandum colligunt, vt vnuſquiſque pro multis eſſe videatur.

TAm vigilans Paterfamilias vigilantes connotat filios. Patris celebraui præconia ex virtutum fulgore propriarum, ex filiorum præſtantia Ignatium efferre operæ pretium duxi. 115.

Abrahæ Dominus, *Multiplicabo te vehementer nimis*, Gen. 17. In primis premo particulam, *Multiplicabo te* Lyrani ex mente, id eſt, plures Abrahamos efficiam. *Exaggeratio eſt verborum, ad deſignandum multitudinem, & magnitudinem bonorum, quæ intendebat ei facere.* Tot afflues bonis, ſeu muneribus, vt multiplex Pater eſſe videaris. Multiplex Ignatius arguitur ea acceptorum munerum cœleſtium multitudine. Aptiùs autem Anſelmus, *Multiplicabo te in filiis imitatoribus fidei tuæ.* id eſt, faciam te plurium Ignatiorum parentem. Exurgent enim ex te multi filij, qui tuo ſpiritu viuere videantur. Te igitur multiplicabo, quia multos Ignatios efficiam. 116.

Ignatius multiplicatur in filiis, quia quot filij, tot Ignatij.
Gen. 17.
Lyran.
Anſelm.

Deinde expendo aduerbia, *vehementer, nimis*, quæ quidem ſuperfluere queiſdam viſebuntur. Nam vt Deus omnium hominum ineffabilem multiplicationem exprimeret, ſolummodo inquit, *Multiplicamini, & replete terram*, Gen. 1. Si ergo terra poteſt repleri illo, quod verbo *multiplicamini*, ſine additione particularum *vehementer, nimis*, ſignatur: cur vſus Dominus in præſenti, *Multiplicabo te* 117.

Plurimi ex Ignatio futuri ſunt, (in Societate) Ignatij. Hoc eſt vehemẽter nimis multiplicari.
Gen. 17.

vehe-

Procop. *vehementer nimis?* Pulchrè reſpondet Procop. *Duplicis multiplicationis meminit Scriptura. Alterius vis in nobis ſita eſſe videtur ſecundùm illud: Multiplicamini. Altera propriè ad Deum pertinet, de qua hoc loco. Quòd ergo multiplicans multos homines Deus faciat, minimè morandum eſt; nam gentes extitere populoſæ. Verùm Abrahamus ſic multiplicatur, quaſi plurimi futuri ſint Abrahami: nam ex ipſo prodituri ſunt Sancti.* Ignatius equidem vehementer nimis à Ieſu multiplicatus eſt, quia plurimi Ignatij futuri ſunt. Ignatius enim ita in plurimis filiis multiplicatur, vt eorum quilibet ſit alter Ignatius. Xauerius, Borgia, Gonzaga, Staniſlaus, Eliphonſus Rodriguez, Ludouicus à Ponte, Michael Solier, Collegij D. Ambroſij Valliſoletani decus, Balthaſar Aluarez, Campianus, Criminal, Aceuedo, Paulus Michi, Didacus, ac Ioannes, Rodulphus Aquauiua, reliquíque Martyres ante gladium, equuleum, ignem, lanceam iam ex virtutum fulgore Diui Parentem Ignatium referunt: *Multiplicabo te vehementer nimis.*

118. *Ex multiplici Ignatio multiplices Ieſuitæ oriuntur.* Profectò nimia hæc ac vehemens multiplicatio non ad numerum ſolummodò filiorum Ignatij, ſed aptiùs ad ſingulorum virtutis, ac perfectionis intenſionem allicienda eſt. Ignatius multiplex ex virtutis, ſeu fortitudinis intenſione multiplices filios progignet. Procopius pulchrè, *Plurimi futuri ſunt Abrahami, & ideo plurimi futuri ſunt Iſaaci, & Iacobi.* Abrahamus etenim virtute multiplex progignet multiplicem Iſaacum: at Iſaac fortitudine multiplex Iacobum multiplicem generauit. Vt Periander Græcus Comicus viri cuiuſdam, qui geſta innumera excitarat, laudaret efficaciam, ait, *Videbatur in eo ipſe Briareus operator exponi. Non vnus ille, ſed verè quinquaginta fouebat operatores.* Ac ſi centum illæ manu Briarei viris quinquaginta tribuendæ eſſent. Qui mente contemplatur, vel potiùs oculis aſpicit Ignatij, Xauerij, aliorúmque Diui plurium filiorum geſta, innumerabiles in ſingulis adeſſe operatores, iudicabit. Vnde licet aſſerere ex multiplici fortitudine Ignatio multiplicem Xauierium prodiiſſe. At non ſucceſſiuè ex Xauierio alter ſicut ex Iſaaco Iacobus: ſed ex vno Ignatio innumerabiles viri multiplici fortitudine ornati proferuntur: quorum ſinguli alios multiplices virtutes filios protulere. Vnde tam exiguo tempore ſeculi vnius ex filiorum multiplicatione, geſtorumque incrementis ſecula penè innumera colligantur.

Procop. — *Quilibet Ieſuita Briareus centimanus.* — Perian.

119. *Si tā difficile eſt, duplicē ſpiritum Diuum inuenire quid multiplicis fortitudinis Ieſuitas mirari?* Recognoſce Ieſuitarum vim operatricem, vt virtutis multiplicitatem poſſis perpendere. Multum mihi aliquando, homines Euangelicos duplici Eliæ ſpiritu donari: nam cùm Diſcipulus proclamaſſet, *Fiat in me duplex ſpiritus tuus*, Magiſter reſpondit, *Rem difficilem poſtulaſti*, 4. Reg. 2. Vndenam res difficilis? Quia planè difficile, diſcipulum Magiſtro in omnibus aſſimilari, adeò vt duplex virtute eſſe duplici progrediatur. Lyranus, *Vt dicit Saluator, perfectus omnis erit, ſi ſit ſicut Magiſter eius. Rem poſtulauit difficilem, quia pauci inueniuntur, qui ſint ſicut Magiſter.* Si tam rarum eſt duplicis virtutis Magiſtro diſcipulum aſſimilari: mirabile prorſus ex multiplici, ex centimano Ignatio Briareo penè innumeros centimanos operarios prodiiſſe.

4. Reg. 2. — Lyran.

120. *Ignatius ac filij eius pro decē millibus Ignatius valet, ſic ſinguli Ieſuitæ.* Ieroſolymæ cecinere fœminæ, *Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia*, 1. Reg. 18. Si vnum Goliath percuſſerat Dauid, quonam modo decem millia occidiſſe fœminæ teſtantur? Profectò, quia vir multiplicis fortitudinis virum multiplicis roboris comminuerat. Hinc Dauid pro decem millibus habitus ab Hebræis. *Tu vnus* (inquiunt ciues) *pro decem millibus computaris*, 2. Reg. 18. Computatur *pro decem millibus*, (ait Lyranus) *eo quòd percuſſerat Goliath, qui pro decem millibus computatur, eo modo loquendi, quo Dauid dicitur: Tu vnus pro decem millibus computaris.* Dauid pro decem millibus computatur, quia vnum robuſtiſſimum interemit hoſtem. Filij Ignatij toties diabolum comminuentes, tot tyrannos ſuperantes, tot peccatores pertinaciſſimos ad frugem meliorem adducentes, tot idololatras fidei perſecutores ſacra diluentes vnda, tot hæreticos confundētes, potiori iure pro decē millibus cōputari debent, orti quidem ex Ignatio, qui vnus pro decē millibus cōputatur.

1. Reg. 18. — 2. Reg. 8. — Lyran.

121. *Quilibet Societatis Scriptor, vt decē millia, quia ſemper adducit peccatores, liber ſemper vincit hæreticos, &c.* Certè (vt alios fortiſſimos mittam Societatis Ieſu milites) ſolummodo Scriptores in medium proferam, quorum numerum non facilè calamus valebit exprimere. Noſter eruditiſſimus Philippus à Legambe legatur de ſcripturiente Societatis Republica optimè meritus, vt mireris non tam Authorum multitudinem quàm cuiuſlibet Scriptoris voluminum abundantiam, quæ quidem arguit à multiplicis virtutis parente prodiiſſe. Vnus Suarius, vnus Bellarminus, vnus Vaſquez, vnus Lorinus, vnus Salmeron, vnus Thomas, & Gaſpar Sanctius, vnus Salianus. At ſi operum numerum aſpiciamus, multiplices ſingulos eſſe nullus addubitabit. Audias precor. Vnicum Conſtitutionum Ignatij libellum cum relegeret Paulus III. Pontifex Max. de Societatis inſtitutione proclamauit, *Digitus Dei eſt hic.* Nam Ignatius librum hunc Dei digito exarauit. Aliquando Dominus, vt Phariſeos adulteræ mulieris accuſatores confunderet, *digito ſcribebat in terram*, Ioan. 8. Vbi Ambroſius epiſt. 14. ad Iren. *Scribebat vtique, dicens: Feſtucam, quæ in oculo fratris tui eſt, vides: trabem, quæ in oculo tuo eſt, non vides. Scribebat autem digito Dei, quo legem ſcripſerat.* Digito Dei vnico, qui tamen centimanus erat. Vndenam colligis? Ex operatione mirabili. Nam poſt præſcriptionem digiti Dominici, *vnus poſt alium ibant.* Hoc differunt prædicatio & ſcriptio, quòd ex prædicatione peccatores ſimul conuertuntur; vt ex Petri concione iam tria millia, iam quinque millia hominum adducuntur ad fidem. At ex Scriptura non omnes ſimul conuertuntur, ſed vnus poſt vnum, ſeu multi poſt multos; quia cùm ſemper ſcripta vocem emittant, (in ſilentio planè) ſemper temporum ſucceſſione legentes peccatores ad frugē meliorem reducuntur. Vnde multiplicem adeſſe voluminibus piis virtutem cōſtat ad operationē. Dicitote, quæſo, ſi vnicus Ignatij libellus Dei digiti nomine deſignatur ob multiformē virtutē ad tot Societatis viros tegendos: quatuor millia Doctorū ſcripta quid

Ioan. 8. — Ambroſ.

efficient? Singulorum ſcriptorum tot volumina replicata quidnam exerent? O Doctores ſapientiſſimi, quorum pagina quælibet totũ Dei digitum continet ad peccatorum reductionem, ad hæreticorum compreſſionem, & comminutionem, ad compoſitionem morum, ad impiorum flagellum, ad totius Eccleſiæ ædificationem.

PARS SECVNDA.

FRANCISCVS XAVIER.

PARAPHRASIN, AC COMMENTARIOS literales ad caput duodecimum Lucæ perquire Libro hoc, parte prima.

Panegyrici Morales circa literam in Franciſcum Xauier.

PROLVSIO.

ANGELVS ille (cuius ſol facies, cuius columnæ pedes) qui giganteo curſu geſtans Euangelij librum, gladium planè ancipitem proficiſcitur, Xauier eſt, à quo cunctæ orbis hæreſes interemptæ iacuere. Quánam, obſecro, manu, ac vi? De Deipara conclamat Eccleſia, *Cunctas hæreſes tu ſola interemiſti in vniuerſo mundo.* Omnia idolorum ſimulacra euertiſti, ſuccendiſti lucos, idololatriam omninò comminuiſti, ô Regina, quia manus tua fortiſſima Xauerium adduxit ad Indos, ad Iaponios, ad Sinas, dum Euangelij illuſtriſſimum miniſtrum protexiſti, vt tot victorias reportaret. Ex ore Dauidico Pater meus clamitat, *Quò ibo à ſpiritu tuo?* Spiritu acquirendi proximos pergam ad Indos. Profectò, *ſi ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua,* Pſ. 138. Pſal. 138. Vbi D. Bruno, *Manus tua deducet me illuc, vt pennas ſumam, & in extremis maris habitem, & ibi me tenebit, & perſeuerare faciet dextera tua.* Bruno. An potuiſſet Xauier à patria terra in pelagus tranſilire, vt barbaras iniret Regiones, inibíque tot laboribus actus perſiſtere, niſi Dei manu ducente, ac tenente? Sed quænam illa tam potens Dei dextera? Richardus Laurent. lib. 2. de Laud. Deip. aſſerit Mariam eſſe Dei *manus tornatiles aureas, quibus Deus miſeris ſubuenit idololatris. Nam per ipſam Deum habituri erant qui priùs idolis ſeruiebant.* Richard. Laur. Quod expreſſum fuiſſe addit, *cùm in manibus eius tranſlatus eſt*

Ieſus

Iesvs *in Ægyptum.* Quæ igitur Iesvm olim ad Gentiles euexerat, nunc Ieſuitam ad eoſdem adducit: vt Mariæ parti de idololatria triumphi tribuantur: *Tu ſola interueniſti*; quia brachium iugulatoris Xauierij, ô Dei dextera, tenuiſti, roboraſti, & ad vulnera direxiſti ſalutaria.

SECTIO IV.

Lumbi præcincti.

TEXTVS.

Vers. 35. Sint lumbi veſtri præcincti.

IN FRANCISCVM XAVIER

PANEGYRICVS MORALIS QVARTVS CIRCA LITERAM.

EX LVMBIS PRÆCINCTIS.

Observat. I.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Xauier eſt fortiſſimus Gad, quid præliatur accinctus, feliciſſimus Eccleſiæ partus, illuſtriſſimorum excitator.

Vbi varia ingero moribus documenta.

1. *Xauier ſeu Gad accinctus, ducit exercitum.* Geneſ. 49.

Si lumborum præcinctio ſignificat ad præliandum robur, (vt vidimus) Xauier verus eſt Gad, de quo parens Iacob, *Gad accinctus præliabitur*, Geneſ. 49. Gad quidem eſt, *Exercitũ congregare & ducere.* Accinctus autem idem eſt ac expeditus ad pugnam. *Sint lumbi veſtri præcincti*; expediti ad pugnam procedite. Tam expeditus Xauier ad pugnam proceſſit, vt ille ipſe præcincti habitus certiſſimus fuiſſet victoriæ documentum.

2. *Dũ Xauier vt mortificet ſemora vinculis, vt agilitatem ſecularem mortificet, fœlicitates promittit Eccleſiæ.* Geneſ. 30.

Sentiens Lia quòd parere deſiiſſet, Zelpham ancillam ſuam marito tradidit. Quæ pòſt conceptum edente filium, dixit, Feliciter. Et idcirco vocauit nomen eius Gad, Geneſ. 30. Quia dixit, Feliciter, vocauit nomen eius Gad? Ita planè; Gad enim, quod eſt idem ac *accinctus*, idem eſt ac felicitas victoriæ. Sentit Eccleſia quòd poſt Pauli labores parere deſiit idololatras factos Chriſticolas, Iesv ſponſo verò Iacobo Zelpham tradidit, id eſt, Societatem Iesv minimam æterno Eccleſiæ mancipatam obſequio. Naſcitur Xauier Gad quidem præcinctus. Nam recèns Deo natus ſic femora acri ligamine conſtrinxit, (vti agilitatem, qua cunctos adoleſcentes egregiè omnium commendatione ſuperauerat, mortificaret,) vt, vinculis in carne abſconditis, exitiali periculo, deſperantibus Medicis, ac Chirurgis, addiceretur. Profectò Eccleſia Lia aſpiciens Xauerium præcinctum ex Societatis vtero prodire, conclamat, Feliciter actum cum Indis, cum Iaponenſibus, cum Sinis, cum toto Gentium orbe; Dux enim præcinctus ad pugnam, iam exponit victoriam.

Reuoco ad memoriam illuſtriſſimum illud de Gad expreſſum à Moſe vaticinium: *Et Gad ait, Benedictus in latitudine Gad, quaſi leo requieuit, cepitque brachium, & verticem. Et vidit Principatum ſuum, quòd in parte ſua Doctor eſſet repoſitus, qui fuit cum Principibus populi*, Deuter. 33. 3. *De Gad vaticinium.* Deut. 33.

Accincto Xauerio cuncta accommodo.

* * *

vidit Angelum pracinctum ad mamillas zona aurea, Apocalypſ. 1. Ille quidem Angelicam Sanctorum antiquorum legis naturalis, & ſcriptæ innuit puritatem; hic autem Procerum legis nouæ caſtimoniam indicunt, profante Richardo Victorino, *In veteri Teſtamento viſus eſt Angelus cinctus renibus, quia ibi carnis opera expreſſius prohibebantur. In nouo viſus eſt Angelus pracinctus ad mamillas, quia nunc vel ipſa cogitationes illicita refrenantur.* Non licuit antiquæ legis cultoribus illicitis cogitationibus fœdari, ſed expreſſiùs nouæ legis alumni ſpeciali præcepto conſtringuntur à prauis cogitationibus abſtinere. Ergo perfectiſſima nouæ legis dogmata implebit, qui & opera & cogitationes illicitas compreſſerit. Porrò Xauier dum curat vel inculpabilem phantaſiam comprimere, videtur planè ſuper legalis perfectionis verticem auolare.

Richard. Victor. *Inculpabilẽ phantaſiam ſolus dormiens Xauier pracinxit.*

11\. Dubitabo ne iam Xauierium meum pleno ore Angelum appellare? Imò pluſquam Angelum, quia ſi Angelus vnus accingitur renibus, alter autem ad mamillas præcingitur, Xauierij caput, ſeu phantaſia conſtricta exponitur. *Vidi* (inquit Ioannes) *alterum Angelum fortem deſcendentem de cœlo, amictum nube, & Iris in capite eius, & facies eius erat ſicut Sol, & pedes eius tanquam columna ignis, & habebat in manu ſua libellum apertum: & poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare*, Apocalypſ. 10. En Xauierium amictum nube ob miram profectionis ſuæ celeritatem. Cuius Sol facies ad reuelationem Gentium. Geſtat Euangelij libellum. Columnas loco pedum oſtentat, qui profecturus ingreditur pelagus, quia ad tot leucarum immenſum ſpatium percurrendum pedum robore indiget inaudito. At cur in Angeli huiuſce capite Iris fulgentiſſimus exponitur? An vt Euangelicæ pacis gloriam euulget? An vt tot victoriarum iam coronam oſtentet? Vt reſpondeam aptiùs argumento Periandri Græci do Iridis elogium. *Poſt tempeſtatis dira horrorem, æthera Iridis pulcherrima vitta cingebantur.* Iris eſt vinculum? Igitur Angelus Xauier ad caput accinctus obiicitur: *Et Iris in capite eius.* Quia ſcilicet pluſquam Angelus (ſic profari liceat) non ſolùm opera premit, non ſolùm cogitationes illicitas præcingit, quod perfecti quique præſtant; ſed & inculpabilem phantaſiam conſtringere ſtudet, vel dum ab omni ſtudio abſtractus eſſe videbatur.

Et pluſquã Angelus pracingens caput, dum Angelus ad mamillas pracinctus apparet? Apoc 10.

Periandr.

CAPVT III.

Requieuit vt leo, dum luminibus apertis, contemplationi ita addicitur, ac ſi proximorum acquiſitioni non ſtuderet.

Aſſero, orare, idem eſſe ac dimicare, & vincere.

12\. QVaſi leo requieuit. Miror planè, tot Xauierium circa proximorum ſalutem perfeciſſe victorias, tempore tam exiguo, qui huiuſce temporis portionem orationi, ac meditationi litaret. Vbi quidem ſic ſpiritus arripiebat corporis actiones, vt non poſſet ad exteriora miniſteria recurrere. Orantem Patrem ſocius

Xauierij circa contemplationẽ ſtudium.

monet inſtare negotij cuiuſdam opportunitatem. Egreſſus è cubili pergit ad miniſterium: ſed tot raptus adhuc morulis vtitur, vt Sol, qui exoriens eum vidit orantem recedens reliquerit dulciſſimo contemplationis ſomno correptum. Inſtat ſocius ſæpe curans excitare, cui Diuus reſpondet, iam mi frater, iam pergimus. Demum monente illo, diem iam terminatum, concludit Xauierius, diem hanc totam ſibi Dominus addixit; altera, dante ipſo, proximo illuceſcet.

Audiui orantem Patrem non ſemel conclamare, *Satis eſt Domine, ſatis eſt.* An non hæ Marthæ querelæ curantis, vt contemplatione Mariæ relicta, ad proximorum miniſteria Diuus accurat? *Domine*, (ait ſoror Mariæ) *non eſt tibi cura, quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare. Dic ergo illi, vt me adiuuet*, Luc. 10. Queritur proximorum miniſterium, quòd Xauier contemplationi diu hæreſcens, non ſemper diluendis, ac inſtruendis Gentilibus curam expediat. D. Bernardus ait, *Felix domus, vbi de Maria Martha conqueritur.* Quare felix? Quia ipſum illud plus orationi tempus impendere, plus operari eſt. 13.

Illud: Satis eſt Domine, ſatis eſt; Martha, ſeu proximorum miniſterij eſt querela? Luc. 10.

Bernard. *Felix domus ſemper orãtis, quia ſẽper acquirit victorias.*

Dum orat Xauier, hoſtes debellantur, Indi conuertuntur. *Qui docet* (ait Dauid) *manus meas ad prælium, digitos meos ad bellum*, Pſalm. 143. Docétne oratio manus ad futura prælia? Minimè, ſed dum leuo ad orationem manus ſimul ad victoriam exero. Pulchrè Hieronymus, *Dum leuauerimus manus noſtras, orationes noſtra arma ſunt contra diabolum.* Non dixit, *Poſtquam*, ſed, *Dum leuauerimus arma, ſunt orationes.* quia illud ipſum orare, iam dimicare eſt, iam eſt hoſtem comminuere. 14.

Dum Xauier orat, dimicat, & vincit, ſeu Indos conuertit. Pſ. 43. Hieron.

Ideo Dominus Marthæ reſpondit, *Porrò vnum eſt neceſſarium*, Luc. 10. Quónam modo vnum, ſi tenetur Euangelij miniſter & ſibi vacare, & proximo occurrere? Certè vnum neceſſarium eſt, id eſt, orationi ſtudere; quia dum oras, dimicas: dum preces profundis, aduerſarius ſuperatur, proximus reducitur. 15.

Ideo vnum, id eſt orare, neceſſarium eſt; quia qui orat vincit. Luc. 10.

Moyſes Iudæ fortiſſimo bellatori benedicens, fatur: *Audi Domine vocem Iuda, & ad proximum ſuum introduc eum*, Deut. 33. Cur non dixit: Audi vocem Iudæ orantis, & robora poſtmodum pugnantis brachia, vt ad populum victorem introducas? Quia audiens vocem orantis fortitudinem dimicantis videt, & gloriam vincentis. Orare etenim, iam vincere eſt. Oleaſter, *Ne glorietur fortis in fortitudine ſua, ſed ſciat, plus precibus eſſe bellandum.* Ideo Xauier diu orationi inſtans, nullam actionis prætermittit opportunitatem; quia contemplatio eius pugna erat, & victoria. In morem enim Iacobi, orando dimicabat, precando vincebat, introductus ad populum proximorum. 16.

Xauier, inſtar Iuda, orans dimicat, & triũphum agit introductus ad populum proximorũ. Deut. 33. Oleaſt.

* *
*

CAPVT IV.

Requieuit vt leo, quia Xauierij occumbentis mors potiùs vita eſt appellanda.

Si quidem virgines minimè moriuntur.

16. *Corporis Xauierij incorruptibilitas.* Lyran.

QVaſi leo requieuit. Ad IESV vitalem mortem Lyranus locum allicit. Xauier, Leonis in morem, apertis oculis occubuit. Contemplare, quæſo, Diui mortem dulciſſimo ſomno comparandam, aſpice poſt tot calcis viuacis commiſtionem cadaueris incorruptibilitatem. Vide ſanguinis viui profluxionem poſt tot menſes, & cùm ſudariolum à facie abſtrahitur, & cùm corpus ſacratiſſimum ex arca viliori in pulcherrimum, præ diueſque receptaculum transfertur. Recole Phyſicorum teſtimonia de incorruptibilitate mira cadaueris. Num non aſſerere cogeris Xauierium vita functum adhuc inter viuentes adnumerandum? Quid mirum, inter mortuos liberum commorari, qui tam ineffabili virginitate floruit?

17. *Virgo Xauier verus Eleazar, nō moritur.* Iudic. 6.

Profectò virgines minimè moriuntur. *Humiliatus eſt valdè Iſraël in conſpectu Madian, & clamauit ad Dominum poſtulans auxilium contra Madianitas, qui miſit ad eos virum Prophetam, qui dixit ad eos*, &c. Iudic. 6. Quiſnam hic Propheta? Hebræi reſpondent Phineem eſſe. Hinc exoritur difficultas. Phinées Moyſis tempore vixit. Quónam modo ergo potuit ad illa vſque tempora perdurare? Porrò Phinees zelator pudicitiæ, qui mœchis mortem intulit, vel moriens non poterat quodammodo mori. Vnde prudenter ſibi Hebræi perſuadebant, caſtitatis amatorem, ac vindicem mori non poſſe: ſed ſemper ad ſuorum protectionem expectare ſuperſtitem. Xauier laborantibus Indis poſt obitum ſæpè ſuccurrit, ac viſus eſt Phinees in morem, eis opitulari: id quod hodie Chriſticolæ experiuntur. Qui potuit Xauier vſque ad hæc tempora perdurare? Non mihi perſuadeo virginem tam Angelicæ puritatis cultorem mori potuiſſe.

18. *Angelus Xauier mori non poteſt.* Iudic. 6. Auguſt.

D. Auguſtinus *quæſt.* 31. propendit, vt exiſtimet hunc Prophetam fuiſſe Angelum, qui mox apparuit Gedeoni: *Venit autem Angelus Domini, & ſedit ſub quercu*, ibid. Quamuis ſubdubitet, quòd Angeli in Scriptura viri quidem ſæpe dicantur, Prophetæ nunquam. Quare veroſimilius eſt hominem extitiſſe, vt aſſerunt Abulenſis, & alij. Profectò cùm videritis ô Indi, ô Iaponi, ô Sinæ Xauerium poſt obitum terra, marique vobis laborantibus ſuccurrentem, ſuper vndas volitantem, hoſtium exercitum incutimentem, vir eſt quidem, ſed ex Angelica virginitate immortalis.

19. *Virginitatis cultor Xauier, in morē Elia poſt mortem operatur, ac ſi in paradiſo ſuperſtes aſſeruaretur.* Damian. Num. 25.

Putat Petrus Damian. *epiſtol.* 11. *cap.* 2. Phineem viuere adhuc: *Ecce* (ait Dominus) *do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipſi, quàm ſemini eius pactum Sacerdotij ſempiternum.* Num. 25. Ad quæ Cardinalis, Pacem ſui fœderis Dominus illi dedit, quia ſedata omnis carnis moleſtia, viuere illum vſque in finem mundi conſtituit. Quare? *Iure ergo* (addit) *quia mœchis repentinam intulit mortem annoſa vita ſortitus eſt longitudinem.* Exiſtimat Pater illum eſſe Eliam in paradiſo commorantem. Incertam tamen, & paradoxam (tanti viri venia) reputem cum Abulenſi *in* 1. *Paral. quæſt.* 11. & Cornelio. Quid autem caſtitatis cultorem, ô Damiane, arbitratis Eliam ex diuturnitate vitæ? Phinees ſit, & adhuc ſuperſtes aſſeratur; nam qui caſtitatem coluit, quónam modo mori potuiſſet? Viuit Xauier poſt obitum tam egregius cultor virginitatis. Aabul. Cornel.

20. *Certamen calcis cū cadauere Xauierij, & Diui victoria.*

Ad certamen calx ſingulare aduocatur cum Xauierij corpore aſſumendum. Curat Didacus Pereira Diui cadauer ſepeliri, magna vi abſumentis calcis immiſſa, vti poſt plures menſes poſſet nuda oſſa ad Indiam aſportari nauigio faciliùs oneris imminutione. Attamen calx victa, ac fame preſſa manſit, corpore incorrupto proſiliente. Et quandónam virgo immortalis non eſt? Zacharias, *Vinum germinans virgines*, cap. 2. Alij, *Immortales.* D. Hieronymus, *In quibus virginibus mortalitas cum immortalitate deſcendit* pugnatura planè. Calx & membra Xauier dimicant, ſed vincit virginitatis gloria immortalis: *Quaſi leo requieuit.* Zach. Hieron.

CAPVT V.

In ditione Xauierij Moyſes erat repoſitus ob ineffabilium miraculorum multiplicationem.

Aſſero, Diuos vitâ functos nunquam non operari, ſeu filios ſpiritu generando, ſiue excitando mirabilia.

21. *Præcinctus Xauier ad progignendā ſpirituales filios.* Vatabl. Strab. Ioan. 2.

ET vidit principatum ſuum, (demum Moyſes) *quòd in parte ſua Doctor eſſet repoſitus.* Vatablus, *Sibi proſpexit, quòd illuc eſſet portio legiſlatoris laqueati*, ſeu *præcincti*, ad ſpiritualem fidelium generationem, ſeu admirabilium nouorum planè excitationem. Ait Strabus, *Doctor eſt repoſitus. id eſt, occultus, dum ſcribit leges ſuas in cordibus fidelium. Vnde ait Ioan. 2. Vos vnctionem habetis à Sancto.* Poſt obitum Xauierius edocet Indos, inſtruit Iaponios, Sinas conuertit, ſpirituque filios innumerabiles progignit. Aſſeritur Xauierium viuentem duodecim ferè centena millia filiorum ſpiritualium procreaſſe. Certè poſt obitum Eccleſia America nunquam ceſſauit à partu, Xauierio parente. Vnde exiſtimo numerum poſt diſceſſum Patris primum numerum ſuperare. Teſtor Sinas poſt obitum Xauierij eius Diſcipulorum doctrina ad fidem adductos. *Occultus* inibi Xauier *Doctor laqueatus.*

22. *Innumerabiles filij Xauierū vita functi.* Apoc. 7.

Et audiui (Ioannes ait) *numerum ſignatorum centum quadraginta quatuor millia ſignati ex omni Tribu filiorum Iſraël*, &c. *Poſt hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus Gentibus*, Apocal. 7. Vbi quærit Origenes, quónam modo Patriarchis duodecim æqualis ille numerus filiorum prædeſtinatorum tribuatur: *Duodecim millia ſignati?* Et reſpondet Patriarchas poſt obitum ſemper in ſuperis manentes illi ſpirituali generationi operam expedite. Vndénam autem Gentilium potuit innumerabilis cœtus filiorū prædeſtinatorum quidē oſtentari, niſi quia eorum P. Xauierius

rius ſemper ſtudet fideles Americos producere. Viuens ergo numerum prædeſtinatorum, &c. Iſraëlis duodecim Tribubus ſuperſuit, vitâ autem functus innumerabilem filiorum cœtum exponit, ſemper Paterfamilias. de quo alibi.

23. *Xauier quaſi Deus omnipotens ad miraculorū excitatiinē.* Exod. 4.

Aliter expendo locum, *Doctor eſt repoſitus, qui fuit cum Principibus. Qui fuit?* Equidem Xauier verè *erat* quodammodo, Dei æmulator, de quo textus, *Qui eſt miſit me ad vos*, Exod. 4. Porrò Moyſes gerens Dei vicarium, iuxta illud: *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis, fuit*, quia Deus eſt. Qui eſt miſit me. *Qui fuit cum Principibus.* Vidit ergo Xauier Gaditâ præcinctus, *quòd in parte ſua Doctor eſſet repoſitus*, nempe Moyſes, *qui fuit*. Vndenam Moyſes Deus à Domino appellatus eſt? Aſſerunt Doctores ex poteſtate ad miraculorum patrationem. Deo quidem omnia miracula tribuuntur, de quibus Chriſtus, *Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis*; Marc. vlt. Attamen miracula illa, quæ ex nimia difficultate, vel potiùs celſitudine, videntur implicationem importare, (v. g. Euchariſtia, vbi Chriſtus eſt totus in toto, & totus qualibet in particula,) ſpeciali iure Numini omnipotenti tribuuntur. Quare Angelicus Doctor aſſerit Euchariſtiæ mirum ad Dei omnipotentiam ſpecialiſſimè pertinere, atticulóque illo exprimi: *Credo in Deum Patrem omnipotentem.*

Marc. vlt.

Thom.

24. *Miracula excitauit, quæ contradictionē inuoluere videbantur.*

Xauier itaque ſe Deum quodammodo oſtendit, *qui fuit*, innumerabilia miracula patrans, ſed præcipuè aliqua excitans, quæ videntur implicationem annotare. Quaſi vulgus quidem miraculorum Xauerij erant, aureos nummos inopi erogare, cùm vacuus omninò eſſet, vacuum vas oleo plenum reddere poſtulanti, viginti ſupra quinque mortuos ſuſcitare, puerum contactu ſuo mundare leproſum, ingentem trabem veluti arundinem amouere, vt locum cederet fugienti; à cancro Chriſti ſuffixi imaginem accipere in diſtanti littore, quam ſedaturus pelagus immiſerat in vndas; peſtem comprimere, baculo puerorum miniſterio dæmones abigere, Badagarum exercitum ſolo aſpectu fugare, Acenorum claſſem obruere precibus, ô Tolanos à fide recedentes ſulphureo igne obruere, tempeſtate iactatos requie donare, pelago inambulare, nauem debilem aduerſus ventorum ac vndarum inſultus roborare, dum fortes obruuntur; idolorum ligare vim, diabolo obmuteſcente: fugare dæmones, domos conflagrantes ab incendio liberare, quinque diebus naufragio actum amicum per maria humeris deportare ad littus: puerum ſuffocatum è puteo extrahere, aquas pelagi condire dulcedine, vt poſſit epotari, & id generis innumerabilia, quæ prætermitto. Certè nonnulla eius miracula, quodammodo implicationem innuebant. Viri Deifici omnipotentiam commendare ampliùs videbantur. Diuerſis in locis eodem tempore Xauerius exiſtit. An non à Philoſophis impoſſibile aſſeritur, quia qui diſſidet à ſe ipſo, haud poteſt in ſe ipſo manere? Xauerij nomine Sol è Occaſu in Orientem recurrit. IESV nominis virtute olim Sol conſtitit: *Ne moueâris. Steterúntque Sol, & Luna*, Ioſ. 10. Præcelſioris virtutis documentum eſt, ſolem ad locum natiuitatis remeaſſe nunc, quàm olim conſtitiſſe. Tunc ſuſpendi Aſtra coëgit, nunc omnium curſum diſturbauit. *Quid eſt tibi mare, quòd fugiſti, & tu Iordanis, quia conuerſus es retrorſum? A facie Domini.* Omnipotentis Numinis arguitur præſentia, cùm pergens ad pelagus flumen locum repetiit natalitium. Quid Solis recurſus?

Diuerſis in locis ſimul extitit.

Sol in orientem ex occaſu recurrit. Ioſ. 10.

25. *Aqua lampades ardet, tanquam oleo.*

Lampades aqua immiſſa velut oleo infuſo ſubitò ſuccenduntur, apud Xauerij ſepulchrum. Magnum eſſet miraculum, aquam in oleum eſſe mutatam, veluti in nuptiis Canæ aqua in merum. At aquæ natura perſiſtente, pabulum lampadi miniſtrari, admirabilius, ac veluti implicatorium prodigium eſt. Dominus Mariæ poſtulanti ex D. Maximi ſententia, vt aqua meri præſtaret effectus, reſpondit, *Nondum venit hora*, Ioan. 2. id eſt, noua hæc miraculorum ratio Xauerio Diſcipulo reſeruantur, qui maiora hiſce operaturus eſt, iuxta illud: *Et maiora horum faciet*, barbarorum quidem admiratione, qui aquam lampadibus immittent: & Trauancoris accolis, quibus aſpectantibus ſubitò aqua flammam emittet.

Ioan. 2.

26. *Vnica lingua locutus à cunctis diuerſis idiomatis intelligitur. Vnica reſponſione pluribus ſatisfacit quæſtionibus.*

Cùm vnico idiomate loqueretur, à diuerſarum nationum, & linguarum cultoribus intelligitur. De pluribus interrogatus diuerſis admodum vnica reſponſione ſatisfacit. Tria Martha querula requirebat; *Non eſt tibi curæ, quòd ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? dic ergo illi, vt me adiuuet.* Cur ſororem non dimitteret ad ei auxilium præſtandum? Cur ſoror otioſa maneret? Cur Martha ipſa ſola inſudans labori relinquebatur? Porrò Chriſtus ait, *Martha, Martha, ſollicita es, & turbaris erga plurima, porrò vnum eſt neceſſarium, Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea*, Luc. 10. Vbi Toletus, *Reſpondet Dominus ad tria. Ad primum quidem, Martha, Martha*, &c. *Secundò reſpondet querelæ Marthæ cōtra ſororem, Maria optimam partem*, &c. *Vltimo loco reſpondet Dominus ad petitionem Marthæ, quæ non auferetur ab ea.* Cur vna reſponſione Dominus triplici quæſtioni ſatis non fecit? Certè, quia tam admiranda, ac quaſi implicatoriæ quæſtiones ſoluendi ratio Xauerio tam auguſtam Eccleſiæ, fideique cauſam acturo erat reſeruanda.

Luc. 10.

Tolet.

27. *Haud datū Apoſtolis vna linguā loqui, quæ à diuerſa linguæ nationibus intelligeretur. Vni Xauerio reſeruatum.* Act. 2. Caietan.

Loquentibus Apoſtolis variis linguis à linguarum earumce hominibus audiebantur. *Et cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis. Facta autem hac voce, conuenit multitudo, & mente confuſa eſt, quoniam audiebat vnuſquiſque lingua ſua illos loquentes*, Act. 2. Vbi Caietanus, *Tam ex textu illo: Cœperunt loqui variis, ſeu aliis linguis; quàm ex hoc: Loquentes lingua vniuſcuiuſque, ſoluitur quæſtio illa antiqua, An Apoſtolus loqueretur vna lingua, quæ intelligatur ab vnoquoque aliarum linguarum? An vnuſquiſque loqueretur propria cuiuſque lingua, nunc hac, nunc illa? Vterque enim textus clarè affirmat hanc ſecundam partem, dicendo, quòd loquebantur aliis, ſeu variis linguis.* Magnum profectò fuit, Apoſtolum variis linguis vtentem à variis nationum accolis intelligi. Sed maius prorſus eſſet Apoſtolum vna lingua vtentem à cunctis diuerſarum linguarum exaudiri, ac percipi. Id plane Apoſtolo Xauerio reſeruatur, cui vni maior erat orbis tradendus.

28.
Ex Gadita Xauierij accinctione Iesv gloria.
Oleaſt.
Cant 6.

Recurro ad vaticinij initium: *Benedictus Gad.* Oleaſter, *Benedictus Deus, qui fecit dilatari Gad accinctum, & claritatem habere in numeroſa Tribu, & fortis extenſione.* Ex conſtrictione quidem Gaditæ Xauierij Principis, ſeu Apoſtoli Indorum ac Iaponiorum, in Iesvm immittentem auguſta gloria refunditur. *Coma tua ſicut purpura Regis vincta canalibus*, Cant. 6. LXX. *Coma illius purpura, Rex ligatus.* Xauierius ex Regio ortus ſanguine verior Princeps ex pelagi tranſcurſione, ligatus vbique ex laborum ſuſtinentia, præcinctus ad tot victorias comparandas, ad tot tantáque excitanda facinora, patranda miracula gloriam Iesv præparat immittenti. Ieſuitam enim tribulationibus illigati idem eſt, ac Dei gloriæ currum triumphalem conſtruere. Hebraicum verbum, quo vincta, ſeu ligata purpura, ſeu Rex annotatur, *Argaman* eſt, ex quatuor literis compoſitum, velut illud: S. P. Q. R. *Senatus, Populúſque Romanus.* Innuunt autem quatuor Angelorum nomina, *Michaël, Gabriel, Raphaël,* & *Vriel,* quatuor quidem animantia, quæ Ezechielis currum Dei gloriam inuehentem. Dum igitur Rex Xauier tot laboribus, ac tribulationibus, tot geſtis alligatus obiicitur Dei, gloriæ currum triumphale conſtruit, vt acclamantes inſequamur: *Benedictus Deus, qui fecit dilatare Gad pracinctum.*

Observat. II.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Xauier continuæ mortificationis cingulo illigatur, vt tot poſſet velociſſimè perficere profectiones, tot tranare maria, ad tot peregrina Regna auolare.

Etenim mortificationis laqueus homines effecit expeditiores.

29.
Ne fugias à via difficili, laqueo laborũ aſſueſce.
Marc. vlt.

Mortificationis exercitamento iubet Dominus accingi Diſcipulos, quos in mundum vniuerſum concionaturos immittit. *Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ*, Marc. vlt. Igitur cingulo mortificationis conſtringendi erant, quia mortificationis laqueus homines efficit expeditos ad itinera perficienda.

30.
Conſtrictio Xauierij ad itinera perficienda, ſeu mortificationis exercitia.

Xauier adoleſcentes ſocios ſæcularis velocitate vincens femora vinculis tam arctè illigauit, vt exitiali vulnere aſpectato, deſperantibus chirurgis, ſocij cœleſtem accurrerent ad Medicum, qui diuinitus confractis vinculis, Viuum reſtituit ſanitati. O Pater, cur illigaris compedibus, qui giganteo curſu innumerabilium leucarum ſpatia ineunda es immittendus? Quia velocius currit, qui mortificationis exercitamentis arctiùs alligatur. Comminuuntur femorum vincula? Non deerunt laquei, quibus conſtringi valeam. Apud Indos omnino à carnibus abſtinebo, nec vinum exhauriam, nec triticum panem manducabo, ſingulæ hebdomadæ me ieiunantem ter videbunt, inueteratis, vilibúſque veſtimentis vtar, humi cubabo, ferreis catenulis flagellabor. Quid ſi non valeas currere? Saltabo, volabo. Neceſſaria mihi arctiſſima conſtrictio, quia multa, ac longa me itinera expectant, apud Indos, Iaponios, Sinas. Iaponienſis orbis triginta & octo Regna à me præparat diluenda. Vocat Goa, Malabarenſis Prouincia, Piſcatoria littora, Malaca, Mogoris magni Regnum, Inſulæ Philippicæ, duodecim mille leucas perficiam. Ad tot itinera perſoluenda arctiſſimum cingulum neceſſarium eſt.

31.
Xauierij pedes prius igne mortificationis illigantur, quã pergant ad aquas.
Apoc. 10.

Rurſum Angeli illius pergentis ad Gentiles, ex Alcaſaris mente, habitum contemplabor. *Vidi alium Angelum fortem amictum nube, & pedes eius tanquam columna ignis, & habebat in manu ſua libellum apertum, & poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare*, Apoc. 10. Nube Xauier amictus oſtenditur, ſeu vapore, ſiue potiùs nudus obiicitur, ea apud Gentiles indumenta ſumpturus, quæ ad eorum conuerſionem magis opportuna viſebuntur. Iam enim Apoſtolici Nuncij grauitatem induit; iam vt vulgari amictu noctu cymbalo monente, ad Purgatorij incolas ſuffragia precatur impendi; iam velut miniſter equitantis herum præcedit ea ſolùm mercede, vt poſſit ad Iaponienſem vrbem accedere, proximos ad fidem adducturus. Tam velociter progreditur Angelico curſu, vt quaſi primo greſſu medium proſiliat in pelagus. Preme, quæſo, illa verba: *& pedes eius tanquam columna ignis*, quo quidem mortificationis vincula deſignantur. Xauier ergo pelagi non pergit ad aquas prius quàm igneis mortificationis vinculis conſtringatur.

32.
Pergit ad ignem, ad aquas pelagi tranſiturus.
Pſalm. 65.
Auguſt.

Aptè Dauid confirmat cogitationem. *Tranſiuimus per ignem, & eduxiſti nos in refrigerium*, Pſalm. 65. Prius pedes igne mortificationis ſuccenduntur, quàm pergant ad aquas Indica expeditione. Angeli pedes priùs igne cruciantur, mox ad aquas deferuntur. Auguſtinus, *Noli feſtinare ad aquam, per ignem ad aquam tranſi, vt tranſeas & aquam.* Quónam modo Xauier deferretur immenſi pelagi ad vndas, ſi igneis mortificationis vinculis alligatus non eſſet?

33.
Moyſes laqueatus inceſſit, ne ob difficultates aufugerit, itinere non perfecto.
Deut. 33.
Vatabl.

Habitus currentis velociter illigatio eſt. De Gad ſuperiùs dicebam, *& vidit Principatum ſuum, quod in parte ſua Doctor eſſet repoſitus, qui fuit cum Principibus Iſraël*, Deuter. 33. Vbi Vatablus, *Sibi proſpexit, quòd illuc eſſet portio legiſlatoris laqueati, qui fuit Dux Iſraël.* Ac ſi diceret, Curauit iuxta nominis ſui ſignificationem, (*Accinctus*,) ſibi proſpicere exemplo Moyſis, qui vt eſſet Dux Iſraël, & quadraginta annis tot perficeret itinera laqueatus mortificationis exercitio inceſſit. Ne ſcilicet vi exuſtus ignis perſecutionum, laborum, concertationum à via recederet. Alligauit Abraham Iſaacum, cum Domino litaturus. Quare? Ambroſius, *Ne refugeret vi ignis exuſtus.* Refugeret Moyſes, refugeret Gad, Xauier refugeret vi ignis laborum exuſtus, ſi laqueo non eſſet aſſuetus ob mortificationis exercitia.

Ambroſ.
Gen. 22.

34.
Lazarus vt

E ſepulchro prodiit Lazarus, *ligatus manus, & pedes inſtitis*, Ioann. 11. Non ambulat,

longum iter perſiciat, è morte ſcilicet in vitâ, alligatus incedit: vt quieſcat, ſoluitur. Ioan. 11.

bulat, ſed exilit, typum gerens ex mente Baſilij eius, qui ad Dei properat obſequia. Cur, ô Domine, currentem non ſoluis, vincula comminue, vt velociùs curſum perficiat. Ita ne? *Soluite eum, & ſinite abire.* Quónam abibit, qui propria manebat in domo? Profectò à loco ſepulchri in ſordorum ipſiúſque domicilium. Qui tam exiguam viam eſt perfecturus vno, aut altero greſſu, ſoluatur. At qui longiſſimo itineri ſe dediturus eſt, nempe procedendo à morte in vitam, alligatus incedat. Mihi aſſumenda proceſſio à vita in mortem, pergendum mihi ad aquas, vt naui ſine velis, & remigio ad Marſiliam appellam. Ergo ô Lazare, mortificationis rurſum vinculis illigare.

Claudus illigatus et labore, poteſt currere ſicut ceruus. Iſa. 35. Plin.

35. *Et erit*, (ait Iſaias,) *ſicut ceruus, claudus*, cap. 35. Vndénam tanta claudo velocitas? Certè ex laqueis laboris, quibus implicatus, non iam ambulabit, ſed proſiliet. Aptè autem *ſicut ſeruus*, de quo Plinius aſſerit, pedes graminum laqueis implicare, cùm velociſſimum paratur ad curſum.

Dominus ſicut ceruus colles tranſilit, ac ſalit in môtibus, quia moleſtiis humanitatis alligatus venit. Cant. 2. Pſalm 92.

36. Sic Dominus cucurrit. *Ecce iſte venit ſaliens in montibus, & tranſiliens colles. Similis eſt dilectus capræ, binnulóque ceruorum*, Cant. 2. Cur exiſtimas dilectum cerui velociſſimi in morem in montibus ſalere, colléſque tranſilire? Quia illigatus incedit. Dauid, *Indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe*, Pſalm. 92. Ex Patrum mente Chriſtus humanitatis moleſtiis præcingitur: vt ſcilicet, cerui in morem, illigatus ſaliat. Quid mirum, Xauierium tot itinera tam velociter perfeciſſe, ſi *ceruus emiſſus* ab Ignatio in Americam ſolo Breuiarij præſidio, ac ſubſidio pelagi perrexit ad aquas, alligatus vtique perpetuæ mortificationis compedibus?

Observat. III.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Accinctus eſt Xauier, ſeu expeditus ad cuncta Euangelij miniſteria, & officia obeunda: in cunctis tantam dexteritatem oſtentans, ac ſi vni ſolummodò eſſet addictus.

Rarus planè, qui ad plura diuerſa munia aptus exponitur.

37. Accincti, ſeu præparati exhibentur Apoſtoli ad quælibet Euangelij munia præſtanda, iuxta Domini præſcriptionem; qui quidem miniſtrorum perpendens aptitudinem, ſingulos ſingulis accommodat miniſteriis; ne intenti pluribus minor ſit ad ſingula ſenſus. Aiebat Liuius, *Rarus, qui ad plura diuerſa munia aptus exponitur.*

Liuius.

Dauid citharœdus, fit Pſalmiſta,

38. Elegit Dominus Dauidem citharœdum, qui tetros ſpiritus muſica propulſaret. Sed ad quódnam miniſterium elegit? Porrò ad munus Pſalmiſtæ. Beda, *Qualis artifex eſt Spiritus ſanctus. Tetigit puerum citharœdum, & Pſalmiſtam fecit.* Cur non dixit, Et fecit Ducem Iſraël, Iudæ Regem? Quia vt Spiritus ſancti dexteritas ad miniſtrorum electionem oſtendatur, vult Dauidem citharœdum à cunabulis non Regem efficere, ſed Pſalmiſtam, munus non mutando, ſed materiam. Nec ſimul feciſſe eum Principem Beda aſſeruit; quia in dubium ab ignorantibus reuocaretur artificis dexteritas, ſi vni homini varia iniungeret miniſteria. Obeat id munus quod didicerat à cuna. Nec enim ad ſingula facilè quis aptus inuenitur.

ne alij incumbēs miniſterio, minori exereret dexteritate. Beda.

39. Aſtronomiæ Magi ſtudium impenderant, electi autem ad Solis ferendum teſtimonium, vni, (ſic diſponente Spiritu ſancto,) Aſtrologiæ inſiſtunt miniſterio. *Vidimus*, aiunt, *Stellam eius in Oriente, & venimus*, Matth. 2. Ad quæ Chryſologus ſerm. 5. in Epiphan. *Quia ſe in cœlo diu cum Aſtris errantibus erraſſe videt, gaudet in terra, ad Deum ducatu vnius ſyderis perueniſſe.* Cur Deus voluit eidem muneri ſemper addici; contemplati ſydera diu, conuertendi ſequuntur ſtellam, ſolem iuſtitiæ Gentibus manifeſtant? An quia *rarus, qui ad plura diuerſa munia* aptus exponitur? Ita planè.

Aſtronomi Magi ſemper eidem muneri incumbunt. Matth. 2. Chryſol.

40. Petro & Andreæ Dominus, *Venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum*, Matth. 4. Cur Diſcipulorum non mutauit officium? Anſelmus, *Secundùm gratiæ electionem electi ſunt ad ſpiritualem piſcationem.* Ac ſi diceret, hæc eſt Dei electio, homines pluribus non addicere miniſteriis, ſed vni facere vt inſiſtant. Semper ſint piſcatores, ne diuerſis vacantes miniſteriis, minorem ſingulis ſenſum adhibeant: *Rarus* enim eſt, *qui ad plura diuerſa munia aptus exponitur.* Vnde prudentiſſimus Pater Societatis Ignatius vt ſupremo Artifici morem gereret, ſociis præſcripſit, ne ex vno officio ad aliud tranſirent, ſed in primo perfici procurarent.

Apoſtoli nūquam non inſtant expiſcationi. Matth. 4. Anſelm.

41. Rara igitur auis in terris Xauier, cui Dominus Artifex ſupremus elegit, vt diuerſa admodum miniſteria obiret, tanta quidem dexteritate, ſingula, ac ſi vnicuique à cunabulis ſtudium impendiſſet. Videbitis Diuum ad itinera, inſtar Raphaëlis, expeditum, nunquam quieſcere, duodecim mille leucas conficere. Idem perpetuo Nuncij Apoſtolici, ac Regij officio fungitur. Idem ſemper noctu munus Sacriſtæ obit, cymbalo pulſato Purgatorio ſuffragia exquirens. Verùm, (vt ad argumentum propiùs accedam,) ſemper Xauierium citharœdum aſpicio meditationi addictum, tot cœleſtibus illuſtrationibus illuſtratum, tam diu apud ſuperos cum Paulo permanens, vt ipſe de proximis ſollicitus, inclamaret: *Satis eſt Domine, ſatis eſt.* Nunquam non eundem contemplor Aſtrologum. Tempeſtates prædicit, ſedat, imperat elementis, ſolem ſiſtere efficit, cœleſtem ignem ad Tolanorum ſupplicium immittit, Principes tenebrarum ſoluit, illigat. O Magiæ cœleſtis cultorem! Simul Patrem adeò piſcationi addictum intueor, vt vnica viri cura eſſe videatur, poſtquam mercator electus omnia diuendidit, vt vnicam acquireret margaritam.

Rariſſimus Xauier pluribus muneribus addicitur, magnus in cunctis.

48. Cùm vides Apoſtolum huc illuc curſitantem, vt occurrat peccatoribus indigentibus, nónne eum laborare exiſtimas; Ita planè. Ergo cùm videris eum ad tertium abripi cœlum, puta etiam laboribus angi: quia à proximis abſtrahitur. Tam affectum moleſtia æſtimo Xauierium cùm afficitur in oratione gaudio, ac cùm curſitat per Iaponiæ vrbes. Accommodo Diuo quod de D. Acholio ſcripſit Ambroſius epiſt. 60. *Vidi, fateor, virum, vidi illum eſſe in corpore, vt extra corpus putarem. Vidi imaginem illius, qui ſe ſiue extra corpus, ſiue in corpore neſciens, raptum ad paradiſum viderat. Ità enim percurrebat omnia ex curſu frequenti, Conſtantinopolim, Achaiam, Epirum*, &c. Preme particulam *ita.* Ac ſi diceret, Eum vidi raptum ad paradiſum, & ita percurrebat omnia curſu frequenti; id eſt, quàm moleſtè omnia percurrebat, tam moleſtè quidem ad cœleſtem conſolationem abripiebatur; quòd videret tunc proximis egentibus non hæreſcere. Ita Paulus; ſed Xauier ampliùs laborat dum quieſcit, ſi quidem petit requiem terminari: *ſatis eſt.*

Plus laborat Xauier cùm donatur conſolationibus, quàm cùm omnia percurrebat.

Ambroſ.

49. Proclamat ſponſa, *In lectulo meo per noctes quæſiui, quem diligit anima mea; quæſiui eum, & non inueni. Surgam, & circuibo ciuitatem*, Cant. 3. Vbi Gilbertus, *Totum ibi lectulus, & nox, totum pax, & quies. Numquid ſatis eſt? Satis eſt.* Quare vis requiem terminari? Quia cupio per vicos, & plateas in proximis ſponſum requirere. *Amantis* (addit) *anxietas illum dormire vetat, vigilias inducit: amor de quiete inquietior redditur.* An quietior in vicis, in plateis? Ita quidem quia adſunt proximi laborantes, Indi occurrunt ſacra vnda à me diluendi.

Xauerio lectus quietis ſpiritualis moleſtus præ deſiderio ſubueniendi proximis.

Cant. 3. Gilb.

Observat. V.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Xauier veſtibus vilibus indutus, imò nudus, à Regibus, ac Principibus ſeculi ampliùs honoratur.

Paupertas enim cunctis eſt venerabilis, quia hominis occultum fulgorem manifeſtat.

50. In morem Raphaelis, iubet Dominus Diſcipulos eſſe accinctos itineri. Qui viderit homines peditum viatorum referentes ſpeciem, eos deſpicabiles reputabit. Periander, *Regem non exaltat purpura, ſed purpurati mores, quos ſeruitus, abiectioque aſſolet aperire.* Vidiſti manus viri aut fœminæ chirotheca indutas, eiuſque ruptione adamantis fulgor apparere? ſæpe nuditas viri ſplendidi radios manifeſtat.

Peian.

51. Præcinxit ſe Xauierius itineri equitantis aliquando ad Dei gloriam pedes miniſtrator efficitur. Veſtibus ſẽper attritis vſus eſt. Quod cùm à ſociis moneretur; O Pater, recordare te Apoſtolici Nuncij munus obire, decentiori vtere veſtimento. Queis Diuus, operibus quidem veteribus, attritis actionibus munerum auguſtorum fulgor obſcuratur, non veſtibus attritis ac veteribus. Profectò ex vili indumento adeò Pater fuit à ſeculi Principibus honoratus, vt videretur poſſe affectari à quocumque cuperet primas ſedes, Regumque gratiam ambire, & aucupari.

Xauier ex nuditate, & ſeruitute affectat vilis apparere: ſed non poteſt.

52. Non eget ſpiritu pauper apparatu, vt dignus reuerentia appareat: nunquam nuda paupertas non apparuit auguſta. D. Chryſoſtomus hom. 47. in Mat. *Quid igitur hoc paupere melius? At non habet equos, & currus. Quid verò opus eſt ei, qui ſuper nube vehi debet, & eſſe cum Chriſto?* Nam cùm nudus apparet, eo ipſo dignus nube exiſtimatur. Vnde idem Doctor hom. 2. in epiſt. ad Hebr. *Oportet pauperes ob paupertatem efferri: & ſibi placere, ſi ſibi placere oportet.* Ac ſi diceret, ſi oporteret hominem placere ſibi arroganter ex comparato honore; deberet quidem ſe pauperem, ac nudum exponere. Nazianzenus, *Paupertatem, & inopiam exprobrabunt. At iſtæ ſunt diuitiæ meæ. Hæc me non ſolùm glorianem, ſed arrogantem facit.*

Sẽper nuda paupertas apparuit auguſta.

Chryſoſt.

Naziant.

53. Moyſi Deus. *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis*, Exod. 7. Quónam modo, & quandónam Moyſes Deus Pharaonis fuit conſtitutus? Porrò cùm Moyſes veſtimenta Regalia contempſit, induitque Chriſti nuditatem: tunc Deus conſtituitur Regis Ægypti, id eſt, factus eſt Principi venerabilis. Ambroſius ad illud Pauli *Vſque ad hanc horam & eſurimus, & nudi ſumus*, 1. Cor. 4. *Moyſes* (inquit) *noluit Rex eſſe, cùm poſſet; ſed opprobrium Chriſti theſauris Aegypti arbitratus eſt præferendum. Sed fugiendo potentiam, potentior factus eſt; factus eſt enim in Deum Regi Pharaoni. Rex erat Pharao, ſed Deus non erat, Moyſes factus eſt illi Deus. Et tu ſi vis peccatoribus eſſe terrori, Regibus reuerentiæ, contemne, quæ ſeculi ſunt, & Dominicæ paſſionis nuditatem contende omnibus præferre diuitiis.* Qualis nuditas, quæ Deitatis pretioſum lapidem manifeſtat in paupere?

Paupertas, & nuditas aperuit in Moyſe Deitatem occultam.

Ambroſ. 1. Cor. 4.

Nudus fit Regibus reuerentiæ.

54. Chryſoſtomus hom. Quando Presbyter eſſet deſignatus, tom. 5. *Contemptis illis omnibus, ad lutum, & laborem opificum ſe contulit, & in ſeruorum numero eſſe concupiuit, qui Rex erat, & Regis filius.* Xauier Regio è ſanguine exortus ſerui amictu cunctis impendebat obſequium, ſemper aliis miniſtrare geſtiens, nunquam permittens miniſtrari. An ideo ab aliquo Procere deſpectus? Reuerſus Moyſes in Ægyptum quaſi Deus, imperaturus elementis: Quónam modo ex veſtium, aut officij vilitate deſpici poſſet? *Hanc ob cauſam* (inquit Doctor) *reuerſus eſt maiore cum dignitate, quàm antea gerebat. Siquidem poſt ærumnas peregrè toleratas, rediit Regis iam factus Deus, ipſoque Rege ſplendidior erat, non geſtans diadema, nec purpura amictus, neque curru vectus aureo, ſed vniuerſo illo faſtu conculcato. Reuerſus eſt ſceptrum geſtans, quo imperaret non hominibus tantùm; ſed & cœlo, terra, marique, aeris, & aquarum naturæ; in quæcumque enim voluit Moyſes; in ea vertebantur elementa, & in manibus illius denuo transformabatur creatura, quæ non aliter quàm ancilla quædam officioſa conſpicata Heri ſui amicum aduenisse, per omnia parebat; perinde ac ipſi Domino.* Quid ad Xa-

Xauier vt Moyſes ſeruus, & nudus imperat elemẽtis, pro famulo, quẽ non admiſit, naturâ famulante.

Chryſoſt.

Xauieri miracula celebrantur in Moyſe

Uierium

nierium excogitatius? Curat vili amictu, ſeruili miniſterio dum omnibus miniſtrat, nec famulum ſibi annuit aſſignari, inſtante importunè Comite de Caſtaneda: & cùm à Regibus deſpici poſſet, faſtum ſeculare deſiderantibus fit illis in Deum, proclamante natura obſequente & pro famulo, quem Diuus reiecerat, ſufficiente, fieri ſui amicum aduentaſſe, dum videt cunctis imperitare elementis. Quid hac paupertate, ac nuditate ornatius?

55. *Imitatur Xauier Ieſù, qui nuditate Deitatis fulgorem manifeſtauit.* Guarr.

Profectò in Ieſu Xauier efficacius, quàm in Moſe, exemplum habuit. Ex nuditate quidem omnium Dominus aſcendens obiicitur Dominus. Aliquando à pueris Propheta illud audiuit improperium: *Aſcende calue, aſcende calue.* Vel pueris notum caluitiem, & nuditatem aſcenſui obnoxiam. Ieſu id accommodat Guarricus *ſerm. 2. in Ramis.* Fantur Iudæi, *Crucifige, crucifige. Ac ſi dicerent: Aſcende calue, aſcende calue.* Caluus efficiatur, denudetur. *Vos inſenſati clamabatis. Crucifige, aſcende calue. Ordinationi eius non potuit furor veſter non ſeruire.* Poſtulatis enim vt aſcendat, dum denudatur. Nec enim poteſt non aſcendere, qui ſeruili abiectionis gratia vtitur veſtimento affectans nuditatem, quæ neceſſariò adamantis fulgorem manifeſtat.

OBSERVAT. VI.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Præcingitur Xauier, vt Eccleſiæ innumerabiles generet filios.

Nec enim Chriſticolæ perfectè implet appellationem, qui laborat ſterilitate, nec ſaltem vno ſpirituali nato nobilitatur.

56. *Miniſter Euāgelicus haud ad ſuperos ſolus aſcendit.* Gregor. Guiſl.

ACcingimini puritate (ex mente Gregorij) ad ſpirituales filios generandos. Ghiſlandus, Præcingimini, lumbos purificatè, vt ſpirituales filij procreentur. Certè vix poteſt Chriſticolæ appellationem implere, qui vnum ſaltem ſpiritualem filium Domino non producit.

57. *Primus Chriſticola Andreas curat aliū generare filiū; vt verè Chriſtianus appellaretur.* Ioan. 1. Tertul.

Fatur Ioannes, *Inuenit Andreas primùm fratrem ſuum Simonem, & dicit ei: Inuenimus Meſſiam, & duxit eum ad Ieſum*, cap. 1. Factus Andreas Ieſu filius, non viſus ſibi aptè Chriſticolæ nomen implere, ſi non curaret *primùm*, ſeu illicò alius Deo filium generare. Tertullianus Apolog. cap. 9. *Quid demque ſingulares Chriſtiani? Non erit, opinor, legitimus Chriſtianus, niſi frater, aut filius.* Premo particulam, *niſi frater.* id eſt, non erit Chriſtianus legitimus, niſi qui fratrem acquiſierit, vt ſingularis non appareat in Dei conſpectu, ſed filium offerat Saluatori. Iam expendo particulam *niſi filius.* Sic interpretatur Scholiaſtes Doctoris, Non erit legitimus Chriſtianus, niſi filius Dei fuerit. An amittit eſſe Chriſtianum, qui filius Dei non eſt? Minimè. Malus erit Chriſtianus qui filius ob gratiam non fuerit, ſed charactere minimè abolito, non poterit non eſſe Chriſtianus. Quónā modo ergo aſſerit Tertullianus Chriſtianum eſſe non poſſe niſi filium Dei. Porrò, quia illi ſolummodo reputandi filij Dei, qui ſterilitate non laborant, aut ſingulares non apparent: ſed fœtum ſpiritualem Deo litant.

Illi ſolummodo reputandi filij Dei, qui non laborant ſterilitate.

Hunc ſenſum confirmat illa Ioannis ſententia, *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, iis qui credunt in nomine eius*, cap. 1. Si credunt, ac diluuntur, iam ſunt filij Dei. Qui ergo aſſeriteis poteſtatem exhibitam, vt fiant filij Dei? Certè credentes, ac diluti, Chriſtiani fiunt, ac filij: ſed quodammodo nec Chriſtiani, nec filij ſunt appellandi, niſi poſtquam accepta fide ſtudent ſpirituali filiorum procreationi. Accepiſti fidem, Baptiſmum, Chriſtocolæ appellationem: ſed dum ſingularis exiſtis, videris non tam accepiſſe filiationem, ac fidem, quàm poteſtatem ad illam acquirendam, quando cures ſocium fidei acquirere Saluatori: *Non erit legitimus Chriſtianus niſi frater, aut filius.* 58. *Baptizatis Chriſtianis datur poteſtas, filios Dei fieri aliū filium ſpiritualem generando.* Ioan. 1. Tertul.

Quænam Ieſu oues? Hæ quidem, quæ ſterilitate non laborant. Nulla *ſingularis*, ſed geminans. *Omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas*, Cant. 4. LXX. *Quæ omnes geminantes, & infœcunda non eſt in eis.* Aſcendentes hæ oues de lauacro aſſeruntur. *Quæ aſcendunt de lauacro*, Baptiſmi ſcilicet, Bernardus ſerm. 63. in paruis. *Lauacrum Baptiſmus eſt. Omnes aſcendunt gemellis fœtibus, quia & verbo pariunt, & exemplo, & ſterilis non eſt in eis, quia nullus infœcundus.* Igitur qui verè aſſeritur à Baptiſmi lauacro aſcendere, eo ipſo gemellis fœtibus ſtipatus affirmatur; quia ex eo quo Chriſtianus eſt, videtur non poſſe ſterilitate laborare. Simul ergo & è Baptiſmi lauacro, Chriſticola, exſurgit, & ſpirituali progenie ſtipatus incedit. 59. *Ieſu filij omnes fœcūdi ſunt.* Cant. 4. Bernard. *Qui aſcēdit de lauacro Baptiſmi, ſimul ſe patrē oſtentat.*

Accipit famulus fidei talentum, dum Chriſtianus efficitur; nec multiplicare ſtudet, alium filium ad Chriſtum progignendo; ſeruus nequam à Domino appellatur, Mat. 25. Cur non Fili, ſed *Serue.* Quia non legitimus filius qui non procurat ſterilitatem propulſare, licèt aliàs ſe fideliter geſſerit. Pulchram audi Chryſoſtomi ſententiam Orat. 1. adu. Iudæos. *Talentum illud, quod acceperat, & defoderat ſeruus ille, reddidit integrum. Attamen dat pœnas, eo quòd non auxerat lucrum. Ita tu quidem, etiamſi ipſe purus, & innocens perſeueres, cæterùm non augeas talentum, nec fratrem pereuntem reuoces ad ſalutem: eadem quæ ille patitur, patieris. Quid magni poſtulo? Vnuſquiſque veſtrûm vnum mihi fratrem ad ſalutem reuocet.* 60. *Accepiſti fidei talentū, multiplicare cura. Nec ſufficit te purū litare Deo, niſi fœcūdus ſis.*

Si Chriſticolæ tota eſſentia, purum eſſe, & vnum ſaltem filium, aut fratrem acquirere: inſignis admodum Chriſticola, ſeu Ieſuita Xauier fuit, qui pluſquam vndecim centena millia ſpiritualium filiorum progenuit. Ad quem numerum non traho innumerabile vulgus puerorum, quos ſacra vnda diluit. Non adduco Xauierij nepotes ſtellarum numerum ſuperantes: filios vtique filiorum. Si ergo duplicatum talentum hominem filium Dei conſtituit, totiens replicatum in Xauierio ex tam ineffabili filiorum, ac nepotum multiplicatione quoties eum Dei filium oſtentabit? 61. *Quā Chriſticola Xauier fuit tot filiis, tot nepotibus ſtipatus.*

Non

62\. Non miror viuentem Xauierium tot Eccleſiæ filios genuiſſe prædicatione: ea planè poſt obitum Diui multiplicatio à filiis eius facta me in admirationem abripit. Xauierio equidem tribuenda, qui non fuit pater agnorũ, ſed ouium fœcundarũ. Integrũ Canticorũ locum expendo. *Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus*, cap. 4. Ex Bernardi mente, Prædicatorum generat grex greges, ſeu oues gemellis fœtibus ſtipatas. Vnde licèt Xauier raptus videretur intempeſtiuè, eius abſentia filiorum multiplicationi non offuit, quia filios reliquit oues fœcundiſſimas.

Poſt obitum Xauierij filiorum eius multiplicatio.

Cant. 4.

Bernard.

63\. Moyſes à grege abſtrahitur à Domino, canente Dauide, *De poſtfœtantes accepit eum*, Pſalm. 77. An ſufficienter gregi prouiſum, intempeſtiuè arrepto Paſtore? Ita planè, quia grex ouium relictus fœcundarũ, in quo *ſterilis non eſt*, mox Deo filios, Xauierio nepotes enitetur. D. Bruno, *Cùm vocat illum, qui prius regebat fœtantes, innuit: quoniam eos non deſeruit. Iniuſtum enim eſſet, cùm fœtantes eſſent, eos deſerere.* Non deſeretur grex fœtantium, quia frequenti partutitione augetur, Regnis innumeris poſt Xauierij obitum ad fidem accurrentibus filiorum Diui induſtria, & labore.

Arrepto Xauierio, nõ deſeritur grex fœtantium; quia frequẽtibus partibus multiplicatur.

Pſal 77.

Bruno.

64\. Nec mirum oues gregis Xauierij tanta fœcunditate fulgere, ſi vel agniculi infantes mira fœcunditate decorantur. Mirabile planè puerulos Xauierij roſario dæmones effigare, idola comminuere: infantes fidei concinere myſteria ad adultorum eruditionem. Si huiuſmodi filios ô Xauier, reliquiſti tui ſpiritus hæredes, non ſolùm homines ad fidem conuertentur, corruent idola: ſed & ipſe Iupiter idolorum Princeps quodammodo credet in Chriſtum. Egregium do D. Hieronymi *epiſt.* 7. teſtimonium. Adduxerat Doctor ad fidem Lætam Gentilis viri filiam, & colligens ex prole parentis conuerſionem, fatur: *Iam candidatus fidei eſt, quem filiorum, & nepotum credens turba circumdat. Ego etiam ipſum Iouem ſi habuiſſet talem cognationem, potuiſſe in Chriſtum credere.* Video Xauierij filios infantes ſuos Gentiles parentes circumdare: planè hos aſpicio iam fidei candidatos. Tam auguſta enim Xauierij proles ipſum Iouem idololatriæ Principem conuerteret, ſi homo eſſet Gentilis capax, quem infantes myſteria docerent.

Agniculi Xauierij roſario Diui dæmones abigũt, filios Deo adducunt.

Hieron.

Tali Xauierij progenie vel ipſe Iupiter conuerteretur, ſi mereretur exaudire.

OBSERVAT. VII.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Xauier Regio ex ſanguine (quod præcinctio innuebat) in manibus Planetas geſtat, vt omnibus vtiles impendat effectus.

Regalis nempe virtus munificentia, ac miſericordia eſt.

65\. QVem eſſe præcinctum Regiam innuit nobilitatem. *Dominus regnauit, decorem indutus eſt, indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe*, Pſalm. 92. Vt ſe Regem Dominus oſtendat de Regio more ſe ſe præcinxit. Regium itaque veſtimentum vobis aptate, qui Regum Regi miniſtratis. *Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.* Doctus quidam iudicium tota in parabola contemplatus, Solem, & Lunam ſtellaſque cadentes, (illius diei ſigna) in lucernis aſpiciunt. Reges igitur miniſtri Domini Planetas in manibus geſtant, orbem illuminaturi, ſalutaribus influxis donaturi cuncta. O quàm Regium eſt, munificentia, ac miſericordia.

66\. Sapiens aiebat, *Miſereris omnium, quoniam potes omnia*, cap. 11. Tam extenditur ditio miſericordiæ, quàm Regalis potentia. Chryſoſtomus hom. 4. ad Phil. 1. *Si quis Principem laudare vellet, nihil ille adeò decorum adſcribere, atque miſericordiam. Principatus enim proprium eſt miſereri.*

Miſeretur omniũ, qui omnia poteſt.

Sap. 11.

Chryſoſt.

67\. Aliquando ſuperuacaneum duxi Franciſcum Xauier exprimere Regio è ſanguine natum, cuius ſtemmata & Nauarræ Reges, & vniuerſa Regni nobilitas decorarent. Seruire enim Deo verè regnare eſt, in cuius conſpectu Regia humana ſecularis nobilitas euaneſcit. At iam agnoſco, Regiam Diui ſecularem nobilitatem eſſe commendabilem, quando de Regio more exeruntur actiones ad cunctorum beneficentiam. Porrò Xauier præter adnatam ex Regum propinquitate nobilitatem, electus à Deo eſt, ſuper vniuerſam Americæ & partis Aſiæ terram, in Principem: *Conſtitues eos Principes ſuper omnem terram.* Quónam fructu duplici Principatu, aut nobilitate decoratur? Reſpondeat totus Gentilium orbis Planetarum, ſeu beneficiorum Xauierij radiis illuſtrati. A Deo Moyſes electus Rex exiſtimatus ex ſeculo, Princeps, imò Deus Pharaonis ex munere. Quam inde Hebræis ſalutaris! Xauier Regia ortus ex ſtirpe, Princeps à Deo electus nouos circuit orbes. O quanto Gentilium emolumento! Dauid cecinit, *Dominus excelſus, Rex magnus*, Pſalm. 46. Bis Rex Dominus oſtentatur? ſaluti vniuerſæ terræ munificentiſſimè prouiſum eſt. Ideo additur, *ſuper omnem terram.* Pulchrè Chryſoſtomus, *Dominus, & Rex magnus?* Bis Princeps? Sic Prophetá dicebat orbis ſalutem copioſam *oſtendens.* Xauier bis Rex innuitur, vt copioſa admodum Gentilium ſalus poſſit oſtendi.

Xauier bis Rex munificẽtiſſimus erga Gentiles, Deũ bis Principem æmulatus.

Pſalm. 46.

Chryſoſt.

68\. Dum video naſci Orienti Indico Xauier Regium, colligo Indorum ſummam felicitatem. An non efficaciùs colligeretur dum contemplaris Xauier miſſum ad Americam; Dei agere Vicarium? Profectò quodammodo eum aptiorem vtilitati Gentilium auſpicor ex ſanguine Regio, quàm ex Deifico munere; quia Regium nomen neſcio quid condeſcenſorium innuit, quo egent peccatores, vt ſecuriùs ſeſe ad frugem meliorem excipiant. Orientales Gentiles Magi veniunt, vt quærant ſolem Regionibus, ſalutis ſpem, & clamitant, *Vbi eſt, qui natus eſt Rex?* Mat. 2. Cur non inclamauere: vbi eſt qui natus eſt Dei Filius? An quia condeſcenſorium nomen Regis aptius ſuis tenebris, ac cœcitati criminum oſtendebatur? Audi Chryſoſtomum hom. 7. in Mat. *Magi quidem non vbi eſt, qui natus eſt Filius Dei, ſed natus eſt, inquiunt, Rex Iudæorum? Oportebat ſiquidem condeſcenſorio ſermonis ingreſſu inſtitui prædicationis exordia;*

Dum oritur Orienti Indico Xauier Regio ex ſanguine, auſpicor Indorũ felicitatem.

Matth. 2.

Nomen Rex plus condeſcẽſionis innuit, quàm nomẽ Deus.

exordia. Et ideo ea magis, quæ ad ſalutem eorũ pertinent, prædicantur: vt ad ſuſcipiendum incertum Regem beneficio ſibi blandiente concurrant. Ampliùs, blandiebatur eis nomen Regis? Magis condeſcenſoria Regis appellatio. Ergo commendabilis Xauier ad Orientales miſſus ex Regio ſanguine magis quodammodo, quàm ex Vicarij Dei munere.

69\. *Latroni Regium nomen plus condeſcenſorium viſũ, quàm Filij Dei.*

Preme, obſecro, particulam, *condeſcenſorio ingreſſu.* Ad Orientem illuminandum, ad prædicandum Gentilibus peccatoribus, incultis, inurbanis veniat, qui ſciat condeſcendere, ſeu deſcendere. An hoc norint Reges? Ita quidem; perſpicuum enim ſignum Regiæ nobilitatis eſt, miſeris condeſcendere. Latro cruci ſuffixus Chriſtum Regem eſſe cognouit: *Memento mei Domine, cùm veneris in Regnum tuum*, Luc. 23. Si Chriſtum latro cœleſti lumine recognouit Deum, cur eum Dei Filium non appellauit? Profectò Gentilis, (iuxta multorum ſententiam,) Regem, non Deum vocitauit, quia vocabulum Regis magis condeſcenſorium eſt miſero, cœco, peccatori. D. Cyrillus Ieroſol. Cat. 13. *Non dico aliter, vt mei memineris, quàm cùm veneris in Regnum. Quæ,* (rogat,) *te virtus illuminauit latro? Ideo iuſte audit, Confide. Non quòd opera tua digna ſint confidentia, ſed quia Rex adeſt.*

Luc. 23.

Cyr. Ieroſ.

70\. *Hinc Xauier puero nautico miſello ſolus hareſcit. Quónam modo ſi Regio ſatus ſanguine charitate illuſtrato non eſſet?*

Vidi puerum nauticum miſerum ægrotanter grauiſſimè, tam ſoporatis ſenſibus, vt non poſſit aperire conſcientiam: humi cubantem, fœtorem ſpirantem, fugantem ſocios, cunctis nautis horribilem. Aſpicio ſolum Xauierium aſſidentem, tolerantem, blandè allicientem ad pœnitentiam, promittentem ſalutem. An hic alter vilis natura? Veſte induitur clericali. An nauigij communis Sacerdos? Haud aſſolent communiter Sacerdotes ſæculares ægrotantium corporalem curam ſuſcipere, vix quidem, & per tranſennam ſpiritualem. An dux nauigij? Dormit, nocte iam mediante. Num ægroti parentes? Orphanitate laborat. Quiſnam ergo erit, qui tam accuratè ſuccurrit egenti miſerrimo? Aſſeruerim ſolum potuiſſe Xauierium Regio ex ſanguine exortum, nobilitatis vi, & charitatis eximiæ virtute miſello condeſcendit.

71\. *Quónam modo de alienis periculis propria contemnens afficeretur, niſi è ſanguine Regali?*

Vidi virum ſanctiſſimum totum orbem Orientalem circueuntem, vilibus veſtimentis iam peditem agens miniſtrum, iam mercatorem piperis ſimulantem, vt Gentiles Domino acquireret: naufragij actum, verberibus à dæmone vulneratum, ab hoſtibus iniuriis affectum, pericula innumera pro ſitis intrepidè ſubeuntem. An poſſet tot tolerare labores niſi Regia nobilitate ornata virtutibus egregiis donatus fuiſſet? Cùm Hebræi morti eſſent addicti diro Regis imperio, Eſther Regina, cui Hebrææ ſimul gladius exacuebatur, ipſa præſumente: proprium contemnens periculo de ſuorum ſollicita incommodo, Aſſuero intrepida ſiſtitur. Cui Rex: Quid vis Eſther Regina? *cap.* 15. Tu ô Princeps tibi reſponſionem dediſti. Quid velle poteſt Regina, niſi, proprio neglecto incommodo, miſeris ſuccurrere. An non condeſcenſio hæc Regia eſſe conſpicitur? D. Proſper p. 2. de promiſſ. c. 38. *Sic ſe pro ſuis periculis opponit. Sic datis in mortem ſuis laboribus vitam conferendo miniſtrat, vtpote Regina.* Quid pulchrius, & aptius Regali Xauierio?

Eſth 5.

Proſp.

Observat. VIII.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Licèt Xauierij illuſtriſſima facinora prætermittam, ſola actio illa relinquendi Romam, & Hiſpaniam, vt ad incognita pergeret: oſtendit mihi mirabilem Diui perfectionem.

Innuitur Religioſorum perfectio ex loco in locum profectionibus ex obedientia.

Præcingimini ad exitum, ad profectionem. Satis id ſeruo vigili: Extinguite mentis operatione parum per lucernas ardentes virtutum egregiarum, ſponſi aduentum curare negligite, de fidelitate circa noctis vigilias non agite: id eſt, præſcindite à reliquis, debitis planè, actionibus, & ſolummodo ex propriis exite, vt aliena incognita requiratis: actio iſta ineffabilem arguit viri perfectionem. Supponite, quæſo, mentis præciſione, Xauierium tot Gentiles non diluiſſe, tot non acquiſiſſe Domino Regna, tot idola non comminuiſſe, Iaponiorum non extitiſſe Apoſtolum, totius Orientis magnum luminare. Supponite Diui vitam mirabilem non fuiſſe ex virtutum exercitamento, ex prodigiorum operatione, tot ægrotis valentibus, tot dæmoniacis liberatis, tot mortuis reſurgentibus. Eum ſolummodo è Roma egredientem contemplamini, ex Hiſpania diſcedentem ad plagas incognitas obiicite: hinc planè mirabili virtute prædicabitur. 72. *Ieſuitarum hinc rutilat gloria, qui tam facilè huc illuc leui papyro transferuntur.*

Angelus ille Apocalypſeos fortis Xauier mihi non ſemel. *Vidi alium Angelum fortem deſcendentem de cœlo amictum nube, & facies eius erat vt ſol, & pedes eius tanquam columna ignis, & habebat in manu ſua libellum apertum: & poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram*, cap. 10. Hic quidem Xauier è cœlo deſcendens, liceat vulgariter exponere: *Eſte es vn Xauier caido del cielo*, ex egregiarum fulgore virtutum. Nube obteguntur eius virtutes, & quòd futurus Indorum ſol, & quòd prolaturus Dei legem tanta Gentilium conuerſione, & quòd igne charitatis erga Deum, & proximum ſuccenditur. Solummodo ex hoc Angelo prædicetur primus greſſus à terra in mare: *Et poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram.* Vbi Alcaſar aſſerit primum proficiſcentis greſſum annotari; deſcribitur enim Angelus ſub metaphora viri, qui à terra pergit in pelagus. Porrò Angelus hic *fortis* appellatur ex greſſu. Dum enim è terra pergere molitur in pelagus, ex ſola actione egrediendi à terra, fortis admodum prædicandus eſt. E Roma Xauier proficiſcitur, è terra Hiſpanica ad mare defertur: nube facinora eius obteguntur: ſolummodo ex illa actione prædicabilis admodum exponitur. 73. *Angelus fortis oſtentatur Xauier ex ſolo primo greſſu à terra in mare, licèt cuncti fulgores nube tegantur.* Apoc. 10. Alcaſ.

Proclamat

74\.

Procedere à patria in terram incognitam, difficilis actio digna corona.

Cant. 4.

Bruno.

Proclamat Sponſus, *Veni de Libano, ſoror mea ſponſa, veni de Libano, veni, & coronaberis,* Cant. 4. Cur ter inſtar ſponſus, *Veni, veni, veni?* Quia difficile admodum à loco natiuitatis progredi ad ignota. Vnde illa ipſa actio procedendi digna eſt corona: *Coronaberis.* An non dixit Paulus, *Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit?* Ita planè, ſed illud proficiſci ex cognito loco ad incognita tam meritorium eſt, vt poſſit locum pugnæ illuſtriſſimæque victoriæ obtinere. D. Bruno, *Ipſum venire, certare eſt. Neque enim ei facile fuit, Patriam relinquere.* Cùm video Xauierium ab Hiſpania patria recedentem, vt ad incognita loca proficiſcatur, fulgentiſſima eum corona præcinctum reor, ac ſi horribiles Eccleſiæ hoſtes debellaſſet.

75\.

Egredi Euangelicum virum à Patria in incerta loca idem eſt ac cædere fratres, & amicos Euangelico gladio: & quaſi multos hostes interimere.

Exod. 32.

Gregor.

Audias precor, *Ponat,* (inquit Moyſes,) *vir gladium ſuum ſuper femur ſuum. Ite, & redite de porta vſque ad portam per medium caſtrorum, & occidat vnuſquiſque fratrem, & amicum, & proximum ſuum. Feceruntque filij Leui iuxta ſermonem Moyſi, cecideruntque in die illa quaſi triginta tria millia hominum,* Exod. 32. Vbi Gregorius *in Paſt. p. 3. cap. 26.* aſſerit in Leui filiis Euangelij miniſtros aſſignari, quibus indicitur egreſſio ad prædicandum, & puniendum rebelles peccatores, ſeu potiùs crimi a comminuenda. Progrediuntur *bi a porta in portam,* à porta, qua egrediuntur vt Patriam deſerant; ad portam, qua ingrediuntur, vt incognitam quamlibet vrbem Euangelicæ prædicationis radiis illuſtrent. Porrò illud ipſum à porta in portam progredi magnum admodum facinus eſt; quia fratres, propinqui, & proximi, ſeu familiares quaſi occiduntur mihi, dum à me dimittuntur. Hic planè gladius, quo ſeparantur Euangelici viri: frater quidem à fratre, filius à parente. Qui potuit portam Patriæ deſerere, vt incognita iniret, exiſtimet die illa triginta tria millia hoſtium debellaſſe, viciſſe, reportaſſe triumphos. O Xauier quanto te robore præditum oſtendiſti, quum ab Hiſpaniæ porta egreſſus, ad Indiæ portam feſtinaſti.

76\.

Magna Abra fide oſtenditur, dum Patriam deſerit, etiam ſi obiectis cœleſtibus promiſſionibus.

Gen. 12.

A Domino audiuit Abram, *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui: & veni in terram, quam monſtrauero tibi. Faciámque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eriſque benedictus. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque in te benedicentur omnes vniuerſæ cognationes terræ. Egreſſus eſt itaque Abram, ſicut præceperat Dominus,* Gen. 12. Cur tot egreſſuro bona cœleſtia promittuntur? Quia, (Authore me,) difficillimum planè, quem Patriam dimittere, & ad incognitam plagam proficiſci: *Et veni in terram, quam monſtrauero tibi.* Itaque Abram ſanctiſſimus non egreſſus dicitur, vſque dum tot magnificis promiſſionibus roboraretur: *Egreſſus eſt itaque Abram.* id eſt, quia ita locutus Dominus munificentiſſimus promiſſor patriam domum dereliquit, vt ad incognita properaret. Pulchrè Auguſtinus ſerm 68. *Nouum probationis genus habenti propria, exilia indicere peregrinationem: ingerere laborem itineris quieſcenti: imperare penuriam poſſidenti, & neceſſitatem imponere peregrinandi. Leue non eſt cuiquam dimittere propria, & ſectari aliena incerta: dimittere quod ſciatur, quærere quod ignoras. Libenter tamen fidei accepit, quidquid arduum videbatur.* Solius, (ac ſi diceret,) magna Abræ fides potuit libenter moleſtiam tantam dimittendi propria, vt aliena incerta requireret, tolerare. O Xauierij fidem! Æmulatus ne eſt fidem Patriarchæ? Vide, num ſuperarit? Abræ celſæ illæ promiſſiones obiiciuntur à Deo, vt alliciatur ad profectionem. Xauierio autem cuncti labores, quos paſſurus erat in Regionibus Barbaris copulatim præſentantur. Nam vidit per ſomnia Gigantem Indicum humeris hærentem, & mirum in modum vires affligentem vſque ad gemituum emiſſionem. *Libenter tamen fidei accepit, quidquid arduum videbatur.* Arduum Abræ, Patriam dimittere etiam poſt tot promiſſas glorias ex profectione profluxuras: quid Xauierio poſt tot laborum ex itinere indictionem? Si ergo egregia fides Abrahæ rutila ex profectione, quos nam Xauierij fides radios emittet? Rutilet hinc Ieſuitarum gloria, qui ex loco in locum, ex Europa in Indiam leui ſuperiorum papyro transferuntur, facillimè, libentiſſimè.

An fides Xauierij illuſtrior, quæ non obiectis promiſſionibus, ſed terroribus, iter arduum ſuſcepit libentiſſimè.

Observat. IX.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Pondero egregium Xauierij animum iuxta Palatium Xauier tranſeuntis, nec volentis accedere, vt Matri viuenti vltimum vale diceret.

Monentur Euangelij miniſtri carnis, & ſanguinis, (difficile quidem,) affectus amputare.

AD vberiorem argumenti proximi illuſtrationem, pondero egregium Xauierij 77.
proficiſcentis facinus haud quidem imitabile. Iter agens in Indiam, ad Nauarræ Regnum acceſſit, eam vix partem attingens, quæ breui curſu ad Palatium Xauier, (vbi natus fuerat Diuus, & tunc mater eius vidua degebat,) duceret. Porrò tam peregrinus in propria deuenit, vt nec illi in mentem veniſſe videretur, Patriæ dulciſſimæ cunctis, Matrique, à qua incredibiliter amabatur, vltimum vale dicere. Facile ne facinus?

Redeo ad Abramum, illámque clauſulam 78.
premo: *Egredere de domo Patris tui,* Gen. 12. Proficiſcitur Patriarcha omnem cognationem ſuam ſecum adducens. Tulitque Sarai vxorem ſuam, & Loth filium fratris ſui, vniuersámque ſubſtantiam, quam poſſederant, & animas, quas fecerant in Haram: *& egreſſi ſunt, vt irent,* ibid. Porrò domum vacuam, vbi nec parentes, nec filij, nec vxor, nec ſupellex remanet, relinquere magnum facinus fuit. Auguſtinus ſerm. 68. *Quis propria ſine dolore, & lacrymis dereliquit? Cui non eſt durum, illos conſcios naturalium parietes, dulcia illa limina, atque amabilem larem, quem & parentum memoria, & ipſius infantiæ rudimenta commendant, vbi incunabula illa noui, & mox orientis hominis famulabantur, dimittere.* Si durū, dimittere nudos patriæ domus parietes, dulciſſimos quidem ob parentū memoriam: quam

Domum vacuam relinquere Abraham, (ob parentum memoriam,) commendabilis oſtenditur. Quid Xauier relinquens domi matrem, cui vale nō dixit?

Gen. 12.

Auguſt.

quàm durum Xauierio, domum patriam dimittere non memoriâ parentum, ſed Matris viuentis præſentiâ iucundiſſimam? *Quis propria ſine dolore, & lacrymis dereliquit?* Franciſcus Xauier, qui ex hoc capite ſeſe pluſquam hominem oſtentauit.

Commendātur prædicatores miſſi ad Gentiles, ex parētum obliuione, fidei cauſa. 3. Reg. 7. Anſelm. Lyran.

79. Vidua parente non ſalutata, pergis ad pelagus? O virum fortiſſimum nunquam non collaudandum! *Miſit Rex Salomon, & tulit Hiram de Tyro filium mulieris viduæ de Tribu Nephthali artificem ærarium plenum ſapientia*, 3. Reg. 7. Cur fit memoria viduæ parentis artificis? Anſelmus; *Tyrus artifex, quem Salomon aſſumpſit adiutorem operis ſui electos de Gentibus prædicatores ſignificat* ad Gentiles conuertendos. *Quales fuerunt*, (addit Lyranus,) *Dionyſius Areopagita, & alij.* Fit itaque aptè memoria matris viduæ, quia prædicatoris miſſi ex Gentibus ad Gentes magna eſt commendatio matrem viduam reliquiſſe, vt veri Salomonis præſcriptis obediret. Mittitur Xauier ex Româ, quæ Tyrus in Scriptura aliquando appellatur, ad Gentiles conuertendos, non conflatione ex ære idolorum, ſed eorum comminutione. O quàm laudabilis, qui non ſolùm à vidua matre lubens abſtrahitur, ſed qui nec ei vltimum vale, (poſt tot annos abſentiæ,) dicere vult, vt incunctanter cœleſti poſſit Salomoni obedire!

Xauier quaſi plures viri oſtēditur fortitudine, dum ſe matrem neſcire opere teſtatur. Deut 33.

80. An pietatis filij eſt, matrem non agnoſcere? Fatur Moyſes, *Qui dixerit matri ſuæ: Neſcio te. Hi cuſtodierunt eloquium tuum, & pactum tuum ſeruauerunt, iudicia tua ò Iacob, & legem tuam ô Iſraël*, Deut. 33. Dixerat, *Qui dixit matri ſuæ*; poſtmodum addit, *Hi cuſtodierunt*, &c. Si vnus dicit matri ſuæ, *Neſcio te*, quomam modo plures legem cuſtodiunt? Crediderim, quia quaſi plures viri eſt, & plurium virorum colligat virtutem vnus ille, qui potuit pro Deo matrem abnegare. Xauierium non vnum virum reputo, ſed duplici, imò multiplici admodum ſpiritu præditum recognoſco, dum, inſalutata parente, recedit. Strabum audite, *Niſi quis reliquerit matrem propter me, non eſt meus diſcipulus.* Qui non reliquerit, ait, non, qui vale non dixerit; relinquat, ſed non præcipitur vltimum vale ei non dicere. *Debemus terrenæ cognationis copulam agnoſcere: ſed ſi curſum mentis præpedit, ignorare.* Quàm pulchrè Xauierio! Non timebat Franciſcus matris viſitationem impedimento futuram ſexecutioni profectionis. Abſtinet tamen ne impedimento ſit curſui mentis. Nec enim Diuus ſolummodo corpore gradiebatur, ſed & mente iam per maria, per Indos volitabat. Ideo cognationi vltimum abnegauit obſequium, ne mentalis curſus poſſet paululum præpediri.

Xauier Matrem nō inuiſit, curſus mētis ne præpediretur.

Mugit vacca abſtracta à vitulis, ſed greſſus non diffectit. Sic Xauier.

81. An Franciſcus lapideus erga cognatos, erga dilectiſſimam parentem, à qua nimis diligebatur? Certè qui erga Barbaros tam affectuoſus extitit, neceſſariò matrem ſanctam amaret, quam ſine lacrymis minimè dereliquit. Attamen inde egregia actio illa exponitur. Memor animantium mugientium, cùm Arcam venerabilem aſportarent, quia vitulos domi relinquebant, accipe eiuſdem Strabi ſententiam. Hæc benè vaccæ innuunt, quæ ſub Arca Domini ad montana tendentes, affectu, & rigido ſenſu gradiuntur. Pro vitulis pergentes mugiebant, ſed accepto itinere greſſus non deflectebant. Pro matre dilectiſſima Xauier Euangelicus bos portans ad Indos legis Arcana mugiebat. Sed accepto itinere, cùm tam facilè poſſet diuertere ad patriam domum, *greſſus non deflectebat.*

Didicit Xauier à Iesv diſcedere Matri vale non dicto. Luc. 2.

A ſolo Iesv exiſtimo Franciſcum hunc erga matrem affectum didiciſſe. *Factum eſt poſt triduum inuenerunt illum in templo, &c. Et dixit Mater eius ad illum: Fili, quid feciſti nobis ſic? ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te.* Cui Dominus: *Quid eſt, quòd me quærebatis? neſciebatis, quia in iis, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?* Luc. 2. Vbi Græcus Author perpulchrè. *Hæc Iesvs, nam omnis homo deficit à perfectione per affectum matris, & cognatorum.* Ac ſi diceret, Solus Iesvs Dei Filius potuit perfectiſſimè Patri æterno obſequium litare ſine matris offendiculo. Nec enim diſceſſurus, vt Doctores erudiret, ei vale dixit. Nam omnis homo aſſolet deficere in perfectione ex inordinato ad matrem & cognatos affectu. *Omnis homo?* Præter Parentem meum Franciſcum, qui querulæ Matri, cur ſibi ſic feciſſet, cùm ad Luſitaniam & ad Indos pergeret? reſpondit, Neſciebas ô Mater, me in iis, quæ ſalutis animarum ſit, ac gloriæ Dei, oportere eſſe? 82.

Observat. X.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Mittitur Xauier determinatè ad innumeros labores ſubeundos, & tamen libentiſſimè ſe accingit itineri.

Probatur Diui perfectio ex laborum ſuſtinentia. Apprehenſio laborum aliquando horribilius torquet, quàm ipſa malorum exequutio.

PRæcinctos vult eſſe Dominus, præcipit ſeruos ad pergendum planè, vt aperiant ſponſo à nuptiis reuerſuro. Non eis longa itinera indicit, aut ad labores excitat ſubeundos: ſed potiùs inuitat ad gaudia admittendos ad nuptias, ſi ex Patrum quorundam expoſitione hi famuli expectantes Dominum ſunt Virgines illæ lampadum geſtatrices obuiam exeuntes ſponſo. *Beati ergo ſunt*, (fante Domino,) *ſerui illi.* Si beati dicuntur, qui exigua expeditione pergunt vt Dominum excipiant reuertentem à nuptiis: quàm beatus prædicabitur qui poſt prolixa itinera mittitur ad ineffabiles ſubeundos labores, ad innumera pericula toleranda. Nec enim Xauier ignorans perrexit, qui tot noctibus humeris gigantem Indicum deportarat, qui ſe fecerat ſub onere gemitus emittere, audiente ſocio, & ab excitato Franciſco interrogante cauſam gemituum nocturnorum. 83.

Fideliſſimus Abraham oſtenditur, quia egreditur non audiens nomen loci, quò mittitur: Xauier, quia audit. Gen. 12.

84. Rurſum memorot Abrahamum, & premo illam prolatam à Domino ſententiam: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui: & veni in terram, quam monſtrauero tibi*, Geneſ. 12. Apperit Numen Patriarchæ euentum egreſſionis, addens, *Faciámque te in*

in gentem magnam, &c. præciuens illi munera, quibus donandus eſt etiam in loco peregrinationis ſuæ. Solummodo ipſum locum non aperit, & progredi ad locum ignotum tanta in Abrahamo perfectio fidei arguitur, vt dicat Auguſtinus ſerm.68. *Quis hoc ſine fidei viribus libenter audiret? Leniùs probaretur, ſi vel nomen loci, quò perrexiſſet, audires.* Nam terra Chanaam verè lacte ac melle fluit. At Xauier nomen terræ Barbaricæ audiuit horribilis appellatione, ad quam toleraturus incommoda innumerabilia progrediebatur, ipſo Domino aperiente. Egredere de terra tua, & veni in Americam, Gentilicam, Barbaricam, monſtris horribilibus plenam, verberaberis, eris naufragus, pedes incedes, denudaberis, humo cubabis, eriſque maledictus. An non veriùs diceret Auguſtinus, *Quis hoc ſine fidei viribus libenter audiret?*

August.

85. Clamat Sponſus, *Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni; coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum*, Cant.4. Cur toties vocari voluiſti ô dilecta? Cur non, Samuëlis in morem, primæ vocationi reſpondiſti? Quia difficilis profectio indicebatur: Veni de Libano, ſeu de loco natiuitatis tuæ. An non te allicit promiſſum Regnum? *& coronaberis.* Potiùs terrirat, quia corona hæc in terra Barbarica comparanda eſt: *De capite Amana, de vertice Sanir, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.* Non miror ſanctiſſimam Dei ſponſam difficilè accingi ad profectionem, ſi cum pardis, ac leonibus pugna erat inſtituenda ad coronam: ſed valdè me in admirationem rapit Xauierium dilectiſſimæ vieiſſe obedientiam, cùm vocatus à Domino ſemel illico dixit, *Adſum, quia vocaſti me*, 1.Reg.2. Fatur Ignatius, Franciſce, perge ad Indiam Orientalem leonibus & pardis plenam, vt coroneris de capite Amana, id eſt, de fide & veritate: (*Amana Fides, Veritas*;) ſcio enim te indigere egregia fide ad tam difficilem progreſſionem. Illico Xauier accipit epitogium & Breuiarium, & ſine cunctatione libentiſſimè è Roma diſceſſit. O Franciſcum dilectiſſimæ obedientiam animæ ſponſæ ſuperantem!

Vicit Xauier dilectiſſimæ obedientiam ſponſæ.
Cant.4.

86. Cur, quæſo, tam commendabilis prædicatur Abrahæ fides ex imperij illius diſtinctione; *& veni in terram quam monſtrauero tibi?* Reſpondet pulchrè D. Chryſoſtomus lib. 1. de Prou. *Abraham cùm ſimpliciter, & indiſtinctè audiſſet, In terram non iſtam, aut illam, ſed, quam monſtrauero tibi, omnia mente circuibat, ac perluſtrabat. Credi enim poteſt, ad orbis terrarum fines, Oceanúmque ipſum ſe profecturum expectaſſe. Itaque & ſi non omnem perluſtrauit terram, curam tamen huiuſce perficiendi itineris ſuſtinuit.* An mittor in Ægyptum Barbaram? An ad deſerta ferarum domicilium? An ad Oceanum? Igitur, quia ex indiſtincto illo Dei imperio: *Veni in terram, quam monſtrauero tibi*, potuit ſuſpicari Abraham fortaſſe ſe ad Oceanum tranandum emitti, egregiæ fidei vim oſtendit, dum progreſſus eſt. Ipſe non ſe expoſuit dum obediret periculo transmeandi pelagus Oceani, ſi Numen præſcriberet? Ita planè. O incredibilis Abrahæ fides! Proh Deum immortalem! Si ſola illa determinatio nauigandi, (ſi ferret præceptum Dei,) meritò Patriarchæ

Abrahæ fides commendatur, quia potuit ſuſpicari ſe in Oceanum tranandum mitti. Ergo mira Xauierij fides ſcientis ſe ad Oceanũ, ad barbaricáſque terras emitti.
Gen.12.
Chryſoſt.

Ant. de Eſcob. & Mend. Tom.V.

obedientiam, ac fidem reddidit celeberrimam: quid de fide Xauierij attexam, cui Dominus manifeſtè indixit: Traiicies Oceanum, vt terras barbaricas requiras, occultas Inſulas ferarum domicilium ad eas, vt brutam humanitatem emollias. O fidei Pater Abraham, liceat mihi tua venia profari, ſaltem inferiorem Xauierij fidem non extitiſſe.

Tibi, ô Pater, non ſolùm locus indefinitè indicitur: Veni in Indiam; ſed velamine abſtracto, tuos humeros Indo illo premente, (de quo *ſuprà*) Deus aperuit peragendas à te progreſſiones, Oceani pericula, pauperiem, nuditatem, famem, deſolationem, venena, verbera dæmonum, Iaponiorum gladium non ſemel tuo gutturi hærentem, reliquáque incommoda, quæ Angelicis viribus ſubiiſti. Fortes ac conſtantes viros aſpexi, qui tamen valentes vnum & alterum laborem, tertio aduenienti ceſſere. Propheta Samuël Sacerdoti Heli annunciauit & domus euerſionem, & filiorum ſtragem. At duplex malum conſtantiſſimè pertulit, profatus, *Dominus eſt, quod bonum fuerit in oculis eius, faciat.* Porrò addito tertio labore, nempe Dei Arcam eſſe preſſam captiuitate, *Cecidit de ſella retrorſum, & fractis ceruicibus mortuus eſt*, 1.Reg.3. Fortiſſimum Patres Heli appellant, quod duplex malum tolerauiſſet: ſed tandem tertij mali pondere oppreſſus eſt. Xauierium autem tot malorum pondus minimè potuit obruere. 87.

Vel fortiſſimus quiſque ſi tolerare poſſit vnum, aut alterum laborem: ſed non multos. Xauier innumeros.
1.Reg.3.

Fatur de Heli Ioſephus *lib.5. Antiq. cap.12.* corruiſſe Sacerdotem ob repentinum haud expectatum incommodum. *Vt Arcam in hoſtium poteſtatem factam cognouit, inſperato malo ictus, ac dolore impatiens prolapſus è throno, exhalauit animam.* Scio præuiſa iacula, ex quorundam opinione, minus ferire. At cum Carthuſiano, & doctus experimento aſſeruerim horribilius præuiſa iacula vulnerare; quia ſemper compungunt. Vnde terribilius Deiparæ Martyrium affirmatur à Patribus, quia recèns nata Filio, à Simeone prædicente audiuit, *& tuam ipſius animam gladius pertranſibit*, Luc. 2. Ergo ſi Xauier ſemper habuit præ oculis labores ſubeundos, nec corruit, ineffabilem oſtentauit conſtantiam. 88.

Apprehenſio ipſa executione terribilior.
Ioſeph.
Luc.2.

An viuacis apprehenſionis vim ponderaſti. *Apprehenſio*, (inquit ille,) *facit caſum.* Imò id efficit, quod caſus ipſe minimè præſtaret. *Factus eſt*, (inquit Lucas,) *ſudor eius ſicut ſudor ſanguinis decurrentis in terram*, cap. 22. Vndénam inauditus hic ſudor niſi ex mortis ac tormentorum apprehenſione? D. Gregorius lib.24. Mor. c.17. *Appropinquante morte, in ſe mentis noſtra certamen expreſſit, qui valde timemus morte appropinquante.* Profectò ipſo in mortis agone, aut tormentorum experimento tam mirabilem aliud ſudoris haud aſpeximus effectum. Ergo mirum in modum Xauierium tot laborum, tot annis aduenturorum affecit apprehenſio. 89.

An apprehenſio ſæuior horribilior, quàm mors?
Luc. 22.
Gregor.

Adiicit Lucas opportunè, *Apparuit illi Angelus de cœlo confortans eum*, cap.22. Vbi Theophylactus, *Quidam dicunt, Angelum ita ei locutum: Domine, tua eſt virtus, tu enim potes contra mortem, & infernum genus humanum liberare.* Nuſquam autem legimus ad ipſa tormentorum experimenta ab Angelis fuiſſe Dominum confortatum; ergo apprehenſio ſuperat executionem. 90.

Apprehendentem Angelus confortauit, non patientem.
Luc 22.
Theoph.

Certè Franciſcus videns coniunctim cun- 91.

Cunctis labores viſi cõiũctis à Xauierio magis eum ſauciarunt, quàm ſinguli obuenientes ſucceſſiuè, & adhuc libenter per- ctos labores, quibus erat afficiendus, poſtmodum ſingulos faciliùs tolerauit. Diu Iob vexatus à diabolo fuit, ſed vt poſſet faciliùs ſingula vulnera tolerare, cuncta ei coniunctim præſentantur, deſtructis diuitiis, pereuntibus filiis, perdita valetudine, *&c.* Fatur D. Chryſoſtomus in Cat. Græc. *Cùm tantorum bonorum poſſeſſione eum deturbarit, multo vberioris virtutis opes illi conflauit. Nam vehementioribus contentionibus eruditus, atque exercitatus, audacior poſtea fuit, atque paratior.* Cur Iobum minus ſingula tormenta affecerunt? Quia iam diriora erat expertus, cùm eadem coniunctim tolerarat. Ergo apprehenſio Xauierij, cui copulatim cuncti hæſere labores ſubeundi, eum horribilius ipſa exequutione, torquere. Proficiſci igitur ad tot mala ſubeunda, eius fidem mirum in modum exaltauit. *vexit post notitiam ad illos ſubeundam.* Iob 1. Chryſoſt.

SECTIO V.

Lucernæ ardentes.

TEXTVS.

VERS. 35. ET lucernæ ardentes in manibus veſtris.

IN FRANCISCVM XAVIER PANEGYRICVS MORALIS QVINTVS CIRCA LITERAM.

EX ARDENTIBVS LVCERNIS.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Xauier omnium egregiarum virtutum fulgore nitet, omnium Diuorum colligans quodammodo perfectiones.

Moribus ſuggero viri Apoſtolici proprietates.

1. Maxim. EX Diui Maximi expoſitione hiſce lucernis cunctæ virtutes innuuntur. Ideo aſſeruere aliqui Doctores ſingulos ſeruos ſingulas lucernas geſtare. At ſi vno in famulo omnes lucernæ emicarent quæ lucent in cunctis, diceres huiuſmodi virum ineffabilis eſſe ſanctitatis, quia ſolus oſtendit fulgorem, qui multis iniuſtis diuidebantur. Aſſero D. Franciſcum Xauier non vnicam lucernam geſtare, ſed omnes, ſe fulgentiſſimum oſtentantem in iis virtutibus, ac priuilegiis, quæ plures Diuos valeant decorare. Id quod duplici obſeruatione pluribus diſtincta punctis oſtendam.

2. *Diuiſio gratiarum in cunctos Diuos.* 1. Cor. 12. Paulum præmitto. *Vnicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. Aly datur ſermo ſapientiæ, aly fides in eodem ſpiritu, alij gratia ſanitatum, alij operatio virtutũ, alij prophetia, alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum. Ita autem omnia operatur vnus, atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis provt vult,* 1. Cor. 12. Vbi varia Doctores. Quid ſermõ ſapientiæ? Auguſtinus lib. 12. de Trin. cap. 14. *Rerum diuinarum ſcientia propriè ſapientia nuncupatur.* Quid Fides? Chryſoſtomus, *Fidem non dicens eam, quæ eſt dogmatum: ſed eam, quæ eſt ſignorum. De qua dicitur* Matth. 17. *Si habeatis fidem tanquam granum ſinapis, dicetis huic monti: Tranſi hinc, & tranſibit.* Quid operatio virtutum? Elias Cret. ad orat. Nazianz. de Moder. in diſp. ſeruanda. *Operatio virtutum ſignificat vim quandam puniendi, & expellendi dæmones.* Quid linguarum genera? Author de Oper. Card. apud Cyprian. ſerm. de Spir. ſanct. *Euangelica doctrina propria lingua prolata ad omnium auditum eandem efficaciam obtineret, vt Græcis, & Barbaris, omnibúſque Gentibus verbum Euangelij eſſet intelligibile, ac ſi in eorum auribus linguæ, in qua nati erant, idiomata reſonarent.* Quid diuidens provt vult? Græcè anceps verbum. Origenes refert ad eum, qui accipit; in nobis enim ſitum eſt, vt quamplurimum harum gratiarum impertiat Deus, dum ſcilicet diligentiſſimè erga illius obſequium operamur. Cuncta itaque huiuſcemodi munera vnus Xauier adeò colligare oſtentat, vt videatur omnium Diuorum fulgores ſpargere. Auguſt. Chryſoſt. Matth 17. Cyprian. Origen.

CAPVT I.

Accepit Xauier ſermonem ſapientiæ, ob orationis, ſeu precum donum, quo contra Eccleſiæ hoſtes dimicauit.

Vbi de pugnaci ac victrice oratione. 3. *Xauier oratione hoſtes fidei debellauit.*

ALij datur ſermo ſapientiæ. Ex Auguſtino, ſeu rerũ diuinarũ ſcientia, ad pugnandum, Auguſt.

&

& vincendum. Xauier oratione hoſtes fidei debellauit. Manus enim puræ ad cœlum eleuatæ fulgorem precum ſpargentes hoſtiles exercitus vulnerarunt. Badagas multo milite inſtructos, vt Chriſtianos Trauancoris exarmatos extinguerent, Xauier eleuatis ad orationem manibus egreſſus fugauit. Tolanos igne ſulphureo precibus tracto è ſuperis obruit. Acenos innumeros contra Malacenſes ingentem claſſem comparentes claſſicula Chriſtianorum, Xauierij oratione fauente, ad profundum quaſi lapidem deturbauit.

4. *Brachia eleuata ad orationẽ arcus areus ad hoſtes vulnerandos.*

Poſuiſti (ait Dauid) *vt arcum areum brachia mea*, Pſalm. 17. Cùm leuo ad orationem manus, arcum efformo, quo ad hoſtium præcordia exitiali iaculo emitto. D. Ephrem. de Panopl. ſpir. *Verè enim arcus areus eſt contra inimicos expanſa in oratione manus, ſicut eſt ſagitta directè emiſſa ab eo qui arcum vibrat.* En eleuatio manuum Xauierij.

5. *Orãdo vincimus.* Deu. 33.

Iudæ fortiſſimo Duci benedicens Moyſes, ait: *Audi, Domine, vocem Iudæ, ad populum ſuum introductum*, Deuter. 33. Vt ad populum ſuum, deuictis hoſtibus, Iudas introducatur, aptiùs dicendum fuiſſet, Robora, Domine, brachia Iuda, quàm, *Audi Domine vocem.* Abſit; brachia enim ſine orationis vi quid præſtabunt? oratio autem quid non efficiet? Audi Iudæ vocem, da, vt preces effundat, & hoſtes debellabuntur. Oleaſter, *Ne glorietur fortis in fortitudine ſua, ſed ſciat, plus precibus eſſe bellandum.* Oleaſt.

6. *Manibus, imò digitis infirmioribus ſuperamus hoſtes.* Pſ. 143. Hieron.

Ideo potentiſſimus bellator Dauid clamauit, *Qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum*, Pſalm. 143. Vbi D. Hieronymus, *Cùm leuauerimus manus noſtras, orationes noſtræ arma ſunt contra diabolum*, aduersùs Eccleſiæ filios, hoſtes Barbaros inſtruentẽ. Cur poſtquam dixit, *Qui docet manus meas ad prælium*, addidit, *& digitos meos ad bellum*? Vt oſtendat orationis vi non ſolùm manus, quibus aſſolet fortitudo ſignari: ſed & digitis infirmioribus exarmatis poſſe nos hoſtium copias delere. Liceat mihi vulgariſſimè cogitationem expendere, *con vn papirote* fortiſſimos hoſtes debellabo orationis ſubſidio.

7. *Verba ſola Xauierij manus potuerunt hoſtes profligare.* Pſ. 140.

Quid mirum, ſolum Xauierium manus eleuantem tot hoſtibus extitiſſe terribilem, ſi vnus orans pro innumeris pergit ad campum. Dauid, *Audiant verba mea, quoniam potuerunt*, Pſalm. 140. Vbi Chryſoſtomus legit, & exponit, Quoniam munita ſunt ſatellitibus, ſeu militibus potentibus vtique innumerabiles copias ſuperare. Fatur Xauier Badagis: O impij, cur audetis in Chriſtianos irruere. Hæc verba orationis affectu expreſſa potuerunt hoſtium copias effugare, tanta arcuum & ſagittarum copia relicta, vt plurium dierum combuſtioni ſufficerent familiari.

***

CAPVT II.

Sermo ille ſapientiæ, ſeu Xauierij oratio proximorum deſpectatiſſimorum conuerſioni impendebatur.

Nullus deſpiciendus homuncio, pro quo ſanguis IESV impenditur, quemque ipſe humeris apportat. Meditationis vis.

8. *Pluribus noctibus orat Xauier, vt vnam ouiculam deſpectam ad IESVM referat.*

AN ſermo ſapiẽtiæ, ſiue oratio efficax Xauierij ad temporalium rerum acquiſitionem impendebatur? Minimè, ſed vni proximorum vtilitati, ſeu Indorum ſaluti dirigebatur. Noctibus Pater orationi vacat, vt diurna Indorum ſalutaria negotia faciliter gerat. Vidi Franciſcum ſocium monentem, ſe ſe ſeptima (v. g.) matutina hora egreſſurum, vt Indi cuiuſdam ſpirituali cauſæ prouideret. Acceſſit ſocius ab orationis ſomno Patrem excitaturus. Iam pergam (ait) frater. Moratur, inſtat ſocius, egreditur Diuus, ſed tam longis moris vtitur in via à contemplationis affectu abſtractus, vt terminato die nondùm ad domum Indi proximi acceſſerit. Clamitat frater, Pater inſtat iam nox. Miratus autem Xauier ait, Hodiernam diem totam ſibi cœlum addixit, dabit Deus craſtinam feliciſſimæ negotij illius terminationi. Quid mirum nunquam non petita conſequutum fuiſſe, ſi vix à precibus recedebat? Tribus diebus orauit ſine interruptione, vt phrenetico ex febri adoleſcenti daretur nudandi conſcientiam occaſio; id quod conſecutus lætiſſimis iubilis celebrauit. Tanti ne momenti homuncionis deſpecti ſalus? Memorare ô Franciſce, dignitatis tuæ, Vicarium Pontificis ſummi geris: quid Apoſtolico Nuncio cum viliſſimo puero nautico? O Deum immortalem! Te ô IESV, Dei Filium video ouiculam erroneam ſacris humeris deportare, & fugienti vili adoleſcenti hæreſcere, ac pro eius ſpiritualibus commodis exorare?

9. *Videns Iacob Rachelem oues paſcere, ipſe adaquare non dedignatur.* Geneſ. 29.

Iacob olim Rachelem vidit oues ducentem ad puteum, móxque vires exeruit, vt putei lapidem ſubmoueret. *Quam cùm vidiſſet Iacob, & ſciret conſobrinam ſuam, ouesque Laban auunculi ſui, amouit lapidem*, Geneſ. 29. Aliqui Interpretes audaciæ incuſant adoleſcentem, quòd præter terræ mores, inſperatis paſtoribus, ipſe ſolus ingreſſus fuiſſet tollere putei lapidem, vt Rachelis greges adaquaret. A qua tamen incuſatione liberat eum Hugo fatus, *Officium ſanguinis inanrauit audaciam.* Alij autem aſſerunt nobilem Iacobum nimium ſe ſe demiſiſſe puerorum viliorum gregis officium ſuſcipiens. A qua quidem obiectione eum expedit Rachelis ducentis oues aſpectus. Si pulcherrima nobiliſque Rachel conſobrina mea oues ducit, dedignatur eis cuſtodiendis curam impendere, non dignabor ego ei gerere morem, lapidem putei auferendo ad gregis ſatietatem? O Xauier, non te pudet ouiculæ deſpectæ hæreſcere, & fugientibus cunctis nautis, & ipſo gubernatore hero nautici huiuſce pueri horrente accedere ad fœdum ægrotorum, ab eo minimè ſeparari? Video IESVM Dei Filium ouiculam deſpectam humeris deportantem: quid ni eius agens Vicarium me ducam nobilitate ornatiſſimum,

Hugo.

Hac conſideratione Xauier puero nautico humaniſſimè hæreſcit.

ſimum, dum ouem Dominici gregis familiariter excipio, vt aqua reficiar ſalutari. An non conſideratio hæc ex orationis penu, ex meditationis fonte profluebat?

10. *Videns, dum orationi incūbit, Iesvm Samaritanæ viliſſimæ aſſidere ſaluandæ, deſpectiſſimo cuique aſſidere curat.* Luc. 2. Ioan. 4.

Vt Angelus verum Saluatorem naſciturum Meſſiam exponeret, ait, *Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum*, Luc. 2. *Ipſe* quidem, non alius immiſſus. *Populum* planè, qui de nobilibus, & vulgaribus colligatur, nullus, quamtumuis deſpectus, excluditur à Saluatoris cura. Viliſſimam Samaritanam ad puteum accedentem, vt aquam hauriret, ipſe Saluator expectat, vt aquis expleat ſalutaribus: & ego viliſſimus miniſter vulgari recedam à fonte? Chriſtus inunctus Rex humanè cum Samaritana viliſſima degit, vt ſaluet? Pretioſa in conſpectu Domini cuiuſlibet homuncionis anima Cyrillus de Incarnat. cap. 3. *Chriſtus, qui vnctus dicitur, iuxta nos humanè, ita etiam* Iesvs, *quòd ſaluauit nos, id eſt, ſuum populum; quod maximè eum demonſtrat Deum verè, & natura omnium Dominum.* Quia ſcilicet nulli deeſt, vel viliſſimæ populi ſuccurrit creaturæ. An refugiat mancipium ipſius Conditoris munus obire?

Cyrill.

11. *Contemplatur Xauier Regem cœleſtem ſuccurrentem mancipiis, & ideo gaudet mancipio hæreſcere expiando.* Sinai.

Fateor, ſed ſi puer nauticus mancipium eſt, & non fruitur libertate, decénſne Apoſtolicum Nuncium ei tot noctibus miniſtrare? Audi D. Anaſtaſium Sinai. lib. 3. de rect. fidei dogmat. *Optabat eum qui verè & ſecundùm naturam Rex noſter erat, nos qui tyrannico Imperio premebamur, illegitimi planè domini non deſerere improuiſos; ſed inſignia noſtræ captiuitatis induere, ac nobiſcum familiariter congredi.* Rex cœleſtis familiariter congreditur cum mancipiis vilioribus, nempe peccato fœdatis, & nimiæ vilis homuncio incuſabor humanitatis, dum mancipio Chriſti redempto ſanguine aſſideo? Huiuſmodi conſiderationibus ex meditatione continua dimanantibus, nullum Xauier lapidem non mouebat, vt vel vni viliſſimo nautarum mancipio totam affectus ſui curam impenderet.

CAPVT III.

Xauier tam viuaci fide rutilauit, vt Martyrio illuſtriſſimo conſummaretur.

Verè amantibus Deum pro ipſo non mori, grauiſſimi Martyrij genus eſt.

12. ALij *fides in eodem ſpiritu.* De fide viuaci, qua montes transferuntur, Chryſoſtomus exponit. Adhuc viuacior fides, qua vita litatur pro legis defenſione. Parum erat Xauierij fidei, montes transferre, ſeu egregia miracula patrare; (quorum numerum quis poterit ad catalogum referre?) ſi vitam pro eiuſdem defenſione non tradidiſſet. Mirum quidem in modum rutilat ex hoc capite fidei Xauier lucerna.

13. *Martyr obiit Xauier vti Ioannes, quia non defecit martyrio voluntas, ſed martyrium voluntati.* Ioan. 21.

An non Diuus obiit in pace apud inſulam Sinæ proximam, ſeu veſtibulum ad ipſam? Nónne febre correptus auolauit ad ſuperos? Quónam modo igitur aſſeris Martyrio fuiſſe conſummatum? Equidem illuſtriſſimo. An Ioannes Euangeliſta Martyr? Memini Petro Dominum Crucis obitum promiſiſſe: *Cùm ſenueris, alius cinget te, & ducet quò non vis.* Audiens autem Petrus ſe Crucis patibulo honorari, putauit prudentiſſimè Ioanni dilectiſſimo aliud genus Martyrij illuſtrius præparari. Vnde quæritat, *Hic autem quid?* cap. 21. Si Petrus Martyr obit, dilectiſſimus Ioannes Martyr etiam obibit. Aſſerit D. Hieronymus martyrio conſummatum, quia lubens Diuus in dolium vt à feruente oleo cremaretur, immiſſus fuit. Pepercit ſupplicium, extrahitur Ioannes à morte, ſed non à palma; quia voluntas non martyrio defecit, ſed martyrium planè voluntati. Cùm Xauier in vrbe Iaponiæ moraretur, ter à Gentilibus abripitur, vt in circo coram innumerabili turba, idolorum deſtructor occideretur. Gladius gutturi hæreſcit, & cœlum repentè nubibus tegitur, intonat æther, venti mugiunt & grandine, ac fulminibus iaculatis, carnifex rigeſcit, aufugiunt, ſolo Xauierio collo inclinato, vt acciperet vulnus, remanente. Qui quidem vltroneus repetiit carcerem. Iterum educitur ad ſupplicium, protegente Numine nouo terrore virum, quo indigebant felicia fidelis Americæ & Aſiæ cunabula. Defecit ne martyrio voluntas? Planè mors, vulnus defecit voluntati. O Martyr illuſtriſſimus.

Hieron.

14. *Moritur martyr, quia placida corporis reſolutione abripitur.*

Profectò dum obiicio poſt tot martyrij apparatus meum Xauierium apud Catonem exigua febre correptum, nauem fortiſſimam poſt tot procellas ſuperatas, leui vnda obrui, non poſſum non vehementi affici admiratione. Sed mox ab ea expedior, dum contemplor Patri in tanta pace mori, martyrium horribile extitiſſe. Redeo ad Ioannem. *Hic autem quid?* Ioan. 21. Ac ſi diceret, ſummus Præſul, ſi mihi mors Crucis paratur, quis dubitet Ioanni dilectiſſimo Saluatoris alumno aliud nobilius (ſi fieri poſſet) martyrij genus præparari? Verè, ô Apoſtole, excogitaſti; illuſtrior enim Ioanni manet triumphus. Quínam, precor. Audi Dominum. *Si eum volo manere donec veniam, quid ad te?* Vbi perpulchrè Strabus, *Volo eum expectare placidam ſui corporis reſolutionem.* En martyrium tua nece illuſtrius. Volo eum expectare placidam mortem. Volo eum ſibi perſuadere, martyrio fugiente, oleo non cremante, ſe in pace ſine vulnere moriturum. In pace moriar dum virgunculæ Agnes, Cicilia, Domitilla, Agatha candidam ſtolam puro ſanguine rubricant? In pace moriar, dum tot pueruli palma & coronis ludunt? O expectatio placidæ mortis omni exitiali vulnere dirior! Hæc Xauerium tot laboribus, tot periculis irruentibus incolumem potuit acriter interimere. In pace morior tot alumnis meis in bello occumbentibus? O Pater martyrium tibi militi honorificentiſſimo eſt horribilius ſine martyrio occumbere.

Ioan. 21.

Strab.

15. *Bibit Xauier calicem Chriſti, dum moritur ſine dolore.*

Promiſerat Dominus Diſcipulo hoc ſupremum mortis genus, dum inquit, *Calicem quidem meum bibetis*, Matth. 20. Quónam modo calicem Ioannes epotarit, ſi in pace mortuus eſt, dum Iacobus gladio Herodis occiditur? Certè illud ipſum ſine vulnere mori, fuit acriùs vulnerari. Apud hortum Dominus exorabat, *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte*, Matth. 26. D. Hilarius, *Sicut à me bibitur, ita*

Matth. 20. Matth. 26. Hilar.

ita ab his bibatur. Exiſtimo particulam *his* indicare fratres dilectiſſimos Iacobum, & Ioannem, queis Magiſter promiſerat ſui calicis participationem: *Calicem quidem meum bibetis.* Porandos calice meo promiſi, da ô Pater meis ſtare promiſſis: *Quomodo à me bibitur ita ab his bibatur,* id eſt, dira vnus & alter nece conſumentur. Bibit certè Iacobus, quónam modo bibit Ioannes. Addit bellè Hilarius, *Ita ab his bibatur ſine ſenſu doloris, ſine metu mortis.* Iacobus occidatur, ſed mortem non timeat, Ioannes autem ſine doloris ſenſu, ſine vulnere, oleo minimè torquente, quaſi affigatur mecum Cruci, dum dirè cruciatur, quia cruciari paſſus non eſt. Mori enim Ioannem ſine ſenſu doloris, idem eſt, ac horribiliter trucidari. Preme particulam: *Ita ab his bibatur ſine ſenſu doloris.* At Iacobus dolorem ſenſit, gladio vulnerante, ſolus Ioannes ſine ſenſu doloris obiuit. Cur ergo plurali in numero precatur, *Ita ab his bibatur ſine ſenſu doloris?* Profectò I E S V S tunc vnum & alterum Ieſuitam oculis obiiciebat mentis, Ioannem ſcilicet, & Xauierium, quibus mors placida expectata pro illuſtriſſimo martyrij genere erat præparatum.

CAPVT IV.

Martyrio Xauier non conſummatur demum, quia totus iam diu martyr erat.

Aſſero vitam Diui perfectam, aut Religioſi cuiuſlibet martyrij diutioris locum gerere.

16. *Ioãnes martyrio non conſummatur, quia iã mortuus fuerat.*

SVnt qui aſſerant Ioannem martyrium demum minimè ſubiiſſe, quia iam ſubierat cùm videns Dominum Cruci ſuffixum, (commoritur enim tunc compaſſionis affectu) tum qui perfectæ vitæ exercitamentis diutioris, quo diuturnioris martyrij expreſſerat triumphum. Qui mortuus erat, quid vltrà moreretur: aut quónam modo poſſet trucidari? En Xauierium.

17. *Non erat, quãnã mors corpus Xauerij iam mortuum iniret.*

De quodam adoleſcente amatore ardentiſſimo mortem nimium expetente, ac procurante Comicus Græcus ſcitè cecinit,

Anxius ille inuenire mortem
Nunquam non fugientem adibat,
Qua enim poſſet corpus ingredi,
Cuncta ſi membra amor necarat?

Quónam die, quæſo, mors corpus Xauierij iniret, ſi cuncta membra emortua è laboribus, è mortificationis exercitamentis emortua eſſe conſpiciebantur? An humeris mors irrumperet? Gigantem horribilem ſæpe ſuſtinuerant, totius Iaponiæ Regna ampliſſima deportarant. An brachiis? Emortua adeò ex muneris diluendi labore, vt neceſſum fuerit eis Indi vnius & alterius manibus hinc inde fulciri, vt inſiſterent miniſterio? An capite? Emortuum penè ex prolixis meditationis exercitiis, & cogitationibus aſſiduis circa Gentilium conuerſionem. Quánam mors in Xauerij corpus impetum faceret? An pedibus? Emortui ex duodecim millium leucarum itineribus. An ventre magis obnoxium corruptioni? Et ieiuniis aſſiduis, & incorruptilis puritatis diuturnitate erat emortuum. An dorſo? Verberum dæmonis, & quotidianis propriæ manus exercitamentis obierat. An genu? Et continua flexione obcalluerant. An denique ſubtiliſſimis corporis poris? Sanguineus ex tot laboribus ſudor totum hominem iam vita exceſſiſſe proclamat. Nec enim quis viuens poſſet tot moleſtiarum pondus ſuſtinere.

Statutum eſt planè *ſingulis hominibus ſemel mori*, aut in pace, aut in bello. Ioannes, & Magdalena, imò Mater I E S V commortui fuerant, dum viderent I E S V M tot conſummari doloribus. Ideo Ioannes in pace obit, Magdalena dilecta dulci ſomno ſuccedit, & dilectiſſima Mater tam dulci conſummatione afficitur, vt vix obiiſſe videretur. An Dei parentem Filius hoc honore martyrij priuaret? An calicem non porrigeret Matri chariſſimæ, quem chariſſimis porrigebat, *Bibite amici, & inebriamini chariſſimi*, Cant. 5. In pace obiit Deipara, ne exitialis gladius bis in eandem deſæuiret. Si iam totum corpus Simeonis gladio apud Caluariæ mentem vulneratum & exanime fuerat compatiendo; meritò à ſecundo lethali vulnere liberatur. 18. *Deipara nõ vulneratur, ſed in pace moritur; quia tota fuerat iam vulnerata.* Cant. 5.

Cùm milites crurifragium gerere curantes Chriſti & latronum accedunt ad cruces, latronum crura viuentium perfringunt. *Ad* I E S V M *autem cùm veniſſent, & vidiſſent eum mortuum, non fregerunt eius crura, ſed vnus militum lancea latus eius aperuit,* & continuò exiuit ſanguis & aqua, Ioan. 19. Quærito, cur Dominus non permiſit crura I E S V conſringi, huiuſmodique nouo martyrio affici: ſed multis retro ſeculis indixerat, *Os non confringetis ex eo?* Exod. 12. Crediderim, quia iam Saluatoris crura continuis excurſionibus, ac expeditionibus ſæpe fuerant vulnerata, iuxta illud: I E S V S *autem fatigatus ex itinere, ſedebat ſic*, Ioan. 4. Quánam vulnus in toties vulnerata crura imperum faceret? 19. *Crura Chriſti defatigata ex itinere non cõfringuntur.* Ioan. 19. Exod. 12. Ioan 4.

Sed quare cor Domini vulneratum fuerat? *Sed vnus militum lancea latus eius aperuit.* quia cor Chriſti nunquam fuit mortalitati obnoxium? Illud, *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Innuit nec imaginis mortis Chriſti cor fuiſſe vulnere preſſum, viuaciſſimum planè ex charitatis multiplici ſpiritu. Aptiùs tamen affirmo cor Chriſti curis quidem, ac triſtitia iam ſæpè emortuum minimè fuiſſe vulneratum. Vnde notanter ait Euangeliſta, *latus eius aperuit*, non vulnerauit. Auguſtinus, *Non dixit, vulnerauit, ſed, aperuit.* Nec enim rurſum vulnerandum erat totiens vulnere cor affectum. 20. *Cor Chriſti non vulneratur lãceã, quia iã erat ſæpe ex triſtitia, & curis vulneratum.* Auguſt.

Iob patientiſſimus toto corpore ſocius obiicitur. *A planta pedis vſque ad verticem* capitis (vti I E S V S aptius exprimeretur) *non eſt in eo ſanitas.* Solummodo (fatetur ipſe) *derelicta ſunt tantummodo labia circa dentes meas*, cap. 20. Quare labiis ſolùm vulnus crudeliſſimum pepercit? An quia *non peccauit Iob labiis ſuis?* cap. 1. Aptè quidem, ſed argumento conuenientius Anſelmus in labiis Apoſtolicæ prædicationis laborem recognoſcit. *Labia in dentibus Apoſtoli, qui carnales correctione mordent,* &c. In defatigata labia mors rurſum non intrauit. Si ergo Xauierij totum corpus, ac ſigillatim membra ſingula 21. *Labia Iob non vulnerantur, quia ex prædicatione ſancia.* *Totus vulneratus Xauier.*

ſingula iam diu fuerant vulnere exitiali affecta, non video quánã rurſum mors poſſet irruere.

CAPVT V.

Data eſt Xauierio operatio virtutum, non ſolum ex miraculorum virtute; ſed ex omnium cœleſtium donorum affluentia, & diuinis viſitationibus.

Deus ſpecialiſſimè ſe totum incumbere oſtendit iis, qui animarum conuerſioni ſtudent.

Quaſi ſoli Xauierio omnis virtus impertita eſt, quia vnus pro omnibus quodammodo.

22. VIdetur Deus ſuper Diuum Xauierium cuncta ſua munera colligaſſe; dum miracula, prophetia, dæmonum ablegatio, ſermonis gratia linguarum vſus, ſanitatum peritia mente perpenditur. Hæc eſt *operatio virtutum* præſtantiſſima. Nam ex donorum, aut munerum cœleſtium colligatione Diui ad tantam virtutum facilitatem exeruntur, vt quaſi omnipotentes toti poſſint naturæ imperitare. Vni Xauier tot dona ac priuilegia impertitus eſt, vt videatur ei vni ſolem fulgentiſſimũ fuiſſe exortum. Quid mirũ ſi ad omnia ſolùm miniſteria circa Gentilium conuerſioné vnus Xauier pro omnibus Apoſtolicis viris ſuffeciſſe obiicitur?

Xauerium inuiſit Deus ſpiritualibus muneribus ſæpiſſimè, quia vtiliſſimus docendi miniſterio. Clemens Alex.

23. Fatur Clemens Alex. lib. 6. ſtrom. *Deus quidem vt Paſtor ſingularum ouium curam gerit; eos verò maximè prouidendi, ac viſendi tenet ſtudium, qui populo multum prodeſſe poſſunt. Iſ autem ſunt, qui ad docendum, & regendum ſunt apti. Per hos enim cura prouidentiæ latiùs eminet.* Tot Xauier illuſtrationibus cœleſtibus illuminatur, tot viſitationibus diuinis afficitur, vt videatur Deus ſolius Patris mei conſolationi curam impendere, à reliquorumque Diuorum abſtrahi viſitatione. Quid ni tot fulgoribus ornaretur, tot donaretur muneribus, qui adeò ad docendum aptus vt ſolus innumerabilium Indorum ac, Iaponiorum ſuſcipiat eruditionem?

Deus quaſi totus incubat innitendo Xauerio, quia Iacobi in morem, ad Gẽtiles pergebat, &c. Geneſ. 28. Anton. Fernand.

24. Vidit Iacob *ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cælum, & Dominum innixum ſcalæ,* Gen. 28. Vbi adnotat Antonius Fernandez ſect. 4. num. 10. *Illud occurrendum, quomodo Deus innixus ſcalæ totus incumbat in dormientem Iacob, ac ſi id ſolùm, & nihil amplius, curet in mundo.* Quare, precor? Profectò, quia ſolus in Meſopotamiam Gentilicam pergit edocturus incolas veri Dei adorationem Rachelem, Liamque vnius ſpiritus ſpõſam è Gentibus adducturus ad Dei cognitioné innumerabilium filiorum procreatione: idola deſtructurus, & addicturus ſepulturæ iuxta Bethleemum panis domum, ſiue Sacramentorum exercitia. Innitatur ſcalæ Deus, totus in Xauierium incũbat, vt in eo colligat omnium Euangelij miniſtrorum munera; quia ſolus peregrè pergit in Indiam, Barbaros vt edoceat idola comminuat, Americam in Chriſti commutet ſponſam.

Deus quaſi totus Xauierij, quia ipſe Deo ſponſo Indiam adduxit Eccleſiam. Cant. 2. Bernard.

25. Clamat aliquando dilecta. *Dilectus meus mihi, & ego illi,* Cant. 2. Ac ſi diceret, ſoli mihi Numen incumbit, ac ſi id ſolum, & nihil amplius, curet in mundo. Tot illuſtrationibus, ac conſolationibus (Xauier ait) ô Domine, donor, vt ſoli mihi incumbere videaris. Porrò aut Xauier in immẽſum gloriatus obiicitur, aut Deus in immenſum amator innuitur. Satius ex Bern. ore percipere ſerm. 68. in Cant. *Quid ſibi vult iſta inter tam diſpares comparatio? Aut illa in immenſum gloriatur; aut is in immẽſum amat. Quàm admirabile eſt, quod illius intentionẽ iſta ſibi quaſi propriam vẽdicat, dicens: Dilectus meus mihi. Itáne huic intenta eſt illa maieſtas, cui gubernatio vniuerſitatis incumbit? & cura ſeculorum ad ſola trãsfertur negotia, imò otia amoris? Ita planè.* Reddit cauſam, *eſt enim Eccleſia electorum, de quibus Apoſtolus: Omnia propter electos.* Liceat Xauierij ſic laudes decantare. Quia eſt Eccleſia electorũ tota Domini cura, & ſtudiũ quod omnia propter electos: ideò vni Xauierio intenſa eſſe illa maieſtas exponitur, qui ſolus ipſe tot viribus eligendæ ex Gentilibus Eccleſiæ eruditioni incubuit.

CAPVT VI.

Diuerſa genera linguarum Xauier calluit, non ſolùm, quia à cunctis nationibus loquutus intelligebatur; ſed quia, contra humanæ linguæ iura, dum illuſtrationibus dulciſſimis demulcetur, inquit, Satis eſt: *dum autem laboribus defatigatur, ait,* Amplius Domine.

Qui ſanctior eſt, auidiùs appetit laboribus exerceri, ad quorum ſuſtinentiam vel ſpirituales conſolationes faſtidit.

ALij denique *genera linguarum.* Iuxta expoſitionem Doctoris qui tractatum de oper. Card ſcripſit, à Cypr. citati, genera linguarũ ita percalluit Xauier, vt ab omnibus diuerſæ linguæ Gentilibus intelligeretur. Attamen alia linguarum genera illuſtriùs Pater exercuit. 26.

Quã diuerſum genus linguarum Xauierij, ac mundi, ſeu natura corrupta.

Audi Th. Kemp. lib. 3. de Imit. Chriſt. c. 44. *Natura inuite vult mori, nec premi, nec ſuperari, nec ſubeſſe, nec ſponte ſubiugari. Pro ſuo autem commodo laborat, otium amat, & quietem temporalem. Gratia verò ſtudet mortificationi propria, quærit ſubiici: non quod ſibi vtile, & commodum, ſed quod multis proficiat, conſiderat, gaudet, pro nomine* IESV *pati contumelias, libenter amplectitur laborẽ, aſpera non aſpernatur. In ſolo Deo quærit conſolari, & in ſumno bono ſuper omnia viſibilia delectari.* Homo igitur vetus expetit dulcia acceſcere, amara imminui: conſolationum voluptatem incrementis augeri, laborum moleſtiam affici contractione. Secus auté nouus homo expetit creſcere labores, voluptates temporarias imminui. Attamen non ſolùm cœleſtes conſolationes non reſpuit, ſed auidè eis appetit ex ſatiari. *In Deo ſolo quærit conſolari, & in ſumno bono delectari.* Id autem eſt, linguis nouis vti: *Linguis loquẽtur nouis.* En gloriam Xauierij. Tam nouus homo eſt, vt linguis adhuc magis nouis loquatur. Nec enim ſolùm expetit labores, & cupit in ſolo Deo delectari: ſed petit magis laborare, & cupit minus delectari in Domino. Cũ Deus ei cunctos labores, quos paſſurus erat, copulatim menti præſentat, clamat, *Amplius Domine, amplius;* cũ eũ conſolationibus cœleſtibus, ac ſpiritualibus delectationibus replet, vociferatur: *Satis eſt Domine, ſatis eſt.* Data ergo Xauierio diuerſa *genera linguarũ.* 27. 28.

Xauier perfectiſſimos ſuperat, ipſi enim ſanctiores appetunt in Deo delectari, hic autem videtur vel cœleſtia gaudia faſtidire, vt amplius laboribus vulnerari poſſit. Thom. à Kemp.

Sponſam audi dilectiſſimam Xauierij imaginem. *In lectulo meo per noctes quæſiui, quem diligit anima mea, quæſiui eum, & non inueni,* Cantic. 3. Preme particulam, *lectulo.* Non appellat lectum, ſed lectulum, quia ſciebat paruam eſſe requiem.

Dilectiſſima ſponſa amulatur, odit vel cœleſtẽ requiem, vt amplius laboribus exerceatur. Cant. 3.

requiem. Addit, *Per noctes*; quia illa parua quies amanti ſponſæ erat prolixa voluptatis dilatatio. Hæc autem ipſa amatrix, *Surgam*, inquit, *& circuibo ciuitatem, per vicos & plateas quæram, quem diligit anima mea, quæſiui eum, & non inueni. Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem. Paululum cùm pertranſiſſem eos, inueni quem diligit anima mea*, ibid. Miror amantem, quæ tam ardenti cordis affectu requirit ſponſum & vulnera, quæ proculdubio tunc accepit (aliquando apetit alibi) ſubticere, & affirmare, Paululum cùm pertranſiſſem inueni, ſi amanti ſingula inſtantia ſapiunt æternitatem. Profectò illa, cui exiguum tempus voluptatis erat moleſtum, & longum videbatur: tempus patiendi, & tolerandi opprobria, & labores ſuſtinẽdi, breuiſſimum arbitrata eſt In lectulo voluptatum cœleſtium, *ſatis eſt*; in vicis & plateis vulneribus affecta,

Gilbert. *Amplius*. Pulchrè admodum Gilbertus ſerm. 2. *Totum lectulus, ſine quies. Num quid ſatis eſt? Fortaſsè ſatis. Sed laboranti* non ſatis (ſed ampliùs) amanti. Ac ſi diceret, cùm conſolationes accipit, poſtulat terminari, ſatis eſt: cùm autem laboribus affligitur, petit grauiori moleſtia cruciari: *Laboranti non ſatis amanti.* Addit, *Dulcis enim laboranti ſomnus anxietas eſt. Amor de quiete ipſa inquietior redditur.* id eſt, redditur inquietior, vt quietem fugiat, & voluptates ſupernas; ad laborumque pergat tolerantiam, quia anxietas dulcis ſomnus eſt laboranti.

30. Redeo ad Iacobi ſcalam. Viditque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum: Angelos quoque Dei aſcendentes & deſcendentes per eam, Gen. 28. Vbi ex mente Pantaleonis, in Angelis aſcendentibus denotantur ex Gentilitate prædeſtinati ponderoſi valdè, qui ex terra geniti: *Eritque ſemen tuum quaſi puluis terræ; dilataberis ad Orientem, & Occidentem.* At in Angelis deſcendentibus innuuntur cœleſtes viſitationes, ac illuſtrationes ſuper Patriarcham affluentes: *Benedicentur in te, & in ſemine tuo omnes Tribus terræ: & ero cuſtos tuus, quocumque perrexeris, nec dimittam*, &c. Inibi ſuper pectus itaque Iacobi ſcala nititur, priùs aſcendunt cuncti prædeſtinati ex Gentilitate Orientali, & Occidentali, & non conqueritur Patriarcha. At cùm Angeli deſcendunt, ſeu multiplicantur ſpirituales viſitationes, querulus clamat Iacob, *Quàm terribilis eſt locus iſte, verè non eſt hîc aliud niſi domus Dei, & porta cœli.* Vndénam terribilis tibi ſcala? vnde humeris importabilis? An quia tot labori, ac ſudoribus tuis prædeſtinati aſcẽdunt? Minimè, ſed quia tot aſcendunt conſolationes: *Verè non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & porta cœli.* Si eſſet hîc aliquid laboris, lubentiſſimè ſuſtinerem; ſed quia *non eſt hîc aliud niſi domus Dei*, ſeu cœleſtis conſolatio, *quàm terribilis mihi locus!* Haud aliter Xauier, cùm Gigantis illius, qui ei in ſomnis apparuit, pondus grauiſſimum humero premit, vociferatur, Ampliùs, Domine, plures Indi aſcendant ad ſuperos meis ſudoribus, mea eruditione. Sed cùm conſolationibus cœleſtibus afficitur, deſcendentibus Angelis, ſiue IESV, Deipara, D. Hieronymo, Angelo tutelari, & aliis Diuis Xauerium inuiſentibus, affectuosè clamat, *ſatis eſt, Domine, ſatis eſt.* quia ſcilicet *terribilis eſt locus iſte.* Vndénam quæſo? *Non enim eſt aliud hîc niſi domus Dei, & porta cœli.*

Xauier dum videt totum Orientem & Occidentem ſuper humeros ſuos grauiſſime pondus expetit. Dũ exeritur cœleſtium conſolationũ affluentiam, terribilem locum exiſtimat.

Geneſ. 28.

31. Certè huiuſcemodi dona Xauerio impenduntur *pro vt vult. Ita autem* (ait Apoſtolus) *omnia operatur vnus, atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis pro vt vult.* Diximus Græcè anceps eſſe verbum; quia poteſt ſignificare eum, qui largitur, & diuidit, vt ſit ſenſus, *prout vult, qui diuidit*; aut poteſt ſignificare eum, qui accipit, vt ſit ſenſus, prout vult is, qui donatur. Orig. aiebat, *In nobis ſitum eſt, vt quamplurimum harum gratiarum impertiat Deus.* De gratia ſanitatum, de operatione virtutum, de pluribus aliis donis, actione oſtendebat Xauier ſe à Deo accipere prout volebat, quia quaſi naturæ Dominus creaturis imperabat. At ſolummodo circa labores ac conſolationes, non agebatur cum Franciſco, prout volebat. Vult contrahi conſolationes, ac cœleſtes voluptates: vult pro duci labores; & minimè, prout volebat, conſecutus eſt. An nõ hinc Petro illuſtrior, Matth. 17. qui dum conſolatione afficitur apud montem Thabor, clamitat, *Domine, bonum eſt nos hîc eſſe.* Diuturna fiat gloriæ participatio, *Faciamus hîc tria tabernacula*, Matth. 17. At non vult produci labores, ſed contrahi, fante Domino, *Cùm ſenueris, alius cinget te, & ducet, quò tu non vis*, Ioan. 21. Ioan. 21. Si *pro vt vult* Petrus, agendum eſſet, minimè cingeretur? Ergo ex hoc capite illuſtrior Xauier, adeò naturalem ſuperans repugnantiam, vt vellet quidquid moleſtum poſſet excogitari. Voluit ampliùs torqueri, & non eſt conſequutus. Voluit minus conſolationis accipere, & non impetrauit. Si verò cingendus eſſet, ſeu Cruci illigandus, Chriſtus profateretur, *Alius cinget te, & ducet, quo vis.* Attamen voluit Dominus Xauerium ſuum ditiorit cuci ſuffigi ex voluntatis propriè, vel circa labores ſuſtinendos, abnegatione.

Xauier videtur Petrũ ſuperare, quia Apoſtolus quaſi non volens (ex natura repugnãtia) Cruci addicitur: Xauier autem non volens ex Cruce abſtrahitur.

Origen.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Chriſtus, qui aſſolet eſſe hîc pars in ſingulis Diuis, non omnia in omnibus: in vno Xauerio omnia fuiſſe videtur.

Vnde varia elitio ad compoſitionem morum documenta.

IN manibus ſingulorum Chriſti ſeruorum ſingulas lucernas contemplamur, non omnes in omnibus; quia Chriſtus, hîc non eſt omnia in ſingulis ſeruis: in cœlo autem omnia in omnibus oſtentatur. 32.

Audi Paulum aſſerentem Dominum hîc ſingulis Diuis diuidere munera, in cœlo autem omnia in omnibus oſtentari. *Vt ſit Chriſtus omnia in omnibus*, 1. Cor. 15. Ad quæ D. Hieronym. epiſt. ad Amand. *Dominus, ac Saluator noſter nunc non eſt omnia in omnibus, ſed pars in ſingulis. v. g. in Salomone ſapientia, in Dauide bonitas, in Iob patientia, in Petro fides,* 33.

Nunc Deus pars eſt in ſingulis Diuis, in cœlo erit omnia in omnibus: 1. Cor. 15. Hieron.

in

in Paulo zelus, in Ioanne virginitas, in cæteris cætera. Cùm autem rerum omnium fides aduenerit, tunc omnia in omnibus erit, vt ſinguli Sanctorum omnes virtutes habeant: vt ſit Chriſtus totus in cunctis. Audax aſſeuero in Xauerio meo Chriſtum omnia oſtendi, quia hîc omnes haſce virtutes habuiſſe conſtat. Sex capitibus perſequor argumentum.

CAPVT I.

Xauier Salomonis ſapientiâ donatus exponitur.

Oſtendo aliorum conſilia ſequi, ſapientiæ eſſe documentum.

33\. *Xauierij ſapientia præcipuè oſtēdebatur, inferiorū ſequendo conſilia.*

PRima lucerna in Xauierij manibus ſit Salomonis ſapientia: *Dominus eſt pars in ſingulis, v.g. in Salomone ſapientia.* Qui attentè fuerit contemplatus Xauierij geſta, apertè proſpiciet, cuncta ex eleuatiſſima ſapientia ortum duxiſſe. Vndenam propheticæ donum, quo futura quaſi præſentia intuebatur, ortum habuiſſe exiſtimas? Vndenam ad res deſperatas prouidentia, prudentiaque ad peccatorum reductionem? Vndenam tolerantia ad expectandum, & efficacia ad exequendum? Porrò huiuſce eleuatiſſimæ ſapientiæ quoddam perſpicuum indicamentum proferam. Semper aliorum conſiliis hærebat, & facili prudentia aliena vota exequebatur. Sunt ſapientes, (tenus quidemnomine) qui imminui ſapientiam exiſtimant, cùm aliorum conſiliis acquieſcunt, & aliena monita exequuntur. Quorū ſic D. Bernardus exprimit, & taxat iudicium. *Lepra* (ſerm.3. de reſurrect.) *proprij conſilij eo pernitioſior eſt, quo magis occulta; & quando plus abundat, tanto ſibi quiſque ſanior eſſe videtur. Hæc illorum eſt, qui zelum Dei habent, ſed non ſecundùm ſcientiam, ſequentes errorem ſuum, & obſtinati in eo ita, vt nullis velint conſiliis acquieſcere. Hi ſunt vnitatis diuiſores, inimici pacis.* Iudicauit aliquando Franciſcus, oportere ad animarum ſalutem vnam inire Prouinciam, & quia inferiores aliqui repugnabant, eorum iudicio ſapientiam ſuam ſubmittebat. O prudentia mira!

Carpitur obſtinatio proprij conſilij. Bernard.

34\. *Sapiētia increata videtur à proprio conſilio receſſiſſe, vt alienum ſequeretur: quam Xauier imitatus eſt.* Luc.2.

Chriſtus apud Templum audiens illud à Maria: *Quid feciſti nobis ſic?* reſpondit, *Et quid eſt, quod me quærebatis? Neſciebatis, quia in iis, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?* Addit textus, *Et deſcendit* cum eis, & venit *Nazareth, & erat ſubditus illis,* Luc.2. Miror Dei ſapientiam in conſilio proprio non conſtitiſſe: ſed potiùs hæſiſſe conſilio parentum relinquentem expeditionem inceptam ad Patris gerenda negotia. An innuit ſapientia ſequenda inferiorum conſilia? Certè dum video ſapientiam increatam & immenſam voto humano ſubmitti, miror creatæ ſapientiæ (ſi appellanda ſic) obſtinationem. Pulchrè Bernardus citat. *Et erat ſubditus illis. Qui iam non erubeſcat, obſtinatus eſſe in conſilio ſuo, quando ſuum Sapientia deſeruit? Sic mutauit conſilium ſuum, vt quod iam tunc cœperat, ex tunc vſque ad triceſimum ætatis ſuæ annum prorſus dimiſerit.* Cœleſtem ſapientiam decet ſequi alienum conſilium? Chriſtus videtur inceptum reliquiſſe ſalutis humanæ negotium conſilio Matris acquieſcendo? Quàm prudens ac ſapiens Xauier inceptam, ad Prouinciam illam, interſecuit expeditionem, vt inferiorum conſiliis acquieſceret.

Bernard.

35\. *Accepit Xauier ſpiritū ſapiētiæ, vt exiſteret Ieſu æmulator, dū eum ſubmittit alieno conſilio.* Iſai. 11.

Acceperat planè cū linguarū munere à Spiritu ſancto ſapientiæ, ſcientiæ, conſilij, ac intellectus donum, vt poſſit aptiùs Ieſu æmulator exiſtere, dum cœleſtem ſapientiam inferiori ſubmittit, quemadmodum illa, de quo Propheta, *Et replebit eum Dominus ſpiritu ſapientiæ & intellectus, ſpiritu conſilij, & ſcientiæ,* Iſai 11. Infinita ſapientia alieno acquieſcit iudicio, & non pudet creatam exiguam planè doctiorum ſaltem præſcripta non ſequi.

CAPVT. II.

Xauier Dauidis bonitate decoratus exprimitur.

Regia virtus munificentiſſimè in ſubditos beneficia diſpergere.

36\. *Clauē poni in manu manſuetiſſimi Dauidis, idem eſt ac illico Regnū cœlorū reſeruari.* Apoc.3. Andr. Cret.

IN *Dauid bonitas.* Hæc eſt manſuetudo (ex Interpretum expoſitione) tam decantata in Rege. *Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius,* Pſalm.131. Ideo Dominum in manu Dauidis clauem illam exiſtimo collocaſſe, de qua Ioanni Dominus, *Qui habet clauem Dauid,* Apoc. 3. Quænam Dauidis Clauis? Andreas Cret. *Dauidica Clauis appellatione Dei Regnum deſignatur. Clauis rurſum eſt Spiritus ſanctus.* Quomodo Dei Regnum deſignat Clauis Dauid, ſi clauſum obiicitur, Clauéque Dauidica aperiendum eſt? Porrò, quia idem eſt Dauidem habere Regni Clauem, ac ipſum Regnum electo patere. Dauid enim omnis erga homines manſuetudo, imò ipſe quodammodo Spiritus ſanctus eſt.

37\. *Clauis Dauid in manu Xauierij ob velocitatē operādi.*

Exiſtimo Xauierio meo Dauidicam Clauem eſſe commiſſam, qua tam citò Regnum Dei apud Indos aperuit, vt ipſum aperire erat iam Regnum Dei conſtitui ex innumerabilium Fidelium colligatione. Vidiſti præcocem florum pulchritudinem, tot pueris apud Inſulam *de la Peſqueria* mox poſt acceptum Baptiſmum obeuntibus? Fructuum abundantiam in Orientali India, in Iaponiæ Regnis? Filiorum ſpem in Sinis? Indicamenta cuncta, Xauierij in manu Clauem Dauidicam exponi.

38\. *Collocauit Deus in manu Xauierij Clauem, quam vſurpauerat Elias: vt miſericordias hic profunderet, quas ille ſtagnauerat.* 3 Reg. 7. Baſil. Seleu.

Aliquando Clauis in manu Eliæ repoſita fuit. Quónam quidem effectu? *Viuit Dominus,* (clamat Propheta) *ſi erit annis his ros, & pluuia, niſi iuxta verba oris mei,* 3. Reg.17. Cur Elias ſibi retinet clauem, nec in Dei manu collocari permittit? D. Baſilius Seleuc Orat.11. *Propenſam Dei in homines beneuolentiam metuit. Ipſum nouit, vt citò lacbrymis conciliëtur; ne præmaturum det ab imbrium carentia laxamentum.* Quidam Author bonæ notæ aſſeruit Eliam zelo accenſum procurauiſſe *Dei miſericordias ſtagnare in tempus futurum, vt Gentilibus digníoribus* (quia non ita contumacibus) *diffunderetur.* Poſt multorum ſeculorum ſtagnationem myſticam bonorum cœleſtium Clauis Dauidica ex manu in Xauierium transfertur. Depoſita fuerat in Elia, & contra Clauis ingenium

genium illicò aperire geſtientis, eius Propheta vſum obturauit. Datur denique Xauerio, vt profundat breui temporis interſtitio quod per tot ſecula fuerat ſtagnatum. Cœlorum cataractas diſrupit Diuus, vt vitali diluuio Baptiſmatis cuncti Gentiles obruerentur.

39. Parentem aliquem vidi prædiuitem, qui diuitias abſcondit, retinetque repoſitas in theſauro: Quem ſi roges, cui vim auri reſeruat, & argenti? reſpondet, Filio meo. Qui quidem illicò abſumere aſſolet, quod pater tot annis colligere curauit. Filius Xauier Eliæ, quia zelo honoris, ac gloriæ Domini ſuccendebatur, diuitias, quas pater collegit, & cuſtodiæ tradidit, Xauier paucis diebus bene prodigus diſperſit egenis.

Filius Eliæ Xauier, quas diuitias ille collegerat, bene prodigus diſperſit.

CAPVT III.

Xauier Iobi patientiam eſt æmulatus.

Aſſero lacrymas vulnerati animi eſſe cruorem.

40. TErtia in Xauerij manu Lucerna laborum tolerantia fuit: *in Iob patientia.* Audax aſſeruerim Xauerium ſolum patientiſſimum ſuperaſſe. Porrò Iob patientiæ miraculum filiorum paucorum mortem deplorauit, diuitias amiſit, ſe leproſum à planta pedis ad verticem vſque aſpexit. Attamen labores hi animum minimè attigere. *Verumtamen illius animam ſerua*, cap. 1. Profectò Xauier & corpore & animo dirè fuit vulneratus. Corpore quidem exitialia vulnera ſuſtulit, qui potuit clamare cum Paulo, *Quotidie morior*, 1. Cor. 16. Nauticæ expeditiones, naufragia, pericula, prædicatio, peregrinationes, venena, flagella dæmonum, vineæ magnæ cultura frequens, curæ, tot filiorum parturitiones, eorumque educatio videntur planè Iobi labores ſuperaſſe. Iob ſemel viuens mortuus eſt, Xauier autem millies quotidie moriebatur. In corpore autem dirè compungebatur, qui filios toties vidit ſe criminibus defœdare, aut terga dantes fidei acceptæ, aut nouæ legis præcepta violantes. An non zelus morte crudelior? *Zelus domus tuæ comedit me.* Aut ignis abſumit, aut, canis in morem, diſcerpit & deuorat ſpiritum. Vidi Franciſcum ſæpe lacrymas ex compaſſionis affectu profundentem. Num non lacrymæ ſunt vulnerati animi cruor? Bellè Comicus Græcus, lacrymas *compaſſionis animi ſaucij cruorem appellauit.*

Vicit Xauier Iobum patientia, quia & in corpore & in animo vulneratus fuit. Iob 1. 1. Cor. 16. Menand

41. Aiebat Sapiens, *Fili, produc lacrymas in mortuo, & quaſi dira paſſus incipe plorare*, Eccli. 38. Paulinus de morte explicat corporea, quæ à compatientibus proximis debet lacrymis honorari. Aſt ego de morte ſpirituali interpretor. Nec enim corporea tam affectuoſis lacrymis eſt proſequenda, quòd dicat Spiritus ſanctus, *& quaſi dira paſſus, incipe plorare.* Præcipuè cum Diui edoceant vel parentum cadauera eſſe moderatis lacrymis diluenda. Cùm ſpiritualis parens zelo ſuccenſus videt filium ſpiritualem ſuum morte affici vera ex gratiæ amiſſione, debet quaſi dirum in animo paſſus vulnus lacrymas loco cruoris emittere. *Supra mortuum plora,* (idem ait Sapiens,) *defecit enim lux eius*, Eccli. 22. Si ob defectum lucis pro-

Pro animo mortuo proximi debet ſpiritualis pater lacrymas fundere, animi vulnerati cruorem. Eccli. 38. Paul. Eccli 22.

ximi creatæ deploramus, quid ob amiſſam gratiam ſpiritualem animi lucem. Genæ Xauierij continuis ex hoc affectu lacrymis rubricatæ oſtendebantur. Vicit ne Iobum patientiſſimum.

CAPVT IV.

Xauier Petri fide nituit.

Aſſero, magnæ fidei eſſe indicamentum, eam inter profligatorum morum homines, non amittere.

QVarta Lucerna in Xauierij manu Petri egregia fides: *In Petro fides*, Hieronymus adiicit. An non Xauierius admodum 42. commendabilis ex fidei per tot Regna dilatatione, eius ſtudio? Ita planè, ſi magna admodum commendatio Diui eſt, fidem non amiſiſſe. Proh Deum immortalem, ſi vel profligatorum morum miles, tam tenax eſt fidei, vt pro eius defenſione vitam offerret: quónam modo Xauierij commendabilis eſt, quòd fidem non amiſerit? Profectò, quia valde difficile eſt, fidem inter idololatras conſeruare. Fatur Dominus, *Videbam Satanam ſicut fulgur de cœlo cadentem*, Luc. 10. Vbi Luc. 10. aſſerunt Patres Dominum ſe commendabilem hinc innuiſſe ad Apoſtolorum exemplum. Vndenam autem huiuſmodi laus profluit? Quia ita eſt difficile non cadere, quando incipit multitudo, vt ſolus Chriſtus, & ij quos ipſe protexerit, ſubſiſtere poſſunt, multis pereuntibus. Rupertus lib. 1. de vict. Verb. cap. 23. Rupert. *Solus iſte videbat ſecurus ſui. Angeli autem viderunt in magno terrore poſiti.* Ergo valde laudandus Xauier quòd non ſolùm ſubſtiterit tot idololatris in eius conſpectu ruentibus in abyſſum: verùm & ipſe tot idola deturbauerit; & eius nomine pueruli tot ſimulacra comminuere.

Xauier fidem mirificè dilatauit, vbi difficile fortiſſimi quique poſſunt credere, id eſt, inter iniquos idololatras.

43. Loth in medio Sodomitarum impiorum etiam vixit incolumis. Videtis ne non multum ex hoc capite commendabilem? Fatur Apoſtolus, *Aſpectu enim, & auditu iuſtus erat habitans apud eos, qui de die in diem animam iuſtam iniquis operibus excruciabant*, 2. Pet. 2. Magnum facinus, Lothum perſtitiſſe fidelem 2. Petr. 2. cùm inter impios verſaretur. Quàm magnum, precor? Dei omnipotenti dextera excitandum. D. Ephrem Paren. 9. *Sed quid infert, audi. Nouit Dominus, pios de tentatione eripere.* Nec Ephrem. enim Loth fidelis perſtitiſſet, niſi à tam potenti tentamine potentiſſima manu eriperetur. Ergo valde commendabilis Franciſcus in Gentilitatis infideliſſimæ pelago immobilem rupem non ſolùm extitiſſe, ſed & egiſſe egregiũ fidei propugnatorem, legis præconem, Gentilium Magiſtrum, idolis exturbatis, ſacris exaltatis imaginibus, Eccleſia innumerabilis prolis noua parente.

Magna laus Lothi, inter Sodomitas perſiſtere dos fidem ſeruaſſe.

CAPVT V.

Xauier D. Pauli zelo ſuccenſus eſt.

Non aduerſatur omni manſuetudini, qui zelo gloriæ Dei flagellat iniquos.

44. *Xanierij zelus vt Phinees.*

ADdit Hieronymus, *In Paulo zelus.* Quàm pulchra in Xauier manu rutilat zelus luminare! Licèt Pater omni Dauidis manſuetudine dulcis oſtendebatur, aliquando zelo gloriæ diuinæ, in iniquos accenſus flagella contorſit. Eliam æmulatus è cœlo ignem in ciuitatem Tolanorum immiſit, quia grauiſſimo oborto ſcandalo pupillorum, fidei ciues terga dedere Malacæ, Gubernatorem minis exterruit, quod ad Sinos impediret ingreſſum. Aliis proteruis peccatoribus miſerabiles cecinit euentus ob ingratitudinem. Cantatiſſimus Phinees zelus, cùm confixit Hebræum, quod ad Madianitidem fœminam coram populo fuiſſet ingreſſus.

45. *Matthathiam eſt æmulatus.* 1. Mach. 2.

Quid de Matthathiæ laudibus inſeram, de quo textus, *Et accenſus eſt furor eius ſecundùm iudicium legis, & inſiliens trucidauit eum ſuper aram, & zelatus eſt legem, ſicut fecit Phinees. Et exclamauit Matthathias voce magna in ciuitate: Omnis, qui zelum habet legis, ſtatuens teſtamentum exeat poſt me*, 1. Mach. 2. Quiſnam Matthathias properantem, & irruentem in impios proteruos ſecutus eſt? quis iniurias læſi Numinis vindicauit? Xauier quidem qui inſtar fortis illius Angeli Apocalypſeos manu Dei Teſtamentum ad pelagus portat, vt defendat, cap. 10. Hic laudabilis zelus, non ille, de quo Iacobus, *Quòd ſi zelum amarum habetis, nolite gloriari, & mendaces eſſe aduersùs veritatem*, cap. 3. Amarus zelus eſt inuidorum, qui gloriæ diuinæ prætextu, eam ſatagunt impedire, operam dantes vindictæ propriæ, dum curant veri zelatores apparere.

Apoc 10. Iacob. 3.

46. *Xauier alter Aod Orientis ſaluator, diſperſit Tolanos, quòd vidiſſet idola ſtatui iterum, vbi iam ſacra fuerant collocata.* Iudic. 3.

In ciuitate Tolenſi Xauier idola comminuit, erexit altaria, quæ ſacris ornauit imaginibus, & Miſſæ ſacrificio decorauit. Poſt paruum temporis interſtitium vidit imagines conculcari, cœleſte Margaritum immundis pedibus conculcatum, ſimulacra rurſum erecta, idolorum altaria aromaticis fumis perfundi. Quid non zelo ſuccenderetur, vt ſulphureum ignem ſicut Elias in vrbem immitteret? *Addiderunt* olim *filij Iſrael, facere malum in conſpectu Domini. Qui confortauit aduersùs eos Eglon Regem Moab, quia fecerunt malum in conſpectu eius, ſeruieruntque filij Iſrael Eglon decem & octo annis; & poſtea clamauerunt ad Dominum, qui ſuſcitauit eis ſaluatorem vocabulo Aod, qui vtraque manu pro dextera vtebatur. Reuerſus hic de Galgalis vbi erant idola,* Regem Eglon ancipiti gladio repentè exitialiter vulnerauit, Iudic. 3. Premo particulam, *Reuerſus de Galgalis, vbi erant idola.* Vndenam in Galgalis idola conſpiciebantur? Ibi ea reponi iuſſerat Eglon, vt loci, (vbi ſacra Hebræorum olim) religionem profanarent. Cur igitur Aod inde reuerſus Eglon Regem interemit repentino vulnere? Carthuſianus exiſtimat actum zelo religionis. Cùm enim in loco illo ſacro, vbi antea fuerat Arca Teſtamenti, vbi Angelus Domini apparuerat, repoſitas nunc vidiſſet inanium Deorum ſtatuas, diuino quodam ardore, ac zelo religionis accenſus, reuerſus eſt, Regemque, qui ſacra profanauerat, occidit. Haud aliter Xauier verus Aod, id eſt, *laudans Deum*, videns Tolanorum profanata altaria, ſacris imaginibus conculcatis, idolorum ſimulacris rurſum erectis, zelo ſuccenſus repentino vulnere vrbem miſeram ſauciauit, è cœlo igne petito. O verè Indorum Saluator à Conditore ſuſcitatus.

Carth.

CAPVT VI.

Xauier Ioannis virginitate æmulatus floruit.

Innuo virginitatis immortalitatem.

DEnique Hieronymus, *In Ioanne virginitas*, quem Xauier æmulatus corpore & animo virgo germinauit. Teſtor corporis tam manifeſtam incorruptionem tot experimentis comprobatam, de quo ſuprà. Nam in morem Ioannis Xauier ad ſepulchrum quaſi ad thalamum prolapſus eſt: ſomnus ille, mors minimè extitit. 47. *Incorruptio corporis Xauierij effectus virginitatis.*

Moyſes illigatus matrimonio fuit, Elias virginitatem coluit. De Elia aſſeritur in cœlum fuiſſe raptum: *Raptus eſt in cœlum.* De Moſe autem vitam cum morte commutaſſe, *Mortuus eſt Moyſes ſeruus Domini.* Cùm Legiſlator, quem ſanctiorem Elia multi Patres fuiſſe teſtantur, non etiam in paradiſum raptus, mortis potentiam ſuperauit? Certè, quia virginitatis priuilegium eſt, à morte præſeruari. Hieronymus lib. 2. in Iouinian. *Si in Moyſe nuptias, in Elia virginitatem dixerint demonſtrari. Breuiter audiant, Moyſem mortuum, & ſepultum; Eliam igneo curru raptum, antè immortalem eſſe cœpiſſe, quàm mortuum.* Si non miraris viuentis corporis incorruptionem, haud te in admirationem rapiat incorruptio Xauierij; quia virgo non moritur. 48. *Moritur Moſes ſanctior Elia, ille mortuus non eſt ex virginitatis prærogatiua.* Hieron.

Potuiſſet Luſitanus Didacus à Pereira fideliſſimus Xauierij amicus corpus condire balſamo, vt mortis propulſarent aromata iniurias. Attamen calcem pro balſamo immiſit in cadauer, vt illico oſſa denudarentur obeſis carnibus. At virginitatis aromata contra calcis vim ſacerrima membra præſeruarunt. *Odor veſtimentorum ſuorum ſuper omnia aromata*, Cant. 4. Vincit fragrantia veſtimentorum tuorum, ò Xauier, aromatum condimenta, tua enim virginitate odorifera ac florida præſeruaris. Ambroſius lib. 1. de Virg. *Vide, quem nobis tribuas virgo proceſſum. Primus odor tuus ſuper omnia aromata, quæ in Saluatoris miſſa ſunt ſepulturam.* Concurrant ad Ieſuitæ funus vti ad Ieſu ſepulchrum Maria Salome, & altera Maria Magdalena plusquam vogenti libram præparet, viri piiſſimi in hoc corpus aromata immittant. Certè virginitas eius ſuper omnia aromata. Hæc enim aliquandiu cadauera à corruptione ſeruant, illa autem vſque ad hodiernam diem Xauierij corpus à mortis iniuriis vindicauit. 49. *Xauierij corpus viuax ex virginitate incorrupta, quæ vicit corporis Ieſu aromata.* Cant 4. Amb. of.

OBSER.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Xauier Orientis ſol manibus radios ardentiſſimos geſtat, quia non tam ore, quàm operibus prædicauit.

Efficaciorem oſtendo operum, quàm verborum prædicationem.

50. *Cur lucernæ verbi in manibus, & non in ore ſtatuitur, ſicut gladius ſermonis.*

CVr in manibus lucernas Dominus imperauit apponi, & non ori, ſi fulgens & ardens fax hæc lucida eſt prædicatio iuxta Dauidicum, *Eloquium Domini lucidum illuminans oculos.* An non Dominus ore geſtat gladium ancipitem? *Et ex ore eius gladius vtraque parte acutus*, Apocalypſ. 1. Ideo quidem in ore, non autem conuenientius in dextera, quia *gladius eſt verbum Dei.* Si igitur, quia gladius eſt, Dei verbum oſtentatur in ore, & non in manu: quare lucernæ verbi Dei, ſeu prædicationis Euangelicæ in manu præfertur. Profectò, quia fax prædicationis in ore ſolùm, & non in manu, poteſt planè lucere, ſed non operari: vnde dicitur, *Eloquium lucidum*, &c. Vt autem ſic non ſolùm illuminans oculos, ſed corda ſuccendens, neceſſarium eſt in operationis manibus oſtentari.

51. *Surdus audit manus ſermonem, id eſt, operationem Concionatoris.* Matth. 13. Anſelm. Auſon.

Dominus aliquando clamauit: *Qui habet aures audiendi, audiat*, Matth 13. Vbi Anſelmus aſſerit eos, qui *interiori ſenſu audiendi, ſeu intelligendi, & obediendi* non vtuntur, aures audiendi minimè habere, licèt corporeis auribus non careant. Auſonius pulchræ excogitationi anſam mihi exhibuit. *Surdum vocem minimè audientem, manus lingua efficit exaudire.* Quænam manus lingua niſi characteres, quos ad ſurdorum intelligentiam manus aſlet efformare? En manus diſerta lingua, clariſſima vox, quando Concionator non tam voce vtitur labiorum, quam non percipiunt aures non audiendi, quàm manuum characteribus, hoc eſt, rectæ operationis actionibus.

52. *Xauier habenti aures non audiēdi, manuū characteribus ſe loquitur.*

Percipiens Xauier virum quendam impudicum ſæpe à ſe admonitum verba ſacra minimè percepiſſe, dignouit illum auribus audiendi proculdubio carere; vnde ad manuum characteres accurrit. Educit eum ad ſolitudinem, & abſtractus paululum dorſum denudat, & ſeſe diris verberibus vſque ad ſanguinem vulnerauit, quo facies peccatoris aſpergebatur. Videns ille manuum actiones loquentes, aut ſcribentes, calluit ſermonem proclamantem: ſi hoc fit in viridi, in arido quid poſtmodum fiet? Ad pedes Xauierij prouoluitur, & dein obſequium litat puritati.

53. *A Prophetis*

Huiuſmodi Franciſci apud Indos prædicationem Iſaias prænunciauit. Simul prædabuntur filios Orientis. *Idumea, & Moab præceptum manus eorum*, cap. 11. Scio præcepta voce labiorum exprimi, non manuum. Attamen, quia Orientalibus ſurdis prædicandum erat, manus voce Concionatoribus Euangelicis erat vtendum. Ideo ad Ægyptum Gentilitatis domicilium mittitur Moyſes, cuius minimè labia diſerta; quia licèt mutus eſſet legiſlator, præcepta manuum, ſeu operationis exempla poterat ferre, ad Gentilium ſurdorum conuerſionem.

Xauierij manus prædicantis in Oriente prænuntiatur. Iſai. 11.

54. *Hebræi Adoleſcentes qui labiorū voce non poterant, manuū ſermone Regem conuicere.* Dan. 3. Chryſoſt.

Pluribus verbis vſi fuerant ſanctiſſimi Adoleſcentes Hebræi, vt Nabuchodonoſor ſeſe ad fidei, ac virtutis ditionem addiceret: nec profecerant; quia audiendi auribus Princeps carebat. Accurrunt Concionatores ad manus linguam, immitti patiuntur flagrantem in fornacem, cum igne pugnant, conſtantiſſimè Numinis gloriam profundunt. Tunc ſurdus Rex percepit ſermonis vim, & clamar, *Benedictus Deus eorum*, Dan. 3. D. Chryſoſtomus homil. 6. ad Popul. *Antea, quando dixerunt, Diis tuis non ſeruimus; Rex fornace ſæuius accenſus eſt. Poſtquam verò per ipſa opera* (ſeu per manus actiones, aut characteres) *hoc oſtenderunt, non tantùm non indignatus eſt; ſed & laudauit, & admiratus eſt.*

55. *Clamantem IESVM non audierunt peccatores, ſed Apoſtolos manibus loquutos intellexere.* Matth. 11. Baſil. Seleuc.

Vocibus ſæpe Chriſtus eſt concionatus. Certè clamore magno emiſſo, *Venite* (inquit,) *ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos*, Matth. 11. At licèt ad refectionem laborantes inuitabat, nullus afflictorum venit. Cur cunctantur, ſi dulcis eſt requies laborantibus? Quia ſurdi erant, qui auribus audiendi non vtebantur. Profectò Dominus vocem, aut prædicationem illam in Apoſtolicorum virorum manibus collocauit; vt loquentes illi manus characteribus, ſurdos valerent informare. D. Baſilius Seleuc. orat. 29. *Huius vocis hæreditatem obtinuit Apoſtolorum cœtus. Hanc in manibus habentes non inflata tuba, cœlum hominibus peruium reddiderunt, terras integras pernaſit ea vox.*

56. *Prædicatio manuū Xauierij deſcribitur.*

Porrò *in omnem terram exiuit ſonus* Xauierij Apoſtoli Orientis, IESV vocis óbtinentis hæreditatem. Tota Franciſci vita quædam fuit manuum prædicatio. An non concionatur, dum à cunctis commoditatibus abſtinet, dum tam inopem vitam gerit, vt ſemper veſtibus attritis vtatur, nunquam nouis? An non erant manuum characteres ad ſurdorum intelligentiam ieiunia continua, verberum frequens exercitamentum, charitatis labores aſſidui, quo grauiores dulciores, ac faciliores Diui charitatis? O vocem tuba clariorem, eleuatiorem! Quid mirum Barbaros tot auribus audiendi carentibus, tam perſpicuè exaudiſſe.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Xauierio caſtitas, aut virginitas quaſi agnata fuit. quaſi Angelus enim extitit puritate:

Vbi immortalitatem virginitatis illuſtro.

58. ACquirendam eſſe victoriis puritatem aiebat D.Gregorius, lumbos præcingimus, cùm carnis luxuriam per continentiam *coarctamus.* At ex mente D. Maximi aſſerentis lucernas in manibus eſſe caſtitatis, orationis, obedientiæ virtutes, innuitur non pugnis acquirendam puritatem, ſed agnatum fulgorem emiſſuram. Profectò Xauierij mei virginitas quaſi agnata eſt, Angelorum puritatis æmulatrix.

59. *Xauier. ſolùmodo dormiens homo erat, vigilans Angelus.* Periandr.

Cur exiſtimas hoſtem Xauierio dormienti immundam cogitationem (de quo alibi) immiſiſſe? quia vigilans homo non erat. Periandri liceat pulchra ſententia roborare cogitationem. Commendaturum illuſtrem fœminam moribus, ait illam ſolummodo mulierem in ſomnis exiſtere; quia tunc naturæ humanæ iura ſoluebat: *vigilans autem inſtar ſpiritus, cœleſtia contemplabatur Dianæ Sacerdos.* Auſus diabolus indormientem Xauerium humanæ fragilitatis emittere iacula, quia ſolummodo dum dormit, morem gerit humanitati. In vigilantem autem non audet hoſtis irruere tentaminibus humanæ fragilitatis, quia eum potius ſpiritum Angelicum, quàm hominem recognoſcit.

60. *Ob caſtitatē corpora erudiuntur ad immortalitatem.* Tertull.

Profectò immortalis dixerim conditionis puritatem eam, quæ vel corpori immortalitatis dotem communicauit. Locutus Tertullianus de Spiritu ſancto, ait lib. de ætern. *Erudiuntur enim in illo, & per illum corpora noſtra ad immortalitatem proficere, dum ad decreta ipſius diſcunt ſe temperare.* Eruditus ab Spiritu ſancto Xauier, Angelus & ſpiritu, & corpore immortalis euaſit.

61. *Qui caſtitatem coluit coniugalem pro mortuo nō habetur? Quid Xauier virgo?* Leu. 21. Iſidor. Peluſ.

Lex illa Pontifici ſummo indicitur, *Ad omnem mortuum non ingredietur omnino; ſuper patre quoque ſuo, & matre non contaminabitur,* Leu. 21. Attamen Aaron, Moyſe legiſlatore præcipiente, Ioſephi parentis ad promiſſam terram ſecum detulit oſſa. Quónam modo auſus Pontifex legem violare? Non licet Pontifici nec ad patris, aut matris cadauer ingredi, & ſocium itineris corpus Ioſephi adducis? Reſpondet ex perſona Pontificis, & legiſlatoris Iſidorus Peluſ. epiſt. 157. *Non violo, non ſoluo legem; ſed per hoc oſtendo, rem ipſam, quæ per Scripturam, ac verba legis ſignificantur, diligenter eſſe attendendam.* Potiùs videris, legis contemptum confirmare. Minimè planè? Vndénam igitur defendis actionem? Pulchrè adiicit, *Ego eum, qui caſtitatem coluit, pro mortuo non habeo.* Si pro mortuo habendus non eſt qui coniugali caſtitate nituit etiam obeſis à corruptione carnibus: Xauier corpus virgineum, & incorruptum pro mortuo potiori iure minimè reputandum.

Plus honoris dandum virgini, quàm continenti. Ioſeph non polluitur Ægyptiæ fœminæ inſidiis, ideo pro mortuo non habetur; ſed corruptioni fuit obnoxius, quia vxorem duxit. At Xauierio plus honoris impenditur, quia & Ægyptiæ luxuriei dormiens propulſauit inſidias, & nunquam vel licitis matrimonij voluptatibus impendit obſequium. Iacob commendatur ex caſtimoniæ affectu, quem oſtendit, dum Ægypti fœminis nullatenus fuit colligatus. Ideo mox poſt obitum corpus eius integrum, ad terram promiſſam eſt adductum. Quare autem Ioſephi corpus nec mox adducitur, nec integris carnibus aſportatur à filiis Iſraël? Quia (vt myſticè contemplatur D. Auguſtinus *lib. 2. de mirab. cap. 15.*) Meſopotamia eſt cœlum, Iacob imaginem gerit virginum, Ioſeph autem eorum, qui matrimonij ſtatum continentia coniugali decorarunt. *Iacob ergo nequaquam fœminis Ægypti miſcetur, idcirco ad Meſopotamiam integro corpore poſt mortem ſtatim deuehitur. Ioſeph verò in Ægypto vxorem accipiens, poſt mortem in Ægypti limo conditus eſt.* Xauier virginitatis fulgore decoratus integro corpore non ſtatim deuehitur ad ſepulchrum Indicum ei promiſſam à Domino terram; ſed poſt plura calcis experimenta. Perſtitit incorruptum cadauer ad Patriam cœleſtem auolaturum; quia virginitati Angelicæ adnata eſt immortalitas. *Ego enim eum, qui virginitatem coluit, pro mortuo non habeo.* 62.

Iacob ſymbolum virginum, ſine corruptione corporis trāſfertur in Patriam Ioſeph ob caſtitatem cōiugalē trāſfertur, ſed nudatis oſſibus. Auguſt.

Quónam modo cum mortuis virgo computandus, ſi immortalis vti Angelus à carnis corruptione ſeparatur. Viuit in carne, & à carne ſeparari poteſt? Ita planè. Carnem ornatam adipe vidiſti: ſicut adeps à carne omnino ſeiungitur, virgo Angelicus ſemouetur à carne. D. Bonau. lib de cœleſt. Hierarch. p. 1. cap. 10. *Vt Angelus, ſic vir iuſtus, nihil habet in ſe admixtionis carnalis delectationis. Imò ſicut adeps ab omni carne ſeparatur, ita & ille, &c.* 63.

Virgo ſicut Angelus à carne omnino ſeparatur, in carne viuens. Bonau.

Puritatis egregius aſſertor Paulus aiebat, *Nec facio animam meam pretioſiorem, quàm me,* Act. 20. Vbi Patres *animam* explicant id, quod in Apoſtolo animale, ac carneum erat. Particula autem *me* hominem exprimit omnino à carnis ſocietate remotum. Iam quæris, ſi anima Pauli erat, iuxta illud: *Nec facio animam meam,* quónam modo non erat ipſe: *Pretioſiorem quàm me.* Quænam illa diſtinctio animæ ab anima, Pauli à Paulo? Audi D. Bernardum *ſerm. 30. in Cant.* Quomodo nō tua anima tu? *Arbitror, quòd quia Paulus iam tunc in ſpiritu ambularet, idcirco hanc ipſam mentem ſuam tanquam principale, ac ſupremum quiddam ſui dignum duxerit ſuimet potius, quàm ſua cuiuſpiam rei nomine deſignare.* Inferiùs preſſiori & clariori ſententia expoſuit, *Hoc ſenſuale, atque carnale appellatione ſui homo ſpiritualis indignum indicat.* Ideo Xauier ſuum corpus quaſi non ſuum ita deſpexit, vt nullatenus ad ſuam ditionem pertinere videretur. Ieiuniis, vigiliis, laboribus, nuditate frangebat. O Pater vel erga mancipium te vidi aliquando beniguiſſimum, quare erga tuum corpus tam rigidum experior? Quia meum corpus nec meum 64.

Virgo reputat ſuā carnem ut nō ſuam; quia Angelus eſt. Act. 20. Bernard.

Rigidus Xauier erga ſuū corpus, quia non ſuum.

meum mancipium eſt, nihil in eo video, quod poſſit ad me viuentem ſpiritu pertinere; imò nec meum nec alius domini vel mancipium recognoſco; quia nihili prorſus æſtimandum iudico.

OBSERVAT. V.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Xauier ſanctitatis Collegium quaſi Manna fuit, omnium perfectionum, & ſtatuum Eccleſiæ dulcedinem referens pluribus nominibus appellandus.

Innuo, perfectum Euangelij miniſtrum cunctos gerere perſonatus ad Dei gloriam.

65. *Ieſuita omnes debet Euangelij agere perſonatus. Manna ſit omnes ſapores referens.*

PLures vult Dominus lucernas quemlibet famulorum præferre, non vnam ſolummodo; quia ſinguli Euangelij miniſtri pro cunctis ſunt reputandi. Quaſi multæ perſonæ ſit vnuſquiſque ex aptitudine ad omnia miniſteria, quorum reſpectu variis nominibus appellentur: & in cunctis miniſteriis tanta polleant dexteritate, ac ſi vnico illorum eſſent agnati, & ſimul omnibus.

66. *Apoſtoli diuerſos perſonatus gerentes, diuerſis nominibus appellantur.*

Petrum deſignat Dominus ad duplex officium, nempe Apoſtolatus, & Eccleſiæ fundaminis. At quia vnam & alteram gerit perſonam, vno & altero nomini inſignitur. Vocatur Simon ex Apoſtolico munere, Petrus autem ex fundamine Eccleſiæ. Sic cum Ioanne & Iacobo actum. Nam qui ad duplex officium eliguntur, Apoſtolicum ſcilicet, & honoris Domini zelationem, duplici ſimul nomine deſignantur: Ioannes enim & Iacobus etiam Boanerges, ſeu filij tonitrui nuncupantur, vti Iuſtinus Mart. *lib. adu. Iudæos*, adnotauit. Diuerſa nomina diuerſa in Diuis innuunt officia, imò perſonatum quodammodo ſignant multiplicationem? Igitur Xauier innumerabiles geſſit perſonatus, quia nomina eius ſine termino multiplicata ſunt.

67. *Xauier penè innumeris nominibus inſignitur, quia cunctos gerit perſonatus.*

A quibuſdam enim *Angelus* vocatur ob eius immaculatam virginitatem; actiones quippe Diui non ſolùm eum caſtiſſimum exprimebant, ſed virginem illuſtriſſimum declarabant. Penè omnes eum *ſanctum* per antonomaſiam appellant, ob vitæ eius innocentiam. Ab aliis *Sol* vocitatus eſt, quòd ex Oriente tenebras depulerit errorum. Communiter nominatur *Apoſtolus*, quia primus ad Iaponienſia Regna fidei cunabula deportauit. Multi *Patris* appellatione Xauerium deſignant, quia omnium Indorum indifferenter commoda ſpiritualia, ac temporaria procurabat. Alij *conſolatorem* pleno ore vocant, quia cunctis afflictis ſocius addicebatur, omnium vulneribus oleum infundebat compaſſionis. A multis appellatur *martyr*, quòd eum aſpicerent tot laboribus actum, tot perſecutionibus affectum. Alij *Magiſtri* vocabulo innuebant, quia ex quotidiano munere omnium ſtudebat eruditioni. Vultis vnò verbo exponam, appellabatur *Ieſuita*, ſiue Manna omnium munerũ referens dulcedinem.

68. *Xauier eſt Manna omnium Diuorum ſaporẽ referens, quia verus eſt Ieſuita cui agnatũ, cũctos gerere perſonatus.*

De IESV nomine Dominus profatur, *Vincenti dabo Manna abſconditum. Vincenti dabo calculum candidum, & in calculo candido nomen nouum ſcriptum*, Apocal. 2. Datur victori Manna, & nomen IESV; Manna, quidem ſaporum epilogatio eſt, nomen IESV cunctorum Dei nominum collectio. Profectò militi fortiſſimo Xauierio ſemper vincenti dabo Manna, id eſt, efficiam vt ſit omniũ Sanctorum coniunctim imago. Vt autem poſſit omnium Sanctorum ſapores referre, faciam eum verè Ieſuitam, cui agnatum cunctos gerere perſonatus, ſicut IESV nomen omnia perſonatuum cœleſtium nomina complectitur, vti Bernardus adnotat.

69. *Xauier eſt omniũ Euãgelij miniſtrorum colligens virtutes, & ideo Ieſuita vocatur cũcta complectens nomina.* Apoc. 3.

Addit Dominus, *Scribam ſuper eum* (qui vicerit) *nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei noua Ieruſalem, & nomen meum nouum*, Apocalypſ. 3. Quódnam, quæſo, nomen ciuitatis nouæ Ieruſalem? Alcaſar aſſerit fundamina ciuitatis Apoſtolorum omnium ſubſcribi nominibus. Hæc vrbs Ieruſalem beatiſſima eſt omnium Euangelicorum perſonatuum colligatio, Petrus, Andreas, Iacobus, Ioannes, Bartholomæus, &c. Adiiciuntur ſupra fundamina Apoſtolorum reliqui Diui Apoſtolici, Dominicus, Franciſcus, Auguſtinus, Hieronymus, &c. Vt autem ad epilogum omnes poſſim contrahere perſonatus vrbis, appellabo eam IESVM, quod quidem nomen cuncta perſonatuum Euangelicorum nomina complectitur. Xauierium Deus fecit nouam Ieroſolymam, omnium Apoſtolorum ſpiritu coaleſcit, cunctorum Religionum Fundatorum gloriam æmulatur. Vt autem viro agenti cunctos Euangelij Perſonatus aptum nomen poſſit imponi, Ieſuita appellatur omnium nominum colligationem nomine includente. Ieſuita verus eſt? Ergo *ſanctus Angelus, Sol, Apoſtolus, Pater, Conſolator, Martyr, Magiſter*, &c. Si Xauier cunctos Euangelij miniſtros non ageret, quónam modo potuiſſet tot virtutes exponere? tot facinora tempore tam exiguo exercere? omnium Heroum Euangelicorum geſta imitari? tot perficere itinera? tot maria tranare? tot Gentiles conuertere? tot Regna Euangelico lumine complere? tot patrare miracula? Dei cuncta nomina curauit implere, qui eius perfectionis egregius extitit æmulator: Diuorum ſibi nomina vindicauit, qui perſonatus geſſit.

70. *Quilibet Euangelij miniſter verus plura nomina debet habere, plures gerẽt perſonas. Xauier omnia, quia omnes.* Matth. 10. Rupert.

Diſcipulis Dominus aiebat, *Gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlo*, Matth. 10. Vbi Rupertus *ad cap. 39. Exod. lib. 4.* affirmat verbum illud, *nomina veſtra*, cuilibet Apoſtolorum eſſe attribuenda, & aptanda: quaſi ſinguli multis nominibus deſignentur. Quare vni multa nomina tribuantur? Credidero, quia quilibet perfectus Euangelij miniſter pluribus nominibus exprimi debet, quia plures agit perſonatus. Audiendus Doctor, *Multa ſunt nomina noſtra, de quibus Dominus nos agnoſcit. Hinc eſt, quod pluraliter dicit: Gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlo.* Multa quidem nomina, de quibus verus Ieſuita Xauier à Deo poteſt agnoſci. Ioannes eſt virginitatis decore ornatus, qui nec per ſomnia

patitur hoſtem immundum agere trophæum. Iacobus eſt, ſed non ſemel gladio transfixus: verùm toties vulneratus, quotiens ſe ſe martyrio obtulit. Paulus eſt, actus naufragiis, Gentilium ſol ſplendidiſſimus. Petrus eſt, Orientali Eccleſiæ ſolidum fundamen ſtatuens. Si igitur tot geſſit perſonatus, quid mirum tot nominibus deſignari *Angeli*, *Solis*, *Apoſtoli*, *Patris*, *Magiſtri, conſolatoris, Ieſuita*?

70\. *Xauier non ſolum Ieſuitam, ſed & Iesvm eſſe oſtēditur, ob laborū participationē: & ideo tot nominibus decoratur.*

Profectò Dominus ſuum ſeruum amplius honorauit, oſtendens eum non ſolùm Ieſuitam, ſed Iesvm. Apud Palatium de Xauier, vbi Diuus fuerat exortus crucifixi venerabilis exponitur imago, quæ quidem apparuit ſæpe ſudore ſanguineo lento madens, quoties Xauier apud Indos, ſeu Iaponios aliquo graui labore afficeretur. Xauier laborat, & Iesvs ſudore perfunditur? Quid mirum, ſi Xauier Iesvs eſt? Tot tantaque facinora, quæ Xauier excitauit, non Ieſuitæ, ſed ipſo Iesv nomine inſcribantur. Nam qui cum Iesv tam dirè patitur, in Iesvm proculdubio conuertitur. Vnde, ô Domine, verus Adam, Euam chariſſimam Xauierium, qui *os de oſſibus tuis, & caro de carne tua*, imò tu ipſe ex laborum colligatione, non appelles viraginem, ſed Adam, ſed Iesvm. *Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis*, Luc. 12. Chriſtus præcinctus cœnat cum Euangelij miniſtris præcinctis, & miniſtrat. Quomodo ſponſus nuptiarum die quando miniſtrati debebat, miniſtrans oſtentatur? Certè, quia eo ipſo, quòd Euangelici miniſtri laborum tolerantia præcincti oſtentantur, Iesv imaginem referentes, qui præcingit ſe: Iesvs conuertitur in ipſos, ſeu potiùs ipſi in Iesvm conuertuntur; vnde Iesvs miniſtrat, quia illi ad miniſterium properant: *Miniſtrabit illis*.

71\. *Homo cùm Iesvs cœnat, ſeu cui Calicē paſſionis porrigit, Iesvs debet nominari.* Matth. 26.

Myſtica Iesv cœna laborum eius participatio eſt, iuxta illud: *Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi.* & illud, *Calicem quidem meum bibetis.* Facturus Dominus cum Diſcipulis cœnaturus, *Ite in ciuitatem ad quendam, dicite eis: Magiſter dicit: Tempus meum propè eſt, apud te facio Paſcha cum Diſcipulis meis*, Matth. 26. Cur non aſſignatur ille *quidam* ex nomine, ſed dixit innominatim, *Ad quendam*? An quia particeps futurus Agni, & Calicis, ſiue laborum Iesv conuertendus in Iesvm erat? Ita quidem. Ideo quaſi anonymum innuit, vt ex munere illo Iesvs deinceps nominetur. D. Hilarius can. 30. *Hominem enim, cum quo Paſcha celebraturus erat* (ex Calicis participatione) *non nominat, cui nomen Domini nomen eſſet addendum.* (Hilar.) *Intrabo* (ait Dominus) *ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum. Qui vicerit, dabo eum ſedere mecum in throno meo*, Apocal. 3. (Apoc. 3.) Nam qui me laborantem imitatur, Iesvs eſt, & Iesv nomine eſt appellandus. Xauierio mirabilia excitante, aſpicientes aliquando quæritarunt, *Quis eſt iſte, cui maria obediunt?* Alter (mihi credite) Iesvs eſt, ipſe ægrotantes ſanat, abigit dæmones, frænat ventos, pelagus donat tranquillitate, mortuos ſuſcitat, Gentiles adducit, Regna ſanctificat, idola comminuit, ablegat idololatriam. Non appellatis Xauier virum iuxta cor Domini, qui tot agit Eccleſiæ perſonatus, qui totus cum Chriſto laboribus afficitur; vocetur Iesvs. *Ipſum eſt nomen eius.* O laborum tolerantiam homines in Deum conuertentem! O Manna Xauierium! *Manu, quid eſt hoc?* Vir quidem vnus omnium ſaporum referens dulcedinem, omnibus omnia factus; qui poteſt inclamare cum Paulo, *Omnibus omnia factus ſum*, vt omnes efficerem Iesv cultores Iesvs eſt? Omnibus ergo Chriſti nominibus (quæ Iesv nomen copulat) meritò appellatur.

Observat. VI.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Dum Xauier vnicæ linguæ idiomate vteretur, cunctis diuerſæ linguæ hominibus intelligebatur; quia Dei erat vox.

Innuo, eam Concionatorum vocem Dei eſſe oſtendi, quæ auditorum corda emollit.

Vidimus lucernas in manibus vocem eſſe Euangelicæ prædicationis. An lucernæ illæ Apoſtolicis viris *lingua diſpertita tanquam ignis*? Ita planè. Miniſtris namque Apoſtolicis data eſt linguarum ignearum cœleſtis peritia, ad omnium nationum eruditionem. Datæ ſunt Apoſtolis cunctæ linguæ, vt ſe poſſent cunctis nationibus intelligibiles exhibere profari. At Xauierio vnica tantùm ignea lingua datur, ſed talis, vt ab omnibus diuerſarum linguarum, ſeu nationum ciuibus intelligatur, miraculo quidem auguſtiori. 72.

73\. *Xauier, Ezechiel inſtar, cum ſolo libro legis ſine Apoſtolicis linguis immiſſus ad Gentes, unica lingua vſus, omnibus profecit.* Ezech 3.

Cùm Ezechiel ad prædicationis munus immittitur, à Domino audit, *Comede volumen iſtud, & vade loquere ad filios Iſraël*, cap. 3. At Apoſtolis miſſis ad prædicandum, linguarum omnium infundit cognitionem, & vſum. Quare ergo Propheta notitiam legis ſine linguis concionaturus accipit, Apoſtoli autem linguarum notitiam recepere? Certè, quia Ezechiel pergit ad Iudæorum eruditionem, quorum vnica Hebraica lingua: Apoſtoli verò ad cunctas nationes variis linguis vtentibus immittuntur. Chryſoſtomus ſerm. 2. in Pentecoſt. *Cur illic liber, & litera; hic verò lingua, & ignis? Quòd ille quidē abiret inſectaturus peccata Iudaica. Hi verò peccata orbis terrarū abſumpturi.* (Chryſoſt.) Aptè quidem. Sed quid ſi Deus, manibus cōmutatis, Apoſtolis ad omnibus diuerſæ linguæ nationes miſſis liber vnicæ linguæ, ſeu idiomatis daretur: Ezechieli autem cunctarū linguarū infunderetur vſus? Non aptè variis nationibus prouiſum fuiſſe videretur. Rurſum quæritatim, ſi Apoſtoli, ſolo accepto libro legis, vnico idiomate omnibus linguarū diuerſarum nationibus redderent intelligibilem: quid? Prodigium eſſet nunquam non decantandum. O Xauierium, cui Deus ſolum tradidit librum, quem vnico idiomate peruulgaſti, ſed intelligibile cunctarum

ctarum linguarum nationibus reddidiſti, ac ſi vniuscuiuſque vtereris ſermone!

74. *Xauier Dei voce vſus, ad eum adduxit cūcta Regna, quæ diabolus Iesv oſtentarat.* Matth. 4.

Ad deſertum diabolus omnia Regna orbis adduxit: *Oſtendit ei diabolus omnia Regna mundi in momento temporis*, Matth. 4. Vbi contemplatur Honcala in Dictionar. quod noſtrum Abulenſe Collegium cuſtodit, præſignatam fuiſſe, dæmone inſcio, mirabilem Gentilium Regnorum ad Iesvm adductionem. Profectò Dominus ad Regna multa ſuos immiſit Apoſtolos, ad Orientem Indicum, Iaponiam, & Sinas Xauierium deſignauit: Apoſtolis quidem plures linguas donauit pluribus nationibus concionaturis, Xauierio vnicam dedit linguam. Quámnam exiſtimas? Certè linguam Dei; ſola etenim Dei vox poterat ab omnibus variarum linguarum percipi auditoribus. Profatur Deus Xauierio Ieremiæ ex ore, *Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce conſtitui te hodie ſuper Gentes & ſuper Regna, vt euellas, & deſtruas, & ædifices, & plantes*, cap. 1. En ô Franciſce, ad Indos immitteris, ad innumera Regna pergis, vt euellas profanè germina adorationis, deſtruas altaria, ædifices æterno Regi tabernaculum, plantes fidei paradiſum. Quónam modo Hiſpanus diuerſarum linguarum nationibus materna lingua concionabor? *Ecce dedi verba mea in ore tuo.* Qualia Dei verba? *Fiat*, inquit Deus, *lux, & facta eſt lux*, Gen. 1. Xauier Dei verba profert, eum loqui, idem eſt, ac efficere in auribus auditorum intelligentiam. An non Xauier ex hoc capite videtur auguſtius donum à Domino accepiſſe, quàm Apoſtoli? Origenes hom. 1. *Qui ſic beatus eſt, vt Regna multa, quæ Chriſto diabolus oſtendit, Regna dæmonum, Regna peccati eradicet, opus habet eo, qui ei datus eſt à Deo, ſermone.* Quàm beatus Xauier, qui ad recuperanda tot Regna à diabolo direpta, immittitur! Quàm illuſtris ex vnico ſermone, quem à Numine accepit.

Ierem. 1.

Gen. 1.

Origen.

75. *Noſcitur Xauierij vo-*

Vndénam Dei vox dignoſci poteſt? Duplici quidem ex indicamento; vno, quòd audita vox myſteria reuelet, quæ occultat. *Vox Domini præparantis ceruos, & reuelauit condenſa*, Pſ. 28. Poterat vox Dei non immediatè myſteria condenſa aperire, ſed reuelare linguam, aut ſermonem, quo aperienda erant. Attamen auguſtiori miraculo immediatè communi lingua myſteria reſerat, quia vox Domini eſt. Gillebertus ſerm. 14. in Cant. *Vox Domini vox intimæ inſpirationis, mentis auribus ſuauiter illapſa, illa eſt vtique, quæ ceruos huiuſcemodi præparat, & reuelat condenſa.* Ex eo quidem Xauierij vox Dei eſſe oſtentatur, quod inſonans auribus efficit in mente auditorum præparationem, vt myſteria cœleſtia reuelari poſſint.

ce eſſe Dei, quia præparat corda, ac ſimul communis lingua reuelat myſteria. Pſalm. 28. Gilleb.

Altero verò indicamento agnoſcitur Dei vox, ſi inſonans idololatriam euertat. *Dedit quoque Dominus Moyſi duas tabulas lapideas completis ſermonibus*, Exod. 31. Mox autem poſtquam Deus loquutus eſt, *videns populus, quòd moram faceret Moyſes, ait ad Aaron: Surge, fac nobis Deos*, Exod. 32. Dum loquitur Dominus, populus idololatriæ noxa non contaminatur. Vix ſiluit, & mox populus thura libat idolis. Ambroſius epiſt. 56. *Cùm Moyſes in monte Sinai legem acciperet, populus erat cum Aaron Sacerdote. Et quamuis frequenter ad culpam lubricus, tamen quamdiu lex Dei voce dabantur, ſacrilegio erraſſe non proditur. Verùm vbi diuinum conticuit oraculum, peccatum irrepſit, vt peterent ſibi Deos.* Si ergo dignoſcitur Dei vox, quod inſonante ipſa, idololatria non audet exponi, Xauierij vox Dei planè erat, ſi quidem, reſonante ipſa, non ſolùm Gentiles noua non petunt ſimulacra, verùm quæ diu adorauerant, comminuere feſtinant. Potentiſſima ne Dei vox? *Ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt.* Xauierij vox diuina planè. Badagos fortiſſimos Chriſtianorum hoſtes iubet terga vertere, & illicò fugaci curſu receſſerunt. Imperat impudicis, chariſſimas amaſias in exilium mittere, & vni nuptiali vinculo illigari: & incunctanter obediunt. O diuinum idioma non ex multitudine linguarum, ſed ex efficacia cœleſti!

76. *Xauierij vox Dei eſt, quia conturbat idololatriam.* Exod. 31.

Ambroſ.

SECTIO VI.

Seruorum vigiliæ laus.

TEXTVS.

Vers. 36. Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptiis; vt cùm venerit, & pulſauerit; confeſtim aperiant ei. 37. Beati ſerui illi, quos cùm venerit Dominus inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis. 38. Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi. 39. Hoc autem ſcitote, quoniam ſi ſciret Paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique; & non ſineret perfodi domum ſuam. 40. Et vos eſtote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet.

IN FRANCISCVM XAVIER

PANEGYRICVS MORALIS SEXTVS CIRCA LITERAM.

EX SERVORVM VIGILIÆ LAVDE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptiis.

Currit Xauier confeſtim aperturus ſponſo, id eſt, ſollicitè Dei negotiis impendit obſequium: ac ſimul orationi, & meditationi ſe totum norit conſecrare.

Moneo Euangelij miniſtros poſſe externis miniſteriis vacare, ſine receſſu à contemplatione.

1. *Oratio egregia ſimul eſt operatio. Huiuſmodi oratio illicò exauditur, & impetrat.*

EX D. Maximi mente oratio fulgurat in lucernis. Iubet Dominus Euangelij miniſtros præcingi ad itinera conficienda, ad negotia tractanda ſollicitè deferri, quod quidem innuit particula, *confeſtim aperiant.* Quomodo ergo orationi, ac meditationi ſimul impendent ſtudium? Profectò ſtudioſus meditationis tunc velocior ad ſuperos auolat, cùm diligentiùs ad proximi miniſteria defertur.

2. *Xauier orando externa negotia gerebat. In tumultu enim adeſt locus orationi.*

Poſſid.

Ion. 2.

Teſtor Xauierium, qui orando externa gerebat miniſteria erga proximos: tota nocte precatur, feliciter miniſteria diurna gerat; & cùm ad negotia agenda defertur, haud recedit à precibus. An externorum miniſteriorum inquietudo & orationis requies vna in ſede poſſunt commorari? Poſſidonius varia huius vitæ negotia *turbulentum pelagus* appellauit. Adeſt ne tempus meditationis ſtudio inter ſpumantium fluctuum inquietudinem? Audi Ionam, *Clamaui de tribulatione mea ad Dominum,* cap. 2. Fit oratio aut mente, aut ore. Propheta non ſolùm mente precatur, ſed & ore clamat. Miror planè, potuiſſe pelagi, terque anguſtiis preſſus ad Dominum inclamare. Quónam modo valuit? Porrò quia volenti precari locum vel apud turbulentum mare inuenit precationi, cedentibus vndis. Bellè Hieronymus, *Clamauit, aquis cedentibus, & clamore inueniente locum* Nunquam non locum inueniet precatio, omnis locus orationi dat opportunitatem.

Hieron.

3. *Orare & operari Xauierij idem eſt.*

Imò verus operator Euangelicus operatur orando, & nunquam dexterior operator exiſtit, quàm dum orans exerit actiones. *In noctibus extollite,* (ait Dauid,) *manus veſtras,* Pſalm. 133. Per manus opera innuuntur, particula autem, *in noctibus* quietem orationis aſſignat. Ac ſi diceret, Quiete orationem profundite. Quónam modo quietè, ſi extolluntur manus ad gerenda miniſteria? Certè, quia oratio Euangelici viri, qui actionibus ipſis externis illigatur, poteſt eſſe quieta. Hieronymus, *Deus non audit linguam, non verba, ſed opera; vt quicumque aliquid loquitur, & faciat.* id eſt, placet Numini magis oratio, quæ dum operamur, exauditur: quàm precum vox in requie cubiculi. Ergo non difficile ſpiritualibus viris, operationibus externis orationem admiſcere. Aptiùs, & preſſiùs: *Tollite manus veſtras.* Tollere manus, orare eſt. Quónam modo manuum operatione exprimitur oratio, niſi quia orare & operari ita in vna ſede morari poſſunt, vt orare, & operari idem prorſus ſit.

Pſalm. 133.

Hieron.

4. *Xauier in opere ipſo exauditur, quia eius oratio & operatio idē prorſus.*

Ex oratione Xauier aliquando ſurrexit, vt ad negotium proximorum properaret; dum per viam incedit, clamat, orat. O Pater, quare non attendis externo proximi miniſterio? ab oratione recede, Mariam relinque, ad Martham tranſi. Certè dum pergit ad proximos, ſimul orat, quia oratio ipſa adeò cum operatione colligabatur, vt orare eſſet operari, & è conuerſo. Fatur Chryſoſtomus hom. 67. ad Popul. *Non in verborum copia, ſed in operibus iuſtus exauditur.* Xauier vtique exauditur in operibus; quia eius opera cum oratione colligabantur.

5. *Profectio ipſa Xauierij ad opus pietatis, oratio erat.*

Pſalm. 118.

Ambroſ.

Rurſum Dauid, *Intret oratio mea in conſpectu tuo,* Pſalm. 118. Græcè, *Intret dignitas mea.* Ambroſius, *Intret pietas mea.* Pergit ne Dauid ad opera pietatis, vt petat ſuam pietatem intrare ad Dei conſpectum? Pergit planè, & pietas intrat ad Numen. Cur autem ea viri ad pietatis opus profectio & introitus oratio vocitatur: *Intret oratio mea?* Quia ſimul adeò quis poteſt pergere ad pietatis opera, vt ab oratione non recedat; operatio enim illa oratio eſt. Pergit Xauier ad pietatis opus, ſimul orat; nec ab opere, nec ab operatione recedit: nam illud orare iam operari eſt.

6. *Rediit Xauier, nec ad domum Indi accedit, quia dum pulſat orā, iam Deus ad negotij pietatis expeditionem oſtium aperuerat.*

Luc. 11.

Druthm.

Inſtabat ſocius Franciſci, O Pater, è domo exiſti, vt ad domicilium cuiuſdam Indi accederes, ad quoddam peragendum negotium. O frater, (reſpondet Xauier,) iam pulſo ad Conditoris oſtium, vt ipſe domus peccatoris oſtium aperiat. Pulſas ne oratione? Oratione quidem, & opere; quia dum orando pulſo, negotium geritur. *Pulſate,* (inquit Dominus,) *& aperietur vobis,* Luc. 11. Toletus ex Druthmaro, *Pulſate opere.* Quomodo opere pulſandum, ſi ideo pulſat Diuus, vt opus feliciter geratur? Profectò, quia dum orando pulſat, opus illud,

ſeu

ſeu negotium quod perficere intendit, proculdubio agitur. Ideo Xauier ad domum redit, nec priùs ad Indi domicilium accedit; quia pulſante Xauierio, iam Dominus fortaſſe, ex operis illius pij expeditione, oſtium aperuerat pietatis erga peccatorem.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Et vos ſimiles hominibus expectantibus.

Xauier ſimilis expectanti, (quod moleſtiſſimum,) à Domino enixè poſtulat, vt imminuantur conſolationis gaudia, & creſcat laborum anguſtia.

Quia ſciebat, plus cum Numine illigari, qui plus laboribus exercetur.

7. *Expectare diu bona grauis moleſtia.*

Alebat Anonymus apud Mirauclinum, *Nihil moleſtius expectatione.* Non mala timeas, ſed commoda felicitatis expectes: certè illud ipſum expectare diu graue incommodum eſt. Iubet Dominus miniſtros ſuos grauiſſimis exerceri moleſtiis, cùm imperat fieri ſimiles expectantibus.

8. *Cupit, & petit Xauier gaudia tolli, labores grauari.*

Xauier experiit ſemper gerere ſpectatorem ſponſi, hoc eſt, grauiſſimis incommodis exerceri: & nunquam in ſæculo frui ſponſi dulciſſimo amplexu. Frequentiſſimè à nuptiis reuertitur ſponſus, vt à Xauierio feſtiuo plauſu excipiatur. Sponſi comites ſæpe apparent famulo vigilanti, Angeli, D. Thomas Apoſtolus, D. Hieronymus, & non ſemel ſponſa Maria Xauierium inuiſunt, cúmque cœleſtibus conſolationibus opplent adeò, vt cogatur inclamare, *Satis eſt, Domine, ſatis eſt.* Quid ergo expetis? Amplius expectare, expectationiſque moleſtiis grauioribus affici. Iam ſatis de laboribus, ô Xauier. *Ampliùs Domine, ampliùs.* E Roma ad Indiam immiſſus egreſſus es ſolo Breuiarij ſupellectile munitus, via recta pergis, & ne exiguo diuerticulo diſtraharis, nec Matri piiſſimæ, ac dilectiſſimæ vltimum vale dicis. Apoſtolicus Nuncius ad fornacem nauis cibos adducis, famulum te minimè admittente. Non ſatis? *Ampliùs, Domine, ampliùs.* In naui omnium ægrotantium medicus, & miniſter fuiſti, duodecim millia leucarum perfeciſti itinera, tribus diebus naufragio agitatus vndas pelagi ſubiiſti. Apprehenſa equi cauda currentis pericula fugiſti latronum è nudis pedibus cruorem emittens, cultro rigentis niuis vulnerante. Vno in humero vehis ſacra ad Miſſam ornamenta, Indi, quem herum iniiſti, (vt ad Iaponiæ ciuitatem aditum inuenires,) ſarcinam comportas in altera. Non ſatis? *Amplius, Domine, ampliùs.* Diluendi ſacra vnda fatigatus labore indiges hinc inde tua brachia ab vno, ac altero miniſtro ſubleuari: vtpote arbores fructibus onuſtæ, quibus fulcra addicuntur, ne oneri ſuccumbant. Sæpe venenata exitialia gramina abſumſiſti, ab hoſtibus percuſſus, ab amicis vexatus, à Gubernatore Malacenſi impeditus, ne ad Sinas progredi poſſes. An ſatis? *Ampliùs, Domine, ampliùs.* Tui ipſius victor xenodochio hæreſcens miniſtrator ægrotantium fœtentia horrida vulnera leproſi ſpiritualis verè canis linxiſti. Ter apud vrbem Iaponiæ gladij ſtricti aciem expectaſti, triſtis, quod vulnus aufugeret; curans fugientem necem apprehendere. Irati aduerſum te dæmones in D. Thomæ ſacello diris vulneribus te contuderunt. Nónne ſatis? *Ampliùs, Domine, ampliùs.*

Liceat mihi ô Pater te incuſare ingratitudinis, dum video ab vberibus dulciſſimis ſponſi 9.
Vt magis Xauier Domino dilectiſſimo hæreſcat, petit grauioribus laboribus pergrauari.
fugientem, vt amaritudine calicis epoteris. Clamitat ſponſa dilectiſſima, *Oſculetur me oſculo oris ſui, quia meliora ſunt vbera tua vino,* Cant. 1. Vberibus conſolationes, vino autem labores aſſignantur. (de quo Ghiſlerius *in Cat.*) Sponſa ergo perfectiſſima amatrix magis cupit vberibus frui conſolationum, quàm vini paſſionis calice potari: *Meliora ſunt vbera tua vino.* At contrà Xauierius, *Potet me calice meri ſui, quia melius eſt vinum tuum vberibus tuis.* Quare melius? Quia dum grauius laboribus diuexor, arctius Dilecto illigor. Vndè dum affectus conſolationibus clamo, *Satis eſt*; & patiendi ſtudioſus vociferor, *Amplius, Domine*: cupio conſolationes multiplicari, & amplius dilecto ſponſo hæreſcere; quia plus me Deo illigant labores, quàm conſolationes. Exiſtimas, me à IESV ſponſo abſtrahi, cùm ad labores propero? Minimè verò, potiùs enim greſſus mei ſolidantur, ne abſtrahar ab ipſo.

Cant. 1.

Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos. 10.
Solidatur homo ne abſtrahatur à Deo, ob laborum ſuſtinentiam.
Modicum paſſos ipſe perficiet, *confirmabit, ſolidabitque*, 1. Petr. 5. Deus omnis gratiæ nos vocat, id eſt, ad vberrimum gratiæ cumulum adducit. At ipſe ſolidat nos, ac facit ſtabiles, dum modicum patimur. Ergo ſtabiliores, & firmiores in Chriſto, cùm multa paſſi fuerimus. 1. Petr. 5.
Chryſoſtomus hom. de gloria in tribul. tom. 6. *Ferro ipſo, vel adamante firmiores ſunt cum Deo ex eo quòd aſſiduè vexantur.* Chryſoſt.

Reuertitur à nuptiis ſponſus, & ad nuptias 11.
Labores arrha laborum ſunt, id eſt, deſponſationis cœleſtis, quia idem tribulatio, ac deſponſatio.
properat, quia ſerui illi præcincti, (vt vidimus in comment.) ſunt decem Virgines illæ, *quæ exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ*, Matth. 25. Si ad labores præcincti properant, quomodo poſſunt cum ſponſo manere? Profectò illud ipſum ad laborum moleſtiam properanter pergere eſt dulciſſimis ſponſi conſolationibus perfectiùs frui, dilectionis vinculo illigari fortiùs, & arrham ab ſponſo æternitatis accipere. Matth. 25.
Nazianzenus orat. 3. contra Iulian. *Ex ipſis periculis robur collegerunt. Huiuſmodi enim eſt pro Chriſto pati: amori cumulum adfert, & ad ſequentia certamina velut arrha exiſtit.* Proxima verba libra: *Velut arrha.* An non nuptiale pignus eſt? Ita planè. Cur ergo ad certamina id pignus datur, & non ad ſponſationem? An quia ipſum illud pati pro Chriſto, dulciter deſponſari ei eſt? Quis dubitet? Nazianz.

Adſtrictus erat Numini Iob, quemadmodum viro coniux dulciſſima adhæreſcit vinculo charitatis. 12.
Poſtquàm Iob laboribus agitur, oſtendit ſe arctiùs Deo illigatum.
Ipſe teſtatur ſponſus, *Numquid conſideraſti ſeruum meum Iob; quod non ſit ei ſimilis in terra; homo ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo?* Cui Satan,

Numquid

eſſe. Sic Xauier tunc Deo proximior, cùm à laboribus amplius agitatur.

Nunquid Iob fruſtrà timet Deum? Nónne tu vallaſti eum, ac domum eius, vniuersámque ſubſtantiam per circuitum? ſed extende paululum manum tuam, & tange cuncta, quæ poſſidet: niſi in faciem benedixerit tibi, cap. 1. Fateor, ait, Iobum Deo ſuo dulciter illigatum eſſe: ſed quia vallatur beneficiis, muneribus, benedictionibus: *Operibus manuum eius benedixiſti, & poſſeſſio eius creuit in terra.* Extende ergo manum tuam, laboribus vulnera; & à dilecto recedet ſponſo. Probationi addicitur Iobi dilectio, per multa agitatur, patientiſſimè ſuſtinet. Demum equidem agnoſcitur, Iobum laborum tolerantia ampliùs ſe ſponſo alligatum oſtendiſſe: Diabolúſque nullam vlteriùs potuit excogitare aduersùs vinculum Dei & Iobi accuſationem. Pulchrè D. Chryſoſtomus *hom. 1. ad Popul.* Quando Iob vallabatur per circuitum, *quando poſſidebat, ſuſpicionem quandam habuit diabolus, & ſi falſam, habuit tamen, vnde diceret: Numquid gratis Deum colit Iob? Nónne vallaſti eum? Poſtquam verò omnia abſtulit, & ipſum omnibus ſpoliauit: hic autem eandem in Deum charitatem præſtitit, tunc demum obſtructum eſt os impudens, & nihil amplius, quod diceret, habuit.* Quia ſcilicet plus eum Deo illigari vidit cùm grauius percuſſus eſt, quàm cùm à Numine vallaretur. Vallauit, fateor, Deus Xauierium benedictionibus, illuſtrationibus, viſitationibus. Quis dubitet diabolum non inclamitaſſe, *Numquid Xauier fruſtrà timet Deum?* Si tot illuſtrationibus, & conſolationibus vallatur, quid mirum ab ſponſo non ſeparari? *Tange cuncta, quæ poſſidet*, diris laborum verberibus vulneretur, affligatur paupertie, percutiatur in filiis, maledictis doloſæ linguæ dilaceretur. An in faciem Domino benedixit? An non inclamitauit, Ampliùs, Domine, ampliùs? *Obſtructum eſt os impudens diaboli, & nihil ampliùs, quod diceret, habuit.* Laborum itaque tolerantia maior ampliùs illigat ſponſo cœleſti dilectam.

Chryſoſt.

Obſervat. III.

Ad illa verba:

Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum.

Nuptiale gaudium indicitur Xauierio conſtricto laboribus. Tunc enim exultat, cùm tribulatur; tunc autem verè patitur, cùm laborum aſpicit terminationem.

Iuſti perfecti in laboribus gloriantur, vulnerantur in requie.

13. QVando, (adnotante Chryſologo,) tota à IESV cura in præcingendis lumbis mandatur ex laborum ſuſtinentia, nónne ineptè nuptialis indicitur exultatio? *Expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptiis.* Nam Dei famuli, tunc magis lætantur, tunc veriùs exultant, cùm grauioribus tribulationibus defatigantur.

Cùm Xauier profectus eſſet in Americam per ſomnium, expertus eſt gigantem Indicum ſuos fortiſſimos humeros opprimentem. Porrò ac ſi facilis eſſet ſarcina pondus illud, quo vniuerſi labores, qui Xauierium expectarent, ſignabantur, Diuus inclamitat, *Ampliùs, ampliùs.* Vndénam tam graue pondus leuiſſimum Xauierio? Laborum ſuſtinentia iuſtis perfectione micantibus nuptialis eſt iucunditas. Teſtor illum Paſtorem, qui ouem deperditam humero addixit. *Et cùm inuenerit eam, imponit in humeris ſuis gaudens*, Luc. 15. Cur non dixit *gemens*, cùm centeſimam ouem, quæ totius humani generis, (ex D. Thoma, & aliis,) imaginem præfert, comportat? *Gaudens* ait conuenienter; quia pondus ipſum leuamen ponderis reddebatur. Baſilius Seleuc. orat. 26. *Montes & ſyluas obire non recuſat, obit præcipitia, gaudet ipſa fatigatione: ouis comportationem laſſitudinis ratus eſſe leuamen.* Quid mirum Xauierium Indicum illum Æthiopem comportantem gaudere, ſuſtinentémque totius Americæ pondus exultare, & clamare, Ampliùs, ampliùs: ſi Diuis leuamen eſt ponderis, laborum grauiorum adiici ſarcinam. 14.

Gaudet Xauier dum ouem deperditam, id eſt, totius Indiæ, ac Iaponiæ fideles humeris ſuſtinet, & ipſum ponderis eſt leuamen.

Luc 15.

Baſil. Sel.

David cecinit, *Tribulationem, & dolorem inueni*, Pſalm. 114. Dixerat, *Dolores inuenerunt me.* Progreditur ergo, vt quærat, & inueniat ipſe dolores ad leuamen eorum, quibus affectus erat, cùm à doloribus inuentus fuit. Particula *inueni* innuit, Dauidem quæſiiſſe tribulationem, & dolorem. Baſilius aptiùs, *Quoniam illic imperterritus inuentus ſum, & animo infracto aduersùs ea, quæ tentator inuexit.* (cùm ſcilicet dolores inuenerunt me.) *Sed vt exultantem meam erga Deum charitatem declararem, tribulationi tribulationem, & dolori dolorem adieci.* Igitur cùm à doloribus inuentus ſum, ſiue inſcius tribulatione aliqua fui affectus, ſimul ingenti gaudio fruitus, didici labores, & dolores non ad medelam triſtitiæ, ſed ad incrementa exultationis quæritare, inclamans, *Amplius, ampliùs.* 15.

Pergit Dauid ad quærendos labores, vt pœna inuenta à ſe alleuent eã moleſtia, quam acceperat ex iis, quæ illum inuenerant.

Cùm vos, (inquit Dominus,) *perſequentur in vna ciuitate, fugite in alteram*, Matth. 10. Quare eos fugere imperat. An vt conſulat perſecutorum ſaluti, dum tollit delinquendi occaſionem? Nazianzenus orat. 3. contr. Iulian. *Neque enim Chriſtianos quantumuis fortes, ac ſingulari tolerantia præditos ſui tantùm rationem habere oportet: ſed perſecutoribus quoque conſulere; vt ne quantum in ipſis eſt, ad hoſtile periculum ex ſe ipſis aliquid conferant.* Accommodatiùs argumento meo Tertullianus lib. de fuga in perſec. *Iuſſit Dominus, vt poſtquam in vna ciuitate perſecuti eos fuiſſent, ad aliam tranſirent, nouam rurſus perſecutionem eadem cauſa ſuſcitari.* Quare autem varias perſecutiones expetere, 16.

Fugere imperat IESVS ex vna ciuitate in alteram, vt vbique tribulationes ſuſtineant Diſcipuli. Xauierio accommodo.

Matth. 10.

Nazianz.

Tertull.

re, ac quærere admonet? Vt perſecutionum variarum (in vna & altera ciuitate ſuſtinentia omnis gaudij ſe participes recognoſcant) iuxta

Iacob 1.

Apoſtolicum illud: *Omne gaudium exiſtimate fratres, cùm in varias tentationes incideritis*, Iacob. 1. Nam qui fugit ex ciuitate qua perſecutionem tolerauit, in alteram, vt de nouo ſuſtineat, ad alteram & alteram perrecturus eadem de cauſa: interminabili gaudio fruens omne gaudium, id eſt, æternum poteſt quodammodo exiſtimare. Cùm Xauier variis tentaminibus agitur, putat ſe cœleſti interminabili gaudio frui, & ideo poſtulat minimè terminari, *Amplius, amplius*, id eſt, non terminetur, & laborum hæc ſuſtinentia gaudia ſapient cœleſtia. Patitur in vrbe Malacha Gubernatoris impietate, & fugit excutiens puluerem pedum in alteram vrbem, vt rurſum perſecutione agitetur.

17.

Tunc verè patitur Xauier cùm non patitur.

Solummodo Xauier tunc verè patitur, cùm cœleſtes illuſtrationes, ac conſolatiónes eum à patiendi abſtrahunt gloria. Vnde clamat, *Satis eſt, Domine, ſatis eſt.* An amantis dulce ad dilectum colloquium? Potiùs exiſtimo patientis querelam. O Domine, ſicut mihi omne gaudiū acerbatur, cùm in varias incido tentatiónes: verè vulneror, cùm cœleſtes viſitationes multiplicantur; quia pondus patiendi imminuitur, *Satis eſt ergo.* De Chriſto præcinit Iſaias, *Erit ſepulchrum eius glorioſum*, cap. 11. L X X. *Erit in pace ſepultura eius.* Vbi Leo à Caſtro aſſerit pacem hanc, qua Chriſtus ſepultus fruitus eſt, fuiſſe concordiam, qua colligari Herodes Rex ac Pilatus Præſes in Dominum deſæuiere, & concitatus populus in necem, ac tormenta Ieſu conſpiratunt. Igitur iam requiro, ſi Chriſti ſepultura fuit pacifica Saluatoris requies die Sabbati deſignata ex Sinaita, *Requieuit Dominus die ſeptimo*, Gen. 1. Cur requies iſta in morte ac paſſionis vulneribus deſignatur? Certè, quia intendebat Vates Ieſu gloriam & requiem præſignare, eam ſub laborum nomine expreſſit; quia Dei amantis gloria pati eſt pro dilecto. Accommodatiùs argumento. Sub paſſionis ac mortis incommodis requies Chriſti ſignatur; quia tunc verè patitur, & necatur, cùm tempus terminatur patiendi. Vis indicem grauiorem Xauierij laborem. Cùm lecto ſe vidit addictum Sinæ magnæ in veſtibulo, clauſo oſtio ad grauiorem laborum ſuſtinentiam. Cùm reliqui ab vniuerſo onere requieſcunt, Xauier patitur qui ſe agnoſcit ineptum paſſioni.

Iſai. 11.
Leo à Caſtro.
Gen. 1.

18.

Xauier paſſus eſt ſepulturæ requiem. Id eſt, tunc verè patitur, quando requieſcit.

Iſa. 11.
Chryſol.

Ad illa verba præfata, *& erit ſepulchrum eius glorioſum*, Iſa. 11. fatur bellè Chryſologus ſerm. 58. *Crucifixus in Cruce mortem ſuſcepit, ſepulturam patitur.* An non aptiùs dixiſſet, *In cruce mortem patitur, ſepulturam ſuſcepit?* Subiit in Cruce mortem, donatamque ſibi ſepulturam accepit, vbi glorioſè requieſceret. Profectò aptiùs ſcripſit, *Mortem ſuſcepit, ſepulturam patitur*; accepit veluti auguſtum donum Crucem, quia ipſi illigatus paſſus eſt: patitur autem ſepulturam, quia tunc verè amator Ieſus patitur, cùm incipit impaſſibilis requieſcere. Cùm videris ô viator, Xauierij tumulum, non exiſtimes requieſcere: verè patitur, qui terminatis laboribus, requieſcit.

Observat. IV.

Ad illa verba:

Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum.

Obiit Xauier ante Sinarum conuerſionem, ſed poſt annum meſſis copioſa Diuo ſeminatori aſſurgit.

Id enim tibi opus tribuendum, quod tua doctrina, ac laboribus coaleſcit. O quàm fructuoſa Sanctorum mors!

Expectauit Xauier Dominum venturum, vt Sinarum nationem copioſiſſimam nouam duceret in ſponſam: moram autem faciente ſponſo, in ſomno pacis ipſius expectationis vi oppreſſus, requieuit. O dira mors, cur non ſinis Patrem nuptiis pulchrè filiæ intereſſe? ſit tibi ô Xauier, leuis ſepultura, breui temporis interſtitio in Verbi ſpeculo filiæ Sinæ nuptias aſpicies. Nam cadauer tuum aliquot menſibus in Sinæ tellure reconditum granum emortuum erit, fœcundiſſimarum meſſium pater vberrimus. 19.

Dum Xauier Iaponiæ tot regna conuertit ad Chriſtum, in Sinæ imperium eius ſonus exiuit, proterua perſtitit infidelis, pergit agricola, in Sinæ veſtibulo emoritur, arbor fructibus ſtipatur. Memoriæ redenda ficulneæ parabola. *Vt quid terram occupat* lignum infœcundum? ſuccidatur. *Domine*, (hoc ait cultor vineæ) *dimitte illam & hoc anno, vſque dum fodiam iuxta illam, & mittam ſtercora. Et ſiquidem fecerit fructum; ſin autem, in futurum ſuccides illam*, Luc. 13. Fateor tres & plures annos eſſe, ex quo venis quærere fructus in ficulnea hac, & non inuenis; quia ex propinquitate debuiſſet Sinarum regnum Iaponenſibus oborta luce frui: & nomen Ieſu (quod eſt oleum effuſum) ad eos iam diu penetrauit. Attamen Domine, dimitte illam & hoc anno, fodiam circa illam ſepulturam meam, meum cadauer iſti fimum emittam. *Et ſi quidem fecerit fructum.* Addam profectò meæ doctrinæ filiorum miniſterio irrigationem. Sin autem, in futurum ſuccidetur. Iſidorus Peluſ. epiſt. 312. *Sine autem eam etiam hoc anno. Si per legem* (proximè vicinis in regnis prædicatam) *nihilo meliores facti ſunt, nec pœnitentiæ fructus ediderunt, mea doctrina irrigentur, meiſque cruciatibus* (id eſt, morte, ac laboribus meis) *fœcundentur.* Mirum planè: vix annus à Xauierij morte præteriit, & Sinarum copioſiſſimos fructus ficulnea olim fatua produxit. An non debetur morientis cultoris doctrinæ, morti, laboribus.

20.

Sinam incredulā, ſeu fatuam ficulneā Xauier ſua morte colit, vt ille anno redderet fructuum vbertatem.

Luc. 13.

Iſidor. Peluſ.

Si liceat mihi annominatione vti, *Sina* Hiſpano vulgari vocabulo *China* eſt, nomen quidem lapilli. Lapillus hic, ſeu *China* factus eſt mons anguſtus, fructibus feraciſſimis plenus, quia infœcundus olim lapis ex Xauierij morte iam fœcundiſſimum in granum conuerſus eſt. Danieli

21.

Sina Xauierium veluti lapillus vulnerauit, ſed eius mortis vi conuerſa in granum, montē pinguē produxit.

Danieli ſtatua proceræ magnitudinis præſentatur, aureo capite, argenteis humeris pectore, ac brachiis, æneo ventre, ferreis cruribus, pedibus ex luto & ferro. *Abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus, & percuſſit ſtatuam in pedibus eius ferreis, & fictilibus, & comminuit eos. Tunc contrita ſunt pariter ferrum, æs, teſta, argentum, & aurum. Lapis autem factus eſt mons magnus*, Dan. 2. ſtatua illa Xauierium repræſentat, cuius aureum caput ob charitatem in Deum & proximum ardentiſſimam: pectus, brachia, & humeri argentum toties perſecutionum, & afflictionum igne probatum: æreus venter ex caſtitate incorrupta omnino carneæ fragilitatis experte: ferrea crura ad tot longa itinera perficienda. Enim verò tibi, obſecro, ſit ille lapillus *Sina*, aut *China* ſtatuæ percutiens fragilitatem fictilem. Excidit Sina, id eſt, cura de Sinarum ſalute vulnerat Xauierium, concidit ſtatua, lapillus autem ille, ſeu Sina ex Xauierij morte, cuius cruore intingitur, in fœcundiſſimum granum ex lapillo conuertitur, quod montem arboribus ornatum mirè produxit. Nam ſi non eſſet lapis conuerſus in granum rupem produceret, non montem pulcherrimum.

Dan. 2.

21. *Sina fœcunditas ex Xauierij morte.* Dan. 2. Richard. Victor.

Factus eſt mons magnus. Vbi Richardus Vict. *de erud. inter. hom. p. 1. cap.* 28. aſſerit lapillum illum in montem feraciſſimum, arboribus conſitum, fuiſſe conuerſum. Mox requirit, *Quid eſt, quòd lapis ille non creſcit in rupem ſterilem, ſed mutatur in montem: nec lapis paruus in lapidem magnum, ſed potius mutatur in montem magnum?* Quid eſt quòd Sinæ lapillus fertiliſſimum mutatur in montem, cùm ex ſemine lapide paruo lapis magnus produci deberet? Certè, quia Sina cuius cura Xauierium percuſſit, & comminuit, ex morte eius fœcundiſſimum mutatur in granum ad vbertimi montis productionem. Iam Sina *mons Dei, mons pinguis, mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo.*

22. *Dum Xauier calceamentum tollit, ſeu morte corripitur, Sina ſanctificatur.* Exod. 3. Lyran.

Illam Peluſiotæ particulam premo: *Si per legem nihilo meliores facti ſunt, meis cruciatibus fœcundentur.* Profectò mõs pinguis Sina oſtenditur mox poſt Xauierij obitum fœcundata eius cruciatibus, ſeu morte proueniente ex cruciatibus, quibus affectus eſt, quòd ad Sinam occluderetur oſtium. Moyſi apud deſertum commoranti Numen in rubo appparet clamans: *Solue calceamentum de pedibus tuis, terra enim in qua ſtas, terra ſancta eſt*, Exod. 3. Quidnam tollere calceamenta? Lyranus, *Tolle calceamentum, ac ſi diceret, oportet te carnem mortalem deponere.* Adiicit, Terra *in qua ſtas, terra ſancta eſt.* Mox poſt mortis Moyſis mentionem, terræ illius ſanctificatio indicitur. Paſcit Xauier oues in Iaponiæ deſertis, ad Sinæ montem appropinquat, vt incredulos ciues ſanctificaret. At Dominus, *Solue calceamentum, & terra ſancta eſt.* Oportet, te carnem mortalem deponere, & illicò hæc terra ſanctificabitur. Certè tam citò Sina conuertitur, vt Xauerij mors fuerit eius ſanctificatio: *Solue calceamentum, terra ſancta eſt.* Xauier moritur, & ficulnea illa vnius anni circulo ſanctificationi litatur.

Observat. V.

Ad illa verba:

Amen dico vobis, quòd præcinget ſe.

Dum Xauier apud Indos præcinctus laborum cruciatibus oſtenditur, Chriſtus etiam præcinctus ex compaſſione in Hiſpania exponitur.

Veri enim amici ita attemperari debent, vt vulnerato vno, alter vulnere ſe dedat affectum.

Miratis Dominum præcinctum, dum ſeruorum habitus ſit conſtrictio, aut præcinctio ad obſequium: *ſint lumbi veſtri præcincti. Amen dico vobis, quòd præcinget ſe.* Profectò ſi famuli illi amici ſunt Domino chariſſimi, quos ad nuptiale gaudium aduocat; & lumborum præcinctione labores deſignantur: aptè Chriſtus præcinctus obiicitur, cùm amici præcincti adnotantur. Quia verus amicus curat in ſe laborantis dilecti affectus exprimere, effectus exponere.

In palatio Xauier, quod iuxta Pampilonenſem vrbem Nauarræ Regni verticem, forte ac pulchrum exurgit, Chriſti ſuffixi adoratur imago, quam emittentem ſanguineum ſudorem videre domeſtici ſæpe quidem. Dies notantur, & poſtquam Franciſci Xauier poſtmodum geſtorum monumenta leguntur, compertum planè tunc ſudantem imaginem viſam fuiſſe, cùm Xauier apud Indos aliquo graui labore vulneraretur. An Chriſtus præcingitur, quia amiciſſimum Xauierium præcinctum aſpicit? Duo inſtrumenta muſica ſic poſſe attemperari aſſeritur, vt vna hic cithara pulſata, altera alibi non tacta reſpondeat. Num Ieſum & amicum Xauierium adeò attemperatos eſſe aſſeuerim, vt Xauierio in India vulnerato, Chriſtus in Nauarra non attactus reſpondeat. 23. *Cùm patitur Xauier in India, Crucifixus Ieſus in Nauarra ſudat: quia citharæ duæ attēperatæ.*

Reor Xauierium cum ſponſa inclamitare poſſe, *Vox Dilecti mei pulſantis*, Cant. 5. Reſonat cithara Ieſu fixi in Caluariæ monte, & Xauier ex contemplatione laborum Chriſti, pulſatur, vulneratur. Gilbertus ſerm. 42. in Cant. *Vide quid tibi ſonet iſta poſitio: Vox Dilecti* patientis *ad cor noſtrum pulſat, vt nos quaſi cithara quadam effecti, ſic conſonare nitamur.* Nec enim Xauier verè amicus ſponſi ſuffixi oſtenderetur, ſi patiente ipſo, non ſe exponeret patientem: Chriſtus præcingitur, Xauier præcingatur, vt ſeruus Domino morem gerat. Porrò auguſtius quidnam contemplamur. Nam Chriſtus patiente Xauierio reſpondet: Creator ac Dominus ſerui accipit indumentum. D. Gregorius, *Sponſus pulſat, & ſponſa benè attemperata reſpondet.* Iam non miror Chriſtum ſudare, cùm Xauier patitur, quia fidelis attemperationis ille erat effectus. Attemperentur duæ citharæ, vna Dauidica, altera vulgaris paſtoris: pulſet paſtor, Regia cithara reſpon- 24. *Patiente Ieſu Xauier vulnerari deberet: ſed Ieſum vulnerari, aut ſudare cum patitur Xauier, attemperationis magnæ eſt argumentũ.* Cant. 5. Gilb. Gregor.

reſpondebit: pulſetur Dauidis inſtrumentum muſicum, fides paſtoritij inſtrumenti reſonabunt. Ergo tota difficultas fidelis attemperatio eſt. Hinc Xauerium commendo: quot laboribus, quanto ſtudio, quot virtutum exercitamentis ſe potuit tam fideliter Christo attemperari.

25. *Debet amicum patientis affectum imitari.* 2 Reg. 15.

Collige, debere amicum dilecti patientis affectus imitari, vt oſtendant familiaritatis, atque amoris ſynceritatem. Nec enim verè amicus, qui non præcinctum ſe exhibet, conſtricto dilecto. *Cùm aſcenderet Dauid ſummitatem montis, ecce accurrit ei Chuſai ſciſſa veſte, & terra pleno capite*, 2. Reg. 15. Cur luctuoſo Chuſai Dauidi ſe ſiſtit amictu? Amicus erat Regis (ſic infrà eum Abſalon appellauit) nec poterat pulſato Dauide laboribus, ac præcincto perſecutionibus, non eodem conſtrictus cingulo reſpondere.

26. *Christus nō audiuit cū Xauierio dolores, ſed quæcunque ille patitur, ſe oſtendit.* Iob 2. Origen.

Iob præcinctus laboribus magis oſtenditur, dum nudus in ſterquilinio iacet. Accedunt amici, qui *ſciſſis veſtibus, ſparſerunt puluerem ſuper caput ſuum in cœlum, & ſederunt cum eo in terra*, cap. 2. Quare veſtes ſcidere, & in terra coniacuerunt? Si amicus nudus, & in terra iacens obiicitur, eodem habitu præcincti illi oſtentari debuere. Origenes lib. 3. in Iob. *Admirantes viri illi, atque ſtupentes lamentabilem Iobi immutationem, veſtimenta ſua conſciderunt*, &c. *Quæ feciſti, inquiunt, facimus, veſtimenta noſtra ſcidimus, & terram ſuper capita noſtra ſparſimus: ſic namque & tu feciſti, ô Iob.* Addunt, *Et vtinam cæteros dolores tuos tecum diuidere poſſemus.* Aliquid veræ amicitiæ non congruens adnotarim; *diuidere poſſemus.* Vera amicitia diuiſionem non patitur, compaſſio ad vniuerſos dolores oſtenditur; ſe leproſos deberent affectu exhibere. Haud fideliter eos attemperatos video cum Iobo patiente. O Xauierium ita Domino attemperatum, vt te patiente toto corpore Dominus toto ex corpore ſudorem emittat.

Observat. VI.

Ad illa verba:

Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, &c.

Paterfamilias Deus ſe præcingit, quia non vni filio totam bonorum vbertatem tribuit: potiùs ex cunctis filiis detrahit cibos, animarum ſcilicet conuerſionem, vt fameſcenti nimium Xauierio reſeruet.

Commendatur Euangelij miniſtrorum fames circa peccatorum conuerſionem.

27. PArticulam, *præcinget ſe*, ſic explicat Theophylactus, *Non totam bonorum vbertatem largitur vni, ſed hanc cohibet ſecundùm certam menſuram.* ſcilicet ſecundùm filiorum maiorem, aut minorem eſuriem. Haud iuſtus ciborum diſtributor pater, qui filio prouectæ ætatis colenti vineam æqualem exhiberet annonam ac puerulo matris hærenti gremio. Igitur Paterfamilias Deus ex filiis Apoſtolis, ex cunctis Euangelij miniſtris ab Eccleſia naſcente cibos, id eſt, animarum conuerſionem detrahere curauit, vt Xauierio magnæ vineæ cultori inſatiabili fame preſſo ſufficientem præpararet annonam.

Prodit filius agricola ad agrum, menſæ hæreſcit Paterfamilias filiorum corona ſtipatus, cunctis diſtribuit cibos: ſed portionem maiorem reſeruat abſenti filio. Redibit ex agro fame preſſus, à cunctis detrahi oportet aliquid, vt magis laboranti filio maior portio ſeruetur, famemque poſſit ſatiare, cùm ad veſperum conuertatur in domum. Præfatur Dauid, *Conuertentur ad veſperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem*, Pſalm. 58. Vbi pulchrè Anſelmus, *Conuertentur in vltima ætate ab idolis Gentiles, & Magiſtri illorum famem patientur vt canes, id eſt, famem conuertendi alios atque alios: & circuibunt mundum.* En Xauierium, pergit ad ſpatioſiſſimum Gentilitatis agrum, eius prædicationis cultura Gentiles innumeri conuertentur. At ille tot cibis abſumens, famem patietur, canis inſtar, alios atque alios conuertendi, & abſumendi. Tanta, mehercle, fame cruciabitur, vt poſtquam circuerit totum terratum vrbem, ruſum cùret eum circuire, vt vnum inſignem peccatorem poſſet conuertere. Si ergo tanta Xauierij fames animarum, vt poſt duodecim centena millia, quas vorauit, appetit vnam tam intenſè, vt totum mundum circuire molitur ad eius acquiſitionem: non mirum iuſtum, ac prouidum Patremfamilias à cunctis filiis aliquid detrahere, vt Xauierio venturo ad veſperam reſeruet. *Non totam bonorum vbertatem largitur vni, ſed hanc cohibet, ſecundùm menſuram* laboris & famis filiorum.

28. *Xauierio fameſcenti grauiùs, Deus Paterfamilias reſeruat præcipuam animarum portionem.* Pſalm. 58. Anſelm.

Cùm Petrus aliquando *eſuriret, voluit guſtare. Parantibus autem illis, cecidit ſuper eum mentis exceſſus, & vidit cœlum apertum, & deſcendens vas quoddam velut linteum magnum quatuor initiis demitti de cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ, & volatilia cœli. Et facta eſt vox ad eum: Petre, ſurge, occide, & manduca. Ait autem Petrus: Abſit Domine, quia nunquam manducaui commune, & immundum*, &c. *Hoc autem factum eſt per ter, & ſtatim receptum eſt vas in cœlum*, Act. 10. Vbi Beda, *Quadrupedia, ſerpentia, & volatilia ſunt omnes Gentes credituræ, & in vnitatem corporis Christi abſumendæ. Animalia congruè Gentes ſunt in erroribus immunda.* Apponitur menſa familiæ Ieſu, aduocantur Apoſtoli, Petrus vno hauſtu tria millia peccatorum abſumit, altero quinque millia: ſumunt myſticè & alij. At illicò linteum receptum eſt in cœlum. Quare? Quia ad veſperum ex agro Xauier filius Eccleſiæ accurret tanta fame preſſus, vt tot millia Gentilium ei vix mediocrem exhibeant alimoniam.

29. *Ex menſa Apoſtolica Deus Xauierio retinet ciborum abundantiam.* Act. 10. Beda.

O Xauier, cur non cum Petro obiicis, *Abſit Domine, quia non manducaui omne commune, & immundum?* Coluber iraſcitur, vipera inardeſcit, bufo intumeſcit, regulus aſpiciendo mortes minatur, ceraſtes circulos efformat. *Occide, & manduca.* Abſumit auidè Xauier. Quare non

30. *Immunda anima Gentilium dulciſſima Xauierio fameſcenti.*

non repulit alimoniam horribilem. Profectò fames Franciſci tanta, vt pro cibis dulciſſimis immundiſſimos Gentiles reputaret. Horatius *lib. 1. Carm. 2.* cecinit,

Horat. *Ieiunus ſtomachus rarò vulgaria temnit.*

& Græcus Comicus,

Iucunda præter ſe omnia efficit fames.

Græcus. Stobæ. Vnde Stobæus ſerm. 93. *Antiphanes dicebat, famem omnia dulcia reddere præter ſe ipſam. Darius* (addit) *in fuga cùm aquam turbidam, & cadaueribus inquinatam bibiſſet, negauit ſe bibiſſe iucundius. Numquam autem, vel perrarò ſitiens biberat.* Ex Plutarcho *in Reg. Apophteg.* illud obſeruaui. Plutar. *Artaxerxes quum in fuga quadam, direpto illius commeatu, aridis ficis, & hordeaceo pane veſceretur: Dij boni, inquit, cuiuſmodi voluptatis hactenus inexpertus fui?* Fami Xauierij communis & immundus cibus dulciſſima pabula ſubminiſtrat. An audax aſſeruero, maiori Xauierium fama cruciari, quàm Apoſtolus? Profectò Gentilium cibus communis erat Apoſtolis, Xauierio autem tam particulare, tam proprium eſt, vt videatur ſolus ipſe Gentilibus conuertendis agnatus.

Observat. VII.

Ad illa verba:

Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis

Xauierio prædicante, Deus eius ſermonem confirmat, miniſtrans tot miraculorum effectionem: vt videatur Deus quaſi debitor Xauierio reddi ex miraculo vno, ad aliud illuſtrius excitandum.

Hinc erga ægros Diuos diuinæ munificentiæ largitas penſanda. Ita enim vbertim dat vni, vt videatur ſe ex vno beneficio debitorem reddere ad aliud maius conferendum.

35. Theoph. PRemo adhuc Theophylacti ſententiam. *Non totam bonorum vbertatem largitur vni, ſed hanc cohibet ſecundùm certam menſuram.* Non ſic cum Xauierio actum eſt, cui vni bonorum vbertatem Deus impendiſſe videtur. Sedenti enim Xauierio Dominus miniſtrat (exempli gr.) tot miraculorum effectionem, vt videatur ex vno miraculo debitorem reddi ad aliud illuſtrius. Vnde licèt iuſtiſſimus Deus non totam bonorum vbertatem largitur vni, quia ius exigit vnicuique ſuum reddi: vni Xauierio omnium miraculorum deberi effectionem, quia plus omnibus (ſic fari liceat filio) laborauit. Cùm autem miracula præparentur ad ſermonis confirmationem, iuxta illud, Marc. vlt. *Illi autem profecti prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis,* Marc. vlt. qui plus Euangelij prædicationi apud Gentiles inſudauit, plurium miraculorum effectione donari debuit. Igitur quia operatio tanto tot miracula debebatur, ſic Deus Xauierio dedit miracula patrare, vt accipiens virtutem ad vnum, ad aliud maius videretur, Deum ſibi conſtituiſſe debitorem.

Percuſſione virgæ miraculorum excitatricis populus ſitiens ſatiatur. Poſtmodum venit 31.
Amalech, & contra filios Iſrael dimicauit. Tunc Moyſes ad Ioſue inquit, *Pugna contra Amalech: cras, ego ſtabo in vertice collis habens virgam Dei in manu mea,* Exod. 17. Chaldaicus Paraphraſis, *Habens virgam, qua facta ſunt miracula.* Ineptè planè. Nam oſtentans virgam, qua percuſſus lapis aquas exhibuit, fortè audiet à Domino: Sufficiat tibi id miraculum excitaſſe. Profectò Moyſi tam egregio verbi ſui miniſtro Deus illuſtriora debebat miraculorum excitamenta. Vnde percuſſione virgæ petram aquas ſitienti populo exhibuiſſe, idem fuit, ac Deum debitorem reddidiſſe ad victoriam illuſtriſſimam impertiendum. Xauier quaſi virga percuſſas pelagi amariſſimas aquas potabiles reddidit ad fidelium ſitim extinguendam. Badagis Barbaris ad exitium ciuium Trauancor irruentibus ſolus Xauier exarmatus occurrit. Solummodo manus in altum attollit miraculorũ operatrices, veluti Moyſes virgam. Quánam ô Pater fiducia tot hoſtes delere conaris? Certè qui dedit mihi ſalſas vndas efficere dulces, debitor conſtitutus eſt, vt celſiori miraculo me efficiat hoſtibus formidabilem, qui cunctis peccatoribus ſemper me amabilem exhibuerat.

Quia Xauier aquas dedit potabiles pelagi vndas, eum quaſi debebat ei victoriam contra Badagas mirificè donare. Exod. 17. Chaldai.

Cùm Ioſue aduerſum quinque Reges decertaret, iuſſit cœlum aereum intonare, & 33.
fulminibus, ac lapidibus æthereis vulnerari hoſtes. Haud perfecta victoria, deficiente enim die, ne hoſtes tenebrarum operculo incolumitati operam darent, iuſſit ſolem conſiſtere: *Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Aialon. Steteruntque Sol & luna, obediente Domino voci hominis,* Ioſ. 10. Vndenam tibi ô Ieſu Naue in mentem venit, poſſe te ſtellis, imò ſtellarum Domino imperitare? Pulchrè Lyranus reſpondet, *Cùm accepiſſet auxilium à cœlo aereo, ſciuit accepturum etiam à cœlo ſydereo.* Difficilius erat ſolem conſiſtere, quàm æther intonare. At videns Ieſu Naue ſe auxilium accepiſſe à cœlo æthereo, ſciebat tanto Deum miniſtro eſſe debitorem, vt illuſtrioris miraculi patratione illum illuſtraret. Aliquando Ieſuita Xauier, vt diſperderet Tolanos apoſtatas, auxilium accepit à cœlo aereo, quod pumicibus ac igne immiſſo vrbem euertit. Xauierij ſpiritu, eiuſque nomine ſocius imperauit Soli, *ne mouearis,* & illico ſtetit obediente Domino voci hominis; quia tam egregio miſtro ex vnius miraculi effectione quaſi debito reddebatur, vt ad illuſtrius mirum præberet auxilium.

Quia dederat Deus Xauierio auxilium de cœlo aereo, quaſi debitor ei, vt daret de cœlo ſydereo, Sole conſiſtente. Ioſ. 10.

Lyran.

Liceat excogitationem hanc Comici Græci 34.
ſententia confirmare. Magi cuiuſdam prodigia commendat, fatus,

A prodigio ille in prodigium
Per elementa currebat ſingula
Quaſi Diuorum debitore Patre.

An non currit Xauier à miraculo in miraculum per elementa ſingula, quaſi Numine debitore? Elementum terræ Diuus nobilitauit puerum

A prodigio in prodigium Xauier per ſingula elementa currit, quaſi Numine debitore. Græc. Comic.

Miracula Xauierij in elemento terræ.

puerum leproſum ſacro ſanans attactu; adoleſcentem nauticum phreneſi correptum menti reddens, ac pœnitudini; trabem grauiſſimam quaſi arundinem amouens, vt hoſtium fugiat inſequentium exitialia vulnera, noxia prædicationi; aurum faciens ex aëre, vt inopi ſuccurrat egenus; oleo vas replens neceſſario; triginta ſupra quatuor humana cadauera vitæ reſtituens; ac pharmacopolium manum ſuam conſtituens, ad cunctarum ægritudinum liberationem. *Per elementa currebat ſingula.*

Miracula Xauierij in elemento aquæ.

Aqua Xauierium vidit ſimul duo loca occupantem, vt ſociis periclitantibus ſubueniret in naui & in ſcapha; cùm crucifixi imaginem ad fluctus ſedandos à Xauierio oſtenſam pelagus rapuiſſet, Diuus diſtanti in littore inambulans cancrum aſpexit ad ſe accedentem, vt crucifixi deploratam imaginem peregrinationum ſolamum ei reſtitueret. Sacer ille Neptunus frænum pelago appoſuit, vt laxante Xauierio, intumeſceret: comprimente, requie donaretur: horribiliſque beſtia greſſuum inquietudinem ſolidaret. Cadauer Xauierij inueteratæ naui committitur, quæ ſimul pretioſioribus oppleta mercibus cuſtodiendis à Diuo, ſæpe ventorum ac fluctuum impugnationi cederet, niſi corpus ſanctiſſimum procellis obiectum tranquillum ageret. Vt autem conſtaret Xauierij reliquias, nauim ac merces cuſtodiiſſe, vix ipſo in portu corpus ſacrum poſt extractos merces transferunt ad littus, cùm nauis inanis, cunctis videntibus, properat ad profundum. A periculo demum fluminis Proregis famulos Diuus liberauit. *Per elementa currebat ſingula.*

Miracula Xauierij in elemento aeris.

In aërea Regione ventos Typhones carceri addixit, pelagi illius horrorem. Solis radiis ne percuteretur imperatæ nubes ſæpè fuere Ionæ hederam imitatæ. Æther Malacenſæ, peſtilentia fugata, puritate donauit, & aëreos ſpiritus corporibus exitiales in fugam emiſit. *Per elementa currebat ſingula.*

Miracula Xauierij in elemento ignis.

Nec ignis potentiſſimus potuit Xauierij imperio retinere. Domos fidelium ab incendio non ſemel eripuit, igneæ calcis eius immiſiſſe cadaueri vim retudit, poſt decem & ſex menſium ſocietatem, incorruptibili extracto à ſepultura corpore. An Ioue debitore tot miracula gerebantur?

Obseruat. VIII.

Ad illa verba:

Præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere.

Xauier ſe Domino omnino conformauit in fortitudine, ac efficacia ſermonis, & in manſuetudine, ac pietate erga peccatores.

Euangelici miniſtri ſpiritus non virgæ, ſed pietatis.

AN ſerui habitu Dominus induendus eſt? Cur præcingeris Domine, cùm ſeruos imperas præcingi? Imò ideò impero, quia me præcinctum oſtento, nempe ad efficaciam verbi, & ad pietatem. Præcingimini Euangelij miniſtri ad ſtringendum gladium, conſtringimini ad obſequium peccatori in manſuetudine exhibendum. Xauierium ecce ſpiritus feruore aliquando vulnerantem, frequentiſſimè autem ſeſe benigniſſimè aptantem peccatoribus. 35.

De IESV Dauid, *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum, potentiſſime*, Pſalm. 44. Obiicit oculis ſeruus Chriſtum gladio vtentem ad peccatoris proterui vulnus: gladium & ipſe ſtringat ad percuſſionem. Paſchaſius, *Gaude ſponſa, quia fortiſſimum duxiſti ſponſum, & armatum. Quinimò armare & ipſa gladio verbi diuini, de quo Apoſtolus, Gladium ſpiritus aſſumite.* Chriſti vox fulmen aduersùs proteruos peccatores. Teſtor Templi Ieroſolymitani profanatores. Xauier autem IESV æmulator igneis verbis ſæpe lapideos peccatores exterruit, & eis futura cecinit incommoda. O quot ouiculæ deperditæ prima intonantis Xauierij voce exaudita, ad eius humeros gregi reſtituendæ deuenerunt. O quot aſpides ſurdæ vocis ſapienter incantantis contemptrices, replicato fortius ſermoni paruerunt! 36.

Chriſtus armatur gladio, armemur & ipſi ad peccatoris vulnus. Pſalm.44. Paſchaſ.

An exiſtimas Franciſcum formidabilem extitiſſe, quia forti ſpiritu intonabat? Minimè verò. Nec enim tot Gentiles emortuos ad gratiæ vitam ſuſcitauiſſet, ſi Chriſti benignitatem non fuiſſet imitatus. Vt filium illius mulieris *de vxoribus Prophetarum* ſuſcitaret Eliſæus, miſit cum baculo miniſtrum, qui cadauer non percuſſit, ſed tetigit. Virga enim ſolum eſt oſtentanda. Solum percutias, cùm res deſperata obiicitur. Poſt virgæ autem oſtenſionem Propheta *aſcendit, & incubuit ſuper puerum, poſuitque os ſuum ſuper os eius, & oculos ſuos ſuper oculos eius, & manus ſuas ſuper manus eius, & incuruauit ſe ſuper eum, & calefacta eſt caro pueri: & incubuit ſuper, & oſcitauit puer ſepties, & aperuit oculos*, 4. Reg.4. Ad quæ pulchrè Baſilius Seleuc. orat. 10. *Eliſæus Chriſti figuram gerit, Populus autem Gentium erat ille mortuus vi peccatorum.* Edocet Chriſtus Gentiles emortuos ſuſcitari, dum eis ſeſe Euangelicus miniſter decumbens accommodat mortuis. *Pueri ori ſuum os poſuit Eliſæus, faciem facie fulſit, cum pedibus pedes contendit, pectus impoſuit pectori, oculos oculis admouet, paruis denique membris ſigillatim applicata Prophetæ membra vitam conferebant.* Xauierium vidi ſuper puerum nauticum incubantem, os ori admouentem, ei dulciſſima verba in tentationem ſpiritualem, proferentem, ſuauiſſimis eum monitis ad pœnitudinem adducentem: quem demum vitæ veræ reſtituit, & immiſit ad ſuperos, virgæ oſtenſione, executione pietatis. 37.

Xauier ſeſe accommodauit puero defuncto vt ſuſcitaret, poſt baculũ ſolummodo oſtenſum. 4 Reg.4. Baſil.Sel.

38. *Gerere ſe virgã, (vti IESVS gladium minime ſtrictũ,) oſtendit Xauier, ſed ad terrendum, non ad percutiendum.* 1. Cor. 4. Chryſoſt.

Virgam gerat Euangelij miniſter, & gremium expandat; rarò virga & coactus proteruitate peccatoris: frequenter vtatur manſuetudine. Aiebat Apoſtolus, *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis?* 1. Cor. 4. Agens cum legentibus virgam percutientem oſtentat, & indulgentem obiicit gremium. At gladio vtitur ſolummodo ad terrorem, gremium autem de more promittit. Chryſoſtomus, *Quid ergo in virga venire non erat charitatis? Erat. Sed quoniam is, qui valde diligit,* (velut pater,) *reſpuit potius ſumere: propterea ſic dicit.* Fiat memoria virgæ rigidæ ad terrendum: ſed efficaciter extenſa brachia collo peccatoris addicantur. Hic erat Xauierij ſpiritus, indicare ſe virgam geſtare, ſed ſolùm nomine percuſſuram: & neceſſitate cogente ob proteruitatem peccatoris, effectu aliquando. At tamen ex officio brachiũ expandere cuilibet peccatori IESV æmulator, qui quidem gladium geſtat ſuper femur, non ſtrictum in manu.

39. *Xauierij ad ſpiritum manſuetudo pertinet, non rigor.* Chryſoſt.

Premo particulam, *An in ſpiritu manſuetudinis?* Cur non etiam præmiſit, *In ſpiritu virga.* Certè, quia virgæ vſus non debet pars eſſe ſpiritus Euangelici miniſtri: ſed quaſi accidentarius, & adiacens. At manſuetudo vnicè, ad ſpiritum debet pertinere. Bellè Chryſoſtomus adnotauit, *Non vult ſpiritum virga appellare, ſed ab iis quæ ſunt benigniora,* denominare ſpiritum.

40. *Xauier ſemel percuſſit, at de officio parcit.* Ambroſ.

Vt autem conſtet, ſpiritum Concionatoris ex benignitate conſtitui, aduoto ſemel memoriam virgæ geſſiſſe, bis autem pietatis. *In virga veniam*, non addit, *& in gladio.* At addidit, *An in charitate, & ſpiritu manſuetudinis?* replicato pietatis documento. Ambroſius ad cap. 10. Lucæ. *Vt ſcias mitem debere eſſe Doctorem, ſemel virgam dixit, bis mitiora ſubiicit, adiiciens manſuetudinem charitati.* Semel lego iratum Xauierium contra Malacenſis Gubernatoris proteruitatem: ſæpiſſimè video eundem gremio excipientes peccatores impudicitia fœdatos, quos molli ſermone, & pietatis documentis tandem adducit ad puritatem.

41. *Ideo dura canit Xauier, vt dulcius poſſit emollire.* 2. Tim. 4. Ambroſ.

Virga miſerum illum vulnerauit, reliquos ſolummodò oſtentatione virgæ exterruit, vt ipſam ſupplicij duritiem vberiori emolliret pietate. Dura impœnitentibus peccatoribus aliquando prædixit, quos exterritos, ablegatis omnino terroribus, ſalutis ſpe mirum in modum confirmauit. Nam ideo arguebat, vt emolliret argumentorum acrimoniam, eámque in ſaccharum conuerteret. Aiebat Paulus, *Argue, obſecra, increpa*, 2. Tim 4. Si ſuperiùs Corinthiis ſemel virgam memorat, bis autem pietatem promittit; cur Timotheum admonet ſemel obſecrare, bis autem argumento, & increpatione deterrere: *Argue, increpa?* Profectò propter peccatoris duritiem virgam bis oſtentauit, ſed non vt percutiat; verùm vt ipſum rigorem interpoſita obſecratione emolliat. Eſto terreat verbum *argue.* An non emollitur obſecratione? *Obſecra.* Quid autem *increpa* proficiet ad dolorem, ſi iam ex verbo *obſecra* emolliebatur? Pulchrè Ambroſius epiſt. 8. *Duo dura obiicit, vnum mite. Sed ideo dura, vt etiam ipſa emolliret.* Cùm audieris Xauierium minas iactare peccatoribus, exiſtima eum ſpiritus eſſe manſuetudinis: nec minas canere vt percutiat; ſed vt poſt pœnitudinem peccatoris proterui emollire valeat.

Observat. IX.

Ad illa verba:

Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & tranſiens miniſtrabit illis.

Deus velut Xauierij voluntati ſeruit, eúmque quaſi Deum ad Gentiles immittit, vt quodammodo Deum habeant eorum voluntati ſeruientem.

Deus ſeſe humanæ voluntati accommodat. Debet igitur homo Dei ſubiacere voluntati.

THeophylactus verbum illud: *Tranſiens miniſtrabit illis*, ſic expoſuit. *Vicem red-* 42. Theoph.
dens iis, qui ipſi miniſtrarunt. Accommodat ſeſe Dei ſeruorum ſuorum voluntati rectæ, quia illi ſeſe Dei beneplacito adaptarunt. Haud ſic peccatores, qui quidem expetunt Deum ad ſuam attrahere voluntatem, cùm ſemper ipſi Dei voluntati ſe accommodare contempſerint. Sponſa, *Dilectus meus mihi, & ego illi,* Cant. 2. Cant 2. Particula *&* idem ac *quia.* Seſe meæ voluntati ſponſus accommodat, quia ego ipſius pareo voluntati. At peccatores expetunt Deum ſortiri eorum ſemper voluntati addictum, cùm ipſi ſemper à diuina abſceſſerint voluntate.

43. *Niſi homini Deus placuerit, Deus non erit! Stulta Gentilium vox.* Tertull.

De Gentilium ſtulta impietate fatus Tertullianus in Apol. *Facit & hoc ad cauſam noſtram, quòd apud vos humano arbitratu diuinitas penſitatur. Niſi homini Deus placuerit, Deus non erit.* Proh Gentilium ſtultitiam! Expetitis Deum ſortiri, qui ſeſe veſtræ accommodet voluntati, cùm vos nunquã Numini vllo pareatis?

44. *Mittitur Xauier in Indiam, vt Deum Gentilium voluntati accommodet.* Exod. 7. Hilar.

Enim verò quod dedecere Deum putabat Adamantius, Deus efficit in Xauierio. Deum Gentilium eum conſtituit, immittit ad Barbaros vti Moyſem ad Ægyptios: vt vicem Dei gerens ſeſe in cunctis Gentilium accinat voluntati. Moyſi Deus. *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis,* Exod. 7. Ad Gentes immiſſus iter tendas, & ideo te earum Deum aſſignaui. Quónam modo Moyſes Dei Gentilium aptè munus obibit? Reſpondet Hilarius, *Moyſes Pharaoni Deus datus eſt, dum oratur, dum vnit, dum medetur.* Ac ſi diceret; ille ad Deum Gentilium agendum aptus obiicitur, qui ſeſe omnium voluntati accommodans dum exoratur ad cuncta medetur, hoc eſt, omnium incommodorum ægritudini adhibet medicamina.

45. *Xauier Gentilibus quaſi D[...] Deorum ad varia commoda inanitatem ſupplet.* Exod 7.

Xauier equidem aptiſſimus Gentilium Deus aſſignatur, cuius ingenitæ pietati agnatum omnium ſeſe aptare voluit. Gentilium error, plures Deos colere, quia tot ſe ægritudinibus, & incommodis vident affectos, vt exiſtiment Deum vnicum haud poſſe tot petitionibus ſatisfacere. Vnde Deus mittens Moyſem ad Gentiles plurium Numinum adoratores, quaſi plures conſtituit in Deos. *Ecce conſtitui*

te

Lyran. *te Deum Pharaonis.* Vbi Lyranus, In Hebræo habetur, Conſtitui te אלהים *elohim* Pharaonis: quod nomen ſecundùm proprietatem Hebræi ſermonis, eſt pluralis numeri. Tranſlatio noſtra eſſet magis propria, ſi haberet ſic: *Ego conſtitui te Deos Pharaonis.* Cur Deos conſtituit ſui vicarios, qui Deus vnus eſt? Profectò vt morem Gentilibus gerat. Plures Deos confingitis, quia pluribus indigetis naturæ ſubſidiis, gratiæ fulcimentis? En Moyſem do plurium Deorum gerentem munus, implentem officia: poſtulate, medebitur. Immiſit Xauierium Deus ad Gentiles, vt in vno Diuo verius cunctarum Deitatum conſictarum ſubſidia reperiant. An vultis ô Gentiles copioſo imbre ſterilem humum fœcundari? Xauier Dij Pharaonis, clauem cœlorum geſtat reſeraturus planè, minimè clauſurus. Expetitis vniuerſas propulſari ægritudines à perſonis, à gregibus? Xauier manus probatiſſimum pharmacopolium præſentat. Vultis, defunctos veſtros ad viuentium redire catalogum? Abyſſi clauem Xauier oſtentat. Hoſtes impugnant? Xauier dat fortitudinem, & victoriam. Deficit dies ad periculi propulſationem? Nomine Xauierij exaudito, Sol ſiſtet; verus etenim Ieſuita cui Dominus obedit imperanti. Dæmones vexant? Xauier horror inferni, paruulos filios veſtros Roſario munitos immittet, vt diabolum è corporibus poſſint ablegare. En vnum Xauierium, Gentilium Deos, omnium ſeſe accommodantem voluntati.

46. *Xauier mittitur in Deū gratiā Gentilibus, quia pueros immittebat ipſe ad ſeruiendum ægrotātium voluntati.* Matth.8.

Ad IESVM vir Gentilis acceſſit medicamen ſeruo, aut filio precaturus. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus. At cùm IESVS ſe iturum promiſiſſet, fatur Centurio, *Tantùm dic verbo, & ſanabitur puer meus. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, & dico huic: Vade, & vadit; & ſeruo meo: Fac hoc, & facit,* Matth.8. Ac ſi diceret, Si ego mitto puerum, vt faciat hoc, aut gerat illud: tu fac ſimiliter, hominem imitare, vt te Deum eſſe cognoſcam, dum te meæ voluntati accommodari videro. D.Baſilius Seleuc. orat.19. *Mitte vt ego militem, mitte contra morbum imperium, rebus paruis minores quoque imitare. Deus quo gratificetur hominibus, homines imitetur.* Nec enim Gentili homini Deus ille gratus, qui non hominem imitatur, qui eius non ſe voluntati accommodar ægrotantium mittens nuncios, vt ſanet infirmos. Ego dicó puero huic; Vade, & vadit; dicat & ipſe pueris: Pergite, & pergant. Sic volo Deum mihi effingere meæ voluntatis executorem. Quod Gentilis homo efflagitabat, Gentilitas accepit; ei namque in Deum Xauierius datur, qui vt ſanet ægrotos, vt dæmoniacos liberet, aſſolebat puerulos immittere proclamantes. Pater iubet vt fugias, infirmitas: vt ablegeris, diabole, & fugiebat, & ablegabatur.

Baſil.Sel.

47. *Xauier quaſi Deus conſictus ab Gentilibus videbatur ad commoda Indiæ felicitatis.* Pſalm.73. Hieron.

Pro veſtro igitur beneplacito ô Gentiles Xauierium confingite Deum vobis à Domino aſſignatum: hoc erit Xauier, quod volueritis circa veſtra commoda procuranda. *Fecerunt,* (quæritur Dauid,) *ſigna ſua, ſigna, & non cognouerunt,* Pſalm.73. Explicat difficilem locum D.Hieronymus in Mich.cap.5. *Infelix humana conditio: ſcit de ſuo ſenſu dogmata eſſe compoſita, non ignorat, à ſe eſſe idolum ſimulatum, & pro Deo adorat.* O cœci, ſcitis idola veſtrarum manuum eſſe effictionem: cognoſcitis vos Deos confinxiſſe, & adoratis? O tempora iam feliciſſima Gentilitati! Quòd olim infelicitati vobis datum, & meritò, iam felicitati adſcribitur. En Xauierium velut es, aurum, aut lignum: effingite Diuum pro arbitratu veſtro, vobis eum efformate, commodis vt deſeruiat. Ita ne? Exſurgat Xauier cunctarum ægritudinum affectis pharmacopolium, dæmones abigantur, ſedentur æquoris tumentes fluctus, comminuantur hoſtes, æther infectus purificetur, Barbarorum claſſis horribilis ſit pelagi ſpolium, agri fertilitate vigeant, noſtræ parientes fœminæ à partus cruciatibus alleuentur. Hæccine iſta voluntas veſtra? Xauierium accipite Deum vobis à Numine immiſſum, qui omnium ſeruiat voluntati. *Nunc ergo,* (ait IESVS Naue, ſeu Xauier Ieſuita,) *timete Dominum, & ſeruite ei perfecto corde, & auferte Deos, quibus ſeruierunt patres veſtri,* Ioſ.24. Si quidem minimus eius famulus ab eo immiſſus, vt vicarium geram, accuratiùs, veraciúſque veſtris commodis ſeruiam. Ioſ.24.

OBSERVAT. X.

Ad illa verba:

Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, beati ſunt ſerui illi.

Xauier non in ſecunda vigilia vt ſanctiores, nec in tertia vt ſancti; ſed in prima vti ſanctiſſimi inuentus à Chriſto, tanta oppletur beatitudine, vt ſufferre minimè poſſe videatur.

Immo, cœleſtes conſolationes laborum ponderi reſpondere.

48. QVæſierim, cur primæ vigiliæ memoria non fiat, ſicut ſecundæ, & tertiæ? Reſpondeo ex Authore Græco, docto planè, *Prima vigilia eſt diligentiſſimè viuentium primum gradum ſortiti.* Secunda pertinet ad diligentiùs ſe habentes, tertia ad eos, qui diligenter ſe gerit circa Dei obſequium. Itaque in vigilia tertia inuenitur diligens, ſiue ſanctus vir, in ſecunda diligentior, aut ſanctior, in prima aut diligentiſſimus, ſiue ſanctiſſimus. Porrò tam difficile eſt in prima vigilia vigilans inueniri, vt conſultò tanquam de re quodammodo impoſſibili, fuerit prætermiſſa. Profectò ex Authoris mente, qui vigilans in ſecunda, aut in tertia inuenitur, vel hîc beatitudinis fulgoribus donatur ex cœleſtibus viſitationibus & conſolationibus: *Et ita inuenerunt, beati ſunt ſerui illi.* Græcus apud Sal.

49. *Magnus Diuus Xauier fuit, qui potuit tantam vim gaudiorum cœleſtium ſuſtinere.*

O Xauierij gloria! Exiſtimo planè Patrem meum à Domino inuentum fuiſſe in prima vigilia perfectiſſimum. Vnde beatiſſimum cœleſtis eum reddidit munerator; *& ſi in prima vigilia venerit, & ita inuenerit, beatiſſimus eſt ſeruus ille.* Tanta beatitudinis vi fuit

Xauier donatus à Domino, vt afflictus, ac defatigatus pondere inclamarit, *Satis eſt, Domine, ſatis eſt.* Haud vas confractum, quia capax omnino: ſed conſcius Diuus oneris ſubeundæ. Non ſuccumbit oneri, ſed conqueritur, humeris appoſitam. O Diuum magnum, qui tantum Deum ſufferre potuit! Liceat mihi vulgariter expendere. *Gran ſancto, que pudo ſufrir tanto Dios!* Fortes quique non ſuſtinuere, Deus ne intolerabilis? Nicephorus Greg. lib. 5. Hiſtor. *Magnitudo gaudij intolerabilis omnino, ad normam malorum.* Et quidem bonorum ſicuti malorum intolerabilis magnitudo eſt. Miror Xauierij fortitudinem, qui potuerit cœleſtium gaudiorum ineffabilem magnitudinem ſuſtinere.

Niceph.

50\. *Cum* olim Moyſes *deſcenderet de monte Sinaï, tenebat duas tabulas teſtimonij, & ignorabat, quòd cornuta eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis Dei*, Exod. 34. Cœleſtium gaudiorum vim acceperat, ſed ea menſura, vt facilè ſine aduertentia ſpeciali potuerit ſuſtinere. Porrò dilectiſſimi Apoſtoli Petrus, Ioannes, & Iacobus ad Thaboris verticem adducti tanta gloriæ vi opplentur, vt corruere fuerint coacti: *& ceciderunt in facies ſuas*, Matth. 17. Ac ſi dicerent: Haud poſſumus tantæ gloriæ pondus ſufferre. Cur Moyſes non corruit plenus gloria, Diſcipuli autem corruerunt? Reſpondet D. Remigius in 2. Cor. 3. *Gloria, quæ datur miniſtratoribus Euangelij, maior eſt gloria legis, quæ reſplenduit in facie Moſis. Illa ferri potuit, hæc autem ab Apoſtolis ferri non potuit.* Dilectiſſimi Apoſtoli Petrus, Iacobus & Ioannes oneri ſuccumbunt; Xauier autem de pondere conqueritur, ſed non corruit. An vicit Apoſtolos fortitudine? Profectò ad maiorum laborum tolerantiam immiſſus vberiori conſolatione erat afficiendus: ideóque roborem, (ſic liceat fari de Parente,) præſtantiori quodam modo donatus obiicitur, & ad laborum ſuſtinentiam, & ad conſolationum tolerantiam.

Xauier ſe dilectiſſimis Apoſtolis fortiorem, ad ſufferendas conſolationes oſtentat.
Exod. 34
Matth. 17.
Remig.
Fortior ad tolerandum gloriam, quia plures ſuſtinuit labores.

51\. Angelum illum fortem contemplamini rurſum. *Et vidi Angelum fortem amictum nube, & Iris erat in capite eius, & facies eius erat vt ſol, & pedes eius tanquam columnæ*, Apoc. 10. Aſſerit Alcaſar Angelum hunc legem exprimere à miniſtris Euangelicis ad Gentiles adlatam. Ideo enim Angelus *poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram*, quaſi initium dans expeditioni. Itidem & nubem oſtentat in ſignum tempeſtatis, & tribulationum ſufferendarum: Solem autem in cœleſtium conſolationum documentum. Porrò pedes, inſtar columnæ, fortes obiicit; quia ad ſufferendos tot labores, ad tolerandam tantam conſolationis vim robuſtus exponitur. Queritur quidem, *Satis eſt Domine, ſatis*; ſed in faciem non cadit, ad ſuſtinenda mala, ad tolerenda bona æquè Angelus fortis.

Xauier Angelus fortis columnæ pedes habens, ne corruat oneratus laboribus, aut conſolationibus.
Apoc. 10.
Alcaſ.

52\. Attamen ideò potens eſt tot bona tolerare, quia ad plures labores ſuſtinendos animum præparant. Vnde Xauier, *Satis eſt, Domine*; iam enim ad quæque certamina validiſſimè armatus incedo. Pulchrè Diadocus lib. de Perf. cap. 32. *Iuſtus mouetur exultatione accepta, ad pugnandum; tanquam habeat deinceps poſt gratiam, velut ſecunda arma ipſam gloriationem.* Illa exuberans gloriatio Xauierio à Domino poſt gratiam exhibetur velut ſecunda arma ad grauiorum dolorum ſuſtinentiam. Dauid fortis admodum armatus non poterat incedere. Profectò Xauier fortior planè ſecundo armamento munitus incedit, *quia vſum habebat* frequentiſſimæ conſolationis ex conuerſione Gentilium continua quidem lacrymarum profluxione.

Potens eſt Xauier tot bona tolerare, quia eis ad mala ſuſtinenda armabatur.
Diadoc.
Dauide fortior armatus incedit.

Observat. XI.

Ad illa verba:

Amen dico vobis, quoniam ſi ſciret Paterfamilias.

Xauier verus Pater oſtenditur, qui nihil operatur, quod ad filiorum ſalutem ſpiritualem non directum ſit.

Euangelij miniſtri vel temporaria commoda, quæ filiis ſpiritualibus impendunt, ad animi dirigunt vtilitatem.

POſtquam ex vigilantiæ præmiſſa admonitione dixit, Beati ſunt ſerui illi, mox Patris gerit mentionem. 53. Ac ſi diceret, Haud miremini adeò IESVM circa filiorum ſpiritualem ſalutem ſollicitum exponi, quia Paterfamilias eſt. Et allicit ad virtutem menſæ dulcedinem miniſtrando, & iudicij imminentis obiectione terret. Quare? Gerſon reſpondet, Patris eſt omnia præſtare ad filiorum vtilitatem. Siue ira corripitur, ſiue diffluit dulcedine, pater eſt Dominus, vitæ filiorum ſpirituali ſtudium impendit.

Semper Xauier ſe geſſit Indorum, ac Iaponienſium Patrem, cunctas actiones ad eorum ſpiritualia commoda dirigendo. 54. Paterfamilias Xauier Societatis IESV militum: hos diligentiſſimè curabat Ignatio perfectè aſſimilari, vnde ſimul optimum Parentem Xauieriorum ſimul referebant. Illos ſolummodo filios appellabat, quos videret parentum virtutibus decorari. Iacob de Iuda profatur, *Ad prædam fili mi aſcendiſti*, Gen. 49. LXX. *Ex germine, fili mi, aſcendiſti.* Pulchrè Pererius noſter expoſuit, *Nihil degenerauit à maioribus ſuis: ſed dictis, & factis oſtendit, ſe ex Sanctorum ſtirpe generatum.* Ideo ſolùm Iudam & poſtea Ioſephum filios non ſemel appellauit: quaſi dedignaretur nominare filios, quorum ſe ſuffuſus verecundia parentem agnoſceret.

Xauier Societatis Ieſu domeſticis ſe exhibuit Patrem, eorum profectum ſpiritualem curans, & filios reputans, quos Ignatij videt æmulatores
Gen. 49.
Perer.

Cuncta verò extra domum itinera moliebatur ad filiorum ſanctitudinem Gentilium. 55. Teſtor Xauierij pedes cruore tinctos cum nudi à gelida niue vulnerantur. Sanguinem ſemina fœcundiſſima ſanctorum filiorum recognoſco. Moyſi accedenti ad rubum Dominus, *Solue calceamentum de pedibus tuis: terra enim, in qua ſtas, terra ſancta eſt*, Exod. 3. Vndénam terra ſanctitudine decoratur. Ex Dei præſentia? Sic Strabus. Ego autem ex pedum Moyſi nuditate affirmo. Pedes enim ſpinis è rubo

Cuncta Xauerij itinera ad filiorum ſanctorum ſeminarium.
Exod. 3.

exciden

excidentibus, vulnerati ſanctorum filiorum ſemina emiſere. Xauierij pedes nudi dum vulnerantur, terram deſerti Indici ſanctitate edonat. Congruit Diuo meo, quod de Moſe ſcripſit Diodorus, *Benedictus es, & benedictus: & ſanctificas locum, ſuper quem inceſſerus cùm ſis Sacerdos, ac ſpiritu plenus. Solue igitur calceamentum pedum tuorum, vt nudis pedibus* (vulneratis) *terram, in qua ſtas, ſanctifices.* Ex itineribus Xauierij Indica terra ſanctificata, Sanctorum quotidie germina producit. Martyres teſtor Iaponios & Sinas.

Diodor. apud Lipom. in Cat.

56. Tot miracula patrauit Xauier, vt videretur ad ſolam operationem mirabilium immiſſum ad Gentiles. Porrò cuncta miracula ad examen afferantur, nullum effectum conſtabit niſi ex deſiderio ſpiritualis ſalutis filiorum. Teſtor triginta quatuor cadauera vitæ reſtituta. An in alicuius reſurrectione temporarium commodum intenditur? Minimè. Suſcitat enim ita, vt ſimul ſpirituali donet ſanitate. Præfatur Iſaias, *Interfecti mei reſurgent. Expergiſcimini, & laudate, qui habitatis in puluere, quia ros lucis ros tuus*, cap. 26. Ad quæ Chryſologus, *Exſurgent, ait Iſaias, mortui, & reſurgent, qui in monumentis ſunt. Quomodo? Ros enim, qui à te eſt, ſanitas eſt illis.* Cur non dixit, *Ros enim, qui à te eſt, vita eſt illis:* ideoque reſurgere, ſeu ad vitam reuerti iubentur? Innuitur Xauierij Euangelici miniſtri ros, cuiuſuis mortuos magis ad ſalutem reuocat, quàm ad vitam.

Suſcitauit filios potius ad ſalutem, quàm ad vitam.

Iſai.26.

57. Quid ſi quando ira vidiſti Xauerium exardeſcere, & filios vulnerare? An non vt ad meliorem adduceret mentem? Ciues Toli cunctorum fidelium ſcandalo acceptæ fidei terga dedere, à Patre monentur ſæpe, ſed ſine fructu. Zelo ſuccenſus, viginti milites Luſitanos, quos quater centum Indorum cingit, immittit, vt cum innumeris Apoſtatis decertarent. Orans Xauier à vicino monte accepit auxilium; ore enim aperto tot lapides pumices, tantam ardentis cineris, ac ſulphuris copiam euomit, vt miſeram vrbem ſepeliret. Copiam tamen Xauierij pietas ciuibus dedit euadendi exitium; percutiebat etenim, vt ſanaret, vere Pater. Ira correptus in peccatores proclamat Elias, *Viuit Dominus, in cuius conſpectu ſto, ſi erit annis his ros & pluuia, niſi iuxta oris mei verba*, 3. Reg. 17. An ex affectu vindictæ, hæ minæ oriuntur? Certè paterna cura ſpiritualis ſalutis filiorum Prophetam fecit iracundia ferueſcere. Baſilius Seleu. orat. 11. profatur, *Videns Propheta Iudæorum populum cultum Deo debitum in dæmonia transferentem, ira pietatis, cœlo legem ſiccitatis impoſuit.* Xauierij ira pietatis proculdubio eſt, ac paterna; eò tendens vt qui cultum Deo debitum in dæmonia tranſtulerant, pœna inflicta corriperentur.

Xauier ira pietatis in peccatores exardeſcit, verè Pater familias.

3. Reg. 17.

Baſil. Seleuc.

Observat. XII.

Ad illa verba:

Qua hora non putatis Filius hominis veniet.

Raptus Xauier ad ſuperos immaturè, ac repentè, ne ex impigro eius labore ſedes ſupernæ ex Sinis & Iaponienſibus occuparentur: nec daretur locus aliis, ex vniuerſis nationibus, prædeſtinatis? Addo præparatum iam eſſe ad deſponſationem, ex virtutibus, & fructibus.

Præparati rapiuntur ad ſuperos. Iuſti perfecti cupiunt diſſolui, ſed ob proximos malunt in valle manere lacrymarum.

Eſtote parati ſine macula & ruga, (ait Anſelmus) quia repentè multi à Domino abripiuntur latronis in morem irruentе. Sine macula ac ruga Xauierio mors minimè improuiſa fuit: attamen Orientali orbi occubitus Solis ſui repentinus exponitur. Adducitur ter ad forum, & iam gladius gutturi appoſitus hebetatur. Tot pericula irruentia exitialia quidem fortiſſimè ſuperat, & febris lento igne gigas ille abſumitur, cùm curſum deberet rurſum inſtituere? Quare, ô Domine, Xauierium à terris eripuiſti? 58.

Cauſa redduntur properi Xauierij obitus.

59. An quia Henochi imitator cum Deo ambulauerat? *Facti ſunt omnes dies Henoch trecenti ſexaginta quinque anni. Ambulauitque cum Deo, & non apparuit; quia tulit eum Deus*, Geneſ. 5. Vbi Lyranus, *Propter excellentiam ſuæ virtutis, aſſumptus fuit à Deo, & poſitus in paradiſo terreſtri, vbi Elias poſtea raptus, eſt.* Tanto viro vilis habitatio terrena, ideo fertur in paradiſum. Si propter excellentiam virtutis hoc priuilegio homines donantur, Xauier prius quàm ad Indiam properaret, potuit à Domino transferri ad ſuperos.

Xauier ob perfectionem maximam in cœlū rapitur adnatus cœleſti habitationi.

Geneſ. 5. Lyran.

60. Profectò propter excellentiam virtutis tranſlatus eſt Xauier, ſed ideo non ante expeditionem Indicam, quia nondum ſanctiſſimam prolem produxerat. D. Henocho textus notanter inquit, *Et ambulauit Henoch cum Deo, & vixit Henoch.* Cur ambulans cum Deo non illico arripitur? Quia filios & filias nondum progenuerat. *Et vixit Henoch trecentis annis, & genuit filios, & filias. Ambulauitque cum Deo; & non apparuit.* Licèt cum Deo priùs ambulauerit, non abripitur, donec multorum filiorum, ac filiarum (ex quibus ſacra progenies) Pater exiſteret. Ambulauit Romæ Xauier cum Deo, & vixit; quia nondum Gentes Chriſto pepererat. Pergit ad Indos, gignit filios, & filias, tot Gentiles conuertendo; & non apparuit, quia cum Deo ambulauit, ſeu quia virtutis excellentia fulgebat. Nec cum Indis, Iaponiis, ac Sinis actum eſt dirè, ſiquidem Xauierij relicta proles toti orbi peperit ſanctitatem.

Transfertur Xauier vti Henoch, poſtquam ſanctam prolem produxit.

Geneſ. 5.

61. Siue aptiùs contemplemur raptum Xauierium neceſſario quodammodo, vt diuina circa prædeſtinatos diſpoſitio ſuum ſortitetur effectum.

Raptus Xauier, vt en

omnibus populis, ac nationibus, non ex solis Sinis ſedes ſupernæ occuparentur.
Apoc. 7.

effectum. In cuius robur Apocalypſeos locum expendo. *Et audiui numerum ſignatorum centum quadraginta quatuor millia ſignati ex omni Tribu filiorum Iſrael. Ex Tribu Iuda,* &c. *Poſt hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus Gentibus, & Tribubus, & populis, & linguis, ſtantes ante thronum, & in circuitu Agni amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum,* cap. 7. Ad quæ pulchrè ad meum argumentum Lytanus premens illud: *Ex omnibus Gentibus, & Tribubus, & populis, & linguis,* ait: *Ex hoc videtur, quod non agitur hic de conuerſis ex Gentilitate tantùm, ſicut dicunt aliqui: ſed de conuerſis ex Iudaiſmo, & de omni populo, & Gente.* Itaque prædeſtinati ad Angelorum ſedes occupandas electi à Deo ſunt non tantùm ex Gentilitate, ſed ex Iudaiſmo, & ex omnibus Populis, & Gentibus: nempe ex Ieroſolyma, ex Italia, ex Hiſpania, ex Francia, ex India, ex Iaponia ex Sina, ex Hiſpania noua, &c. Quis valeat Italiæ Diuos enumerare? Quis Hiſpaniæ Martyres, & Confeſſores recenſere? Quis Franciæ Sanctos ad numerum adducet? Ad meam nuper bibliothecam liber adductus ab eruditiſſimo Gallo conſcriptus, quo octoginta millia Sancti menſes ſingulos, fructus vitalis feraciſſimæ arboris exponuntur. Raptus eſt ergo Xauier, quia Prædeſtinati non ſolùm ex Gentilibus Indicis, Iaponiis, Sinis, ac Æthiopibus: ſed ex cunctis Populis, ac nationibus aſſignati erant.

Lytan.

62. Videt Deus Xauierium annorum quinquaginta ſupra quinque vix numerum expleuiſſe, & iam totam Orientis Indiam illuſtraſſe, cuncta Iaponiæ Regna ad Chriſtum adduxiſſe, omnem dealbauiſſe ſacra vnda Æthiopiam. Aſpicit illum tam adductum Gentilium ſaluti, vt deficientibus brachiis diluentibus fulcrum apponat ſocios duos: vt tenaciùs valeat inſantes, & adultos baptizare; vnde aliquando vna die octo millia pueros intinxit. Videt duodecim centum millia Chriſticolas Deo peperiſſe immediata cura progenitos. Videt eum properantem ad Sinas, vbi copioſiſſima meſſis albicaret. Si Xauier (inquit Deus) Sinam init, ſi prædicat, ſi baptizat, tot Gentiles ad fidem adducet, qui ſufficiant ad ſedes aſſignatas. An ex omnibus aliis nationibus, Populis, & linguis electi ſine ſede manebunt? Si Xauier greſſu tardo procederet, ſi pigri tam manu dilueret. At tanta circa Baptiſmi adminiſtrationem perſiſtentia cunctis ſedibus mihi Prædeſtinatos offert. Arripiendus ergo, vt reliqui Populi, ac ſi linguæ certum poſſint currere ad brauium.

Xauerij ſollicitudo circa Gentiliũ conuerſionẽ.

63. Addo Xauierium inuentum à ſponſo aduenieute & virtutibus, & fructibus præparatum, velut ſponſam. Renitenti Xauierio mori, vt adhuc viuens poſſet Gentilibus eſſe ſalutaris, Dominus profaretur, *Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi. Viuo ego, dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento veſtieris, & circumdabis tibi eos quaſi ſponſa,* Iſai. 49. vbi ſermo de Gentilium vocatione Vatablus, *His ornabitur Eccleſia ſicut ſponſa torquibus, & monilibus ornari ſolet.* Si omnibus his exornatus velut ſponſa ò Xauier, præparata præſentatis ſponſo à nuptiis ad nuptias reuertenti: ſponſam meam ad thalamum cœleſtem adducam.

Præparatus erat Xauier animarum pulcherrimo ornatu, & ideo ſponſo adducitur venienti.
Apoc. 21.
Iſai. 49.
Vatabl.

Vxor eius præparauit ſe, Apocal. 20. præparata iam, cur nuptiæ differantur?

64. Non dubium, qui in Xauieribus experierit ad ſuperos auolare à corpore mortis huius libet. Attamen poſt innumerabile vulgus Gentilium credentium, ſe adhuc vacuum reputans, petebat diu in valle lacrymarum perſiſtere. Hic Pauli affectu complicatus. *Cupio,* inquit, *diſſolui, & eſſe cum Chriſto.* At cùm illigatus eſſet neci proximus Cæſarem appellauit, Romam ire feſtinans. *Act.* 25. Si cupis diſſolui, cur Romanum Imperatorem appellas? Reſpondet pulchrè Chryſoſtomus homil. 7. de laud. Pauli. *Cuiuſnam rei cauſa? Proculdubio vt diutius prædicationi inſiſteret. Cumque multis hinc credentibus, atque omnibus coronatus iret ad Chriſtum: iam profectò metuebat, ne pauper hinc, atque inops multorum ſalutis abſcederet.* Si multis coronatis, quod adduxiſti ad Chriſtum, cur te multorum ſalutis inopem diſceſſurum arbitraris? Quia licèt aſpiciat multos coronæ ſuæ addictos margaritarum inſtar: multos videt infidelitate adhuc preſſos, quos ſuperſtes poſſet adducere ad fidem. Sic Xauier cupiens diſſolui, expetii viuere; quia quaſi ſe vacuum, & inopem ſalutis multorum, quos perire aſpicit, pergere ad Patriam exiſtimabat.

Cupiẽs Xauier diſſolui, eligit viuere ob electos, putãs ſe vacuum animabus pergere poſt tot Gentilium conuerſionẽ.
Act. 25.
Chryſoſt.

65. Multis, imò omnibus ex India credentibus hinc Xauier coronatus ibat: ſed relictis tot adhuc infidelibus, videbat non plebem illam totam perfectè Domino præparaſſe: & ideo timet, ne pauper abſcedat. De Ioanne Baptiſta Angelus ait, *Ipſe præcedet ante illum in ſpiritu, & virtute Eliæ: vt conuertat corda Patrum in filios, parare Domino plebem perfectam,* Luc. 1. Quidnam operarij perfecti expetunt, niſi perfectam plebem Domino præparare, cunctos ſcilicet ex plebe Chriſto addicere. Bernardus *lib. 4. ad Eugen.* de Apoſtolis, viriſque Euangelicis loquens, ſcripſit. *Vnus erat de ſubditis ei quæſtus, vna pompa, vnaque voluptas, ſi quomodo eos poſſent parare Domino plebem perfectam.*

Cupiebat Xauier dare Domino plebem Gentilium perfectam, vt Ioannes.
Luc. 1.
Bernard.

66. Profectò Xauier plebem perfectam totam Indiam, Iaponiam, & Sinam Domino præparauit. Quonam modo, precor, ſi tot infideles in Sina reliquit? Certè, quia genuit filios multos, qui poſtmodum parentes cunctorum infidelium exſurgerent, eorum ſtudentes conuerſioni. An Ioannes Baptiſta perfectam Domino plebem præparauit? Ita planè, *Parare Domino plebem perfectam.* Quónam modo, ſi obiit Herodis gladio vulneratus prius quàm perfecta eſſet Iudæorum plebis ſalus? Profectò, quia conuertit corda Patrum in filios. Hoc eſt, conuertit ad Dominum multos ex plebe, qui poſtea aliorum infidelium Parentes exirent filiorum. Ergo Xauier abripitur ad ſuperos poſt plebe perfectam Indicam Domino relictam. Nam quia Parentum in filios corda conuertit, ei tota Indorum, Iaponiorum, Æthiopum, ac Sinarum conuerſio, eſt planè tribuenda.

Præparauit perfectã plebẽ Domino, quia reliquit parẽtes multos, vt filios produceret innumerabiles.
Luc. 1.

67. Fateor plures fuiſſe conuertendos, ſuperſtite Franciſco. Attamen cœleſtis Patria, in qua ſolis Prædeſtinatis ſedes adnumerantur: videns tot myriades filiorum Xauierij auolare, ſedéſque properantes impleri, huiuſmodi clamorem emitteret: *Anguſtus eſt mihi locus,*

Querela Patriæ cœleſtis de multitudine filiorũ Xauierij.
Iſai. 49.

fac

fac ſpatium, in quo tot filij tui poſſint habitare, Iſai. 49. O Xauierij magni Parentis vim, quæ potuit ex ſterili Indica ſponſa tot ſuperis filios præſentare. Reſpondeat Indica tellus ad cœleſtis Patriæ clamorem. *Quis genuit mihi iſtos? Ego ſterilis, & non pariens: & iſtos quis enutriuit? Ego deſtituta, & ſola, & iſti vbi hic erant?* Ibid. Tot filij à magno Patre Xauierio progeniti exultant. Perge, ô Xauier, ad ſuperos, gaudens de prole, nec doleas de Gentilibus derelictis. Vt enim præmio tuum donem affectum, *Hæc dicit Dominus Deus: Ecce leuabo ad has Gentes manum meam, & ad Populos* hos *exaltabo ſignum meum. Et afferent filios tuos in vlnis, & filias tuas ſuper humeros portabunt. Et erunt Reges nutritij tui, & Reginæ nutrices tuæ.* Nam Reges, ac Reginæ à te ad fidem adductæ alios filios fideles tibi proferent: vt zelo tuo & labori tuo vniuerſa Gentilium conuerſio debeatur.

PARS TERTIA.

BORGIA.

PARAPHRASIS, AC COMMENTARIVS literalis ad caput duodecimum Lucæ petendus ex Libro hoc, parte prima.

Panegyrici Morales circa literam in Borgiam.

PROLVSIO.

VIDEO Franciſcum de Borgia noſtrum præcinctum ob ſtudium mortificationis, virtutum illuſtriſſimarum fulgore micantem ſupra admirationem, vel in ſeculo commorantem Ducem. Scio nihil difficilius (authore Dion. Carth.) quàm Principes ſeculares ſtudium litare virtuti. Vnde proprium Dei facinus, ac Deiparentis ſublimium *colla propria virtute* Eccli. 24. *calcare*, ſeu humilitati addicere, Eccli. 24. Attamen legens Borgiam ab ineunte ætate ſeſe mancipium Deiparæ tradidiſſe, cuius ſolemnia ſtudioſo apparatu cebraret: recognoſco vnde petierit ſanctitatis diuitias. Quæritur, cur tam deuotè cuncta Mariæ Feſta coleret? Quia, inquit, inops virtutis, dum gazis terrenis abundo, eleemoſynæ Reginæ meæ manum extendo. Sciebat planè ô Virgo te pauperum eſſe gazophylacium. Richardus Laurentius lib. 10. laud. Mar. *Gazophylacium eſt arca, vbi colliguntur in Templo ea, quæ* Richard. Laur. *ad indigentiam pauperum mittuntur. Maria gazophylacium Eccleſiæ, quia quidquid boni, nobis petentibus diſpoſuit dare munificentia diuina, in ipſa velut in quodam gazophylacio congregauit. Vnde dicitur gratia plena, ad raſum propter ſe, ad cumulum propter nos.* Sic ille.

SECTIO VII.

Conſtrictio.

TEXTVS.

VERS. 35. **S**Int lumbi veſtri præcincti.

IN BORGIAM

PANEGYRICVS MORALIS SEPTIMVS

CIRCA LITERAM.

EX CONSTRICTIONE.

OBSERVAT. I.

Sint lumbi veſtri præcincti.

Borgia immoderatæ virtutis cùm fuerit, poteſt affirmari moderatæ fuiſſe ſanctitatis; quia quod in aliis nimietatem olet virtutis, in eleuatiſſimo Borgiæ ſpiritu moderationem innuebat.

Immoderatæ, ſeu affectatæ virtuti, quæ caſui eſt obnoxia, monita præſcribuntur.

1\. EX Maldonati mente, Dominus non ſolùm vitia, ſed & virtutes præcingere imperauit: ſint lumbi veſtri, id eſt, vitiorum ſcaturigines, præcincti, & lucernæ virtutum ardentes etiam præcinguntur. Ac ſi diceret, adſit veſtris virtutibus prudens moderatio, ne ex abundantia aliquam vitij incurrant ſuſpicionem.

Maldon.

2\. Plures vidi ex abundantia ægritudine affici, quàm ex penuria cibi. Abbas Cellenſ. lib. de panibus, cap. 5. *Quandoque grauius ægrotatur ex ſuperabundantia, quàm ex inopia.* Vel valetudinis nimietas in grauem aſſolet ægritudinem proſilire. Vidi quoſdam tam immoderatè ſeſe omnibus prouoluentes, vt ſe, excidentes, conuerterint in Luciferos: tam nimios legis minimæ zelatores, vt ad grauium præceptorum fractionem fuerint prolapſi. Ideo Dominus virtutes iubet condiri prudenti moderamine.

Ex abundantia nimia ægritudo. Cellenſ.

3\. Petrus ſanctiſſimus aliquando ſe ſe circa IESV delectationem immoderatum exhibuit. Aperit Chriſtus Diſcipulis ſuam ad Ieroſolymam, cauſa patiendi, profectionem. *Et aſſumens eum Petrus, cœpit increpare illum, dicens: Abſit à te Domine, non erit tibi hoc.* At Dominus, *Vade poſt me, ſatana*, Matth. 16. Sic ô benigniſſimæ dilectionis munerator vulneras verbis, quem ſcis ex nimio amoris ardore erraſſe? O nimietas vel in virtute noxia. Chryſologus ſermon. 27. *Non tibi hoc erit, Domine, dicens, triumphum crucis vacuare contendit: cùm ſeruare ſe nimio amore mentitur.* Etiamſi non mentiretur nimium amorem quod frequenter affectæ virtutis viris, ac fœminis aſſolet euenire: ipſa amoris nimietas tam prona ad piaculum, vt qui curabat Dominum à vulnere eximere grauiſſimè abnegans ter vulnerauit in ſatanam conuerſus, qui *negans* interpretatur ab aliquibus, *Aduerſarius* à cunctis. Haud poteſt felix euentus vel ex *nimio amore* produci.

Amoris in IESVM affectata nimietas reprehenditur. Matth. 16.

Chryſol. *Excidit, et ſatanas qui nimium volat.*

Satan proclamauerat aliquando, *Sedebo in monte Teſtamenti, ſimilis ero Altiſſimo,* 4.
Iſai. 14. Cur tam audax ad aſcenſionem? Certè vt Altiſſimi virtutes valeam imitari. Anſelmus exiſtimat diabolum cupiiſſe Chriſti futuri eſſe æmulatorem, & ſicut ille Apoſtolos habere. O immortalitatum aſcendendi affectum, & æmulandi appetitum! Video tam nimium aſcenſorem, tam immoderatum poſtmodum circa deſcenſum, vt enixè à Chriſto, quem æmulari cupierat, poſtularet, *Mitte nos in porcos*, Mat. 5. Sic deſcendit, qui ad nimium aſcenſum exerit alas. Arnoldus Carnot. oper. ſex dier. *Qui dixerat: Sedebo in monte, ſimilis ero Altiſſimo,* [illegible]n *neque gregem porcorum audet intrare niſi permiſſus.* Huiuſmodi immoderati ad aſcendendum auſus eiuſmodi humiliationibus obnoxij obiiciuntur.

Qui affectatè contendit auolare ad faſtigiũ virtutum, vti diabolus excidit. Iſai. 14. Matt. 5. Arnold.

Videor mihi huic doctrinæ non multum 5.
Franciſcum de Borgia meum accommodari, cuius ſi menti virtutes obiicio, nulla nòn nimietatis incuſanda monſtratur. Si Dux Gandiæ humilitate fulget, humeris portat porcum, quem ex eleemoſynæ obſequio deuotus quidam ad Collegium Societatis

Immoderatæ Borgiæ virtutes videntur, ad moderatæ comperiuntur, ſi ſubtectum contemplamur.

Societatis immittit: Oſtij claues ex officio geſtat, imò ædificij vilem peragit mercenarium. Nimia iſta, ô Pater, humilitas. Si obedientiam exponit, coquo miniſtrat tanta quidem conſtantia, vt cum clariſſima Regis Hiſpaniarum filia colloqueretur, hora audita, ſe à colloquio expediret, fatus, ſe iuſſum à coquo illa hora redire. Nimiam quis non iudicat obedientiam? ſi mortificationi ſtudet, in culina vt à ſocio horrorem, exemplo, auferret, immundam aquam, qua abluta fuerant vaſa, eporauit. Nimia planè mortificatio. Si ieiunat, ſicca buccella panis pauperibus oſtij parata veſcitur ſemel, reliquis non ieiunij diebus herbis aqua conditis reficitur. Si procurat non ſolum ſanguinem, ſed & carnem abnegare, ſic ſe gracilem, ac debilem reddidit, vt veſtes, queis antea vtebatur, poſſent iam Borgiæ triplici deſeruire. An non nimia carnis abnegatio? ſi aſperitati dat operam, octocenta vulnera flagellorum adnumerantur: producendo planè vſque ad quinque millia numero, ſi frater ſocius, cui ex præſcriptione ſuperiorum, Franciſcus circa illud, ſubiiciebatur (ſæpe tamen rogatus) finem imponi non iuberet. An non immoderata, ô Pater, aſperitas? Igitur ſi cunctis in virtutibus nimius cultor apparuit, quónam modo Ieſu monita impleuit, *Sint lumbi præcincti, & lucernæ?* Reſpondeo, quia Borgia ad valde eleuatum perfectionis ordinem pertinet, & quod in aliis immoderatum, ac nimium videretur: in virtutibus ſublimibus Borgiæ prudens eſt moderatio Diuus Magnus.

6. Profabatur ſponſa, *Adiuro vos filiæ Ieruſalem per capras, ceruoſque camporum, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit*, Cant. 8. Cur ceruos ac capras camporum aduocat animantia, ſi potiùs altos pertineant ad montes? Capra, ac ceruus non aſcendunt ad rupes vertices collium non ſcandunt? Cùm ſponſus inſtar capræ ac cerui progreditur, obiicitur ne in campis, an in montibus, & collibus? *Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſſiliens colles.* Quia *ſimilis eſt Dilectus meus capræ, hinnuloque ceruorum*, Cant. 1. Si igitur capræ, ac cerui montani ſunt, cur camporum ceruos, ac capras appellauit? Profectò quoſdam Diuos contemplor, qui quamuis ſint planæ terræ habitatores, inibi per aſpera, & eleuata gradi videntur, Diuis incolis montium, ac collium ſuperiores. Agnus & capra in agro commorantur; ille graditur, hic ſaltat: nec nimietatis incuſandus, quòd in agris plenis ardua requirat, & inſtar montanæ proſiliat; quia ei agnatum colles inire. Quidam Diui pergunt ad montes, alij remanent in agro. Horum quidem aliqui agnorum in morem gradiuntur: aliqui autem ſaltant, montibus agnati eleuatiſſimis, ſed addictis ex profeſſione agro. Immoderatè ageret, qui agnus cùm eſſet, vellet ſicut hædus fingere in agro aſperitates. At ceruo nato moderatus eſt greſſus, vel in agro prorumpere in ſaltus, ac ſi per ardua deferretur. Borgia in Societate agnorum Ieſu campo planiſſimo meditatur aſperitates. Haud nimietatis incuſandus eſt, quia quod agnis nimium, ceruo eſt moderatum.

Borgia in campis erat ceruus in montibus. Cant. 8.

Cant. 1.

7. Aliud conſequenter attexam, quod miremini. Licèt tam immoderatè collium in campo aſpera iniret, nunquam excidendi illi periculo (de quo ſuprà) fuit obnoxius. Locutus Paulus de ſuperioribus Apoſtolorum eleuationibus, Eccleſiæ Principes ſuper murum ſtatuit, & veretur, ne incuſetur temeritatis, quod nimiæ eos addixerit celſitudini. Vnde monet, *Videte itaque fratres, quomodo cautè ambuletis*, Epheſ. 5. D. Baſilius de vera Virg. *Vbique diligenter intuens, quomodo cautè ambules, non vt inſipiens, ſed vt ſapiens. Quoniam ſuper pennas vrbium tranſis; ne ruens à muro ciuitatis malè pereas.* Ne nimius ſit aſcenſus per murum gradi ciuitatis. O Borgia per iuga collium currens, ſaltans, ne ob nimietatem virtutis excidere cogaris. Abſit; nam quod in perfectis quibuſdam nimium aſcendere fortaſſe videbitur, eſt Borgiæ ceruo camporum adnatum. In agro fingit ſibi montes, vt proſiliat.

Minimè caſui obnoxia hæc immoderata Borgiæ virtus, quia agnata tanto Diuo erat. Epheſ. 5. Baſil. ſeleuc.

Obseruat. II.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Borgia adeò ſe mortificionis exercitamentis præcinxit, vt ex natura detrahens, paulatim ad innocentiæ ſtatum velut remearit.

Exercitia enim pœnitentiæ, id eſt, ieiunium, verbera, vigiliæ, &c carnem macerando, & imminuendo, hominem ad ſtatum ſpiritus adducunt.

EXponens Cyrillus verba illa, *Sint lumbi præcincti*, ait: *Prompti ſitis ad ſuſtinendas aſperitates.* vt ſcilicet naturæ motus effrænatos comprimere valeatis. Franciſcus noſter mortificandæ ita ſtuduit naturæ, vt ſe ſe quodammodò expediret à carne. Adeò Dux pinguedine diffluebat, vt menſæ hæreſcentis venter neceſſariò appoſito cauato ligno aptabatur. Curat pinguedinem reformare, operam dat ieiuniis aliiſque aſperitatibus tanta equidem perſiſtentia, vt veſtes, quæ vix pinguem antea circundabant, bis poſtea poſſent marcidùm operire. 8. Cyrill.

9. O mortificationem egregiam, quæ Ducem conuertit in ſpiritum cœli habitatorem. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit* (Cœlicolæ clamant) *per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris?* Cant. 3. Vbi Caſſiodorus, *Quoniam anima Deum amans gracilis eſt, & delicata, diſciplinis attenuata, non habens craſſitudinem carnalium deſideriorum.* Miror, Borgiam apud ſeculi deſertum potuiſſe ſe ita extenuare, vt ad eam gracilitatem deueniret volatui obnoxiam. *Extenuata diſciplinis*, id eſt, aſperitatibus, ieiuniis, verberibus, vigiliis.

Borgia in ſeculi deſerto adeò diſciplinis attenuatur, vt ſpiritus in mortẽ auolare poſſit. Cant. 3. Caſſiod.

10. Adeò extenuatum video Ducem, vt ſuamet ſe pelle conſtringat, aut induat. Tantum enim carnis detraxit, vt poſſet innocentiæ aptum

Se pelle propria circũdãs Borgia, ad innocentiæ ſtatũ ſe rediiſſe quodammodo, oſtendit.

aptum ſibi conſuere veſtimentum. Legimus, Borgiam ſe adeò extenuaſſe mortificationis exercitamentis aſſiduis, vt pellis ipſa (quod de externis diximus indumentis) poſſet pectori quaſi tunica accommodari. Fuit, quando homines ſuamet innocentiæ puriſſima induebantur ſtola. Poſt peccatum *cognouerunt ſe eſſe nudos*, Gen. 3. Queiſnam veſtibus expoliati obiiciebantur? Profectò innocentiæ veſtimentis. Suamet caro eis veſtimenta aptabat, caro ipſa puriſſima eorum exiſtebat indumentum. Dum ergo Borgia ex carne omninò abluit ſordida quæque amplius ac amplius mortificationis exercitiis, ad illum feliciſſimum quodammodo redit ſtatum, quo caro ipſa ſui ipſius erat veſtimentum.

Gen. 3.

11. Libet Borgiæ illud accommodare elogium: *Pulchra es amica mea, & decora ſicut Ieruſalem*, Cant. 6. Indueris ô Diua non Babylonis veſtimentis, ſed Ieroſolymæ, ad ſtatum recurrens innocentiæ. Petrus Dami. *Sicut Ieruſalem, non ſicut Babylon, quam vidit Ioannes ornatam purpura, & croco, & inauratam auro. Ieruſalem autem aſperis induitur.* Ciliciis enim ieiuniis ſe adeò extenuauit, vt pelle poſſet indui in recuperatæ primæ innocentiæ documentum.

Induitur velut Ieroſolyma innocentiſſima, exuit Babylonis veſtimenta, quæ conſuit peccatum.
Cant. 6.
Damian.

12. Quid ſi Borgia ad feliciorem adhuc ſtatum innocentiæ, quàm Adamus, peruenerit? Protoparens profatur vxori, *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea*, Gen. 2. Cur os, cur caro? Anſelmus, *Homo ex carne conſtabat, id eſt, ex infirmis, & ex oſſibus, id eſt, fortibus.* In ſtatu innocentiæ Adam & Eua carne induebantur infirma? Ita planè, ideo enim excidere. Profectò Borgia extennuationi impendit ſtudium, & ſe ſe totum oſſeum reddit carne omnino ablegata: vt nihil remaneret in Diuo, quod non fortitudinem oſtentaret.

Quodammodo Borgia ad feliciorē aduenit innocentiæ ſtatum.
Gen. 2.
Anſelm.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Priuſquam Ieſus Borgiæ in Societate appareret ſponſus nuptias celebraturus: in ſeculo vir ſe ſe ad eius præparauit aduentum.

Laboribus præparamur ad labores. Nemo ſupremis poteſt moleſtiis exerceri, niſi inferioribus ſe curet aſſuefacere.

13. PRiuſquam adueniat ſponſus ad nuptias celebrandas, iubentur ſerui vigiles conſtringi laboribus. Etenim deſponſatio laborum Ieſu participatio eſt, iuxta illud: *Videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua in die deſponſationis, & lætitiæ*, Cant. 7. Dies hic mortis ac paſſionis erat inſtantia ex Patrum expoſitione. Dominus Franciſci mei animam ſibi coniugio in Societate colligaturus voluit in ſeculari domo priùs præparari conſtrictione lumborum. Qui ad bellum profecturi ſunt, aſſolent ſecuris gladiis exitialia vulnera effingere, &, vt vulgariter expendam, *En ſa ianſe con eſpadas negras*; vt hoſtibus exitiali gladio vulnera dexteriùs infligant, quæ non percutienti præſignauerant.

Cant. 7.

Exerceri in ſeculo Deus Borgiam laboribus voluit, vt ad Societatis incommoda aſſuefaceret. Duxit vxorem, egit in Catalonia Proregem, quam vineam accuratiſſimè coluit exitialia germina excidens, vt vites bonæ fructificarent. Sic exercetur ad cœleſte connubium Societatem ingreſſurus, & fortiſſimè cum hoſtibus initurus certamina. An aptè ad bellum horribile in ſecularibus nuptiis in Magiſtratu exerceretur? Audias, precor. Ex legis antiquæ præſcriptione ad bellum non pergebat, & qui proximè plantauerat vineam, &c. qui duxerat ſponſam. Ad quæ Philo requirit lib. de Agric. *Cur ô mirande vir Moſes, non potis hos præceteris ad bellum emittis, qui vxores, & vineas habent: pro quibus retinendis pericula grauiſſima facile tolerabunt?* Reſpondet acutè, *Iubentur plerique domum redire, vt exercitatione continua, tantum ſibi roboris militaris, militiaque comparent, quantum ſatis facturum ſit, ad exterquendam hoſtibus victoriam.* Exerceantur in domus area, dimicent cum moleſtiis coniugij, filiorum, egeſtatis plerumque: decertent cum temporis iniuriis dum vineam egrediuntur excolere; qui cum hoſtibus ſunt poſt modum pugnaturi. 14.

Borgia duxit vxorem, & Proregē egit, vt ad Religionis labores exerceretur.
Philo.

Addit Franciſcus continuæ mortificationis exercitia, quæ poſſint membra ad difficiliora Regularis perfectionis certamina præparare. Lactantius lib. 3. diuin. Inſtit. cap. 11. *Hoc vno beati eſſe in hac vita poſſumus, ſi minimè beati eſſe videamur: ſi fugientes illecebras voluptatum, ſoli virtuti ſeruientes, in laboribus viuamus, quæ ſunt exercitia, & roboramenta virtutis.* Laboribus enim minoribus ad grauiora incommoda roborantur. 15.

Labore ſeculi exercitamenta Borgia ſubiit, vt Religionis incommoda facilius ſubeunda.
Lact.

Tulit ergo Dominus Deus hominem, & poſuit illum in paradiſum voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illum, Gen. 2. Hebraicè ſic, *Vt operaretur illum, & cuſtodiret illum*, id eſt, (Saa autore) vt Deus ipſe hominem operaretur, exerceretque, ac cuſtodiret. Laboribus enim culturæ, (quam Adam agere debuiſſet) ad imminentem horribilem pugnam cum ſerpente præparabatur. Acceſſit aſtutus ſerpens ad Adamum & Euam priuſquam cultura horti exercerentur, & imparatos debellauit. Vnde Iacobus, *Probatio fidei veſtræ* (cum doctiſſimo Daza noſtro loquor) *hoc eſt, tentatio tribulationque, patientiam operatur*, cap. 1. *hoc eſt, excolit patientiæ virtutem ad certamina diriora.* 16.

Paradiſi exercitamētis Deus præparauit Adamū ad bellum cum ſerpente.

Et Chryſoſtomus de glot. in tribul. tom. 6. *Ferro ipſo vel adamante firmiores ſunt, & generoſiores, ex eo quòd aſſiduè vexantur. Ab hoſtibus inuincendi redduntur, & inſuperabilem quemdam habitum patientiæ, & fortitudinis acquiritant.* Pulchrè Seneca lib. *Quare bonis viris mala accidant? Præbendi, inquit, fortunæ ſumus, vt contra ipſam ab ipſa duremur.* Nazianzenus Orat. 3. cont. Iulian. *Ex ipſis periculis aut laboribus robur collegerunt, atque ad pietatem acriores, & animoſiores extiterunt.* 17.

Labores præmiſſi reddūt homines adamātinos ad bella horribiliora.
Chryſoſt.
Senec.
Nazianz.

Quàm acris ad Societatis certamina, quàm animoſus Franciſcus exſurgit, qui Dux ſecularis tot voluntariis laboribus exercentur! ſuam vineam colit, & cuſtodit in ſeculo, Religionis paradiſum qui debebat inire, adducente 18.

Quot labores pertulerit in ſeculo voluntariis Borgia, vt ad Societatis certamina exerceretur.

cente eum Domino vt coleret, & cuſtodiret ſocietatem. Secularis pane & herbis veſcatur, qui ſiccam panis buccellam non ſemel Religioſus abſumet: & amarum abſinthium, in curia coqui, pro dulci gramine comedet. Patienter toleret in ſeculo inferiorum iniurias, vt Religionis alumnus cœcum hominem irruentem, vt ligno percutiat, charitatis excipiat in gremio. Solis aliquando Dux radiis feriatur, vt ſocius Ieſu ſic febre recreari valeat, ac frigido potu recreatur, infirmus: & in Xenodochio fœtidos brachiis illiget ægrotantes. Secularis ſæpe dorſum flagello percutiat, qui Religioſus quotidie tot vulneribus vulnera addet, vt nullus ſubſit ſanus alij vulneri locus. Socius frater, Marcus nomine, cui circa corporis aſperitates, ex ſuperiorum præſcriptione, ſubmittebatur Borgia poſt innumera verbera inclamitabat apprehendens flagellum: Satis eſt, Pater Franciſce. Cui Diuus, Marce chariſſime, adhuc pauca vulnera permitte. Non tuæ prudentiæ eſt, ſic corpus defatigare. Oportet frangere corporis vires, vt ſpiritus poſſit imperare mancipio. Satis Pater, quia ex verberibus præteritis adhuc recentia vulnera obnoxia corruptioni. Non ſatis, frater, quia vel ſaucium corpus aduersùs ſpiritum bellum indicit. Non vult Deus corpus deficere. Non vult Deus ſpiritum debellari. Te ô Pater, octingentis verberibus percuſſiſti. Innocentiora dorſa pluſquam quinque millia vulnerarūt. Flagella illa præuia morti. Mea vulnera omnino præuia vitæ. Ab hoſtibus inflicta fuere. Ego mihi horribilis hoſtis. Satis iam, Pater. Permitte, ô Marce frater, pauca vlteriùs adiici verbera. Ex obedientiæ præſcripto tandem Diuus dorſo parcebat innocenti.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Præcinctus in adoleſcentia Franciſcus, Deo quoddam ætati illi repugnans litauit obſequium: & innumera illo ex die à Domino beneficia accepit.

Nam munificentiſſimus Deus, ad munerandum obſequium, quod ex victoria (ob repugnantiam naturæ) habet exortum.

19. Monet Dominus ſerios ſuos vitam inſtituere à conſtrictione, ab aſperitate auſpicari principium. Repugnat natura, quia prima illa vigilia pueritia eſt, in qua difficillima conſtrictionis, ſeu aſperitatis exercitamenta. Si ergo tunc ante ſecundam vigiliam ſeruus præcingatur, ita Numen beneuolum reddit, vt illicò poſt conſtrictionem illam difficilem, virtutum lucernæ incipiant fulgurare. Sponſum excipiunt vti prudentes virgines ad cœleſtes nuptias adducendi. Et ſe præcinget Dominus vt Beniaminos ſuos duplici portione reficiat. O munificentiſſimum Dominum, ad munerandum obſequium vnicum, cùm, repugnante natura, litatur!

Pauxillum panis & aquæ ſitiens, ac fame preſſus Elias à vidua Serephtana poſtulauit: *Da mihi paux illum aquæ in vaſe, & buccellam panis in manu tua.* Porrò vidua exiguam farinæ portionem dicauerat exiguiori vitæ conſeruationi: *En colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illud mihi, & filio meo; vt comedamus, & moriamur.* Attamen inſtanti Prophetæ ſubcineritium panem præparauit. Quis dubitet obſequium illud Domino fuiſſe oblatum natura repugnante, quæ vel perexiguæ ſui conſeruationi dat operam? Quid plura? *Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur vſque ad diem, in qua daturus eſt Dominus pluuiam ſuper faciem terræ.* Id dixerat Elias ante obſequij illius receptionem, & poſtquam executioni datum fuit, textus adiicit, *Comedit ipſe, & illa, & domus eius; & ex illa die hydria farina non defecit, & lecythus olei non eſt imminutus, iuxta verbum Domini, quod factum fuerat in manu Eliæ,* 3. Reg. 17. Ex præmiſſa Prophetæ, ſeu potiùs Domini promiſſione, naturæ repugnantia imminuebatur: attamen quia difficile adhuc contra præſentia mali futurorum bonorum ſpe muniri, obſequium illud cœleſtis ſecuta eſt abundantia. Eucherius, Quia fecit opus difficile *manus viduæ facta eſt perenne torcular, & mola iugiter fundens.*

20.
Repugnante natura, vidua Serephtea panem paruulum Deo litat, & æternā accipit abundātiam.
3. Reg. 17.
Eucher.

Promiſerat Abrahæ Dominus innumerabile vulgus filiorum: *Suſpice cœlum, & numera ſtellas, ſi potes. Et dixit, ſic erit ſemen tuum,* Gen. 15. Attamen addit poſtmodum, *Tolle filium, quem diligis Iſaac, & vade in terram viſionis, atque ibi offeres eum in holocauſtum,* Gen. 22. An non contradictionem implicat filium primogenitum, imò vnigenitum mactari, & ex ipſo innumerabilem ſtellarum filiorum cœtum expectare. Profectò vt Deus contradictiones illas tolleret, Abrahamumque innumeris filiis honoraret, oportebat ipſi repugnante natura, illud obſequium conſecrari. Ambroſius exiſtimat Patriarcham crediſſe filium immolandum, & tamen futurum ipſum innumerabilium filiorum parentem. *Ita erat intentionis ſoliditate fundatus, & hoc ſibi in perenne manſurum iudicauit filium, ſi eum immolaret Deo.* Quónam modo immolatus durabit in perenne? Quia Deus tam munificus eſt obſequij oblati ſibi, natura repugnante; vt filius & mortuus viuet, & ſterilis fiet filius pater innumerabilium.

21.
Vt opus Abrahamo effectū, natura repugnante, præmio Deus afficeret, quaſi geret impoſſibilia, ſi opus ſit.
Gen 15.
Gen. 22.
Ambroſ.

Cùm Franciſcus puerilem ageret ætatem Lombai Marchio ſe ſe frequenter ſcutica vulnerauit. Quid magis ætate puerili inuiſum quàm flagella? profectò adeò gratum Numini hoc fuit primum obſequium, vt eum ſibi æternum elegerit domicilium. Ei auxilium exhibuit, vt ignis Babylonico horribilior, qui aſſolet iuuenes abſumere, extingueretur. Vt virtutum cœleſtium fulgorem ſpargeret modeſtus, verax, flagrans charitate, nullo verbo delinquens otioſo, nullum opus exerens, quod non redoleret ſanctitatem. Nuptiis illigatus coniugibus extitit exemplum Abrahamos referens coniugatos, Ioachimos, Zacharias. Soluitur ab vxoris lege dilectiſſima obeunte coniugis,

22.
Borgia puer ſe diuerberauit, ætate repugnante: & Dominus innumeris eum donauit beneficiis.

iuge, & mox Religionis arctiori vinculo illigatur. Vbi diſcumbit cœleſtibus dapibus reficiendus. Domino miniſtrante. Et Paterfamilias conſtituitur, id eſt, Præpoſitus Generalis Societatis, vt innumerabilium Pater filiorum ſtellarum exſurgat. Sic munerat Dominus difficile vnicum primæ ætatis obſequium.

23\. A puero apud deſertum quinque alieni panes hordacei Domino offeruntur: & illico multitudini hominum exuberans alimonia impenditur. *Eſt puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos piſces. Sed hæc quid ſunt inter tantos?* Quid ſunt panes parui à puerili ætate (cui proprium quæque ſpecialiter cibos retinere) Domino oblati? Audite obſequij effectus, *Facite homines diſcumbere. Diſcubuerunt ergo viri numero quaſi quinque millia. Vt autem impleti ſunt, dixit Diſcipulis ſuis, quæ ſuperauerunt fragmenta, ne pereant*, Ioan. 6. *O quas tunc* (D. Baſilius Seleucus exclamat Orat. 33.) *res videre fuit! Panes pariebant panes, & menſa extemporario alimento differta, erant. Panes abſque ruſticano ſudore parti non de ſpicis erumpebant, ſed de Domini manu efflореſcebant.* Efflоreſcunt quidem ſpicæ, panis enim ille, qui tot fructus turbis protulerat, flos erat futuros aſſerens prouentus. Ideo Dominus aſſeruari imperat fragmenta panis in non perituri beneficij documentum. Vidiſti panes quinque à puero expoſiti mirum in modum fructificantes? Vidiſti Marchionis puerilia verbera tot glorias parturientia?

Oblatos à puero quinque panes Deus munerat haud terminabili abundantia; quia magni ducit difficile puerilis ætatis obſequium.

Ioan 6.

Baſil. Seleuc.

Observat. V.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Ieſus ipſe faſciis Borgiam præcinxit, addixit vberibus, & in Societatis Paradiſo nutritum collocauit.

Diuina erga nonnullos Diuos ſpecialiſſima dilectio adnotatur, quos accipit Deus ipſe quaſi nutritius lactandos, cuſtodiendos.

24\. Alios Diuos præcingi Dominus monet, alios ipſe accingit ex vtero exceptos, quos à prima ſibi adaptat ætate, vberibus propriis addicit, nec emittit à gremio, donec viros ſurgant in perfectos. Profectò Borgia meus à Ieſu ſpecialiſſimè oſtentatur electus, ab ipſo faſciis conſtrictus, lactatus vberibus: ſi quidem à rationis veſtibulo ſic ſe alumnum virtutis oſtendit, vt à gratia Baptiſmi nunquam excidiſſe crederetur.

25\. Mirum planè Marchioni adoleſcentulo, Duci viro, aulæ Regiæ incolæ, innupto diu, adoleſcentum ſocio, qui pulcherrimas inter fœminas Imperatricis famulas degebat, delicatis cibis veſcebatur, ſericis aureiſque induebatur veſtimentis, pulcher aſpectu, intellectu illuſtris, vrbanitate amabilis. Sed facillimum planè ei, quem nutriendum Ieſus acceperat, quique nunquam recedebat à Ieſu. Ponderat Ambroſius Moyſem, Aaronem, & Patres Diuos nunquam ab hoſtibus ſuperatos, quia Ieſum vel à longè intuebantur. *Ieſus Moyſes*, (ait ad Pſ. 43.) *Ieſu Aaron, Ieſu Patres futuro ſacrabant vniuerſa, quæ geſſerant, vt de hoſtibus triumpharent.* Si reſpicere Ieſum à longè ſuffecit Moyſi & Aaroni, vt aduerſum hoſtes validiſſimè munirentur: quid ab ipſo Ieſu ſuſcipi, protegi, enutriri?

Qui Ieſu addicitur, ab hoſtibus non poſſunt ſuperari.

Ambroſ.

26\. Prodiit Adamus, & Deus mox ſuſcepit nutriendum, & nunquam à gremio dulciſſimo ſeparandum. *Tulit eum Dominus, & poſuit in paradiſo*, Gen. 2. Ingratus alumnus nutritio, deliquit, ablegatur à gremio. At Deus, cui gratum aliquem dilectum Beniaminum nunquam non enutrire, innocentem ſuſcepit Enochum, ad paradiſum duxit, vbi dulciſſimis refectum pabulis cuſtodit, *Gen. 5.* Poſtmodum puerulum elegit Eliam, quem enutriret, & in paradiſum cuſtodiendum transferret. Aſſueta planè Deipara pupillos chariſſimos ſemper baiulare. D. Irenæus lib. 5. *Et plantauit Dominus in Eden paradiſum, & poſuit ibi hominem. Propter quod dicunt Presbyteri, qui ſunt Apoſtolorum Diſcipuli, eos, qui tranſlati ſunt, illuc tranſlatos eſſe. Aſſuetæ enim erant in Adam manus illæ Dei baiulare ſuum plaſma, & ponere vbi ipſæ vellent.* Soline Enoch, & Elias commorabuntur? O Dei aſſuetæ baiulationi manus! Borgiam à cunabulis accepiſtis baiulandum, enutriendum, in paradiſumque Societatis Ieſu collocandum. Aſſuetæ enim eratis in Adam, Enocho, & Elia veſtrum plaſma dilectum ſpecialiſſimè baiulare.

Sæpe Deus aliquorum ſpecialiter dilectorū ſe nutritium ſ fit.

Gen. 2.

Gen. 5.

Irenæus.

Borgia Dei nutritium.

27\. Oſtentat quidem Deus quanta erga Franciſcum ſecularem dilectione afficitur, dum à ſe enutritum ad Societatis ſuæ paradiſum tranſtulit, vt ſecum habere theſaurum poſſet. An non hoc beneficium maius, quàm Adamus acceperat? Poſuit planè *Deus eum in paradiſo, vt cuſtodiret illum* Num magnum beneficium? Audi D. Baſilium Seleuc. Orat. 2. *Velut parturiens miſericordiæ ſuæ munera, habere theſaurum penes ſe impotens: non eſt contentus prioribus, neque rebus antè largitis ſua munera circumſcribit: ſed extructum manu ſua paradiſum delicioſum ſedem dilecto conceſſit.* In primis illud premam: *Velut parturiens miſericordiæ ſuæ munera, paradiſum dilecto conceſſit.* Nam dilectum ad paradiſum adferre, vt inibi cuſtodiret, inſignis fuit parturientis Dei munera manifeſtatio. Si dilectionis ſignum fuit Adamo paradiſum materiale conceſſiſſe: quidnam, Borgiam ad ſpiritualem Religionis paradiſum fuiſſe adductum? Deinde pondero verba illa: *habere theſaurum penes ſe impotens.* An Deus dilectum Adamum à ſua repellit ſocietate? Impotens habere penes ſe? A dilecto abſtrahitur? Ita planè (ait Rupertus) ideoque theſaurus fuit à latrone diabolo abreptus. Ergo magis dilectus Borgia, quem ad paradiſum Religionis adduxit, & quem à ſocietate ſua non repulit, ſiquidem ad ſuam admiſit ſocietatem Ieſu; vt penes ſe ſemper poſſet habere theſaurum.

Borgia magis dilectus quàm Adamum oſtenditur, quia nunquam à Ieſu abſtrahitur Societate.

Gen 2.

Baſil. Seleuc.

Borgia theſaurum penes ſe Deus ſemper habuit.

Obser.

OBSERVAT. VI.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti.

Borgia præcinctum ſe ſe Regulari mortificatione oſtentat in ſæculo, in aula: prius quàm in Dei domo expectet venturum ſponſum, vti ei confeſtim aperiat.

Mirum, probùm inter improbos commorari. Commendabilis admodum, qui Religioſum agit in ſæculo.

28\. PRæcincti illi famuli intra Dei domum innuuntur, iuxta illud: *Expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptiis, vt cùm venerit. & pulſauerit, confeſtim aperiant ei.* Non miror domeſticos Ieſu famulos præcinctos oſtentari: domus enim Ieſu influit carnis abnegationem. Profectò id mihi admirationem ingerit, extra domum Ieſu, in Regum domibus aſpicere Marchionem adoleſcentem virum Ducem tam arctè conſtrictum, ac ſi in Ieſu domo recluderetur. Dum Borgia in paterna domo, in Regiis edibus moratur, mortificationis vinculis lumbos accingit, ex ſi in Societatis Ieſu domo maneret? O prodigium!

29\. *In domibus Regum, vbi aſperitas nō eſt, Borgia aſperam vitam agit. Mat. 11. Hiero.* De Ioanne Dominus. *Quid exiſtis in deſertum videre, hominem mollibus veſtitum? Ecce qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt*, Math. 11. curat Dominus rigidam Ioanni vitam deſcribere, & probare. Aſſerit eum pellicea zona præcinctum; & vt oſtendat vitam eius molliciem minimè redolere, aſſerit Ioannem in Regum domibus non commorari. Vnde Hieronym. *Ex hoc*, inquit, *oſtenditur, quod rigida vita, & auſtera vitare debet aulas Regum, & mollium hominum palatia declinare.* Ioannes igitur rigidam agit, & auſteram vitam, quia in deſerto eſt, & in domibus Regum non commoratur, ſi dixiſſet Dominus, *Ecce qui aſperis veſtiuntur, in domibus Regum ſunt*; Quiſnam crederet. O Franciſci gloriam! Aſperis cilicij indumentis non ſolùm in deſerto Societatis, ſed in Regis Hiſpani domibus inducitur, vbi ſe ieiuniis, ac vigiliis in domibus Regum, inter mollibus indutos Principes deſerti oſtentat habitatorem.

30\. *Commendabilis [illegible] Borgia, [illegible] ſtricte [illegible], vbi [illegible] laxè [illegible]* Auguſta equidem commendatio Ducis, ſtrictè vixiſſe inter eos, qui laxè degebant. D. Auguſtinus *lib. 3. de Doctr. Chriſt. cap. 12.* pulchrè. *Quiſquis rebus reſtrictius vtitur, quàm ſe habent mores eorum, cum quibus viuit, quàm temperans eſt.* Borgia reſtrictè viuit cum equitibus laxè viuentibus, ô quam temperans oſtentatur. Ioanni profectò ſimilis. Audebo aſſerere, & ex hoc capite vincens Ioannem.

31\. *Plus quam [illegible] & Angelus appellatur [illegible] in deſerto degens, ex eo quod colloquens cum ſecularibus, laxè non* Ad Ioannem in deſerto commorantem accurrebant Ieroſolymæ ciues, cum quibus Ioannes colloquebatur. Hinc Dominus eum Prophetis ſanctiſſimis ſuperiorem appellat. *Quid exiſtis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plus quam Prophetam. Exaggerat, Et Angelum. Hic eſt enim, de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto Angelum meum, &c.* Matth. 11. Vndenam arguit Chriſtus Ioannem Prophetis ſuperiorem, & Angelis ſimilem exiſtere? & quia in deſerto, & non in domibus Principum moratur, & quia à curialibus Ieroſolymæ ciuibus quibus cum aliquando colloquitur, non inficitur. Belle D. Chryſoſt. apud D. Thom. *A loco, & à concurſu hominum eius moribus deſignatis, inducit iam & plusquam Prophetam eum eſſe, & Angelum.* Si Baptiſta plusquam Prophera & Angelus oſtētatur apud deſerta, quia aliquibus cum Curialibus colloquens ſanctus obiicitur: quanto commendabilior Borgia qui non in deſerto, ſed in aulis Regum degens, ſemper cum aulicis colloquens Diuus exiſtit. *viuit, ſed ſtrictè degit. Quid Borgia in aula exiſtens. Mat. 11. Chryſ.*

Deſerti commorationi agnata aſperitas, non aularum. In aula Franciſcus flagello ac cilicio vulneratur: quam iuſtè Ieſu traditur in ſponſam *Muranulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento*, Cant. 1. Vbi Philo Carpat. *Vermiculatas argento, id eſt, cum variis notis argenti. Quæ dam ſtigmata, ac notæ, flagella, ac tormenta pro Ieſu paſſa apertiſſime declarant.* Quonam autem in loco commorabatur Diua, cùm huiuſmodi vitæ aſperitatibus operam daret? An in deſerto degebat? Reſpondet ipſa, *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem*, Ibid. Cùm Regis Salomonis aula recipiebat, huiuſmodi ſtudebam aſperitati, priusquàm ad deſerta confugiſſem. Non mirum eſſet in deſerto degentem flagellis vulnerari. At in domo Regis aſperè viuere, prodigium gratiæ eſt. 32. *Dum eſſet in domo Cæſaris Borgia verberat dorſum, dilectiſſimam planè Ieſu ſponſam æmulatus. Cant. 1. Philo. Carpat.*

Poſt modum de dilecta cœlicolæ conclamant, *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi?* Cant. 3. Caſſiodorus, *Extenuata diſciplinis.* Adnatum planè deſerti habitatrici, diſciplinis extenuari; non miremini: ſed vos ad admirationem abripiat videre illam diſciplinis vulneratam in ſeculari Regis domicilio: *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo*, Philo, *ſequitur autem, Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, Quaſi diceret: non ſolum tempore abnegationis, ſed tempore ſeculi per anguſtam viam cucurrit.* Quid Borgiæ & Marchioni de Lombai, & Duci de Gandia accommodatius? Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, dum Imperatrici magni Caroli V. vxori ſeruiret, ante abnegationis tempus, ante ſeculum relictum, ante initam Societatem, per anguſtam viam properanter currere viſus eſt. 33. *Laudabilis ſponſa in deſerto diſciplinis extenuata: ſed laudabilior, dum eſſet iuxta accubitum Regis. Cant. 3. Cant. 1. Philo.*

Verùm non ſolùm eſt difficile, rigidam vitam agere in ſeculo, ſed & iuſtam. Nec enim quis ſimul poteſt Regi cœleſti & terreno Imperatori iura ſoluere. Aiebat aliquando Dominus, *Reddite ergo, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo*, Matth. 22. Vbi Chryſoſtomus. Tu autem cùm audietis: Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, illa ſcito eum dicere ſolùm, quæ in nullo pietati nocent. Quia ſi tale aliquid fuerit, non adhuc Cæſaris eſt, ſed Diaboli tributum. Multi pietati nocentes Cæſari tributum impendunt; At Borgia Cæſari Carolo V. pietati conſulens reddidit obſequia. 34. *Difficile, vitam iuſtam agere in ſeculo iuxta Cæſarem, et reddendo. quod ſuum eſt: & Deo ſoluendo tributum. Mat. 22. Chryſ.*

Imò non reddidit, ſed gratis exhibuit; quia nullus reddit quæ non accepit. Nihil enim in Borgia ſeculari & aulico, quod Cæſaris eſſe videretur: totus Dux Dei eſſe conſpicitur. Vnde haud querulo Cæſare, nullum tributum dare ſeculo cogebatur. *Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei Deo.* ſi nihil quod Cæſaris ſit habetis, non reddatis. Si cuncta quæ habetis, Dei ſunt, ei ſolummodo reddenda tributa. Bellè D. Hilarius, *ſi enim nihil, quod* 35. *Borgia gratis exhibuit Cæſari obſequium, quia nihil è ſeculo habebat. Mat. 22. Hilar.*

Cæſaris eſt, penes nos reſederit, conditione reddendi ei, quæ ſua ſunt; non tenebimur. Deo autem quæ eius ſunt, reddere nos oportet, id eſt corpus, & animam, & voluntatem. Non miraris Borgiam Ducem: in aula Cæſaris reſidentem nihil habere, quod Cæſaris eſſe videatur? nihil ſecularis in ſeculo debiti contraxiſſe, ex quo eum oporteat eſſe homini tributarium.

46\. Totum ſe Domino litabat in ſeculo: quia licèt ſpecie viſibili ſecularis obiiciebatur, & Cæſari ſeruiens: ſoli Domino inuiſibile litabat obſequium. Poſtquam Abrahamus de Chaldæa exiuit, Deum vidit: in Chaldæa nequaquam. *Apparuit Dominus Abram*, Gen. 12. Alij, *Viſus eſt Dominus Abram.* Ad quæ Ambroſius lib. 2. de Abrah. cap. 3. *Quandiu Chaldæus fuit, hoc eſt non ſolùm in Regione, ſed etiam in opinione Chaldæorum, non poterat Deum videre, quem intra mundum quærebat.* An Pater Franciſcus Patre Abrahamo maior, qui cùm eſſet in opinione Chaldæorum Chaldæus, id eſt aſpicientibus ſecularibus ſecularis & aulicus: & cùm in Chaldæo, ſeu ſeculo moraretur, Deum quærens in ſeculo, videbat, & illius dulciſſimo colloquio fruebatur. Non miraris?

Viſus eſt Dominus à Borgia in Chaldæa, ſeu in ſeculo: quia exterius ſecularis, interius Religioſus.
Gen. 12.
Ambroſ.

47\. Pergebat Iacob in Patriam, & abſtractus omnino à cunctis ſeculi ſpoliis, ſolus in deſerto cum ſolo Domino dimicauit. *Ecce vir luctabatur cum eo*, Gen. 32. Vbi D. Ephrem ſer. de Ang. ani. *Tu ô Domine, ſi cor penitus exuit mundum, antequam pertingat ad ianuam, aperis ei.* Iacobo ianua aperitur cœleſtis patriæ, cùm ad ipſam properat, cùmque in deſerto abſtractus à diuitiis, ac familia commoratur, & non antea: Borgiæ longè à ianua exiſtenti, in Curia, in aula verſanti inter diuitias, cinctus vxore, filiis, familia, ianua cœleſtis aperitur, Dei fruitur conſpectu? ſpiritualia certamina init. O gratiæ prodigium.

Iacobo exeunti ex Gentilium terra ianua aperitur, Borgia in ſeculo commoranti, quia animo recedebat à ſeculo, à familia, ab vxore, &c.
Gen 32.
Ephrem.

Vndenam tanta Franciſco perfectio? Elegerat eum Dominus vt Ieſuitarum Religionis planè Leuiticæ ſeu Clericalis Pater ac Generalis eſſet. Vnde, dante Deo, in ſeculo ſic lumbos præcinxit, quia in eis leuiticam Clericalem habebat Religionem, ex qua Ieſu conſtrictio Borgiæ influebatur. Deus Abrahamo, *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui*, Gen. 12. iubetur ſecum ducere cognationem, & præcipitur à cognatione ſeparari. Debebat in carne degens velut ſpiritus ſine carne viuere: cinctus propinquis & familiaribus ſolus exiſtere. Quonammodo poterat Abraham in ſeculo viuere ſine ſeculo, ac ſine cognatione? Ea planè perfectione ineffabili, quæ decet parentem Leuitarum perfectiſſimorum. Chryſoſtomus, *Abraham Leuita non erat, ſed habebat in lumbis Leui.* Borgia Clericalem Ordinem non inierat, ſed habebat in lumbis Leui, futurus Generalis Præpoſitus Societatis, cuius filiorum proprium cum ſecularibus communi habitu degere, ac ſimul lumbos, conſtringere abnegatione ſui, monitum Pauli exequentes: *Qui vtuntur hoc mundo, quaſi non vtantur.* 48.

Non erat Borgia Leuita, in ſeculo, ſed habebat in lumbis Leui, futurus Pater Ordinis Clericalis: ideo lumbos conſtringit.
Gen. 12.
Chryſ.

SECTIO VIII.

Fulgor.

TEXTVS.

VERS. 35. ET lucernæ ardentes in manibus veſtris.

IN BORGIAM.

PANEGYRICVS MORALIS OCTAVVS CIRCA LITTERAM.

EX FVLGORE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Franciſcus ſecularibus diuitiis abundans, ſimul virtutum radiis fulgurauit? O prodigium!

Documentum diuinæ eſt omnipotentiæ, ſi quando diues fulget ſanctitate.

PRIVSQVAM Dominus lucernas ſuccendere famulis iubet, ob virtutis fulgorem eos à diuitiarum mundialium amore curat reuocare præmittens, *Sint lumbi veſtri præcincti*, id eſt theſaurum terrenum proiicere, de quo num. præcedenti dixerat. *Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cœlis. Vbi enim theſaurus veſter eſt, ibi & cor veſtrum erit.* Mox, *ſint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ*, &c. Vbi Beda adnotat, Dominum prius Diſcipulos abſtraxiſſe à diuitiis, quam ad virtutum exercitamenta excitaſſe. Nihil enim ſic impedit animum ad ſanctitatem ſectandam quàm diuitiarum poſſeſſio. Profectò dum recordor Dominicæ ſententiæ de camelo facilius intrante per acus foramen, &c. video quodammodo

modo diuinæ omnipotentiæ documentum exiſtere, ſi quando diues fulgurat ſanctitate. Ideo Dominus noluit Apoſtolos theſauros terrenos poſſidere, ne cogeretur perpetuo miraculo eos in ſanctitatis ſimul ſtudio conſeruare. Hinc Borgiæ mei rutilat mirabilis gloria; qui dum diuitiis ſecularibus abundabat, cœleſtium virtutum fulgores exponebat.

Moyſis ſanctitas miraculoſa in Regno, & in diuitiis. Philo.

Collaudatur à Patribus Moyſis ſanctitas è Curiæ habitaculo, ex educatione Regia, ex diuitiarum abundantia. Philo lib. 1. de eius vita, *Nactus prædiuitem educationem Regiam, nequaquam delectabatur aſſentationibus, &c. Sed iam tunc modeſtiam, grauitatemque præferens, malebat audire, ſpectareque vtilia.* Dauid autem ex eodem capite à D. Baſilio Seleu. commendatur Orat. 14. *Vide tota virtutum prata eius in anima conſita, qui adoleſcentior cum adhuc eſſet, diuitiarum copia noctus erat, tamen ad ſummam diuini cultus arcem euectus eſt.* Liceat particulam illam: *Vide tota virtutum prata eius in anima conſita,* non ſolum de Dauidis ſanctitate, ſed de Dei exponere potentia. Ac ſi tota quodammodo prata virtutum cœleſtium aſpiciamus, dum adoleſcentem diuitem videmus ad diuini cultus arcem deuectum.

Dauidis mira virtus in ſolio, & gloria diuitiarum. Baſil. Seleu.

Curat Dominus Apoſtolos à diuitiis abſtrahere, ne ex miraculo quodammodo eſſent ſancti, ſi diuites eſſent ſimul. Luc. 6. Mat. 5. Cyril.

Chriſtus apud Lucam ait, *Beati pauperes, quia veſtrum eſt Regnum Dei.* Cap. 6. Ex ore autem Matthæi, *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum cœlorum.* Cap. 5. Ad quæ Cyrillus apud D. Thom ad Luc. *In Euangelio quidem, quod eſt ſecundum Matthæum beatos fieri dixit pauperes ſpiritu. Hic autem beatos aſſerit pauperes, non addito ſpiritu: pauperes appellans diuitias dimittentes. Decebat enim, vt cum Diſcipuli pronunciaturi eſſent ſalutiferi Euangelij dogma, mentem non gererent cupidam.* Deſcribit Doctor duplicis pauperis conditionem. Eſt enim pauper ſpiritu, qui dum retinet ſeculares diuitias, ſimul virtuti litat obſequium. Eſt pauper affectu, & effectu, qui à diuitiis abſtrahitur prius, quam virtuti ſtudium impendat. Apoſtolos Cyrillus appellat pauperes, quia relictis retibus ſecuti ſunt eum. Profectò Franciſcus noſter pauper ſpiritu appellabitur, qui potuit cum diuitiis ſæcularibus cœleſtium virtutum copulare fulgorem. Cur noluit Dominus Apoſtolos ſimul eſſe diuites & Sanctos? Quia rara auis in terris diues ſanctitate conſpicuus? Adamus pulchræ cogitationi anſam exhibuit. *Chriſtus ſic ſuos ornauit ſanctitate Diſcipulos, vt communem incederent per viam; ne ſi mira eſſet illorum conuerſatio, homines non allicerent; ſed potius abſterrerent.* Preme illam particulam: *Ne, ſi mira eſſet illorum conuerſatio.* Certè mira eſſet, poſita in miraculum videretur, ſi ſe diuites ſimul ac Sanctos exponerent. O miraculum!

Adamus.

Vbi Matthæus à diuitiis abſtrahitur, & quam ſanctitatis init viam. Mat. 10. Chryſ. Mat. 9.

Nolite (ait Dominus) *poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris.* Mat. 10. Vbi Chryſoſtomus hom. 47. *Cum Apoſtolos ad prædicandum mitteret, non dixit ieiunate; ſed quidquid vobis apponitur, comedite. De pecuniis autem quam exactiſſimè mandauit, dicens: Non poſſideatis aurum, &c.* Curat Dominus Matthæum ad virtutis ſtudium aduocare, & à diuitiis abſtraxit. *Vidit hominem ſedentem in teloneo, & ait: illi ſequere me. Et ſurgens ſecutus eſt eum.* Mat. 9. Ad quæ Remigius, *Officij ſui rationes imperfectas reliquit. Vnde ſequitur, & ſurgens ſecutus eſt eum. Et quia terrena lucra deſeruit ideo iure factus eſt Dominicorum talentorum diſpenſator.* Preme particulam, *Quia*, & *Ideo*. An non poterat ſimul diues eſſe, & diſpenſator talentorum Apoſtolicarum virtutum fulgore coruſcans? Reſpondet. Ghiſlandus Dominicanus inquiſitor, dum quæritat, *Cur Matthæus non relinquitur in diuitiis; & Apoſtoli in retium poſſeſſione?* Reſpondet acutè, *Ne miraculosè eſſent ſancti,* Mirabile enim quodammodo eſt, diuites fulgorem ſanctitatis emittere.

Neceſſaria ne diuina potentia, vt aquila eleuetur: vt Regius diues ad ardua virtutis cacumina aucleat. Iob 39. Gregor.

Iobo Deus, *Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & ponet in arduis* nidum ſuum, in petris manet, & in præruptis *ſi icibus commoratur.* Cap. 39. Vbi Gregorius aſſerit aquilæ nomine diuites Regios viros aſſignari, qui ad virtutum verticem eleuantur, ac in pœnitentiæ rupibus contemplationi ſtudent. An huiuſmodi volatus fit ad hominis præceptum, ad ordinarias humanitatis leges? *An ad præceptum tuum* diues Regius eleuabitur ad virtutum verticem? Minimè; quia contra morem communem eſt, diuitem virtuti litare obſequium. Id planè ad Dei præceptum ſpectat, *Dei potentia perficitur.*

Zachæus poſitus in miraculum, quia Princeps & diues ſtuduit ſanctitati. Luc. 19.

Poſitos *Deo in miraculum* Zachæum, & Ioſephum Epiſcopus aſſeruit Auſonius. Quidnam mirabile elucet in Zachæo. *Ecce vir nomine Zachæus, & hic erat Princeps publicanorum, & ipſe diues.* Hic, non dimiſſis diuitiis, meruit à Domino intrante ſanctificari: *Hodiè ſalus domui huic facta eſt.* Luc. 19. *Ecce* miraculum. An non mirum, camelum per foramen acus intrare? Mirum prorſus Zachæum Principem & diuitem, viam ſtrictam perfectionis inire. D. Bonauentura *Zachæus Princeps & prædiues, cum eſſet Camelus intrauit per foramen acus, & foramen dedit diuitibus intrandi in cœlum.* Scio aliquem Doctorem aſſeruiſſe, Zachæum Camelum pondus diuitiarum depoſuiſſe, vt poſſet ſtrictum foramen inire. At particula illa: *Cum eſſet camelus* ipſum exprimit minimè aptum ad ſtricti inſtituti profeſſionem. Excitato ergo quodammodo miraculo Camelus init foramina ſtricta, diues Princeps pœnitentiæ, ac perfectionis ſtudet auſteritati.

Bonau.

Ioſephus poſitus in miraculum, quia Prorex, & diues extitit perfectus. Hieron.

Poſitus autem & Ioſephus in mirum, qui quidem factus Ægypti Prorex exundans diuitiis, curru vectus viam triuit perfectionis. Hieronymus Epiſt. ad Saluinam. *Ioſeph in egeſtate, & in diuitiis dedit experimenta virtutum: qui & ſeruus, & dominus docuit animæ libertatem.* O diuinæ omipotentiæ documentum. Borgia Gandiæ Dux Prorex, diues ſimul expoſuit fulgores ſanctitatis? Poſitus plane Domino in miraculum.

***

Ii 3 OBSERV.

Obſervat. II.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Domino Franciſcus plura terrena bona litans, innumera ineffabiliter ſpiritualia, ac cœleſtia recepit.

Mirum in modum vel hîc ſuperat præmium virtutum obſequia.

5. PRæceperat Dominus ſuos præcingi, ac conſtringi famulos ad profectionem, de qua Abræ: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui*, Gen. 12. Profectò egreſſis illico ſpiritualia, ac cœleſtia munera impertitur in fulgentibus aſſignata lucernis.

6. *Multa Borgia bona reliquit pro* Iesv.

Difficilior planè Borgiæ præcinctio, qui tot ſecularia bona habebat, quæ perfectè relinqueret, Lombay Marchionatum, Ducatum Gandiæ, Magnitudinem Excellentiam, filios, diuitias, famulos, Cæſaris amicitiam, quam plurimi ducebat; commoditatem corporis, & (quod omnia ſuperat) propriam voluntatem, intellectumque, vt obedientiæ hominis litaret obſequium: ſe ipſum denique dereliquit & affectu cuncta mundi huius poſſibilia bona. Quid nam ergo à Dei munificentiſſimis manibus, vice verſa, receperit?

7. *Tale Dei donum, vt pro vnda terrena, totum fontem Cœleſtẽ impendat.* Ioan. 4. Chryſoſt.

Poſtulat Ieſus à fœmina Samaritide aquæ potum, & loco præmij pro minimo obſequio gaudij æterni fontem promittit. *Mulier da mihi bibere.* Illa pigritans obiicit, Quomodo tu Iudæus cùm ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana. *Si ſcires* (Chriſtus replicat) *donum Dei.* O mulier, ſi agnoſceres quantum donum pro paruo obſequio Deus impertiatur, minimè morareris: *Tu forſitan petiiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam*, Ioan. 4. Vbi Chryſoſtomus, *Bibere poſcit, non bibere volens, ſed potum verum dare. Da mihi bibere, vt tibi dem bibendam aquam immortalitatis.* Si tale *donum Dei*, ſiue huiuſmodi eſt donandi deſiderium, vt petat, vt det: poſtulet, vt rependat: & pro aquæ materialis vnda totum perennis felicitatis fontem elargitur: quid Borgiæ pro tot bonis dimiſſis redonaret?

8. *Borgiæ omnem locum terrenum conculcanti ob* Iesvm *omnis cœli tabernacula quodammodo promittuntur.* Deut. 11. Origen.

Dominus profatur Hebræis, *Omnem locum, quem calcauerit veſtigium pedis veſtri, vobis tradam*, Deut. 11. Ad quæ Origenes hom. 2. in Ioſ. *Omnem locum, quemcumque aſcenderitis veſtigiis pedum veſtrorum, vobis dabo eum.* Refert Doctor ad præmium in Cœlis reſpondens terrenorum bonorum conculcationi. Collocat quis pedem, vt partem ei reſpondentem terræ conculcare valeat? Integrum locum manſionis in Cœlis acquiſiuit. *Quæ ſunt loca, quæ aſcendimus veſtigiis pedum noſtrorum. Tunc verè aſcendiſti loca celſa, quæ à Deo in hæreditate percipiet. In domo Patris manſiones multæ ſunt.* Qui vnicam calcat terrenam manſionem vnicam cœleſtem manſionem acquirit. At Borgia tot terrena loca conculcans plures in ſuperis manſiones accepit.

Parum pro Iesv ſe reliquiſſe Borgia exiſtimaret, ſi ſeſe minimè reliquiſſet. Suum quidem vnigenitum, ſiue ſe ipſum Domino litauit. Quodnam, quæſo Deo muneratori præmium dignum pro oblato vnigenito poteſt excogitari? *Tolle* (ad Abraham Deus) *filium tuum vnigenitum, quem diligis Iſaac, & offeres eum in holocauſtum*, Gen. 22. Et quánam præmij commutatione tantum Domino munus apponitur. Profectò Deus pro vnigenito hominis oblato Vnigenitum Dei retribuit. Accipe pro Iſaaco Iesvm Dei Filium Vnigenitum. Chryſoſtomus, *Dixit Deus: da mihi Iſaac filium tuum: non quòd accipere vellet filium, id dixit; ſed quòd proprium Filium ei largiri vellet.* Deus admittit voluntatis Borgiæ oblatæ vnigenitum, & pro munere ei redonat Iesvm. Ad Societatem Iesv addicitur. Nec enim tantum holocauſtum à Domino munificentiſſimo minori retributione donaretur. 9.

Offert Borgia Deo ſuæ voluntatis filium vnigenitum, & recipit Iesvm, *Ieſu ta ſollio.* Gen. 22. Chryſoſt.

Obſervat. III.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Borgia funebrium lucernarum obiectione, ſiue memoria mortuæ Imperatricis armatus, hoſtes horribiles animi ſuperauit.

Et quidem ex mortis memoria homines ad ſuperandos hoſtes mirum in modum roborantur.

IVſſerat Dominus, ſuos ſeruos fortes milites præcingi ad bellum horribile, ab hoſtibus inuiſibilibus indictum. Mox armare eos curans, adiicit lucernas accendendas. In quibus planè ex Gregorij mente funereæ mortis faces ſuccenduntur. Vt fortiùs decertare poſſitis, ait, exiſtimate, iam lucernam tenentes, mortis ſubire anguſtias: *Similes* planè *hominibus*, qui iam Iudicem aduenturum expectant, Hoſtes tribus in vigiliis minaces accedent proculdubio ab armatis mortis memoria militibus ſuperandi. 10.

Franciſcus de Borja Marchio de Lombay, Gandiæ Dux, Regum filius, Principum parens, Imperatoris Caroli V. Miniſter illuſtriſſimus. Ab hoc immiſſus Granatam, vt Imperatricis Eliſabethæ, quæ pulchritudinis miraculum extitit auguſtum deferret cadauer. Cùm autem commiſſi corporis facienda eſſet traditio, arca aperitur, & ſimul ad nares & oculos horribilis præſentatur ſpecies. Sic pulcherrimum horti germen marceſcit ſicut agri gramina: ſic corruptio naturæ medetur ſeductioni. Dubitatur, an ſit illud pulcherrimæ cadauer Imperatricis? Borgia affirmante, puto 11.

Mutatur Borgia ex cadaueris Imperatricis affectu.

ex

ex adhibita cura, corpus auguſtum eſſe: ſed planè nec agnoſco, nec auſus fuerim abſolutè iuramento firmare. Hinc Dux mutatus Imperatricis exſurgit è cinere, menteque & ore ſæpè inclamitat, Hæccine eſt iſta Iezabel? Hæc ne terrena Deitas, cui cuncti genua flectere properabant? Hîc coma volitabat auro coronæ certamina indicens. ? Hîc frons rutilabat luminum illorum cœlum, firmamenti ſtellarum. Hîc Iridi gemino omnis tempeſtas litabat obſequium? Hîc genæ & labra bellum fragile florum referebant. O læſa pulchritudinis Maieſtas. Quàm non ſapiens, qui quaſſata arundine nititur!

12. *Armatur Borgia aduerſus hoſtes inuiſibiles viſione illa, ſeu memoria mortis.* Iob 7. Nyſſe.

Profectò Imperatricis defunctæ memoria Franciſcum aduerſùs cunctos hoſtes inuiſibiles obarmauit. Aiebat Iob, *Militia eſt vita hominis ſuper terram*, Cap. 7. Queiſnam ergo armis ad continuum bellum nos natura muniuit? Cuncta animantia naſcuntur armis cincta, leo vnguibus, cornibus taurus, tigris & canis dentibus: Rex autem homo ſolummodo nudus, & inermis? D. Gregorius Nyſſen *de vit. Moyſi* reſpondet acute, armatum ex vtero iam prodiiſſe, quia cinctus pilis oſtentatur. Pilis protegitur? Proh armamenti potentia! An non potentiſſimus cœleſtium exercituum Dux aliquando de capillorum vulnere conqueritur? *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui*, Vndenam comæ muliebri vis tanta? Nyſſenus, *Pili mortem oſtendunt*, quia ipſi vita carent. Ergo totus homo armatus inſurgit, cùm ex vtero exoritur. Cogitationes in capite reſidentes capitis corna proteguntur. Oculi, ne viſu vulnerentur, ſuperciliis ac palpebris obarmati? Quænam viſus acies ad pulchritudinis minacis exercitum non pugnax prodibit tot cadauerum clauſulam penetrans?

13. *Capilli à natura nobis prouidentur in arma.* Syneſ.

Pulchrè aiebat D. Syneſius encom. de caluit. *Ne homo arrogantius inſoleſceret, ſi nulla ei eſſet cum perituris rebus ſocietas, aliquot ſui partibus pilos habet. Vita ſi quidem carent hi, & viuentibus vita expertes adnaſcuntur.* Haud homo deperibit imbellis, ſi corporis œconomiam contempletur: tot enim cadaueribus ſe comperiens accinctum, ad quoſque inuiſibiles hoſtes vincendus minimè, properabit.

14. *Saul aduerſus Diabolũ memoria mortis Rachel pulcherrimæ à Propheta armatur.* 1. Reg 10. Lyran.

Saul olim, vt Samuelis prophetia impleretur, iuxta ſepulchrum Rachel duos viros adinuenit. *Inuenies* (ait Propheta) *duos viros iuxta ſepulchrum Rachel*, 1. Reg. 10. Aſſerit Lyranus haud potuiſſe tunc viros à Saule inueniri iuxta Rachelis tumulum quod iuxta Bethleemum erigebatur, cùm Saul viros inuenturus fuiſſet in termino Beniamin. Vnde myſticè locus exponendus. Dux Iſrael à Propheta aduerſùs Diabolum horribiliter inſurgentem aduerſùs eum, curat armare. Præ oculis habeas ô Rex Rachelis ſepulchrum, vt fœdum cadauer contempleris Reginam pulchritudinis. Quàm facile inuiſibiles hoſtes, ſuperbiam, iracundiam ſuperabis!

15. *Gedeon contra inuiſibiles hoſtes fragilitatis humanæ meditatione armatus incedit.* Iudic. 6.

Nouo armorum genere ſuos Gedeon inſtruxit, ſingulis ſingulas tubas tradit, & lagenas, ſeu ollas luteas, vacuas quidem, vt faces accenſæ in his deliteſcerent. *Cumque per gyrum caſtrorum in tribus perſonarent locis & hydrias fregiſſent*, &c. Iudic. 7. Porrò lagenarum fragor ita repentino pauore Madianitas conſternauit, vt mutis ſe vulneribus cæderent. Vndenam Hebræis victoria tanta? Barradius noſter *To. 2. Lib. 2. Cap. 25.* moraliter hunc locum accommodat ad memoriam mortis ac cineris, in quem fictilia, licèt pulchra, noſtra mortalia corpora ſunt redigenda. Hac memoria fortiſſimi milites armantur, vaſa pulchra, dum integra, confracta ante oculos, obiicientes vitiorum, dæmonumque conſternant exercitus. Rupertum ad hac mentem allicio ad Cap. 4. Mat. *Quid ſi corporum fragiles hydriæ confringantur? Exinde milites fideles fortiùs præliabuntur.*

16. *Triplici in vigilia Borgia animi hoſtes vicit mortis Eliſabethæ memoria.*

Properauit ad pugnã Franciſcus Dux fortiſſimus Imperatricem Rachelem mente verſans fœditate mortis correptam, fictilem hydriam confractam: quid non armamento inuiſibiles ſuperaret hoſtes triplici in vigilia irruentes? ſuperbiam vicit terrenum calcans Principatum, Imperatorum conſortia, munerum magnitudinem in ſeculo: in Religione autem ſacræ purpuræ non ſemel honores, cuncta humilitatis munia gerens oſtiarij, mercenarij, coqui, imò coqui miniſtri. Tota nocte ſuper Patris venerabilem faciem ægrotans ſocius ſaliuas emiſit: comperienſque prima luce os Borgiæ velo fœtido obtectum, (nec enim patiens abſterſerat? mortificationis ſtudens diuturnitati) cur, inquit, ô Pater, non me monuiſti? cui Diuus: Dic mihi, precor, an tota in domo potuiſſes angulum viliorem inuenire, in quem poſſes expuere: Cùm per plateas incedebat, mirabatur vehementer artificum mechanicorum patientiam, qui videntes eum maximum peccatorum non aſſurgerent irati, & inſtrumentis officiorum in eum iactis, proclamarent, (exprimam vulgariter) *Ardel infierno, ardel infierno.* Apud inferos autem cauſam ſui animi accuratè euoluens, iudicabat ſibi ſub Iudæ pedibus præparari debere domicilium. Adeſt ſecunda in vigilia pugnatura auaritia, quam cunctarum rerum dimiſſione confodit, attritis veſtibus Religioſus vtitur, ſine neceſſario itineris apparatu proficiſcitur, nulla cubiculum commoditas ornat, nihil vnquam vel muribus comeſtibile inibi reperitur. Cùm itinera agit, ſoli, ac glaciei nudum obiicit caput, aſſerens cunctis in hoſpitiis ſe vrbaniſſimè & commodiſſimè exceptum; quia cognitionis propriæ cubicularium præmittebat. Certamini, tertia in vigilia, luxuries præſentatur, quæ videns Franciſcum Ducem coctis ac conditis aqua oleribus veſcentem (cum conſidentibus ad mẽſam eandẽ delicata ac dulcia epula miniſtrarentur:) ſola aqua potatum: cùm aſpicit ægrotum ſitientẽ amariſſimis pharmacis recreari, intempeſtis noctibus, ne excitaret fratres dormientes, oſtio hæreſcere ſub dio vim niuis copioſæ excipientem; octingentis ſe ſe quotidie vulneribus diuerberantem; ab ſpe cadens hoſtium horribilior, non audet eum excitare in arenam. Quomodo enim à carne vinceretur, qui tot aſperitatibus ſe ſe carne expoliauerat, & oſſeus fuerat omnino redditus? O mortuæ Eliſabethæ memoria noſtræ gloria Societatis, ſi ex tuis cineribus phœnix Borgia exortus obiicitur!

OBSER.

OBSERVATIO IV.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Princeps Borgia conteritur, vt mundum relinquat, Ex Imperatricis mortuæ conſpectu: agnoſcens ex Auguſtæ obitu, principes communi conſtantes fragilitate.

Aſſero, mortem Principum efficaciſsimam eſſe, ad lapidea corda emollien-dum.

17. INſto Auguſtæ corporis horribili aſpectui, ex quo Borgia adeò reuerſus eſt alter, vt decreuerit quam primum à mundiali faſtu abſtrahi; imò ſi à coniugio ſolueretur, Regulare inire inſtitutũ. Lapidea corda Principum mors aſſolet emollire: quid mirum molliſſimum Ducis pectus ad maiorem iuſtitiam excitaretur?

18. Ex Ægypto mundiali exierat, & minimè reuertitur in Ægyptum, qui viuere iam curabat in ſeculo, ac ſi omnino eſſet à ſeruitute liberatus. Mors enim Principis in manu potenti, & brachio excelſo aſſolet ab Ægypto eos extrahere, qui fortioribus vinculis illigantur. Moritur Princeps Iſraelitici populi Iacobus in Ægypto, & filij eius ab innumerabili cœtu comitati eius cadauer ad terram promiſſionis aſportauerunt vt patrio ſepulchro amandaretur. *Venerunt* (ait Moyſes) *ad aream Arad; quæ ſita eſt trans Iordanem*, Gen. 50. Quonammodo potuerint poſt dies itineris in area Atad conſiſtere, ſi hæc iuxta Ægyptum adiacebat. Reſpondet Auguſtinus à recta via diſtractos, & per circulos eſſe profectos. *Per eremum venerunt cum Principis ſui corpore, qua via populus Iſraël, ductus eſt poſtea per Moyſem ab Ægypto liberatus.* Quare autem Deus prouidit, deportantes Principis cadauer præfiguraſſe Hebræorum ab Ægypto liberationem? Crediderim, vt innuat quemadmodũ in manu potẽti, & brachio excelſi populus egreſſurus erat ab Ægypti captiuitate: ſic in manu eadem liberabitur ab Ægypto quicumque defuncti Principis deportat cadauer. Quomodo nõ liberaretur ab Ægypto, ſolueretur à vinculis Borgia Auguſtæ qui defunctum corpus deportauerat? Potentiſſima enim Principum mors ad cordis duriſſimi conſtantiam, ſeu pertinaciam perfringendam.

Mors Principis obiecta Borgiam ab Ægypto in manu potenti abſtraxit quia potentiſſima eſt ad robuſtiſſima debellanda.
Gen. 50.
Auguſt.

19. Myſticè expono Salomonis Prouerbium, *Dux indigens prudentia multos opprimet.* Prou. 28. Dux deducitur à verbo Hebræo, quod mori ſignificat, quam quidem ſignificationẽ etiã vox *Princeps* reddit. *Princeps* ergo *mortuus multos opprimet*; quemadmodum ædificium excidens aſſolet incolas opprimere. Quis enim ſibi obiiciat Principem humanæ fragilitati addictum, qui non compungatur?

Principis obitus facit corruere contumaces quoſque.
Prou. 28.

Obiit Rex Ieſus, & illico lapides confringuntur: & quod mirere magis, Iudæi compuncti olim lapidei ſua pectora contudere. Percutientes pectora ſua reuertuntur cerei, qui lapidei aduentarant, Mat. 27. Quid non Regis mors in hominum præcordiis operaretur? 20.

Mortuo Rege lapides franguntur, & lapidea corda molleſcunt.
Mat. 27.

Quod ſi obiicias Dei hominis mortem lapides comminuiſſe, quia Deus moritur, non quia Princeps: mundialem Regem Alfonſum ad memoriam reuoca, cuius in obitu lapides emolliti lacrymas profudere. Lucas Tuden. Epiſcopus ſcribit, lapides Altaris D. Iſidori octo diebus liquorem emiſiſſe abundanti irrigatione. Regalis illius religioſiſſimi Conuentus Canonici congregantur, preces effundũt; prodigij requirentes commonitionem *Reuelatione* (inquit ille) *superna oſtenſum eſt, Regem Adelphonſum tranſactis octo diebus migrare ad Dominum.* Non ſolùm enim præſens mors Principis, ſed & proximè futura vel lapides cogit lacrymari. 21.

Moriturо Rege, lapides plorant.
Lucas. Epiſco.

Videns Franciſcus Dominam ſuam morti commune tributum ſoluere, nimium Adamas eſſet, ſi illico ex mortificationis exercitiis Cruci non ligaretur vt mortis tributum viuens ſolueret. Petrus ſolida petra Regis morientis reſpectione emolleſcit ad crucem ſufferendam. Requiritur à Ieſum Cæſarium tributum, & profatur Petro, *Da eis pro me, & pro te*, Mat. 17. ſi non petitur tributum ex Petro, ſed ex ſolo Ieſu, cur Ieſus, vbi pro ſe dari iubet tributum, ſimul Petrum reddere imperat, ac ſi ab eo exigendum etiam fuiſſet. D. Zeno pulchrè reſpondet contemplatus tributum illud quo à Principe exigitur, eius mortem, ac Crucem figurare. Certè Domino, ac Rege moriente non poterat non Petrus petra planè confringi. Illicò ad mortificationis, & abnegationis Crucem accurrit vltroneus; quia Principis mors, vel lapideos emollit ad obſequium. *Alius* (Dicit Ieſus) *cinget te & ducet quo tu non vis*, Ioan. 21. Lapideum ſe ex naturæ conditione Petrus oſtentabat. Attamen molliſſimus poſt modum Cruci alligatur. Vndenam? Quia viderat Regem morientem. *Dabis* (inquit Doctor ſer. 8. de ſomn. Iacob) *tributum pro me, & pro te. Id eſt, meam videbis Crucem, & tu Crucis tua dignitate gaudebis.* Gaudet ex Crucis, ſeu mortificationis alligatione, qui oculis obiicit Principem occumbentem. Mors enim Auguſtæ potens eſt lapides emollire. 22.

Mortua ſoluente tributum Auguſta, Borgia abnegationis Cruci alligatur.
Mat. 17.
Zeno.

OBSERVAT. V.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Borgia viuens, & valens ſibi funereas faces accendit, vt cuncta relinquens, priuſquam ab illis relinquatur ſe perfectiſſimum vel in ſeculo oſtendat.

Poteſt quis ſeculari in tumultu vitam gerere

rere Religioſam, in tepidorum Regularium confuſionem.

23\. EX mēte Gregorij illæ lucernæ funereæ ſunt faces. Cur Dominus ſuccendi eas imperat, cùm valet ſeruus, cùm miniſteria ei ſollicitudinis vitaliſſimæ indicuntur: *Confeſtim aperiant ei?* Quia perfecti famuli viuentes moriuntur, vt cunctis ſe expediant, ac ſi ad tumulum mox eſſent deferendi.

24\. Franciſcus ſe mortuū excogitauit poſt traditum in Granata Imperatricis cadauer, funereas faces ſuccendit: & velut illico moriturus, imò iam mortuus, cunctas ſeculi diuitias, munia, vxorem, filios, familiares reputauit alienos: ſatur iam vita, cum nondum canorum apparuiſſet argentum. Mortuus olim Iſaac diebus plenus Gen. 35. Caietanus. *Diebus ſatur.* An ſenex ſanctus tunc demum diebus ſatur oſtenditur, cùm diem agit nouiſſimum? & non antea? Perfectus planè Iſaac, ac conſummatus obit, qui ſe dierum, ac rerum mundialium ſaturum oſtentat. Sed neſcio an perfectior, ac cor ſummatior Borgia viuat, qui ſe ante ſenectutem longè ab obitu diſſitus ex ætate, iam ſe omnium rerum ipſiuſque vitæ ſaturum obiecit ex cunctorum abdicatione?

An Borgia Iſaaco perfectior, qui ſatur dierū ante ſenectutem oſtenditur.

25\. Vt Theodoſij D. Ambroſius perfectionem exaggeret, aſſeruit illum viuentem, imò victurum omnia reliquiſſe mundi ſaturum: vnde glorioſiſſimo exitu, terminatur. *Nihil glorioſius* (ait Orat. de Theod.) *exitus tanti Principis habuit, qui omnia iam filiis tradidiſſet, Regnum, poteſtatem, nomen Auguſti.* Paulo ante mortem feliciſſimam, tradidit Theodoſius cuncta filiis, & inde glorioſiſſimus obitus prędicatur? Quanto glorioſior exitus Borgiæ, qui non moriturus, ſed ad Regularem vitam tranſiturus, vbi diu victurus erat: imò permanſurus, aliquot annis in ſeculo, omnia perfectè reliquit Ieſu in domibus Regum præferens nuditatem?

Theodoſius priuſquam moreretur, omnia dimiſit: quaſi Religioſus in ſeculo. Ambroſ.

26\. Et quónam modo poſſet Dux diuturnam mortem abnegationis in Religione validiſſimè ſuperare, ſi non priùs in ſeculo mundum deuiciſſet? A Ieſu didicerat, de quo Paulus, *Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus. Nouiſſimè autem inimica deſtruetur mors,* 1. Cor. 15. *Vbi Chryſoſtomus, Quomodo mors nouiſſima? Poſt omnes, poſt Diabolum, poſt cætera omnia.* Si tam difficile eſt mortem cōminuere, & oporteat primum reliquos hoſtes ſuperare: & facilis eſt victoria iis, qui priùs reliquos hoſtes ſuperarunt: iam oſtenditur, vnde nam tam facilis Borgiæ diuturna Regularis mortificationis Crux: ſuperauerat perfectè priùs animi hoſtes, illuſtriſſimas in ſeculo reportando victorias.

Borgia in ſocietate diu mortem ſuperauit, ſeu mortificationē paſſus eſt, quia in ſeculo mundū perfecte vicit. 1. Cor. 15. Chryſoſt.

27\. Ita ſe Franciſcus vel exiſtens in Curia Proregem in Catalumnia gerens, à cunctis affectū, rebus ſecularibus abdicauit: vt poſſent ad ipſum Religioſi perfecti accurrere, Ieſum fugientem fortaſſe ab eis inuenirent. Aliquando Ieſuita ſponſa Ieſum dulciſſimum requirens ad Vrbem Ieroſolymam è deſerto profecta eſt. *Per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea,* Cant. 3. *Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem: Nunquid quem diligit anima mea, vidiſtis?* O dilecta, quem in Religionis clauſtris non inuenis apud Curiam in plateis requiris, à vigilibus ciuitatis quæritas, vbinam ille commoretur? Profectò ſponſa poteſt à vigili aliquo ciuitatis cuſtode de Ieſu præſentia interrogare. Pergat ad Borgiam Proregem ciuitatum Catalumniæ Cuſtodem vigilem, cuius in domo Religionis clauſtrum effecta inueniet Ieſum. Gilbert. Abbas *ſer. 5. in Cant.* Viſus mihi domum Borgiæ in ſeculo commorantis mente obieciſſe, cùm profatur. *Non dedignatur etiam ab iis, qui foris ſunt, qui nulla arctiori vitæ regula conſtringuntur, mutuare virtutis inſignia: reputans feruentiorem ibi affectum.*

Agens Proregem Catalumniæ priuatus Ieſuita erat, Religioſorū ſpecimen aſſerens ſtatum ſuum. Cant. 3.

Pudeat me Religioſum plus ſecularem erga Ieſum affectum eſſe, quàm qui tot illigor præceptorum catenis. ſit Borgia vobis Abel Paſtor ouium, dum Proregis munus obit: ſit tepidus Ieſuita Cain agricola. Illius munus regere gregem, cui Philo hominum gubernationem comparauit. Meum officium agrum propriæ animæ, & vineam proximorum colere. Abel Dux ſine Dei mandato exerit innocentiam: ego ex præcepto Dei addicor miniſterio: *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo,* Gen. 3. Quàm magna Ieſuitæ confuſio, Ducem ſecularem gratum magis Numini exiſtere, quàm votis alligatum. *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain autem, & ad munera eius non reſpexit.* Gen. 4. Quid moror Lipomanum? *Fit Abel Paſtor pecorum, Cain agricola. Ambo quidem habent ſancta exercitia: ſed Abel ſine mandato Dei.* (ſine voto) *Cain operam dat obedientiæ, ſanctius agit iuxtà rationem operis, non tamen electionis, Rei neceſſariæ operam dat, puriora tractat, grauiùs laborat, pœnam humano generi decretam diligentiùs ſuſtinet in ſudore vultus tui neſceris pane tuo ſed fide, ac deuotione minor fuit.* Vtinam ſolus ego ſecularem immittar ad Ducem, vt edoceat amare Ieſum. 28.

Pudeat me votis adſtrictum vinci à ſeculari Duce. Gen. 3. Gen. 4.

OBSERVAT. VI.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Pro Franciſco de Borgia gerit Deus ſollicitudinem, vt alliciat ad Religionem, vbi ſolummodo à peccatoribus aſpectatus prædicat efficaciter, proximos adducit ad virtutem.

Eccleſia indiget operariis Euangelicis, qui plus operibus, quàm vocibus prædicare valeant.

CVrat Dominus flagrantes zelo animarum ſalutis Euangelij miniſtros inuenire, & ideò pro eis magnam ſollicitudinem gerere videtur. Gregorius, *Per bona opera proximis lucis exempla monſtrate.* Qui exemplo rectæ operationis prædicat tacus. *Quia meſſis quidem multa operarij autem pauci.* Ideo Pater familias ſæpe forum egreditur operarios quæritans. Cur ô Domine, tantam pro operariis geris ſollicitudinem? Quia ex exempli prædicatione 29.

pendet

pendet tanta meſſis fructificatio. Huiuſmodi operariis cœleſtia munera promittit, eos obarmat ſalutaribus monitis. *Faciet illos diſcumbere* &c. *Si ſciret Paterfamilias qua hora fur veniret,* &c. Annon apparet Domini ſollicitudo pro operariis inueniendis.

30. *Quam ſollicitus Deus circa Borgiæ conuerſionem, & adductionem ad Societatem.*

Mirabar aliquando, Deum tam ſolicitum oſtẽtari circa Borgiæ immutationem. Immittit ægritudines vt alliciat Medicus, Imperatricis morte territat, obitu dilectæ coniugis ſauciat, obiectione mundialis mendacij afficit ad vera gaudia: familiæ diſponit cauſas, facillima reddit terrenæ contradictionis argumenta, Cæſarem auerſum priùs, propitium facit. Tanti ne æſtimandus Franciſcus, vt pro eo Deus tantam gerat ſolicitudinem? Licet mihi mentem vulgari idiomate explicare? *Tanto le importa à Dios vn Borja, que hace tantas diligencias, para ganar le*; Aiebat Iob, *Quid eſt homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum?* Cap. 7. Vbi Bernardus ad Pſal. *Qui habitat* ſer. 12. *Apponis erga hominem ſic magnificatum cor tuum, geris pro eo ſolicitudinem.* Borgia Magnus in ſeculo, quia Dux; ſed maior quia Diuus. Verùm non iam Magnus oſtenditur, ſed maximus ex ſolicitudine, quam pro eo aquirendo ſibi Deus gerit. Non mirum Patrem familias ſæpè egreſſum ad requirendum operarium, qui non vocis expreſſione, ſed virtutum fulgore prædicaturus erat. *Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.* Gregorius, *Per bona opera lucis exempla monſtrate.*

Iob 7. Bernar.

31. *Prædicat ſilens Borgia ſe exponens è mundi pelago emergentem.*

E mundi pelago Franciſcus exſurgit, & priuſquàm ſocietatem iniret, dum ſe aulicis præſentat modeſtum, pudicum, veracem, plus prædicabat, quàm ſi cum Iona apud Niniuem vociferaretur, *Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur.* Cùm pelagus ſatagebat ventorum auxilio miſeram nauem abſorbere, mittitur in vndas Ionas, à ceto excipitur præparato. *Et tulerunt Ionam, & miſerunt in mare, & ſtetit mare*, Cap. 1. D. Hieronymus contemplatur Ethnicos ſeſe ad fidem recepiſſe, videntes Prophetam ad mare iactatum, & in ripa à piſce viuis redditum. An Ionas vociferatus eſt? An prædicationis egit initium. Adhuc quadraginta dies, &c. Minimè. Solummodo modeſti viri poſt naufragium aſpectus plures conuertit, quàm egregij Prophetæ vociferantes. *Ionas* (inquit Doctor) *in mari fugitiuus, naufragus ſaluat nauiculam fluctuantem: ſaluat Ethnicos in diuerſas prius ſententias mundi errore iactatos. Et Oſeas, & Amos, Iſaias, Ioël, qui eodem tempore prophetabant, populum in Iudæa nequeunt emendare.* O quot in Curia prædicatoribus vociferantibus aures non audiendi aulici, ac curiales offerunt: & prædicationi Borgiæ in ripa commorantis poſt naufragium, & veritatis Templo tabulam litantis aſpectui reſiſtere minimè potuerunt! Venationi dat operam, & quando poſt auium plura certamina, victrix auis iam vellet præpeti irruptione victa præda frui: Franciſcus oculos demittebat, vt illam Numini venatoris litaret voluptatem. Attendunt ſocij, & agnoſcunt naufragij præteriti effectus, & plus illa compunguntur prædicatione exempli, quam ſi Ioëlis tuba perſonaret.

Ion. 1. Hieron.

32. *Prædicatione patientia fructum edidit.*

O prædicatio exempli, quam efficaciter proximos adducis! Quidam correptus iracundia voluit auſu ſacrilego Borgiam vulnerare. Expandit brachia Diuus, genua flectit, veniam poſtulat in ſilentio: compungitur miſer, & à Franciſci brachiis illigatus incipit eſſe felix. *Iniecerunt eis* (Apoſtolis ſcilicet) *manus, & poſuerunt eos in cuſtodiam. Multi verò eorum, qui viderant crediderunt*, Act. 5. Non dixit, Qui audierant concionantes, ſed, *Qui viderant* illigatos, & non audierãt excitari querelas. Chryſoſtomus, *Quid hoc? Numquid viderunt, illos honeſtari? Nonne conſpexerunt ligari? Quomodo igitur crediderunt?* Illigatio enim quam non ſequebatur illico cœleſtis vinculorum confractio, infirmitatem arguebat. Vndenam ergo orta credulitas tacentibus Apoſtolis? Addit Pater, *Vides manifeſtam patientiæ efficaciam?* Prædicatio potentiſſima eſt lucernarum fulgor, exempli manifeſtatio.

Act. 5.

33. *Borgia mortuus prædicat vtiliter, Apoſtolorum gloria donatus.*

Experimento compertum eos, qui in Curia Philippi IV. Hiſpaniarum Regis (vbi Domus Profeſſa ſocietatis IESV D. Franciſci de Borgia corpore diteſcit beatiſſime) ſepulchrum Diui inuiſunt, diſcedere aut corde mutato, vt ad frugem meliorem ſe recipiat: aut triſti; quòd non omnino mundi vincula fuerint confracta. Nam Borgia vel mortuus ſanctiſſimo concionatur aſpectu. Gloria hæc Apoſtolorum reliquis à Domino impenſa, virum Apoſtolicum honorauit. Ad illa verba: *Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra*, Gen. 4. D. Baſilius Seleuc. *Orat.* 3. profatur, *Mortem quidem Apoſtoli excipiunt, nec piſcatu tamen abſtinent obita morte. Quin etiam poſt fata Domini faciunt imperata: nec preſſi ſepulchro prædicationis obliti ſunt. Nam & ſepulchra volente gratia, loquuntur.* Nonne ſanguis iuſti clamat ad me? Quidni & poſt mortem etiam clamabit peccatoribus? Ergo clamet ad Patrem. Clamitat beatiſſimum Ducis cadauer: O aulici arundinea fauoris vi nitimini? qua ſpe durationis? Iacet hic qui viuens ſeſe tumulo addixit, quia mundi agnouit vanitatem.

Gen. 4. Baſil. Seleu.

34. *Vel imago Borgiæ prædicat.*

Quid de imagine Borgiæ prædicante, & perſuadente ſui aſpectu, attexam? Vides macie confectum, vtque ſit totus oſſeus ex ieiuniis, cilicio, verberibus, ſed ſine carne fragilis. Pellis illa ſicca bellũ perſonat, oſſa arida exeruntur in lanceas. Cecinit Vates, *Extendens cœlum ſicut pelles*, Pſal. 103. Quemadmodum ſiccæ animantium pelles bellum ſonitu indicunt: ſic cœleſtes viri poſt obitum ſemper proferunt belli terrorem. Auguſtinus, *Ideo tenditur ſicut pelles, & magis tenditur, quia mortui ſunt, & poſt mortem plus intonuerunt Apoſtoli.* Sic Borgiæ imago manu oſtentans Imperatricis defunctæ caput, vultus macie peccatoribus bellum indicit, eóſque terrore vulnerat, & debellat.

Pſal. 103.

OBSERVATIO VII.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Ardebat Borgia vel in ſeculo exiſtens charitate in pauperes, qua præparatur ad Societatis ingreſſionem.

Innuo

Innuo, opera charitatis erga inopes conducere ad felicem accipiendi ſtatus euentum.

35. LVcernarum ardor omnes virtutes accendit, quia cuncta opera Diui ad vnam charitatem deferuntur, ſeu præcipuè redolent charitatem. Quæ quidem virtus decet eos, qui Dominum expectant, vt ad domum eius introducantur. Expectabat Franciſcus poſt coniugis chariſſimæ obitum Ieſum, qui ſe ad ſuam admitteret ſocietatem, & ad feliciorem euentum quidquid detrahebat à vanitate ſeculi, pauperibus largiter tribuebat. Nos edocens eleemoſynam conferre plurimum ad ſtatus accipiendi feliciorem euentum.

36. Aiebat D. Maximus hom. in Vig. Natiu. *Ambiamus ergo inueniri ante ipſum probati fide, compti miſericordia.* Expectat ſeruus vigil, qui ſponſa chariſſima Ieſu eſt, *cum lampadibus*, ſponſum excipere, ab eóque in Religionis thalamum adduci? Vt pulcherior appareat, comitur eleemoſyna, qua mirum in modum animus exornatur. Ideo Borgia comptum ſe charitatis abundantioribus tunc operibus exhibebat ſponſo.

Eleemoſyna comitur ſponſa ad ſponſum ſuum. . . . [margin note, partly illegible]

37. Quid Dauid cecinit? *Specie tua, & pulchritudine tua intende*, Pſalm. 44. cura eleemoſynæ pulchritudine ſponſo placere: ſic *intende* eius inire ſocietatem. D. Laurentius Nouar. hom. de Eleem. *Quæ alia eſt pulchritudo, quàm largitas eleemoſynæ?* Intendebat Dux fieri Regem ingreſſu Religionis, & purpurea veſtimenta ex eleemoſynæ purpura ſibi curabat aptare. Agapitus Diac. Imperatorem Iuſtinianum monens auguſtam ſuam purpuram meliori murice intingere nunquam immorituro, fatur: *Veſtimentum inueteraſtabile eſt beneficientiæ amictus: & incorrupta ſtola eſt charitas in pauperes. Quam igitur oportet, qui piè regnare vult, talium indumentorum pulchritudine animam exornare! Amoris enim in egenos qui indutus eſt purpuram, cæleſtis quoque Regni compos efficitur.* Magnus erat Borgia, ſed eleemoſynæ largioris impenſione expetebat cæleſtis Regni compos effici ingreſſu Societatis.

Intendit Borgia eleemoſynis aptari, vt à Ieſu accipiatur. Pſal. 44. Lauren. Nouar. Agapit.

Ex Magnitudine cupiens Borgia in Regnum tranſire, eleemoſynæ ſtudet.

Borgiæ palatium erat pauperum domicilium, eius menſa corona inopum cingebatur; vt poſſet clamare ad Ieſum aduentaturum, *Lectulus noſter* floridus, Cant. 1. Veni ô Ieſu, lectulus *meus* non eſt, ſed *noſter*, communis domus; menſa, lectus cunctis pauperibus: iam

38. ergo ad tuam, quæſo, deferar ſocietatem. Erat quandoque ſupellex mihi, iam careo ſupellectile. *In lectulo meo olim per noctes quæſiui, quem diligit anima mea; quæſiui eum, & non inueni*, Cant. 3. Quia meus lectus, iam noſter eſt, iam communis cunctis egentibus: quid moraris? quomodo non inuenio? *Lectulus noſter* eſt, non meus. Florido lecto excipi amas? Ergo *noſter lectulus floridus eſt*, quia communis eſt. Gilbertus ſerm. 2. in Cant. *Qui cõmunis eſt, floridus eſt, vetuſtatis nihil habens, nihil corruptionis. Quãdo verò propriũ lectulũ ſuũ dicit, nulla ibi ſit mentio floris.* Ediſce ad ſtatus felicem euentum te elemoſynæ operibus præparare, memor Rebeccæ, quæ vel ad ſtatum coniugij ſe ſe aptam Abrahami famulo exhibuit ex potu ſitienti munificè exhibito.

Cuncta Ducis communia erant pauperibus. Cant. 1. Cant. 3. Gilb.

Observat. VIII.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Adeò fulgent, & ardent Borgiæ virtutes, vt non ſit iam hominibus ſimilis: ſed vni Deo homini Ieſu poſſit aſſimilari.

Virtutes enim efficiunt homines Deo aſſimilari.

POſtquam Dominus oſtendit famulos luminarium, ſeu virtutum ornatu fulgentes: aſſerit ſimiles futuros hominibus. An poterat aliquis fulgor adeò increſcere, vt homo non iam hominibus Dominum expectantibus: ſed quodammodo Ieſu ipſi venturo Domino aſſimilentur: non quidem communi aſſimilatione, qua iuſtus Dei refert imaginem; ſed quadam ſpecialiſſima quaſi identitate, ita vt iuſtus quodammodo à Ieſu ſecundus non ſit? Borgiam aſpice, & accipies quæſtionis reſolutionem. 39.

Defert Deus Adamum *in paradiſum voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illum*, Gen. 2. Attamen abſtractum eſſe ab illo, Rupertus myſticè aſſerit: dum ſe dormientem ſimulabat, quia ſi Deus non dormitaſſet, aut dormiſſet, tantum non accidiſſet humano generi incommodum. At D. Franciſcum ad Societatis ſuæ Ieſus paradiſum adducens, eius comes aſſiduus oſtenditur, imò idem cum ipſo perſeuerat. Montem olim Moyſes ſcandit, & Ieſus Naue comes eius inſeparabalis illum ſequitur. Quàm ſit commendabilis Moyſes ex tam arcta Ieſu Societate, expreſſit Origenes hom. 1. in Ioſ. *Ieſus verò ſequitur Moyſem in montem cum quadam adiectione verbi mirabilis in eo, quòd dicat, quia aſſidebat Moyſi. Quomodo aſſidebat? Non vt ſecundus, non vt inferior: ſed vt adiutor.* Si dignitas Moyſi exprimitur in eo, quod nominis Ieſu baiulus, non perſonæ ei non ſecundus aſſideret: quàm ineffabilia oſtentãtur Borgiæ merita, quem adductum ad Societatis montem Ieſus verus ſequitur quodammodo non ſecundus? 40.

Ieſus deferens Borgiã ad Societatis paradiſum, cum eo moratur, nec vnquã abſcedit. Gen. 2. Origen.

Iam, Pater, te alterum Ieſum, ſeu potiùs eundem intueor, iam virtutum tuarum fulgores videntur ſolem iuſtitiæ præſentare. Reliqui ſocij, licèt perfectione nitidi, ſtellarum ſplendorem imitantur, tu Sol caput extollis: Aſſerebat vir ſpiritu præſtans Borgiam Phœbum eſſe, in cuius conſpectu lucidiſſimi viri quaſi extinguebantur, qui abſtracti ab eius præſentia ſtellarum fulgores imitarentur. Quid mirum, ſi quodammodo non erat à Ieſu *ſecundus*? Apparuit aliquando Ieſu *ſicut Sol*, Math. 17. Moyſes & Elias Ieſu ſocij obiiciuntur, ibidem Petrus, Iacobus, & Ioannes luminaria Eccleſiæ adſtant. Profectò Prophetæ ſtellæ erant fulgẽtiſſimæ: attamẽ in cõſpectu Solis Ieſu immotæ deliteſcebãt. Vnde Apoſtoli, *neminẽ viderũt, niſi ſolum* 41.

Borgia vti Ieſus quodammodo eſt Sol, quia ſanctorũ virorũ virtutes extinguit, dum exoritur. Math. 17.

ſolum Ieſum. Quónam abiiſtis ſtellæ cœleſtes? Myſtica illa fuga oſtendunt, in ſolius Ieſu conſpectu ſtellas intermori. Ambroſius ad Pſ.45.

Ambroſ.

Vbi gloria Domini oſtenditur, ſiderlis ſplendor abſconditur. Namque ſi ipſos ſtellarum globos Sol exortus obducit, & omnia eorum lumina mundano ſub Sole vaneſcunt: quomodo ſub æterno Sole iuſtitiæ, atque illo ſplendore diuino videri poterant ſtellæ. Vidiſti clara in nocte illud pelagus ſtellarum decertantium radiorum iactatione? Tunc non ſolùm planetæ emicant, ſed & pulcherrimæ arenæ lactea in via fulgores emittunt. Sol exoritur, & vix cacumina montium eleuatiora eius apparentibus primis radiis tinguntur, cùm turba illa luminum euaneſcit. Vbinam tot noctis faces? An properanter diffugerunt? Minimè, ſed in conſpectu Solis adminiſtrantia lumina deliteſcunt. Haud aliter Societatis viri perfecti mundi facilè luminaria, qui à Borgia abſtracti mirum in modum eluceſcunt, ad eius conſpectum abſconduntur. Quid mirum ſi non erat Ieſus ſecundus ab eo, ſed in famulo fideliſſimo Ieſu ipſe fulgebat?

42. Sed hæc identitas amplius innoteſcet, ſi Borgiæ affectus erga martyrium exprimatur. Cupiebat Diuus, pro Ieſu mori exitialiter vulneratus. Sed quia ei non licebat, ex obedientiæ fræno, barbaras Regiones inire, vbi martyrij palmæ adnaſcuntur: decreuit ſe ſe ſibi tyrannum agenti tradere trucidandum. Tam dirè corpus vulnerat verberibus, ieiuniis, ciliciis reliquiſque aſperitatis actionibus, vt id quotidie mori cogeret. Vnde præmio Martyribus præparato donatus eſt, dum efficitur Altaris Chriſti habitator aſſiduus. Nam de Martyribus profatur Ioannes, *Vidi ſubtus altare animas interfectorum*, Apoc. 6. Vbi Auguſtinus ſerm. 10. de Sanctis. *Quid reuerentius, quid honoratius dici poteſt, quàm ſub illa ara requieſcere, in qua Deo ſacrificium celebratur, in qua offeruntur hoſtiæ?* Cur ergo Martyres efficiuntur Altaris Euchariſtici habitatores? Certè qui facti ex Martyrij oblatione victima Deo, Ieſum factum in Euchariſtia victimam perfectè imitantur. Ideo Borgiæ Altaris habitaculum impenditur, quia continuo martyrio ſe hoſtiæ Euchariſticæ curauit aſſimilare.

Borgia ſubtus altare habitat, ob identitatē cum Ieſu Martyr affectu, & effectu.

Apoc. 6.

Auguſt.

43. Quæritas, vnde probem, Borgiæ permiſſum Altaris domicilium? Certè, quia non ſecundus à Ieſu debebat in eodem tabernaculo collocari. Audias obſecro. Cùm iter ageret Franciſcus, & aliquod Templum ingrederetur mox poſt acceſſum: agnoſcebat apertè, num Ieſus Euchariſticus inibi moraretur. Lampas ſuccenſa aliquando affirmabat Ieſu præſentiam, & Borgia negabat inibi commorari. Quandoque autem lampas extincta innuebat Chriſtum abeſſe à cuſtodia, & Borgia aſſerebat in ipſa recludi. Mirauelius tradens amici, ſeu verè amantis characteres, ait, *Eſſe cum illo, amare omnia, quæ ad eum pertinent, ſcilicet ædes, quaſi ſibi ipſi pertinentes.* Quare ad ſe pertinere iudicabit? Quia cùm amicus verus non ſit ſecundus ab amato, (cum illo enim ſemper eſt) eiſdem in ædibus commoratur. Quare Borgia dignoſcit ædem ſuam, aut vacuam ſuo Ieſu, aut ab ipſo honoratam. Si ſe agnoſcit alienum ab ædibus, poteſt aſſerere, inibi non adeſſe Ieſum, ſi ſuas ædes recognoſciat, planè affirmare poteſt, ibi Ieſus eſt.

Amans Borgia Ieſum, exiſtimat, vel Ieſu domum ad ſe pertinere.

Mirauel.

Quòd ſi velis recognoſcere hanc ex actionibus identitatem: attendas, obſecro, Borgiæ geſta, ſi in eius manibus Ieſu manus expreſſas non aſpexeris. An zelus circa animarum ſalutem, quo Borgia accendebatur, non erat Ieſu? Num non erant Ieſu Borgiæ miracula? Non oculis Ieſus apparebat, ſed ex operibus adeſſe in Borgia credebatur. Pariente Rebecca *alter infans egrediens plantam fratris tenebat manu*, Gen. 25. Manum Iacob oſtentat, ſed caput operiebatur. Quis manum illam apprehendentem fratris plantam aſpiceret, qui non crederet membrum illuſtris capitis exiſtere? Diui, in quibus ſpecialiter Deus habitat, ſunt Dei manus. Exemplum exhibeo in Prophetis, de quibus Eucherius lib. 2. in Gen. *Ieſus antequam ad oculos ex vtero ſecreti procederet, præmiſit in Prophetis quandam ſui corporis partem, quæ velut manu populum ſuperbè procedentem ſupplãtat.* Qui Iſaiæ, Ieremiæ, Ezechielis, Eliæ, ac Eliſæi opera aſpicit, ſibi videtur Ieſum (cuius illi manus) conſpexiſſe. Viderit, Pater ſanctiſſime, geſta tua, tuas virtutes, ac miracula, proculdubio Ieſum operantem agnoſcet. 44.

Borgia manus Ieſu, id eſt, operibus referens Saluatorem.

Gen. 25.

Eucher.

Observat. IX.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Borgia Dux, ſanguinis nobilitate, virtutum fulgori incrementa adiecit.

Virtus enim in nobilibus ampliùs eluceſcit, & commendabilior obiicitur.

POſt aſſignatam in præcinctione nobilitatem, & magnitudinem (de qua Dauid, *Dominus regnauit, decorem indutus eſt, indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe*) ad expreſſionem fulgoris virtutum proceſſit, *Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.* Cur non iuxta pedes, quemadmodum ſeptem luminaria Ioanni oſtentantur: ſed in manibus. Porrò vt virtutum celſitudo monſtretur Nec dubium, quin nobilitas efficiat virtutes auguſtiùs fulgurare; quia eleuatus nobilis ad Dei obſequium, fidelior cunctis humilior, obſequentior aſſolet oſtentari. In ſeculo Magni, in Religione Maximi ſolent exiſtere, ipſa ſanguinis nobilitate ſtimulante. 45.

Dauid canebat, *Deus iudicium tuum Regi da, & iuſtitiam tuam filio Regis*, Pſalm. 71. Quid ô Domine ad Imperium Paſtorem Saul requiris? da iudicandi munus Regi, qui ex vi auguſtæ nobilitatis tibi perfectius reddat obſequium. Imò tum iuſtitiam, tuam ſanctitatem filiis ex Regibus exortis infunde. Ipſi enim auguſti planè non vulgariter operabuntur: ſed de nobilium more properantiores ad tuæ voluntatis exequutionem exſurgent. Liceat vulgari idiomate efferre. *Los nobles haran punto de honra de ſer mas puntuales en ſeruiros.* Semper placuit ſententia. 46.

Petit Dauid, vt Regum natis Imperiũ, & exercitatio iuſtitiæ, ſeu ſanctitatis detur. Hi enim perfectius operãtur.

Pſalm. 71.

tentia illa Sidonij ex eo commendantis Authenium, quòd ignobilis cùm eſſet, purpuram ſibi operibus acquiſiiſſet. *Sed non tibi* (ait in Paneg.) *venit purpura per thalamos.* Alij Reges naſcuntur ex Regibus parentibus: tu ô Autheni, ignobilis natus es; ſed inde commendabilior, quòd nobiliſſimi opera geſſeris. Si exortus à Regibus fuiſſes, adnata eſſent tibi virtutum exercitamenta. Si ex vulgaribus eductus parentibus tam egregius extitit operator, quòd dignus purpura iudicatus eſt: quid ſi ſanguinis nobilitas currenti pennas addidiſſet? Redeo ad Dauid.

47. *Catulus leonis, ſeu filius nobiliſſimus Tribus Iuda Dauid fortius, & inſtius operatus eſt, quã Saul.* Gen 49. Lyran.

Iacob egregia filij Iudæ facinora commendaturus, inquit, *Catulus leonis Iuda, ad prædam, fili mi, aſcendiſti, requieſcens accubuiſti, vt leo,* Gen.49. Vbi Hieronymus, *Significatur, quòd Reges ex Iuda per Dauid ſtirpem generantur.* Lyranus autem ad Dauidem fuſiùs refert. *Et dicit catulus leonis, quia cùm Dauid eſſet minimus inter fratres, tamen conſtanter iuit ad pugnandum contra Goliam gigantem.* En minimum fratrum tam illuſtrem egit militem, qui potuit Goliath interficere. Quare? Quia catulus leonis, quia filius Ieſſe, ſiue Iſai, Regum quidem radice: *Egredi tur virga de radice Ieſſe.* Quid mirum Saulem virum ab adoleſcente victum fuiſſe, (dum ille non audet ad ſingulare certamen procedere: hic geſtit cum potentiſſimo hoſte dimicare) ſi Dauid è nobiliſſimo Iudæ ſanguine exortus, vires ex nobilitate exerebat præſtantiores?

48. *Gaudet Pharao, & aulici, Ioſephi nobilitatem agnoſcentes, quia eius opera auguſtiora apparent cũ ſciũt, à nobili, & nõ à mancipio geſta eſſe.* Gen.45.

Ioſeph ex mancipio Putipharis fit Prorex Ægypti, dignus ſceptro; quia iuſtitiæ fulgores emittebat, ſubueniens egenis, afflictis ſolatium impertiens, populum fame preſſum paſcens. At quia merita eum imperium addixerant, dubij hærebant, qui cuperent, eum perfectiſſimè id munus obire. Vndenam, precor, in dubitationem incidiſtis? Mancipium ortus eſt Ioſeph, vndenam ei iuſtitiæ dexteritas? Poſt tempus pater Iacob, eiuſque fratres ineunt Ægyptum, agnoſcitur ſtemmatis Proregis fulgor, & vident Ægyptij Ioſephi actiones filias illius extitiſſe nobilitatis. *Venerunt fratres Ioſeph, & gauiſus eſt Pharao, & omnis familia eius,* Gen.45. Vndenam Regis, ac aulicorum exultatio, ſi Rex cogitur dona auguſta pluribus impertire, & aulici plures ſortiuntur, queis obſequium impendant? An lætantur ob Ioſephi incrementa? Certè, ſi Rex lætitia afficitur, quia Ioſepho erat debitor, tamen aulici non aſſolent immediatis Principis familiaribus miniſtris ira affecti eſſe, vt eorum applaudant felicitatem. Vndenam ergo lætitia illa habuit exortum? Author Catenæ Græcæ pulchrè reſpondet. *Gauiſus eſt, nec mirum. Agnouerat enim ille non ſeruum ignobilem rebus ſuis præpoſuiſſe, ſed ingenuum ex antiqua proſapia. Alij vero, quòd libentiùs tali Præpoſito obtemperabunt.* Quidnam verò poſt actiones redemptionis Ægypti intererat cognitio illa nobilitatis Ioſeph ad lætitiam cunctorum? Certè licèt non poterat ex cognitione illa addi perfectio geſtis Ioſeph, æſtimatio ad eorum commendationem additur adeò, vt iam & auguſtiora appareant, & digniora commendatione exponantur.

Author Cat. Græc.

49. Quid moror Borgiæ mei magnalia? Ortus ille Princeps è Regio ſanguine, Gandiæ Dux. Sic in ſeculo, & in Religione operatus eſt, vt geſta eius agnoſcerentur filiæ nobilitatis à gratia mirum in modum eleuatæ. Tantus virtutum fulgor, vt nullus poſſet addubitare, è nobiliſſimo ſtemmate exacui. Aſpicias, precor, dorſum Diui ſingulis diebus ex octingentis verberibus ſacrum cruorem profundentem. En Regiæ nobilitatis documentum. Rex Chriſtus ex eo ſuum manifeſtat Imperium, quòd ad filiorum nutritionem ſanguinem emittit. D. Valerianus hom.16. *Diſcite ergo ex hoc Deum diligere, qui ſe quotidie cœleſti Imperio ſanguinis ſui effuſione commendat.* id eſt, ſe commendat, ſeu oſtendit Imperatorem cœleſtem, dum ſanguinem profundit quotidie in Euchariſtia ad filiorum vitam. Borgia egregius Chriſti Ieſu imitator ſanguinem quotidie profundens ad filiorum eruditionem ſe ſe à Regia ſtirpe ortum commendat.

Borgia ſe è Regio ſanguine oſtendit, dum quotidie sãguinẽ profundit.

Valer.

50. *Et dũ aliorum curat errata operire, aperire propria, quæ non quidem habebat.* Gen. 38.

Curabat Franciſcus aliorum diſſimulare errata, operire delicta, propriaſque maculas, abluendas amplius humilitate, facilè exponebat, miratus, quòd non omnes in eum vindicatrices creaturæ exſurgerent. En aliud Regiæ nobilitatis Borgiæ indicamentũ. Culpas enim aliorum operire, ſui aperire, nobilis animi eſt. Iudas, qui Regno Iſraelitico præponitur, iam oſtendebat ingenitam nobilitatem dignam Imperio, dum enixè procurauit, Thamaris delictum operire, ſeque ſolummodo reũ oſtentare: *Iuſtior eſt me,* Gen.38. Iuſtior illa te? Abſit ô Iuda, tu enim tuam nurum minimè dignouiſti: ipſa autem delictum molita eſt faciem operiens. O virum Regno dignum, imò ô Regnum dignum tanto viro, qui manifeſtum crimen non ſolùm curat operire, ſed & nomen ei maioris iuſtitiæ imponit: *Iuſtior eſt me.* Iſidorus Peluſiota *lib.2. epiſt.*48. fatur, *Quoniam plerique delicta ſua occultantes, alios condemnant: hic autem ſemetipſum condemnauit, eamque, quæ ſtuprum admiſiſſe credebatur, ſupplicio, & cruciatu liberauit: ob eam cauſam haud iniuriâ Regiam dignitatem adeptus eſt.* Omnes Borgia Sanctos reputabat, nullam damnabilem actionem aſpiciebat, ſuos ſolummodo condemnabat: manifeſtans ſe Regio è ſanguine prodiiſſe.

Iſidor. Peluſ.

51. *Et dum punit latrones*

Cæterùm cùm Proregem ageret Catalumniæ deprædatores exitio damnabat, ſed ex benignitate executionis dignoſcebât damnati Principis adnatam pietatem. Haud Regiæ eſt nobilitatis parcere delinquentibus, cùm oportet in exemplum aliorum punire: ſed ita plectere, vt qui corripitur, imperantis benignitatem recognoſcat. Perſequitur Saulus lupus rapax Eccleſiam, & à cœleſti Rege territus, ex equo deturbatur inclamitans, *Quis es Domine?* An non aptiùs dixiſſet, Quis es leo, qui contra lupum rapacem potentior exſurgis? Vnde nam Saulus Dominum, ſeu Principem recognouit eum, qui conturbauerat, qui priuauerat viſu? An quia apertis tunc animi oculis ſe Eccleſiæ perſecutorem vidit, à Domino quidem citra meritum ſupplicio affectum? Ita planè, confirmante Chryſoſtomo hom. de repreh. ferit. *Agnoſcit Dominum, virtutem didicit ab indulgentia, in cæcitate confitetur poteſtatem.* Cognoſcit Saulus Principem eſſe punitorem, qui cæcitate perbreui corporis eum plectit, qui æterna potuit punire cæcitate. Nullus deprædator ſcandebat patibulum, qui Borgiam non publicaret Principem. Nam priùs hortabatur moriturus ad

Act.9.

pœnitndinem, mox monebatur, pœnam illam neceſſariam omnino ad plurium ſociorum correctionem, ciuiumque ſecuritatem.

52. *Rex puniat iuri hærens, ſed memor humanitatis.* Verendus Princeps, ſed ex ſeruato iure, & ſimul de humani moris recordatione. Pulchrè Moralis & Ciuilis ſapientiæ Præceptor Monit. lib. 2. canit,

Qui cæde gaudent, Regiamque rem putant,
Sæuire, longè Regia exerrant via,
Quum ſit verendo Rege dignius nihil.
Cum iuris, atque moris humani memor,
Clemenſque pectus: inde Maieſtas trahit
Sublime lumen.

Princeps ergo egregius iuris memor ſit, ad improbos corripiendos: ſed ſimul moris humani; vt correptus ipſe ex benignitate exequendi iuris dignoſcat, & revereatur Maieſtatem.

Observat. X.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Borgiæ Dominus ſe ſe non ſolùm in creaturis viſibilibus, & inuiſibilibus manifeſtauit, ſed in ſe ipſo; vnde innuitur Diui pluſquam Maieſtas Regia.

Aſſero, veram magnitudinem maiorem, aut minorem, ex maiori, aut minori ſanctitudine ponderari.

53. *Commendo Borgiæ aciē, ad agnoſcēdū Chriſtū in Euchariſtia.* LVcernæ illæ ad fidei fulgorem ex D. Maximi ſententia pertinent. Seruos fide conſpicuos poſtmodum video diſcumbentes, vt Dominus præcinctus ſpeciebus ſuo corpore ac cruore reficiat. Dominus ſeruis miniſtrabit? Certè ex fidei viuacis fulgore circa Euchariſtiæ myſterium iuſti Reges oſtentantur, queis Chriſtus vti Regibus auguſta manifeſtatione obiicitur. Celebris eſt fulgor Franciſci, quo Euchariſtici panis medullam penetrabat adeò, vt agnoſceret manifeſtè, num in ſacra cuſtodia Chriſtus commoraretur, nec ne, ſiue accenſæ lampades teſtarentur, ſiue negarent tenebræ. Aliquando enim aſſerente lampade inibi eſſe Dominum, aſſerebat veraciùs Borgia non adeſſe: tenebris autem innuentibus abeſſe à Templo luce vera, quæ illuminat omnem hominem, Borgia affirmabat, ſe inter tenebras magnum conſpicere Luminare. Ergo cum Franciſco veluti cum Auguſtiſſimo Rege eſt actū.

54. *Seruus Dei oſtēditur ille, cui Deus ſe in creaturis inuiſibilibus manifeſtat; Rex autē, virtute ſcilicet auguſtior ille, cui in Angelis.* Cùm Deus ſeſe cuidam iuſto in creaturis viſibilibus manifeſtat, agit cum illo quaſi cum ſeruo. Cùm autem ſe ei in creaturis inuiſibilibus declarat, agit tanquam cum Rege. At cùm ſeſe homini in ſe ipſo manifeſtat, innuit eum pluſquam Regem exiſtere, hoc eſt, ad ſupremum virtutis gradum perueniſſe. Seruus Eliſæi iuſtus quidem, ſed imperfectionibus obnoxius, *vidit* olim *currus*, & equos, 4. Reg. 6 id eſt, Deū victorē ſub viſibiliū equorū ac curruum aſpectauit ſpecie. *At Dauid vidit ferientem Angelum*, 1. Paral. 21. Vbi pulchrè D. Ambroſius ad Pſ. 37. *Nec te moueat, quòd perſona vilior ſerunli, quàm Regis; quia vilior & equorum, & curruum ſpecies, quàm ſanctitas Angelorū.* Deus vincens ſub ſpecie curruum & equorum à ſeruo aſpectatur: Deus autem percutiens ſub ſpecie Angeli videtur à Rege. An ſeruus ſeſe cùm Rege intendet æquare, quòd Deum viderunt? Abſit, quia ſeruo Deus ſe ſe in creaturis viſibilibus manifeſtauit: Regi autem ſub inuiſibilis ſpecie obiecit. Vnde Dauidis Auguſta interior ſanctitas oſtentatur.

4. Reg. 6. 1. Paral. 21. Ambroſ.

55. *Borgia Nuſquam Rex, perfectiſſimus ſcilicet, cui ſe Chriſtus in ſeipſo manifeſtauit.* Ergo ſe in ſeipſo Chriſtum Dei Filium viro manifeſtare, altioris dignitatis, ac ſanctitudinis eſt argumentum. Regiam itaque Borgiæ magnitudo ſuperat, Ieſum ſub ſpeciebus ablato velamine dignoſcebat. Quæritans Ieſum ſpōſa, Angelos accurrentes interrogat, *Num quem diligit anima mea, vidiſtis?* Cant. 3. In vobis video, ſed experierim, eum in ſeipſo aſpectare. Gilbertus adnotat, non dixiſſe, *Num quem diligit ſpiritus meus, vidiſtis:* Sed, *quē diligit anima mea.* Quia licèt iuſta ſponſa, adhuc erat fœminea infirmitate preſſa, nondum maſculam ad fortitudiné aſcenderat. *Cum pertranſiſſem, inueni, quem diligit anima mea.* Ac ſi diceret, vlteriùs progreſſa ad auguſtiorem perfectionem pluſquam Regina aſcendi: & mox Dilectum in ſeipſo brachiis excepi. Borgia haud aliter non iam vt ſeruus, non ſolùm vt Rex, maſculus ſpiritus effectus Chriſtum in Euchariſtia, velaminibus ablatis, aſpectat: *Inueni, quem diligit anima mea.*

Cant. 3. Gilb.

56. *Mater Borgiæ in Angelo Deum vidit, licet nondū perfectione fulgeret; quia in vtero habebat magnū filium, Dominum viſurum in Euchariſtia.* Borgiæ mater Duciſſa Gandiæ fuit quidem egregiis virtutibus decorata, ſed ſeculari perfectione ſine illa abnegatione voluntatis, quæ animū ex ſeruo Dei ad Regnum adducit: vnde ei adſcribere poſſumus *ſerua Dei* titulum, non Reginæ. Attamen Deum vidit in Angelo, qui ei apparuit prægnāti, & filij, quem vtero geſtabat, futuras glorias reſerauit. Si ergo proprium ſerui Dei Dominum agnoſcere in creaturis viſibilibus, Regis autem perfectioris, Deum videre in Angelis: quónam modo Duciſſa Dei famula, nondum perfectione illa ſublimiori Regina, Deum in Angelo recognouit, dum eius ſecreta ei ſunt manifeſtata? Porrò, quia vtero geſtabat filium, qui pluſquam Rex, perfectiſſimus vtique Dominum in ſeipſo Sacramentalibus ſpeciebus latitantem viſurus erat. Olim *Angelus Dei vocauit Agar* prægnantem *de cœlo*, Gen. 21. Quónam modo Agar, ſerua, ſiue ancilla cùm eſſet, Deum in Angelo cognouit, & nō potiùs in puteo occurrēti ei ſine Angeli admonitione? Reſpondet acutè Chryſoſt. hom. 58. *Quia iuſti ſemen intra ſe gerebat, ideò & Angeli aſpectum videre meruit.* Hoc priuilegium haud famulæ Agari conceſſum, ſed filio viri perfectiſſimi, cuius meritis Deum in Angelo recognouit. Si ergo requiris, cur Duciſſa Deum videt in Angelo priuſquam ſeruæ Dei habitum exuat, & Reginæ induat auguſtiorem? reſpondeo, Quia Borgiam futurū perfectiſſimus, Dominumque in ſe ipſo viſurum, vtero geſtabat.

Gen. 21. Chryſoſt.

57. *Angeli ad Borgiā veniebant, vt Deū in eius pectore commorantem viderent.* Auguſtius quid libet attexere. Borgia tam ſublimem ſanctitatis verticem ſcandit, vt non ſolùm Angelos viderit, in eiſque Deum fuerit contemplatus: ſed Angeli ad videndum Borgiam orantem quotidie deſcenderunt. Factum quidem Franciſci cubiculum ſcala cœleſtis, qua Angelos Dei videbat *aſcendentes, & deſcendentes*, Gen. 28. Quónam ò Cœlicolæ tendiſtis? Gen. 28.

Borgia

Borgia ad tam ſublime perfectionis gradum aſcendit, vt non ſolùm in ſe ipſo Chriſtum agnoſcat, ſed & eum continuo pectore geſtat factus imitatione, & charitatis metamorphoſi Chriſtus alter: ideo Angeli qui olim deſcendebamus ad Iacobum, quia Deum innixum ſcalæ aſpiciebamus: ad Borgiam deſcendimus, quia in ipſo recognoſcimus, imò Chriſtum alterum profitemur.

58. *Ad Magos Angeli veniunt, quorū in pectore Deus deſcebatur.* Matth. 2.

Stella Regibus Magis oſtentatur, & clamitant, *Vidimus ſtellam eius in Oriente, & venimus adorare eum*, Matth. 2. vbi Euſebius Emiſſenus aſſerit ſtellam illam Angelum ſub luminaris forma ſtetiſſe. Magi, incipientes cùm ſint, ſtellam aſpiciunt, quam reputant creaturam, Deumque in illa natum recognoſcunt: *Vidimus ſtellam eius.* Poſtquam autem è Ieroſolyma egrediuntur, *Ecce ſtella, quam viderant, apparuit eis, & gauiſi ſunt gaudio valde.* Affirmat Doctor tunc Magos agnouiſſe intelligentiam, quæ ſub ſtellæ radiis latitabat. Perfectiores nempe, id eſt, verè Reges effecti ex longa expeditione, Deum in Angelis contemplantur. Progrediuntur adhuc, & pluſquam Reges ad Bethleemum pergentes, *inuenerunt Puerum cum Maria Matre eius, & procidentes adorauerunt eum.* Iam perfectiſſimi Chriſtum in ſe ipſo recognoſcunt. Quid plura? Ab Angelis admoniti, *ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuerſi ſunt.* Cur Angeli pergunt ad Magos, quos priùs Magi perſequebantur dum incederent? Profectò, quia Magi Chriſtum geſtabant pectore, & ideo Cœlicolæ ad Dominum ſuum deſcendere conſpiciuntur. Pulchram do Euthymij ſententiam. *Antequam Puerum vidiſſent, ſtella ducatum eis præbuit. Poſtquam autem viderunt, Angelus deinceps quaſi iam Sanctos alloquitur.* Iam Angeli deſcendunt ad Magos ſanctiſſimos, quia eos Dei thronos eſſe recognoſcunt. Quidni Borgiam Auguſtiſſimum Domini domicilium eius Miniſtri comitarentur?

Euthym.

Obſeruat. XI.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Borgia Dei gerit imaginem, dum curat omnium virtutes fulgurare, & cunctis exponi, vt laudentur, ad Dei vtique gloriam.

Dominum etenim æmulatur, qui ſtudet de omnibus benè profari, cunctos laudibus efferre.

59. CVrat Dominus egregia ſeruorum opera fulgurare dum non ſub modio, ſed in manibus imperat virtutes collocari. Quid ſi ab hominibus ſerui ex virtutum fulgore laudentur? Hoc Princeps cœleſtis intendit, vt ſe Regem, imò Deum oſtendat, dum geſtit, cunctos commendabiles apparere. Vel Gentilis decinit Græcus,

Omnia niti laudabilia eſſe Periand.

Non planè hominum, Diuorum eſt.

Ac ſi legiſſet illud Geneſeos, *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona*, c. 1. Valde bonus ſerpens? Valde boni Angeli, qui iam exciderant? O linguam Deificam nunquam non bene dicere conſciam! Geneſ. 1.

60. *Borgiæ lingua ad omnium commendationē.*

Ex hoc capite quidem Borgia meus Deum ita imitari curauit, vt nunquam de proximo quidquam reprehenſibile protulerit: quidquid pulchrum, quidquid laudabile, ſolummodo proferebat: imò quod reprehenſioni erat obnoxium, adeò charitatis auro induebat, vt laudabile admodum appareret. Quid mirum addat Dominus, *Et vos ſimiles hominibus.* Homines non eſtis, ſed Dij hominibus ſimiles mei perfecti æmulatores, ſi ſtudeatis proximorum virtutes in conſpectu omnium fulgurare, *vt videant opera* illa *bona, & glorificent Patrem veſtrum.*

61. *Velut Deus ex hoc capite? Certè Deus agnoſcitur ex inclinatione ad laudandum.* Genſ. 32.

An non ex hoc capite Borgia eſt velut Deus? Poſt luctam quam Iacob cum Domino inierat, Numen ait, *Quod nomen eſt tibi? Reſpondit, Iacob. At ille, Nequaquam, inquit, Iacob vocabitur nomen tuum, ſed Iſraël; quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines præualebis.* Poſt tot ſuas laudes auditas, adhuc inſtat Iacob, *Dic mihi, quo appellaris nomine? Reſpondit: Cur quæris nomen meum? & benedixit eum in eodem loco. Vocauitque Iacob loci illius, Phanuel, dicens: Vidi Dominum facie ad faciem*, Geneſ. 32. In primis requiro, quare roganti Iacobo, quo nomino Miles, quo cum decertabar, vocaretur? renuit aperire reſpondens, *Cur quæris nomen meum?* Vt ſciam, quiſnam eſt, cum quo decertaui. O boni! quare requiris, quod iam manifeſtaui. An non cùm tua egregia facinora ſplendeſcere curaui, te valdè commendans: non apertè agnouiſti, me Deum eſſe, cuius ſolius proprium, hominum laudare facinora? Dum ergo me audiſti te commendare, fatum, *Non erit Iacob nomen tuum, ſed Iſraël*, &c. apertè, me inſinuaui Conditorem. Ideo Iacob non inſtat, vt nomen aperiret, ſed mox ſe Deum facie ad faciem vidiſſe proclamat; quia Dei proprium eſt, homines commendare.

62. *Oſtenditur Dominus Creator eſſe, cùm collaudat Diuos.* Matth. 6. Tertull.

Chriſtus Apoſtolorum, omniumque Diuorum egregia facinora protulit, curans lucernarum fulgorem omnibus oſtentari. *Beati pauperes, quoniam veſtrum eſt Regnum Dei. Beati mites, Beati miſericordes*, &c. Matth. 6. Audiens Tertullianus Chriſtum hominum tam ſtudioſum laudatorem, pulchrè inquit lib. 4. cont. Marcio. *Quod à benedictionibus ſiue laudibus cœpit, Creatoris eſt.* Reſpicit benedictiones, ſiue laudes illas, quibus Conditor creaturarum omnium elogia aperuit: *Et vidit lucem quòd eſſet bona. Et vidit mare, quòd eſſet bonum. Et vidit cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona*, Gen. 1. Laudare ergo creaturas, earumque fulgorem manifeſtare, *Creatoris eſt.* Geneſ. 1.

63. *Debbora, dū trahit occaſionem laudandi, oſtenditur verbi æmulatrix.*

Quem quidem æmulantur, quicumque ſtudent, proximorum laudes efferre. Debbora ſapientiæ diuinæ typum egiſſe vel vocabulo ipſo manifeſtat, Hebraicè enim *Debbora verbum* eſt. Hæc quidem impleuit appellationem, quia nimia fuit circa hominum proferenda elogia, adeò, vt ſtudioſa laudanda ad ſermonē ſine connexione commendationis materiam quæritaret, ſiue potiùs exigeret. *Surge*, (canit illa) *ſurge* Iudic. 5.

ſurge Debora, ſurge, & loquere canticum. Saluata ſunt reliquiæ populi, Dominus in fortibus dimicauit. Ex Ephraim deleuit eos in Amalech, & poſt eum ex Beniamin in populos tuos, ô Amalech, Iud. 5. Vbi quærit Caietanus, cur Debora narrans ac celebrans illam mirabilem ex ope cœleſti victoriam aliquas Tribus Iſraël, quæ non pugnauerant, hîc collaudare ſtuduerit? & reſpondet id geſſiſſe ex affectu laudandi. *Narrata victoria, cum illius effectu ex diuino auxilio, narrat qualiter ſe habuerunt Tribus Iſraël ad illud bellum: ſic tamen, vt aliquas Tribus laudando (non quo ad hoc) inſtrat, vt aliunde laudentur, quæ ex hoc facto laude carent.* Et quænam potuit fœmina trahere laudandi occaſionem niſi illa, quæ verbi diuini nomen referens, eius ingenium proferebat? — Caietan.

64. Nato Ioanne Baptiſta, *Apertum eſt os Zachariæ, & loquebatur benedicens Deum. Et factum eſt timor ſuper omnes vicinos eorum, & ſuper omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc?* Luc. 1. Quænam verba? Ex mente Origenis, verba quæ Zacharias Deum benedicens, dixerat Ioannem collaudans. Quò tendit illud: *Quis putas puer iſte erit?* Porrò Doctor perpulchrè addidit, *Lingua ſtatim ac ſoluta eſt, humana eſſe deſiit, quia loquebatur bene dicens.* Diuinus enim quodammodo eſt appellandus, qui Dei æmulatus ingenium profunditur ad aliorum laudes publicandas. — *Lingua Zachariæ laudantis Ioānem, humana eſſe deſiit.* Luc. 1. Origen.

65. Confirmo ex Marulo lib. 1. c. 4. *Gregorius* (inquit) *magnus cuidam probato viro ipſum extollenti, reſpondiſſe fertur: Deum deprecare frater, vt his quæ de me prædicas, dignus efficiar, ſicut & tu dignus es, cuius opinio improbari non poſſit. Sed plerumque euenit, vt ea, quæ de iis, quos amamus, in medium proferimus, maiora vero ſint. Itaque quamuis iſta commendatione tua longè inferiorem me eſſe agnoſcam, charitati tamen ſuperanti humanitatem gratias ago.* Superat humanitatem qui laudat amicum? Ita planè, qui Deum æmulatur, cuius ſententiæ *improbari non poteſt.* — *Superat humanitatem, qui vel amicum laudat.*

SECTIO IX.

Præmium.

TEXTVS.

VERS. 36. ET vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptiis: vt cùm venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei. 37. Beati ſerui illi, quos, cùm venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis. 38. Et ſi venerit in ſecunda vigilia, &c.

IN BORGIAM

PANEGYRICVS MORALIS NONVS

CIRCA LITERAM.

EX PRÆMIO.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Et vos ſimiles hominibus.

Borgia & Dux, & Societatis Præpoſitus Generalis homo fuit circa gubernationem, humanitate ſcilicet ſubditos continens. Imò ſupra humanitatem eleuatus aſpicitur.

Qui enim ſubditorum commoda ſpiritualia curat, ſupra homines eſt, Numen quaſi conuertitur in cæleſte.

1. MVLTI Gubernatores ita ſe cum ſubditis exerunt, ac tyranni, ſe non reputantes cum hominibus computandos eſſe: illos autem ſic prementes, vt quaſi ex tributi vulnere lacrymarum cruorem profundi efficiant. Profectò ſic ſe hominem ex comitate, ex manſuetudine, Borgia & Dux, & Prorex, & Societatis IESV Præpoſitus Generalis circa ſubditos oſtentauit, vt nulla querela exaudiretur, nec lacryma profunderetur vlla ex vi exactionis. Egregia quidem commendatio.

2. Illud in Iobi Regis Imperio mirabile, quòd nunquam ſubditi alicuius ſpeciatim agricolæ lacryma profundi feciſſet. *Si ſupra me aliquando terra gemuit, & ſulci eius plorauerunt* — *Nunquam Dux ſubditi querelas, agricolæ lacrymas excitauit.* Iob 31.

plorauerunt ſimul, cap. 31. Sulcos plorare idem eſt Doctoribus ac agricolas flere, qui ſulcis agendis nauant operam. Non plorauerunt ſimul agricolæ, Regis tyrannidem proclamitantes ob impoſitionum exactiones. Catena Græca, *Hæc patiar mala, ſi cauſa mea terra à ſuo Domino eſt aliquando gemitu debilitata; aut ſi ſulci eius ab aratoribus, atque ab his, qui eam ſciderunt, flere aliquando coacti ſunt. Flere coacti*, id eſt, aratorum lacrymis madefieri. Iobi patientiam ſuperabit quocumque tributarios ex exactione ſubditos poterit ſuſtinere querulos. Borgia Dux nunquam agricolæ lacrymas paſſus eſt elici: incommodis propriis ſubditorum commoda procurauit.

Catena Græca.

3\. Nec opus Duci, tributa præſcribere, qui nunquam ſuperfluis ſumptibus dedit operam. Sine faſtu magnitudinem tuebatur, ex neceſſariis ſumptibus detrahebat, vt daret egenis: quonam modo aliena exigeret, qui propria profundebat? D. Syneſius *lib. de Regno*, inquit. *Neque tributis ciuitates exhaurire, regium eſt. Pono enim Principem, vbinam tantis pecuniis opus eſt, cùm neque inſolenti animi faſtu ſumptuoſa opera moliatur, neque temperati vſus loco inanem, atque ambitioſam magnificentiam affectet: neque iuuenili conſilio in ſcenicos ludos gnanorum hominum labores perperam conſumet?* Abſtinens Princeps à faſtu, ab exactionibus poterit abſtinere. Sola Regni defenſio, aut iuris tuitio poſt iuſtiſſimam Fidei defenſionem (cui omnia cedunt) poteſt ſubditos pergrauare tributis: nec ipſi poſſunt, vel agricolæ, meritò querelas excitare. Sic Princeps ſimilem ſe hominibus oſtendit, dominio quidem, non faſtu ſubditis ſuperiorem.

Abſtinebat à faſtu, vt ab exactionibus abſtineret. Syneſ.

4\. Princeps noſter & cùm Dux, & cùm Prorex, & cùm Societatis Præpoſitus non ſolùm ſe humanum exhibuit circa ſubditos, ſed & vicit humanitatem. Commoda, ſecularis, ſubditorum tam accuratè prouidit; ita ſubditos, Religioſus, alleuare ſtuduit: vt à cunctis pluſquam homo acclamaretur. *Apparuit Dominus Salomoni per ſomnium nocte, dicens: Poſtula quod vis, vt dem tibi. Dabis* (inquit Rex) *ſermo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare poſſit, & diſcernere inter bonum, & malum*, 3. Reg. 3. Vbi Procopius Epiſt. in Iſai. *Par enim fuit, illos qui aliis præerant, in mundanarum rerum ſtatu futura conſpicere, vt eos haberent obtemperantiores.* Vndénam arguit Salomonem futura conſpexiſſe, dum commodis ſubditorum ſtudium impendit? Porrò, quia Princeps, aut Præſul, qui curat ſubditis prouidere, ſupra hominem habendus eſt. Vnde pulchrè adiicit Doctor, *Tunc enim ſubditi obediunt promptius, cùm in ſuperiore maius humano quodam ſuſpiciunt.* Ex hoc capite Borgia pluſquam ſeſe exhibuit humanum, quia nunquam non commodis ſubditorum niſus eſt prouidere, & precibus id à Domino impetrare.

Borgia ſe ſupra humanitatem aſcēdit, quia humanus admodũ circa ſubditorũ commoda fuit. 3. Reg. 3. Procop.

5\. Qui Borgiam Societatis Præpoſitum aſpectaret, miramque circa gubernationem benignitatem contemplaretur, eum ſimilem hominibus aſſereret: nihil in Borgia non humanum. At qui ad prouidentiam ponderandam aſcenderet, affirmaret eum ſupra humanitatem aſcendiſſe, in ſpiritumque fuiſſe mutatum. Vocatur à Domino Ioſue *vir, in quo eſt ſpiritus*, Numer. 17. id eſt, homo Numen quodammodo. Cur ſpiritus, ſiue Numen Ioſue vocitatur? Crediderim, quia commodis ſubditorum prouidebat, præſertim ſtudens eorum ſpiritus promotioni. Caietanus appoſitè, *Per hoc virtus Præſulis inſinuatur præcipua, conſiſtens in ſpiritu, hoc eſt, in ſtudio ad ſpiritualia, ad ea, quæ Dei ſunt, præferenda omnibus, quæ carnis, & quæ mundi.* Semper Borgia dum in ſeculo moraretur, totis viribus procurauit, ſubditos ad virtutem promouere, ſcandali occaſiones præſcindere. At cùm Societati præficitur, totum eius ſtudium circa ſpirituales ſubditorum profectus impenditur. Teſtor Societatis noſtræ ſub tanto Gubernatore mira planè incrementa.

Borgias Societatis Præpoſitus ſupra humanitatem aſcēdit, dum cōmoda ſpiritualibus ſubditorũ ſtudet. Num. 17. Caietan.

6\. Certè hominibus iam ſimilis non eſt, ſed ſupra humanitatem eleuatur, qui ſpiritualem curat ſubditorum profectum. Vnde Dominus cuidam roganti, quòd diceret fratri ſuo, vt ſecum diuideret hæreditatem, inquit: *Homo, quis me conſtituit iudicem ſuper vos?* Luc. 12. Preme particulam *Homo.* Ac ſi diceret: vos commoda temporaria curantes homines oſtendimini: ego autem dum veſtris temporariis commodis prouideo, homo quidem ſum. Attamen iam ſtudens ſpirituales ſubditorum profectus promouere non ſum iudex hominum, ſed Numen abſtractum ab humanitate oſtentor. Ambroſius, Non immeritò refutatur (*Homo* appellatus) *qui diſpenſatorem cæleſtium geſtiebat corruptibilibus occupare.* Fuit, quando vos panibus in deſerto ſatiaui: tunc me humaniſſimum meritò Regem veſtrum conſtituere procuraſtis. At Regnum temporarium effugi, vt oſtendam, ſpiritualibus ſubditorum commodis ſtudere. Ergo iam ſpiritualia curans non debeo à vobis velut homo reputari. Dum Borgia Dux, & Prorex ſubditorum temporariis commodis dat operam, ſimilis hominibus habeatur: dum ſtudet ſpirituali eorumdem promotioni, iam ſuprà homines eleuatus aſpicitur.

Supra humanitatem eleuatur, qui ſpiritualem ſubditorum profectũ curat Franciſcus. Luc. 12. Ambroſ.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptiis.

Borgia Dominum quæſiuit, qui mori non poſſet, cùm vidiſſet Imperatricem dominam morti addictam.

Pudeat vos Apoſtolicos, verbi ſacri præcones, in aula commorari, ſeruiréque Domino morituro.

7\. CVr non dixit ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando pergat ad nuptias: ſed *quando à nuptiis reuertatur?* Quia Chriſtus tunc ad nuptias properat, cùm ad crucem aſcendit. Ideo dum ſpinis cinguntur ſponſi tempora, clamant cœlicolæ, *Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem*

Contra Prædicatores aulicos. Cant. 3.

in diademate, quo coronauit eum mater eius in die deſponſationis, Cantic. 3. Quando autem reſurgit, *& non moritur*, nec *ei vltra mors dominatur*, à nuptiis reuertitur. Cur autem ſerui vigiles non potius amant Dominum excipere moriturum, quàm immortalem? Porrò vt ſeculares edoceant, eorum dominorum temporariorum fugere imperium, qui morti obnoxij ſunt: eum autem Dominum quærere, qui *iam non moritur.*

8. *Borgia ſeruire nō vult Domino, qui mori poſſit.*

Dux Gandiæ dum ageret OEconomum maiorem Imperatricis Elizabethæ vitâ functæ, Dominæ cadauer ad Granatenſe Regium ſepulchrum deportare iuſſus: poſt aſpectum corrupti corporis, (de quo ſuprà) poſt præcordia immutata, crebrò ſolebat hæc verba proferre: *Iam non ſeruiam Domino, qui mori poſſit: Chriſto ſeruiam, qui iam non moritur.* O quàm egregium ſpirituali viro documentum, vt ab aulis Principum recedere feſtinent!

9. *Magdalena Dominū quærens, qui nō moriatur, à creaturis, quas mortales putat, recedit.* Ioan. 20.

Quæritat Magdalena Chriſtum apud hortum, *Et vidit duos Angelos in albis ſedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi poſitum fuerat corpus* IESV. Quorum aſpectus moleſtus amanti, ac ploranti fuit, Origene contemplatore. *Mulier, quid ploras? Quia tulerunt*, ait, *Dominum meum, & neſcio, vbi poſuerunt eum*, Ioan. 20. Ideo ploro, quia Dominum quem amabam, tulerunt impij, quia vidi morientem. Iam requiro ſi fortè eum à nuptiis reuertentem videam. Nec enim Domino morituro ſeruiam, & ideo vos adoleſcentes vel ſplendenti cœleſti ſtola amicti, moleſtos aſpicio, quia ſub moritura naturæ forma oſtentamini. Origenes, *Quæro Creatorem immortalem, & ideo grauis eſt mihi creatura ad videndum.* (Origen.) Hortulani ſub ſpecie IESVS apparet verax Adamus melioris incola paradiſi: nec quieſcit Maria, quia ſub morituri indumento aſpectat. Expecto Dominum meum, quando à nuptiis reuertatur: *Quæro Dominum immortalem.*

10. *Petrus taxatur, quòd vt Apoſtolus Dominis morituris Eliæ, ac Moyſi cures tabernacula ædificare: & ſoli Domino immortali.* Matth. 17. Maldon.

Cùm Dominus apud Thaboris verticem ſeſe Diſcipulis eo in habitu oſtentauit (ex mente Timothei Antiochen.) quo in ſuperis poſt Reſurrectionem aſpectabitur, Petrus inclamat, *Domine bonum eſt, nos hîc eſſe: faciamus hîc tria tabernacula, tibi vnum, Moyſi vnum, & Eliæ vnum*, Matth. 17. Attamen alius adnotat Euangeliſta, Petrum, quid diceret, ignorare. Quare *neſciens, quid diceret?* Profectò, quia Dominis morituris tabernacula geſtit præparare. In cuius expoſitionem Maldonati ſententiàm do. *Veriſſimam ergo cauſam, cur Moyſes, & Elias apparuerint, eſſe arbitror, quòd voluerit Chriſtus futuri aduentus ſui imaginem repræſentare. Ante ſecundum autem eius aduentum Moyſes & Elias venturi ſunt: quemadmodum ex Apocalypſi haud obſcurè colligitur: Et dabo duobus teſtibus meis*, &c. *Si quis eis nocere voluerit, ignis exiet de ore eorum. Hi habent poteſtatem claudendi cœlum, ne pluat, (quibus verbis Elias) & poteſtatem habent ſuper aquas conuertendi eas in ſanguinem*, Apocalypſ. 11. *Quibus verbis Moyſes apertè deſcribitur.* Ex mente Authoris colligitur Moyſem iterum ob Dei honorem moriturum, quia duorum teſtium alibi mors deſcribitur. En Petri ignorantia. Curat IESV immortalis in ſpecie tabernaculum extruere, meritò quidem, quia non moriturus Dominus dignus, qui ab ſpirituali viro excipiatur. Aſt Moyſi, & Eliæ morituris non congruè à viro Apoſtolico thronus Regius præparatur; quia Dominus moriturus non poteſt cor ſpirituale explere. Vnde Dominus ex ore Timothei profatur, *Quid ais, Petre? Simul me & Dominum, & ſimilem ſeruis facis? Cum creaturis mihi habitationem vis aſſignare glorioſo?* Ego qui non morituri ſpeciem refero, & vt Deus mori non poſſum, dignus ſum, qui ab Apoſtolicis viris Dominus habear. At hi, qui morituri ſunt, cur à te ſunt in tabernaculo collocandi. (Timoth. Antioch.)

11. *Abrahā ſolum Deum immortalem Dominum ſuum vocat, non ſocios morituros.* Geneſ. 18. Strab.

Tres Angelos Abraham excepit hoſpitio. *Quos cùm vidiſſet, occurrit in occurſum eorum, & adorauit in terram, & dixit: Domine, ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuum, ſed afferam pauxillum aquæ*, &c. Geneſ. 18. Si tres excepit, quónam modo vnum ſolum adorauit? Strabus aſſerit myſticè tribus hiſce Angelis Chriſtum, Moyſem, & Eliam expreſſos fuiſſe. Ex tribus ergo Abraham perfectus vir vnum adorat, vnum ſolummodo Dominum appellat, quia ſolus Deus habendus Dominus, quia mori non poteſt: Moyſem autem & Eliam nec adorat, nec Dominos appellat; quia non aptè viro ſpirituali Dominus obiicitur, qui morti eſt obnoxius. Pulchrè Timotheus, *Ingreſſus ſum in tabernaculum Abrahæ, tertium me agnouit cum duobus, vnum adorauit. Num tria tabernacula fabricatus eſt. Num me cum ſeruis comparauit?* Me ſolum Dominum ſibi addixit, quem vidit vt Deum nunquam moriturum. Nam licèt Chriſtus Deus & homo moritur, Deitas immortalis mori non poteſt. (Timoth. Antioch.)

12. *Iacob non ſubiicitur Pharaoni, nec vnquam Domino, qui mori poſſet, ſeruiit.* Geneſ. 47.

Iacob ſanctiſſimus ingreſſus eſt Pharaonis aulam, & interrogatus à Rege de ætate, reſpondet, *Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum*, Geneſ. 47. Cur vitam diuturnam peregrinationem appellauit? Peregrinationibus pluribus fateor Iacobum ſe accinxiſſe. Profectus eſt in Meſopotamiam Syriæ. E Syria in terram Chanaan rediit. Perrexit in Ægyptum. At in aula Regis Pharaonis conſiſtens, apud patriam domum manens, in ſoceri ditione moratur, peregrinationi non dabat operam. Cur ergo vitam totam peregrinationem aduocat? An quia à Patria cœleſti huc illuc diuagatur. Ita planè; ſed argumento conuenientius, reſpondeo innuiſſe Iacobum ſe nulli Domino temporali obſequium impendere. Fatur Ammonius Marcell. *Peregrinus nec propria domo quieſcit, nec Domini proprij imperio ſubmittitur.* (Ammon. Marcell.) Iacob ergo in Pharaonis conſpectu. O Princeps, *dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum.* Nunquam propriæ ſum domui addictus, nunquam obſequium præſtiti domino morituro, vel quando Labano ſeruiebam; quia Domino cœleſti, & immortali ſolitabam obſequium. Ideo me in aula morantem exiſtima peregrinum, qui non ſeruiam Domino, qui mori poteſt.

13. *Borgia in aula Imperatoris ſe peregrinū profitetur, quia ſoli Domino immortali*

De viris Apoſtolicis Paulus ait, *Et confitentes, quòd hoſpites, & peregrini ſunt ſuper terram*, Hebr. 11. Borgia poſt ſepultam Imperatricé in Regia aula morabatur, Imperatori Carolo ſeruiebat, ſed tanquam peregrinus ſoli immortali Domino offerens obſequium. Rupert. lib. 9. de vict. Ver. cap. 18. *Eorum confeſſio nuſquam clarior,*

aut

litat cordis obſequium: & propter Deum Imperatori terreno. Hebr. 11. Rupert.

aut certior inuenitur, quàm hoc loco, vbi peregrinus Iacob in aula Regis non oblatus Patriæ cœleſtis, vltrò peregrinum ſe confitetur. Non ſubmittuntur ſpirituales viri humanæ ditioni, quia ſolummodo cœleſtis Patriæ Domino ſeruiunt, qui mori non poteſt. Vnde Borgia vel in aula Caroli conſiſtens, peregrinus prorſus habebatur.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.

Borgia diſcumbit quaſi miniſtrandus, non iam miniſtraturus.

IESVM *enim ſedentem iuſtus æmulatur, dum è contemplatione efficitur aquila; dum humilis exaltatur; dum putat ſe Deo in hominibus ſeruire.*

14. *Egregiarum virtutum præmium.*

VIdimus, Dominum ſeruis fidelibus poſt longam expectationem, & vigilias perfectas, menſam apponere Regiam, vt eos præmio donare valeat. Qui ergo Domino miniſtrauerant, accumbunt menſæ, vt eis Dominus vice verſa cœleſtes dapes adminiſtret. Theophylactus Dominum aſſerit præcinctum, vt famulo fideli Chriſto quidem effecto cœleſtia dona largiatur. (Theoph.) Accumbit Borgia Ieſuita, Chriſti virtutum æmulator: & quemadmodum IESV victori in deſerto Angeli miniſtrarunt, Borgiæ poſt pugnas, poſt victorias cœleſtium ciborum menſam præparauit, qui in illo vicerat aduerſarios.

15. *Borgia reficitur ſpeciali præſentia Iesv in Euchariſtia cognitione, quia aquila eſt à terrenis eleuata vincendo mundum.* Salmer. Iob 31.

Quòd ſi, authore Salmerone, Euchariſtica hîc menſa adumbratur, Borgia à IESV ob contemplationem panis Euchariſtici ſpecialiſſima reficitur cognitione. Iam innuimus ſæpè Borgiam dignoſcere adeò Chriſti in Euchariſtia præſentiam, vt quodlibet ingreſſus delubrum, aſpiciat, quánam in cuſtodia panis cœleſtis adſit, modò extinctæ lampades negent, modò accenſæ affirment. Aquilam auguſtam voluit IESVS hoc cœleſti pabulo ſatiare. Fatur Iob, *In præruptis ſilicibus* aquila *commoratur, ibi contemplatur eſcam: & vbicunque cadauer fuerit, ſtatim adeſt*, cap. 31. Borgia in præruptis Templis, à quibus alij recederent, exiſtimantes minimè poſſe domus inter ruinas extincto lampade Rex cœli commorari, eſcam vitalem contemplatur, & præpeti volatu vbicumque cadauer fuerit, adeſt. Quid mirum, ſi aquilæ in morem, à terra eleuatur, & nubes acquirit domicilium? Anaſtaſius Synait. lib. 7. Exaëm. *Hæ ſunt volucres, quæ rapiuntur in nubibus obuiam Chriſto Domino, de quibus dicebat, Vbi fuerit corpus, &c.* (Anaſt. Sin.)

16. *Borgia omnibus vene-rabilis apparebat, non ex magnitudine Ducatus, ſed ex Religioſa humilitate.*

Facit Dominus Borgiam diſcumbere, vt muneret miram Ducis humilitatem. Nam qui præcingitur ad ſeruiendum, ſimul diſcumbit, vt recipiat obſequium. Tunc enim vir Apoſtolicus auguſtior apparet, cùm ſubmiſſior ſtudet miniſtrare. Poſtquam ad ſocietatem D. Franciſcus ſe recepit, adeò ſtuduit humilitati, vt ſemper fratribus deſeruiret, viliáque communitatis munia exerceret. Nec ideò deſpiciebatur Diuus, imò potiùs à cunctis throno dignus habebatur: *Faciet eos diſcumbere. Vir erat in terra Hus nomine Iob, & erat ille vir magnus inter Orientales*, Iob 1. (Iob 1.) Illa erat hominum commendatio nobilitatis fulgorem potius, quàm virtutum radios aſpectantium. Verus Iob Chriſtus haud à Regia Tribus Iudæ nobilitate vult commendari, ſed à fulgore virtutum. Didymus, *Dei Filius verus Iob à lucidis actionibus nuncupatur. Neque enim inſtus ab hominibus, ſed ab ſplendore Solis iuſtitiæ ſplendeſcentem aſſequitur nobilitatem.* (Didym.) Imitatores ergo IESV non à magnitudine ſæculari, ſed à fulgore virtutum commendabiles obiiciuntur. *Magnus* Borgia inter Principes non ex magnitudine Ducatus, ſed ex Religioſa humilitate.

17. *Solum nomẽ Borgiæ ſanctiſſimi abſque alio magnitudinis reſpectu, illuſtriſſimũ.* Act. 20. Œcumen.

Comitatus eſt eum Soſipater Pyrrhi Berœenſis, Theſſalonicenſium verò Ariſtarchus, & Timotheus, Act. 20. De ſolo Timotheo, patria non memoratur. Quare? Reſpondet Œcumenius, *Cæterorum patrias exprimit, notiores eos reddens. In Timotheo verò ſolo nomine contentus eſt. Quòd hic à ſuis moribus, & virtutibus ſufficiens haberet cognitionis indicium.* A cunctis Hiſpaniæ, Franciæ, ac Italiæ Principibus Borgia ineffabiliter commendatur. At nullus ſæcularis magnitudinis recordatus eſt, ſed regularis abiectionis, ex qua throno dignus oſtenditur: *Faciet illos diſcumbere.*

18. *Borgia ſciebat Deum in hominibus inſeruire, & ideò ſedebat, quia Deo ſeruire, regnare eſt.* Gen. 18. Auguſt. Ignat.

Præterea ſeruus vigil diſcumbit, cùm præcinctus eſt ad miniſterium; quia ſciebat Deo in hominibus inſeruire, quod planè regnare eſt. Abraham tribus Angelis geſtiens miniſtrauit. Cùr non famulis commiſit ſeruitutis miniſterium? Quia minimè ſeruitutis eſſe exiſtimauit, qui in pauperibus Deum agnoſcebat. Ideo dum tribus alloqueretur, ait, *Domine, ſi inueni gratiam in oculis tuis*, Gen. 18. Quare non Dominos appellauit? Auguſtinus lib. 16. de ciu. cap. 29. *Multo eſt credibilius, quòd Abraham in tribus viris Deum agnoſcebat.* Porrò Borgia non iam in Angelis, in ſuperioribus hominibus, ſed in coquo, (cui humiliter miniſtrauit ſæpe,) Dominum contemplatur, iuxta D. Ignatij Patris mei præſcriptionem, *Deum quiſque in alio vt in illius imagine cognoſcere ſtudeat.* Vili coquo miniſterium exhibet Gandiæ Dux? Quid mirum ſi Deo miniſtrare cognoſcit, cui ſeruire regnare eſt: *Faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.*

19. *Borgia perſeuerantia mira Deificò quodammodo accubitu muneratur.* Iſa. 9. Ambroſ. *IESV ſi æmulatus eſt.*

Meritò ſedet, qui Chriſtum vſque ad finem vitæ ſequutus eſt. *Non enim coronatur, niſi qui legitimè certauerit.* Chriſtus *factus obediens vſque ad mortem.* Vſque ad terminum vitæ à cunabulis, ſeu à Matris vtero ſtuduit humilitati. *Paruulus*, (ait Iſaias,) *natus eſt nobis, & Filius datus eſt nobis, cuius imperium ſuper humerum eius*, cap. 9. Legit Ambroſius, *Cuius principium ſuper humerum eius. Principium illud crux Domini eſt.* Quónam modo *principium* crux appellatur, ſi fuit terminus vitæ Saluatoris? Quia exortus, vt ſemper laboribus afficeretur, incepit à cruce: *In laboribus a iuuentute*

inea. Borgia Chriſti æmulator conſtantiſſimè à pueritia cruci mortificationis eſt illigatus.

20. Mirot planè Ducis perſeuerantiam ſine vlla ſeruoris remiſſione. Lapideus fuit à virtutis inſtitutione vſque ad vitæ terminum. Verè ex hoc Ieſuita. Præfatus Iſaias, *Emitte agnum Domine, dominatorem terræ de petra deſerti.* Qui è petra exoritur, in petra ſepelitur: collocat enim Ioſeph corpus IESV *in monumento ſuo nouo, quod ſciderat in petra.* Ad quæ Guarricus Abbas ſerm. 2. de Annunc. *Cuius corpori monumentum erat ſcindendum in petra, ipſe ab initio conceptus ſui & corpus ſibi excidit de petra.* Borgia ergo IESV alumnus à pueritia ad ſenectam lapideus, ſeu conſtans oſtentatur. Ideo perfecto IESV imitatori thronus, in præmium, Regius præparatur: *Et faciet illos diſcumbere.*

Borgia fuit ſemper lapideus ad obſequium perſeuerantiam.

Guarric.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & tranſiens miniſtrabit illis.

Borgia Dux verè pauper ſpiritu, ineffabiliter à Domino exaltatur.

Maximæ enim perfectionis vir oſtenditur, imò ſupra virum, qui diuitias contemnit, in paupertate diues.

21. SEdent Diſcipuli, qui omnia ſæculi bona reliquere; quia verè ſpiritu pauperibus æternus præparatur accubitus. Cùm Petrus enim interrogaſſet; *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis?* Chriſtus reſpondit, *In regeneratione, cùm ſederit Filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes,* &c. Matth. 19. Borgia dum ſæculi diuitiis cingebatur, ita ab aureis vinculis expeditus erat, vt cuncta temporaria deſpiceret, nec affluentibus hiſce bonis vnquam cor apponeret. In ſocietate ſic paupertatis amauit effectus, vt ſemper attritas eligeret veſtes, panis ſicca buccella aſſignata mendicis, naturæ occurreret exigentiæ: & (vt ipſe aiebat,) voluptati; quia dulcior Diuo cibus, qui abſumentem plus paupertatis amatorem oſtendebat.

Matth. 19.

22. Profectò Borgiæ non ſolùm thronus cœleſtis ad iudicandos Tribus duodecim præparatus eſt: & hic ſedit iudicaturus, vt ſe verè ſpiritus pauperem oſtentaret. Dux ſubditorum Iudex. Prorex Catalumniæ nunquam vel exiguum munus accepit, quia qui hæreſcit ſoli Domino ſpiritu pauper terrenis non indiget ſpoliis. Iob, *Et iudicium pauperibus tribuit*, cap. 36. Vbi Gregorius lib. 10. Moral. cap. 27. *Quiſquis ſtimulo diuini amoris exercitatus hic poſſeſſa ſpiritu reliquit, ille proculdubio culmen iudiciariæ poteſtatis obtinebit.* Nempe in futuro ſæculo. At Borgia in hoc obtinuit. Neceſſaria paupertas non apta muneri iudicandi, quia munerum corruptelæ eſt obnoxia. At ſpiritu pauper munera contemnet, quia ſolis cœleſtibus affluentibus donis cor apponit, totus IESV addictus. D. Thomas 3. *p. q.* 89. *art.* 2. pauperes voluntarios regimini aptos aſſeruit; *quia ſoli IESV inhærent, ideóque nihil in eis eſt, quod iudicium à iuſtitia deflectat.*

Non ſolùm in cœlo, ſed & hic Borgia pauper ſpiritu, ad iudicandum ſedit, quia IESV hærebat.

Iob 36.

Gregor.

D. Thom.

23. Pauperibus ſpiritu iudiciaria poteſtas in cœlis promiſſa eſt, & non in terra, vt amplius hic perficiantur. Borgiæ autem perfectiſſimo quidem, (vel cùm Dux diuitiis ſtipatur,) hîc datur tribunal, vt cum IESV ſimul iudicet, dum Prorex, & poſtmodum diuitias dimittens, & ſæculum IESV perſonam gerens iudicet Ieſuitas, hoc eſt, Præpoſitus Generalis ſubditorum dirigat actiones, errata vindicet. An non erga paupertatem ſpiritus id arguit perfectionem? D. Auguſtinus *ad Pſalm* 19. ait, *Qui iudicabunt cum Chriſto, perfecti ſunt. Talibus dixit: Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia tua, & da pauperibus. Quid eſt, Si vis eſſe perfectus? Vis mecum iudicare, & non iudicari?* Si perfecti iam ſunt, qui cum Chriſto iudicabunt: qui iam iudicant cum IESV, & pro IESV, vberiorem innuunt perfectionem.

Oſtenditur perfectiſſimum eſſe Borgiam, cui Deus iudiciariam poteſtatem hîc commiſit.

Auguſt.

24. Porrò perfectiſſimum ſe exponit, qui diuitias affluentes ſpernit. Poſt relictas diuitias multi perfectioni, ac mundi contemptui ſtuduere. At pauci poſſidentes diuitias perfecti veraciter apparuerunt. Vnde Seneca epiſt. 20. *Quid ergo? Non licet diuitias in ſinu poſitas contemnere? Quidni liceat? Et ille ingentis animi eſt, qui illas circumfuſas ſibi multum diúque miratus, quod ad ſe venerint, videt, ſuáſque audit magis eſſe, quàm ſentit.* Borgia ſe Ducem vocitari audiens, ſe diuitem audiebat, ſed ſentiebat pauperem, ex perfectiſſimo diuitiarum contemptu. O Ducis magnitudinem! Magnus ne ex Ducatu prædiuite? Abſit. Magnus planè ex Ducatus, ex magnitudinis, ex diuitiarum contemptu. *Multum eſt,* (addit pulchrè ille,) *non corrumpi diuitiarum contubernio. Magnus eſt ille, qui in diuitiis pauper eſt. Sed ſecurior, qui caret diuitiis.* Nunquam Borgia magis ſecuris, quàm cùm abundantioribus diuitiis circumfuſis ſe ſtipari videbat; quia affectui contemnendi eas, materiam miniſtrabant.

Borgia audiebat ſeſe eſſe Diuitem & magnitudinem, ſed non ſentiebat: verè Magnus.

Senec.

25. Fatur D. Chryſoſtomus ad Pſalm. 33. *Diuitiæ iſtius ſæculi malis, boniſque communes ſunt. Dat ergo illas Deus malis, vt non habeant quid de Deo queri. Item non dat illas bonis, vt æterna bona de Deo ſperent: & non propter aliquod temporale colant Deum, ſed gratis. Item dat illas bonis, vt dent formam malis, quomodo vtantur bonis.* Equidem Borgiæ temporariam Deus impendit magnitudinem, vt normam daret non ſolùm malis, quomodo bonis vtendum eſſet: ſed & bonis, quomodo diuitiarum, & magnitudinis contemptu, ſoli Deo eſſet obſequium litandum. Quàm perfectus ille, cui Deus dat diuitias, vt fideliùs ſeruiat ſibi, quæ multis iuſtis abnegauit, ne ob temporaria Deo ſeruire deſiſterent!

Perfectiſſimus Borgia cui Deus diuitias dedit, quas aliis Deus abnegauit, quia magis diues ſeruiit, tamen alij negligentiores ſtendantur.

Chryſoſt.

26. En vndénam Borgiæ thronus Regius IESV debebatur. Deum planè imitatus eſt diuitiarum fontem, dum omnia deſpicit, ſe ſolo contentus. Ita deſpiciebat diuitias, ac magnitudinem,

Accumbit, ſedet merito Borgia IESV

in throno, quia cuncta deſpiciens, quaſi ſe ſolo contentus viuit.
Philo.
Cyprian.
Senec.

nem, ac ſi pondus importabile deponeret, paucis ſe indigere ratus. Philo, *Virtutis ſtudioſus paucis indiget, in confinio mortalis & immortalis naturæ ſitus.* Angelicæ ne? Imò Deificæ quodammodo D. Cyprianus lib. 2. epiſt. 2. *Quando paucioribus quis contentus fuerit, tanto ſimilior eſt Deo, qui ſe ſolo contentus viuit.* Pulchrè Seneca epiſt. 90. *Habeamus aquam, habeamus polentam, & Ioui ipſi de felicitate controuerſiam faciamus.* Dux Gandiæ tam pauper ſpiritu, vt ſæpe in hebdomada pane & aqua reficeretur, appoſitis dapibus variis, vt aſſidentes menſæ veſcerentur. An non quodammodo de felicitate diuinæ naturæ controuerſiam efficit? Dixerat epiſt. 25. *Panem & aquam natura deſiderat, nemo ad hæc pauper eſt, intra quæ quiſque deſiderium ſuum clauſit; cum ipſo Ioue de felicitate contendat.* Si cum Ioue ipſo poteſt de felicitate contendere qui cùm pauper ſit ortus, ſolo pane & aqua deſiderium exſatiat: quanto felicior, & perfectior, qui Dux natus, contempta magnitudinis annona, ſolo pane & aqua reficitur? Adiicio ex *epiſt.* 28. quod Philoſophus ex quodam Poëta tranſcripſit. *Aude hoſpes contemnere opes, & te quoque dignum finge Deo.* An non ô Domine, eo te Propheta potiſſimum agnoſcit, quòd nullis rebus indigeas? *Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges,* Pſalm. 15. Ergo Borgia ex deſpectu diuitiarum verè ſpiritu pauper dum poſſidet, ſedeat in throno Conditoris: *Faciet illos diſcumbere.*

Borgia dum Dux, pane & aqua reficiebatur, inde quodammodo Deificus.
Pſalm. 15.

27. Sæculi diuites ex abundantia cupiunt maiora. Borgia autem in diuitiis profluentibus ſe verè pauperem oſtentauit, quod quidem ineffabilem arguit fidelitatem. Deſcribit Seneca diuitum ſæcularium ingenium epiſt. 16. *Vltra priuatum pecuniæ modum fortuna te prouehat, auro tegat, purpura veſtiat, & eò deliciarum, opúmque perducat, vt terram marmoribus abſcondas: maiora cupere ab iis diſces.* Borgia ex iis didicit cupere maiora pro Chriſto deſpicere, verè ſpiritu pauper. Se Diuus pauperem in diuitiis aſpiciens, ad Societatis IESV pauperes properauit, vt in paupertate verè diues eſſet. Attamen magis commendabilem puto Franciſcum, quòd in ſæculi magnitudine pauper eſſet, quàm quòd in Religionis paupertate diues oſtenderetur. Cyrillus Ieroſolymitanus Catech. 5. *Fidelis vir in paupertate diues eſt.* At fidelior planè qui in diuitiis eſt ſpiritu pauper, cùm omnes, *qui in apparentia diuites ſunt, multáque poſſident, in anima pauperes ſint, quàm plura enim congregant, tanto magis eorum, quæ deſunt, concupiſcentia tabeſcunt.* Verùm Borgia non erat ex cupiditate pauper in diuitiis, ſed ex omnium ſæcularium contemptu. Quod quidem quo rarius, eo planè commendabilius eſt. Duci ergo in paupertate

Borgia laudabiliter fuit in paupertate Religioſa diues, ſed commendabilior, quia in diuitiis ſæculi verè fuit ſpiritu pauper.
Senec.
Cyril. Ier.

Religioſa diuiti, ſed commendabilius in
diuitiis ſæcularibus verè pauperi
ſpiritu ſedes Dominica
præparetur.

***

OBSERVAT. V.

Ad illa verba:

Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere.

Auguſtiſſimus Borgiæ locus præparatus eſt, quia egregiarum virtutum magiſter extitit, & quia ſalutarem animo muſicam adinuenit.

Innuo, præcelſa præmia dari iis, qui virtutem aliquam primus inuenit.

NOn mireris à Domino multas in cœlis manſiones Diuis eſſe præparatas, ſi variis virtutibus præfulſere. Porrò illud miror, ſeruis ſuis accumbentibus miniſtrare. *Et faciet illos diſcumbere,* &c. De Apoſtolicis viris, & de iis qui virtutum gerunt Magiſterium, clauſulam hanc eſſe exponendam Patres aſſeruere. Profectò ei, qui virtutem aliquam primus excogitat, vt alios poſſit edocere, præmij loco, præcelſiſſimus in ſuperis locus apparatur. Proh Deum immortalem! Quínam locus Borgiæ Duci adſcribitur, qui tot virtutum Magiſtrum geſſit? 28.

Dux Sanctus? O mirabile Magiſterium! ô doctrinæ cœleſtis nouitatem! Imperator Theodoſius ab Ambroſio ſic commendatur: *Quod primus Imperatorum credidit, & poſt ſe hæreditatem fidei Principibus dereliquit, magni meriti locum reperit.* Liceat filio ſic ſententiam Patri accommodare: quòd primus Ducum, ſeu Principum ſæcularium in diuitiis fuit pauper, Religioſus in ſæculo, peregrinus in aula: & poſt ſe hæreditatem ſanctis Principibus dereliquit, magni meriti præmium, ſeu locum auguſtiſſimum habet. Queiſnam Principibus, quæſo, huiuſce fidelitatis hæreditatem Borgia dereliquit? Profectò Ludouico Gonzaga fratri noſtro, qui quidem dum differretur eius in Societatem ingreſſio, (de quo inferiùs,) in ſæculo, in Palatio paterno Marchionis de Caſtellon, in aula Regia, Ducis Gandiæ imitator, verum egit Ieſuitam. 29.

Borgia Dux primus, qui in aula, in ſæculo Religioſum geſſit.
Ambroſ.

Abelem primum munus Deo placens oblatum fuiſſe Moyſes ſcripſit. *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius,* Gen. 4. Obtulit & Caïn, ſed Deo minimè grata extiterunt. Quónam præmio donatur? Quaſi alter Chriſtus effectus eſt. Aſſerit Ioannes Agnum IESVM ab origine mundi occiſum eſſe: *Qui occiſus eſt ab origine mundi,* Apoc. 13. Quónam modo ab origine ſæculi? Anſelmus, *Quia in Abele occiſus eſt.* Tanta quidem gloria Abeli paratur, quia primus, dum eſſet Paſtor, Deo gratum munus litauit, quod poſteri imitarentur. D. Aldhelmus epiſt. de Virg. cap. 28. *Grata diuinis conſpectibus holocauſtomata Abel primus mortalium offerre promeruit: & huius rei gratia à perfido fratre inextricabile germanitatis vinculum contra ius diuinum, & fas humanum rumpente, crudeliter* 30.

Borgia primus Princeps, qui inter diuitias ſeſe perfectè offert Conditori holocauſtum.
Gen. 4.
Apoc. 13.
Anſelm.
Aldhelm.

crudeliter cruentatus futuram in fine ſæculorum pij Redemptoris noſtri paſſionem purpureo pretioſi ſanguinis oſtro præſigurauit. O quàm grata Numini ſacrificia à Duce Gandiæ oblata etiam cùm Paſtor eſſet, cùm Prorex ouium hædorúmque Rector exponitur. Moyſes Domino litaturus, ab aula egreditur Pharaonis. Abraham egreſſus è domo ad montem pergit oblaturus holocauſtum. Carolus Imperator Borgiæ Dominus à ſæculo recedit, ad D. Hieronymi clauſtra properat, vt gratam Deo offerat oblationem: & Borgia in Palatio, in aula inter ſubditos, inter diuitias ſuum perfectè cor Domino litat. Primus planè, & ideo meritò alter IESVS exſurgit perfectum Patri cœleſti litans holocauſtum, & cum ipſo in ſuperis accumbens.

31. Qiiid plura? Nouæ alterius doctrinæ primus Borgia dogmata expreſſit. An Princeps vllus ſacræ Muſicæ ſtuduit, vt choris Eccleſiarum traderet, & Dauidica carmina, & Eccleſiæ hymnos præcinendos? Celeberrimæ vbique Ducis Gandiæ Muſicæ lucubrationes. Quæ quidem eo ſpiritu condebantur, vt audientes ad Dei amorem, ad ſpiritualem lætitiam, ad triſtitiam ſalutarem excitarentur. *Quandocumque ſpiritus arripiebat Saul, tollebat Dauid citharam, & percutiebat manu ſua, & refocillabatur Saul, & leuius habebat. Recedebat enim ab eo ſpiritus malus*, 1. Reg 16. Quis dubitet multos alios citharas percuſſiſſe? At alij inſtrumentis muſicis vtebantur, quin dæmones ab hominibus pellerentur. At Dauid primus fuit citharista ſalutaris. Multi Principes muſicæ ſtuduere, ſed primus Borgia qui choris ſacris ſalutaria carmina præcinenda compoſuit. An non nouum, Ducem ſæcularem, aulicum, ſacra carmina componere, & non potiùs amatoria, & prophana? Ergo ſicut Dauidi citharæ primatus tribuitur, quia concentu ſuo homines traducebat ad pietatem, dæmone fugiente: Borgiæ dandum Duci muſicæ piæ ac ſacræ magiſtcrium. Primus etenim Princeps, cui debet chorus carmina pietatis. De Dauide Procopius. *Cultus Dei, qui per inſtrumenta muſica exercetur, non quidem à Deo traditus, ſed à Dauide religioſè excogitatus eſt. Diuino enim ardore inflammatus, ea, quæ homines ad libidinem accendunt, ad pietatem traduxit. Cantum articulatæ vocis diuinis hymnis temperans, vt melos ſenſum, intellectus verò vnâ eadémque operâ diuinum ardorem exſuſcitaret. Dauid itaque diuini Spiritus vim, atque efficaciam acceperat, quo operante ſpiritus malignus quieſcebat.* Id quod Duci Borgiæ hymnos ſacros condenti, vt excitet ad pietatem, facilè accommodatu eſt.

Borgia Dux primus, qui in morem Dauidis, hymnos ſacros animo ſalutares compoſuit.

1. Reg 16.

Procop.

PARS QVARTA.

GONZAGA.

PARAPHRASIM, AC COMMENTARIOS literales ad caput duodecimum Lucæ pete à parte prima huius libri.

Panegyrici Morales circa literam in Gonzagam.

PROLVSIO.

LVDOVICVS Gonzaga Marchionis de Caſtellon filius in benedictionibus dulcedinis præuentus à Numine ante Diuus, quàm natus: agnoſcens mundum pelagus eſſe mortuum ad viuens Mare, (ſic Richardus Laurent. appellauit Deiparam,) præcinctus velocitatem, properauit. Aiebat Galfrid. apud Tilm. in alleg. ad cap. 3. Ioſuë. *Fateor, mare eſt mundus, ſed mortuum, in quo nauigas. Et quantas debes gratiarum actiones Deo, quod mare vnum feruens, ſed meabile mari mortuo commutarit?* Vix Gonzaga mortui maris potuit aſpectare pericula, cùm ſeſe dedit pelago Mariano totum Deiparenti litans affectum. Excepit Maria ratem, & quia ſimul ſtella maris felicitatis tranſmiſit ad portum.

SECTIO

SECTIO X.

Expectatio.

TEXTVS.

VERS. 35. Sint lumbi veſtri præcincti, & Lucernæ ardentes in manibus veſtris. Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptiis. Vt cùm venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei, *&c.*

IN GONZAGAM

PANEGYRICVS DECIMVS MORALIS CIRCA LITERAM.

EX EXPECTATIONE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ, &c. Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptiis.

Expectat Ludouicus Ieſum à nuptiis ad nuptias reuertentem, quia ei ſe dilectiſſimam offert ſponſam.

Vbi ex elogiis Luiſij varia inſero moribus documenta.

1. GRAVIVM Doctorum ex ſententia ſeruorum vigilum, ac Virginum prudentum & fatuarum decem parabola in vnum tendit ſcopum. Nam ſerui hi cum facibus ardentibus, ſicut Virgines cum lampadibus excipiunt ſponſum à nuptiis reuertentem, vt & ipſi, ipſæque cœleſtes excipiantur ad nuptias. Virginum metaphora fœminæ, ſeruorum autem viri inuitantur ad thalamum: vtriuſque enim ſexus anima cœleſti illigatur ſponſo. Porrò Ludouicus Gonzaga inter vigiles ſeruos vigilantior aſſurgit, præcingitur ad receſſum è ſeculo, facium ſplendidiſſimarum, ſeu virtutum fulgorem ſpargit, ſponſum excipit, ab ſponſo, ornatus, excipitur. O ſponſa agnata Conditori!

2. Quàm meritò cum ſponſa clamitas, *Dilectus meus mihi, & ego illi*, Cant. 1. Vnico Ieſu, & ſponſo, & Regi obſequium prælibo. Iuſtus Orgel. *Ego Regnum Chriſti, Chriſtus eſt vnicus Rex & ſponſus meus. Ipſe vnicum caput meum.* Non multos viros, ac ſimul Dominos habeo: ſed ſolummodo Ieſu vnico ſponſo, ac Domino illigor. Quàm ſuaue pondus!

Sponſa iuſto Luiſius cui ſponſo, ac Domino præparata. Cant. 1. Iuſtus.

Particulæ, *Lumbi veſtri*, & *In manibus veſtris*, ſeruorum, aut Virginum ſponſarum exprimunt multitudinem: illa autem, *Dominum ſuum*, vnicum oſtendunt ſponſum dominatorem. O ſponſæ cœleſtis felicitatem! Vnicum ſponſum & Dominum obtinuiſti, cui ſeruias. At mundiales multos ſponſos, multos dominos ſortiuntur. Cœleſtis ſponſus Samaritæ fœminæ profatur, *Quinque viros habuiſti*, qui quidem quinque ſtultis Virginibus potuerant præparari, Ioan. 4. Vna quidem mulier Samaritana pluribus non coniugibus, ſed dominis, ſed tyrannis impendit obſequium. O ſi me ſponſum Dominumque vnicum elegiſſes! Ex Auguſtini mente quinque hi viri quinque corporei ſenſus, qui animæ vni dominantur: aut multa mundi præcepta, quibus amatores ſeculi ſubiiciuntur miſerè, quia vnicò ſponſo, ac Domino renuunt adhæreſcere.

3. Vna Samaritana quinque viros, ſeu dominos habet tyrannos, vnicum negligens ſponſum, & Dominum, Ioan. 4.

Auguſt.

Vnicus animarum ſponſus puriſſimas inuitat ad nuptias. Inuitatorum vnus excuſatur profatus, *Iuga boum emi quinque, & vado probare illa*, Luc. 14. Mihi quinque iuga, quæ collum premerent acquiſiui. Me ergò hæc multiplicata vincula à ſingularis coniugij iugo retrahunt. O miſerum! Mundo ſeruis? Quinque, ſeu potiùs quinque mille dominos ſortitus es, quibus cogaris obedire. An non ſatius, vni Regi ſponſo ſubmitti, à quo iugo vnico ſuauiſſimo illigeris? Ipſe profatur, *Iugum* enim meum ſuaue eſt. Quia *in vinculis Adam* trahit nos, *in vinculis charitatis*. D. Bernardus ſerm. ad illud; *Ecce nos reliquimus omnia*, ait: *Quid cùm iuga ſubiiſſe cauſamur? Arguamus magis emiſſe. Illud enim ſtoliditatis eſt miſerandæ, iſtud extremæ dementiæ. Quid ergo miſer pro iugo boum diſtrahis animam tuam, qui iugum Chriſti ſponſi ſuſpiciens, emere poteras Regnum Dei, mercari vitam? Vides excuſationem hominis, qui propterea Chriſtum non ſequitur, propterea ſe excuſat à nuptiis, quia iuga boum emerit quinque.* O quot malè prodigus diuitiis cōparat multiplicatam ſeruitutem, qui ſingularis coniugij iugo vnico addictus gratis poſſet vitam acquirere.

4. Miſer, qui emit ſibi quinque tyrannos, dum vni ſponſo vocanti ad nuptias poteras illigari gratis. Luc. 14.

Bernard.

Vigilas

5. *Vnus duodecim iugis premitur?* Vigiles ſerui,ſeu prudentes Virgines Dominum ſuum, ſponſumque vnicum expectant, vni iugo conſtringendi. Elias quæritat Eliſæum, & inuenit arantem. *Profectus inde Elias, reperit Eliſæum arantem in duodecim iugis boum. Et ipſe in duodecim iugis boum arantibus vnus erat*, 3. Reg. 19. Non mirans hominis miſeram ſeruitutem, qui vnus cùm ſit duodecim iugis opprimatur?

6. *Quilibet Dominus ex hiſce duodecim, plures dominos repræſentat.* An tibi duodecim boum iuga plura videantur? Plura ſunt, quàm apparent; quia vnicus bos plures Deos miſeræ animæ repræſentat. Poſtulanti Iſraeli Deos, qui populum præcederent, vnus vitulus egreſſus eſt, clamante cœtu, *Hi ſunt Dij tui, Iſrael*, Exod. 32. Quónam modo multitudo Deorum memoratur, ſi
Exod. 32. vnicus eſt vitulus? Quia miſer, qui relicto vnico ſponſo Domino, addicitur duodecim tyrannis, in ſingulis quidem Deorum mendacium ſibi comparat multitudinem innumera-
Chryſoſt. bilem. Chryſoſtomus *hom. 5. de Pœnit.* fatur, *Vnus factus eſt vitulus, & clamat ingratus populus: Hi dij tui, Iſrael. Hi dij tui vnum vitulum reſpiciens? Quare igitur Dij? ſententiam interpretatur, non quod videtur indicat: ſed & Deorum pluralitatem annunciat.*

7. *Ludouicus Virgo prudens vni Ieſu illigatur, quia ſanctus eſt.* Hinc rimor Ludouici à Gonzaga glorias. Ieſum à nuptiis ad nuptias aduentantem excepit, vni vnus addicitur factus ſponſa. Marchio parens ſatagit ſponſalia diſſolui, curans impedire, ne filius ſocietatem iniret, vbi nuptiæ celebrandæ erant. Cui Gonzaga viriliter, Vis, ô Pater, me vnicum animæ ſponſum, ac Dominum relinquere, vt mundo alligatus, innumerabilia mihi iuga comparem? Mitte me vnico Domino ſeruire, qui errata dimittit, qui tributis non premit, qui ſemper exigit ſalutaria. Pluribus ſeruiam Dominis, tyrannis addicar innumeris? Haud hæc prudentis Virginis reſolutio. Meus frater hæres conſtituatur, ſpirituales diuitiæ Religioſæ paupertatis
Act. 10. mihi ſubſint hæreditas. *Nunquam manducaui commune, & immundum*, Act. 10. O Marchio, *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Origenes hom. 5. in Leu. *Qui ſanctus eſt, ſolius Ieſu eſt, & cum nullo ei communio eſt. Qui autem ſecularis eſt, multorum eſt. Multi poſſident eum, & ideo communis appellatur.* O Sanctum adoleſcentem vnicum Dominum ſpectantem ſponſum: *Expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptiis.*

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Ad excipiendum Dominum Luiſius faces Orationis continuæ ſuccendit.

Qui orationis, ſeu contemplationis exercitamento dat operam, omninò debet à viſibilibus abſtinere, continere ſenſus.

Si faces ſuccenſæ virtutem contemplationis innuunt, quæ potentias animi, ac corporis ſenſus abripit ad ſublimia: Luiſij mei cœleſtem fulgorem obiiciam Solis vincentem radios. 8.

9. *Luiſius ſemper orans, non curat viſibilia.* Sic adoleſcentis animus à Domino rapiebatur ad ſublimia, vt ſenſus corporei ſuo munere minimè fungerentur ex portionis ſuperioris imperio; ſed ex naturæ ſolummodò præſcriptione. Tam addictus ſemper aderat cœleſti ſponſo, vt externa nullatenus attenderet. In Refectorio Romani Collegij ſæpe aſſederat menſæ, & rogatus, vt ad Rectoris ſedem quid reportaret, reſpondit, ſe Rectoris ſedem minimè tenere. Sæpe ad vineam relaxationis gratia venerat, & cùm ad aliam duceretur primo diuerſam, deputauit eandem. Ad agrum eum Sacerdote mittitur, pergit ſilens: & rogatus, cur locutus non eſſet, reſpondit: Quia iuſſus ſum comitari Patrem, non loqui. Vndenam hæc à ſenſibus abſtractio? Quia ſe Ieſu Templum exponebat, vbi ſolo Dilecto frueretur.

10. *Se Templũ Dei reputabat, vbi continuò Dominus reſidebat, & ideò non distrahebatur ad viſibilia.* Paulus aiebat, *Propter ea flecto genua mea ad Patrem Domini noſtri Ieſu, vt Chriſtus cordibus noſtris inhabitet*, Epheſ. 3. In corde proprio vel abſtractus à Templo Apoſtolus genua flectebat, quia ſe ſemper Templum Dei eſſe exiſtimabat; vnde à cunctis aliis viſibilibus curabat ablegari. Chryſoſtomus Orat. 2. de Precat. *Quem non capiunt cæleſtes orbes, animo, qui in precatione vitam ducat, continetur. Qualem domum ædificauit Paulus? Flecto*, inquit, *genua mea ad Patrem*, &c. Vel in Refectorio, vel in vinea, vel in agro Luiſius quaſi peregrinus commoratur, quia vbique ſe Dei Templum contemplatur, genuaque præſentiſſimo Numini flectit. Chryſoſt. Epheſ. 3.

11. *Soli cæleſti Ieſu hoſpiti ſeruiendo attendit.* Semper Ieſus in Luiſij animo morabatur, quia ſemper Diuus orabat, & contemplationi aſſidebat. Vbi autem animus contemplationi, aut precibus dans operam, adeſt, neceſſariò Dominus eſt. Habitaculum Dei aut cœlum, aut Templum? Ergo ſemper in Luiſio, quia ſemper orans fit Templum, & cœlum. *Et vidi* (ait Ioannes) *ſubtus Altare animas interfectorum*, Apoc. 6. Quomodo animæ Martyrum, quæ in ſuperis reſident, in Templo morantur, ſi in cœlo Templum non eſt? *Et Templum non vidi in ea*, Apoc. 21. Porrò, quia animæ illæ orant, & contemplantur. Vbi autem orationes profunduntur, ibi cœlum, & Templum aſpicitur, vbi Deus habitet. Orans Luiſius cœlum, ac Templum fit, Deo præparans tabernaculum. An ad ſpectanda terrena diſtrahatur, qui tanti hoſpitis præſentia fungitur? Apoc. 6. Apoc. 21.

12. *Luiſius ſemper orans, ſemper degit in cælo: quomodo attenderet viſibilibus?* Viſus ſæpe in cubiculo manens è terra vectus ſpiritus alis volitare ad ſuperos. Cùm autem cum ſociis morabatur, ſolum ſpiritum volare permittebat, nunquam à contemplatione abſtractus. *Ieſus* (ait Matthæus) *aſcendit orare*, cap. 14. Vbi Anſelmus, *Introiuit in ipſum cœlum, vt appareat vultui Dei.* Nam qui perfectè orat, licèt corpore commoretur in monte, ſpiritu volitat ad ſuperna. Sic Luiſius corpore in Refectorio, ac vinea, animo in cœlis commoratur exorans; vnde non mirum, nec Rectoris ſedem aſpexiſſe, nec vineæ notaſſe differentiam.

13. Tam addictus ne orationi, vt non poſſit ad viſibilia

Tam attentus orationi aſſidebat, ac ſi Euchariſtiam immolaret: ideo à qualibet abſtinet detractione.

viſibilia diſtrahi? Certè Luiſius tam intentus aderat orationi, ac exercitio præſentiæ Dei, vt ſibi perſuaderet, tunc Euchariſticum offerre ſacrificium; quod quidem miniſterium ſupremum ineffabilis decet attentio. Dum aſpicis Luiſium manus ad orandum extendentem, exiſtima Altario addictum, vt Euchariſtiam offerat: & non queraris, quòd ſenſus ab aliis auertat diuerticulis. Vndenam, ais, Luiſio præparari ad ſacrificium Euchariſticum, cùm contemplationi, aut orationi vacabat? Quia continuò eius meditationi ac orationi Euchariſticum myſterium materiam exhibebat: cuius tam deuotus adoleſcens, vt ideo eius exprimatur effigies Calicem, aut cuſtodiam Euchariſtiæ ſimulacrum tenens. Accommodo Luiſio, quod de patre ſuo laico Nazianzenus Orat. funeb. ſcribit, dum eius orationis exercitia exprimit.

Nazianz.

Languidis manibus ad orationem compoſitis myſteria celebrat. Mente (rem miram!) ſine ſacrificio in ſacrario, ſine altari ſacrificus, Sacerdos procul à myſteriis remotus. Gonzaga quidem Sacerdos non erat, ſed ex affectu ad Euchariſtiæ myſterium, quotiens manus ad orationem componebat, myſteria animo celebrat. Quid mirum, ineffabili à viſibilibus abſtractioſine ſoli attendere Sacrificio?

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Luiſius extitit Lucerna ardens, id eſt, nimium lucens caſtitatis fulgore.

Aſſero, nullam nimiam eſſe caſtitatis cuſtodiam, quæ tot hoſtium patet incurſibus.

Virgini vel mulieris appellatio inuiſa.

EManuel Saa ſic exponit particulam, *arden-*
14. *tes lucernæ, id eſt, lucernæ lucentes.* Vide-
tur adiectiuum *lucentes* ſuperfluere; nam ideò
lucernæ vocitantur, quia lucent. Certè nimia
quædam lux indicatur. Quænam, precor,
nimia lux in Diuis requiritur? Ex Maximi
ſententia & contemplatio, & charitas, & caſti-
tas ſuperabundans indicatur.

Luiſij nimiam erga caſtitatem curam pendere. Ieſum æmulatur, dum à matre virgine receſſiſſe.

15. Ad caſtitatem Luiſij lubet contrahere, cuius
fulgor nimius in eo videtur extitiſſe. Itaab-
ſtinuit à fœminarum colloquio, vt nec cum
matre admodum pia fœmina nunquam vo-
luerit ſolùm commorari: & ſi ei loquendum
cum aliqua muliere fuiſſet in publico, ocu-
los in terram demitteret plenus rubore. Dixit
aliquando Marchioniſſa parens: Me aſpice
Ludouice, non fugias eam, quæ te enixa eſt.
Et ideò te fugio, ait, quia ſcio te me peperiſ-
ſe. Si natus non fuiſſem, ſed ſpiritus factus
ſine carne, haud mihi eſſet formidabilis fœ-
minarum aſpectus. Audi ô fili. Mater Ieſu
erga Matrem meliorem curo fugitantem affe-
ctum æmulari. *Mulier*, (è cruce inquit)
ecce filius tuus. Quid mihi, & tibi (ait in Ca-

Ioan. 19.
Ioan. 2.

Ant. de Eſcob. & Mend. Tom. V.

næ nuptiis) *eſt mulier?* Ioan. 19. & 2. Cur vſus eſt Dominus minus dulci vocabulo, dum Matrem dilectiſſimam allocutus eſt? Scio è Cruce non appellaſſe matrem, ſed mulierem, ne dulci vocabulo eam ampliùs ſauciaret, cùm recederet. At quare in nuptiis mulierem appellarit? Honorabat quidem Dominus ſua præſentia nuptias, ſed ſimul honorabiliorem oſtendebat ſtatum virginitatis Ioannem aduocando, qui erat ſponſus iuxta quorundam non ineptam ſententiam. Tunc igitur, cùm adeſt virgo Ioannes edocendus puritatem virginitatis, voluit Dominus nimium fulgorem emittere, à propriæ matris puriſſimæ recedendo reſpectu. Ac ſi diceret: Qui ad puriſſimum virginitatis ſtatum aduolant, exiſtimare debent, ſic ab omnibus mulieribus abſtrahendos, vt vel à matre recedant ex quo capite mulier aſpicitur. Honoranda mater, ſed mulier à longè reſpicienda. O nimium Solis fulgorem! *Quid mihi, & tibi eſt mulier?*

Filius ne Angelus quidem puritate à Matre 16.
laudabiliter ſeparatur, quia mulier eſt? An
nimietatis Luiſius vitium incurrit? Non du-
bium, quin ſtrictiori iure teneamur ad ſpon-
ſam, quàm ad matrem, iuxta illud: *Relin-*
quet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxo-
ri ſuæ, & erunt duo in carne vna. Attamen ſi
vnus coniugum ex voto, aut ex deuotione è
communi conſenſu à voluptatibus licitis ab-
ſtinet; debet ſuſpectum ducere ſponſæ collo-
quium, & eam quaſi mulierem fugiendam
compellare. Iob quaſi liber ab vxoris lege ex-
primens eos, qui à carne abſtracti ſpiritui vi-
uunt vxori profanti, *Benedic Deo, & morere,*
reſpondit, *Quaſi vna ex inſipientibus mulieribus*
locuta es, Sap. 2. Cur ô bene, tam aſper vxori?
Certè puritatis myſticè alumnus, vxorem (à
qua dimiſſus eſt, & liberatus ac ſi mortuus
vincula comminuiſſet) quo ex capite mulier
erat, haud benignè compellat. Auguſtinus ad
Pſalm. 130. Conc. 9. *Ille, qui caput obſeruabat ſerpentis, repulit omnem ſuggeſtionem. Reſpondit vxori ſicut dignum erat reſpondere mulieri.*
Si ſuggeſtionem ſerpentis diligenter obſeruat
cuſtos vigilans caſtitatis, matri ac ſponſæ re-
ſpondeat vt dignum eſt reſpondere mulieri,
cuius vel nomen inuiſum virginitati.

Iob agens typum eorũ, qui ſoluuntur à lege vxoris, aſperius eã mulierẽ appellauit.
Gen. 2.

Marchioniſſa erat ſancta, Luiſius Angelus 17.
exiſtebat puritate. Attamen fugitat Angelus
Diuæ conſortium. Audias, precor. Iacet in
vrbe Legionenſi ſepulchrum venerabile D.
Iſidori Hiſpaniarum ornamenti, iuxta quod
Regia erigitur Aula. Regina Sanctia virgo ca
ſtiſſima putabat, ſe poſſe eſſe habitatricem cùm
feneſtram aperiebat Regij cubiculi, è qua Iſi-
dori Altare poſſet aſpicere, & Diuum precari.
Quadam nocte Doctor egregius è ſepulchro
proſiliens cœleſtibus indutus fulgoribus ſeſe
virgini Reginæ oſtentauit proclamans, autho-
re Luca Epiſcopo Tudenſi Hiſt. miracul. D.
Iſidor. cap. 35. *Quamuis ipſa virginitatis voto te Deo ſacraueris, & ego Deo deuotas ſemper dilexerim fœminas, tamen nunquam acceptam habui earum mecum diuturnam reſidentiam corporalem.* Si purus ſpiritus iam es ô Diue, à corpore ſeparatus, ſi in ſuperis moraris, cur refugis caſtiſſimæ virginis conſortium? Adhuc meum corpus in terra reſidet, nolo ad id accedere

D. Iſidorus ægrè fert, cadauer ſuum in aſpectu virginis Sãctiæ Reginæ cõmorari.

Lucas Epiſc.

 fœmi

fœminam ſpiritu Angelum, quia in corpore mulier. O Ludouice, fuge vel matris caſtiſſimæ conſortium: tanta enim ſerpentis malitia, vt ipſa ſecuritas videatur offendiculis redundare.

Observat. IV.

Ad illa verba:

Et vos ſimiles hominibus, &c. vt cum venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei.

Luiſius intra Societatis Ieſu clauſtra ſemper Domini expectator exiſtit, obedientiæ præſcriptione conſtrictus, redit ad Palatium.

Aſſero, Religioſos, & virgines cunctos decere recluſionem, ne diuagantes delinquendi periculis implicentur.

18. *Ieſuitas non decet ad Patriam, ſeu domos paternas regreſſio, niſi ex ſpeciali obedientiæ præſcriptione.*

INtra fores domus Ieſu vigiles ſerui Dominicum expectant aduentum, non extra domum diuagantes ſicuti fatuæ Virgines, quæ dum irent emere oleum, domum relinquentes, veniente ſponſo, deturbantur è thalamo. Prudentiſſimus Gonzaga, quem ſemel ſeculum dimiſit, rurſum aſſumere nolebat. Inſtant propinqui, vt ad Caſtellonenſem redeat Principatum, vt fratrem Rodolphum Gonzaga Marchionem monitis ſalutaribus ad meliorem frugem adduceret è libidinis ſcandaloſæ barathro eripiens. Permittunt ſuperiores, nec Luiſius ſe ad iter accingit neceſſarium, donec permiſſio illa graue mutatur in præceptum.

19. *Stulta Dina quæ è domo Dei egreſſa eſt, excidendi periculo expoſita.* Gen. 37.

Quàm prudens Virgo, quæ vel comparandi olei gratia timet Ieſu è domo ſeparari. Cum ſtultis Virginibus colliganda *Dina, quæ egreſſa eſt, vt videret mulieres Regionis illius*, Gen. 37. Vulgaris locus haud vulgariter efferendus. Vndenam Virginem fatuam Dinam vocitaſti? An quia viſura mulieres à viris ſeſe videndam expoſuit? Crediderim, ex eo ſtultam Dinam, quod è domo paterna egreſſa eſt. In Patris cœleſtis domo recluderis, & egredi audes? Vereor, ne miſerè depetire cogaris Author

Cat. Græc. Græcæ Catenæ fatur, *Caueat quicumque peccandi occaſionem declinare velit, ne ex ædibus ſui Patris, hoc eſt, Ieſu, longiùs euagetur.* Qui Ieſu domum iniiſti, tene quod habes, ad paternam ſecularem domum non tedeas qui patrem terrenum cum cœleſti Patre commutaſti: ne periculum excidendi ſubeas.

20. *Luiſius ad terram re- [illegible] manu Ieſu non diſceſſit, & ideo non eſt conuerſus in colubrū.*

Luiſius è Ieſu domo egreſſus non exiuit, quia ſecum detulit domicilium, exactiùs ſpiritualibus exercitamentis vacans, ſanguinis oſor, ad fratrem accedens quaſi ad proximum Ieſuitæ egentem miniſterio, ſe abnegans Palatij commoditatibus, à Deo enixis precibus impetrans breuem negotij expeditionem, vt liceret ad propria reuerti, qui domo paterna manens, ſe putabat in alienis detineri. Quid rimes adoleſcens? Ne extra Societatis Ieſu domum habitans, aliquod piaculum contrahas circa commodioſa temporaria, quæ Ieſum Cruci ſuffixum non redoleant. Non eſt quod verearis, qui ex obedientiæ præſcriptione egreſſus, Patriam iterum iniiſti. Moyſes virgam manu tenebat, è manu dimittit, & verſa eſt in colubrum horribilem. *Proiice* (inquit Deus) *in terram. Proiecit, & verſa eſt in colubrum*, Exod. 4. Ad manum Moyſi è terra, à qua exorta ſum, virga directa veni, è manu legiſlatoris dimiſſa ſum, vt ad terram, è qua ſciſſa fui, recurrerem: & quæ virgas eram iuſtitiæ, verſa ſum in ſerpentem. Pulchrè D. Cyrillus Alex. hom. 4. Paſch. *Vbi è manu legum Conditoris exciderit iuſti virga, tunc morum facilitate manſuetudine abiecta, ſerpens venenoſus extitit.* Iam ſæpe virga terram contigerat dum pro baculo Moyſi deſeruiebat, nec conuerſa fuerat in draconem dum abiecta à manu Moyſi terram patriam tangit, è virga mutatur in ſerpentem. Cùm Religioſi terram contingunt ad dirigentis imperium, nec è manu Ieſu legiſlatoris dimittuntur, minimè permutantur: ſed cùm continens manus omninò abſtrahitur à virga. Luiſius in manu Ieſu & eius imperij vi ad patriam terram redit in manu quidem Domini, & virga perſiſtit. Exod. 4. Cyrill. Alex.

21. *Cunctis Patria eſt dulcis, Gonzagæ ad modū amara, & nō gehenna, quia cum Ieſu commorabatur.*

Non cadat ſine pondere Luiſij anguſtia ad Patriam dum immittitur, & dum in Patria reſidet. *Dulcis amor Patriæ*, cecinit ille, & verè,

Neſcio, qua natale ſolum dulcedine cunctos
Allicit.

Vnde Deus vt ad ſe Iudæos magis alliceret, ſuaderemque vt diuinis mandatis obedirent, illis Patriæ ſtabilitatem pollicetur. *Bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra, & habitabo vobiſcum in loco iſto*, Ierem. 7. Vbi Hieronymus, *Quia naturale eſt, vt vnuſquiſque natale diligat ſolum, & nihil dulcius habeat Patria; pollicetur præmia obedientibus. Habitabo vobiſcum, vt ſecuros de habitatione vos faciam: ſiue vos ipſos, iuxta Symmachum, firma habitatione fundabo.* At tam amara Patria Luiſio, vt, ne triſtitia conficeretur, neceſſum fuerit, de reditu maturo commoneri. Attamen, quod Diuum promptiorem reddidit ad profectionem in Patriam, fuit, ſemper cum Ieſu commoraturum: *Habitabo vobiſcum in loco iſto.* O Domine, hoc ſolum non erit mihi Patria gehenna, quod tecum ſum inibi habitaturus. Vt alliciat Iudæos ad obedientiam, promittit Deus firma habitatione eſſe donandos. At vt ad Patriam adducat Luiſium, Deus eius animo ſuggerebat, *Citò è Patria recedes.*

O ſi Religioſis vel Patriæ nomen, exitialis quidem virtuti, eſſet horribile!

***

Obser.

Observat. V.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, &c.

Luiſius ſanctus erat dum expectabat ſe à Iesv in domum adducendum: prælibans, in Societate futurum ſanctiſſimum.

Innuo, nouitium feruorem arguere illuſtres profectus.

22. Dei famuli dum expectant Dominum, vt in domo eius recipiantur, iam præcincti oſtenduntur, iam lucernarum, ſeu virtutum fulgorem ſpargunt, iam diligentes circa Domini ſe gerunt obſequium. Innuunt planè, ſe futuros ſanctiſſimos, poſtquam in Iesv Palatio reſederint. Profectò illos Chriſtus pleno ore beatos appellat; Beati ſunt ſerui illi: & dignos reputat, qui ſeruili habitu dimiſſo, menſæ accumbant filiorum. *Præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere.*

23. Vita in ſeculo iuſta crepuſculum diei fulgentiſſimi Religionis efformat. Digitus Dei reſidens in pueritia ſeculari, arguit totam Dei in Religioſa vita manum amouendam. Moyſes ad Pharaonem ſerpentem immiſit, aquas vertit in ſanguinem, ranas eduxit ad terras è fluuio, è paludibus, culicum inſtruxit exercitus. Magi conclamitant, *Digitus Dei eſt hic*, Exod. 8. Quales Hebræi in Ægypto reſidentes, quos Dei digitus beneficiis cumulat? Magni prorſus. Quales autem obiiciuntur in terra Promiſſionis commorantes, qui tanti in Ægypto extitere? Porrò Dominus *in manu fortis eduxit eos*, Exod. 13. Iam poſt ſecularem vitam Dei manus oſtenditur ad vberiorem eorum promotionem ad ſpiritualia (myſticè exponam) incrementa. Nam Dei digitus in ſeculo, Dei manum arguit in Religione.

Dum quis in ſeculo exiſtens oſtēdit Dei digito protectum, indicat in Religione tota Dei manu muniēdum.
Exod. 8.
Exod. 13.

24. Enim verò ſi quis in ſeculo reſidens tota Dei manu donatur, tam admirabilis apparet, vt non facilè conſequi intellectu poſſimus, quis ille futurus ſit in Religione. Orto Ioanne Baptiſta, vicini proclmant, *Quis putas puer iſte erit?* Luc. 2. An Angelus erit in deſerto? An Propheta? Imò pluſquam Propheta, Virgo, Martyr, & inter natos mulierum nullus maior exſurget. Vndénam arguis tantum futurum, imò non ſatis percipis quis erit? *Et enim manus Domini erat cum illo*, ibid. Si priuſquam Ioannes Dei domum ineat ad deſertum properans, tantus eſt puer, tot tantaque miracula excitat, vt Dei manum cum illo eſſe conſpiciamus: quis putas erit in deſerto? Nam ſi digitus Dei in ſeculo manum arguit in Religione, in ſeculari vita *Dei manus cum illo*, quid arguet in deſerto? Totum certè brachium omnipotentiæ: *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. Sed qui minor eſt in Regno cœlorum, maior eſt illo*, Matth. 11. Quiſnam minor in cœlorum Regno? *Chriſtus, qui non venit miniſtrari, ſed miniſtrare*, iuxta aliquorum ſententiam. Tantus erit Ioannes, vt vno ſolùmmodo virorum minor exiſtat, ſcilicet Iesv. Id quod non obſcurè indicat Dei manus in puero reſidens; arguit enim totum brachium in viro futurum.

Si in ſeculo quis tota Dei manu munitur, quis in Religione erit?
Luc. 2.
Matth. 11.

25. Acceſſit puer Dauid ad Saulis præſentiam, vt ad ſingulare illud certamen eligeretur. Verùm ne deſpiceretur à Rege, ſed ad domum traduceret, profatur: *Paſcebat ſeruus tuus patris ſui gregem, & veniebat leo, vel vrſus, & tollebat arietem de medio gregis, & perſequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum*, 1. Reg. 17. Eruebas arietem de leonis ore? Ita Rex. Quónam, quæſo, inſtrumento? Hac puerili manu. Tunc Rex puerum ad domum Regiam admiſit, vt militem efficeret, ratus fore vt gigantem interficeret. Nam qui in ſæculo talia operatur, vt innuat Dei manum, in eo reſidere, qua potuit arietem ex ore leonis extrahere: arguit apertè, diuino brachio percuſſurum Goliath, poſtquam Regis miles fuerit effectus. Nec fefellit ſpes. Dauid enim Saulis iam miles ſi extra domum Regiam Dei manu eruerat ex faucibus ferarum arietes, miles Regis exerit brachium vt contorqueat lapidem in gigantem. Perpulchrè Auguſtinus hom. 31. ex 50. *Intellexit Rex cùm videret talia audentem puerum, aliquid in eo diuinitatis eſſe.* Ineſt in puero Dei proculdubio manus extra domum meam, brachium Dei reſidebit in milite ad Regiam traducto.

Manus Domini in Dauide, dum in paterna domo moratur, arguit Dei brachium futurum in ipſo, cùm in Regia domo reſideat.
1. Reg. 17.
Auguſt.

26. Quid moror Luiſij facinora? Vix naſcitur, cùm manus Domini in illo viſa eſt reſidere. A ſeptennio ſe Deo litauit. Nunquam ſe peccato lethali polluit: imò nec aduertens veniale commiſit. Aſſerit noſter Cardinalis Bellarminus Luiſium cum Diuis in gratia confirmatis, ſe authore, debere computari. Quid putas puer iſte erit, cùm à paterna domo in Iesv aulam transferatur? Manus Dei cum puero ſæculari? Brachium Dei cum Religioſo adoleſcente, tam lucidis crepuſculis die clariſſimo reſponſuro exorto. Quis enim queat charitatis, obedientiæ, humilitatis, obſequij erga Euchariſtiam, puritatem, reuelationes, prophetias, miracula verbis exprimere, poſtquam Societati nomen dedit? An non cum illo Dei brachium eſſe conclamauere ſocij?

Quis, putas, Gonzaga puer erit in domo Dei, ſi manus Domini erat cum illo, dū in paterna domo mirabatur.

Observat. VI.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ, &c.

Luiſius antequam naſceretur, ad currendum ita præcinctus eſt, vt ad Dei domum acceſſerit, priuſquam paternam domum iniret.

Magnum iuſti decus eſt, à cunabulis Deo litatum fuiſſe.

27. PRæcinguntur famuli vigiles, vt expediti velocius accurrant ad ianuam, vt pulſanti Domino *confeſtim aperiant*? Tam velox Luiſius ad aperiendum Domino, vt priuſquam ex vtero oritetur, iam confeſtim aperuiſſet.

28. *Luiſius antè natus Deo, quàm mundo, baptizatus in vtero.*

Cùm Caſtellonis Marchioniſſa grauiſſimè cruciaretur, vt pareret, pars corporis infantis, quæ ſacra vnda dilui poſſet, educitur. Baptizatur ergo Luiſius adhuc in vtero reſidens, vt prius Regis cœleſtis domum iniret, quàm in ſæculi habitaculo moraretur. Hoc priuilegio D. Mathildem donatam fuiſſe legimus. An non auguſtiſſimum Ioannis priuilegium, in materno vtero ad Dei domum properaſſe, vt prius Deo, quàm temporariæ luci naſceretur, qui lucem cœleſtem annunciabat? *Exultauit infans in vtero meo*, ait Eliſabeth, *Luc.*1. Vbi Origenes hom.9. *Exercebatur, & vrgebatur Ioannes, & præparabatur in matris vtero: vt mirabiliter natus, mirabilius nutriretur.* Præparatur Gonzaga in vtero Chriſtianus effectus ad currendam viam ſpiritus, non moratur in terra, Patria via eſt, non terminus Diuo, iam vt gigas exultat ad currendam viam, à primo cœlo egreditur, non conſiſtet, donec ad cœlum ſummum accedat.

Luc.1. *Ex vtero viam inſtituit, nō conſiſtit in paterna domo, via eſt illi, non terminus.* Origen.

29. *Magna gloria Deiparæ, fuiſſe ſanctificatam in lumbis paternis, vt domum Dei prius ingrederetur, quā parentum.* Pſalm 44. Leo Imp.

Vt gloriam Virginis Deiparæ Dauid celebrare cecinit, *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui: & concupiſcet Rex ſpeciem tuam*, Pſalm.44. Ad quæ pulchrè Leo Imper. orat. de Concept. *Cùm adhuc in lumbis paternis eſſes, proclamat progenitor tuus Dauid: Audi filia*, &c. *Audiſti, ô verè filia, admonitionem, & oblita es domum patris tui*, &c. Dum Maria in lumbis paternis eſſet, iam à Dauide admonebatur, ne cùm conciperetur domum patriam iniret: ſed ad Dei domum properaret. A conceptione igitur, Dei commoratur in domo. O priuilegium Dei parentis dignum! Quorſum id? Luiſius meus non à lumbis parentum, ſed ab vtero matris ad Dei domum cucurrit, & qui ob originale piaculum non potuit non in paterna domo conſiſtere nouem menſibus, properat ad egreſſionem, mox ſacra diluitur vnda, vt Dei domus perpetuus incola efficiatur.

30. *Gonzaga loco cunæ exceptus in Baptiſmi clypeo in potentiæ documentum.* Nonus.

Iam ab vtero ſibi inuiſos parentes oſtentat, iam carni, ac ſanguini bellum indicit. Baptiſmum Auſonius *clypeum fidelium* appellauit. Quàm pulchrè, ſi vidiſſet Luiſium noſtrum prius ad Baptiſmi clypeum veniſſe, quàm ad cunam. An non hoc fortitudinis bellicæ Diui præſagium? Lacænæ fœminæ, (authore Nonio apud Pinedam de Salomo *cap.* 14.) in clypeis pariebant. Porrò Alcmena pariens Herculem, atque Iphiclum vice cunarum in ſcuto repoſuit. Cecinit Theocritus Idil.24.

Theocrit.

Lauit vbi genitrix, & lacte impleuit vtrumque,
Ærato impoſuit clypeo.

Puerorum itaque cunabula clypei erant. Quo reor Claudianum alluſiſſe de Honorio loquens,

Reptaſti per ſcuta puer, Claudian.

vt viri agnatam fortitudinem enunciaret. O Ludouice, dum te video per clypeum Baptiſmi reptantem, dum clypeum tua cunabula recognoſco ab infantia cum carne ac ſanguine decertaturum auſpicor. Puer adhuc Marchionem debellabis, qui te curat totis viribus periculoſo in ſæculo detinere, dum aſpicit ad IESV exercitum properare. Hoſtes inuiſibiles ſuperabis, Hydriam Hercules tartaream comminues. Felix ſocietas, quæ tantum militem ſemper veteranum excepit. Nunquam enim tyro, qui clypeo vtens pro cunabulo, à cuna didicit horribiles hoſtes ſuperare.

OBSERVAT. VII.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ, &c.

Adeò præcinctus puritatis cingulo Luiſius oſtenditur, vt nunquam impuram paſſus fuerit cogitationem. Ita fugiebat, vt fœminarum inimicus appellaretur.

Edocens, nunquam non gerendas cum impuritate inimicitias.

VVlgare illud Gregorij, *Lumbos præcingimus, cùm carnis luxuriam per continentiam coarctamus.* Ita conſtrictus adoleſcens Luiſius cingulo puritatis, vt nunquam vel immodeſtæ cogitationis fuerit paſſus inſultus, tanta pace fruens, ac ſi fomes concupiſcentiæ vinculis, excelſo munere, premeretur. Bilis in eius corpore redundabat. Mirum cum tanto igne tantam componi temperantiam. Puer militiæ agnatus, qui magno vitæ diſcrimine tormento bellico ignem immiſit. Ardor militaris ſine laſciuiæ ardore, ſi Mars & Venus ſub Vulcani retibus gemuere? 31. *Cum diabolo, ac mūdo conflige, fornicationem fuge.*

Profectò tanta puritas haud eſt ſine illuſtriſſimis comparata victoriis. Cubiculo reclusus ſi fœminam Marchioniſſæ pulſantem ad oſtium audiret, accurrebat ad modeſtiam, dum lento greſſu incedebat ad portam, vbi demiſſis luminibus nuncia matris excipiebat. Nunquam cum matre ſine arbitro commorari voluit: & ſi aliquando vi conſtitit, oris rubore aperiebat modeſtiæ virginalis vulnus. Vnde famuli Luiſium vocitabant: *Fœminarum inimicum.* 32. *Comparata eſt Luiſij puritas fuga victoriis.*

Si Angelus es, ô Diue adoleſcens, cur cunctæ tibi fœminæ formidabiles? Quia cœleſtis prudentiæ eſt, huiuſmodi inimicitiis intercedentibus humanos Angelos à periculis liberari. Imperat Paulus caput fœminarum operiri velamine *propter Angelos.* Errauit Tertullianus exiſtimans impuritatis piaculo Angelos excidiſſe: *Videntes filij Dei filias hominum, quòd eſſent pulchræ,* &c. Gen.6. Ex quo errore, 33. *Prudentis eſt virginis adoleſcentis inimicitias gerere cum muliere.* Tertull. Gen 6.

errore, velut ex fabula quadam ſalutarem do affabulationem. Abſtineant Angeli ab eo, quod cœleſtibus ſpiritibus offendiculum appoſuit. *Eſtote*, (ait Dominus,) *prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ*, Matth. 10. Cur ſerpentes cum columbis colligauit? Quia vt columba ſis ſimplex ex puritatis amore, oportet te eſſe ſerpentem, inimicus vtique fœminarum, iuxta illud: *Inimicitias ponam inter te, & mulierem*, &c. Gen. 4. Non eſt cum fœmina ineunda amicitia ei, qui caſtitati libat ſacrificium.

Matth. 10.

34. Intra cubiculum Gonzaga diabolum vocabit ad ſingulare certamen, mundum prouocabat ad pugnam. At videns carnis voluptates à longè, accedentes ad cubile, properat ad oſtium, ne ingrediantur: & fœminas imperat diſcedere inimicus. Cùm nauicula Diſcipulorum iactaretur tempeſtate, IESVS *imperauit ventis, & mari, & facta eſt tranquillitas magna*, Matth. 8. Non imperat recedere ventos, nauem non iubet ad ripam properare: ſed ventos ac mare quieſcere. Nauis enim Apoſtolica cum ventis, ac pelago poteſt inire ſocietatem, & ſecura perſiſtere. Porrò Dei ſponſa clamitat, *Surge Aquilo, & veni Auſter*, Cant. 4. Cur dum Apoſtoli retinent ventos, & in pelago perſiſtunt, ſponſa IESV Aquilonem iubet ablegari? Profectò quia, ex ſententia Nyſſeni, in ventis diabolus, in mari mundus exprimitur; in Aquilone autem contra caſtitatem tentamina deſignantur. Poteſt animus & diabolum & mundum ad ſingulare certamen prouocare, & magna ſimul tranquillitate frui. Attamen cum impudicitiæ ſtimulis iudicat non poſſe ſecurè perſiſtere, & ideo omnino curat horribilem inimicum ablegari. *Audiamus*, (inquit Gregorius Nyſſenus hom. 10. in Cant.) *quemadmodum Regina ſurgere faciat Aquilonem, & à ſe amandet, eius flatum auertens in aduerſum. Non enim iubet quieſcere, quomodo in tempeſtate iuſſit Dominus flatibus quieſcere: ſed imperat, vt recedat, & fugiat; vt abſque vllo impedimento fluat Auſter, Aquilone non obſiſtente aduerſo.* Auſter floribus amicus animi ac corporis puritas eſt, inimicus Aquilo à quo omne malum luxuria. Non dubium, quin & mare, & ventus, id eſt, diabolus & mundus ſint puritatis inimici. Attamen diabolo ac mundo non dicendum, *ſurge*, ſed veni; vt debellare poſſimus; at carni proclamare debemus *ſurge*, & abi. Ideo Luiſius qui diabolum, ac mundum ſingulari certamine vicit ſæpe, *inimicus mulierum* ſemper earum conſortia curauit aufugere, cunctis proclamans, vel matri ipſi vocitans, *ſurge Aquilo*.

Diabolum ac mundum ad certamina aduoca, impudicitiã ablega, nec ad ſingulare certamen admittas.

Matth. 8.

Cant. 4.

Nyſſen.

35. Cùm Luiſius Martis alumnus cum Marchione parente puer degeret in exercitu, à militibus didicit quædam minus pudica verba, quæ protulit aliquando ſenſum ex ætatis innocentia minimè callens. Poſt ſenſus autem perfectionem ſic rubore perfunditur, quod protuliſſet, vt vix affici conſolatione poſſet. Et qui tanta vixit puritate, verba hæc ſine malitia expreſſa fecit totius vitæ confuſionem, frequenter vti magna piacula curans confeſſionis expiari lauacro. Ad incrementa ſpiritus mirum in modum profuit adoleſcenti caſtiſſimo hæc apprehenſio, quia ex ſuſpicione vmbræ amplius eius virtutum emicuere luminaria. *Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Ieruſalem. Ideo dilexit me Rex*, Cant. 1. Quónam modo formoſa, ſi nigra? Pulchra ſum, ſed ſuſpicor me defœdari nigredine: qua quidem præſumptione, ita in conſpectu Domini humiliationi ſtudeo, vt me ſingulari affectu proſequatur. Luiſius ex virtutibus piacula fingit, (& vt vulgariter ampliùs expendam, *De la hermoſura hace lunares*,) ad humiliationis, & confuſionis actus.

Sine aduertentia puer aliqua impudica verba protulit, quæ adoleſcenti exhibuere vitæ totius confuſionem.

Cant. 1.

36. *Sume tibi*, (inquit Dominus,) *aromata*, &c. *Cúmque in tenuiſſimum puluerem vniuerſa comminueris, pones ea coram tabernaculo teſtimonij, in quo loco apparebo tibi*, Exod. 30. Vbi Petrus Damianus lib. 8. epiſt. 9. *Tunc*, (ait,) *bona noſtra veraciter in conſpectu ſuperni iudicis placent, cùm hæc mens ſubtiliùs recogitando conterit, & quaſi de aromatibus puluerem reddit.* Luiſius virtutum egregiarum contundit aromata, & eius mens ſubtiliùs recogitando ſuſpicatur puluerem, quod aroma eſt, ad exercitium confuſionis, & materiam humilitatis. Memor illius temporis, quo in exercitu moratus eſt, profari ſolebat, *En tiempo de mis inſolencias.* Quia aliqua minus pura verba ſine ſenſus cognitione protulerat. O mens ſubtilis recogitatrix aromata conterens, & ex iis puluerem reddens, odoriferum planè, & aromaticum: ſed qui ex confuſione animi offert vberiori aromatum ſegeti ſeminarium!

Ex aromatibus virtutum ſubtilis Luiſij educit pulueres piaculi, quod flerare cogat.

Exod. 30.

Damian.

OBSERVAT. VIII.

Ad illa verba:

Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes, &c.

A virginitatis fulgore robur militaris Gonzagæ procedit. Horribilis leonibus ex igne pudicitiæ oſtentatur.

Virginitas enim nulla non facinora audet, nullas non reportat victorias.

37. EX mente Maximi, fulgor lucernarum virtutum exprimit ſplendorem, conſtrictio autem lumborum robur indicat militare. Porrò virginitatis virtus conuenientiùs præcinctis ad ſpiritualia bella accinere videtur; quia vir pudicus nulla non facinora audet.

38. Mirabar aliquando, dum Luiſij pueri, & adoleſcentis victorias contemplabar, tot hoſtes debellatos, tot partas victorias. Tanta ne teneræ ætati fortitudo? Quot dæmones ex obæſis corporibus expulit! quot peccatores ad pœnitudinem adduxit! Cùm Rodolphus frater Luiſij Caſtellonis Marchio illicitis daret ſtudium

Luiſij fortitudo ad dæmones abigendos, & fratris impudicitiam debellãdam, ex virgini-

voluptatibus, nec potuiſſent Principes, Cardinales, Rex, Pontifex amantem miſerum infrænare: Luiſius aduentans, eum ad pœnitudinem attraxit. Vndénam tam auguſtum adoleſcenti robur? Certè ex fulgore virginitatis quæ doctiſſimos ad bella reddit adoleſcentes.

39\. Criminibus implicatur Rodulphus, debellatur, opprimitur, nec valet ſe vti Sampſon à vinculis expedire. Fortes accedunt auxiliatores, nec ſurgit à volutabro. Accedit virgo Luiſius, loquitur, & mox audita fratris voce ſurgit miſer, vires colligit, & triumphat virginitatis ope. Aderat aliquando Ioannes in vtero incluſus, ſub diaboli poteſtate, peccato originali præſtans obſequium. Diuus Zacharias, Diua Eliſabeth inibi morabantur, nec tamen infans in hoſtes inſurgere valebat. Acceſſit Maria ad cognatam, quæ quidem inclamitat, *Vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit infans in vtero meo*, Luc. 1. O quàm ſurdus ad ſalutaria verba exaudienda infans eſt in vtero exiſtens! Attamen audit, & ſurgit, & vires colligit, & diabolum vincit, & peccatum debellat. Quónam, precor, auxiliatore? Deo planè, & Virgine vocem emittente: *vt facta eſt vox.* Quia ſcilicet virginitas potentiſſima eſt ad ardua facinora perficienda. D. Ildephonſus ſerm. 5. de Aſſumpt. *Ioannes ad introitum Mariæ exultauit, & luſit: & per os Virginis audiebat verba Domini, & de vtero matris geſtiebat in occurſum eius erumpere.* Vbi per os Virgini verba IESV profunduntur, Ioannes à vinculis ſolutus de hoſtibus victoriam reportauit. Quid mirum Rodulphum exultaſſe ad victoriam, ſi per os virginis Luiſij IESV voces erumpunt?

Rodulphum ab impudicitiæ tyrannide liberabat verborũ vi virgo Luiſius, quod non geſſerat humana poteſtas.

Luc. 1.

Ildephonſ.

40\. Saulis miles quidam profatur, *Ecce vidi filium Iſai Bethleemitem ſcientem pſallere, & fortiſſimum robore*, 1. Reg. 16. Scit quidem pſallere, quo horribilis fiat dæmoniis: & ad bella procedere, vt & leonem & vrſum comminuat, è dentibus eorum prædam educens: & Allophilorum gigantem debellans. Vndénam adoleſcenti decimumſextum annum agenti tanta fortitudo? Putarim, ex virginitate. D. Aldhelmus *epiſt. de Virgin. cap. 27.* ait, *Dauid ſub ipſo tyrocinio illibata virginitate præditus, antequam connubij nexu innodaretur, nónne argutis fibrarum fidibus limphaticum mitigabat, dira prorſus terrenorum exploſa ſpirituum veſania: quique etiam ætate tenellus lacertis validis frementium mandibulas leonis diſcerpſiſſe, durorúmque rictus vrſorum confregiſſe, & enormem Allophilorum gigantem obtruncaſſe deſcribitur?* En Luiſium ætate tenellum argutis orationis fibrarum fidibus ſpiritus nequiſſimos abigentem; & gladio ſpiritus, *quod eſt Dei verbum* gigantem illum Rodulphum, quem nec Eccleſiaſtica, nec ſæcularis poteſtas confregerant, facillimo negotio debellauit.

Luiſius alter Dauid virginitatẽ nitens, & dæmones abigit, & gigantem impudicum comminuit gladio verbi Dei.

1. Reg 16.

Aldhelm.

41\. Obiicis Patrum monita aſſerentium, nec ad pias cauſas oportere, adoleſcentes virgines è clauſtris procedere. An non indecens magis ad amorum cauſam properare? Si dum pergunt comparare oleum, *venit ſponſus, & clauſa eſt ianua*; quid cum ad iuuenem prophanis amoribus implicatum iuuenis pergit? Reſpondeo Luiſium ex hiſce rebus abſterreri, quæ aſſolent alios allicere. Alij alliciuntur ad voluptatum affectum ex fœminarum conſpectu, ex ſermouibus haud pudicis? Ex vno, & altero illectamento Luiſius non ad amorem, ſed ad horrorem excitabatur: & ideo nunquam amplius ſecurus, quàm cùm ad amorum debellationem procedit. Ita ne? Quare ergo dum in Regis aula degeret, ſtimulo quo equus pungi aſſolet, Luiſius pro cilitio vtebatur? An non vt carnem reprimeret? Imò hinc meæ ſententiæ ſuggero confirmationem. Illa calcarium appoſitio ſymbolum puritatis Luiſij mihi eſt, non protectio. Innuit, frænum ſibi eſſe quod aliis ſtimulus. Iuuenibus fœminarum aſpectus calcar eſt ad libidinem? Luiſio frænum. Ideo pro fræno calcaribus vtitur. Ait ex Dei ore Iob, Laudabant me *omnes Angeli*, cap. 38. Vbi D. Baſilius Seleuc. *orat. 1.* Laudabant Angeli ſpectaculi ſtupore correpti. Quódnam viderunt prodigium? *Quaſi habena formidabili mare continet, eſto ventorum impetu mare propellatur.* Venti indomitum pelagi equum calcaribus compungunt, vt currat, orbem ſuperaturus. At Deus calcaribus illis pro freno vtitur: & quo videbatur orbis obruendus, ſecurior planè redditus eſt. Adoleſcens redit ad Palatium, vt cauſam amorum gerat; ſed quo alij iuuenes excitarentur ad voluptates, Luiſius infrænatur; quia à Deo protectus tanto puritatis armatur affectu, vt calcaribus pro fræno vtatur.

Securus procedit adoleſcens ad campum libidinis, quia quod aliis iuuenibus calcar eſt, Luiſio frænum.

Iob 38.

Baſil. Sel.

OBSERVAT. IX.

Ad illa verba:

Et vos ſimiles hominibus.

Luiſius ſimilis homini, ſed verè Angelus innocentia.

Angelorum innuo manſuetudinem, ab honoribus fugam, virginitatem, ſeu puritatem, vocis efficaciam, gratitudinem.

SI Dei famuli homines erant, cur ſimiles 42.
hominibus vocitantur? Quia habitus ille lucernarum, ſeu cœleſtium fulgorum, & propera ad aperiendum feſtinatio innuit hoſce miniſtros ex illis eſſe, de quibus Dauid, *Miniſtri eius, qui facitis voluntatem eius. Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem vrentem.* Angeli verè eſtis ô Diſcipuli, Angelicis moribus induti. Vnde ſimiles vos hominibus vocitaro, non homines pleno ore 43.
aſſeruero.

O Luiſium vigilem conditoris famulum, quem à cunabulis & parentes, & domeſtici, & omnes Angelum tam frequenter appellabant, vt ſi hoſpes aliquis ad Palatium accideret, exiſtimaret Angelum eſſe Pueri nomen! O Adam, ſi rurſum nomina creaturis propria à te imponenda fuiſſent, Luiſij mei proprietates perpendens, non dubito, quin cum

Luiſio congrueret nomẽ Angeli, ſi Adam rurſum nomina creaturis, congruentia earum proprietatibus, impoſuiſſet.

cum Angelum appellares, fatus: *Ipſum eſt nomen eius*, Geneſ. 2. Aſſerunt Patres verba illa: *Quod vocauit Adam, ipſum eſt nomen eius*, hunc ſenſum admittere: Cuncta nomina adeò rebus ipſis, ſeu cunctarum rerum eſſentiæ congruebant, vt nullo alio nomine deberent iuſtè vocitari. Nam ſi *Conueniunt rebus nomina ſæpe ſuis*, tunc cuncta nomina cunctis rebus conuenientia exprimebantur. Quidnam ergo Luiſio Gonzaga cum Angelo, vt Angelus meritò vocaretur? Indicabo. (Geneſ. 2.)

43. *Luiſius Angelus ex manſuetudine.* In primis tanta in omnes manſuetudine affectus erat, vt nec erranti famulo (cum aduſta ex bili conſtitueretur) loco ſupplicij verbum clarum proferret: & cùm aliquis domeſticus ab Oeconomio corripiebatur, ipſe ex compaſſione lacrymas profunderet. Angelicúmne id? Angeli perſonam Dei agentes, *venerunt ſodomam veſperi*, Geneſ. 19. Cur nocte inſtante iam, Angeli venerant? Reſpondet Abulenſis, *Totum diem expectauerant, vtrùm Deus parcerent ciuitatibus propter Abraham.* Quaſi coacti Angeli ſeris, ſenilibus, & quaſi claudis ad ſupplicium pedibus acceſſerunt; & non vti Angelorum, ſed Dei ipſius punientis perſonam gerentes. (Genel. 19. — Abul.)

44. *Luiſius Angelus, quia formidauit honores.* Deinde qui exultabat, dum ad culinam miniſtraturus coquo mitteretur: adeò totis artubus commouebatur, cùm aliquod officium honorarius ei imponeretur, vt facile quis poſſet adnotare Luiſium grauiter eſſe vulneratum. Quid cùm aliquis inaduertentiæ piaculo aliquando purpuram memoraret? Proh horroris affectum! En ingenium Angelicum. Bernardus ſerm. 1. de Aſcenſ. *O peruerſitas* (exclamat) *ò abuſio filiorum Adam, qui cùm aſcendere difficillimum ſit, deſcendere autem facillimum: ipſi etiam leuiter aſcendunt, & deſcendunt difficilius, parati ad honores, ad celſitudinem graduum Eccleſiaſticorum Angelicis humeris formidandas!* (Bernard.)

45. *Luiſius pluſquam Angelus ex virginitate pugnaci.* Præterea ex virginitate Angelum, imò pluſquam Angelum Luiſium prædicabo; quia victoriam contra naturam retulit, quod non gerunt Angeli. *Sint lumbi veſtri præcincti*, Luc. 12. Certè ad repugnandum contra naturæ inſultus. *Lumbos enim* (ait Gregorius) *præcingimus, cùm carnis luxuriam per continentiam coarctamus.* Caſti futuri bellum naturæ indicimus. At Angelis puriſſimis pax æterna. D. Cyprianus de bono Pudic. *Virginitas*, inquit, *æquat ſe Angelis. Si verò exquiramus, etiam excedit, dum in carne luctata victoriam etiam refert contra naturam: quam non habent Angeli.* (Luc. 12. — Gregor. — Cypr.)

46. *Sæpè Angeli ad Virginem Luiſium cõtinuem deſcenderunt.* Sæpè Angeli ad cubiculum Luiſij deſcenderunt, vt cum contubernali virgine colloquia texerent. Quare, ô Cœlicolæ, ſupernis ſedibus abſtracti, ad adoleſcentis cubile prolabimini? Vt miremur, ſic integrum fratrem in terris reperire, & vt cognato reuerentiam præſtare poſſimus, & vt IESV habitaculum cuſtodiamus. Non ſolùm Gabriel *miſſus eſt à Deo ad Virginem* Incarnationis inſtantia: domeſticus eius iam diu erat effectus. Cur Archangelus ad Virginem properarat? Reſpondet Arnoldus Carn. de verb. ſeptem Domi. *Per virginitatem fuerat Angelus Gabriel Mariæ domeſticus: imò tota militia cœleſtis multitudo, & natura Angelicæ gloria (admirans, quod ſic integram in terris reperiſſet) circumfuſa vndique, cognato cœlibatui exhibet reuerentiam, & diuino incolatui clientelam.* (Luc. 1. — Arnold. Carnot.)

47. *Luiſius Angelus ex vocis efficacia. Imò efficacior Angelo.* Cæterùm Luiſius referebat Angelos ex vocis efficacia. Curans alicui perſuadere virtutis exercitamenta Demoſthenem vincebat eloquentia. Sic pro puritatis defenſione coram fratre Rodulpho exorauit, vt eum ad contemptam traheret pudicitiam. Sola vox Gonzagæ mei potuit, quod loquentium, ac ſuadentium multitudo cognatorum, ac Principum minimè potuerat. Vox hæc protſus Angelica. De Angelico illo, qui Danieli apparuit, dicitur: *Et vox ſermonum eius vt vox multitudinis*, c. 10. Cur Angelica vox voci multitudinis comparatur? Certè, quia adeò efficax ad perſuadendum, vt ſola efficiat, quod multorum ſermo gereret. Si Angeli illius vox multitudinis vocem æquauit, vox Angeli Luiſij ſuperauit planè multitudinis vocem; quia quod multi loquendo non geſſerant, Luiſius ſolus, voce operatus eſt. Vnde conuenit magis Luiſio Angelo, quàm Angelo Danielis, quod de hoc Lyranus profatur. *Deſignatur efficacia virtutis Angeli illius, ad docendum homines; quia vnus Angelus poteſt plus docere, quàm multitudo hominum.* De illius Angeli voce nòn dicitur, *Et vox ſermonum eius pluſquam vox multitudinis*, ſed *vt vox multitudinis*, quia vnus ille Angelus poterat docere quod poſſet hominum multitudo. At Angelus Luiſius potens docere, & perſuadere pluſquam multitudo: illo Angelo quodammodo ſuperior, aptius à Lyrano commendaretur: *Quia vnus Angelus poteſt plus docere, quàm multitudo hominum.* (Dan. 10. — Lyran.)

48. *Luiſius Angelus ex gratitudine.* Ad hæc Luiſius Angelorum gratitudinem imitatus eſt. Cunctæ eius profuſæ preces actionis gratiarum redolent holocauſta. Cùm à fratre, ſeu ſocio aliqua gratia afficeretur, ad tantam gratitudinem adnato impetu ferebatur, vt verba deficerent ad cordis ſubmiſſi manifeſtationẽ. O Angelica virtus! Chryſoſtomus homil. 26. ad cap. 8. Mat. *Hoc & à terra nos liberat, & transponit in cœlum, atque ex hominibus Angelos facit.* Quidnam hoc? *Gratitudo* planè, quam Doctor aſſumit prædicandam. (Chryſoſt.)

49. *Luiſius catenula cilitij conſtrictus pluſquam Angelus indutus ſtola.* Quid plura? Non ſolùm Luiſium Angelum exprimam, ſed ex vno, aut altero capite, ſe Angelis ſuperiorem oſtendiſſe, oſtentabo. Licèt iuuenis tanta puritate micaret, ſuum corpus vt indomitum mancipium conſtringebat verberibus, ciliciis, ieiuniis, vigiliis, reliquiſque præcinctorum. O Ludouice plus te catenulis cilitij duabus conſtrictum reuereor, quàm Angelicæ naturæ æmulatorem. Contemplare, quæſo, Angelum deſcendentem ad Petrum catenis illigatum. *Petrus dormiens inter duos milites erat vinctus catenis duabus, & ecce Angelus Domini aſtitit*, Actor. 12. Et Angelus adeſt, & Petrus: ille fulgore amictus, hic duplici conſtrictus catena. Viſne eſſe Angelus gloria fulgens, an Petrus catenis illigatus? Reſpondeo cum Chryſoſtomo homil. 8. in cap. 4. ad Epheſ. *Hic, ſi mihi quiſpiam dixiſſet: Vis eſſe Angelus Petrum ſtimulans*, aut excitans: *An Petrus vinculis ſeruatus? Petrus vtique maluiſſem eſſe, & vinculis potiri libuiſſet*, Obiicio Luiſium non ſemel duplici cilitij catenula vinctum, & Angelum ſocium Dei thalamum cuſtodientem. *Hic* (profiteor ingenuè) *ſi mihi diceretur: Vis eſſe Angelus Luiſij cuſtos; an Luiſius catenulis illigatus?* Luiſij vinculis potiri libuiſſet. (Act. 12. — Chryſoſt.)

50. *Luiſio Angeli ſeruiere.* Quid quod Angelus geſtiiſſet ad Luiſij

obſequium? Dum recitans adoleſcens ſeptem Pſalmos ſomno corripitur & lucerna, ardente lecto, vertitur in fornacem, Angeli confeſtim flammas extinxere; nec materiarum incendium in illum auderet, qui ſacro igne cremebatur. Cùm Theſim fluuium Luiſius & Rodulphus traiicerent, aquæ ſuperbientis impetu currus in duas diuiditur portiones, hæc cum Rodulpho ad ripam raptatur ab equis; illa autem cum Luiſio curſum fluuij periculosè ſequitur obruenda planè, niſi ad arborem duceretur ab equite quodam auxiliatore, quem omnes Cuſtodem Angelum proclamarunt. Cur Angelus rogante Luiſio, *Quis nam es, precor?* Sum Eques, ait, nec nomen voluit aperire, ne planè ab humili obſequendi Luiſio officio prohiberetur. Rogatus olim Raphaël Archangelus quiſnam eſſet? *Ego ſum*, inquit, Azarias Ananiæ *magni filius*, Tob. 5. Cur non ſe Angelum eſſe manifeſtauit? Reſpondet Auguſtinus ſerm. 228. de Temp. *Quid meruiſtis Tobias Pater, filiuſque Tobias? Mercenarium habere cœleſtem? Celauit vobis Angelus nomen. Azarias ſum, inquit; & non dixit, Ego ſum Raphaël Angelus. Si enim diceret, Ego ſum Angelus, non eſſet Tobiæ mercenarius.* An aliquo ex capite ſuperior Angelis ille, cui Angeli inſeruire tanta cura contendunt? Si Luiſius pedes à pedite Angelo non miniſtratur, ab equite vectus curru miniſtratus obiicitur. Nec aperit nomen; ſi enim dixiſſet: Ego ſum Angelus, mercenarius Luiſij non eſſet, ſocio Angelo prohibente: *Vide ne feceris, conſerui enim ſumus.*

Angelus nõ aperit, ſe Angelũ eſſe eſſe ne prohiberetur ſeruire Luiſio.

Tob 1.
Auguſt.

Observat. X.

Ad illa verba:

Et vos ſimiles expectantibus Dominum: vt cùm venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei.

Luiſius intra cubiculi clauſtra reſidens, ſolitudinis amans, à Deo vocatur, cum Deo reſidet, ipſi ſimilis oſtentatur.

Aſſero, ſolicitudinem & ſilentium conferre ad Dei vocationes, & viſitationes.

51. VBinam famuli Dominum aduentaturum expectant? An in plateis? Stultarum virginum domicilium. Certè in adytis, vt pulſanti aperiant. Porrò cùm Dominus ſuos famulos videt ſolitudinis amatores, pulſat excipiendus. O quàm profundo ſilentio famulus expectat Dominum noctu acceſſurum ex ſponſa alloquenda dum reuertitur; ne molliter pulſans non audiatur!

52. Mirum fuit Luiſij ſilentium, admirabilis eius in communitate ſolitudo. Ad agrum mittitur relaxandi animi cauſa, ab egreſſu in regreſſionem nullum verbum profundit mitanti ſocio: quia qui dedit copiam eundi, non manifeſtè loquendi conceſſerat. Amans cubiculi rariſſimè vagans inuenitur, niſi ad Templum, aut gymnaſium, aut refectorium neceſſaria profectio pararetur. Tam agnata iuueni in ſolitudinem affectio, vt cùm in Aula reſideret, & Palatio patenter verſaretur, rarò extra inueniri poſſet. Hinc omnes Diui traho felicitates, virtutumque egregiarum incrementa.

Mirabile Luiſij ſilentium, ac ſolitudinis amor.

53. A Deo vocatus ad Religionem, in ſilentio ac ſolitudine meditatur, cuinam Ordini tradere nomen. Dominus, ait, pulſat, confeſtim aperiam. *Aperi mihi ſoror mea.* Ad Societatem fraternitatis aduocor. Iesv frater efficiar? Quàm felix vita Regularis! Patres illi à mundi offendiculis liberantur, Dei vacant obſequio, cui ſeruire, regnare eſt. Iuſtæ conſcientiæ teſtimonio lætantur, mundialibus curis non premuntur; & tu vis in ſeculi pelago deperire? Pergamus ad portum. Ad quem? Ad Diſcalceatorum domicilium, aut Monachorum Cœnobia? Sibi vacant ſolummodo, propriæ ſaluti ſtudent. Mendicantium ergo vitam mixtam æmulare, vt tibi & proximis ſimul attendas. Ad quemnam Mendicantium Ordinem me recipiam? Pulſa ô Domine, loquere, ecce adſum. Societatis Iesv (Dominus ait) ini inſtitutum. An hoc gratis audiuit? Orat in ſolitudine cubili ſæpè, ſe reficit Euchariſtia, à Deipara exilium implorat; & ſic Dominus ſuam ei circa Ordinis electionem, voluntatem aperuit. Vocat Dominus ad credulitatem Martham, & Mariam. Hæc illicò credidit, ſecus illa. Martha ait, *Iam fœtet*, quónam modo poterit ſuſcitari? Maria autem, *Domine ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus.* Curat Iesvs Martham adducere ad credulitatem, *Reſurget frater tuus.* At illa, *Scio, quia reſurget in Reſurrectione in nouiſſima die.* Inſtat Dominus, *Ego ſum reſurrectio, & vita: qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, viuet. Credis hoc?* Tandem illa, *Vtique Domine, ego credidi*, &c. Porrò Maria mox credens non interrogatur. Vndénam ergo Marthæ tarda ad audiendum credulitatis dogmata: Maria autem confeſtim aperit pulſanti? Quia Martha de more ſollicitabatur, Maria autem in ſolitudine reſidebat, vt vocanti Domino reſponderet. Pulchrè D. Baſilius Seleuc. orat. 2. de Lazaro. *Maria è veſtigio credidit, domi enim mœſta reſidebat.*

Audiuit Iesv pulſantis in ſilentio vocem, quia abſtractus à tumultu.

Qui ſolitudini ſtudet, citiùs credit Domino vocanti.

Ioan. 11.

Baſil. Seleuc.

54. Cur exiſtimas Dominum tam citò Luiſio apparuiſſe, id eſt, circa ſtatus reſolutionem ſuam aperuerit iuueni (non viro, nec ſeni) voluntatem? Quia à cunabulis ſolitudinis amator fuit. Quadraginta annis Moyſes in Ægypto moratus fuerat, ad deſerta ſe recepit, vbi poſt quadraginta annos à Deo vocatus eſt. Cur tam ſerò Deus Moyſi apparuerit? Crediderim, vt quadraginta annorum ſolitudine quadraginta annorum tumultum expiaret. Procopius aiebat Epito. in Iſai. *Quadraginta annis in Ægyptiorum diſciplinis educatus, ſimulato gregis paſcendi ſtudio in ſolitudinem ſeceſſit.* An mox fuit à Domino vocatus? An illico pulſauit ſponſus? Minimè, ſed tranſactis annis quadraginta. Gregorius lib. 23. moral. cap. 20. *Poſtquam* in deſertum fugit, dum illic quadraginta annis degit, quaſi ab inquietis *deſideriorum tumultibus* (totidem quidem annorum) *obdormiuit, & ideo diuinam vocem percipere meruit.* Luiſio autem iuueni Iesvs illicò apparet, nec in ſenectam

An Luiſius plusquam Moyſes abſtractus à tumultu illo poſt quadraginta ſolitudinis annos Deum pulſantẽ audiuit, hic in ſeculi Ægypto.

Exod. 3.
Procop.
Gregor.

ſenectam viſio differtùr; quia à cunabilis, vel dum in Ægypto ſeculi commoratur, degit in ſolitudine.

55. *An perfectior Elia Luiſius?* Procop.

An Gonzaga perfectior Elia? Hic quidem ſe ſæpe ad ſolitudinem recepit, & inibi manſit prius quàm Dei familiari colloquio frueretur. Procopius citat. *Non niſi poſt infinitas ſolitudinum peragrationes, Deo dignus eſt habitus Elias.* An quia ſæpe Regem alloquutus eſt? O Luiſij perfectionum! Commorationem in Curia infinitarum ſolitudinum commoratione curat Elias expiare à mente ſanctiſſima ablegando tumultus, vt Dei colloquio dignus habeatur: & Luiſius in Curia, in Aula Dei colloquio, & inſpiratione familiari dignus habetur?

56. *In ſeculo Luiſius ſolitarius adeò ſedet, vt in Deum quodammodo conuertatur.* Nazian.

Dum igitur in Curia reſidet IESVS pulſat, excipitur, nuptiæ celebrantur, dedit Luiſius hæreditati, & plorantibus ſubditis ad Societatem ſponſi domum feliciſſimam comitantur ſponſam. Num inuentus eſt Gonzaga in ſeculo ſimilis ſponſo? Certè amor ſolitudinis, & à tumultibus receſſus eum Deum ſimilem reddiderat. Nazianzenus *Orat.* 1. profatur, *Diui ſolitudinem velut ſociam,* & adminiſtram, diuinæque ſubiectionis parentem, atque adeò diuinitatem afferentem mirificè ſuſpexerant.

57. *Luiſius in ſeculo puer conſummatus apparet Sol explens tempora multa.*

Alij Diui non tam repentè conſummatione donantur, paulatim à Domino perficiuntur: & eorum ſemita velut lux ſplendens creſcit vſque ad perfectum diem. At Luiſius in ſeculo puer ſanctus exſurgit, & faciens perfectum diem oſtentatur. Nam *conſummatus in breui, expleuit tempora multa.* Præſes diei obiicitur, Sol Princeps temporum oſtentatur, & eorum fructus vberrimos annunciat. Perge ô Ludouice, ad Societatis IESV ſphæram, Zodiacum vitæ breuis illuſtra, duodecim domiciliis, ſeu ſignis hæreſce.

Luiſij egregia facinora emicant in Zodiaco.

In *Aquario* lacrymarum donum obiicies. In *Virgine* incorruptam vel vlla leui cogitatione virginitatem. In *Gemini* cum Deo vnionem adeò mirabilem, vt preces profundens, aut contemplationi vacans, nec vnius perbreuis quadrantis paticula te diſtractionem pati viderit: nec iuſſus valetudinis cauſa, vt à Deo mentem auerteres, poteris obedire. In *Sagittario* oſtendes in literis proceſſum circa mortificanis vulnera, nam cupies te ignorantem exhibere, vt ab omnibus deſpici poſſis: & præſtiturus eſſes vtique, ſi ob Religionis decentiam Magiſter non prohibebit. In *Piſcibus* tantam ſeculi exprimes obliuionem, vt nec fratrum tuorum numerum ſine accurata reflexione referres. In *Libra* cuncti ſenſus tui ſoluti à lege naturæ obiicientur, vt iuſtitiæ deſeruiant. Viſus à ſede Rectoris in refectorio communi ita abſtrahetur, vt poſt tres menſes diſcubitus ad menſam miſſus ad Rectoris ſedem, quænam illa eſſet, interrogares. Auditus abſtinebit à nouitatibus ſeculi. Guſtus diſcedet à cibis, vt materia victus, ſit mortificationis occaſio. Olfactus nunquam vel vnius floris apes erit. Tactus ad vilia miniſteria manus ſacrabit. Lingua à quolibet ocioſo ſermone ieiunabit. In *Ariete* erga Agnum Euchariſticum ineffabilem expones affectum. In *Tauro* vinculis conſtricto obedientiam miram. Subiicieris Coquo, vt Deo, monumenti ſacratiſſimi feria quinta Cœnæ Dominicæ non aſpicies, quia iuſſus eris lucernis emungendis ſolummodo præeſſe. In *Scorpione* humilitatem aperies, nouiſſimum locum inibis, fratribus temporariis coadiutoribus manum dexteram offeres, quiſnam fueris in ſeculo obliuiſcéris. In vili *Cancro* incredibilē paupertatem exeres. Duplici papyracea imagine cubile ornabitur, vna D. Catherinæ, altera Angelici Doctoris, ex amore virginitatis & doctrinæ. In *Capricornia* dilectionis exhalabis incendia. Audiens de Deo fieri memoriam, diuino ecſtaſi abripieris. In *Leone* denique egregiā fortitudine Rodulphum fratrem tuum Caſtellonis Marchionem & Ducem Mantuæ conſobrinum tuum hoſtiliter decertantes, diſſidentes æterna pace colligabis. Hic tua ad patranda miracula potentia fulgurat. Marchioniſſæ matri tuæ ſalutaris exiſtes ægrotanti. Vnum & alterum viſu captum luci reſtitues. Difficilibus parturitionibus ſuccurres. Cancros, ethicam, phthiſim, malignantis naturæ febres occides, excides, extingues. Phreneſim ſolues, hydropiſim euacuabis, fluxum ſanguinis ſiſtes. Excidentes exitialiter alleuabis; bis Mantuæ Ducem à lethali eripies ægritudine. Energumenos pace donabis. Paralyſi medeberis. Cracouius, Lombardus, Venetus, Tibolitanus, Polonus tuo ſepulchro litabit egregiorum facinorum monumenta. Qui ad tuam accurrit protectionem, à quocumque incommodo fiet immunis. Quare Gregorius XV. Pont. Max. te ſolem fulgentiſſimum Eccleſiæ in Zodiaco collocabit, vt radios ſpargas, corda hominum accendas, ſpeciatim fratrum tuorum. *Creſcas*, frater, *in millia millium.*

SECTIO XI.

Vigilia.

TEXTVS.

VERS. 37. AMen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis. 38. Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi, &c.

IN GONZAGAM
PANEGYRICVS MORALIS VNDECIMVS CIRCA LITERAM.
EX VIGILIIS.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & tranſiens miniſtrabit illis.

Obiiciens menti Luiſius IESVM præcinctum, ſiue cruci ſuffixum, miros in perfectionis via geſſit proceſſus.

Confert enim ſuffixi Domini contemplatio ad egregiorum facinorum expeditionem.

1. PRæcingitur Dominus cùm ſe cruci ſuffixum ſuis famulis præſentat, vt ad conſtrictionem lumborum exemplo alliciat. Præcinget ſe, id eſt, ſe accinctum, ſeu cruci affixum obiiciet, iuxta illud ad Petrum: *Alius cinget te; ſignificans vtique qua morte eſſet clarificaturus Dominum*, Ioan. 21. Sic alij Dominum accinxere. Profectò Dominus ſeſe Luiſio ſub crucifixi habitu obiecit imitandum. Nihil dulcius adoleſcenti meo, quàm Chriſtus IESVS, & hic crucifixus. Ideo pingitur coram ſuffixi Domini imagine, quia illo fluenti ſanguine nutriebatur pelicani pullus, & præpropero volatu ad perfectionis cumulum aſcendebat.

2. Profatur ſponſa, *in lectulo meo per noctes quæſiui, quem diligit anima mea*, Cantic. 3. Quænam hæc nox, in cuius alis funereis lucem veram amatrix quæritabat? Crediderim eſſe illam, de qua fatur Apoſtolus, *In qua nocte tradebatur. Per noctes*, ait; vt exprimat tenebrarum obſcuritatem, cùm duplicata nocte duplex Sol interiit. In cruce ergo Chriſtus quæritur ab ſponſa. Quare in cruce requiriti Certè, quia inibi renaſcitur, vbi vita vera moritur ſponſus. Ibi recreatur, vbi ex compuncto latere innouata profluit Eccleſia. Gilbertus *ſermon 2. in Cantic.* Durus lectulus illud crucis tuæ lignum. *In hoc ego renaſcor, & nutrior: creor, & recreor.* Verborum pondera efficaciam: *Renaſcor, nutrior, creor, recreor.* Perfectionis dilectæ indicat intenſionem. Non miremini Luiſium in iuuentute virum perfectum, ſi in cruce illigati IESV dormiens renaſcitur, & mox ad profectus ſpiritualis vitæ nutritur, & rurſum creatur ad ſuperiora incrementa, & ad ſublimiores profectus adhuc recreatur.

Ludonicus in crucis lectulo renaſcitur, nutritur, creatur recreatur, ad vitam ſpiritus intenſiſſimam.
Cant. 3.

3. Potuit crucifixi Domini aſpectus ex lapidibus filios Abrahæ efformare. *Potens eſt Deus*, (fatur ipſe) *de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ*, Matth. 3. Vbi Laurentius Iuſtin. de triumph. Chriſt. agone. *Tanti erat meriti crucifixi Domini effuſus cruor, vt virtute ſua valeret infidelium populorum conuertere animas.* Si potuit creare fideles, id eſt, è lapidibus facere filios Abrahæ, quid mirum ſæpe creaſſe, & recreaſſe iam filium ad vberiorem ſpiritualis vitæ participationem?

Si ex lapidibus IESVS cruci ſuffixus, facit Abrahæ filios, quidni ex filio Luiſio eum multiplici vita vigentem efficiat?
Matth. 3.
Laurent. Iuſtin.

4. In IESV cruce collocatus Luiſius in breui conſummatur. Ad cumulum perfectionis crux arctam quidem viam obiicit, ſed breuiſſimam. Poſtquam latro vias difficiles peccatorum ambulauerat, terminum vitæ terens, ad viam vitalem ſe recepit, & profatur, *Memento mei Domine, cùm veneris in Regnum tuum.* Cui ſuffixus IESVS, *Hodie mecum eris in paradiſo*, Luc. 23. An non paradiſus cœleſtis in altiſſimis abſconditur. Quónam modo igitur, qui tot geſſerat receſſus, tam breui temporis particula tam longum iter perfecturus erat? Crediderim, quia præpropeti ſunt profectus ex Chriſti ſuffixi reſpectu. Bellè D. Auguſtinus ad Pſalm. 39. *Salutem ſuam longè futuram ſperabat latro, & poſt longum tempus accipere contentus erat. In longum ſperabat, dies non eſt dilatus. Ille dixit: Memento mei, cùm veneris in Regnum tuum,* (vt poſt annos velut Pincerna Ioſephum me è carcere educas.) *ille reſpondit: Hodie mecum in ligno crucis, hodie mecum in Regno ſalutis.* Nec differtur ſalus ei, qui à crucifixo Domino ſubleuatur. Si latro tam velox eleuatur in ſuperos, quid mirum, Luiſium ſanctum ad perfectionis faſtigium tam velociter auolare ex continua ſuffixi Domini meditatione?

Luiſius iter Chriſti ſuffixi cruci iniens breui curſu peruenit ad perfectionem.
Luc. 23.
Auguſt.

5. Ad Chriſti ſuffixi aſpectum ita animus vires colligit, vt omnium inimicorum caſtra illicò efficiat conturbari. Milites Gedeonis *cùm per gyrum caſtrorum in tribus perſonarent locis, & hydrias confregiſſent*, &c. *Omnia itaque caſtra conturbata ſunt: & vociferantes, vlulanteſque fugerunt*, Iudic. 7. Vbi Ambroſius lib. 1. de Spiritu ſanct. cap. 26. *Hydriæ ſunt corpora, noſtra figurata de limo, quæ timere non norint, ſi feruore gratiæ ſpiritualis igneſcant: & IESV Domini paſſionem canora voce confeſſionis teſtentur, præſidij putabant: vt vel in mentem adducta, aut voce nuncupata vires augeret.* Quid fragilius iuuene Luiſio? at quid ipſo fortius, quia ſpiritus lucernas cum IESV cruci ſuffixi memoria copulabat. Omnia equidem caſtra conturbantur hoſtilia, illico perficit victorias.

Omnia impedimenta facillima ei, qui IESVM in cruce contemplatur.
Iudic. 7.
Ambr.

6. Pueri eſtis imbelles? *Recogitate eum* (loquor cum

Quàm velox perfecta victoria ex Ieſu crucifixo.
Hebr. 12.
Bernard.

cum D. Paulo) *qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſùs ſemetipſum contradictionem, vt ne fatigemini animis veſtris deficientes*, Hebr. 12. D. Bernardus, *Tanta eſt virtus Chriſti crucifixi, vt ſi in mente fideliter habeatur, nulla libido, nulla peccati praualere poſſit inuidia: ſed continuò ad memoriam eius totius peccati, & mortis fugatur exercitus.* Igitur continuò cunctis hoſtibus debellatis, facillimè in breui puſio miles veteranus efficitur.

Pater ſenex ſe ſenſibus in Ieſu Cruci affixo.
Apoc. 1.
Auguſt.
Strab.

7. Fatur Ioannes, *Conuerſus vidi ſeptem candelabra aurea, & in medio ſeptem candelabrorum aureorum ſimilem Filio hominis veſtitum podere, & præcinctum ad mamillas zona aurea. Caput autem eius, & capilli erant candidi tanquam lana alba, & pedes eius ſimiles aurichalco*, Apoc. 1. Vbi Auguſtinus capillos albos multitudinem puerorum albatorum quaſi ex Baptiſmo procedentium dicit ſignificari. Strabus autem, *Capilli erant candidi, hoc eſt, Sancti adhærentes ipſi capiti, viri que perfecti*, ſeu canis virtutum ornati. Vndenam pueris incipientibus datum, canos oſtentare, ſeque ſpirituali perfecta ſenectute decorari? Reſpondet acutè Doctor, *Quia pedes Chriſti ſimiles aurichalco. In alia translatione habetur, Aurichalco Libani, vbi Dominus crucifixus eſt.* Libanus enim pro Regione ponitur Iudææ. Ac ſi diceret, Chriſtus præcinctus obiicitur, & ſub crucifixi forma pueris incipientibus oſtentatur, vt eis præſcribat dogmata proficiendi. Pueri enim incipientes iam cani in Chriſti capite, in ſanctitatis vertice conſpiciuntur ex Chriſti ſuffixi Cruci meditatione. O Luiſium puerum ſenectute conſpicuum ornantem Ieſu caput, conſummatum in breui, quia nunquam mentem, & vix vnquam oculos à ſuffixo Cruci Domino auertiſti!

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens, &c.

Luiſius Religioſus quidem perfectiſſimus Chriſtum in Euchariſtia æmulatus eſt, dum viuit, dum moritur.

Affirmo Euchariſtiam perfecti Religioſi gerere ſimulacrum, interimque perfecti Religioſi mortificationem expendo.

Religioſus mortuus ſeculo voluptatibus, honoribus, diuitijs.

8. EX ſententia Salmeronis Chriſtus præcinctus obiicitur, famulis fidelibus vt Euchariſtiæ referat imaginem. Velaminibus enim candidis induitur, cùm ſub ſpeciebus occultatur. Accumbere itaque ſeruos efficit, & præcinctus in Euchariſtia, eis omnem dulcedinis abundantiam ſpirituali guſtui miniſtrat. Et quidem viris Religioſis aptè Dominus Euchariſtiæ ſub forma obiicitur imitandus, quia in hoc myſterio perfectiſſima Regularis obſeruantiæ formula exponitur. Exprimit paupertatis ſpecimen nuditate omnimoda, obedientiam ad quatuor verborum prolationem è ſuperis (ſic explico) auolando; caſtitatem, quia Angelorum panis, vinum germinans virgines. An non mortificationem Regularem ſubolet Chriſtum inibi non videre, nec guſtare, nec audire? Ideo Alcaſar aſſerit ſeſe præcinctum Dominum, ac indutum lineis, ſeu ſpeciebus candidis ſeptem Epiſcopis oſtentare, vt eos edoceat ſpiritualis vitæ perfectionem, quæ quidem in cœleſti pane præfulget. Igitur qui perfectione religioſa ornatur, Chriſtum in Euchariſtia refert. Luiſius noſter ſeſe erga Euchariſticum myſterium præſtitit obſequentiſſimum. Quapropter depingi aſſolet panis portitor ſacratiſſimi. Profectò adoleſcentem obiiciam Chriſti Euchariſtici imitatorem, vt perfectè Religioſus poſſit appellari.

Apoc. 1.
Alcaſ.

D. Ignatius præſcribit Societatis alumnos ſe gerere debere, *vt mortuos mundo, & proprio amori, Chriſto autem viuentes.* Chriſtum hi Euchariſtia exiſtentem æmulantur, quia ex vi verborum ſub ſpeciebus corpus exanime continetur. Paulus ait, *Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto*, Coloſſ. 3. Felix mortuus Chriſti mortui agens imitatorem. Bernardus *ſerm. 6. in Quadrag.* Religioſus *non ſolùm mortuus mundo eſt, ſed & crucifixus. Omnia, quæ mundus amat, Crux mihi ſunt: delectatio carnis, honores, diuitiæ.* Diſcurſum expendam, vt vbi feſtum Ludouici ſimul cum Euchariſtiæ ſolemni celebratur, noſtri concionatores vtrique argumento ſatisfaciant. 9.

Religioſus verè mortuus imitetur Chriſtũ in Euchariſtia.
Ignat.
Coloſſ. 3.
Bernard.

CAPVT I.

Luiſius perfectè ſe exhibet mortuum, vt Ieſum Euchariſtia poſſit æmulari.

MOrtui enim eſtis. Perfectus Religioſus mortuus eſt cum Chriſto, cuius mors in Myſterio Euchariſtico recolitur. Vt Luiſius Euchariſtiæ reficeretur, vt Religioſum decet, neceſſum fuit velut mortuum ſe exhibuiſſe. Oculos habeat, ſed non videat; linguam, ſed non loquatur; reliquorumque ſenſuum vſu priuetur. Origenes hom. de Baptiſmo, *Oportet, accedentem ad corpus & ſanguinem Domini, non ſolùm purum eſſe, ne ad iudicium edat, & bibat: ſed oſtendere in vita memoriam eius, qui pro nobis mortuus eſt: in eo quod mortificatus eſt peccato, & mundo, ac ſibi ipſi, & Deo viuit.* 10.

Accenſus ad Euchariſtiã Luiſius, nec videt, nec audit, nec loquitur, mortuum ſe gerit.
Origen.

Ad viduam Sarephtæ eſuriens accedit Elias, poſtulat ab ea refici pane ſubcineritio; & reſpondetur ei: *Viuit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydria. En colligo duo ligna, vt faciam mihi & puero meo, & comedamus, & moriamur*, 3. Reg 1. Theophanes Ceram *Orat. de Cruce apud Gretſ. tom. 2.* ait, *Farina carnis Dominica, qua nutrimur, typum geſſit. Duo ligna indicant illa duo ligna, ex quibus crux.* Cur farinam Euchariſticam cum Cruce copulauit? Quia ſi ad epulum ſacratiſſimum 11.

Vidua Sarephta epulũ ſacrum cum mortis imagine copulauit.
3. Reg. 1.
Theophr.

accedo

accedo mortificationis crucem non deferens, haud aptè manducabo.

12. *Qui perfectè comedit, Ieſu mortẽ annunciat.* 1. Cor. 11. Paſch.

Vnde Apoſtolus, *Quotieſcumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat,* 1. Cor. 11. Qui comedit, mortem Domini annunciet. Mortuus Religioſus aptè Domini mortem annunciat. Paſchaſius lib. de Corp. & Sang. Dom cap. 21. *Quem Calicem cùm bibimus, quid aliud, quam mortem Domini annunciamus? Idcircò neceſſe eſt, vt vnuſquiſque priùs moriatur huic ſeculo. Quia ſicut nemo niſi ſepultus mortem nunciat: ita nemo exinde vitam ſumit, niſi reſurgens in nouitate vitæ ambulet, & iam in Chriſto maneat.* Vt quis valeat Chriſti mortem nunciare, moriatur ſeculo, neceſſum eſt. Ideo Apoſtolus, *Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.* Paſchaſius cap. 10. *Sanè Paſcha tranſitus appellatur; ad quod qui vult venire, ipſe tranſeat ſicut & Chriſtus tranſiuit de hoc ſeculo: vt totus iam rituatis, ſpiritualia iſta dignè percipiat.* Ita ne?

Idem.

13. *Mortuum Luiſiũ exprimo.*

Sic ergo Luiſius mortuus apparuit, vt Euchariſtico epulo frueretur. Mori fuit, renunciare ſeculo, mundi relinquere ſpes, calcare poſſeſſiones. Peccato tam perfectè moritur, vt à Baptiſmi vnda ablutam conſeruaret ſtolam ſibi ipſi mortuus perfectiſſimè, vt Ieſum in Euchariſtia exiſtentem æmulari poſſet. Oculos habens non videbat, qui poſtquam diu in refectorio adfuerat, Rectoris ſedem ignorabat, linguam habens, ea non vtebatur, qui nullum non ſolùm otioſum verbum profudit, imò nec officioſum, vt vidimus ſuperiùs. Copiam petens, vt è Collegio in domum Profeſſam pergeret, dicebat, *Ibo in domum!* & ne otioſi verbi piaculo ſubiaceret, non audebam *Profeſſam* addere. O verè Religioſum ſeculo emortuum, vt mortem Domini poſſis imitari!

CAPVT II.

Luiſius ſe exhibuit viuentem (vt vitali epulo perfectè frueretur) à cunctis voluptatibus abſtinens.

14. ADdit Apoſtolus, *& vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto.* Quis poterit mente exponere virtutes, quas Dominus hoc in epulo imitandas perfecto Religioſo exponit? Tres præcipuè virtutes D. Bernardus attigit Religioſo neceſſarias. *Omnia, quæ mundus amat, crux mihi ſunt, delectatio carnis, honores, diuitiæ.*

15. *Contra impudicitiam præſentiſſimum medicamen Euchariſtiæ receptio.*

Chriſtus in Euchariſtia egregius eſt caſtitatis aſſertor. Vt filia à Dæmonio liberaretur, micas è menſa Dei, ſeu auxilia valida Chananæa poſtulat: *Etiam Domine, nam & catelli comedunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum.* Micis dixi auxilia ſignari, non Euchariſtiam ex mente Chryſoſtomi: quia non deceret ex ſacratiſſimo pane micas in terram decidere. Porrò Magdalena *ſtans retrò, lacrymis cœpit rigare pedes eius,* Luc. 7. Ad epulum Euchariſticum Magdalena accurrit ex eodem Chryſoſtomo. Cur Chananæa non petit Euchariſtia filiam refici, ſed auxilio donari: Magdalena autem ſacrum Epulum inire contendit? Quia contra diabolum impugnantem auxilium cœleſtis exercitus quærendum eſt. vulgariter expono: *Procurarſe meta ſocorro en la plaza.* At vt luxuriei ignis extinguatur, præſentiſſimum, agnatumque medicamen eſt. *Cernens* (inquit Doctor hom. de Peccatr. & Phariſ.) *Magdalena in menſa Dominum, non quæſiuit, ſicut Chananæa, micas: ſed ipſum panem vitæ amplexa eſt. Chananæa enim pro filia à Dæmone vexata interpellabat, & dum ſe canis interpellari ipſa audierat, micas de menſa cadentes petiit. Hæc verò non filiam à Dæmone vexatam habebat, ſed totum corpus laſciuia Dæmoniaca deditum.*

Luc. 7.

Chryſoſt.

16. *Euchariſtia Religioſis ſuadet conſilium virginitatis.* Iſai. 9.

Porrò Euchariſtia non ſolùm homines à luxuriei tyrannide liberat: ſed & Religioſis perfectiſſimis ad conſilium virginitatis obſeruandum dogmata ſalutaria præſcribit. *Et vocabitur* (ait Iſaias) *nomen eius Admirabilis, Conſiliarius,* cap. 9. Chriſtus certè admirabilis Conſiliarius eſt. Quidnam *Conſiliarius? De virginibus* (inquit Apoſtolus) *præceptum Domini non habeo, conſilium autem,* &c. Ac ſi diceret, Virginitas conſilium quidem, non præceptum, eſt. Hoc conſiliũ Chriſtus Religioſis iuuenibus ſpecialiſſimè dilectis dat, hoc Luiſio impertitus. Quónam modo autem non adhibito præcepto hoc difficile conſilium eſt obſeruandum? Addit Propheta poſt illud *Conſiliarius, Deus fortis.* Hoc in Sacramento Chriſtus Deus fortis eſt, ad difficilia quæque præſtanda. D. Cyprianus hom. de Natiu. *Quia ſi diuinis conſiliis obuiauerint tentamenta, & liberas mentes ad carnales reuocauerint appetitus, adeſt Deus fortis.* Nulla tentamina valida poſſunt exiſtere, vbi Euchariſtia reficeris, quæ quidem Dei continet omnipotentiam. Luiſius oſor fuit voluptatis, non quia molli non præditus eſſet ingenio: ſed quia amator erat puritatis tenaciſſimus. Reginam pulcherrimam multis diebus, dum aulæ ſeruiret, comitatus, nunquam eius faciem aſpexit. Huiuſmodi enim fuga puritatis brauium comparatur. Quid mirum tanta munditia nitere, qui tam frequens erat Euchariſticæ menſæ conuiua, & tam ardenti in hoc Myſterium affectu ferebatur?

Cyprian.

Puritas Luiſij.

CAPVT III.

Luiſius Chriſtum in Euchariſtia retulit, honores ſeculi conculcando.

REligioſæ vitæ ſecundam proprietatem eſſe Bernardus aſſeruit honores conculcare: *Omnia, quæ mundus amat, crux mihi eſt honor,* &c. Honor ſeculi quid, niſi alios vti ſubditos aſpectare, amareque, cunctis præfici. At Religioſi inſigne obedientia eſt, ac ſubmiſſio. *In ſudore vultus tui* (Deus inquit Adamo) *veſceris pane tuo,* Gen. 3. Iſaias expoſuit, *Dabit vobis Dominus panem afflictorum.* Quínam ſudor, & afflictio? D. Cyrillus lib. 3. *Panis igitur Chriſtus eſt, ſed cum ſudore, & labore inuenitur.* Ac ſi diceret: Panis quotidianus noſter eſt Chriſtus in Euchariſtia, ſed tamen afflictis, ac ſudantibus præparatur. Certè illæ particulæ, *in ſudore,* & *afflictorum* ex mente Doctoris mercenariorum innuunt obſequia. Panis hic eſt eorum, qui norunt obedire. 17.

Obedientibus Euchariſtia præparatur.

Gen. 3.

Cyrill.

Obedientia enim egregia eſt ad Euchariſticum 18.

Præmittunt obedientiã, Eucharistico epulo reficiendi. Ioan. 6.

cum epulum diſpoſitio. Cùm Dominus quinque millia homines ſatiauit, priùs illos diſcumbere præcepit: *Facite homines diſcumbere*, Ioan. 6. Cur Apoſtoli iubent conuiuas conſidere priuſquam panem accipiant: ſi ipſi, accepto epulo, ſeſſuri erant, ad abſumendum? ſi autem ſtantes comediſſent, aptius Agni Paſch lis in Euchariſtia expreſſum myſterium præſignaſſent. Præcipit Chriſtus Apoſtolis, vt homines efficiant diſcumbere, ad obedientiæ exercitamentum, quod influit Euchariſtia.

Obedientibus Calix exhibetur. Ioan 2. Chryſol.

19. Cùm conuerſio aquæ in merum erat perficienda, Deipara monet miniſtrantes: *Quæcumque dixerit vobis, facite*, Ioan. 2. Cur eos excitat ad obedientiam? An non Euchariſticus Calix hîc præfiguratur? Chryſologus ſerm. 5. *Sed aqua in ſanguinem erat conuertenda myſterium, vt mera pocula de vaſe corporis ſui Chriſtus bibentibus propinaret.* Ergo aptè ad obedientiam alliciuntur Euchariſtico Calice compotandi.

Luiſius Miles obedientiſſimus ex Euchariſtia. Paſch.

20. Memorat Paſchaſius ſcriptorem illum lineis indutum, qui Altario aſſidebat. *Ideo benè* (ait) *iuxta altáre perhibetur, vt milites ad ſtipendia vitæ percipienda diuinitus diſcernat.* Quidnam militari obedientia perfectius? Solis ergo militibus, id eſt, obedientibus Euchariſticus panis impenditur. Societatis Ieſu miles fortiſſimus Gonzaga Euchariſtico epulo agnatus, qui tam perfectam coluit obedientiam, vt nimia aliquibus videretur. Nec enim ex tanta in Euchariſtiam deuotione poterat non tam exacta obedientia procedere.

CAPVT IV.

Luiſius Ieſum in Euchariſtia imitatus eſt, dum nuncium remiſit diuitiis ſeculi, & Religioſa emicuit paupertate.

Religioſus verus auro vult carere ad exemplã Ieſu in Euchariſtia. Num. 11. Abul. Plin.

21. DEnique Bernardus, *Omnia, quæ mundus amat, crux mihi eſt, diuitiæ.* O quàm præcincta religioſa paupertas oſtentatur? Quàm oſor Dominus in Euchariſtia eorum, qui diuitiarum amatores exiſtunt! Manna olim ſimilis *bdellio* profluxit, Num. 11. bdellium quidem (authore Abulenſe) *berillus* eſt lapis: de quo Plinius ſcribit, aſſerens ſolos Indicos eſſe egregios, quia *auro carere malunt. Hæ ſola gemma. Qui bdellium* Euchariſticum, ſcilicet Manna, aſſumpturus eſt, curet imitari hanc gemmam pretioſiſſimam Ieſum qui vult *auro carere*, cùm Dominus exiſtat diuitiarum.

Abraham reficiendus Euchariſtia typico pane, diuitias ſpreuit. Gen. 14. Cyrill.

22. Abrahamus deſpexit ſpolia victoriæ, malens auro carere. *Da mihi animas, cætera tolle tibi*, Gen. 14. Animas in conſpectu Dei pretioſas æſtimo, ſperno diuitias Ita ne? O pectus Euchariſtico epulo reficiendum! *Melchiſedech Rex Salem protulit panem.* quo quidem victor Patriarcha veſceretur. Pulchrè D. Cyrillus in Collect. cap. 6. *Et quidem benedixit Melchiſedech, qui erat figura Chriſti: & cùm nullum accepiſſet ſpolium, pane & vino eum aluit.* Quia mundi diuitias contempſit, ſe ſimilem illi pani oſtentauit, qui bdellium eſt volens auro carere.

23. Calix Euchariſticus *Teſtamentum nouum* appellatur: *Hic eſt Calix ſanguinis mei, noui,*

Ant. de Eſcob. & Mend. Tom. V.

& æterni Teſtamenti. Cur Teſtamenti? Certè qui Teſtamentum ſcribit, ſeſe cunctis mundi diuitiis abdicat. D. Cyprianus ſerm. de Cœna Domin. *Vident hæc Sacramenta pauperes ſpiritu, & hoc vno contenti ferculo, omnes mundi huius diuitias aſpernantur: & poſſidentes Chriſtum, aliquam huius mundi ſupellectilem poſſidere dedignantur.* Ac ſi Teſtamentum geſſiſſet, quo ſupellectilia cuncta hæredibus relinquuntur.

Euchariſticus Calix Teſtamentũ appellatur, ob diuitiarũ abdicationem. Cyprian.

Profectò Luſius ſeſe perfectiſſimum Ieſu in Euchariſtia æmulatorem exhibuit. Vel in ſeculo degens modeſtiſſimo indumento vtebatur. Cunctas ſeculi diuitias cum ſeculo dereliquit. In Religione autem paupertatem habens in deliciis, tunc lætitia diffluebat, cùm attritas veſtes aliis à fratribus derelictas poterat à ſuperioribus enixis precibus impetrare. Duplici papyracea imagine eius cubile ornatur: & cùm ab vno Collegio in alius facturus fuiſſet tranſitum, punctus ſcrupulo auſus non fuit theſaurum illum deportare, niſi ſæpe copia petita. O bdellium referens perfectiſſimè, iure tibi ſpecialiſſimo Euchariſtica addicitur cuſtodia oſtentanda, vt ſimilis cum ſimili commoretur: & Euchariſtica cuſtodia honoret eum, qui tot virtutibus eam eſt æmulatus. Morere cum Ieſu, viueque feliciſſimè, Religioſis offerens epilogum perfectionis imitandum.

Gonzaga tanquã Teſtamentum ſcribens, omnia reliquit, verè euchariſtia deuetus.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Et ſi venerit in ſecunda vigilia, &c.

Gonzaga vocatus à Domino fuit prima in vigilia, ſiue in Infantia. Quàm illuſtris Diuus, qui tunc Domino ſeruit, & aperit, cùm alij primo ſomno grauiter ſoporantur!

Exprimo, Dei auguſto munere hominem vocari ad perfectionem à puerili ætate.

MEmorat Chriſtus ſecundam, & tertiam vigiliam, non autem primam. Quare? Quia ſi vigiliæ hæ (vt vidimus) ſunt hominis ætates, aptè primæ vigiliæ, ſeu infantiæ obliuiſcitur, quia rarus eſt infans, qui non ſopori indulgeat. Quid ſi euigilet, & pulſanti tunc Domino aperiat? Documentum planè exhibet, ſe à Deo in benedictionibus dulcedinis præuentum fuiſſe. An non cœleſtis miſericordia benè prodiga fluit, cùm in aurora ætatis quis à mundi ſeductionibus expeditur, quæ in occaſu aſſolent inter tenebras fulgurare? Quid aſſolet hominem cœcum donare viſu ſalutari? An non perbreuis ſecularis fœlicitatis duratio? mortis incerta irruptio latrocinantis? velociſſimus vitæ volatus? In occidua ætate hæ veritates aſſolent aperiri, non in orientali, cùm res cunctæ innouantur. Ergo qui in ætate prima aſpexerit mundi fœlicita- 24.

tem iam terminationis ſuæ occaſui addictam, documentum exprimet, ſe ſpecialiſſimo munere à Deo eſſe vocatum.

25. *Luiſius in ætatis Aurora occiduæ ætatis fouet prudentiam ad dolorum ſeculi cognitionem.* Cant. 6.

En Luiſium Gonzaga, cuius aurora fuit cum occaſu coniuncta. Cùm aſpicio puerum deſpectorem mundi, ætatis & naturæ renitentia, vim gratiæ cœleſtis agnoſco, & lubet clamitare: *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi auroræ conſurgens!* Cant. 6. Preme particulas, *Aurora*, & *conſurgens*. Quid cum mortis memoria auroræ vitali? Reſurrectio mortem innuit. Quænam aurora hæc, quæ contra naſcentis auroræ ingenium, mortis fouet memorias? Luiſij quidem infantia, in qua humanæ fœlicitatis ingreditur iam occaſus. Pulchrè Laurentius Iuſtin. lib. 2. de ſpirit. animæ reſurr. *Surgenti Auroræ comparatur propter veſpertinam lucem, quæ exteriorum omnium talem præbet notitiam, vt ab eorum minimè valeat ſubuerti blanditiis.* Aurora tam libera à ſeductione, vt auolet fulgentiſſima Solis æmulatrix: proculdubio aliquid fouet occiduum, è quo à mundi tenebris, à ſeculi mendaciis valet liberari. Miror in floribus pueri Luiſij fructuum maturitatem. Cur ô fili, (inquit Marchio parens) vix exortus in occidente contineris? O Pater, (reſpondet Luiſius) mundi credam fallaciis? lucem credam, quod tenebris ſuffunditur? mendacium reputem veritatem; O *Aurora conſurgens!* O fortiſſimæ inſpirationis efficacia.

Laurent Iuſtin.

26. *An Luiſius magis dilectus dilectiſſima ſponſa, quæ ſub vitæ termino aduocatur, cùm Luiſius in pueritia vocatus fuerit?* Cant. 2. Gregor.

An Luiſius dilectiſſima ſponſa plus dilectus obiicitur, dum priùs illa aduocatur, & adducitur? *Surge*, (inquit ſponſus) *propera amica mea, & veni.* En vocatio facta animæ dilectiſſimæ, quam amicam, proximam, columbam, formoſam appellat. Audi ergo quânam ratione illam à ſeculo reuocare in domum Regalem intendat. *Iam enim hyems tranſit, imber abiit, & receſſit*, Cant. 2. Veni amica, ſi quidem recognoſcis vitæ hyemem præterire, aduentare ſenectutis inſtantiam, ſeu potiùs ætatis circulum terminari. Pulchrè Gregorius, *Iam ſponſa ſurgat, quia hyems tranſit, quia præſens vita recedit.* Circà vitæ terminum aduocatur, & amica dicitur? Ita planè, magnum enim diuinæ dilectionis eſt indicamentum animam vel in ſenecta, aut vitæ termino aduocari? Si ergo ſignum eſt dilectionis vocari hominem in ſenectute, ætatis occaſu: quid in Aurora, ſeu ætatis crepuſculo vocari Luiſium? Meritò cœlicolæ clamant, *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi Aurora?* Quiſnam ille puer tam maturè vocatus? ſi quæ ſub termino vitæ vocatur amica, columba, ac formoſa dicitur: qui in Aurora requiritur, & adducitur quidnam erit?

27. *An Lotho perfectior, qui vi extrahitur à ſeculo: cùm Luiſius vim faciat ..eo, vt extrahatur?*

In ſeculo perfectiores aſſolent repugnare cùm vocantur ob ſecularem ſeductionem, & voluptatum ac diuitiarum mendacium. At Luiſius non ſolùm non repugnat vocationi, ſed iis, qui curant obſtacula apponere, valenter reſiſtit. Quis poterit æquare ſermone Luiſij ſtudium, ad ſeculi receſſum perficiendum? Quem lapidem non mouit, vt copiam à Marchione conſequeretur, vt propinquorum retardaret impedimenta, vt ſubditorum extergeret lacrymas, vt populi faceret ſilere clamores. Id autem in iuuenili ætate, in verno ætatis veſtibulo, inter Caſtellonis diuitias. An Lotho ſanctior? Aduocatur à Deo vir ſanctiſſimus ad perfectionis montana, vt à flammis Sodomæ eriperetur. Renuebat, qui ſeculi aureis diuitiarum catenis tenebatur. *Diſſimulante illo, apprehenderunt* Angeli *manum eius, & manum vxoris, eo quod parceret Dominus illi: eduxeruntque eum*, Gen. 19. Loth ſanctiſſimus diſſimulat, Luiſius inſtat: Loth ab Angelis apprehenditur, Luiſius Deum apprehendit, & clamat. *Videris, ô Domine, diſſimulare, vi cùm inſto egreſſioni.* An perfectior ſene iuuenis? Vos videritis.

28. *Exerit Deus cũ aliis potentiſſimas vocis ſuæ vires, vt ad Religionem adducat, vt Luiſium alliciat, molli ſibilo vtitur.* Pſal. 28. Ianſen.

Alios Deus adducit, eorum oculis ætatis ruinas, ſeculi mendacia obiiciens. *Vox Domini* (canit Dauid) *in virtute, vox Domini in magnificentia, vox Domini confringentis cedros, vox Domini præparantis ceruos*, &c. Pſalm. 28. Vbi Ianſenius, *Vox hæc Domini cum virtute facta eſt. Neque enim vt humana vox inefficax fuit ad perſuadendum: ſed potenter admodũ, & glorioſè multorum conuerſionem operata eſt. Multos huius ſeculi potentes & ſapiẽtes ſalubriter confregit, ſubiiciens eos Religionis iugo.* Vt autem Luiſium adduceret ad iugum Religionis potentem in ſeculo, diuitiis ornatum, ætatis ſtipatum floribus, ſibilum auræ tenuis præmiſit, adoleſcenſque illicò inſtar Samuelis inclamitat, *Ecce ego.* O ſuauiſſimæ vocationis efficaciam! Imò ô Luiſij miram ad obſequium facilitatem!

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, &c.

Luiſius in prima vigilia ſeu ab vtero à Deo electus eſt, qui quidem initium tam auguſtum miſericordiæ agens, ineffabilia dona multiplicauit.

Vbi oſtendo, è Baptiſmatis vndis homines alites auolare ad perfectionis verticem.

29. *Illuſtre Luiſij Baptiſmum, antequam omninò ex vtero procederet.*

SVnt qui in prima vigilia primam infantiæ inſtitutionem putent, quare nulla circa ſeruorum fidelitatem geritur eius memoria; quia conſtrictionis inepta certamina. Profectò Luiſius in prima infantiæ vigilia à Deo electus ab vtero præcinctus ad bellum iam certamini deſudabat. Sacra vnda dilutus fuit, prius quàm ex vtero omninò egrederetur in præmaturæ vocationis documentum. Sic enim, dante Domino, iudicium Luiſij præceſſit ætatem, vt penè ex vbere Chriſtum amare didiciſſet.

30. *Baptizatũ fuiſſe Luiſiũ antè quàm ex vtero egrederetur, indicat ædificiũ perfectionis eius magnũ futurum.*

Munus hoc fuit proculdubio egregiorum munerum fundamentum. Aiebat Iudith ſeſe aſpiciens cœleſtibus muneribus auctam. Iudith 9.

Subueni

Subueni, quæſo te Domine Deus meus, mihi viduæ. Tu enim feciſti priora, & alia poſt alia cogitaſti, cap. 9. Preme verbum *cogitaſti.* An Deus cogitat de extructione? *Quis ex vobis volens turrim ædificare, non prius cogitat*, &c. Quis cogitans, ſi magnum ſupponit fundamentum, non tenetur extructioni magnos ſumptus præparare? Ædificij enim magnitudo ex magno arguitur fundamento. Puer ex vtero electus à Deo, qui Marchioniſſam parentem doloribus grauioribus afficit, vt mox infans luci gratiæ detur, quàm communi perfruatur: miris munerum auctus incrementis exſurget.

31. *Ex ſtillatione Baptiſmi vndæ fructus vberrimi arguuntur.* 1. Mach. 8.

Primum illud munus fuit, Luiſium ab originalis culpæ tyrannide mox liberari. O quanta munera futura iam inde eluceſcunt! Fortiſſimus Iudas Machabæus Nicanoris deleuit exercitum nouem millia homines trucidando. Quare Iudæi Domino benedicunt, *qui liberauit eos in die iſta, miſericordia initium ſtillans*, 2. Machab. 8. Particula *ſtillans* adnoranda. Liberantur Iudæi ab hoſtibus, dum ſtillat Dei miſericordia. Hæc autem ſtillatio fructus firmat vberrimos, terra fœcundata. Sunt enim *ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.* Stillat Dominus ſuper Luiſium, cùm in vtero ſacra vnda irrigatur? O fructuum vberrimorum præco ſtillicidium!

32. *Num in praepropero illo Baptiſmo extincta fuerint Luiſij incendia futura?*

Tunc ſancta Marchioniſſa præſenſit Deum infantis ſui poſſeſſionem accepiſſe, eumque cœleſtibus donaſſe muneribus. Non immeritò exiſtimarim Baptiſmi ſtillatione illa adeò Luiſij fomitem concupiſcentiæ fuiſſe refrigeratum, vt inde iam à ſacro fonte traheret totius pax adoleſcentiæ, quæ quidem nunquam fuit communi ſtimulo compuncta, vt noxias appeteret voluptates. Cùm Chriſtus ſpeciali aſſiſtentia adeſt alicui electo dum ſacra vnda diluitur, aſſolet carnis extorquere incendia. Ad ſpiritualem Samaritanæ Baptiſmum Chriſtus properat. IESVS autem fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſupra fontem, Ioan. 4. Quònam ille fons? *Erat autem ibi fons Iacob.* Ad quæ verba D. Ambroſius *in Pſalm.* 45. contemplatur Chriſtum eſſe fontem, cuius vnda Samaritana diluitur. Tunc autem, cùm Chriſtus ſpeciali aſſiſtentia Samaritanæ Baptiſmum honorat, eius concupiſcentiæ exitialia reſtinguit incendia. *Dominus* IESVS (fatur Doctor) *ſedebat ad puteum. Erat autem ibi fons Iacob. Fons ibi eſt, vbi Chriſtus eſt. Fons eſt, quo & vniuerſa carnis flagitia abluantur, & reſtinguantur incendia.* Futura quidem, vt ſpecialiſſima aſſiſtentiæ IESV præluceant effectus. Dominicus fons ad Luiſium properat in vtero commorantem vt diluat, priuſquam omninò pariatur? Exiſtimo poſt peccati originalis piaculum extinctum, futura Dominum incendia reſtrinxiſſe.

Ioan 4.
Ambr.

33. *Ex aquis Baptiſmi Luiſius Ales exſurgit, imò ſpiritus ad mirabilē volatum.*

Præterea ſpecialiſſimè in Baptiſmo exceptum à Domino reor, dum video eum tam alto volatu cœli verticem attingentem, cùm vix limina triuit, ætatis. Ex aquis volucres prodiere. Luiſius ex Baptiſmi aquis ales auolauit, ſpiritus ex velocitate, ſpiritum æmulatus, qui eum ſacra vnda diluerat. Niſi enim ales, ſeu ſpiritus aſcendiſſet ex aquis, quònam modo tam breui temporis interſtitio eleuatiſſimum perfectionis verticem tenuiſſet? *Tulit Elias pallium ſuum, & percuſſit aquas*, &c. *Et tranſierunt ambo per ſiccum. Cùm pergerent, ecce igneus, & equi ignei diuiſerunt vtrumque, & aſcendit Elias per turbinem in cœlum*, 4. Reg. 2. Vbi Origenes (myſticè explicans locum) aſſerit Eliam aquis Iordanis dilutum in typum Baptiſmi Saluatoris, alitem ſurrexiſſe, imò ſpiritum ad verticem auolaſſe. *Aptior ad raptum factus eſt, poſtquam ablutus eſt in Iordane.* Quàm aptus Luiſius ad volatum, ſiue potiùs ad raptum, poſtquam ablutus eſt! Haud aquila abripiens ſacrum eleuat Ganimedem: ipſe enim volucris pennas exerit incredibilem ad volatum: & ideo in breui conſummatus obiicitur.

4. Reg. 2.
Origen.

OBSERVAT. V.

Ad illa verba:

Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia, &c.

In prima Luiſius vigilia perfectus oſtenditur, dum nullum tributum voluit carni, ſanguini, cognationi litare.

Edocet, Religioſos perfectè à carnis ac ſanguinis reſpectibus ſeparandos.

A Prima vigilia Luiſius pulſaturum Dominum expectabat, nec oſtium de iuuentæ more, carni, ſanguini, ac cognationi aperiebat. Græcus ille cecinerat Comicus, 34.

Pueros rapit affectus ad generes.

Comic Menand.

Porrò D. ille Puer ſic perfecto odio in generes afficiebatur, vt pulſantibus ſæpè, minimè aperiret. Fratris Rodulphi pia inſtant negotia, pulſat Matris deprecatio, cognatorum inſtantia: nec aperuit Luiſius, donec IESVS ipſe pulſaturus acceſſit, cùm iuſſus adoleſcens à ſuperioribus cogitur aperire. Religioſum (aiebat) decet occluſio, decet à cognationis reſpectibus abſtractio. Quid mihi cum ſeculo, quem dimiſi? Quid cum Matre, fratre ac cognatis mundi, qui IESVM ſponſum elegi, *propter quem relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit ſponſo ſuo, & erunt duo in ſpiritu vno.*

35. *Vel Eliſæus Religioſus perfectus familiaribus ſecularibus pie ſubuenit.* 4. Reg. 4.

Aſſolet quique perfectionis ſtudioſus aliquando carnis & ſanguinis implicari negotiis non iuſſus. An non ſanctus Eliſæus? An non Religioſis documenta præſcripſit? Certè cùm ab hoſpitatrice Sunamitide accepiſſet obſequium, illi profatur, *Numquid habes negotium, & vis, vt loquar Regi, ſiue Principi militiæ?* 4. Reg. 4. Piæ cauſæ pius Propheta ingeritur non rogatus. Theodoretus quæſt. 14. *Cuius officij rependens Propheta, eam rogauit, an eſſet aliquid, quod vellet dici Regi, ac Duci exercitus. Et cùm poſſit ei diuinum exhibere auxilium, vult eam etiam*

Theodor.

humanam aſſequi curationem. Nec enim à Religioſa perfectione eſt alienum ſecularibus familiaribus, exigente pietate, ſubuenire. At Luiſius perfectiorem adhuc vult inſequi viam ſpiritus vel fratri abnegans, & cognatis, quod licitè extraneis impenditur. Audierat ab Ignatio multo magis expedire Societatis alumnos ſeſe à ſecularibus negotiis expedire, quæ quidem aſſolent volatum ſpiritus retardare.

An Luiſius erfectior?

36. Attamen obedientiæ validæ pulſationi acquieſcens, in Caſtellonem proficiſcitur, vt Marchionem fratrem à libidine reuocaret. At ſic ſe in Palatio geſſit, tot virtutum fulgores oſtentauit, vt plus ſubditi fecerint reditum, quàm diſceſſionem. O Ignati, ſubditorum tuorum curans perfectionem! Haud læditur præſcriptio tua Luiſij profectione ad ſecularia negotia, dum ita adoleſcens ſanctus negotiis attendit, vt nec ſpiritualis cauſæ particula minuatur. Proh geſti pulchritudo! Ambroſius profatur lib. 1. offic. cap. 50. *Pulchrum eſt, vt gratiam tuam, atque efficia in ſocietatem generis conferas.* Non officit Religioſæ pulchritudini, fraternitati ſuccurrere laboranti. *Sed primum illud decorum eſt, vt quod habes pretioſiſſimum, hoc eſt, mentem tuam, Deo deputes.* Difficile planè, mentem Deo perfectè deputare, cùm officia in genere conferuntur. tamen, *Cùm ſolueris Authori debitum, licet, vt opera tua in beneficentiam, & adiumenta fratris conferas.* Id perfectiſſimè præſtitit Ludouicus, opera ſua in beneficentiam fratris Rodulphi contulit, ſed primum Authori debitum perſoluit.

Luiſius & Deo & fratri ſimul addicitur: quia propter Deum fratri occurrit laboranti.

Ambr.

37. Preme particulam, *cùm ſolueris Authori debitum.* An intelligenda ſit, *poſtquam* ſolueris Deo debitum, priùs litandum ſit Domino obſequium, mox autem, relicto primo illo ſtudio, pergas ad fratrem? Abſit. Neque per inſtans debes ab ſpiritualium cura ſemoueri: ſed ita occurrere fratri indigenti, vt illud ipſum negotia eius procurare, ſit Deo litare ſacrificium. Dixit Dominus aliquando, *Reddite ergo, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo.* An priùs reddenda Cæſari debita, & mox Deo? Minimè, ſed eodem in tempore vtrique reddenda. Quàm bellè Ambroſius! Nec ipſi Deo primum tributa reddantur, & mox hominibus. Sed ſimul vnum præſtetur, & alterum. Religioſus priùs litat Deo orationis ſacrificium: mox relictis precibus, pergit ad proximum? Abſit; nec enim ſpirituale ſtudium prætermittendum, cùm ad fratrum negotia properamus. Sic Luiſius procurauit fratris cauſam, vt illud ipſum fratrem monere, corripere, allicere, erat Domino ſacrificium litare, ne vel paulułum pertranſiret ſponſus.

Illud ipſum, fratri ſuccurrere, erat Deo obſequium litare.

⁂

OBSERVAT. VI.

Ad illa verba:

Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit.

Luiſius à prima vigilia Deo ſeruiit: ſed tanta humilitate nituit, vt ſeſe inſignem peccatorem profiteretur.

Innuo Confeſſionem poſſe cum virtutum puchritudine copulari.

Mirum planè, quem in prima vigilia præcingi, & conſequenter eſt eximiæ perfectionis documentum. Famulos, qui inueniuntur vigilantes in ſecunda, ac tertia vigilia faciliori, beatos Dominus appellauit: *Beati ſerui illi.* Ergo beatiores qui in prima vigilia inuenirentur. Hinc colligo mirabilem D. Luiſij ſanctitudinem, ineffabilem perfectionem: vigilans in prima vigilia inuentus eſt quando penè cuncti ſopore tenentur. 38.

Enim verò licèt tanta Luiſius perfectione nituit, quia verba aliqua infans ſine intellectus lima profuderat, dum in exercitu cum Marchione parente verſaretur: tempus illud *ſuarum diſſolutionum tempus* appellabat. O Puerum iam virum perfectum! Hæne diſſolutiones? Ex hoc capite te haud præcinctum iudicas? Te oſtendis IESV verè militem, qui tot virtutum fulgoribus circumamictus fragilis naturæ non obliuiſceris tenebras. Nec tam pulcher appareres, niſi ex confeſſionis humilitate: *Illud fuit mearum diſſolutionum tempus.* 39.

Tempus diſſolutionum ſuarum appellabat Luiſius illud, qui ſine malitia verba aliqua protulit immodeſta.

Dauid præcinit, *Confeſſio, & pulchritudo in conſpectu eius,* Pſalm. 95. Et quónam modo diſſolutionem confeſſio cum virtutum pulcritudine poteſt copulari? Bernardus reſpondet epiſtol. 103. *Confeſſioni iungitur decor, iungitur pulchritudo: & confeſſio, & pulchritudo in conſpectu eius.* Si perfecta eſt pulchritudo virtutum, quónam modo obnoxia eſt confeſſioni, quæ ſupponit maculas delictorum, criminum fœditatem? *Re vera in Confeſſione ibi pulchritudo, ibi decor. Si bona opera ſunt, Confeſſione commendantur.* Certè virtutum accreſcit ſplendor, cùm quis tanta ornatur humilitate, vt in rectis operibus adinueniat, quid poſſit reprehendere. 40.

Confeſſio delicti pulcherrimam aperit innocentiam: cũ qua confeſſio coniungi poteſt.

Pſalm 95.

Bernard.

Fatur autem Dominus, *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit,* Marc. 16. Ad quæ Hieronymus *lib. de vera Circum* aſſerit, idem eſſe hominem baptizari, ac veterem Adamum exuere, vt nouum induatur. Poſtquam autem homo ex Baptiſmi lauacro verè nudus exſurgit, pulcherrima ait Doctor ſtola induendum eſſe. Hoc quidẽ præſtat, ſi poſt Baptiſmũ Confeſſionem proferat delictorũ. *Omni in procinctu Baptiſmatis indumento nudati, ſola Sancto ũ oculis Confeſſione veſtimur.* Quónã modo Confeſſioné gerimus poſtquã è Baptiſmi fonte puriſſimi ſine macula proficiſcimur? Profectò, qui innocen 41.

Poſt gratiã Baptiſmi acceptã, adhuc homo puriſſimus humiliatur ex confeſſione, in nouã pulchritudinis redũdantiam.

Marc 16.

Hieron.

innocentia cùm fulgeat, adhuc ſe profitetur peccatorem, pulcherrima in Sanctorum oculis veſtitur ſtola; quia nihil pulchrius, quàm ex humilitatis affectu lucem tenebras deputare.

42. *Cū ſanctus confitetur, ſe habere defectus, quos nō habet, ex humilitatis affectu: dignior diuino aſpectu redditur.*

Publicanus ille *à longè ſtans, percutiebat pectus ſuum, dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori*, Luc. 18. Contemplatur D. Auguſtinus *epiſt.* 18. in Publicano hominem gerentem munus exactoris conſcientia timorata; officium enim publicum, quod licitè, & iuſtè poterat exerceri, licèt à vulgo peccatores credebantur, qui colligendis vectigalibus præſiderent. Hic ergo coram Dei conſpectu pectus percutit, & ſe peccatorem confitetur ex humilitatis affectu magis, quàm ex conſcientiæ accuſatione: Luc. 18. & placet Numini, *dum ſui accuſator auditur, propter pulchritudinem humilitatis.* Auguſt. Pulchreſcit enim mirum in modum animus, cùm ex humilitatis affectu iuſtus vel in operibus illuſtribus reprehenſionis propriæ anſam arripuerit. Innocentiſſimus Luiſius in irreprehenſibili vita diſſolutiones meditatur. Si igitur ex humilitatis pulchritudine placuit Numini Publicanus, quàm ſpectabilis Luiſius Conditori obiicitur, qui tot fulgoribus virtutum circumdatus, adhuc ſui acris accuſator exſurgit.

PARS QVINTA.

STANISLAVS.

Paraphraſim ac Commentarios literales perquire hoc lib. 12. Part. 1.

PROLVSIO.

REx cœleſtis non ſolùm viros vigiles ad ſuum eligit famulatum, vt præcincti expectent à nuptiis reuertentem ſponſum: ſed & pueros, queis præcipuè in aula geſtandarum facium miniſterium addicitur. Adeſt Staniſlaus puer cœleſti dignus aula, qui quidem licèt ſponſo ſeruit, præcipuè eſt ſponſæ adiudicandus Deiparæ. Hæc puerum ad Societatem Filij adduxit. An non Mariæ datum ad militiam IESV Pueros aduocare? *Sapientia ædificauit domum*, &c. *Miſit ancillas ſuas, quæ vocarent ad arcem. Si quis paruulus, veniat ad me*, Prou. 9. Iuxtà Prou. 9. Richardi mentem, ancilla Dei, id eſt, quæ ſponſo ad Regnum Richard. inuitati ſe ancillam obtulit: *Ecce ancilla Domini.* arcem aſcendit, & paruulos aduocat, vt aulæ dignos miniſterio efficiat, arcis defendendæ miniſterio addicat. Hinc colligo Staniſlai perfectionem, Puer es ſub Mariæ cura conſtitutus. Aſſolet Virgo pueros hædos in agnos conuertere, iuxta illud: *Paſce hædos tuos*, Cant. 1. vt ſcilicet (Guillelmus Paru.) *in agnos conuertas.* Cant. 1. Guillel. hædos Maria conuertit in agnos: aduocans Staniſlaum à cunabulis agnum puriſſimum, qualem IESV militiæ conſtitueret? Omnium virtutum ardentibus facibus expectauit ſponſum: præcinctus virili fortitudine procedet ad campum.

SECTIO XII.

Prima vigilia.

TEXTVS.

Vers. 35. SInt lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, &c. 38. Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, &c.

IN STANISLAVM
PANEGYRICVS MORALIS DVODECIMVS
CIRCA LITERAM.
EX VIGILIA PRIMA.

Obseruat. I.

Ad illa verba:

Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi, &c.

Staniſlaus prima in vigilia ſurrexit præcinctus ad dira certamina, mundum reliquit, cùm vix in mundo fuiſſet commoratus.

Amat Conditor paruulos ad ſe venire: contrà parentes, qui pueros ſuos à propoſito Religionis auertunt.

1. *Stulti cuncta gerenda opera in colo ponis, nihil ad fuſum traducens.*

PRima in vigilia non apta certamini alicui qui pueri illuſtres ſpecialiſſimo ex munere Dei, præcincti, ſeſe certamini præſentarunt. Non geritur de prima vigilia memoria, quia non ſolet eſſe apta labori bellico. Attamen ſi puer aliquis dat militiæ nomen, vt decertet viriliter, cùm alij ſomno aſſolent indulgere: ſpecialiſſima Dei vocatio innuitur, & auguſta indoles indicatur. Amat Iesvs paruulos ad ſe venire. *Sinite paruulos venire ad me.* Non autem ipſos paruulos cogit, ſed parentibus iubet, ne properantes cogant retardati.

2. *Staniſlaus in prima vigilia puer pugnax exſurgit.*

Staniſlaus Koska, Polonus nobiliſſimus, cùm puerilem ageret ætatem, virili fortitudine mundum debellauit. Inſurgit pater, frater, cognati, ciues pugnaciſſimi, vt cùm à propoſito ineundæ Societatis Iesv auertant, diabolus fauet impugnatoribus ſub ſpecie canis in puerum irruens. Cuncta ſuperat infans, domum relinquit, peregrini indumento inſtituit viam, vt ſeſe Societatis Prouinciali dedat. Frater inſequitur fugientem, & cum puer orans grauia jam vulnera expectaret, currus ſiſtitur inuiſibili manu retardatus, equique nec flagello, nec ſtimulis paruere: vnde cogitur perſecutor, iterum è qua exierat, inire Cracouiam, Staniſlao gratiarum actiones Numini tutelari profundente. Poſt incommoda demum longi itineris ſuperata, Societatis Iesv miles efficitur, vbi in breui conſummatus multa tempora expleuit.

3. *Puer adhuc totū virtutum ſtamen perfectum oſtentat, explens tempora multa.*

An audiſti trium Parcarum figmentum? Colum prima geſtat, in quo humanæ vitæ linum oſtenditur; ſecunda rotans fuſum fila ducit ſtaminis; tertia autem forcipe furtiuè reſecat. Si autem totum linum ad fuſum tranſit, forcipe permittente, tota hominis naturalis vita ſubſiſtit, ipſa decrepitudine forcipis munus obitura. En vitæ ſpiritualis ſimulacrum. Complementum virtutum obiicitur in operationis fila ducendum: cùm totum ſtamen ad fuſum traducitur, ſpiritualis vita perfectè ſubſiſtit. Staniſlaus in breui totum lini opus perfecit, & prima in vigilia exſurgens tam velociter fuſum contorſit, vt longæuæ ætatis geſta duceret in epilogum: vnde conſummato opere occumbit eo tempore, quo alij aſſolent ſe ad ſecundam adoleſcentiæ vigiliam præparare. *Manum ſuam* (ait Sapiens) *miſit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fuſum*, Prouerb. 31. Particulæ *miſit*, & *apprehenderunt*, operandi velocitatem indicant. Stanilaus, inſtar fortis viraginis colum fuſumque arripuit, & prima in vigilia rotando velociter, totum opus perfecit. Monebat Ambroſius, *In colo eſt, quod facturus es, in fuſo quod feciſti. Vide ergo ſi aliquid habes in fuſo, ibi firmentur digiti tui, ibi ſit fortis conſcientia tua.* In colo adeſt quod circa virtutum perfectionem agendum eſt, ad vitæ ſpiritualis conſummationem, in fuſo quod geſtum? Ergo videns Staniſlaum puerili in ætate virum perfectum cunctis virtutibus ornatum, inuerſa ſententia poſſum mouere: *Vide ergo ſi aliquid habes in colo*, quia in operationis fuſo cuncta eſſe ſtamina conſpiciuntur. O felicem puerum, qui prima in vigilia totum conſummatum exponis! *Ibi ſecurus eris*, (addit Doctor.) Rapeᷣris enim à Domino, quod in breui conſummatus multa expleueris tempora.

Prou. 31.

Ambr.

4. *Peccator cūcta operas ponis in colo, nullum in in fuſo.*

Quàm pauci Staniſlai imitatores! Plerumque homines totum in colo geſtant ſtamen, nihil ponunt in fuſo operationis. Nebo, aiunt, fila

fila ducam, in ſecunda, aut tertia vigilia colum arripiam. Antiochus cuncta opera in colo ponebat, promittens, ſe *Templum ſanctum, quod prius ſpoliauerat, optimis donis ornaturum, & ſancta vaſa multiplicaturum, & pertinentes ad ſacrificia ſumptus de redditibus ſuis preſtaturum: ſuper hac & Iudæum ſe futurum, & omnem locum terræ perambulaturum, & prædicaturum Dei poteſtatem*, 2. Mach. 9. O inique, totum ſtamen apparet in colo, nec filum oſtentatur in fuſo: *In colo eſt, quod facturus es, in fuſo, quod feciſti.*

2. Mach. 9.

5\. Prodigus clamabat, *Surgam, & ibo ad Patrem meum, & dicam ei: Pater peccaui*, Luc. 15. Totum ſtamen oſtentat in colo. *Surgam, ibo, dicam.* An ſatis illi fuit colo ſtamina appoſuiſſe? Minimè, niſi ad ducenda fila illicò properaſſet. Ambroſius lib. 7. in Luc. *Hæc apud ſe dixit. Sed non ſatis eſt dicere, niſi ad Patrem venias.*

Non ſufficit nendi propoſitum: nere debet. Luc. 15. Ambroſ.

6\. Ioannes Baptiſta videtur, totum ſtamen in colo habentem, cùm ait, *Ego vox clamantis in deſerto: Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua in directa*, Ioan. 1. Luc. 3. Nullum opus oſtendit in fuſo. At IESVS omnia opera in fuſo exponit. Diſcipulis enim Ioannis venientibus, vt inquirerent de IESV, quis eſſet; reſpondit, *Euntes renunciate Ioanni, quæ audiſtis, & vidiſtis. Cæci vident, claudi ambulant*, &c. Matth. 11. Cur Ioannes opera oſtendit in colo, Chriſtus in fuſo? Ioannes gerit hominum perſonam, quorum ingenium ſe promittere fila ducturos: nunquam autem, aut ſerò, exequentes. Chriſtus autem perfectionis Euangelicæ teſtimonium perhibens & dictis, & operibus fuſum plenum oſtentat. *Ioannes*, (inquit Origenes tom. 6. in Ioan.) *Ego vox clamantis pronunciat: (Vallis implebitur, collis humiliabitur, erunt praua in directa, videbit caro.)* Non net, ſed futura ducenda fila promittit, peccatorum gerens perſonam. *Chriſtus autem, vt qui maius, quàm Ioannes teſtimonium haberet, verbis & factis reſpondit: Euntes renunciate Ioanni, quæ audiſtis, & vidiſtis. Cæci vident, claudi ambulant.* Staniſlaus verè iam Ieſuita, quia manè diluculo, ſeu prima in vigilia ſurrexit ad opus totum linum elaboratum exponit in fuſo. Vnde Dominum allicit, vt maturet aduentum, eúmque in prima vigilia inueniat præparatum.

Ioannes typum gerens peccatorum, totum linũ operũ oſtendit in colo: Chriſtus exprimens perfectos, exponit in fuſo. Ioan. 1. Luc 3. Matth. 11. Origen.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Et ſi venerit in ſecunda vigilia, &c.

Prima in vigilia Staniſlaus ſe Dei armatura præcinctum oſtentat, puer quidem, ſed potens ad certamina.

Innuo, in Religione futurum fortiſſimum, qui in ſæculo valens eſt mundum & diabolum ſuperare.

7\. CVm Dominus ait: *Sint lumbi veſtri præcincti*, viros iam perfectos ad ſpiritualia certamina excitat, vt poſſint paſſiones debellare, *quæ militant aduersùs ſpiritum.* Præcinctio iſta eſt armatura Dei: *Amen dico vobis, quòd præcinget ſe.* Ergo exſurgentes in viros perfectos, *in ſimilitudinem ætatis plenitudinis Chriſti*, poſſunt Dei armis vti: non pueri, non infantes.

Recta in ſæculo vita preparat ad Religionis perfectionem.

8\. Hinc Sſtaniſlaï pueri gloria rutilat, qui infantilia membra tota Dei armatura muniuit. Aiebat Apoſtolus, *Induite vos armaturam Dei*, Epheſ. 4. Addit Athanaſius, *Induite vos totam armaturam Dei.* Tota ne Dei armatura induti, poterimus incedere? Ita planè, ſi magnis Dei armis magnus quidam induitur.

Induit Staniſlaus puer Dei armaturam. Eph. 4. Athan.

9\. Si ergo magnus debet eſſe, qui magnum armamentum ſibi debet ita aptare, vt ambulare valeat; ab Apoſtolica admonitione Staniſlaus puer videtur excludi. Arma Saulis cunctos proceritate ſuperantis, ab humero & ſurſum ſupra omnes eminentis, quónam modo poterunt paruulo accommodari? Dei armatura Staniſlao? Dauid adoleſcens Saulis armamentum induit, vt ad ſingulare certamen progrederetur. *Et cæpit tentare, ſi armatus poſſet incedere. Dixitque Dauid ad Saul: Non poſſum ſic incedere, quia vſum non habeo: & depoſuit ea*, 1. Reg. 17. Et quónam modo poterat puero Dauidi Saulis proceritate egregij armatura accommodari? Dauid deponit arma Saulis, Staniſlaus IESV armaturam non depoſuit. O puerum auguſtæ proceritatis, cui tota Dei poteſt armatura adaptari! Iam quæritas, ſi Dauid agnouit, minimè poſſe ſtaturæ paruæ arma proceris Saulis aptari: cur tentare cœperit, ſi armatus poſſet incedere? Certè, quia ſunt facinora tam auguſta, quòd ſolùm tentare illa, ſit perſpicuum fortiſſimi animi documentum. Rogat Rupertus lib. 1. in Reg. cap. 5. *Quare ſic fruſtra tentauit?* Et reſpondet, *Quia ſic pulchrius facto ſuam ſpem Regi oſtenderet.* Qui audet totam armaturam Saulis ſe induere, magnam ſpem victoriæ firmat. Puer Staniſlaus totam ſe Dei armaturam induit, non poterit incedere tanto pondere preſſus: ſed tentaſſe ſolummodo, eſt auguſti animi documentum. Quàm agilis exſurget ad fundam! quàm fortis rotabit? quàm felix frontem hoſtis horribilis vulnere afficiet!

Saulis Dauid arma deponit. Staniſlaus IESV armaturam ſibi adaptat, procera ſtatura ſe oſtẽtans. Rupert. *Se Staniſlaus oſtendit fortiſſimum futurum, dum audet IESV arma induere.*

10\. Cùm Staniſlaus IESV miles effectus ſit ad Goliath diabolum, & mundum immittendus, qua ſpe IESVS Rex nititur? Quare non obiicit illud Saulis? *Non vales reſiſtere Philiſthæo iſti, nec pugnare aduersùs eum; quia puer es; hic autem vir bellator eſt ab adoleſcentia ſua.* Quid ſi obiiceretur. Reſponderet Staniſlaus: *Paſcebat ſeruus tuus patris ſui gregem, & veniebat leo, vel vrſus, & tollebat arietem de medio gregis: & perſequebar eos, & percutiebam, eruebámque de ore eorum. Et illi conſurgebant aduerſum me, & apprehendebam mentum eorum, & ſuffocabam, interficiebámque eos. Nam & leonem & vrſum interfeci ego ſeruus tuus*, 1. Reg. 17. Dum in paterna domo puer commoraretur mearum paſtor cogitationum, mei animi ſenſus Euchariſtico pabulo reficiebam. Irruit in me diabolus ſub rabidi canis ſpecie, vt meam vnicam abſumeret; è lecto, vbi conſternebar ægrotus, exiliens crucis ſigno vnicam liberaui.

In ſæculo diabolum ac mundum leonem, & vrſum interfecit: quid non Goliath in Religione debellaret? 1 Reg 17.

diabolus leo rugiens, qui *circuit, quærens quem deuoret*, & mundus verſus vt me comminuerent, impetum fecerunt, procurantes meam ad Societatem IESV profectionem impedire. Tanta reſtiti fortitudine, vt hoſtes exitialiter vulnerarem. Nam leonem & vrſum, diabolum, & mundum interfeci ego ſeruus tuus. Si in domo paterna tot facinora geſſi, quid non in IESV domicilio præſtabo?

11. *In via, dum pergeret ad ſocietatem, vicit diabolum, & mundum.*

Porrò diabolus & mundus qui morte affecti fortiores exſurgere aſſolent, & multiplicati veluti ex dentibus ſerpentis: dum pergerem ad Societatem, ô IESV, ineundam, frater meus vices exercens diaboli & mundi minax in carru properat. Sed oratio mea ſiſtere fecit rotas, equóſque adamantinis clauis configi. Si in Patria Societate IESV tanta dimicans puer fortitudine donaretur, non mirarer, memoriæ obiiciens Anteonis victorias: ſed in via tam fortis exſurgit ad prælium, tam validum triumphum reportat? O pueri potentiam ineffabilem! Fugitiuus properabat Iacob ad terram Chanaam, & priuſquam tereret patria limina, *ecce vir luctabatur cum eo*, Gen. 32. Aſſerit Auguſtinus virum illum, quo cum vir Iacobus dimicauit, typum gerere diaboli, & mundi, quos in via valentiſſimus ſuperauit. Profectò illuſtriorem Staniſlai proclamabo victoriam, qui puer viros fortiſſimos diabolum & mundum debellauit in via.

Gen. 32. August.

12. *Deus tentauit vires Staniſlai, vt aſſumeret futuri roboris documentum.* Ambroſ.

Si autem ex mente veriori Ambroſij vir ille Deus erat ad ſingulare certamen Iacobum prouocans: tentat in via virum, vt probet, qualis futurus miles in patria: profectò Deus laboribus, quibus Staniſlaus ex inſidiis fratris, & diaboli, eſt affectus in via, teneat puerum, vt probet quàm aptus ad bellum, cùm ſocietatem pugnaturus ingrediatur. Fauet Doctor epiſt. ad Irenæum. *Ad Deum qui venit, luctetur cum Deo, vt ad imitationem eius ſeſe exerceat.* Si tam fortis Staniſlaus in via, qualem ſe oſtentabit in patria ſocietate?

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Et ſi venerit in ſecunda vigilia, &c.

Staniſlaus in prima vigilia, ſeu in ætate prima cunctos ſecundæ & tertiæ, ſiue virilitatis, & ſenectæ, fructus protulit.

Pueritiam ſenilem Deo gratiſſimam deſcribo, quæ quidem comparanda eſt ex ſpeciali affectu ad Mariam, & ad Euchariſtiæ myſterium.

13. *Deuotio in Mariam, & in Euchariſtiam pueros efficit maturæ ſenectæ.* Sap. 4.

BEatos Dominus appellat ſeruos illos, qui in ſecunda, ac tertia vigilia, ſiue in virili ætate, & in ſenectute inuenti fuerint vigilantes! Porrò Staniſlaus in prima vigilia ſe virum perfectum oſtendit cunctarum vigiliarum fructus vberrimos proferens. O pueritia virilitatis, ac ſenectæ offerens abundantiam! *Conſummatus in breui expleuit tempora multa.* Quia primo in vere tota anni copia præſentatur.

Martij menſis ſigno Arietis illuſtratur, & aureum vellus pulcherrimis floribus ornatum, aromatum penſilis areola apparet. Sol pergit ad leonem, & menſis Iulius maturas meſſes dat falci, fructus manibus offert. Properat tempus cùm Sole, & Libra in Septembri botros vindemiatori tradit. Succedunt aliorum ſignorum influxus, & oliuarum, vniuerſique autumni fructus munera exponuntur. Hæc naturæ lex. At cuncta ſigna vno in die confluere, vt ſimul omnes fructus cum flore præſentent, naturæ proculdubio miraculum. Anni, ſeu ætatis diuitias Diui variis temporibus obiiciunt iuxta ſignorum proprietates. Adoleſcentiæ Aries influit manſuetudinem, Virgo puritatem, Leo fortitudinem, Libra iuſtitiam, ſeu æquitatem: videlicet iuxta temporis occaſiones, & ætatis differentias. Profectò gratiæ miracula recognoſco, dum aſpicio in primo vere Staniſlai omnium temporum fructus: cuncta ſigna confluentia aſpecto. Cùm fructuum futurorum ſpem flores & folia ſolummodo quærebam in puero, quia *non erat tempus ficorum*, omnium fructuum copiam inuenio, nobiliſſimi pueri profundam humilitatem, patientiam miram, quæ magis ſenectam decebat, quàm infantiam: puritatem Angelicam, pacem filio Dei homini congruentem. Agnoſco ô puer, omnia ſigno ſimul vno in tempore confluxiſſe. Audi pulchram Iſidori Peluſ. ſententiam lib. epiſt. 170. *Vide, quemadmodum non vno, eodémque tempore frumentum, & vinum, & oleum, & poma variique flores exiſtant. Prata quidem antecedunt, ſequuntur ſegetes, quas deinde vinea excipiat, ac denique agricolam racemi tranſmittant ad oleam: anni videlicet partibus tanquam optimum quemdam chorum agitantibus.* Dulciorem proculdubio chorum totius ætatis tempora in primo vere Staniſlai exagitat, quia vno eodémque tempore frumentum, vinum, & oleum virtutum virilitatis & ſenectæ cum puerilitatis floribus exiſtunt. Chorus autem dulciter reſonat non cùm voces diuiſim concinunt, ſed cùm coniunctim à chordæ ſono modulantur.

14. *Staniſlaus vno in anno coniunctim totius vitæ, nempe pueritiæ, adoleſcentiæ, virilitatis & ſenectæ fructus protulit contra naturæ leges: imò & præter ſtilum gratiæ.*

Iſid. Peluſ.

Obiicis ex citato Doctore, *Nam ſi cuncta confeſtim ad vigorem ſuum peruenirent, profectò agricola induſtria ob temporis breuitatem in anguſtias veniret.* Profectò ſi Pater cœleſtis Staniſlai erat agricola, non potuit venire in anguſtias ob temporis breuitatem. IESVS etiam agricolæ munus gerit, adeò dexter fructuum collector, & expetens omnes fructus eodem in tempore venire, vt quæriter in ficulnea fructus, cùm non eſſet *tempus ficorum*.

15. *Nulla cœleſti agricolæ moleſtia ex fructibus omnibus eodem tempore veniſtibus.* Iſidor.

Chryſoſtomus in ficulnea hominem cognoſcit expreſſum: & quærit, cur cùm fructuum tempus non eſſet, Deus exigit fructus? & reſpondet Deum eſſe huiuſce arboris agricolam, qui quidem expetit cum floribus iuuentæ, aut puerilitatis fructus virilitatis, & ſenectæ venire. O Staniſlaum gratiæ prodigium, qui agricolam tuum eſurientem manè diluculo tuæ ætatis floridæ non ſolùm flores & folia, ſed totius anni fructus præſentaſti!

Chryſoſt.

Vndénam, precor, puero tam propera maturitas? Certè, quia ſub Arietis, & Virginis ſignis 16. *Ideò Stani-*

à

ſlaus puer cum floribus fructus profert, quia Arietis ac virginis ſigna nempe IESV, *&* *Mariæ influxu ſpeciali donatus eſt.*

à Dei prouidentia collocatur. Signum Arietis, ſeu Agni flores efficit parturiri, ſignum autem Virginis excitat fructuum aduentum. In Staniſlao eodem tempore & Aries & Virgo influxus excreuere, quia ſuæ vocationis initio IESVS & Maria, Agnus ſcilicet, & Virgo puero apparuerunt, ei præſentiſſimum auxilium offerentes. *Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ, & erat Mater* IESV *ibi.* IESVS autem inuitatus ad nuptias coniugium dignatur honorare, *Ioann.* 2.

Ioan. 2.

Aliqui Doctores aſſeruere ſponſum illius diei Ioannem fuiſſe, quem IESV ac Mariæ præſentia ad virginitatis propoſitum adduxit. Porrò ex aliorum Euangeliſtarum narratione colligitur, Ioannem iam inter Apoſtolos adnumerari. Fatur Matthæus, *Ambulans* IESVS *iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem; & ait illis: Venite poſt me*, &c. *Procedens inde vidit alios duos fratres Iacobum & Ioannem, & vocauit eos. Illi autem ſtatim relictis retibus, & patre, ſecuti ſunt eum*, cap. 4.

Matth. 4.

Ioannes autem aſſerit ante nuptiarum celebrationem Andream & Petrum aduocatos, cap. 1. Ergo ſi Ioãnes & Iacobus ſimul adducti fuere, ante nuptias Ioannes Apoſtolus effectus eſt. Addit Ioannes, *Vocatus eſt autem &* IESVS *& Diſcipuli eius ad nuptias.* Quinam, precor, niſi Andreas, Petrus, Iacobus & Ioannes? Quónam modo ergo Ioannes nuptiarum illarum extitit ſponſus? Reſpondent illi, vocatum quidem fuiſſe ad Apoſtolatum, retia ac patrem dimiſiſſe deſiderio vitæ perfectioris: non autem ex diſcipulatu Apoſtolus erat effectus æterno perfectioris ſtatus propoſito. Si hi Authores credendi, non miror hodie Ioannem ad virginitatis & Apoſtolatus ſtatum aduocatum ex influxu IESV Agni, & Mariæ Virginis ſimul & virginitatis flores, & Apoſtolatus fructus protuliſſe; quia agnatum his ſignis fructuum, ac florum tempora copulare.

Ioan. 1.

17. *Ex ſpeciali etiam erga myſterium Euchariſtiæ affectu Staniſlaus multiplici ſpiritu* IESV *donatur, vt ſimul ſit puer vir, & ſenex.*

Addiderim Staniſlaum ideo coniunctim tot florum ac fructuum virtutis abundantiam protuliſſe, quia ſpecialiſſimo circa Euchariſtiæ myſterium flagrabat affectu. Grauiſſima preſſus ægritudine hæretici in domo dum commoraretur cadens ab ſpe ſe reficiendi vitali pane tam breuis, ac longi itineris viatico ob hoſpitis perfidiam: accurrit ad D. Barbaram, cui litabat quotidianum precum obſequium, quod audiiſſet in Societatis IESV ſcholis Virginem ſpecialiſſimum auxilium morituris præſtare, ne ſine Sacramentorum munimine è ſæculo recedunt. Profectò Barbara cœleſtibus ſplendoribus circumdata apparuit ægroto, & inſequentes Angeli Angelorum panem puero Angelo miniſtrarunt. Hinc exiſtimo traxiſſe puerum virilitatis ac ſenectæ perfectionem. Cupiebat Eliſæus duplicem efformari in Eliam: *Fiat in me duplex ſpiritus tuus*, 4. Reg. 2. Ex humeris Eliæ pallium decidit, *& leuauit Eliſæus pallium Eliæ.* D. Chryſoſtomus aſſeruit Eliæ pallium Euchariſtiæ gerere typum; ſacramentalia nempe velamina Chriſti corpus operiunt, veluti corpus pallio aſſolet operiri. Myſtica igitur communione illa Eliſæus in Eliam duplicem eſt conuerſus. *Eliæ melotes*, (inquit hom. 8. ad Popul.) *grauia diſſoluit. Hæc Eliſæum duplicem Eliam fecit.* Graue quidem, ac difficile negotium, Eliſæum duplici ſpiritu donari: *Rem* (aiebat Elias,) *difficilem poſtulaſti.* At Eliæ melotes, ſeu myſtica Euchariſtiæ receptio grauia diſſoluit. Staniſlaus ex Eliæ IESV pallio perfectus IESV æmulator exſurgit. De IESV prædixit Iſaias: Paruulus natus eſt nobis, &c. Et requieuit ſuper eum ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij, & fortitudinis, *&c.* c. 9. In puero ne fortitudo viri, & ſenis conſilium oſtentatur? Ita planè. Staniſlaus ergo IESV ſpiritu donatus multiplice, dum puerum agit, vir ſimul ac ſenex præſentatur: *Cani enim ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata*, Sap. 4.

4. Reg. 2.
Chryſoſt.

OBSERVAT. IV.

Ad illa verba:

Et ſi venerit in ſecunda vigilia, &c.

Staniſlaus puer virili animo præditus ſpecialiſſimè dilectus fuit à Conditore.

Nec enim decenter in conſpectu Domini apparent, qui virili animo non ſunt præditi.

ASſerunt aliqui Interpretes, ideo Dominum de prima vigilia memoriam non feciſſe, quia cùm puerilem animum repræſentet, non poteſt Deo grata exiſtere, qui viros forti animo præditos amat. 18.

Iobus patientiſſimus totam hominis ſpiritualis vitam variis ætatibus diſtinctam repræſentat. At Deus poſtquam virum tot tribulationibus actum conſtantiſſimum aſpexit, ait, *Accinge ſicut vir lumbos tuos*, cap. 40. O Domine, poſtquam Iob tot certaminibus hoſtes ſuperauit, eum mones præcingi, & virilem animum æmulari? Addit Dominus, *Interrogabo te, & indica mihi*, ibid. Vbi Origenes in Cat. Græc. *Non igitur quiſquam prius Deo reſpondeat, quàm vir abſolutus extiterit, hoc eſt, ad ſpiritualem ætatem peruenerit.* Proh Deum immortalem! Poſt tot fortitudinis documenta Iobus nondum ad ætatem ſpiritualem peruenerat, qui monetur, *Accinge ſicut vir lumbos tuos?* Certè difficile admodum eſt, hominem omninò virilem ſpiritum induere: vt ſine vlla querela vulnera hoſtium valeat ſuſtinere. Video Iobum vulneribus actum, ſed audio, *Quare de vulua eduxiſti me, qui vtinam conſumptus eſſem, ne oculus me videret*, &c. cap. 10. Poſt tot igitur virtutis documenta adhuc Deus in Iobo virilem animum, id eſt, conſtantiam ſine fragilitatis querelis, requirere videtur: *Accinge ſicut vir lumbos tuos.*

19. *Amat Deus virili animo præditos.*
Iob 40.
Origen.
Difficillimū eſt vel viro, virilē animum oſtentare.
Iob 10.

Profectò puerum oſtendam mirabilem, qui virili animo viguit à cuna. In quem pater, fratres, propinqui, totus tartarus ſurrexere, vt diris vulneribus afficerent, vt à Societatis IESV ineundæ eum propoſito deturbarent. Innumeris puerum video vulneribus actum, & nullas audio excitantem querelas. An Iobo fortior? an exemplo patientiæ conſtantior? Certè Iobus verè extitit patientiæ, conſtantiæque exemplar. Sed tamen cogitato, num auguſtius

20. *Staniſlaus puer virili robore verè præditus.*
An Iobo ſuperior?

auguſtius ſit fortitudinis documentum, virum eſſe conſtantem: an puerum virili conſtantia præditum oſtentari?

21. Præcinctus ſicut vir Staniſlaus obiicitur, *Sint lumbi veſtri præcincti*, & ex Chriſti ſpecialiſſimo munere barbatus exponitur. *Tulit Han non ſeruos Dauid, raſitque dimidiam partem barbæ eorum.* At Dauid, *Manete*, ait, *in Iericho, donec creſcat barba veſtra*, 2.Reg.10. Ad quæ Strabus, *Seruus Dei neceſſe eſt ſedeant in Iericho, donec creſcat barba, id eſt, donec virilium incrementa virtutum in eis naſcantur: & digni habeantur præſentari ſuo Regi.* Rex Chriſtus ad puerum Staniſlaum corporali præſentia venit, vt adducat ad milites ſocietatis ſuæ viros fortiſſimos, quia barbatum eum vidit ex tot virilium virtutum incrementis.

Staniſlaus barba virili præditus, dignus eſt, diuino conſpectui apparere. 2.Reg 10.

22. Cecinit dulciter Dauid de puero barbato noſtro, *Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron*, Pſalm.132. Vnguentum hoc ſpecialiſſimum innuit Numinis auxilium ad pueros roborandum. *Barbam, barbam.* Hoc auxilium pueros duplici barba donat, id eſt, efficit incredibili fortitudine roborari. Audiendus Auguſtinus, *A capite venit vnguentum. Caput noſtrum Chriſtus eſt crucifixus, & ſepultus; reſuſcitatus aſcendit in cælum, & venit Spiritus ſanctus à capite. Quò? Ad barbam. Barba ſignificat iuuenes ſtrenuos, fortes, impigros, alacres.* Quid iuueni, aut puero Staniſlao cum barba? Certè ex ſpecialiſſimo Chriſti Ducis munere, Spiritu ſancto deſcendente, puer fortitudine tanta donatur, vt barbatus poſſit dignè Regi ſuo præſentari.

Spiritus ſancti ſpecialiſſimum munus, Staniſlaum virum fecit fortiſſimum. Pſalm.132. Auguſt.

23. De huiuſmodi pueris virili robore præditis præfatur Iſaias, *Antequam ſciat puer vocare patrem, & matrem ſuam, auferetur fortitudo Damaſci*, cap.8. Puer erat Iſaac, & virili animo ſeſe patri obtulit percutiendum. Pueri Machabæi felicitatis parentis monitis acquieſcentes, virilis ætatis robur ſuperarunt. Pueri Bethleemitici prius ad aciem, quàm ad papillas prodiere. Hiſce exemplis expoſitis pia ac fortis virago curabat puerulum filium fortiter ad arenam pro fide deſcendere. Cecinit Prudentius in Periſtephanon.

Staniſlaus infans Damaſci abſtulit fortitudinem, viriles pueros æmulatus. Iſa.8.

Prudent.

Hic bibendus, nate, eſt tibi calix,
Mille in Bethleem, quem biberunt paruuli.
Scies, (ſæpe dixi, cùm docenti adluderes,
Et garrulorum ſigna verborum dares,)
Iſaac fuiſſe paruulum patri vnicum,
Qui cùm immolandus aram, & enſem cerneret,
Vltrò ſacranti colla præbuerit ſeni.
Narrans & illud nobile, ac memorabile
Certamen, vna matre, quod ſeptem editi
Geſſere pueri: ſed tamen facti viri.

Exiſtimo meum Staniſlaum ſine matris hortamine vitam pro Iesv litandam oblaturum fore, ſi tuliſſet occaſio, qui aduersùs patrem, fratrem, cognatos, mundum dira certamina ſuſtinuit inuictus. Meritò igitur tanquam barba ornatur Numini puer præſentandus apparet.

***

Observat. V.

Ad illa verba:

Et ſi venerit in ſecunda vigilia, &c.

Non venit Dominus in prima vigilia, quia, (ſic ludere verbis liceat,) ipſa habitat cum Staniſlao puero, cuius reſpectu innumerabile vulgus puerorum ſibi elegit.

Reſpectu alicuius dilecti Diui aſſolet Deus pluribus peccatoribus munera præſtare.

Si quæritis, quare Dominus in prima vigilia ad pueros non veniat? reſpondeo, non venire, quia in pueris immobiliter habitat. Quónam modo veniet ad pueros, qui à pueris, (ex ſpeciali in illos affectu,) haud poteſt ſeparari. An in omnibus pueris Dominus commoratur? Certè in illis, qui virilem præſeferunt maturitatem. Pone ſolummodo Staniſlaum puerulum eſſe diuina dignum præſentia. Ob vnum quidem puerum Staniſlaum totum, vel ſaltem multorum puerorum cœtum ſpecialiter protegendum Dominus aſſumeret. 24.

Celebro noſtri Collegij Viennenſis floridam iuuentutem, quæ ſub Magiſterio Societatis educatur. Non multis ante Staniſlai aduentum ad Societatis aulas, annis, Virginis ſodalitium fuit inſtitutum, vbi velut in horto clauſo pulcherrimi flores fuere germinati præualente Auſtro contra hæreſum Aquilonem. Aſſeruerim ob vnius Staniſlai reſpectum tot pueros fuiſſe à Domino exceptos ſub ſpecialiſſimæ protectionis alas, priuſquam Staniſlaus Societatis iniiſſet ſcholas. An nouum propter vnum puerum, Deo multos exiſtere gratos. 25.

Viennenſis Collegij pueri à Deo excepti ob vnũ puerum Staniſlaum.

Elegerat Deus Ioannem Baptiſtam, vt puer ſanctitudine decoraretur. *Et tu puer, Propheta Altiſſimi vocaberis*, Luc.1. Et ob huius pueri dilecti reſpectum præcedentibus pueris gratus oſtentatur. Prius quàm Elias Deum videret, horribilibus motibus affectus eſt. Spiritus grandis & fortis, ſubuertens montes, & conterens petras ante Dominum: *& poſt ſpiritum commotio.* An Dominus aduentarit? *Non in commotione Dominus.* Ignis ſectator obiicitur. Non in igne Dominus, 3. Reg. 19. Ioannes Ieroſol. *de Inſt. Monaſt. cap.*18. in ſpiritu forti conterenti petras Azaëlem intelligit: in commotione Gehum, qui domum Achab deſtruxit, in igne Eliſæum, de quo 4. *Reg.*2. dicitur vrſos immiſiſſe, qui pueros dilaniarent. Haud molliter, (ait Author,) actum cum pueris, quia *non in igne Dominus.* Tunc Elias Chriſti ſpiritum non acceperat profaturi, *Sinite paruulos venire ad me. Nec mirum,* (addit,) *ſi pueris illis hoc accidit, nam ſequitur, Non in igne Dominus.* 26.

Ob puerum Ioannem accepti Deo pueri præcedentes.

Deberet ne parcere pueris Propheta irriſoribus, inurbanis? Ita planè ſi Dominum futurum paruulum obieciſſet, ſi Ioannem Baptiſtam mentis lumine aſpectaſſet. Pulchrè Victor Antioch. *Parcere deberet illos pueros Propheta,* 27.

Debuiſſet Propheta parcere pueris irriſoribus, reſpectu pueri Baptiſtæ in virtute Magiſtri Eliæ venturi. Victor.

propter

propter puerum illum, qui venturus erat in virtute Eliæ Magiſtri. De quo dicitur, Et tu puer, &c. Si Dominus in igne, ô Eliſæe, te vindicatorem igneum extinxiſſet, ne in pueros vindicares reſpectu illius pueri, qui Eliæ Magiſtri dogmata commendabit, de quo parens Zacharias proloquutus eſt, *Et tu puer Propheta Altiſſimi vocaberis.* Ergo taxatur Eliſæus, quod prohibuerit Ioannem puerum proficuum fuiſſe paruulis præceſſoribus: cùm Deus in gratiam alicuius pueri, ſpeciatim electi ſoleat præcedentium puerorum commoda procurare.

28. Elegerat Moſem ad debellandum Pharaonem, populumque Iſraeliticum eruendum à captiuitate *in manu potenti, & brachio excelſo.* Profectò in huius electi pueri gratiam obſtetrices allicit ad pietatem erga infantes plurimos, qui antè Moyſem proiiciendi fuiſſent in fluuium. Tertullianus lib. 4. cont. Marcion. *Quia vero bonus adeo Deus diligit paruulum,* (Moſem) *vt apud Ægyptum benefecerit obſtetricibus protegentibus partus Hebræos periclitantes edicto Pharaonis.* Hebræis paruulis ex dilecto Moyſe commmoda exoriuntur? Quid mirum, Staniſlai pueri dilectiſſimi reſpectu tot Viennæ pueris & ſodalitij Mariani, & rectæ inſtitutionis munera contuliſſe?

Reſpectu Moſis beneficia impenduntur plurimis paruulis Hebræorum.
Tertul.

29. Quid ſi ob ſpirituale conuiuium exhibendum aliquando puero Staniſlao in Virginis Sacello, multis pueris hæreticorum filiis ex inſtitutione ſodalitij Societatis Ieſu Dominus dignatus fuerit panem Angelorum apponere. *Paruuli petierunt panem,* (ait Propheta) *& non erat, qui frangeret eis,* Thren. 1. Non dixit, Non erat panis, ſed, Non erat qui frangeret. Id accidit filij fidelibus patris infidelis. Adeſt Euchariſticus panis, ſed non erat qui frangeret, & miniſtraret. Apponit Societas Ieſu ſcholaſticis Mariani ſodalitij menſam, vbi filij eſurientes reficiantur. In gloriam Staniſlai pueri dilectiſſimi contemplor tot paruulis impenſam refectionem. Paſchaſius lib. de Corp. & Sang. Dom. cap. 15. *Licèt Sacerdos benedicat, ipſe Chriſtus eſt, qui benedicit, & frangit. Vnde in Exodo ad Aaronem, & filios eius dicitur, Inuocabitis nomen meum ſuper filios Iſrael, & ego benedicam eos. Sacerdos ergo inuocat, ſed ipſe benedicit, & frangit. Quia niſi ille frangeret hunc panem Iſraeli filio paruulo dilecto, paruuli omnes ieiuni remanerent.* Ergo vt vnus paruulus (myſticè expono) ſpecialiſſimè dilectus reficiatur, omnibus paruulis ſacratiſſimum epulum apponitur: vt comedat puer Staniſlaus columbæ pullus, filiis coruorum innocentibus planè (quia pulli) paretur alimonia.

Vt reficiat Deus Euchariſtia dilectum puerũ Staniſlaum, plures prius paruos refecit.
Thren. 1.
Paſchaſ.

30. Fatur conuenientiùs Propheta, *Leua ad eum manus tuas, pro animabus paruulorum tuorum, qui defecerunt in fame, in capite omnium compitorum,* Thren. 2. Ægrotabat puer Staniſlaus, &, inuocata D. Barbara, Deus Angelorum miniſterio manus ſuas extendit, vt reficeret pane Euchariſtico ægrotantem. Profectò puer noſter tanto donatur munere *pro animabus paruulorum,* id eſt, vt reſpectu pueri Staniſlai Deus in animas plurium paruulorum munera conferat.

Leuat Deus manus, vt reficiat Staniſlaum? Munificus reſpectu eius, ſe oſtẽdet in plurimos.
Thren. 2.

Observat. VI.

Ad illa verba:

Et ſi venerit in ſecunda vigilia, &c.

Non aſſolet Dux Ieſus in prima vigilia venire, quia pueri aſſolent diſtrahi puerilis ætatis luſibus, qui non decent milites vigilantes. Luſus Staniſlai viriles auſus.

Aſſero, pueriles luſus muſicæ ſaltionis, milites non decere.

Iubet Dominus vigiles ſeruos ſuos præcingi ad certamina, ideo in ſecunda vigilia, ſeu in ætate virili venit, non in prima; quia ſeu pueritia, ſeu adoleſcentia (quæ in aliquorum ſupputatione ad primam vigiliam ſpectant) luſibus addicta, non eſt apta certamini. 31.

Profectò Staniſlaus in prima vigilia Dominum excepit, quia puerilibus ſe expediens à luſibus præcinctioni ſtudebat, ad hoſtes debellandos, militem fortiſſimum à cunabulo gerens. Nunquam ſaltandi exercitamento incubuit, nec citharœdi muneri operam nauauit. Si quando ad Virginis honorem recitare carmina, aut choream modeſtiſſimam ducere imperrabatur: coram Arca beatiſſima Dauidem æmulatus reprehendi à Michole non veretur. Olim *Iacob & Eſau collidebantur in vtero.* Ambroſius, *Exultabant.* Non benè olet Eſau ſaltatio, imbecillitatis aſſerit documenta. Iacob autem ſaltans fortitudine præditus oſtentatur, quia ex grauis mente Interpretis, Ioannem Baptiſtam in vtero matris coram Arca Deipara exultat. 32.

Staniſlaus oſor puerilium ludorũ. Saltare non didicit, niſi coram Arca Mariæ.
Ambroſ.

Non benè conueniunt iuſſus pueriles, & armorum ſtrepitus: & ideo diuerſis in vigiliis, ſiue ætatibus exponuntur. *Venit Dauid ad Saul, & ſtetit coram eo; at ille dilexit eum nimis, & factus eſt eius armiger. Miſitque Saul ad Iſai, dicens: Stet Dauid in conſpectu meo.* Tunc Dauid totus erat in cithara pulſanda, vt fidibus Regem oblectaret, 1. *Reg.* 16. Poſtmodum autem *aſſumens Dauid caput Philiſthæi occiſi attulit illud in Ieruſalem. Eo autem tempore, quo viderat Saul Dauid egredientem contra Philiſthæum ait ad Abner Principem militiæ: De qua ſtirpe deſcendit hic adoleſcens? Dixitque Abner: Viuit anima tua, Rex, ſi noui. Et ait Rex: Interroga tu, cuius filius ſit iſte,* 1. Reg. 17. Quomodo tam familiaris Saulis puer poſt paruum temporis interſtitium ignoratur? Plena aula obliuione. Attamen ex alio capite ortum duxit ignoratio. Viderant illi Dauidem puerum citharœdum, muſicæ addictum, luſibus puerilibus diſtractum: nunc vident puerum bellicoſum, inſudantem certamini, victoriam reportantem, & non putant eundē; quia luſus puerilis, & exercitamēta bellica in vna haud morātur ætate. Vnde Dominus quęritans milites ſtrenuos, in prima vigilia, ſeu ætate, 33.

Non conueniunt citharœdus & miles in vna ætate.
1. Reg. 16.
1. Reg 17.

non

non venit: ſed in ſecunda ne inueniat pueros luſibus addictos. Staniſlaum autem in prima vigilia quærit, quia citharæ eum ſemper agnouit oſorem. Confirmo cogitationem ex Hugone Victor. Elucid. ad 1. Reg. *Non mirum, ſi eundem modo ad tam egregium opus procedentem diligentiùs notatum Saul ignorat.* Nec enim facilè vna prima in ætate luſus & arma aſſolent reperiri.

Hugo. Vict.

34. *Staniſlaus telis, & coronis ludebat.*

Hoc mirabile in puero meo, in vigilia, ſeu ætate, quæ aſſolet ſtudere luſibus, ſola amare certamina. Exultat Staniſlaus, ſed telis. Cecinit ille,

Virgil.

——— *Primóque in limina Pyrrhus*
Exultat telis. ———

De Infantibus Bethleemiticis canit Eccleſia,
Palma, & coronis luditis.

Haud aliter Staniſlaus ludebat telis, & victoriis. Fatur ſponſus, *Quid videbis in Sunamite niſi choros caſtrorum*? Cant. 6. Aquila vertit, *Quid quaſi ſpectaculum intuebimini in Sunamite niſi choros caſtrorum*? Res enim inſolita, & mirabilis eſt, ſponſam puellam, ſiue animam iuſti ſimul muſicæ ac caſtris curam impendere: eadem in prima vigilia citharam pulſare, & arma tenere.

Quid choro cum caſtris? Cant. 6. Aquila.

35. *Non poteſt eſſe leo ad pugnam, qui in citharæ ouis redditur. Puer citharœdus tunc non poteſt eſſe miles.*

An poteſt eſſe leo puer luſibus addictus, ſi muſica leones vertit in oues? Memor citharæ Orphei, audi Iobum egregium ſpiritualis militiæ Ducem. *Egrediuntur quaſi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant luſibus. Tenent tympanum, & citharam, & gaudent ad ſonitum organi*, cap. 21. LXX. pro, *Egrediuntur quaſi greges*, habent, *Permanent ſicut oues.* Nam qui egrediuntur quaſi oues muſica manſuetæ citharæ, quomodo poſſunt, audito belli ſtrepitu, in leones conuerti, & arma arripere? Si ergo paruuli & infantes ſtudent puerilis ætatis luſibus, non poterunt in prima vigilia præcingi ad certamina. Ideo Staniſlaus puer mirabilis à luſibus primæ ætatis abſtinet, vt ſolummodo (vti in ſecunda vigilia conſtitutus) poſſit ludere telis, & coronis. His luſibus Diabolum ſub canis horribilis forma irruentem vulneratum abegit, & parentem Diabolo horribiliorem propoſitum ineundi ſocietatem impedire curantem ſuperauit.

Observat. VII.

Ad illa verba:

Et ſi venerit in ſecunda vigilia, &c.

In pueritia Staniſlaus perfectus à Domino inuenitur ſine ætatis ſuperfluitatibus, ſine paleis granum. Ideo In prima vigilia venit.

Aſſero, vel in ſpiritus ſtudioſa vita, Religioſos perfectos aliquibus leuibus imperfectionibus eſſe obnoxios.

36. Recedit Dominus à prima vigilia, quia perfectionis amans, pueros inuenit imperfectos; & ideo non dixit, *Et ſi venerit in prima vigilia*, ſed, *ſi venerit in ſecunda*; in qua viros valear ſine ætatis imperfectionibus primæ reperire.

In Religione cadunt rarius velocius exſurgis.

Attamen Staniſlaum aſpectans prima in vigilia iam ſecundæ cultorem, virum perfectum, ſine ſcoria aurum, ſine paleis granum: ad vigilias noctis, ad ſocietatis ſuæ certamina fortiſſimum eum elegit in militem. De puero meo P. Doctor Caniſius doctiſſimus fidei propugnator, malleus hæreticorum, gregis Dominici canis vigilantiſſimus aiebat, *Staniſlaus granum eſt ſine paleis.* Mirum equidem, puerum tanta puritate, ac perfectione fulgere, vt granum ſit, nullam paleam, nec leuem habeat ariſtam Aquiloni tradendam.

37. *Staniſlaus granum erat ſine paleis.*

Perfectiſſimi quique grana quidem extitere generoſi frumenti emorituri, aut Martyrio, aut mortificatione: de quo Dominus, *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit*, &c. Ioan. 10. Attamen agnatum eſt hiſce granis cum paleis commiſceri, præcipuè in prima ætate, quando nondum grana à paleis trituratione ſeparata referuntur ad horrea. Apoſtoli in ſecunda vigilia, ſeu virili ætate, poſt laborum triturationem, grana puriſſima extitere. Attamen à Ieſu audierunt, *Ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum. Ego autem rogaui prò te Petre, vt non deficiat fides tua*, Luc. 22. Cribrandus ne Petrus Eccleſiæ ſummus Præſul futurus? Ita planè ſi puluerem habebat in pedibus, & triplicis negationis non leuibus fœdabatur ariſtis, ſed putridis paleis obruebatur. Cribrandus Ioannes, Iacobus? Ita quidem, ſi vanitatis paleis ſordeſcunt, dum primas expetunt ſedes. Cribrandi reliqui Eccleſiæ Principes? Quid ni, ſi ad certamina exſurgunt, *quis videretur eſſe maior*? Igitur vel Apoſtolica grana paleis virili in vigilia ſecunda admiſcentur. D. Auguſtinus ſerm. 107. de Temp. *Modò corpus Chriſti quod intùs area eſt, non recuſat paleas ſuſtinere. Poſtea erit horreum, & reponet triticum, & à paleis ſegregauit.* Dum ergo vita ſeculi durat, perfectiora grana paleis ſolent admiſceri. Prodigioſum ô puerum Staniſlaum, ſine palea velim perfectiſſima prima ætate granum, in quo curioſa hominum attentio nullam potuit ariſtam inuenire, nec verbi otioſi, nec immodeſtæ colli eleuationis, nec elationis luminum, nec tepidæ alicuius actionis.

38. *Vel granum puriſſimum Apoſtoli ſcilicet crebro appenuntur.* Ioan. 10. Luc. 22. *Paleæ in Apoſtolis?* *Rariſſimum hic ſine paleis granū.*

Amiſerat quædam fœmina drachmam auream quidem, ex ſententia aliquorum, monetam lucernam accendit, euertit domum, ſupellectilia admouer, nec quieſcit, donec inueniat. Religionem dixeris mulierem, drachma eſt Religioſus ſtudens perfectioni, excidit aliquando, puluere defœdatur, & illico inuenitur. Nec enim leues illi caſus à Dei domo, & à perfectionis ſtudio exulant. Pulchrè Tertullianus lib. de Pudic. *Iuxta Drachmæ exemplum etiam intra domum Dei licet eſſe aliqua delicta pro ipſius Drachmæ modulo ac pondere mediocria. Quæ ibidem deliteſcentia, mox ibidem & reperta: ſtatim ibidem cum gaudio emendationis tranſiguntur.* O Staniſlaum mirabilem, cuius leuibus caſibus nunquam Religioſa perfectio accendit lucernam! Granum *eſt ſine paleis.*

39. *Ità Religioſa perfectione ſolet excidere perfectus quiſque.* Luc. 15. Tertull. *Religioſus cadit rarius, velocius ſurgit.*

Obser.

OBSERVAT. VIII.

Ad illa verba:

Et ſi venerit in ſecunda vigilia, &c.

Ideo in prima vigilia Dominus non aſſolet venire, quia pueri iugum expellunt obedientiæ. Deus autem eligit famulos perfectæ obedientiæ ſtudentes. Talis Staniſlaus in pueritia.

Omnia opera ſine obedientiæ prætextu ſunt tenebroſa, non poſſunt grata Numini exiſtere.

40. *Contra Religioſos egregia quæque ſine obedientia præſcriptione gerentes.* Horat.

ABſtinet præterea Dominus à prima vigilia, quia requirens milites obedientiæ addictos, præcinctos, alligatos imperio, videt in ætate puerili minimè inueniendum; quia pueritia admodum varia, & diſſoluta eſt. Canebat Horatius in Arte Poet.

Aetatis cuiuſque notandi ſunt tibi mores,
Mobilibuſque decor naturis dandus, & annis.
Reddere qui voces iam ſcit puer, & pede certo
Signat humum: qui geſtit pariter colludere, & iram
Colligit, & ponit temerè, & mutatur in horas.

Et Plutarchus in Moral. *Vt qui è vinculis emittuntur, licentius euagantur, quam ij, qui nunquam fuerunt in vinculis: ſic pueritia*, &c. Amans ſolutionis pueritia, quomodo ſemper præcincta, vt Dominum pulſantem exaudiat, & ei aperiat, obiicietur? Quæ mutatur in horas, quomodo immutabilis aſſidebit oſtio, vt pulſanti reſpondeat? vt præcipientis voluntatem exequatur? vt confeſtim aperiat? Porrò Dominus aſpiciens puerum Staniſlaum paterno imperio in licitis ſemper ſubmiſſum: circa propoſitum exequendum conſtantem, in prima vigilia venit militem conſtantem, & obſequentem ſibi acquiſiturus.

Staniſlai obedientia, & præcinctio in pueritia.

41. *Negotium, ſeu opus quodlibet ſine obedientia directione tenebroſum.* Luc. 12. Anſelm.

Et vos (ait Magiſter) *expectantibus Dominum ſuum*, Luc. 12. Anſelmi ex mente, *ſitis homines expectantes Dominum* præcepturum. Tota eſſentia famuli perfectè fidelis eſt, expectare Domini imperium, vt exequatur. Cur eis non indicit, aliquod opus exercere, dum expectant? Menſas præparent cum Abrahamo, cibos condiant cum Sara, aut cum Martha. Vult planè Dominus Religioſos miniſtros ſuos oſtio eſſe alligatas, vt audiant venientis Domini imperia, & confeſtim exequantur. Quidquid enim geritur ſine obedientiæ præſcriptione opus eſt, negotium eſt perambulans in tenebris, à quo Dauid obedientiæ ſtudens petebat liberari: *A negotio perambulante in tenebris.*

42. *Vel opera egregia ſine obedientia ſūt Numini ingrata.*

Opus planè egregium. hominem Deo ſuum filium vnigenitū litare. Hoc fuit Abrahæ perfectionis facilè complementum. Porrò Iaphthe etiam filiam dilectiſſimam Domino immolauit. Quid plura? Immittitur ad Abrahamum Angelus, qui brachium retardet vulneraturum? Angelum autem retardantem Iaphthe dexteram non aſpicio. Quare? Certè, quia Dominum aduocauit Abrahamum, & ei imperauit, parari ad vnigeniti ſacrificium: *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Iſaac*, &c. Gen. 22. At non lego Duci Iaphthe Dominum imperaſſe, vt offerendæ dilectæ filiæ operam daret. D. Proſper de Promiſſ. part. 2. cap. 20. *Deus non popoſcerat à Iaphthe tentando eum, ſicut ab Abraham; ſed ille ſponte vouit.* Milites Societatis Ieſu, ſpontanea geſta in Domini conſpectu vileſcunt, cùm militiæ ſpiritualis lege, teneamini expectare præcincti Dominum venientem, vt famulis ſacrificia præſcribat. Profectò Staniſlaus tam expectator Domini, vt nunquam non hæreſceret oſtio, vt Dei imperia audiret ex ore Rectoris, Magiſtri nouitiorum, coqui, cui miniſtrabat aſſiduè: vt P. Caniſius ponderauit.

Gen. 22. Proſp.

Iubetur à Ieſu in prima vigilia veniente Staniſlaus patriam domum ſine patris, aut fratris venia relinquere, & ad Societatis Ieſu Præpoſitum Prouincialem properare. Obedit puer, & cuncta proſperè præſentantur. Veſtes pauperi donat, attritis pauperis veſtimentis induitur, vel potiùs nudus iter arripit. Inſequutus frater, inuiſibili manu detinetur in curru, offuſus confuſione reuertitur, non agnoſcens puerum, veſti attrita pauperis quem prorexit. Nec enim à diuitibus vel fratres ſub viri agnoſcuntur indumento. Pergit pacificè, accedit feliciter ad Collegium, Ieſu Societatis miles efficitur. Omnia proſpera, quia omnia ex inſpirantis Numinis geruntur imperio. Non ſic iter proſperaretur, ſi propriæ voluntatis monitis obediret. Imperat Deus, Lothum è Sodoma exire, & ad montis cacumina properare. Ipſe autem profuſis precibus impetrauit, vt liceret ei, apud vrbem Segor commorari. At inibi exiſtens, cùm videret ciues Sodomæ miſeros conflagrare, vehementi afficitur timore. Imperij diuini ex noſtris precibus immutatio quando non nobis peperit nocumentum? *Aſcenditque Loth de Segor, & manſit in monte; timuit enim manere in Segor*, Gen. 19. Quid times, ô bone? Ex Dei licentia in Segor commorari poteris. Non quieſcit vir iuſtus; quia ipſe ſibi elegerit, & petierit domicilium. E domo hac in illud Collegium mitteris, Ieſitita, & precibus impetras alio in domicilio morali, vel in primo perſiſtere? Timebis *manere in Segor.* Imò nec proſperè cuncta procedent. Loth vxore (in ſtatuam ſalis verſa) ſpoliatur, aliiſque incommodis afficitur. Lipomanus *In Cat.* ait, *Videmus, malè ceſſiſſe Loth electionem ſuam. Qui iuſſus montem conſcendere, elegit ciuitatulam. Ideo vxorem perdidit, idcò ibi ſubſiſtere non potuit: ſic ruunt, qui contra Dei verbum proprio ſuo ſenſu, bona etiam intentione, ſeſe regere præſumunt.*

43. *Omnia proſpera Staniſlao pergēti, quia omnia gerit ex Ieſu præſcriptione, Lotho perfectior.*

Gen. 19. Lipom.

44. *Religioſus iuſſus à domo vna aliā tranſire, vitare curet, ne ſeculares precibus Deo vim afferant, ad impediendā profectionē.*

Ideo vir perfectus iuſſus à ſuperiorum ore, è domo vna in aliam pergere, non ſolùm debet incunctanter obedire: ſed & enixè procurare, ne alij impedire contendant. Poſt indictum Abrahæ imperium circa ſacrificium, ſeu filij immolationem, textus addit, *Abraham de nocte conſurgens, ſtrauit aſinum*, &c. Gen. 22. Cur ô bone, lucem procedere voluiſti? An non fideliùs dormires pacificè, vt qui animo iam

iam filium litaueris? An te excitauit (obiiciet aliquis) carnis aduerſùs ſpiritum decertatio? Non ideo de nocte conſurgo, ſed ne pueri mater conſcia fiat, & ſurgat affectuoſa lacrymis & vocibus curans me ab imperij exequutione reuocare. Pulchrè D. Baſilius Seleuc. Orat. 7. *Vereor, ne Deo vim afferat vxor, ne mente infracta rei tam ſtupendæ gratiam ſpoliet.* Sic vir obediens debet, profectione indicta, celare familiaribus, aut cognatis, ne precibus vim offerant præcipienti, & rei gratiam ſpolient. Dominus Staniſlaum monet, fratris domum vt relinquat, mundi ſpes vt contemnat. De nocte conſurgit, vt à fratre & famulis receſſio ignoretur, ne obſtacula profectioni apponant. Quid Religioſus geret, qui ſecularis *iam loquitur victorias*? Magiſter nouitiorum dolore pungitur, dum videt Staniſlaum vitam cum morte commutare priuſquam ſecundam, ac tertiam vigiliam iniret, in quibus poſſet ineffabilis obedientiæ documenta exponere.

Baſil. Seleuc.

Staniſlai profectio ſecreta, ne obedientiæ cœleſti è Rectore indictæ vis afferretur.

OBSERVAT. IX.

Ad illa verba:

Et ſi venerit in ſecunda vigilia, &c.

Mirum eſt Staniſlaum in prima vigilia, ſeu pueritia ſe morti immaturæ obnoxium vidiſſe, vnde ſeculum reliquerit periturum.

Seductio communis pueritiæ eſt, numquam de morte cogitare. Nulla vitæ ſecuritas.

45. *Omnia creata mortibus redūdant.*

DE prima vigilia non geritur memoria, quia poſt ſecundam, & tertiam expreſſam, mox latronis, ſeu mortis mentio peragitur. *Amen dico vobis, quoniam ſi ſciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique.* Ad ſermonem de morte aduocat viros & ſenes; qui pueri iuuenes non habent audiendi aures ad ſermonem de morte percipiendum: putantes latrocinium mortis primæ vigiliæ non terere limina. O ſeductio! *Plus obnoxia teneritudo ætatis* (ait Vbicherius Medicus) *exitiali ægritudini quàm viri, aut ſenis.*

46. *Staniſlaus Puer ſeculū reliquit ex conſideratione ſeculi perituri, ſeu mortis. Mirū in puerili ætate.*

Pueri Staniſlai propoſitum ſeculum periturum relinquendi ortum habuit ex conſideratione properæ rei humanæ diſſolutionis. Quis crederet puerum ſe obnoxium mortis latrocinio. Putabat Diuus cunctas creaturas mortibus redundare, ab omnibus vti Cain, ſed non affectu eodem, timebat occidi; quia nulla in mundo ſecuritas. *Omnis ergo qui inuenerit me, occidet me*, Gen. 4. Ideo ad Dominum properabat, apud quem vitalia cuncta: *In ipſo vita erat*, Ioan. 1.

Fecit Samuel, ſicut locutus eſt ei Dominus. Venitque in Bethleem, & admirati ſunt ſeniores ciuitatis, & occurrentes ei dixerunt: Pacificúſne eſt ingreſſus tuus? 1. Reg. 16. Cur illi in tam ſancti aduentu Prophetæ vitæ ſuæ timent? Erat Samuel creatura, cui adnatum, mortes halare. 47.

Vel Samuelis, quia creatura eſt, aductus ſuſpicionem ingerit mortis.

1. Reg. 16.

Ieſus ſolus vitalis exiſtit eis, qui ſequuntur, quia *apud eum fons vitæ. Cùm appropinquaret* (Lucas ait) *ad deſcenſum montis Oliueti, cœperunt omnes turbæ deſcendentium, laudare Deum voce magna ſuper omnibus, quas viderant, virtutibus*, cap. 19. Et cur Ieſum non interrogarunt. *Pacificus ne aduentus tuus*? Addidere, *Benedictus qui venit Rex in nomine Domini, pax in cælo.* Si Meſſias eſt, ſi Deus eſt, quónam modo poteſt aduentu ſuo mortis ingerere ſuſpicionem; quia Creatoris acceſſus non poterit non vitalis exiſtere. 48.

Ieſu, quia Creator eſt, aductus ingerit vitæ certitudinē.

Vtramque conditionem & Dei & creaturæ Dominus expreſſit, dum ait, *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in Regnum Dei*, Ioan. 3. Quid aquæ cum Spiritu ſancto; quid cum creatura Conditori? Voluit Deus Creatorem creaturam abluentem comitari, ne ex creaturarum more interficeret potiùs abluendum. Vita ergo Dei creaturæ mors depulſa eſt. Fulbertus Carnot. Epiſt. 1. *Aqua & Spiritus ſanctus ſociantur cauſis. Requiritur in Baptiſmatis Sacramento aqua propter ſepulturam*, ſeu mortem: *Spiritus ſanctus propter vitam æternam. Aqua velut morientem deducit in tumulum: Spiritus ſanctus velut reſurgentem deducit ad cælum.* Ideo Staniſlaus à creaturis abſtrahitur, in quibus mors, & ad Ieſum Creatorem properat, in quo vita adeſt. 49.

Aqua admiſcetur Spiritus Sāctus, vt creaturæ mors Creatoris vita ſeluatur.

Ioan. 3.

Fulbert.

Tam vitalia equidem cuncta quæ in Domino reperiuntur, vt vel mors in eo vita eſſe aſſeratur. Vnde, *Beati mortui qui in Domino moriuntur*, Cœlicolæ concinunt. Vix Staniſlaus ad fontem vitæ acceſſerat, cùm mori in Ieſu vehementer expeteret. Scribit ad Deiparam (cuius tutelæ ſeſe jà cunabulis ſacrarat alumnum) qua curat Matrem piam facere de deſiderio moriendi in Domino certiorem. Inuocat D. Laurentium ſolemni Martyris & rogat, vt dignetur eius fieri tabellarium. Legit Deiparens literas, Dignare ô Domina mancipium tuum è luto diſſolui, tuæ Aſſumptionis ſolemnitate, vt inter Cœlicolas tui volatus elogia proferam. Annuit Virgo, nec Staniſlao reſcribit, *attamen ipſa venit*, vt alumnum ſuum plus amoris, quàm ægritudinis febre correptum diſſolutum è puluere, transferret ad ſuperos. 50.

Vel mors in Creatore vitalis eſt. Ideo Staniſlaus mori in Domino impetrat à Maria.

PARS

PARS SEXTA.

MARTYRES IAPONIENSES.

Paraphraſim, & Commentarios literales ad caput vigeſimumprimum Lucæ perquire Tom.2. lib.10.

PROLVSIO.

AVDITO præliorum, ac ſeditionum tumultu, tres fortiſſimi Martyres Paulus, Ioannes, & Didacus non exterrentur, quia germani IESV, à quo didicerant & fidei dogmata, & mortis conſtantiam. Fatur Clemens Alexandr. lib. 4. Strom. *Is verò feret teſtimonium, quòd ſit in Deum ſyncerus & fidelis germanus, & quòd à* IESV *ſit inſpirata doctrinæ eius perſuaſio: à qua non deficiet metu mortis: quin etiam facto congruat veritatem prædicationis.* En tres Ieſuitas IESV germanos, ſynceros, fideles, ſacerdotali ſtatu carentes, & egregij ſermone & conſtantia prædicatores. Aſſerunt quidem ſe verè IESV eſſe germanos, ab ipſóque, (potius quàm ab ſcholis,) doctrinæ perſuaſionem didiciſſe: quia & metu mortis minimè defecere, & veritatem prædicationis facto confirmarunt. Germani IESV & cruciferi? Mariam IESV Matrem, propriam transferunt in parentem, Suffigitur IESVS, *Stabat autem iuxta crucem* IESV *Mater eius*, Ioan. 19. Suffiguntur IESV Germani Paulus Mihi, Didacus Chuſaï, & Ioannes Gotho. Quídni iuxta eorum cruces piiſſima conſiſteret Virgo parens? Pérgite feliciter melioris Saulis filij, qui Reſpham talem ſortiti éſtis cuſtodem.

Clemens Alexand.

Ioan. 19.

SECTIO XIII.

Anima in Martyrio poſſeſsio.

TEXTVS.

VERS. 9. CVm audieritis prælia, & ſeditiones, nolite terreri; oportet primum hæc fieri, ſed nondum ſtatim finis. 10. Tunc dicebat illis: Surget gens contra gentem, & Regnum aduersùs Regnum. 11. Et terræ motus magni erunt per loca, *&c.* 17. Et eritis odio omnibus hominibus, *&c.* 18. Et capillus de capite veſtro non peribit. 19. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.

IN
MARTYRES IAPONIENSES
PANEGYRICVS DECIMVSTERTIVS
MORALIS CIRCA LITERAM.
EX ANIMÆ IN MARTYRIO POSSESSIONE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Cùm audieritis prælia, & ſeditiones, nolite terreri; oportet enim primum hoc fieri, ſed non dum ſtatim finis, &c.

Occumbentibus Paulo Didaco, & Ioanne, non ſolùm non ſtatim finis, verùm & nouæ prolis initium, ex eorum ſanguine, veluti ex granis copioſo Martyrum germine in Iaponia profluente.

Fæcundiſſimam oſtendo patientiam Martyrium Martyria profert, crux cruces germinat.

1. CVM audieritis belli clangorem, & certaminis horribilitas veſtri pectoris pacem conata fuerit perturbare, haud timeatis ſpoliari vita: quam potiùs in ſuperis æternam, & hìc diuturnam efficitis innumerabilium germinatione filiorum. Certè Apoſtolorum profuſus ſanguis ſemen fuit tot Martyrum fortiſſimorum proferens meſſem, quæ vix poteſt vel Angelica Arithmetica ad numerum afferri. *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet; ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert*, Ioan. 10. Apoſtoli Martyrio coronati grana fuere coronæ benignitatis Domini germina producentia.

2. Milites noſtri fortiſſimi non moriuntur, vt pereant, ſed vt in filiis innumerabilibus exſurgant. An non copioſiſſima illa cruciferorum meſſis ex tribus hiſce granis germinata exſurgit? Tres fratres noſtri voraciſſimas immittuntur ad flammas, & innumerabilium filiorum apparuere parentes. Hæc trium puerorum Ananiæ, Azariæ, ac Miſaëlis hiſtoria. Tres hi fornacis horribilis emittuntur ad flammas, quòd noluerint idolo Regis morituri perſonam gerentis liberare ſacrificium Regi immortali, ac inuiſibili debitum. Cùm Rex pergeret ad fornacem, vt cineres Martyrum aſpiceret, viuentes ac ſolutos inuenit tres pueros, iuxta quos vir Filij Dei obiiciens vultum oſtentatur. Clamat Nabuchodonoſor, *Nónne tres viros miſimus in medium ignis compeditos? Ecce ego video quatuor viros ſolutos, & ambulantes in medio ignis*, Dan. 3. Vbi pulchrè D. Chryſoſtomus hom. de trib. puer. *Exclude, ſi potes, adhuc demens, eum, qui creſcit ad numerum*, (Filio Dei ſimilem Martyrum parentem.) *Non poteris iam tuos finire damnatos, qui ſoli eſſe non poſſunt.* Preme illud, *non poteris iam, tuos finire damnatos.* Infinitos iam reputa IESV Patris Martyrum filios, quorum perſonas gerit ipſe, dum tres Martyres comitatur. Tot ex tribus granis prodibunt ſpicæ, vt innumerabilis reddatur cœtus filiorum. Aptius meis tribus Fratribus accommodo. *Soli eſſe non poſſunt*, qui cum IESV illigato cruci alligantur, cum præcincto præcinguntur. Nam ſi ex alligatione, ſeu crucifixione IESV tot Eccleſiæ Martyres, velut ex grano mortuo germina, exoriuntur: ex crucifixis meis innumerabiles cruci ſuffixi in Iaponia germinantur. Quòd ſi in ignem immiſſi, (vti alij Iaponienſes innumeri,) fuere, cineres illi viuaces IESVM Fenicem protulerunt in Regnis Iaponiæ æternum verſaturum, filios quotidie innumeros producentem.

Tres viri Ieſuitæ vti tres pueri Hebræi in ignem Martyrij immiſſi innumerabilem prolem proferũt Martyrum cruciferorũ.

Dan. 3.

Chryſoſt.

3. Cain Abelem exitialiter vulnerauit. Effunditur cruor innocens voces emittens querulas, aut precarias, ſante Domino, *Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra*, Gen. 4. Quænam Abelis emortui vox? Aduersùs interfectorem vindictam expetit? Ad aures Dei vox vindicatrix minimè perueniret. Sed & quæſitarim, ſi mortuus Abel, quónam ex ore voces hæ proferuntur? Ex mente Hugonis, voces hæ ab innumerabilibus Abelis filiis recèns natis emiſſæ exaudiebantur à Conditore. Mirabile dictu! Non poteſt innocens Martyris cruor niſi ſeminis in morem ſuper fœcundiſſimam terram, profundi ad innumerabilium Martyrum productionem.

Profuſo Abelis ſanguine, vox auditur Martyrum, ex ipſo, vel uti ex ſemine naſcentium.

Gen. 4.

Hugo Card.

4. Fauet Lyranus expoſitioni, *In Hebræo habetur, vox ſanguinum fratris tui. Et dicunt Hebræi, quod dicitur* ſanguinum *in plurali, eo quòd Caïn interficiendo fratrem ſuum, fuit reus ſanguinis non ſolùm ipſius Abel, ſed etiam omnium, quos genuiſſet, ſi vixiſſet.* Admitto lectionem, *vox ſanguinum*, & aſſero *ſanguinum* dici in plurali, vt innuatur, vnius Martyris ſanguinem profuſum plurimorum Martyrum ſanguinem germinare.

Ex ſanguine vno ſanguines multi profluunt.

Gen. 4.

Lyran.

5. Proclamabant mei Martyres, lubentiſſimè crucem aſcendere, ſed tamen quodam dolore affici, quòd prædicatione non poſſent innumerabiles Iaponios acquirere ad fidem à morte præuenti, priuſquam ſacerdotij nuptias celebrarent. O Abelis illuſtriſſimi æmulatores. *Genuiſſet*, (vti Lyranus ait,) *Abel* multos filios, *ſi vixiſſet.* Si autem vos ſacerdotij nuptias celebraretis,

Plures ſpirituales filios genuere noſtri Martyres trucidati, quàm ſi vixiſſent.

Gen. 4.

celebraretis, innumerabile filiorum vulgus veſtra fides progigneret. At ſanguis veſter vicarius profunditur, è quo veluti è grano copioſiſſima meſſis exſurgit. Filij veſtri ſunt tot Martyrum cruciferorum myriades, tot ignis ſacratiſſima pabula, quæ hiſce annis perſecutionis horribilis vi aromatico fumo ad cœlos aſcendunt. Et veſter frater & filius obiicitur B. Marcellus Maſtrillo, qui multiplex Abel poteſt ſanguine in vno innumerabiles Martyrum ſanguines procreare, omnibúſque infundere fortitudinem. Heri non accepimus nuncium feliciſſimum, Societatis noſtræ Sacerdotem Paſtorem duo millium Iaponienſium, cunctis cum ouibus per flammas ad æternum refrigerium auolaſſe? O Iaponiæ Eccleſiam tot filiis coronandam ex profuſo trium fortiſſimorum militum cruore. Aiebat Tertullianus lib. ad

Tertull. Scapul. *Nec tamen finietur hæc ſecta, quam tunc magis ædificari ſcias, cùm cædi videtur.* Putas ô crudeliſſime fidelium Iaponienſium laniator fore vt poſſis Ieſuitarum filios extinguere crucis vi, ignis efficacia? Grana ſunt fœcundiſſimæ telluri immiſſa ad vberrimam Martyrum germinationem.

6. An exiſtimas commentitiam eſſe Cadmi fabulam? Serpentis dentes ſeruit, è quibus armati milites germinantur. Audi ſponſum, *Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas*, Cant. 4. Dentes ſponſæ fœcundi exprimunt ouium matrum fœcunditatem. An non vidiſti oues Eccleſiæ filios lupi dentibus diſcerpi, ſacrum cruorem profundentes? Tunc velut à Cadmo dentes terræ immiſſos fœcundiſſimæ militum fortiſſimorum parentes exſurgunt. Tertullianus citat. *Mirifico euentu, Deique conſilio, oues lupis vidimus occurrere, horum incurſionibus non poſſe terreri, diſſipari, conſumi: ſed potiùs colligi, ac multiplicari.* Diſcerpuntur oues dentes Eccleſiæ, quælibet particula ouis trucidatæ dens eſt Cadmi vnius militis Ieſuitæ ſeminarium: quælibet vita innumerabiles producit decertatores.

Martyres tres noſtri velut Cadmi dentes milites producunt, & ſicut dentes Eccleſiæ oues generant. Cant 4. Tertull.

7. Dixit Ezechiel, *Ecce ego ipſe requiram oues meas, & viſitabo eas, ſicut viſitat paſtor gregem ſuum in die, quando fuerit in medio ouium ſuorum diſſipatarum: & educam eas de populis, & congregabo eas de terris*, cap. 24. Aduota tempus, quo Paſtor cœleſtis aſſirmat oues Gentilium Populorum congregandas eſſe: *In die quando fuerit in medio ouium diſſipatarum.* Cùm Martyres inter diſcerptos ſtetero, tunc innumerabilium ouium, ſeu Martyrum, ſeu fidelium gregem congregabo. Martyria enim paucorum multis exhibent fidei magiſterium. Clemens Alex. lib. 4. Strom. *Martyria quoque exemplaria ſunt conuerſionis.* Tres apud Iaponiam Ieſuitæ Martyres cruci ſuffiguntur, & ex Gentilium multitudine copioſus cœtus ad fidem conuertitur.

Oues diſſipata multiplicantur. Ezech. 24.

Martyria Fratrum noſtrorũ multis dedere fidei magiſterium Clem Alex.

8. Ratio eſt, quia videntes Gentiles, Martyres tanta conſtantia dimicare, quæritant, Quiſnam Deus, pro cuius honore tot ſuccenduntur holocauſta? & ad veritatis cognitionem eleuantur. Tertullianus vbi ſupr. *Quiſque tantam tolerantiam ſpectans vt aliquo ſcrupulo percuſſus, & inquirere accenditur; quid ſit in cauſa? Et vbi cognouerit veritatem, ipſe ſtatim ſequitur.* Vident Iaponiæ incolæ Paulum cruci ſuffixum IESV

Ob Martyrũ conſtantiam vrouiũ ·ien ... ad Dei veri cognitionem Tertull.

gloriam proferentem ſermone, & conſtantia, dulcibus verbis ipſos carnifices compellantem, vt alliciat ad fidem: conclamare coguntur, Quid cauſæ? Deum adorat, qui tantum virum conſtantia donat? Hic colendus, non idola noſtra, quæ, quia lignum, & æs, haud poſſunt humanam infirmitatem roborare: & vt cognouerint veritatem, ipſi ſtatim ſequuntur.

OBSERVAT. II.

Ad illa verba:

Nolite terreri, &c.

Martyres noſtri ineffabili patientia tormenta ſuperarunt, flammas ſortiti refrigerium, crucem thalamum.

Patientia equidem leuiſſimos reddit labores; imò qui patienter ſuſtinet, non laborat.

Cur terreantur IESV Milites belli audito clangore, ſi vel ipſę flammæ viderint Martyribus extitiſſe refrigerium, in crucéque velut in thalamo fortiſſimos milites quieuiſſe? Quónam modo poſſunt Martyres pati ignis, ac crucis incommoda, ſi patientia ipſa vim aufert tormentorum. Ineffabilis Pauli, Didaci, & Ioannis patientia extitit dum illigantur cruci, cùm ignis dirè leniter abſumpturus adhibetur. Prædicat patibulo vtens pro ſuggeſto Paulus, & multos conuertit ad fidem. Quónam modo poterat tot doloribus actus, prædicationis ſtudere miniſterio, niſi quia patientia ipſa eum quaſi redderet impaſſibilem? 9.

De Apoſtatis Angelis Tertullianus aſſeruit horribiliùs torqueri in gehenna, quia impatienter mala ſuſtinent. *Doluerant, quia patienter vtique non tulerant.* Quaſi non doleat, qui patienter ſuſtinet. Porrò hinc colligo Purgatorij horribilis gehennalis ignis leuamina: patiuntur dira, & quaſi non patiuntur; quia ſuſtinent patienter. In gehenna dæmones & damnari quaſi non paterentur, ſi poſſent diuinæ voluntati humiliter, & ſubmiſsè ſubiacere cum ſuffixo latrone, *Et nos quidem iuſtè*, Luc. 23. O ineffabiliter horribilia magna, quæ patienter ſunt ſuſtinenda! 10.

In gehenna impatientia horribilior pœna. Tertull. Luc 23.

Locutus Dominus de tartareis pœnis, ſic exaggerat: *Ibi erit fletus & ſtridor dentium*, Matth. 22. Non poſſunt gehennæ tormenta aptè deſcribi vt ſunt, quantumuis exaggerari. Sed ſi aliquo modo locus dari poſſet exaggerationi, hæc eſſet proculdubio: *Ibi erit ſtridor dentium.* Galfridus apud Tilm. aſſerit ſtridorem ſignificare *impatientiam.* Ibi erit impatientia in pœnis horribilibus. O nimium intolerabile tormentum! *Nimirum*, (ait,) *ſicut paſſiones omnes patientia ſubleuat, ſic impatientia quamlibet leues aggrauat. Ibi ergo erit ſtridor dentium ex impatientia. Alioquin ſi æquanimiter ferre, ſi dicere poſſent: Nos quidem iuſtè, nam digna factis recipimus: audeo dicere, Ignis ille, inextinguibilis tamen, extingueretur.* 11.

Si poſſent damnati patienter ſuſtinere, & profari: Digna factis recipimus, quaſi non paterentur. Matth. 22. Galfrid.

12. *Martyres noſtri quaſi impaſſibiles ex patientia.* Noſtri Martyres conclamabant, *Hîc vre, hic ſeca, vt in æternum parcas. Domine digna factis non recipimus*, quia pro diſſidia crucem donas, quæ gloria quidem eſt. Hinc crucis & ignis tormenta ſoluebantur. Vnde ſenſus à doloribus abſtracti poſſunt intendere prædicationi. Cùm tres Ieſuitas Laurentios video crucis in craticula ignem ſuſtinere, trium Hebræorum in Babylonis fornace contemplor
Dan. 3. vocem exaudire: *In veritate, & iudicio induxiſti omnia hæc propter peccata noſtra: peccauimus enim*, Dan. 3. Vnde patientiſſimè ſuſtinent in fornacem immitti. Quid tunc? *Angelus autem Domini deſcendit cum Azaria, & ſociis eius in fornacem, & excuſſit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quaſi ventum roris flan-*
Chryſoſt. *tem*, ibid. Ait D. Chryſoſtomus *epiſt. 3. ad Cyriac.* patientiam Martyrum ventum roris flammis extitiſſe, dum aiunt, *In veritate, & iudicio induxiſti omnia hæc*, &c. *Vides, quomodo patientia Sanctorum ignem in rorem commutauit.*

13. *Paulo Mihi abeſt gloriari niſi in cruce.* Oſtentabat Paulus Mihi noſter adeò pulchram faciem cruci ſuffixus, vt poſſet profari cum Paulo Apoſtolo Paulus alter, *Mihi abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri* IESV *Chriſti*,
Gal. 6. Gal. 6. Liceat nugatoriè verbum illud *Mihi* ex Paulo prolatum ad noſtrum Paulum Mihi accommodare. *Paulo Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini.* id eſt, tanta ex cruce ob patientiam gloria afficior, vt quaſi gloriæ nuncium æternæ remittam. An non faciei pulchritudo aſſerit cordis gloriam ex patientia? *Sicut fragmen mali punici, ita gena tua*, Cant. 4. Quomodo pulchritudo cum fractione? quomodo
Patientia trium Martyrum impaſſibilis.
Cant. 4. Paulo aliiſque Martyribus pulchra facies corpore dirè vulnerato? Patientia reparat mortalitatis plagas. Hebræi aliqui legunt, *Sicut flos mali punici.* Vt fragmen ſit flos; confringi Martyrem, idem ſit ac floreſcere in germinis nouitatem. O patientiam impoſſibilem, immortalitatem! Tertullianus lib. de Patient.
Tertull. *Omnis alia pulchritudo ſenio, vel rugis marcida defloreſcit, patientia ſemper in flore eſt*, quia mori non poteſt, nec ignis vi marceſcere.

14. *Cruci ſuffixi, ac transfixi lancea quaſi reuiuiſcũt, IESV planè æmulatores.* Iaponienſes Martyres noſtri vt IESV ſuffixi verius gerant imaginem, viuentes adhuc in cruce lanceæ diro mucrone confodiuntur. Vulnerati Paulus, Didacus, & Ioannes pulcherrimam faciem oſtentabant in ſignum, quòd vulneribus non defloreſcerent, ſed potiùs quaſi impoſſibiles ex patientia vernarent. Ieſuitarum Ducem IESV cruci ſuffixum, &
Cant. 4. lancea compunctum aſpiciamus ſantem, *Ego flos campi*, Cant. 4. Cur flos campi appellatur? Reſpondet aptè Ambroſius lib. 2. de Spiritu
Ambroſ. ſanct. cap. 5. *Flos odorem ſuum etiam ſucciſus reſeruat, & contritus accumulat. Ita Dominus in illo patibulo crucis nec contritus emarcuit, nec auulſus euanuit: & illa lancea punctione ſucciſus ſacro ſpecioſior fuſi cruoris flore vernauit.* An non ex impaſſibilitate patientiæ? Ducem ergo IESVS inuincibiles Ieſuitæ ſequuntur, & dum cruci ſuffiguntur, & lancea vulnerantur, quaſi adhuc viuentes de nouo oſtenduntur, floris ſucciſi in morem.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Oportet enim primum hæc fieri, ſed nondum ſtatim finis. Tunc dicebat illis: Surget gens contra gentem, &c.

Martyres noſtri egregiis operibus plures ex inuiſibilibus hoſtibus reportauere victorias, vt ſeſe ad Martyrij triumphum præpararent.

Aſſero Regularis vitæ non mitiora certamina, quàm Martyrij.

NOn indicitur Martyribus illicò finis, ſeu mors: *Non dum ſtatim finis.* An non aptius finis eis inopinatus obiiceretur, ſicut vigilibus ſeruis: *Qua hora non putatis Filius hominis veniet*; vt ſemper parati hæreſcerent oſtio? Porrò Martyribus ſeruis vt ſeruis dictum eſt, *Qua hora non putatis*: vt Martyrio autem donandis indictum, *Nondum ſtatim finis.* Quia oportet Martyres rectis operibus vigilanti cura ad Martyrium præparari. Ideo monet, *Nolite præmeditari quomodo, aut quid loquamini*; ſed quónam modo operemini. Tota circa opera præcedentia cura mandantur. 15.

Martyres noſtri verè Ieſuitæ ſeſe ad Martyrium religioſæ perfectionis operibus præpararunt. Paulus Mihi tot virtutibus decoratus eſt ante certamina, vt potuiſſet IESV æmulator egregius, multis Confeſſionis diadematibus coronari, cum ſuo Paulo clamans, *Non quaſi aërem verberans, ſed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo*, 1. Cor. 9. Vt Chriſtus ſe Martyrem oſtenderet, ait, *Saluum fac filium ancillæ.* id eſt, eum qui corpus redegit in ſeruitutem verè ante crucem crucifer. Bis cruciferos Paulum, Didacum, & Ioannem contemplor. Nam & religioſæ mortificationi illigati ſunt, vt poſtòmodum patibulo configerentur. De prima cruce aiebat Apoſtolus, *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* 16.
Martyres Ieſuitæ veri, Martyres extitere antè Martyrium.
1. Cor. 9.

Petrum Dominus ad examen vocat, num Martyrio aptus inueniatur. *Petre amas me*, &c. *Paſce oues meas.* Ac ſi diceret, Te oportet longum, ex operibus charitatis, Martyrium ſuſtinere. Addit pulchrè ad argumentum, *Cùm ſenueris, alius cinget te, & ducet*, &c. Ioan. 21. Preme particulam, *alius cinget*, ſeu alius cruci ſuffiget. Cur non dixit, Cùm ſenueris ſuffigeris? Profectò vt particula, *alius cinget te*, hoc Martyrium, aut ſuffixionem diſtinguat à ſuffixione prima per ipſum Apoſtolum facta. Ac ſi diceret, Tu paſcendo oues, laboréſque plurimos ſuſtinendo, te ipſum cingis, ſiue ſuffigis cruci: cùm autem ſenueris, non tu, ſed *alius cinget te*, ſeu cruci alligabit, optimè prima ſuffixione ad ſecundam præparatum. Seſe tres Martyres Ieſuitæ accinxere mortificationis cruciatui, vt à Gentilibus cruci ſuffigerentur. 17.
Petrus ſe primò cinxit, ſeu cruci ſuffixit, quàm alius eum cingeret.
Ioan. 21.

Nec

18. *Super paſſionum colla prius noſtri Martyres pedes collocarunt, quàm ſupra verticem Tyrannorum.* Ioſ. 10. Origen.

Nec victrices plantas ſuper capita Tyrannorum Iaponiæ collocaſſent Diui, niſi priùs paſſionum verticem conculcaſſent. *Ite, & ponite pedes ſuper colla Regum iſtorum*, Ioſ. 10. Fatur Martyribus Ieſuitis verus IESVS, Regulos vitiorum, ſeu propriæ voluntatis priùs ſubiicite colla, quàm Iaponiæ Reges debellaturi procedatis ad campum. Origenes homil. 11. *Vtinam tu talis eſſes, qui poneres pedes tuos ſuper ſerpentes, & conculcares Regulum, qui aliquando regnauit in te, & tenuit in te Regnum peccati: vt omnibus reliquis interemptis, ſolus regnet Chriſtus IESVS, & hic crucifixus.* Optima enim ad crucem IESV præparatiò (vt cum ipſo à ligno regnanti regnes) eſt Regulos conculcare.

19. *Illuſtrius tibi Martyri mandâ cû ſui viitiæ conculcarunt, quã affixi cruci erunt.* Col. 2. Chryſol.

Inuictùs robur, ſeſe cruci offerre fidelem militem ab alio cingendùm; ſed illuſtrius dixerit aliquis documentum virtutis, quotidie mori, quotidie ſuffigi mortificationis patibulo. Fatur Paulus, *Ipſum* (chirographum peccati) *tulit de medio affigens illud cruci, & expolians principatus, & poteſtates, traduxit confidenter, triumphans illos in ſemetipſo*, Col. 2. Qui priùs affigit cruci chirographum peccati perfectiſſimè, ad triumphum illuſtriſſimum Martyrij præparatur. Et quónam modo præſentem vitam potenti animo contemnet ſuffigendus cruci, qui ſe à paſſionibus, ſeu imperfectionibus victum profitetur? Chryſologus ſerm. 128. *Summum eſt, fratres, pro Domino præſentem vitam, ſi neceſſe ſit, contemnere. Sed glorioſum eſt, etiam cum vita mundum contemnere, & conculcare cum Principe. Summum illud, ſed hoc glorioſum.* Particula *ſed*, & verbi *glorioſum* efficacia ſupra *ſummum*, innuit, illuſtrius eſſe facinus, mundum cum ſuo Principe perfectè conculcare, quàm Tyrannos vincere vitam ſemel pro Domino offerendo.

Observat. IV.

Ad illa verba:

In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.

Martyres noſtri in patibulo conſtantiſſimi fidei Prædicatores, animas Gentilium plurium poſſederunt, oſtendentes IESVM, pro quo patiebantur.

Conſtantia Martyrum Deum roboratorem, Chriſtum ſocium, & præſidium neceſſariò manifeſtat.

20. Liceat particulam *animas veſtras*, referre ad eas animas, quæ quidem ipſorum Euangelij miniſtrorum ſunt, quos ipſi, tot laboribus exantlatis, curant adducere ad IESVM. O fortiſſimi Martyres, ſicut homines ſunt oues meæ, ſeù animæ meæ: ſic & veſtræ oues, ſeu animæ ſunt, quas procuratis poſſidere, eas à diaboli poteſtate eripientes. Non timeatis, diſceſſionem veſtram, aut occiſionem incommodo futuram, ad veſtrarum animarum, aut ouium conuerſionem; nam in paſſione veſtra poſſidebitis illas. Quæ aſpicientes veſtram ineffabilem conſtantiam in IESV illico deuenient cognitionem.

D. Cyprianus *de laud. Marty.* aiebat, *Virtus, chariſſimi fratres, eſt tanta Martyrij, vt per illam credere etiam ille cogatur, qui te voluit occidere.* Non dixit, *Qui te occidit* carnifex, ſed, *Qui te voluit occidere.* Tyran. qui in te prauo ferebatur affectu. Cur credere in Deum cogitur, & non potiùs hominem patientem dilectionis brachiis excipere, quem mirabatur? Profectò, quia tanta conſtantia Martyris neceſſariò Deum, cuius ope Martyr roboratur, illicò manifeſtat. Principes Iaponienſes, Tyranni, carnifices, plurium Diuorum adoratores, Chriſtum nunquam ſibi notum ex Martyrum noſtrorum conſtanti fortitudine dignouere. Martyrum enim patientia Numen occultum, Chriſtum abſconditum manifeſtat. 21. *Martyrũ noſtrorum cõſtantia Iaponienſibus Principibus Chriſtũ manifeſtauit.* Cypr.

Inmiſerat Nabuchodonoſor tres viros Hebræos ſuccenſam in fornacem. At cùm curaſſet abſumptorum cadauerum cineres recognoſcere, non ſolos vidit tres Martyres, ſed quartum virum comitem aſpectauit. *Nonne, ait, tres viros miſimus in medium ignis compeditos? Ecce ego video quatuor viros ſolutos, ambulantes in medio ignis, & quartum ſimilem Filio Dei*, Dan. 3. Vndénam potuit Rex idololatra dignoſcere, quartum Filij Dei referre ſimilitudinem? Viderátne aliquando? Et, ſi credendi ſunt, qui affirmant quartum virum Chriſti imaginem oſtentaſſe, difficiliùs potuiſſet aliquando Rex in futuri ſub habitu humano IESV Dei Filij venire cognitionem. Porrò videns Princeps Barbarus trium Martyrum conſtantiam, mox quaſi agnato neceſſarióque diſcurſu in IESV abſconditi venit cognitionem; quia Martyrum patientia neceſſariò connotat Chriſtum roboratorem. Quid mirum, Iaponienſes tres Ieſuitas viros aſpectantes fortiſſimos, patientiſſimos, IESVM roboratorem ſimul conſpectaſſe? 22. *Videns Nabuchodonoſor tres Martyres fortes, in IESV cognitionem venit; ſic Iaponienſes dum videns trium Martyrum conſtantiã,* Dan. 3.

Preme adhuc particulam, *& quartum ſimilem Filio Dei.* Certè Rex, qui oſtium fornacis ſigillo munierat, aptiùs dixiſſet, *& quartum ſimilem Deo*; nam & Deus roborat patientes, & ſolus poteſt flammas extinguere, & cum ſuis patientibus aſſolet commorari. Notanter dixit, *ſimilem Filio Dei*, homini ſcilicet, ſeu viro futuro. Hoc mirabile, dignouiſſe Barbarum Chriſti futuri myſterium. Profectò non cognouit ille, ſed ipſum IESV myſterium ſeſe ex Martyrum inuicta conſtantia reſerauit; quia cùm robur patientiæ rutilat, illico IESV protectio Regis Martyrum oſtentatur. Vident Gentiles tres Martyres Ieſuitas fortiſſimè cruci illigatos, conſtantiſſimè prædicantes; & neceſſariò IESVM protectorem aſpectant. 23. *IESVM myſteriũ Chriſti ſeſe in Martyrum conſtantia manifeſtat.*

Gedeon adduci ad ſe fecit Madianitarum Reges Zebee, & Salmana, quibus ait: *Quales fuerunt viri, quos occidiſtis in Thabor?* Reſponderunt Reges, *ſimiles tui, & vnus ex eis quaſi Filius Regis*, Iudic. 8. Non mirum agnouiſſe eos ſimiles Gedeoni, quia fratres illius fuerant, *Fratres mei fuerant* (ait) *filij matris meæ*. Id difficile, quòd agnouiſſent vnum eorum ſimilem eſſe Filio Regis, quem non viderant. Doctus interpretatur de Regis cœleſtis Filio locutos. Nam cùm viri conſtantiſſimè patiuntur, neceſſariò illico roborans Chriſtus quodammodo manifeſtatur. Aſpectantur tres Ieſuitæ 24. *Qui conſtãter patiũtur Duces apparent, quibus aſſidet neceſſariò Dei Filius.* Iudic. 8.

cruci ſuffixi conſtantiſſimè patientes, & mox aſſerunt Gentiles, Hi ſimiles vero Gedeoni Iesv, & ſocius illorum adſtat Filius Dei ad conſtantiæ ſtabilimentum.

25. Si verò particula illa, *& vnus ex eis quaſi Filius Regis*, referenda ad Gedeonis fratrem vnum; aptiùs legendum eſſet, *& vnuſquiſque ex eis quaſi Filius Regis*; quia omnes conſtanter patientes Chriſti ſimilitudinem referebant. Ieſuitæ noſtri non ſolùm Iesv roborantur, ſed & in Iesvm Regis æterni Filium mirificè conuertuntur. Iam ô Iaponienſes altario cadauera addite, aræ fument; quia pluſquam homines ſunt, qui tam viriliter decertarunt, crucem, lanceam, & ignem ſuperantes. Scæuola pro patria brachium igni obiecit, & illico brachio illi aduſto præparatur altare, ſante Tertulliano Apologet. *Propterea deſperati, & perditi exiſtimamur. Sed hæc deſperatio, & perditio penes vos in cauſa gloriæ, & famæ vexillum virtutis extollunt. Mutius dexteram ſuam libens in ara reliquit.* Nam quaſi Numen adorandus obiicitur, qui pro patria ignis ſuſtinuit iniurias. O Iaponienſes, Martyres noſtri cadauera ſua libentes in ara reliquerunt, pro ſalute patriæ ea cruci, lanceæ, ac igni ſubmittunt. Aſſertio enim fidei Iaponienſi ſalus extiterat.

Martyres noſtri corpora ſua aduſta & lacera in ara reliquerunt, ſicut Scæuola brachiũ.

Tertull.

Observat. V.

Ad illa verba:

Ponite ergo in cordibus veſtris, non præmeditari, quemadmodum reſpondeatis. Ego enim dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere aduerſarij veſtri.

Mirabilis Martyrum noſtrorum ſapientia, ac efficacia ad Gentilium, qui eos pati viderant, conuerſionem.

Diſertiſſima planè ad perſuadendum lingua illius, qui laboribus agitur.

26. Qvid curent congerere argumentorum vim ad hoſtes conuincendos, ad adducendos rebelles, ad Fidei cauſam rectè gerendam, qui nec ore indigent, neque ſapientia: promittente Domino ſe & ore, & ſapientia Martyres donaturum? Porrò Paulus Mihi præditus erat ſapientia, ſed nondum ad ſacerdotalem dignitatem euectus fuerat. Ioannes de Gotho iuuenis, qui literis nauabat operam. Didacus Cuſath ſcientia omnino expers temporalis coadiutoris munus obibat. Non multum humanæ ſapientiæ decorati ſplendore. At diuinæ ſic eruditionis egregij, vt in crucis ſuggeſtu multos ad Fidei cultum adduxerint. O patientiæ vis! Ab ipſa Martyres noſtri & os, & ſapientiam accepere, vt fideles confirmarent, vt infideles ad fidem adducerent, & Martyrium.

An efficax os igneum, ſeu lingua ignea ad perſuadendum? Ita planè; ideo enim Apoſtolis linguæ igneæ ab Spiritu ſancto immittuntur: *Apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis*, Act. 2. Hoc os Dominus Euangelicis miniſtris ſe daturum promiſit: *Dabo enim os, & ſapientiam.* D. Proſper epiſtol. ad Demetr. *In ſpecie linguarum apparuit ignearum, vt dubium non eſſet, per eius inſpirationem ſermonem rationabilem animis fidelium miniſtrari. Sicut* Iesvs *Diſcipulis dixit: Dabitur vobis quid loquamini.* Ipſe Spiritus ſanctus ſapientia increata os veſtrum, & lingua veſtra eſt. Si Martyres noſtri Spiritu ſancto loquebantur, quidni tot Gentiles ad veram adducerent Religionem? Profectò huiuſmodi ſermonis efficacia tunc reſonat, cùm homines Tyrannis traduntur vulnerandi. Sic adnotat Proſper. *Cùm tradent vos ô Martyres, nolite cogitare quid reſpondeatis. Dabitur enim vobis in illa paſſionis hora, quid loquamini. Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus Patris.* O efficacia perſuadendi à patiendi conſtantia exorta! *Cùm tradent vos.* 27.

Qui cruciatur, os accipit igneum, ad perſuadendum.

Act. 2.

Proſper.

Poſt hæc aperuit Iob os ſuum, cap. 3. Particula *poſt hæc*, ponderanda. Quandònam Iob os ſuum aperuit? Poſt hæc, id eſt, poſt filiorum occiſionem, poſt diuitiarum exitium, poſt aulæ Regiæ ruinam, poſt gregum perniciem, poſt cunctorum bonorum iacturam, poſt malorum omnium ſuſtinentiam. *Poſt hæc* locutus eſt Iob? O quàm efficacia verba profunderet ad perſuadendum! Diſertiſſimus enim ſermo eſt, quo à Deo donamur dum perſecutionibus traditi ſumus: *Ego enim dabo vobis os.* Olympiodorus in Cat. Comit. *Poſt hæc ergo Iob os aperuit, id eſt, poſt illas calamitates. Toto autem corpore excruciatus, haud improbabilem format orationem.* Imò efficaciſſimè perſuaſoria verba profundit, qui toto corpore excruciatus obiicitur. Quid mirum Martyres noſtros tam efficacem ſermonem profudiſſe, ſi toto corpore excruciati obiiciebatur? 28.

Iob diſertè loquitur, efficaciter perſuadet poſt tribulationem.

Iob 3.

Olymp.

Observat. VI.

Ad illa verba:

Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, & capillus de capite veſtro non peribit.

Propter nomen Iesv Martyres Iaponienſes multa ſuſtinuere, ſed ipſo ex nomine protecti obiiciuntur.

Nomen enim Iesv *fortiſſimum eſt Martyrum, fidelium omnium, qui patiuntur, armamentum.*

Dvm perſecutione Martyres afficiuntur, propter Iesv nomen proferendum, ipſum nomen, quod cauſa extitit tribulationis, armamentum validiſſimum militibus præſtat, ne poſſint 29.

poſſint ab hoſtibus ſuperari. Tres Duces Ieſuitæ Chriſti nomen euulgant ſalutare, cuius cauſa cruci ſuffiguntur. At nomen Iesv validiſſimam eis offert protectionem.

30. *Suffiguntur Martyres noſtri ob Iesv nomẽ, ſed ab ipſo proteguntur.* Pſ.108. Chryſoſt.

Cum Dauide proclamant, *Circuierunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis: & in nomine Domini, quia vltus ſum in eos,* Pſalm. 108. Aculeiſ ſuis apes rabidæ, ſiue Gentiles nos cruci veluti clauis illigauerunt, dum Iesv nomen profetebamus. At ipſum Iesv nomen nobis impendit protectionem. D. Chryſoſtomus, *Eos adeò vehementes accenſos non ſolùm ſubterfugimus, ſed etiam vlti ſumus. Tanquam ignis enim accurrebant, nec aliquid potuerunt facere. Arma enim inuicta, auxilium inexpugnabile* Iesv *nomen eos expulit.*

31. *A cruce ipſa noſtri ſuffixi Martyres roborantur, ſed à nomine Iesv ſpecialiter armati ſunt.* Exod. 17. Iuſtin.

Moyſes ad Ioſue: *Elige tibi viros, & egreſſus pugna contra Amalech,* Exod. 17. Iesvs Naue Iesvm Dei Filium repræſentat Iuſtino Mart. authore. Ducit milites Ieſuitas Iesvs, cruci illi ſuffiguntur, nec tamen victi coniacent; quia Iesv nomen, quod ſuffixionis cauſa extiterat, eos protectione donauit. Crux quidem roborabat, ſed nomen Iesv mirabiliter protegebat. *Amalech* (ait Pater) *vincebatur, cruce vires addente victoribus Ieſuitis. Nec enim propter preces Moyſis ſuperiores euadebant, ſed quia nomen* Iesv *verſabatur in acie.*

32. *Iesvs cum eis conſurrexit ad crucem.* Abd. 1. Hieron.

Iesvs ipſe ſuis tribus militibus inclamat, *Surgite, & conſurgamus in prælium,* Abd. 1. Surgunt tres Martyres Iaponienſes, aſcendunt in cruces, conſurgente Iesv; nomen eis impendit protectionem. Hieronymus, *Ne fortè grauis vobis, & inſolita pugna videatur, me habebitis primum in acie.* Quid mirum tam horribiles mundi Principibus noſtros Martyres extitiſſe? Plura alibi ſæpe.

Observat. VII.

Ad illa verba:

In patientia veſtra poßidebitis animas veſtras.

Poſt occiſionem noſtri Martyres viuunt, animorum vtique poſſeſſores.

Nec enim poteſt occumbere, qui pro Numine patitur.

33. Qvónam modo animas poſſidere poſſunt, qui occiſi perdunt? Certè, quia vita pro Numinis obſequio libata, amitti non poteſt. Poſſident Martyres noſtri ſuas animas in patientia, ſiue dum patiuntur, & necantur; quia illud ipſum Martyres trucidari, viuere eſt.

34. *Qui patitur, integer eſt, in nullo deficiens.* Iacob. 1.

Iacobus ideo, *Patientia autem opus perfectum habeatis, vt ſitis perfecti, & integri, in nullo deficiẽtes,* cap. 1. In nullo deficientes? Quónam modo in patientia poſſunt omnia integra eſſe Martyri? Si expoliatur brachiis, diro ſi vulnere pedes præſcindãtur, quomodo deficiet in nullo: *Si oculus tuus ſcãdalizat te, erue eum, & proiice abs te.* Si à corpore Martyris proiicitur oculus quum eruitur, & pes cùm amputatur: quomodo integris adhuc membris patiens oſtentatur? *In nullo deficientes.* In patientia equidem cuncta perſeuerant. D. Bernardus epiſtol. 126. *Patientia ſoror eſt perſeuerantiæ* in nullo deficientis; quia eo ipſo, quòd patientis membra præſcinduntur, ab ipſo mirum in modum integra poſſidentur. Bernard.

35. *Iobus ſuſtinendo mortis vulnera, in vita confirmabatur.* Iob 2.

Videns ſtulta Iobi vxor virum patientiſſimum tot ictum vulneribus, admiratione afficitur, quòd non ſpiritum exſufflaſſet. Vnde ex LXX. lectione profatur, *Quo vſque ſuſtinebis?* cap. 2. Spiritum, ſeu animam ſuſtines, poſſides, poſt tot exitialium vulnerum exactionem? Quónam modo valuiſti impedire, ne non tot apertiſ vulnerúm oſtiis egrederetur? O mulier, vir patientiſſimus ſuſtinendo mortem ſæpe, animum poſſidebat. Athanaſius apud Comitol. *Itaque Iobus ſuſtinendo, confirmabatur.* Cùm videris eum animam iam agentem, contemplare eum auolantis animæ poſſeſſorem.

36. *Qui patitur, floreſcit in nouam vitã.* Pſalm. 91. Symmach.

Dauid cecinit, *Multiplicabuntur in ſenecta vberi, & bene patientes erunt, vt annuncient,* Pſalm. 91. Genebrardus legit, *& benè floridi erunt.* Sic Symmachus. Quid cum florido patienti? *Bene erunt patientes? Bene floridi erunt.* Si patientes marceſcunt, quonam modo floridi oſtentantur? Certè, quia ipſum illud membra præſcindi, florere eſt, in nouáque germina innouari.

Observat. VIII.

Ad illa verba:

In patientia veſtra poßidebitis animas veſtras.

Martyres noſtri diu crucem ſuſtinuere, Ieſuitæ.

Religioſæ enim vitæ exercitamenta diuturnæ ſuffixionis locum gerere videntur.

PRæmiſerat Dominus, *Cùm audieritis prælia & ſeditiones, nolite terreri; oportet enim primum hæc fieri, ſed nondum ſtatim finis.* Nec enim cruci præliorum, ſeditionum, perſecutionumque illigatis vitæ terminus aderit; poſſidebitis enim diu animas veſtras, vt poſt diuturnam Religioſi inſtituti ſuffixionem, demum crucis patibulo donari poſſitis. Carthuſianus, *Præclara patientia trophæa Apoſtolis promittuntur.* Non trophæo vnico viri Apoſtolici donantur, ſed duplici. An non duplex Martyrij genus: vnum, cùm poſt vitam pacificam pretioſa morte horribili quidem Martyres donantur; alterum autem, cùm poſt vitam laboribus redundantem mors adeſt crudelis planè ex vulnere: ſed ex dirioris crucis terminatione admodum redundans pietate. Martyres Iaponienſes noſtri poſt diram vitæ Regularis perfectiſſimæ ſuffixione patibulo mitiori colligantur, 37. Carthuſ.

Profectò

38. *Petrus dilectus admodum à Domino, duplici cruce cõſummatur, & perfectionis Euangelicæ & patibuli* Ioan. 21.

Profectò duplici cruce conſummari perfectiſſimorum militum eſt, ſpecialiſſiméque à Domino dilectorum. Petro Apoſtolorum Principi Dominus ait, *Petre amas me? Etiam Domine*, reſpondet ille. Poſt trinum autem dilectionis examen, poſt perfectiſſimæ dilectionis expreſſionem (iuxta illud: *Diligis me plus his?*) Dominus gratitudinis ergò pſæclamat, *Cùm ſenueris, alius cinget te, & ducet quò tu non vis.* Addit Euangeliſta, *Hoc autem dixit, ſignificans, qua morte eſſet clarificaturus Deum*, Ioann. 21. Preme verba illa: *Alius cinget te, cùm ſenueris. Otro te cenira.* Cur non dixit vnus, ſeu aliquis cinget te, ſed *alius*? Certè vt innuat iam ab vno cinctum, ab alio cingendum. Liceat adhuc vulgariter expendere: *Vno te ciñò, y otro te ceñira.* A quónam, quæſo, iam cinctus fuerat Apoſtolus? Profectò qui perfectionis Euangelicæ documenta ſeruarat, iam diu cruci fuerat ab ipſo perfectionis ſtudio alligatus. Vnde alius præcinxit moriturum mitiori patibulo. Martyres noſtri à religioſæ inſtitutionis ſtudio iam cincti, ab alio, nempe à Tyranno rurſum præcincti fuere, vt duplici cruce donati, Petri exurgant imitatores, ſpecialiſſimaque Iesv dilectione ſe affectos oſtendant.

39. *Dirior Religioſæ vitæ crux, ideo Ioannes vſque ad mortem in perfectionis Euangelicæ cruce perſeuerat, dirius obiturus.* Ioan. 21.

Dixi notahter, mitiori demum cruce Martyres noſtros fuiſſe conſummatos. An mitior crux, quæ valuit Maryres tot vulneribus actos à mortali vita deturbare? Profectò mitior ſine dubio fuit, quæ potuit diuturnæ illius ſuffixionis crudelitatem terminare. Vis oſtendam Religioſi inſtituti, ſeu perfectionis Euangelicæ crucem morte ipſa diriorem? Audi, precor. Petro equidem dilectior Ioannes. Erat enim *Diſcipulus*, *quem diligebat* Iesvs. Videns autem Petrus ſe minus dilectum duplici cruce donatum, profatur, *Hic autem quid?* Ac ſi diceret, ſi qui minus diligitur, vna, & altera cruce donatus eſt; qui plus diligitur à forriori vna, & altera cruce donandus obiicitur. Cui Dominus, *Sic eum volo manere donec veniam*, Ioan. 21. An non profiteris ingenuè Ioannem eſſe Diſcipulum, quem ardenter diligo? Ergo diriori cruci illigandum annuncio; quia in cruce Euangelicæ perfectionis conſummabitur, cuius comparatione crux patibuli, cui illigandus eſt Petrus, pia admodum oſtentabitur. Ideo, ô Petre, duceris, *quò tu non vis.* Nam perfectionis velles in cruce conſummari, vt dirioribus vulneribus diu ſuperſtes adhuc affici poſſes.

40. *Paulus, Didacus, & Ioannes diu Religioſæ vitæ cruci ſuffixi, ſecũda cruce munerãtur.*

O dilectiſſimos à Iesv Martyres Paulum, Didacum, & Ioannem! Feliciſſimè Apoſtolorum gloria donati eſtis, duplici patibulo dum illigamini. Cruci Regularis perfectiſſimæ vitæ addicti fuiſtis, vbi dira vulnera ſuſtinuiſtis, præcipuè Mihi Paulus, qui poſt præclara ſanctitudinis documenta Gentilium conuerſioni operam expendit, nec ſecundæ cruci alligatus à prædicandi munere ceſſit, multis ad Fidem properantibus idololatris. Hi Proceres fortiſſimi priùs ſe ſe præcinctos Religioſæ perfectionis vinculis oſtentarunt, iuxta illud: *Sint lumbi veſtri præcincti.* Poſt diuturnam autem ſuffixionem alteri mitiori quidem cruci addicti fuere; vt ſe Petri & Ioannis exhiberent æmulatores circa diuinæ dilectionis indicamenta.

41. *Eodem, quo Laurentius, præmio donantur, iuſtè quidē, quia Religioſæ perfectionis cruci alligati vixerant, nec Laurentio tota die laborãti iniuria facta eſt.* Matth. 25.

Primo manè Paterfamilias exiit, *conducere operarios in vineam ſuam*, qui quidem diurnum denarium accepturi erant. Rurſum verò circa vndecimam horam properauit ad forum, & alios aſpexit operarios. *Quid*, inquit, *hìc ſtatis tota die otioſi? Quia nemo*, inquiunt, *nos conduxit. Ite*, ait, *& vos in vineam meam.* Quid plura? Imperat Dominus procuratori ſuo, integrum denarium reddi iis, qui nouiſſimè ad vineam aduentarant. Queruli primi vociferantur, queis Dominus, *Amice, non facio tibi iniuriam*, Matth. 25. Vndénam Deus æquus munerum diſtributor oſtentatur, ſi eodem denario vnico cuncti operarij donati ſunt? Antiquus Auctor apud Grethſer. de cruce, ponderat Saluatoris ſententiam, *Quid hìc ſtatis tota die?* & ait, *illud ipſum ſtare, erat crucis dirioris quoddam genus.* Reſpondent illi, *Quia nemo nos conduxit.* Anſelmus, *Quia Chriſtus nos conduxit. Nemo enim aſcendit lucernam, id eſt, Chriſtus.* Illi ſtantes, id eſt, cruci diriori addicti, conducti erant à Chriſto ad Religioſæ vitæ crucem ſuſtinendam. Igitur nulli fit iniuria Martyrio. Quinam primi illi operarij? Certè ex eiuſdem Doctoris mente in operariis primis ſignantur Proceres egregij, quorum tota vita fuit laboribus addicta ſuſtinendis. Laurentius cruci ſuffixus viuit, & in crùce craticulæ moritur. Quomodo ergo non fit Laurentio iniuria? Certè, quia conducti à Iesv ad Regularis vitæ perfectionem non ſolùm æquare, ſed & vincere poreſt quoſcumque fortiſſimos Duces ab ineunte ætate cruci laborum illigatos. En tres Laurentios Ieſuitas cruce ſecunda, diurno quidem denario, meritò muneratos; quia primæ diriora vulnera diu ſuſtinuerant.

Greth.

Anſelm.

Observat. IX.

Ad illa verba:

In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.

Noſtri fortiſſimi Martyres ipſa in cruce vulnerati lethaliter cœleſti iucunditate fruuntur, afficiuntur exultatione.

Quid mirum, ſi tota Dei gloria in cruce, in laboribus exiſtens obiicitur?

Præmiſerat Dominus, *Cùm audieritis prælia, & ſeditiones, nolite timere.* Certaminis enim diri ſtrepitus non timorem excitat, ſed lætitiam. Probo euidenter, quia *in patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Nihil* (ait Auſonius) *hæreditatis magnæ poſſeſſione beatius, nihil Regni in auguratione iucundius.* An non vitæ poſſeſſio ditiſſima hominum hæreditas? Quid temporarium Regnum, 42.

Auſon.

G

ſi cum cœleſti componatur imperio ? Ergo Martyres æternæ vitæ interminabiliſque Regni gloria donati, meritò ineffabili iucunditate afficiuntur. Ideo noſtri Martyres cruce ſibi obiecta conclamarunt cum Andrea, *O crux, diu deſiderata!* Mirati Gentiles Ieſuitarum lætitiam, illam Religionem ambiunt inire, quæ Martyres edocet inter exitialia vulnera exultare.

43. Crucifer Paulus Paulo Mihi noſtro id exhibuit documentum. *In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur. Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris,* 2. Cor. 4. Quid nos Ieſuitas aſpectu patibuli deterreat, ſi iam diu Ieſu inſtituta ſecuti, cruci alligati obiicimur? Ideo *non anguſtiamur*, ſed potius ineffabili exultatione perfundimur. An Crux patibulum ? Profectò thronus eſt cœleſtis Regni, æternæ hæreditatis documentum. Nazianzenus *Orat. 2. cont. Iulian.* de Martyribus ait, *Quorum abiici, & conſternari eſt eorum Regni throni.* Si hæredes vitæ ac Regni interminabilis, quónam modo non exultarent? *Nihil hæreditatis magna poſſeſſione beatius, nihil Regni inauguratione iucundius.*

Paulus Mihi à Paulo didicit non anguſtiari in Cruce. 2. Cor. 4.

Nazianz. Poſſidens Regnum Martyres, dum occũbunt.

44. Ideo Iacobus, *Omne gaudium exiſtimate fratres, cùm in varias tentationes incideritis,* c. 1. Particula *omne gaudium*, illam reſpicit: *varias tentationes.* Vt gaudium multiplicari ſcias, dum ſubeunda tentamina multiplicantur. Siue variæ hæ tentationes fratrum noſtrorum Cruces varias oſtendant. Hi namque & Regularis perfectionis veri Ieſuitæ Crucem ſuſtinuerunt, & Crucis patibulo demum fuere alligati. Igitur *omne gaudium exiſtimate, fratres*, illud enim ipſum incidere in duplicis Crucis tentamina, ineffabilis gaudij ſeges eſt. *Cùm incideritis.* Cur non dixit, *Poſtquam incideritis*, conſummato Martyrio: ſed *Cùm incideritis* ? Quia ipſa tentaminum ſuſtinentia parens eſt exultationis. Chryſoſtomus, *Aliis quidem in rebus certamina laborioſa eſſe ſolent, pariuntque tunc dolorem, & afflictionem: corona autem, ac præmia voluptatem afferunt. At hîc non ad eandem rationem ſe res habet: quin potiùs lucta, atque certamina iucunditatis haud paulo pluſquam vel ipſa præmia.*

Dum Diui fratres, cùm in varias tentationes incideritis ... *Dum incidunt in tentamina exultāt, non poſtquam terminata ſunt; quia ipſa paſſio glorioſa. Iacob 1.*

Chryſoſt.

45. Tanta gloria Martyres noſtri perfuſi fuere, dum paterentur, vt ipſe Deus quodammodo ambiens illius gloriæ particeps fieri, ipſos intuebatur. Dum Ieſuitæ Cruci illigati conſpiciuntur, igneus ſplendor eos circuens obiicitur. An non in reſpectionis diuinæ documentum ? Certè Dei aſpicere, inflammare eſt. Abele & Caino offerentibus ſacrificium, *reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem, & ad munera eius non reſpexit*, *Gen.* 4. Legit Theodotion, *Inflammauit Dominus ſuper Abel, & ſuper munera eius: ſuper Cain autem, & ſuper munera eius non inflammauit.* Igitur inflammare Dominum, idem eſt, ac reſpicere. Itaque dum Deus ſuper Martyres Iaponienſes inflammat, eos aſpicere conteſtatur.

Martyres Ieſuitæ in ipſam gloriam quaſi ... ſunt. Ideo Deus in reſpicit, & glorifice ... Gen. 4. Theod.

46. Et quare aſpicit, niſi vt gloria ineffabili ex eorum patientiæ contemplatione repleatur. Iobus patientiſſimus Deo aſpectatori gloriæ immenſæ ſegetem miniſtrauit. Tertullianus lib. de Patient. cap. 14. *Quale in illo viro Deus vexillum gloriæ ſuæ extulit! Videbat Deus.* Si Deus videbat amiciſſimum tot conſtantiæ fidelis documenta exhibentem, quónam modo immenſurabilis gloriæ vi ineffabili nón perfunderetur ? Igitur agnatum eſt ipſi patienti exultare, ſi vel aſpiciens Deus tanta gloria afficitur.

Videbat Deus Iobū patientiſſimū, vt vexillū gloriæ ſuæ extolleret. Tertull.

Locutus Seneca de patientiſſimo viro acto laboribus, ait lib. de Prou. *Non video, quid habeat in terris Iupiter pulchrius, ſi conuertere animum velit, quàm vt ſpectet Catonem iam pòſtibus non ſemel fractis ſtantem nihilominus erectum. Ecce ſpectaculum dignum, ad quod reſpiciat intentus operi ſuo Deus.* Profectò ſpectaculum dignum Numini tres fortiſſimi Martyres, qui Cruci illigati, mucroneque dito lanceæ transfixi, ei proferunt gratiarum actiones, quod eos fecerit dignos, *pro nomine Ieſu contumeliam pati.* 47.

Iupiter exultas, viſo Catone conſtantiſſimo non fracto laboribus. Senec.

OBSERVAT. X.

Ad illa verba:

In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.

Martyrum Ieſuitarum victrix patientia, vox triumphans, vulnera pulcherrima, ſaluberrima.

Oſtendo Martyrij gloriam, Eccleſiæque ex fractione corporum Martyrum pulchritudinem.

CVm hoſtes exiſtimant, vos ô Diſcipuli, omnino extinctos, tunc oſtentabimini viuentes, & victores. Martyrum hinc Ieſuitarum triumphum extollam. 48.

Ad memoriam adfer Ducis Iſraelitici nunquam ſatis commendatam victoriam. *Diuiſit trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenaſque vacuas,* &c. *Cúmque per gyrum caſtrorum in tribus perſonarent locis, & hydrias confregiſſent,* &c. Iudic. 7. Horribilis tubarum clangor, lagenarum fragor flammarum ſplendor ita conſternauit Madianitas, vt mutuis ſe vulneribus afficerent. Porrò D. Gregorius *lib. 30. Mor. cap. 32.* ad Martyrum pugnas refert. *Tales quippe ſecum Dux noſter ad prædicationis prælium duxit, qui deſpecta ſalute corporum, hoſtes ſuos moriendo proſternerent, eorumque gladios non armis, non gladiis, ſed patientia ſuperarent.* Paulus Mihi, Didacus, & Ioannes à IESV prædicationis ducuntur ad prælium, Cruci illigati proclamant, & quaſi ex ſuggeſtu ſalutaria idololatris dogmata profundūt, quos ineffabili patientia ſuperarūt. 49.

Saluator adduxit ſecū ad Euāgelij prædicationē tres Martyres, qui ſalutem corporis deſpicientes certamini deſudent. Iudic. 7. Gregor.

Milites Gedeonis dextera tubas, ſiniſtra lagenas tenuerunt ? *Bene ergo* (addit Doctor) *ſcriptum eſt, quòd in dextera tubas, lagenas autem ſiniſtra tenuerunt. Quia Chriſti Martyres pro magno habent prædicationis gratiam, corporum verò vtilitatem pro minimo.* Non curabat Paulus Mihi corporis incolumitatem, ſed gratiam prædicationis pro magno habebat, dum illigatus cruci non queritur de vulnerata lagena corporis; ſed oues Dominicas quærere ſatagit efficaciſſima prædicatione. 50.

Non queritur Ieſuitā Martyres de confracta corporis lagena; ſed quærūt infideles ad Euā... dem Gregor.

51\. O Proceres, nónne videtis lucem prædicationis, & fidei Gentilium miniſtrari à vobis fragilium hydriarum, id eſt, corporum dira fractione? Fiat corporum fragor, vt Gentilium oculis Euangelicus fulgor illuceſcat. Rupertus ad Mat. cap.4. *Quid ſi corporum fragiles hydriæ confringantur? Nimirum tunc amplius flammabunt miraculorum clariſſima luce. Et Martyres gratioſa morte coronati exinde fortiùs præliabuntur.* Martyres noſtri luce clariſſima miraculorum flammauerunt, dum Cruces fulgore cœleſti circumdantur. Quónam modo autem *morte coronati exinde fortiùs præliabuntur:* Certè, quia profuſus eorum cruor vti Cadmi dentes quotidie noua ſurgit in certamina innumerabili Gentilium vulgo ad fidem accurrente fortiſſimorum merito militum, qui quidem, vti Ieſus Dux, exaltati à terra, omnia ad ſe trahunt.

Martyres noſtri luce miraculoſa emicant, poſt mortem vincunt. Rupert.

Martyres Iaponienſes innumerabiles trium Martyrum noſtrorum proles.

52\. Siue lux illa lagenarum annotet ignem Crucifixis Iaponiis addictus, qui eos fecit ſuauiſſimum holocauſtomati ſuffitum halare. Quot virtutes humilitatis, patientiæ, fidei, ſpei, zeli, charitatis odorifero volabant in fumo, dum Ieſuitæ fortiſſimi cremabantur. D. Bonau. *in Pharet. cap.*48. ex D. Gregor. profatur, *Sicut aromata fragrantiam ſuam non niſi cùm incenduntur, expandunt: ita ſancti viri omne quod virtutibus redolet, in tribulationes Crucíſque ignes innoteſcit.*

Confracti & igni addicti virtutũ ſuffitum exhalant.

Bonau.

53\. O Iaponienſis Eccleſia, quàm pulchra obiiceris ex trium Ieſuitarum Martyrum purpura! *Sicut fragmen mali punici, ita gena tua,* Cant.4. Genæ Eccleſiæ Martyres noſtri tot fragminibus pulchri. Ambroſius lib.2. Exaëm. cap.13. *Eccleſia bonum fidei fulgorem, confeſſioniſque prætendit, tot Martyrum ſanguine ſpecioſa.* Non verearis Iaponienſis Eccleſia vnquam ab ſponſo pati repulſam, tot Tyrannorum irruente rabie. Vis grata ſemper Ieſu obiici? *Non eſt cur verearis,* (cum Bernardo loquor *ſerm.* 50. *in Cant.*) exanguem, liuidamque leuare ad eum faciem, cuius liuore ſanata eſt. Aſpiciens enim Dominus tot te Martyrum cruore, rubricatam, Gentilium parcet iniquitati, teque efficiet Petri fundamine ſtabiliri.

Quàm pulchra Eccleſia Iaponienſis ex trium Martyrum cruore. Cant.4. Ambroſ.

54\. Vides Martyres confractos, inſtar lagenarum, integritate donari, & animæ & animi poſſeſſores? O Ieſuitæ Ieſu Ducis æmulatores, quem nec Crux nec lancea fecit emarceſcere! Pulchrè Ambroſius *lib.2. de Spirit. ſanct. cap.5.* ad illud, *Ego flos campi,* ait, *Flos odorem ſuum etiam ſucciſus reſeruat, & contritus accumulat. Ita Dominus in illo patibulo Crucis nec contritus emarcuit, nec auulſus euanuit: & illa lanceæ punctione ſucciſus ſacro ſpecioſior fuſi cruoris flore vernauit.* Martyres noſtri in Cruce contriti non emarcuere, & lanceæ punctione ſpecioſiores fuſi cruoris flore vernarunt. Aptè quidem Martyrum fuſus cruor flos appellatur, è quo tot fructus ſunt germinaturi. Copioſiſſima enim Martyrum meſſis Iaponienſium Ieſuitarum (liceat meos hodie Martyres commendare) florido ſanguini debetur, vt ſemini.

Ieſuitæ Ieſu Ducis æmulatores Cruci illigati, & lancea trãſfixi, non emarcuere. Ambroſ.

55\. Profectò lagenarum fractio me in panis fractionem à Chriſto factam aduocat. *Accepit Ieſus, & benedixit.* (Aliter, *Cùm gratias egiſſet, fregit.*) Mat. 26. Dum frangendum eſt corpus, gratias agis? Ita planè, gratia enim Martyrij gratias exigit. Sic Ieſuitæ Martyres, dum eſſent ad Cruces aſcenſuri, gratias confringendi profuderunt. Theophylactus, *Vt oſtendat Ieſus, ſe cum gratitudine fractionem ſui corporis ſuſcipere. Neque ægrè ferre, ceu in re, quæ diſplicet ſibi, vt nos cum gratitudine Martyrium aggrediamur.* E Ieſu Duce Ieſuitæ fortiſſimi didicere.

Martyres noſtri gratias exhibẽt confringendi, vere hinc Ieſuitæ. Matth.26. Theoph.

SECTIO XIV.

Ignatij poſteritas.

TEXTVS.

*Mat.*5. VOs eſtis ſal terræ, vos eſtis lux mundi.

IN IGNATIVM

PANEGYRICVS DECIMVSQVARTVS MORALIS

CIRCA LITERAM.

EX SANCTA, AC DOCTA POSTERITATE.

OBSERVAT. I.

Ad illa verba:

Vos eſtis ſal terræ.

Ignatij filij ſapientiſſimi terram vniuerſam mirabili doctrina condiere.

Aſſero, neceſſariam eſſe ſapientiam, vt quis magnus exſurgat vbique terrarum.

Anſelmus

1. Anſelm. Strab.

ANſelmus, *Vos eſtis ſal terræ ſecundùm intellectũ,& ſcientiã*. Addit Strabus, *Codices omnes doctrinæ*. Diſcipulis aiebat Dominus, *Euntes in mundum vniuerſum,prædicate Euangelium omni creaturæ*, Marc. vlt. Quónam modo omni creaturæ, ſiue cunctarum Nationum hominibus prædicare poſſent, ſi ſapientia prædíti non proficiſcerentur?

2. *Apoſtoli ad cunctas Nationes edocendas omniũ linguarum peritia fuerunt donati.* Act. 2. Beda. Gregor. *Ieſuitæ cunctarum linguarum cognitione præditi, ad prædicandũ vbique terrarum.* Beda.

Pentecoſtes die *repleti ſunt* Diſcipuli *omnes Spiritu ſancto, & cœperunt loqui variis linguis*, Act. 2. Quínam hi? OEcumenius *Religioſi Ieſu Diſcipuli*. An non Ieſuitæ? Cur linguarum varietate donantur? Beda, *Oſtenſum eſt, quòd vbique Eccleſia dilata omnium gentium erat locutura voce*. Et D. Gregorius apud Gloſſ. *Spiritus ſanctus ſuper Diſcipulos in igneis linguis apparuit, & eis omnium linguarum ſcientiam dedit, deſignans, quia Eccleſia Spiritu ſancto repleta omnibus linguis erat locutura*. At quídnam linguarum huiuſmodi expéditio niſi ſapientiæ cœleſtis, ac mirabilis ſcientiarum communicatio? Beda, *Varietas linguarum dona ſignificat ſapientiæ. Ideo primùm linguas hominibus dedit ſpiritus, quibus humana ſapientia extra docetur, & diſcitur; vt oſtenderet, quod facilè ſapientes efficit ſapientia Dei*. Profectò Ieſuitæ cunctarum linguarum cognitione donati fuere, quia vbique terrarum gentes erant docturi.

3. *Non aptè Ieſuitis totus orbis traditus eſſet erudiendus, ſi non ſimul omnis peritia eis eſſet tradita.* Gen. 18.

Nec aptè eis totus orbis traditus eſſet erudiendus, niſi ſimul omnium ſcientiarum donati fuiſſent intelligentia. Elegit Deus ſocietatem ſuam, vt in gentem magnam addiceretur, totoque orbe terrarum Ieſum proferret mater quidem fidelium compellanda? Ineptè tanto muneri aptaretur, ſi non ſimul cœleſti ornaretur ſapientia. Quid, quæſo, ſine ſapientia magnum? Curat Deus Abrahamum cunctis gentibus magnum oſtentare, & fatur: *Num celare potero Abraham, quæ geſturus ſum, cùm futurus ſit in gentem magnam, & robuſtiſſimam?* Gen. 18. Ad cuius elucidationem liceat vti ſententia Periandri, *Nullus arcana parum aperit ſapienti*. Ergo Deus dum arcana ſua reuelare intendit Abrahamo, apertè oſtendit, eum eſſe ſapientiſſimum; ſi enim ad aperiendũ conſiliũ,ſeu arcanũ hominis homini, requiritur eum eſſe ſapientem: ad participationem cœleſtis arcani ſapientia maxima neceſſaria erit. Iam quæſierim, qualis illa conſequentia? Oſtendam, ex arcani mei reuelatione, Abrahamum eſſe ſapientia præditum, *quia futurus eſt in gentem magnam*. Quàm appoſitè Haud poterit aptè Abrahamo orbis tradi erudiendus, ſi mirabili ſapientia eum præditum eſſe non conſtet. Rupertus *lib. 6. in Gen. c. 2.* Non poteſt Deus non reuelare arcanum Abrahæ, *quia futurus eſt in gentem magnam; futurus, in quam, magis ſecundùm fidei magiſterium, quàm ſecundum carnem*.

Rupert.

4. *Qui debebat omnia Regna mũdi edocere, debebat Dei ſcĩtia quodammodo decorari.* Matth. 4. Caſſian.

Fatur Matthæus, *Ductus eſt Ieſus à ſpiritu in deſertum, vt tentaretur à diabolo*, cap. 4. Vbi Caſſianus *Col. 5. cap. 6.* aſſeruit eiſdem tentaminibus affectum Ieſum in deſerto, ac Adamus in paradiſo. Porrò hic gula, & vanitate, & ſcientiæ deſiderio tentatur; Chriſtus autem gulæ quidem, ac vanitatis iacula expertus: (*Dic, vt lapides iſti panes fiant, Mitte te deorſum, nam Angelis ſuis mandauit de te*, &c.) nullatenus viſus eſt ſcientiæ tentamen ſubiiſſe. Adamo dictum, *Eritis ſicut dij ſcientes bonum, & malum*, Ieſu autem Diabolus oſtentans ei *omnia regna mundi*, profatur: *Hæc omnia tibi dabo*. Tuæ ſpirituali ditioni cunctæ nationes ſubiicientur regendæ, edocendæ. En ſapientiæ tentamina. Quomodo enim Dominus aptè omnia orbis Regna regenda, ac docenda ſuſciperet, ſi auguſta ſapientia non vigeret. Pulchrè Caſſianus, *Iterum aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valde, & oſtendit ei omnia Regna mundi, & gloriam eorum, & dixit: Hæc omnia tibi dabo. Elegantiſſimè hoc etiam congruit, illi namque* (Adamo) *dicitur, Aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut dij ſcientes bonum, & malum: huic* (Chriſto) *oſtendit omnia Regna mundi, & gloriam eorum*, ex conuerſione ſcilicet ad fidem, & ex tot hominum prædeſtinatione.

Quis dubitet Societati ſuæ Ieſum Dominũ cunctas orbis Regiones erudiendas, edocendaſque tradidiſſe? Quónam modo poſſet Reilgionis noſtræ viri tot Regna ſubiicere, niſi linguis variis vbique terrarum acceptam à Deo ſapientiam & ſermonibus, & ſcriptis profunderent. Oſtendam linguarum dono noſtros Apoſtolicos viros præditos extitiſſe? De Apoſtolis ait Lucas, *Studebant autem omnes, & mirabantur ad inuicem, dicentes: Nónne ecce omnes iſti, qui loquuntur Galilæi ſunt? & quomodo nos audiuimus vnuſquiſque linguam noſtram, in qua nati ſumus: Parthi, & Medi, & Ælamitæ, & qui habitant Meſopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, Pontum, & Aſiam, Phrygiam, & Pamphyliam, Aegyptum, & partes Libyæ, quæ eſt circa Cyrenem, & aduenæ Romani, Iudæi quoque, & Proſelyti, Cretes, & Arabes: audiuimus eos loquentes noſtris linguis magnalia Dei*, Act. 2. Ad quæ Tertullianus lib. adu. Iudæos cap. 7. *Chriſto aliæ gentes crediderunt, Galliarum diuerſæ nationes, & Britannorum inacceſſa Romanis loca, Chriſto verò ſubdita: in quibus omnibus locis Ieſu nomen regnat*. Ac ſi diceret, præter Regiones illas, quarum linguæ Apoſtolis datæ fuerunt, multæ nationes iam Ieſu nomini ſubditæ oſtentantur. O Deum immortalem! ſi tot poſt ea Prouinciæ, Regnaque obiicerentur Societatis Ieſu virorum magiſterio ad Chriſtum conuerſa, abſolutè Doctor profaretur, *In omnibus locis Ieſu nomen* (Ieſuitarum quidem labore) *regnat*.

5. *In omnibus locis Ieſu nomẽ regnat ob Ieſuitarũ Magiſteriũ.*

Vis expediam quot linguis Ieſuitæ donati fuere ad totius orbis conuerſionem, ac eruditionem? Recenſebo Authores noſtros omnibus linguis volumina ſcribentes ad proximorum vtilitatem. Latinè innumeri ſcripſere, de quibus inferiùs. Græcè quinquaginta quinque. Hebraicè decem ſupra ſex. Angelicè quadraginta ſupra vnum. Belgicè quadraginta tres. Cambro-Britannicè vnus. Gallicè centum ſupra quinquaginta ſeptem. Germanicè ſeptuaginta quatuor. Catalonicè vnus. Vngaricè ſex. Illyricè duo. Bohemicè nouem. Carniolicè vnus. Croaticè alter. Italicè centum ſupra quadraginta quinque. Luſitanicè decem & nouem. Polonicè triginta ſex. Eſtonicè tres. Lithuanicè duo. Lotauicè vnus. Hiſpanicè denique, ſeu Caſtellanicè centumquadragintaſeptem. At ſi linguas recolo tranſmarinas, Æthiopicè, Almaranicè, Bengalanicè, Biſayanicè, Canarinè, Chiriguanicè, Guara-

6. *Peritia omniũ linguarũ Ieſuitis.*

nicè, Iaponicè, Indoſtanè, Malabaricè, Maramomiſicè, Malganicè, Marilandicè, Natixanicè, Perſicè, Puguinicè, Quichuanicè, Sinicè, Tagallicè, Toconoticè, Tucumanicè quinquaginta ſeptem ſcripſiſſe reperio. Aptè igitur Apoſtolicis Societatis IESV viris donatis omnium lingnarum petitia totus orbis committitur edocendus.

OBSRVAT. II.

Ad illa verba:

Vos eſtis ſal terræ.

Ieſuitarum ſapientia, quaſi ſplendor quodammodò lucis æternæ; nam Ieſu vicarij ſcientiarum omnium librum ſeptem ſigillis obſignatum reſerauerunt.

Vera ſapientia donauit Ieſus alumnos ſuos, quæ quidem ſplendor eſt lucis æternæ, & omnipotentis gloriæ emanatio.

7. Anſelm. VOs *eſtis ſal* (ait ex ore Anſelmi Dominus) *ſecundùm intellectum, & ſcientiam non quidem terræ, ſed cæli*, ad terricolarum conditionem. An tantæ ſapientiæ vis potuit è terreno origine ortum ducere? Liceat, obſecro, de Ieſuitarum Apoſtolica ſapientia aſſerere ſplendorem eſſe lucis æternæ, & omnipotentis gloriæ emanationem.

8. *Vera ſapientia minimè à terra requirenda eſt, ſplendor enim lucis æternæ.* Ambroſ. Gen. 2.

Ambroſius *lib. de Paradiſo* profatur, *Vera ſapientia ſplendor eſt lucis æternæ, & emanatio omnipotentis gloriæ.* Quia omnipotenter quodammodo glorioſus eſt, qui de cœleſti ſapit ſchola. *Plantauerat Deus paradiſum voluptatis à principio.* Ibi lignum vitæ oculis obiicitur, *lignumque ſcientiæ boni; & mali*, Gen. 2. An arbor ſcientiæ boni & mali fructus offert edendos? Minimè, nam in quacumque die comederitis ex ea, *morte moriemini*, Deus profatur. Et cur bonæ arboris hominis eſus prohibetur? An non laudabile homini, ſapientiam requirere? Profectò vera ſapientia è terra minimè requirenda eſt, cùm ſit lucis æternæ ſplendor, & omnipotentis gloriæ emanatio.

9. *Aduenit ad nos Regnum Dei, ſi vera ſapientia donemur.* Mat. 6. Hugo.

Dominus nos ſic exorare docuit, *Pater noſter, qui eſt in cœlis, ſanctificetur nomen tuum, adueniat Regnum tuum*, Mat. 6. An poteſt cœlorum Regnum ad terras deſcendere? Poteſt planè, ſi ad nos ex æterno ſapientiæ fonte intelligentiæ ſpiritus profluat. Pulchrè Hugo Cardin. *Adueniat Regnum tuum, id eſt, da nobis ſpiritum intelligentiæ.* Spiritus ſapientiæ Reges cœleſtes facit, idem eſt, vera illuſtrari ſapientia, ac Regni cœlorum poſſeſſione donari.

10. *Sanctificatur nomen Dei Ieſuitarũ ſapientia.* Mat. 6. Hugo.

Pergit Dominus, *Sanctificetur nomen tuum*, Matth. 6. Auguſtinus, *Non ſic petitur, Sanctificetur nomen tuum, quaſi non ſit ſanctum nomen Dei.* Quid igitur poſtulamus? Hugo Cardin. *Sanctificetur nomen tuum, id eſt, detur nobis ſapientia.* Profectò Ieſuitæ vera ſapientia donati Chriſti nomen IESV egregiè ſanctificant. Magnum Societatis elogium Doctorum ſuorum ſapientia nomen IESV ſanctificari; quia adeò auguſta obiicitur, vt ſplendor lucis æternæ, & emanatio omnipotentis gloriæ videatur.

11. *Eſuriunt Ieſuitæ, inſtar Prophetæ Ezechielis, voluminibus ſatiari.* Matth 6.

Dari nobis è cœleſti horreo adhuc petimus panem, dum adiicimus, *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, Matth. 6. Curauit Adamus ex arbore terreſtri veram ſcientiam abſumendam accipere dum volumina veræ ſcientiæ redundantia è cœlo auolant ad Prophetam. Ieſuitæ eſuriunt non terreno, ſed cœleſti pane ſatiari. *Beati*, (ait Dominus) *qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur*, Matth. 5. Exponit appoſitè Hilarius Can. 4. *Beati qui eſuriunt, &c. ſignificans extenſam in Dei doctrinam Sanctorum auiditatem, bonis perfectæ in cœlo ſatietatis expleri.* Hæc Ieſuitarum eſuries vera, expleri ſapientia; vnde, inſtar Ezechielis, volanti volumine reficiuntur, vt innumera ſapentiæ ſupernæ poſſint volumina eructare.

12. *Satiantur Ieſuitæ volumine illo ſeptē ſigillis obſignato.* Apoc. 5.

Quónam, precor, volumine paſcimur? Certè illo, de quo Ioannes, *Et vidi in dextera ſedentis ſupra thronum librum ſcriptum intus, & foris ſignatum ſigillis ſeptem. Et vidi Angelum fortem prædicantem voce magna: Quis eſt dignus aperire librum, & ſoluere ſignacula eius?* Flet Ioannes, cui Angelus, *Ne fleueris, ecce vicit leo de Tribu Iuda aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula*, Apoc. 5. Vbi appoſitè Lyranus, *Hic liber eſt ſapientia, quæ deriuata eſt à ſcientia diuina. Nullus autem eſt dignus aperire librum verè ſapientiæ niſi Ieſus. Hinc Hieronymus Epiſt. ad Paulin. Quanti hodie putant, ſe noſſe literas, tenent ſignatum librum, nec aperire poſſunt, niſi Ieſus, qui reſerauit, qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit: qui claudit, & nemo aperit, reſerauerit.* Propter quod multi leguntur magis profeciſſe in intellectu ſapientiæ huius libri per orationem, quàm per ſtudij exercitationem. IESVS itaque ſuis Ieſuitis precantibus, *Adueniat Regnum tuum, ſanctificetur nomen tuum, Panem noſtrum da nobis hodie*, volumen vniuerſæ ſapientiæ aperuit, vt ipſi adhuc obſignatum ſeptem ſigillis, alumnis fidelibus ex ſermone, & ſcriptis eius vicarij reſerarent. Lyran.

CAPVT II.

Sigillum primum huius libri, id eſt, ſacra Scriptura, Ieſuitis apertum.

13. *Sacra Scriptura Arcus vulnerans hoſtes.*

ET *vidi*, (ait Ioannes) *quòd aperuiſſet Agnus vnum de ſeptem ſigillis. Et vidi, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper illum habebat arcum, & data eſt ei corona, & exiuit vincens, vt vinceret*, Apoc. 6. Vbi Strabus, *Ieſus habet arcum, id eſt, Scripturam ſacram, quæ illuminat ſuos, & occidit inimicos.* Hunc Dux noſter arcum ſuis tradidit Ieſuitis ad fidelium illuminationem, ad infidelium ruinam.

Vis obiiciam milites Ieſuitas ſacræ Scripturæ

Societatis Ieſu Interpretes in Biblia vniuerſa. Cornelius quatuordecim volumina. Saa duo. Tirinus tria. Mariana duo. Menochius duo. Rio tria.

pturæ arcu armatos ad Eccleſiæ defenſionem? In biblia vniuerſa ſcripſere Cornelius à Lapide, Didacus Faiardus, Dominicus Lopez, Emanuel Saa, Franciſcus Montmorency, Franciſcus Pauonis, Gaſpar de Zamora, Georgius Kaldus, Georgius Sturmius, Hieronymus Florauantius, Iacobus Bonfrerius, Iacobus Gordonius Leſmoreus, Iacobus Pinrus, Iacobus Tirinus, Iacobus VViecius, Ioannes Ferdinandus, Ioannes Harlemius, Ioannes Mariana, Ioannes Stephanus Menochius, Iuſtus Rabi, Ludouicus Balleſter, Martinus Antonins de Rhio, Martinus de Rhoa, Nicolaus Serarius, Petrus Lanſelius, Syluester Petra ſancta, & alij. Præcipuè in Vetus Teſtamentum carptim Antonius Ferdinandus, Didacus de Baeza, Martinus Del Rio, Andreas Pinto Ramirez.

Baeza quinque.

15. *Scriptores in Vetus Teſtamentum. Fernand. tria. Pererius quinque.*

In *Pentateuchum* autem Adrianus Crommius, Franciſcus Pauonius, Iacobus Bonfrerius. In *Geneſim* Benedictus Fernandius, Benedictus Pererius, Coſmas Magallianus, Didacus Zelada, Martinus Delrio. In *Exodum* Benedictus Pererius, Coſmas Magallianus, Petrus Roberius, Sebaſtianus Barradius. In *Leuiticum, Numeros*, & *Deuteronomium*, Ioannes Lorinus, Petrus Rouerius. In *Hiſtoriales* Adrianus Cromius, Gaſpar Sanctius, Nicolaus Serarius. Speciatim autem in *Ioſue*, *Iudices*, *& Ruth* Coſmas Magallanus, Ioannes Freire, Iacobus Bonfrerius. In libros *Regum* Franciſcus de Mendoza, Franciſcus Ribera, Gaſpar Sanctius, Iacobus Bonfrerius, Ioannes Baptiſta Villalpandus, Ioannes de Pineda, Martinus Stephanus. In *Iudith* Didacus de Zelada. Lucas Velloſus. In *Iob* Gaſpar Sanctius, Ioannes Pineda, Paulus Comitolus. In *Tobiam* Didacus de Zelada. In *Pſalmos* Adrianus Cromius, Balthaſar Corderius, Claudius Aqua Viua, Dionyſius Petauius, Franciſcus Moutmorency, Franciſcus Card. Toletus, Gaſpar Sanctius, Georgius VVitvveiler, Iacobus VViecius, Ioannes Antonius Velaſquez, Ioannes Lorinus, Ioannes Maldonatus, Ioannes Renaudianus, Iulius Mazzarinus, Ludouicus Alcazar, Ludouicus Crucius, Ludouicus Maignetus, Martinus de Roa, Robertus Cardin. Bellarminus. In *Prouerbia* Ferdinandus Quirinus de Salazar, Theodotus Peltanus. In *Cantica* Andreas Pintus Ramirez, Arnoldus Cothius, Gaſpar Sanctius, Ferdinandus Quirinus de Salazar, Ioannes Pineda, Ludouicus Alcazar, Ludouicus de Ponte, Martinus Delrio, Paulus Sherlogus. In *Sapientiam* Chriſtophorus Caſtro, Gaſpar Sanctius, Ioannes Lorinus. In *Eccleſiaſtem* Ioannes Lorinus, Ioannes Pineda, Ioannes Tollenarius. In *Eccleſiaſticum* Franciſcus de Cepeda, Gaſpar Sanctius, Ioannes de Pinna, Octauianus de Tufo, Oliuerius Bonartius, Saluator de Leon. In *quatuor Prophetas Maiores* Gaſpar Sanctius. In *Iſaiam* Andreas Lucas, Auguſtinus de Quiros, Gabriel Aluarez, Guilielmus Ionſtonius, Metellus Caracciolus, Petrus Maucors. In *Ieremiam* Chriſtophorus à Caſtro, Ioannes Coſtanus, Ioannes Maldonatus, Lælius Biſciola, Martinus Delrio. In *Ezechielem* Hieronymus Prado, Ioannes Baptiſta Villalpandus, Ioannes Maldonatus. In *Danielem* Benedictus Pereirus, Ioannes Maldonatus, Ludouicus Alcazar. In *duodecim Prophetas Minores* Chriſtophorus Caſtro, Franciſcus Ribera, Gaſpar Sanctius, Iacobus Pontanus, Ioannes Maldonatus, Ioannes Philippæus. In *Habacuc* Martinus de Rhoa. In Oſeam Gabriel Aluarez. In *Naum*, & *Malachiam* Auguſtinus de Quiros. In *Ionam* Ioannes Baptiſta VVens. In *Sophoniam* Chriſtophorus de Caſtro. In *Sophoniam* Chriſtophorus Contreras. In *Abdiam* Didacus Martinez. In libros *Machabæorum* Nicolaus Serarius, Petrus Rhedanus, Gaſpar Sanctius.

Mendoza tria. Villalp. tria. Lorinus tria. Salazar duo. Ponte duo. Salazar duo. Sherlogus tria. Pineda duo. Pina tria. Aluarez duo. Villalpand. tria.

16. *Scriptores in nouũ Teſtamentum. Salmeron duodecim.*

At verò in *Nouum Teſtamentum* ſcripſere Andreas Schottus, Iacobus VViecius, Ludouicus Azeuedo, Petrus Thyræus. In *quatuor Euangelia* Adamus Contzen, Adrianus Crommius, Alfonſus Salmeron, Didacus de Baeza, Emanuel Diaz, Emanuel Saa, Franciſcus Pauonius, Hieronymus Xauerius, Iacobus Bonfrerius, Iacobus VViecius, Ioannes Bourgheſius, Ioannes Maldonatus, Ioannes Haie Seruius, Ioannes Robertus, Cornelius à Lapide, Sabaſtianus Barradius, Vincentius Regius. Sigillatim in *Matthæum* Alexander Pelegrinus, Ferdinandus Iaën, Franciſcus Gutierrez, Hieronymus de Gueuara, Lælius Biſciola, Petrus Morales. In *Lucam* Ferdinandus Iaën, Balthaſar Corderius, Franciſcus Toletus. In *Ioannem* Balthaſar Corderius, Franciſcus Ribera, Franciſcus Card. Toletus. Ioannes de Cuellar (nondum volumen lucem vidit) Lælius Biſciola. In *Acta Apoſtolorum* Alphonſus Salmeron, Gaſpar Sanctius, Iacobus Bonfrerius, Ioannes Lorinus, Thomas Maſſutius. In *Epiſtolas Pauli* Alphonſus Salmeron, Benedictus Iuſtinianus, Cornelius à Lapide, Nicolaus Serarius. *Ad Romanos* Adamus Contzen, Benedictus Pererius, Gabriel Vaſquez, Lælius Biſciola. *Ad Corinthios* Adamus Contzen, Ioannes Couillonius. *Ad Galatas* Adamus Contzen, Andreas Arienza, Gabriel Vaſquez, Lælius Biſciola. *Ad Epheſios* Auguſtinus de Quiros, Gabriel Vaſquez, *Ad Coloſſenſes* Auguſtinus de Quiros, Gabriel Vaſquez. *Ad Philippenſes* Gabriel Vaſquez, Ioannes Antonius Velaſquez. *Ad Theſſalonicenſes* Gabriel Vaſquez. *Ad Titum & Timothæum* Coſmas Magallianus, Hieronymus Torres. *Ad Hebræos* Franciſcus Ribera, Gabriel Vaſquez, Franciſcus Biſciola. In *ſeptem Canonicas Epiſtolas* Alfonſus Salmeron, Benedictus Iuſtinianus, Ioannes Lorinus, Nicolaus Serarius. In *Epiſtolam Iacobi* Auguſtinus de Quiros, Didacus Daza. In *Epiſtolam Iudæ* Auguſtinus de Quiros, Ioannes de Moncada. In *Apocalypſim* Alfonſus Salmeron, Benedictus Pererius, Blaſius Blegas, Franciſcus Ribera, Ludouicus Alcazar, & Andreas Pintus Ramirez meditatur.

Maldonat. duo. Cornelius duo. Barrad. quatuor. Gueuara tria. Toletus tria. Salmeron tria. Velaſq. duo. Alcaſar duo.

CAPVT III.

Secundum huius libri ſigillum, ideſt, Theologia Moralis, Parænetica, Catechetica, Aſcetica, Myſtica, Exemplaris, & Poſitiua Ieſuitis reſeratum.

17. *Peccata tollunt pacem de terra.* Apoc. 6. Berchor.

ET cùm aperuiſſet ſigillum ſecundum, exiuit alius equus rufus, & qui ſedebat ſuper illum, datum eſt ei, vt ſumeret pacem de terra, & vt inuicem ſe interficerent, & datus eſt ei gladius magnus, Apoc. 6. Ad quæ Berchorius ad Apoc. cap. 7. *Color rufus, teſte Ariſtotele, ſignificat malitiam, fraudem, fallaciam, & liuorem. Illi ergo, qui habent equum rufum, ſunt peccatores; & ideo datum eſt eis, vt tollant pacem de terra.* Peccata enim hoſtes aſſolent concitare. Nathan ad Dauid. *Blaſphemare feciſti inimicos Domini*, 2. Reg. 12. Nam vbi peccauit, ſtatim hoſtes in ſui vindictam irritauit. Ideo D. Cyrillus Ieroſ. *Cat.* 2. legit, *Irritaſti inimicos Domini.* Et addit, *Multos enim propter iuſtitiam hoſtes habebas, ſed cuſtodiebat te temperantia; traditis autem his armis promptos habebis ſtantes contra te.*

2. Reg. 12. Cyrill. Ieroſol.

18. *Theologiæ Moralis ſcriptores.*

Porrò aduersùs horribilem Equitem, ſeu peccata innumera Societas IESV Theologos Morales, Parænecticos, Catecheticos, Aſceticos, Myſticos, Exemplares, Poſitiuos inſtruxit. De Theologia Morali, ſeu de Caſibus conſcientiæ volumina ſapientiſſima edidere Alexander Caprera, Antonius Fernandez de Cordoua, Antonius Sanctarellus, Baptiſta Fragoſus, Benedictus Herbeſtus, Carolus Antonius Theſauri, Carolus Zanbertus, Chriſtophorus Garcia Yannez, Claudius Iaius, Cornelius, Crocus Didacus Aluarez, Didacus Auellaneda, Emanuel Corderus, Emanuel Saa, Engelbertus Evvich, Fabricius Pallauicinus, Ferdinandus de Caſtro Palao, Ferdinandus Rebellus, Franciſcus Adornus, Franciſcus Eſcriba, Franciſcus Lorioth, Franciſcus de Lugo Magiſter meus, Franciſcus Rodriquez, Franciſcus Suarez, Franciſcus Cardin. Toletus, Gabriel Vaſquez, Gaſpar Loarte, Gregorius de Valentia, Henricus Henriquez, Hieronymus Pecorarus, Iacobus Gordonus Leſmoreus, Iacobus Himioben, Iacobus Lobbetius, Ioannes Azor, Ioannes Baptiſta Tiberius, Ioannes Hieronymus de Sopranis, Ioannes Iacobus Rocher, Ioannes de Matos, Ioannes Mocquetius, Ioannes de Montemayor, Ioannnes Polancus, Ioannes Telerius, Ioannes Sebaſtianus, Ioannes VVinteshoue, Ioſephus Auguſtinus, Ludouicus Cerqueria, Ludouicus de Molina, Martinus Formarius, Martinus de Funes, Maximilianus Sandæus, Nicolaus Baldellus, Oliuerius Bonartius, Paulus Comitolus, Paulus Layman, Petrus Alagona, Petrus Gambacurta, Petrus Thyræus, Raphael Riera, Sebaſtianus Satelles, Stephanus de Auila, Stephanus Bauni, Stephanus Fagundez, Theodorus Peltanus, Theophilus Raynaudus, Thomas Sanchez, Valerius Reginaldus, Victorianus Præmolus, Vincentius Filliutius, & alij ex Theologis Scholaſticis.

Sanctarell. tria. Yannez duo. Caſtro ſeptem. Adornus duo. Lugo duo. Suarez ſex. Henriquez tria. Pecorar. duo. Azor tria. Sopranis tria. Molina quatuor. Funes tria. Sandæus tria. Comito duo. Layman ſex. Alagona duo. Auila duo. Fagundez tria. Peltan. duo. Raynaud. duo. Sanchez ſeptem. Reginal. ſex. Filliut. quatuor.

19. *Homiliarũ, & Concionum ſcriptores.*

Theologiæ Panæreticæ, ſeu Homiliarum, & Concionum profeſſores Adrianus Iungius, Adrianus Mangotius, Alexender Gerardinus, Alphonſus de Andrada Alphonſus de Aragona, Alphonſus de Auila, Alphonſus de Barzana, Alphonſus Salmeron, Alphonſus Sanctius, Aluarus Arias, Antonius de Balinghen, Antonius Poſſeuinus, Antonius Suffrenus, Antonius Vaſconcellus, Balthaſar Ethelius, Balthaſar Kearnæus, Bartholomæus de Eſcobar, Bartholomæus Guerrerus, Carolus Regius, Conſtantinus Syrvvid, Didacus Lopez, Emanuel Barretus, Ertmannus Tolgsdorf, B. Franciſcus Borgia, Franciſcus Colin, Franciſcus Coſterus, Franciſcus Eſcriua, Franciſcus Garcia de Valle, Franciſcus Labata, Franciſcus Mendoza, Franciſcus Romanus de Soto, Fridericus Barſcius, Gabriel Aluarez, Gabriel de Caſtilla, Gaſpar Fernandez, Gaſpar Sanchez, Gaſpar Sequiran, Georgius Elger, Georgius Forro, Georgius Kalduf, Georgius Scherer, Georgius Maſtrillus, Hieremias Drexelius, Hieronymus Florentia, Hieronymus Geſſius, Hieronymus Lopez, Iacobus Albertis, Iacobus Caniſius, Iacobus Olszevvskj, Iacobus Parat, Ioannes Buſæus, Ioannes Euſebius Nieremberg, Ioannes Gans, Ioannes de Ledeſma, Ioannes Oſſorius, Ioannes Renaudianus, Ioannes de Santiago, Ioannes Suffren, Ioannes Vienotus Petit, Ioannes Voellus, Ioſephus Acoſta, Iulius Cæſar Recupitus, Iulius Mazzarinus, Lælius Biſciola, Lælius Tolomeus, Ludouicus Azeuedo, Ludouic. Bertonius, Martinus VVidzievvicz, Matth. Fabrus, Maximilianus Sandæus, Nicolaus Heraldus, Nicolaus Maſtrillus, Paulus Ioſephus Arriaga, Petrus Biberus, Petrus Caniſius, Petrus Cottonus, Petrus Eulard, Petrus Amerius, Petrus Hortiz, Petrus Pazmany, Petrus Scarga, Philippus Berlaymont, Proſper Malauolta, Staniſlaus Grodicus, & alij.

Mangot. duo. Andrada tria. Vaſconcell. duo. Kearna. duo. Eſcobar. ſex. Borgia tria. Valle duo. Labata quatuor. Fernand. duodecim. Sanchez duo. Maſtrill. quatuordecim. Florent. duo. Caniſius. tria. Peract. quatuor. Buſæus quatuor. Gans duo. Oſſorius ſex. Suffren duo. Acoſta tria. Mazzar. nouem. Sandæus ſeptem. Caniſius. duo. Eulard duo. Grodicius quinque.

20. *Catechiſmorum Authores.*

Theologiæ verò *Catecheticæ*, ſeu Catechiſmorum variis linguis expreſſorum Authores Achilles Gagliardus, Adrianus Brunus, Ægidius Bauarius, Alexander Comuleus, Alexander Valignanus, Alphonſus de Aragona, Alph. de Barzana. Alph. de Sádoual, Alph. Vagnonius, Ambr. VVeltherus, Andreas Gualdanius, Andreas Ouiedo, Andreas Vitus, Antonius de la Cauchie, Antonius Cordeſes, Antonius Fernandez, Antonius Poſſeuinus Antonius Ruiz de Montoya, Antonius de Torres, Bartholomæus Caſſius, Baſilius Fidus, Benedictus Herbeſtus, Bernardinus Zanonius, Bernardus Bauhuſius, Chriſtophorus Mihr, Criſtophorus Ximenez, Coſmas Magallianus, Didacus Ruiz de Montoya, Emanuel Diaz, Emanuel Vega, Emmeramus VVelſer, Emondus Augerius, Ertmannus Tolgsdorf, Franciſcus Antonius, Franciſcus Coſterus, Franciſcus Fernandius, Franciſcus Pauonus, Franciſcus Rozius, S. Franciſcus Xauerius, Fridericus Spe, Georgius Ferus, Georgius Mayr, Georgius Salhius, Georgius VVitvvelier, Georgius Vaſarellus, Guilielmus Batteus, Guilielmus Buccius, Guilielmus de Pretere, Guilielmus VVarfordus, Henricus Garnetus, Henricus Henriquez,

Fernand. quatuor. Rozius duo.

Romanus duo. Euſeb. duo. Girar tria. Soërius duo. Theodor. duo. Anchieta ſex. Coyſard. duo. Klinkart quatuor. Roth duo.

quez, Hieronymus Domeneccus, Hieronymus Ripalda, Honoratus Rio, Iacobus Dheliot, Iacobus de la Fuente, Iacobus Iſuardus, Iacobus Ledeſma, Iacobus de Villegas, Ioannes Baptiſta Romanus, Ioannes Camerota, Ioannes Euſebius Nieremberg, Ioannes Franciſcus Araldus, Ioannes Georgius Voglerus, Ioannes Girard, Ioannes Gonzalez de Loſada, Ioannes Houingsdorff, Ioannes Iachnovvicz, Ioannes Maior, Ioannes Plaza, Ioannes Rebellus, Ioannes à Roccia, Ioannes Saliſburius, Ioannes Soërius, Ioannes Theodoricus Machetentinus, Ioannes Tlandeck, Ioannes Vnchalius, Ioſephus Anchieta, Laurentius Iaponis, Ludouicus de Azeuedo, Ludouicus Caldeira, Ludouicus Makeblydius, Ludouicus Richeomus, Ludouicus Valdiuia, Marcus Georgius, Martinus Couureur, Matthæus Riccius, Melchior Nunnius Barretus, Michaël Coyſardus, Michaël Ruggerius, Nicolaus Cuſanus, Nicolaus Longobardus, Nicolaus Sartorius, Pancratius Krentle, Paulus Hoffæus, Paulus Princeps, Petrus Ægidius, Petrus de Anaſco, Petrus Antonius Spinellus, Petrus Barnaudus, Petrus Buſæus, Petrus Caniſius, Petrus Klinkart, Petrus Michaël, Petrus Paez, Petrus Robillart, Philippus Berlaymont, Robertus Cardin. Bellarminus, Thomas Stephai, Thomas Stephenſonus, Vicentius Caſtagnola, Zacharias Roth, & alij.

22. Spiritualiũ librorum Scriptores. D. Ignatius tria volumina. Adrianus decem. Fichettus duo. Vrſinus duo. Sidereus tria. Andrada duo. Rodriquez tria. Baling. vndecim. Gaudier duo. Viuianus quatuor. Caſſius duo. Roſignolius tria. Villeges tria. Aluccius tria. Muſart tredecim. Scribanus quinque. Aquauiua tria. Perducci. duo. Bonis tria. Augerius quinque. Albertinus duo. Arias quatuor. Bonaldus quatuor. Borgia quinque. Coſterus tria. Polianus decem. Loriot tria. Poyræus tria.

Porrò *Theologia Aſcetica* ad ſpirituales libros conſcribendos copioſam exhibuit materiam Societatis Authoribus. Dux ſanctiſſimus Ignatius extitit exercitiorum ſpiritualium, Epiſtolæ de Obedientia, & Epiſtolæ de Religioſa perfectione, quem ſecuti ſunt Achilles Gagliardus, Adrianus Adriani, Adrianus de VVitte ſeu Candidus, Alardus de Roy, Alexander Fichettus, Alexander Cardin. Vrſinus, Aloyſius Gomez, Aloyſius Sidereus, Aloyſius Spinula, Alphonſus de Andrada, Alphonſus de Ezquerra, Alfonſus Rodriquez, Aluarus Arias, Andreas Fruſius, Andreas Peuernage, Andreas Renſius, Andreas Schottus, Annibal Firmanus, Antonius de Balinghen, Antonius Bouclier, Antonius Cordeſes, Antonius Gaudier, Antonius Hoskinus, Antonius Poſſeuinus, Antonius Succquet, Antonius Viuianus, Auguſtinus Mazzinus, Auguſtinus Vanteylingen, Balthaſar Aluarez, Balthaſar Chauaſſius, Balthaſar Kirznerus, Bartholomæus Caſſius, Bartholomæus Iacquinotius, Bartholomæus Riccius, Bernardinus Roſignolius, Bernardinus de Villegas, Bernardinus Zanonius, Blaſius Plozzynius, Cæſar Aluceius, Candidus Miarus, Carolus de la Croix, Carolus Muſart, Carolus Scribanus, Chriſtianus Mayer, Chriſtophorus Holtzleitnerus, Chriſtophorus Madridius, Chriſtophorus Ximenez, Claudius de Allard, P. Claudius Aquauiua, Claudius Borcier, Cornelius Crocus, Cornelius Perductius, Didacus Martinez, Didacus Pantoia, Domitius Platus, Elias Graff, Emanuel Barretus, Emerius de Bonis, Emundus Augerius, Euerardus Hock, Euerardus Mercurianus, Ferdinãdus Moltius,

Sacchinus quinque. Bartſcius duo. Aſtete quatuor. Loarie. ſex. Holtzharius quatuor. Stengelius quatuor. Schenicaus. tria. Ferrarius quatuor. Montal. ſeptem. Pratere duo. Fitzſim. duo. Plati duo. Rio ſeptem. Roth duo. Paz ſeptem. Bans duo. Caniſius duo. Lobbetius ſeptem. Salianus tria. Stratius tria. Inſulen. duo. Confalon. Bourghefius quatuor. Buſæus quatuor. Dauid decẽ ſupra ſex. Euſebius decem. Voglerus duo. Gerardus duo. Gerard duo. Nieſſ. duo. Peletius quatuor. Polancus duo. Svveitn. tria. Andries. ſex. Acoſta duo. Creſvvel. duo. Filere tria. Hayneu. duo. Nigron quatuor. Biſciola duo. Tolomaus duo. Bartilius duo. Leſſius duo.

Ferdinandus à Caſtro Palao, Fidelis Daniel, Florentius Vaillant, Franciſcus Adornus, Franciſcus Agundus, Franciſcus Albertinus, Franciſcus Antonius, Franciſcus Arias, Franciſcus Bonaldus, D. Franciſcus Borgia, Franciſcus Bautonus, Franciſcus de Caſtro, Franciſcus Conturla, Franciſcus Coſterus, Franciſcus de la Croix, Franciſcus Polianus, Franciſcus Gandillon, Franciſcus Garcia de Valle, Franciſcus Loriot, Franciſcus Marcheſtaldius, Franciſcus Perez de Nagera, Franciſcus Picolominius, Franciſcus Poyræus, Franciſcus Raiatus, Franciſcus Sacchinus, Franciſcus Sradiera, Franciſcus Verierius, D. Franciſcus Xauierius, Fridericus Bartſcius, Fuluius Androtius, Gaſpar Aſtete, Gaſpar Brandis, Gaſpar Lechnerus, Gaſpar Loarres, Gaſpar Sanchez, Gaſpar Vilela, Georgius Holtzhetarius, Georgius Stengelius, Georgius Tyskevvitz, Gisbertus Schevicavius, Gregorius Fabrus, Gregorius Ferrarius, Gregorius Montalis, Gualterus Paulus, Guilielmus Hardignius, Guilielmus Marcus, Guilielmus Montanus, Guilielmus Pretere, Henricus Albus, Henricus Fitzſimõ, Henricus Garnetus, Henricus Henriquez, Henricus Marcellus, Henricus Somalius, Henricus VVagnerekius, Hermannus Hugo, Hieremias Drexelius, Hieronymus Plati, Hieronymus Ripalda, Hieronymus Xauerius, Honoratus Rio, Horatius Ferrarius, Hugo Roth, Iacobus Aluarez de Paz, Iacobus de Bans, Iacobus Bernardus, Iacobus Broquatr, Iacobus Caniſius, Iacobus Colens, Iacobus Dick, Iacobus Haurinus, P. Iacobus Laynez, Iacobus Lobbetius, Iacobus Rho, Iacobus Salianus, Iacobus Stratius, Iacobus Villegas, Ignatius Balſamus, Inſulenſe Collegium, Ioannes Aguero, Ioannes Auguſtinus Confalonerius, Ioannes Baptiſta Athanaſius, Ioannes Baptiſta Labbe, Ioannes Baptiſta Roſius, Ioannes Baptiſta Saintiure, Ioannes Baptiſta Velati, Ioannes Baptiſta Zola, Ioannes Bonifacius, Ioannes Bourgheſius, Ioannes Buſæus, Ioannes de Corduba Meſſia, Ioannes Crombetius, Ioannes Dauid, Ioannes Dekerius, Ioannes Dominicus, Ioannes Dominicus Ottonellus, Ioannes Erardus Fullonius, Ioannes Euſebius Nierenberg, Ioannes Ferrer, Ioannes Follerus, Ioannes Gans, Ioanes Georgius Voglerus, Ioannes Gerardus, Ioannes Girard, Ioannes Gondignus, Ioannes Gonzalez de Loſada, Ioannes Iachnovvicz, Ioannes Isfording, Ioannes Du Iardin, Ioannes Ludouicus de la Cerda, Ioannes Mariana, Ioannes Maria, Ioannes Monceaux, Ioannes Nadaſus, Ioannes Nieſis, Ioannes Oliuerius, Ioannes Pelecius, Ioannes les Peſſiets, Ioannes Polancus, Ioannes Ramirez, Ioannes Rebellus, Ioannes Renaudianus, Ioannes Sebaſtianus, Ioannes Streinius, Ioannes Svvetnamus, Ioannes Tellier, Ioannes Torres, Ioannes Vnchalius, Ioannes Volkius, Iodocus Andries, Ioſephus Acoſta, Ioſephus Alderetus, Ioſephus Creſvvelus, Ioſepus Filere, Ioſephus Malauelette, Iulianus Hayneufus, Iulius Fatius, Iulius Nigronius, Lælius Biſciola, Lælius Tolomæus, Laurentius Bartilius, Laurentius Gilenus, Laurentius Chifflerius, Leonardus Leſſius, Lucas Pinellus, Ludouicus Buſtus, Ludouicus Creſolius, Ludouicus Makeblidius, Ludouicus de Palma, Lu-

Pirrollus ſex. Buſleus tria. Makebl. ſeptem. Palma duo. Ponte quinque. Connre. tria. Hincza duo. Roa quatuor. Bembus quatuor. Raderus duo. Sa duo. Sandæus duo. Schmidt tria. Hierony. quatuor. Loſcher duo. Arnaya tria. Zucchius duo. Barr. duo. Arriaga duo. Zehent. duo. Binetus tria. Caniſius quatuor. Dagonet quatuor. Chifflet. duo. Iuſtinel. octo. Matthias duo. Ribaden. duo. Bebius decem & ſex. Bouchy ſex. Bellarmin. ſeptem. Perſon. duo. Southw. quinque. Kizyno. duo. Binetus quatuordecim. Luzuic duo. Bernardin. ſex. Raynaud. tria. Sallius quinque.

douicus Richeomus, Ludouicus VVapi, Marcellus Auguſtinus, Marcus de Bonniers, Martinus Breſſerus, Martinus Connreur, Martinus Hincza, Martinus de Roa, Matthæus Bembus, Matthæus Raderus, Matthias Deſchamps, Matthias Hainal, Matthias de Sa, Maximilianus Sandæus, Maximilianus Schmidt, Michael Knab, Michael Hieron. Michael Loſcher, Michael de San Rom. Mutius Vitelleſc. Nicolaus Albertus, Nicolaus Arnaya, Nicolaus Cuſſinus, Nicolaus Longobardus, Nicolaus Zucchius, Oſuardus Coſcanus, Otto Ladeſou, Paulus de Barry, Paulus Ioſephus Arriaga, Paulus Zehenrner, Petrus Ægidius, Petrus Anellus Perſicus, Petrus Biuero, Petrus Bonnouſin, Petrus Brun, Petrus Caniſius, Petrus Carloth, Petrus Cottonus, Petrus Dagonet, Petrus Franciſcus Chiffletius, Petrus Franciſcus Pioltellus, Petrus Guzman, Petrus Hametius, Petrus Hernandez de Oualle, Petrus Hugo, Petrus Iuſtinellus, Petrus Matthias, Petrus de Moyne, Petrus Paulus Nauarrus, Petrus Ribadeneira, Petrus Robillart, Petrus Roeſtius, Petrus Sanctius, Philippus Bebius, Philippus Berlaymont, Philippus Bouchi, Philippus Hannotel, Philippus de Oultreman, Philippus Sueuezelius, Proſper Malauolta, Richardus Vander Srerren, Robertus Card. Bellarminus, Robertus Perſonius, Robertus Southvvellus, Scipio Sgambata, Stanſlaus Kizynokolskj, Stephanus Binetus, Stephanus de Caſtro, Stephanus Gerra, Srephanus Luzuic, Stephanus de Palma, Stephanus Parioth, Stephanus Stapels, Theodorus Peltanus Theophilus Bernardinus, Theophilus Raynaudus, Thomas Sailius, Thomas de Villacaſtin, Turrianus de Febure, Valentinus Biſſcop, Vincentius Brunus, P. Vincentius Caraffa, Virgilius Ceparius, & alij.

23. *Meditationũ, ac Precũ Scriptores. Baling. quinque. Cachie duo. Herbeſt. duo. Muſart duo. Scriban. quatuor. Arias duo.*

De *Theologia Myſtica*, ſeu Meditationibus, ac Precibus volumina plura edidere S. P. N. Ignatius, B. Aloyſius Gonzaga, Alponſus de Barzana, Alfonſus Rodriquez, Antonius de Balinghem, Antonius de la Cauchie, Antonius Gaudier, Antonius Valentinus, Aquis granenſe Collegium, Auguſtinus Viualdus, Bartholomæus Amicus, Bartholomæus Caſſius, Bartholomæus Iacquinotius, Bartholomæus Riccius, Benedictus Herbeſtus, Bernardinus Zanonius Carolus Guyet, Carolus Muſart, Carolus Scribanus, Chriſtianus Mayer, P. Claudius Aquauiua, Cornelius Crocus, Didacus Deza, Didacus Monterus, Dionyſius Petauus, Dominicus Menginus, Domitius Plati, Eborenſis noſtra Academia, Edmundus Campianus, Eduardus Dauſonus, Emõdus Augerius, Ferdinandus de Caſtro Palao, Florentius Vaillant, Franciſcus Arias, B. Franciſcus Borgia, Franciſcus Coſterus, Franciſcus ab Hees, Franciſcus Labata, Franciſcus Pauonus, Franciſcus Poitæus, Fridericus Bartſcius, Fuluius Androtius, Gaſpar Aſtete, Gaſpar Cardotus, Gaſpar Loarte, Georgius Mayr, Georgius Stoz, Gatardus Suſius, Gregorius Ferrarius, Gualrer Paulus, Guilielmus de Pretere, Henricus Henriquez, Hieremias Drexelius, Hieronymus Natalis, Iacobus Aluarez de Paz, Iacobus Caniſius, Iacobus Mirauete, Iacobus Pontanus, Iacobus Simon, Iacobus Stratius, Ignatius Balſamus, Inſulense Collegium, Ioannes Auguſtinus Conſalonerius, Ioannes Baptiſta Ceccotti, Ioannes Borgheſius, Ioannes Buccelenus, Ioãnes Buſæus, Ioannes Gombecius. Ioannes Dardé, Ioannes Gibbonus, Ioannes Gonterius, Ioãnes Gruzevvskj, Ioannes de Iardin, Ioannes Renaudianus, Ioannes Vnchalius, Iodocus Andries, Ioſephus Blondius, Ioſephus Creſvvelus, Iulianus Hayneufue, Iulius Fatius, Lambertus Molæus, Lancelotus Marin, Laurentius Bartilius, Lucas Pinellus, Ludouicus Ferrerius, Lodouic. Makeblidius, Ludouicus de la Palma, Ludouicus à Ponte, Martinus Hincza, Martinus Laterna, Martinus de Roa, Melchior de Villaneua, Michael Coyſſardus, Michael Loſcher, Nicolaus Arnaya, Nicolaus Berzettus, Nicolaus Cirouski, Nicolaus Longobardus, Paulus de Birri, Petrus Ægidius, Petrus Caniſius, Petrus Cottonus, Petrus Iuſtinellus, Petrus Maillart, Petrus Matthias, Petrus Michael, Petrus Pazmany, Petrus Ribadeneira, Petrus Ximenez, Staniſlaus Kizynokolskj, Stephanus Binetus, Stephanus Guerry, Stephanus Staples, Thomas Maſſutius, Thomas Saillius, Thomas de Villacaſtin, Vincẽtius Brunus, Vincentius Caraffa Societatis noſtræ nũc Præpoſitus Generalis Faſciculum myrrhæ, ſeu Conſiderationes de Plagis Chriſti ſcripſit: faſciculum quidem, qui tot germinibus ſcriptorum Societatis ſemina poteſt exhibere.

Coſterus quinque. Androt. duo. Cardotus duo. Loarte duo. Mayr duo. Paz duo. Stratius. duo. Inſulens. quatuor. Ceccottus duo. Bourghe. duo. Buſæus duo. Andries duo. Blondus duo. Pinellus. quinque volumina. Ponte quinque. Arnaya duplex. Caniſius duplex. Cottonus tria. Ribadeneira duplex. Binetus duplex. Saillius duplex. Villacaſtin duplex. Brunus. quatuor.

24. *Vita Chriſti, Deiparæ, Diuorum, ac clarorũ hominũ ſcriptores. Riccius tria volumina. Baeza non. Suariz duplex. Pinus duplex. Ponte duplex. Pauonus duplex. Stratius duplex.*

At *Theologiæ Exemplaris*, ſeu Vitæ Chriſti, B. Virginis, ſanctorum, & clarorum Hominum ſcriptioni quamplures Societatis viri calamum direxere. De *Vita & Paſſione Chriſti* Domini ſcripſit Adrianus Mangotius, Ægidius Bauarius, Alexander Vrſinus, Aloyſius Sidereus, Anibal Canalis, Antonius Deſlions, Antonius Sanctarellus, Antonius Valentinus, Barthol. Amicus, Barthol. Riccius, Bernardin. Montereul, Carol. Muſart, Carol. Scriban. Cornelius Croccus, Chriſtianus Haluerius, Didacus de Baeza, Domitius Plati, Flandro-Belgica Prouincia, B. Franciſcus Borgia, Franciſcus Coſterus, Franciſcus Suarez, Fuluius Androtius, Garſpar Loarte, Gerardus Suſius, Gregorius Maſtrillus, Henricus Henriquez, Hieronymus Xauerius, Iacobus Caniſius, Iacobus de Iardin, Iacobus Pinus, Iacobus Pontanus, Iacobus Puche, Ioannes Baptiſta Ceccortus, Ioannes Bourgheſius, Ioannes Dauid, Ioannes Gans, Ioannes Rebellus, Ioannes Vnchalius, Ioſephus Acoſta, Laurentius Forerus, Lucas Pinellus, Ludouicus à Ponte, Martinus Hincza, Michael Loſcher, Petrus Biuerus, Petrus Cottonus, Scipio Sgambata, Thomas Saillius, Vincentius Brunus. De *Euchariſtia*, & de *Miſſa* Adrianus Iungius, Aluarus Arias, Bartholomæus Fiſen, Bernardinus Zanonius, Candidus Miari, Carolus Muſart, Ferdinandus Quirinns de Salazar, Franciſcus Antonius, Franciſcus Pauonus, Franciſcus Poiræus, Gaſpar Sanchez, Georgius Mayr, Guilielmus Batteus, Henricus Fitzſimon, Honoratus Rio, Iacobus Simon, Iacobus Stratius, Ioannes Auguſtinus Conſalonerius, Ioannes Baptiſta Vetecis, Ioannes à Gauda, Ioannes Perlinus, Ioannes Volckius, Ioannes VValterus Viring. Ioſephus Creſvvelus, Laurẽtius Matell. Lucas Pinell. Ludouic. à Ponte Ludouicus Richeomus, Petrus Biuero, Petrus Thyræus, Robertus Card. Bellarmin. Sebaſtianus

baſtianus Heiſſius, Stephanus Binetus, VVolfgangus Schonſlederus. De *Vita, & laudibus Deiparæ* Adrianus Mangotius, Alardus le Roy, Alphonſus de Andrada, Alphonſus Ezquerra, Alphonſus Rodriquez, Aluarus Arias, Andreas Peuernage, Antonius de Ayala, Antonius de Balinghem, Antonius Cauaignac, Antonius Deſſions, Antonius Sanctarellus, Antonius Suequet, Antonius Vinianus, Archangelus Belbonus, Bartholomæus Caſſius, Benedictus Herbeſtus, Bernardinus de Villegas, Bernardinus Zanonius, Bernardus Bauhuſius, Blaſius Plozzyznius, Carolus Muſart, Carolus Scribanus, Claudius Bottier, Didacus Ramirez, Dionyſius Guillen, Ferdinandus Quirinus de Salazar, Andreas Pinto Ramirez, Franciſcus Arias, Franciſcus Bonaldus, Franciſcus Coſterus, Franciſcus de la Croix, Franciſcus de Encinas, Franciſcus Poiræus, Franciſcus Porto Carrero, Franciſcus Steniſlaus Phœnicius, Franciſcus Suarez, Franciſcus Turrianus, Franciſcus Veron, Gaſpar Lechnerus, Gaſpar Loarte, Gebhardus Razenried, Georgius Schretelius, Georgius Voglerus, Guilielmus de Pretere, Henricus Haukinus, Henricus Henriquez, Henricus Nemius, Henricus VVagnereckius, Hieronymus de Florentia, Horatius Turſellinus, Iacobus Balde, Iacobus de Bans, Iac. Caniſius, Iacobus Granatus, Iacobus Grethſerus, de Iardin, Iacobus Pontanus, Iacobus Stratius, Iacobus Suſius, Ioannes Auguſtinus, Ioannes Baptiſta Poza, Ioannes Baptiſta Poſarel, Ioannes Baptiſta Roſſi, Ioannes Bonifacius, Ioannes Bourgheſius, Ioannes Buſæus, Ioannes Dauid, Ioannes Euſebius Nierenberg, Ioannes Falconerus, Ioannes Gans, Ioannes Georgius Voglerus, Ioannes Girard, Ioannes Hieronymus Baiolius, Ioannes Nieſis, Ioannes Peleeius, Ioannes Perlinus, Ioannes Pineda, Ioannes Rebellus, Ioannes Riuuolinus, Ioannes Svvetnamus, Ioannes Vincartius, Ioannes Vnchalius, Ioſephus Alemannus, Leuinus Sanderus, Laurentius Metallus, Leo Sanctius, Leonardus Bagnus, Lucas Pinellus, Ludouicus Richeomus, Marcus Antonius Capitius, Marcus Antonius Olinius, Martinus Del rio, Matthias Maythouius, Maximilianus Sandæus, Melchior Inchofer, Michaël Hieronymus, Nicolaus Bonartius, Nicolaus Longobardus, Nicolaus Suſius, Odo de Guiſſey, Otto Zillus, Paulus Comitolus, Paulus Ioſephus Arriaga, Petrus Antonius Spinellus, Petrus Biuerus, Petrus Bouillius, Petrus Caniſius, Petrus Cottonus, Petrus Franciſcus Chiffletius, Petrus Iuſtinellus, Petrus Morales, Petrus Oieda, Petrus Roeſtius, Petrus Stergleтus, Placidus Samperus, Proſper Malauolta, Raphaël Riera, Renatus Ceriſerius, Sabinus Chambers, Scipio Sgambata, Simon Botent, Stephanus Binetus, Theophilus Raynaudus, Thomas VVorthigthonus, Thouſſanus Bridoul, Valentinus Gerardus, Vincentius Brunus. De *Vitis Sanctorum* Alardus de Roy, Alexander Caprera, Alexander Faim, Alexander Fichetus, Alfonſus de Andrada, Alfonſus de Sandoual, Andreas de Boeye, Andreas Brunnerus, Andreas Cobanius, Andreas Lucas, Andreas Schottus, Andreas Triquetius, Anibal Canalis, Andreas Pinto Ramirez, Antonius de Balinghem, Antonius Beatillus, Antonius Colazus,

Balinghem ſeptem. Cauaignac duplex. Zanonius duplex. Muſart duplex. Coſterus tria. Pontanus duplex. Bourgheſius tria. Rebellus duplex. Richeomus duplex. Delrio duplex. Sandæus triplex. Giſſey duplex. Spinellus duplex. Bouillius triplex. Iuſtinellus duplex. Raynaudus [illegible]plex. [illegible] duplex.

Antonius de Quintanaduennas, Arnoldus Boecop, Auguſtanum Collegium, Bartholomæus Caſſius, Bartholomæus Fiſen, Bartholomæus Petraccius, Bernardinus de Villegas, Chriſtophorus Brovverus, Claudius Bilanzetus, Didacus Martinez, Didacus Ramirez, Dionyſius Vaſquez, Eduardus Dautonus, Emanuel de Vargas, Engelbertus de Hollanderus, Ferdinandus Alberus, Ferdinandus Guyō, Franciſcus Freire, Franciſcus Martinez, Franciſcus Portocarrero, Franciſcus Ribera, Franciſcus Sacchinus, Franciſcus Scortia, Franciſcus Scuderius, Franciſcus de Smidt, Fridericus Szébech, Fulnius Cardulus, Gaſpar Quattemont, Gaſpar Spitillus, Georgius Ferus, Georgius Mayr, Georgius VVitvveiler, Guilielmus Hardignius, Guilielmus Pfeffer, Guilielmus Schichel, Henricus Albus, Henricus Fitzſimon, Henricus Henriquez, Heribertus Roſvveydus, Hieronymus Geſſius, Hieronymus Xauerius, Horatius Turſellinus, Iacobus Bidermannus, Iacobus Caniſius, Iacobus Fuligatus, Iacobus Graſſetus, Iacobus Grethſerus, Iacobus Simon, Iacobus Sirmondus, Ioannes Alandus, Ioannes Andreas Albertus, Ioannes Baptiſta Maſculus, Ioannes Bertholottus, Ioannes Buſæus, Ioannes Buzelinus, Ioannes Cachetus, Ioannes Cailler, Ioannes Coſtanus, Ioannes Erardus Fullonius, Ioannes Euſebius Nierenberg, Ioannes Falconerus, Ioannes Hieronymus de Sopranis, Ioannes Horrion, Ioannes Lucena, Ioannes Martinus, Ioannes Monceaux, Ioannes Paulus Fons, Ioannes Paulus Grimaldus, Ioannes Petrus Maffæus, Ioannes Rho, Ioannes Riſerius, Ioannes Robertus, Ioannes Vincartius, Iodocus Coccius, Iordanis Caſſinus, Ioſephus du Montiel, Ioſephus Spucces, Iulius Vrſinus, Laurentius Maſellus, Leonardus Perinus, Liuinus du Clercq, ſiue Clericus, Ludouicus Makeblidius, Ludouicus Manſonius, Martinus L'Hermite, Martinus de Roa, Matthæus Raderus, Melchior Inchofer, Michael Fernādez, Michael Speer, Michael VValpolus, Nicolaus Berzertus, Nicolaus Lancitius, Nicolaus Longobardus, Nicolaus Oborskj, Nicolaus Salius, Nicolaus Seratius, Octau. Caietanus, Odo de Giſſey, Paulus de Barry, Paulus Bōbinus, Paulus Rodriquez, Petrus Caniſius, Petrus Guzman, Petrus Halloix, Petrus Ioannes Perpinianus, Petrus Morin, Petrus Ribadeneira, Philippus Bebius, Richardus Gibbonus, Rolādus Ouerſtratius, Scipio Sgambara, Stephanus Binetus, Stephanus Moquotus, Theophilus Bernardinus, Theophilus Raynaudus, Thomas Maſſutius, Thouſſanus Rouſelius, Vincētius Maſtareus, Virgilius Ceparius, & alij. De *Vitis autem aliorũ clarorum hominum* Alexander Donatus, Alexander Valignanus, Alphōſus Agazarius, Alphonſus Caietanus, Andreas Perez, Andreas Schottus, Anellus Oliua, Antonius Arana, Antonius de Balinghē, Antonius Colazus, Antonius Folcarius, Antonius Poſſeuinus, Bartholomæus Guerrerus, Bernardinus Roſignolus, Chriſtophor. de Cabrera, Chriſtoph. Morigot, Claudius Clemens, Didacus de Alarcon, Didacus de Boroa, Didacus Ramirez, Egolphus Altheer, Emanuel de Vega, Fabianus Quadratinus, Fabianus Ambroſius Spinula, Famianus Strada, Franciſcus Aguado, Franciſcus Betius, Franciſcus Criſpus, Franciſcus Eſcriba, Franciſcus de Figueroa, Franciſcus Henriens,

Beatillus triplex. Quintanad. duplex. Caſſius duplex. Portocar. duplex. Sacchin. duplex. Cardulus duplex. Ferus duplex. Albus ſex volumina. Roſvvey. octo. Fuligat. duo. Graſſet. duo. Gretſer. quatuor. Simon tria. Sirmond. quinque. Euſeb. duo volum. Horrion duo. Maffeus duo. Robertus quatuor. Roa duo. Raderus ſeptem. Serarius quinque. Caietanus duo. Giſſey quinque. Caniſius quatuor. Halloix quatuor. Ribaden. quinque. Sgamb. duo. Ceparius duo. Schottus duo. Poſſeu. duo. Criſpus duo.

Amatis duo. Hugo duo. Euſebius ſex. Cerquer. duo. Roa duo. Raderus duo. Godign. duo. Trigaul. duo. Oultre. duo. Nierbius duo.

Franciſcus Macedus, Franciſcus Maria de Amatis, Franciſcus de Peralta, Franciſcus Reinaldus, Franciſcus Rodriquez, Franciſcus Sacchinus, Fridericus Szembeck, Garcia Garces, Georgius Stephanus Rouſleler, Conſaluus de Peralta, Guilielmus Lamormainus, Hallenſe Collegium, Henricus Garnetus, Henricus VValpolus, Hermanus Hugo, Hieronymus Florentia, Hieronymus Perez, Iacobus Balde, Iacobus Bidermannus, Iacobus Caniſius, Iacobus Dinetus, Iacobus Fuligattus, Iacobus Suſius, Ignatius Staffordius, Ioannes Alandus, Ioannes Cachetus, Ioannes Euſebius Nieremberg, Ioannes Gans, Ioannes Marian Freylin, Ioannes de Montaluo, Ioannes Munoz de Galuez, Ioannes Ogilbeus, Ioannes de Pineda, Ioannes Stephanus, Ioannes Volckius, Ioſephus Creſvvellus, Ioannes Olzina, Iulius Bellinus, Iulius Alenius, Laurentius Suslyga, Leonardus Bachin, Ludouicus Cerqueria, Ludouicus Creſollius, Ludouicus Froës, Ludouicus de la Palma, Ludouicus de Tero, Martinus de Roa, Marthæus Roderus, Michaël Iulianus, Nicolaus Godignus, Nicolaus Kmicic, Nicolaus Orlandinus, Nicolaus Suſius, Nicolaus Trigaultius, Octauius Lanzauecchia, Odo de Giſſey, Paulus Bombinus, Petrus Antonius Spinellus, Petrus Benedic de Rada, Petrus Halloix, Petrus Du Hameau, Petrus Hugo, Petrus Labbe, Petrus Morin, Petrus D'Oultreman, Petrus Roſinus, Petrus Ribadeneira, Philippus Belaymonr, Scipio Scambata, Sebaſtianus Barettarius, Sebaſtianus Morales, Syluester Petraſancta, Simon Nicouius, Stephanus de Peralta, & Paternina, Terentius Alciatus, Thomas VVortingtonus, Virgilius Ceparius, VVenceſlaus Pantaleo, & alij.

25.

Conciliorū, Synodorum, Decretorum Pontif. Patrumque Illuſtratores. Turrianus quatuor. Decani duo. Vaſquez duo. Grethſerus duo. Laynez. duo. Sirmondus quinque. Romanus duo. Peltanus duo. Schottus viginti ſupra vnū. Corderius quinque. Brovverus duo. Petauius quinque. Turrianus octo. Ducæus vndecim. Sommalius octo. Roſvveidus quatuor. Grethſ. viginti tria. Sirmondus viginti duo. Buſæus ſex. Cerda tria. Macheren. duo. Priſcianen. duo. Del Rio tria.

Demum *Theologiam Poſitiuam,* id eſt, Concilia, Synodos, Decreta Pontificum, Patreſque illuſtrarunt multi Societatis Scriptores. Ad Decreta enim Pontificum, ac Concilia edidere Commentaria Alphonſus Piſanus, Antonius Mongaillardus, Balthaſar Agellius, Chriſtophorus à Sacroboſco, Dionyſius Petauius, Franciſcus Turrianus, Frontonius Ducæus, Gabriel Vaſquez, Gaſpar Petkovvskj. Hieronymus Roman de la Hiqueria, Iacobus Grehtſerus, Iacobus Laynez, Iacobus Sirmondus, Ioannes Baptiſta Romanus, Ioannes Baptiſta Scortia, Ioſephus Acoſta, Leonardus Leſſius, Matthæus Raderus, Petrus Pazmany, Robertus Card. Bellarminus, Stephanus Audebertus, Terentius Alciatus, Theodorus Peltanus. Patres, & alij Scriptores ſacri illuſtrati fuere ab Ægidio Bucherio, Andrea Schoto, Antonio Balſolio, Balthaſare Corderio, Carolo, Goſvvyno, Chriſtophoro Broovero, Claudio Dauſqueio, Dionyſio Petauio, Franciſco Turrianos, Franciſco Vigerios, Frontonio Ducæos, Henrico VVagnereckio, Henricos Rosvveydo, Iacobo Des Bans, Iacobo Grethſero, Iacobo Sirmondo, Ioanne Baptiſta Villalpando, Ioanne Buſæo, Ioanne Dauid, Ioanne Grauio, Ioanne Haio Schotto, Ioanne Haſſio, Ioanne Ludouico de la Cerda, Ioanne Maiore, Ioanne Roberto, Ioanne Theodorico Macherentino, Iulio Cæſare Bulengero, Iulio Priſcianenſi, Martino Antonio del Rio, Matthæo Radero, Nicolao Serario, Petro Holloix, Petro Lanſellio, Petro Poſſino, Petro Maturo, Richaldo Gibbono, Theodoro Peltano, Theophilo Raynaudo, & aliis.

Raderus duo. Holloix quatuor. Lanſel. duo. Maturius trin. Gibbonus quatuor. Peltanus ſex. Raynaud. quinque.

CAPVT IV.

Tertium huius libri ſigillum, ſeu Theologia Polemica, hoc eſt, Controuerſiæ cum Hæreticis Societatis Ieſu Doctoribus patet.

ET cùm *aperuiſſet ſigillum tertium: Ecce equus niger, & qui ſedebat ſuper illum, habebat ſtateram in manu ſua. Et audiui vocem in medio quatuor animalium dicentium: Bilibris tritici denario, & vinum, & oleum ne læſeris,* Apoc. 6. Ad quæ opportunè Richardus apud Strab. *Cernens diabolus, per apertam ſe perſecutionem nequaquam profeciſſe contra Eccleſiam, ad nocendum alia argumenta quæſiuit, & ſeruorum Dei numerum quem per manifeſtam impiorum perſecutionem Principum minuere non potuit, per occultam hæreticorum malitiam infirmare tentauit. Equus ergo niger occultam Hæreticorum verſutiam quibuſdam ſacræ Scripturæ verbis palliatam deſignat. Seſſor autem ſtateram in manu habuiſſe dicitur, quia diſcretio & intelligentia, quam Hæretici ſe habere dicunt, diabolo adſcribitur,* &c. 26.

Hæreticorū contra Eccleſiam impugnatio. Apoc 6. Richard.

Hæretica igitur prauitas authoritate ſanctæ Eccleſiæ, & Eccleſiaſticorum Doctorum compreſſa ceſſauit. Vide, quæſo, num Societas IESV malleus Hæreticorū debeat appellari, è qua tot Doctores contra hæreticam prauitatē ſcripſere. 27.

Controuerſiarum ſcriptores. Contzen quinque tractatus. Tannerus quinque. Iungius ſex. Georgius duo. Regourd. ſeptem. Eudæmo. ſex. VVagner. duos. Fernandus duos. Poſſeuin. octo. Cauaſſius. tres. Hagerus quatuor. Scribanus quatuor. Sacroboſco duos. Coſterus ſex. Garaſſi quinque. Turrianus decem. Veron duos. VValſing. duos. Bartſc. duos. Lechner. duos. Holtha. tres. Stengel. quatuor. Valentia ingens volumen.

Certè controuerſias cum Hæreticis expoſuerunt Adamus Contzen, Adamus Tannerus, Adrianus Crommius, Adrianus Iungius, Andrianus Radziminskius, Albertus Zozciſzeuſkius, Albertus Theoboltius, Alexander Georgius, Alexander Regourdus, Alphonſus Diſanus, Ambroſius Pennaloſa, Andreas Eudæmoniannes, Andreas Gualdanius, Andreas Ouiedus, Andreas Pouernage, Andreas Vermadius, Andreas VVagner, Antonius Fernandez, Antonius Hoskiuus, Antonius Poſſeuinus, Antonius Præuoſtel, Arnoldus Saphorius, Balthaſar Aluarez, Balthaſar Cauaſſius, Balthſar Agellius, Balthaſar Hagerus, Bernardus Galtier, Camillus Conſtantius, Carolus Scribanus, Chriſtianus Alberius, Chriſtophorus Maier, Chriſtophorus Pflaumer, Chriſtophorus Roſembuſſius, Chriſtophorus à Sacroboſco, Claudus Suffrenus, Claudus Tiphanus, Conradus Vetter, Cornelius Crocus, Edmundus Campianus, Edmundus Haius, Eduardus Buttonus, Eduardus Coffinus, Elius Graff, Emanuel de Vega, Emondus Augerius, Fabianus Quadrantinus, Ferdinandus Baſtida, Franciſcus Annati, Franciſcus Coſterus, Franciſcus Garaſi, Franciſcus Irar, Franciſcus Suarez, Franciſcus Turrianus, Franciſcus Veron, Franciſcus VValſinghamus, Fridericus Bartſcius, Frontonius Ducæus, Gabriel Vaſquez, Gaſpar Lechnerus, Gebhardus Razenried, Georgius Amêde, Georgius Erneſtus, Georgius Holtzhaius, Georgius Scherer, Georgius Stengelius, Georgius Turnabulus, Georgius Tyskenicius, Gonſaluus Rodericus, Georgius de Valentia Guilielmus Aſſchendorf, Gulielmus Baylus,

Guil

Guilielmus Brocheus, Guilielmus Malonius,
Gulielmus VVrighti, Henricus Blyſſemius,
Henricus Fitzſimon, Henricus Henriquez,
Henricus Lamparter, Henricus Reſſaius, Hen-
ricus VVangnereckius, Henbertus Roſtvvey-
dus, Hermannus Boſendorff, Hermannus
Hugo, Hermannus Thyræus, Hieronymus
Stephanovvskius, Hieronymus Torenſis, Ho-
noratus Niquet, Numfredus Lecius, Iacobus
Biberdemannus, Iacobus Franciſcus, Iacobus
Gaulterius, Iacobus Gordonus Hunthlæus,
Iacobus Gordonus Leſmoreus, Iacobus Gret-
ſerus, Iacobus Hack, Iacobus Kellerus, Iaco-
bus Ledeſma, Iacobus Reing, Iacobus Stra-
tius, Iacobus VViecus, Ignatius Armandus,
Ioannes Aquapontanus, Ioannes Arnoux,
Ioannes Baiolis, Ioannes Baptiſta Labe, Ioan-
nes Baptiſta Poſarel, Ioannes Bordeſius, Ioan-
nes Brantus, Ioannes Broſardus, Ioannes Buſ-
ſæus, Ioannes Caniſius, Ioannes Cruſius, Ioan-
nes Dauid, Ioannes Duræus, Ioannes Erhar-
dus Ziegleri, Ioannes Falconetus, Ioannes
Floidus, Ioannes Fridericus Rorich, Ioannes
Gans, Ioannes Gibbonus, Ioannes Conte-
rius, Ioannes à Gouda, Ioannes Haius, Ioan-
nes Haulettus, Ioannes Hoferus, Ioannes Hu-
berus, Ioannes Magirus, Ioannes Maldona-
tus, Ioannes Mochetius, Ioannes Maluſinus,
Ioannes Pelecius, Ioannes Perſeus, Ioannes
Raphael Cobenzus, Ioannes Robertus, Ioan-
nes Ryvvockius, Ioannes Salerus, Ioannes
Seveius, Ioannes VValterus Viringus, Iodo-
cus Coccius, Ioſephus Cresvvelus, Ioſephus
Malanalette, Iulianus Bouclerus, Iulius Cæ-
ſar Bulengerus, Iulius Cæſar de la Coultre,
Iuſtus Rabi, Lambertus Auer, Laurentius An-
derſonus, Laurentius Arturus, Laurentius
Forerus, Laurentius Nicolaus, Leonardus
Leſſius, Leonardus Patornæus, Leonardus Pe-
rinus, Ludouicus Henriquez, Ludouicus Ri-
cheomus, Ludouicus Rogerius, Marcellinus
Bompar, Martinus Antonius Delrio, Martinus
Becanus, Martinus Chriſtophorus, Martinus
Laſcius, Martinus Smigletius, Martinus Vau-
thier, Matthæus Bembus, Matthæus Scrick,
Matthias Mayrhouius, Maximilianus San-
dæus, Michael Alfordus, Michael Cardaneus,
Michael Eiſelinus, Michael VValpolus, Nico-
colaus Cuſanus, Nicolaus Malauatette, Nico-
laus Romæus, Nicolaus Serarius, Paulus Co-
mitolus, Paulus Heffæus, Paulus Ioſephus de
Arriaga, Paulus Robertus, Petrus Biardus, Pe-
trus Caniſius, Petrus Cottonus, Petrus Ioan-
nes Perpianus, Petrus Lanſelius, Petrus Mail-
liardt, Petrus Michael, Petrus Miraliet, Pe-
trus Paulus Nauarrus, Petrus Pazmanæ, Pe-
trus Roeſtius, Petrus Scarga, Petrus Thyræus,
Petrus VVadingus, Petrus Ximenez, Paſna-
nienſe Collegium, Richardus VValpolus,
Robertus Card. Bellarminus, Robertus Ieni-
ſonus, Robertus Perſonius, Rudolphus Ma-
tman, Sebaſtianus Heiſſius, Sebaſtianus Scipio,
Sigismundus Hernoffer, Silueſter Noritius,
Sylueſter Petraſancta, Simon Felix, Simō Gus-
zius, Staniſlaus Groditius, Stephanus Aude-
bertus, Stephanus Binetus, Stephanus Mo-
chetus, Theodoricus Krallius, Theodorus
Peltanus, Thomas Clagius, Thomas Fitzher-
bertus, Thomas Morus, Thomas Saillius,
Thomas Stephanus, Thomas VVortingtho-

Blyſſem. duo. VVangne duo. Roſovv. tria. Boſend. tria. Stephan. tria. Torrenſ. tria. Gaulter. tria. Gretſerus quinque. Hack tria. Kellerus quinque. Ledeſma duo. Stratius tria. VViecus quinque. Arnoux ſex. Bordeſius tria. Dauid nouem. Erard. duo. Floydus quatuor. Rorich duo. Gibbonus duo. Conterius octo. Gauda decem. Haius tria. Huberus duo. Maldonat. duo. Maluſin. duo. Perſeus duo. Cobenzus duo. Robertus quatuor. Salerus tria. VValter. duo. Coccius quatuor. Creſvvel. tria. Arturus ſeptem. Forerus vndecim. Nicolaus duo. Leſſius duo. Richeomus ſeptem. Delrio tria. Becanus quinque. Laſcius ſeptem. Smiglet. vndecim. Bembus duo. Mayrhou. duo. Sandæus decem. VValpol. tria. Comitolus

nus, Valentinus Gerardus, VVenceſlaus Stur-
mius, & alij.

CAPVT V.

Quartum huius libri ſigillum aperitur, ſeu hiſtoria Regnorum, temporum, nationum Ieſuitis illuſtranda traditur.

*Et cùm aperuiſſet ſigillum quartum, audiui
vocem quarti animalis, & ecce equus palli-
dus, & qui ſedebat ſuper eum nomen illi Mors, &
data eſt illi poteſtas ſuper quatuor partes terræ,*
Apoc. 6. Ex Haymonis mente ſignatur om-
nium Regnorum, Nationum, hominum, ac
ſimul temporum viciſſitudo, ac decurſus, mor-
te ſuper omnia creata exerente poteſtatem. *Da-
ta eſt enim ei poteſtas ſuper omnes, qui in quatuor
orbis partibus commorantur, O iente, Occidente,
Aquilone, & Meriaie.* Aptè ſcripſit Auſonius.
Scriptorum volumina ſunt ſtragis fati reparatio.
Nam quæ obliuioni ſepelienda, tradenda fuiſ-
ſent, noua vita memoriæ refricatione donan-
tur. O quantum debent Hiſtoriæ monumenta
Ieſuitis ſcriptoribus, qui cuncta antiquitatis
geſta penè emortua viuenti ſeculo reſtitue-
runt.

Porrò hiſtoriam Eccleſiaſticam illuſtrarunt
Ægidius Bucherius, Ægidius Du Monin, Al-
bertus Pigliovvskj, Alexander Georgius, Al-
phonſus de Flores, Alphonſus de Sandoual, 28.
Andreas Schottus, Antonius Beatillus, An-
tonius Mongaillardus, Antonius Poſſeuinus,
Bartholomæus Pimont, Bartholomæus Fiſen,
Bernardinus Roſignollius, Cæſar Aluccius,
Chriſtophorus Brovverus, Colonienſe Colle-
gium, Dionyſius Petauius, Flandro-Belgica 29.
Prouincia, Franciſcus Lachier, Franciſcus Sac-
chinus, Guilielmus Marcus, Heribertus Roſe-
vveydus, Hippolytus Panzirolus, Horatius
Turſelinus, Iacobus Boutanus, Iacobus Da-
mianus, Iacobus Gualterius, Iacobus Gordo-
nus Leſmoreus, Iacobus Grethſerus, Iacobus
Malbrancq, Iacobus Salianus, Iacobus Sir-
mondus, Iacobus Tyrius, Ioannes Aquapon-
tanus, Ioannes Arnbruſterus, Ioannes Bapti-
ſta Machaldus, Ioannes Baptiſta Maſculus,
Ioānes Bourgheſius, Ioannes Buſæus, Ioannes
Buzelinus, Ioannes Gabriel Biſciola, Ioannes
Haius Scotus, Ioannes Mariana, Ioannes Ro-
bertus, Ioannes Rubeus, Ioannes Strinius,
Ioannes VVilhelmus, Iodocus Coccius, Ioſe-
phus Spucces, Iulius Nigronius, Leonardus
Pertinus, Marinus de Roa, Matthæus Rade-
rus, Melchior Inchofer, Michael Alfordus, Ni-
colaus Orlandinus, Nicolaus Serarius, Nico-
laus Talon, Petrus Maturus, Petrus Menodus,
Petrus de Oultreman, Petrus Ribadeneira, Pe-
trus Rouerius, Philippus Bedius, Renatus
Cheſnau, Richardus Gibbonus, Robertus Bel-
larminus Card. Stephanus Guyonus, Theo-
philus Raynaudus, Thomas Stephenſonus.

Deinde Hiſtoriam prophanam illuſtrauere 30.
Albertus Crutius, Alexander Donatus, An-
dreas Brunnerus, Andreas Schottus, Antonius
Beatillus, Antonius Mongaillardus, Antonius
Poſſeuinus, Antonius Vaſconcellius, Aquiſ-
granenſe Collegium, Bartholomæus Guerre-
rus, Carolus Scribanus, Edmundus Cāpianus,
Famianus Strada, Frāciſcus Adornus, Frāciſcus
Freire, Fridericus Szēberck, Fuluius Cardulus,
Guiliel

duo. Cot vna. Michael quinque. Pazmanj tredecim. Roeſtius ſeptem. Scarga quatuor. Thyræus tredecim. Bellarmin. ſex. Perſonius quindecim. Heiſſius ſeptem. Hernoff. tria. Noritius tria. Felix duo. Binetus duo. Moch. duo. Krall. duo. Peltanus nouem. Fitherb. ſex. Saill. tria. VVortin. duo. Sturm. tri.

Regnorū in terris, & temporū decurſus. Apoc 6. Hyamo.

Hiſtoria Eccleſiaſtica illuſtratores. Bucher. Tractatus quatuor. Schott. ſex. Poſſeuin. quatuor. Fiſen duos. Brovver. quatuor. Petau. ſex. Sacch. duos. Roſvvey. quinque. Gord tres. Grethſ. nouē. Salianus octo Tom. Sirm. ſex. Buſæus quatuor. Buzel duos. Biſc. duos. Mariā. duos. Robert. duos. Roa tres. Rader. tres.

Hiſtoria prophanā illuſtratores. Brunner. Tract duos. Schottus viginti & vnūs. Poſſeu. duos. Scriban. duos. Cāmp. duo.

Guilielmus Ionſtonus, Hermanus Hugo, Iacobus Betzconius, Iacobus Gordonus, Iacobus Gretſerus, Iacobus Malbrancq, Ioannes Arnaulx, Ioannes Baptiſta Macaldus, Ioannes Baptiſta Maſculus, Ioannes Buzellinus, Ioannes Gans, Ioannes Grillotius, Ioannes Guilielmus Galaueronus, Ioannes Horrion, Ioannes Mariana, Ioannes Moſquera, Ioannes Stephanus Taraut, Ioannes VVilhelmus VVilsheim, Iulius Cæſar Bulingerus, Iulius Cæſar Recupitus, Iulius Solimanus, Marcus Gilbertus, Deuarrennes, Marius Pacius, Martinus Antonius del Rio, Martinus de Roa, Matthæus Raderus, Nicolaus Cauſinus, Nicolaus Godignus, Otto Zillius, Petrus Monodus, Petrus D'Oultreman, Philibertus Monetus, Raphael Oller, Saluator Varo, Syluester Petraſancta, Staniſlaus Varſeuitius, Thomas Saillius.

Hugo duos. Mariana Tom. duos. Recupit. duos. Del-Rio tres. Roa duos. Monodus duos. Monetus quatuor. Petraſanct. duos. Saillius tres.

31. *Chronologiarum Scriptores.* Præterea Chronologias varias ſcripſerunt Ægidius Bucherius, Andreas Zergoll. Dionyſius Petauius, Edmundus Campianus, Franciſcus Macedo, Henricus Philippus, Henricus Samerius, Iacobus Gordonus Leſinoreus, Iacobus Malbrancq, Ioannes Deckerius, Ioannes Mariana, Theophilus Raynaudus.

Bucher. duos. Petauius duos. Philippus decem. Leſmoreus duos. Deckerius duos.

32. *Hiſtoria Indica illuſtratores.* Cæterùm Indicam illuſtrarunt Hiſtoriam Adrianus Crucius, Alexander Valignanus, Alphonſus Mendez, Alphonſus Sanctius, Alphonſus de Sandoual, Alphonſus Vagnonius, Aluarus Semedus, Andreas Guiedus, Andreas Schottus, Antonius Almeida, Antonius Andrada, Antonius de Balinghem, Antonius Colazus, Antonius de la Croix, Antonius Ruiz de Montoya, Balthaſar de Coſta, Balthaſar Gagus, Bartholomæus Pereira, Camillus Conſtanrius, Chriſtophorus Bortus, Chriſtophorus Acunna, Chriſtophorus Ferreira, Coſmas Turriau. Didacus Autunez, Didacus Panoza, Eduardus Sanctius, Eduardus de Sylua, Emanuel Acoſta, Emanuel Almeida, Emanuel Diaz, Emanuel Pinerus, Emanuel de Vega, Ferdinandus Guerrero, Franciſcus Capralis, Franciſcus Eugenius, Franciſcus Ioſephus Mercerius, Franciſcus Mercatus, Franciſcus Lahier, Franciſcus Paſius, Franciſcus Solerius, Franciſcus Vaëz, S. Franciſcus Xauerius, Fridericus Szembeck, Gabriel de Matos, Garcia Garces, Gaſpar Coelchus, Gaſpar Luiſius, Gaſpar Paëz, Gaſpar Spitillius, Gaſpar Vilela, Gonſaluus Roderitius, Gregorius Lopez, Gregorius Roſeffius, Hieronymus de Angelis, Hieronymus Maiorica, Iacobus Dyck, Iacobus Nauarchus, Iacobus Ranzonier, Iacobus Rho, Iacobus Simon, Iacobus Suſius, Ioannes de Arienza, Ioannes Baptiſta Bonellus, Ioannes Baptiſta Macaldus, Ioannes Baptiſta Monrius, Ioannes Baptiſta Petruſchus, Ioannes Brebeuf, Ioannes Buccelenus, Ioannes Buſæus, Ioannes Darde, Ioannes Fernandez, Ioannes Haius Scotus, Ioannes Oranus, Ioannes Petrus Maffeus, Ioannes de Ribera, Ioannes Rodericus Giron, Ioannes de Sylua, Ioannes Vireau, Ioannes Vremanus, Ioſephus Acoſta, Ioſephus Anchieta, Iulianus Baldinotus, Iulianus Perrault, Laurentius Iaponius, Laurentius Maſonius, Laurentius de Pozze, Ludouicus Almeida, Ludouicus Cerqueria, Ludouicus Dulcebenius, Ludouicus Fernandez, Ludouicus Froës, Ludouicus Guzman, Ludouicus Piſierus, Matthæus de Couros, Matthæus Raderus, Matthæus Riccius, Melchior Figueredo, Melchior Nunnius Barretus, Michael de Arauzo, Machael de Paz, Michael Rugerius, Nicolaus Longobardus, Nicolaus Maſtrillus, Nicolaus Pimenta, Nicolaus Trigaultius, Organtinus Soldus, Paulus de Ieune, Petrus Biardus, Petrus Chirinus, Petrus Diaz, Petrus Gomez, Petrus Halloix, Petrus Iaricus, Petrus Martinez, Petrus Maſcarennas, Petrus Moiceron, Petrus Morin, Petrus Paez, Sabbatinus de Viſis, Sebaſtianus Barrettus, Sebaſtianus Vieira, Thomas de Barras, Valentinus Caruallius, Vbaldinus Bartholinus, VVenciſlaus Pantaleo.

Crucius duos. Semedus duos. Schotus duos. Colazus duos. Gagus duos. Sandius duos. Acoſta duos. Vega duos. Guerrero duos. Paſius duos. Luiſius tres. Villela duos. Roſephius duos. Maiorica duos. Luiſius duos. Machaldus tres. Peruſchus duos. Darde duos. Maffeus tres. Acoſta duos. Fraës quinque. Guzman duo. Trigalt. quinque. Soldus duos. Biardus duos. Moiceron duos. Morin duos. Paez tres. Caruaal. duos.

33. *Annuarum literarum Authores.* Demum Annuas literas Societatis noſtræ conſcripſere Ioannes Antonius Valtrinus, Nicolaus Orlandinus, Franciſcus Bencius, Ioannes Franciſcus Carettonius, Horatius Turſellinus, Sebaſtianus Barretarius, Philibertus Monerus, Franciſcus de Hamal, & alij.

CAPVT VI.

Quintum huius libri ſigillum, ſeu Theologia Scholaſtica Societatis Ieſu Authoribus obiicitur.

34. *Fidei Myſteria. Apoc. 6. Strab.* ET cùm aperuiſſet ſigillum quintum, vidi ſubtus Altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter teſtimonium, quod habebant. Et clamabant voce magna, dicentes, Vſquequo Domine, ſanctus, & verus non iudicas, & non vindicas ſanguinem noſtrum de iis, qui habitant in terra? Apoc. 6. Porrò ex mente Strabi *verbum Dei, & teſtimonium, quòd habebant* Fidei myſteria obiiciunt ad *ſanctum*, & *verum Dominum* pertinentia; hoc eſt, Theologiæ Scholaſticæ difficillima auguſtiſſima dogmata proclamāt.

35. *Theologia Scholaſtica Scriptores.* Profectò nodos materiæ præcelſæ diſertiſſimè ſoluerunt Adamus Tannerus, Ægidius Coninck, Antonius Carualius, Auguſtinus Bernal, Auguſtinus Iuſtinianus, Bernardinus de Villegas, Chriſtophorus Gillius, Claudius Tiphanus, Didacus de Alarcon, Didacus Ruiz de Montoya, Franciſcus Albertinus, Franciſcus Amicus, Franciſcus Annatus, Franciſcus de Zunniga, Franciſcus Duarte, Franciſcus de Lugo, Franciſcus Suarez, Gabriel Vaſquez, Gaſpar Hurtado, Georgius Ebertardus, Georgius Hemelman, Georgius Stengelius, Georgius Turnebulus, Gregorius de Valentia, Hencus Marcellius, Hieronymus Faſolus, Hieronymus Florauantius, Ioannes Baptiſta Roſſi, Iacobus Bidermannus, Iacobus Granados, Ignatius Derkenis, Ioānes Antonius Vſoc, Ioannes Baptiſta Lanzauecchia, Ioannes de Ledeſma, Ioannes Card. de Lugo, Ioannes Martinez de Ripalda, Ioannes Pelecius, Ioannes Perlinus, Ioannes Præpoſitus, Ioannes de Salas, Ioannes VVintershone, Iodocus Coccius, Ioſephus Auguſtinus, Ioſephus Raguſa, Iulius Cæſar Recupitus, Leonardus Leſſius, Ludouicus Cellorius, Ludouicus Meratius, Ludouicus Molina, Ludouicus Ribas, Luiſius Turrianus, Marcus Antonius Palumbus, Martinus Becanus, Martinus de Funes, Martinus Olauius, Martinus Perez de Vnnanoa, Matthias Mayrhouius, Maximilianus Sandæus, Michael Vaſquez de Padilla, Petrus Alagona,

Tanner. Tom. quatuor. Coninck duos. Bernal duos. Villegas duos. Montoya ſex. Albert. duos. Amicus duos. Lugo duos. Suarez decem & ſeptem. Vaſquez decem. Hurtado ſeptem. Hemelm. quinque. Stengel. duos. Valentia quatuor. Faſolus tres. Bidermann. decē Opiſc. Ledeſma Tomi quatuordecim. Lugo tres. Ripalda tres. Pelecius tres. Præpoſitus tres. Salas quatuor. Raguſa duos. Leſſius ſex. Meratius tres. Molina octo. Turrianus decem. Palumb. duos. Becanus quinque. Vnnanoſ. duos.

Petrus

Mayrrbo. tres. Sandaus tres. Arrubal duos. Hurtado quatuor. Raynaud. tres.

Petrus Arrubal, Petrus Hurtado de Mendoza, Petrus Ludouicus, Petrus Maucort, Petrus Thyræus, Petrus VVadingus, Philippus Moneæus, Rodericus de Arriaga, Scipio Sgambatus, Stephanus Bubalus, Stephanus Fagundez, Stephanus Tuccius, Theophilus Raynaudus, Thomas Baconus, Thomas de Iruren, Valentinus de Herice, Vincentius Regius.

CAPVT VII.

Sextum huius libri ſigillum, ſeu Philoſophia & Aſtrologia Ieſuitis ſcriptoribus expoſita.

36\. *Stellarũ, terrisque arcana naturæ. Apoc. 6. Berchor.*

ET *vidi cùm aperuiſſet ſigillum ſextum, & ecce terra motus magnus factus eſt, & Sol factus eſt niger tanquam ſaccus cilicinus, & Luna tota facta eſt ſicut ſanguis: & ſtellæ de cœlo ceciderunt ſuper terram: & cœlum receſſit ſicut liber inuolutus*, Apoc. 6. Ex ſententia Berchorij & Sol, & luna peregrinis impreſſionibus acta, & ſtellæ cadentes, & cœlum inſtar libri inuoluti affectum *ad profundiſſimæ Philoſophiæ, anguſtiſſimæque Aſtronomiæ arcanorum contemplationem* myſticè adducunt. Quorum planè Ieſuitæ Doctores fulgorem ſuis voluminibus expoſuere.

37\. *Logicæ ſcriptores. Toletus Tom. duos. Smiglec. duos. Fallius duos. Fonſeca duos.*

De *Logica* ſcripſerunt Antonius Rubius, Antonius Caſilius, Auguſtinus Bernal, Franciſcus Furtadus, Franciſcus Gonzalez, Franciſcus Card. Toletus Gaſpar, Fernandus, Georgius Stengellius, Iacobus Bidermanus, Ioannes Lorinus, Iulius Scotus, Martinus Smiglecius, Melchior de Caſtro, Paulus Vallius, Petrus Fonſeca, Philippus de Trieu, Sebaſtianus Contus.

38\. *Phyſica ſcriptores. Rubius quatuor. Pererius duos. Goez quatuor. Toletus tres. Ruthar. duos.*

De *Phyſica* Adamus Tannerus, Antonius Rubius, Athanaſius Kircherus, Benedictus Pererius, Bernardus Cæſius, Chriſtianus Bauman, Chriſtophorus Borrus, Chriſtophorus à Sacroboſco, Emanuel Goez, Ferdinãdus Caſtrillus, Frãciſcus Rodriquez, Frãciſcus Furradus, Franciſcus Card. Toletus, Gaſpar Ruthardus, Gaſpar VVenckh, Gregorius Ferrarius, Gregorius Fournier, Hieronymus Dandinus, Iacobus Badermannus, Iacobus Gretbſerus, Ioannes Baptiſta Ferrarius, Ioannes Baptiſta Scortia, Ioannes Robertus, Ioannes Terentius, Leodegarius Hertenſtein, Leonardus Garzonius, Martinus Antonius Delrio, Matthæus Riccius, Melchior de Caſtro Nicolaus Cabeus, Nicolaus Longobardus, Theophilus Raynaudus.

39\. *De Metaphyſica ſcriptores. Pannafiel duos. Suarez duos. Fonſeca quatuor. Arriaga tres. Alfonſus plures. Ouiedo duos. Schmidt duos.*

De *Metapyſica* Alfonſus de Pannafiel, Franciſcus Suarez, Gabriel Vaſquez, Petrus Fonſeca, Theophilus Raynaudus, & alij. De vniuerſa autem *Philoſophia* Alexander Gotifredus, Balthaſar Tellæ, Bartholomæus Amicus, Braidenſis Academia, Chriſtianus Bauman, Coſmus Alemannus, Darius Tambutellus, Franciſcus Alfonſus, Franciſcus Freyre, Franciſcus Ouiedo, Ioannes Baptiſta Poraſel, Leo Sanctius, Leonardus de Pennafiel, Maginus Paiſius, Maximilianus Schmidt, Odo de Comitibus, Petrus Hurtado de Mendoza, Petrus Roeſtius, Rodericus de Arriaga, Sforcia Pallauicinus, Vincentius Aranea. Carptim autem ex tota *Philoſophia* Bartholomæus Amicus, Claudius Clemens, Franciſcus de Mendoza, Georgius Reeb, Henricus Marcellius, Ioannes Baptiſta de Poza, Ioannes Euſebius Nieremberg, Laurantius Forerus.

Euſebius quatuor.

40\. *De Ethica, Politica, & Oeconomica Authore. Conſtzens quinque. Poſſeuin. duo. Sribanus tria. Pauonus duo. Hugo duo. Euſebius tria. Mariana tria. Menoch. duo. Florius duo. Riccius quinque. Petraſanct. duo. Raynaud. duo.*

De *Ethica, Politica, Oeconomica* edidere volumina Adamus Conſtzen, Antonius Poſſeuinus, Balthaſar Gracianus, Bartholomæus Fiſen, Bernardinus Caſtorius, Carolus Scribanus, Emanuel Goës, Emondus Augerius, Franciſcus Antonius, Franciſcus Pauonus, Fuluius Androtius, Gaſpar Ferdinandus, Hermanus Hugo, Hieronymus Plati, Iacobus Dinetus, Ioannes Antonius, Ioannes Bonifacius, Ioannes Buſæus, Ioannes Dauid, Ioannes Dauxiron, Ioannes Euſebius Nieremberg, Ioannes Mariana, Ioannes Paulus Fons, Ioannes Stephanus Menochius, Ioannes de Torres, Iulianus Hayneufue, Iulius Nigronius, Ludouicus Florius, Ludouicus Iauinus, Marcus Gilbertus Deuarennes, Matthæus Riccius, Petrus Ribadeneira, Philibertus Monetus, Robertus Card. Bellarminus, Syluester Petra ſancta, Spirenſe Collegium, Tarquinius Gallutius, Theophilus Raynaudus, Thomas Saillius, & alij.

41\. *Mathematicæ ſcriptores. Kircher duo. Conrad. duo. Herbeſtus tria. Malapert. quinque. Clauius quinque. Griemberg. ſex. Scheinerus. octo. Petauius quatuor. Diaz duo. Scomber. tria. Graſſius quatuor. Sempilius tria. Honoratus duo. Adamus tria. Cyſatus duo. Fidatus duo. Faille duo. Lantz duo. Leurecon quinque. Blanchan octo. Riccius. quinque. Guildin ſex. Baeck duo. Scoſled duo.*

De *Mathematica* denique extant Societatis Authores Albertus Curtius, Albertus Rozciszeuskj, Alexander de Angelis, Andreas Arzet, Andreas Cobauius, Andreas Schottus, Andreas Zergoll, Athanaſius Kircher, Balthaſar Conradus, Benedictus Herbeſtus, Bernardinus Ginnarus, Cæſar Franciſcus D'Haraurcour, Carolus Malapertius, Chriſtophorus Clauius, Chriſtophorus Grienbergerus, Chriſtophorus Scheinerus, Claudus Richardus, Dionyſius Petauius, Emanuel Diaz, Eraſmus Marotta, Franciſcus Aguilonius, Georgius Federus, Georgius Schombergerius, Godefridus Franckenius, Gregorius à ſancto Vincentio, Henricus Marcellius, Horatius Graſſius, Hubertus Lintz, Hugo Sempilius, Iacobus Cruickelius, Iacobus Honoratus, Iacobus Rho, Ioannes Adamus, Ioannes Aloyſius, Ioannes Baptiſta Cyſatus, Ioannes Baptiſta Trotta, Ioannes Baptiſta Villapando, Ioannes Bernardinus Fidatus, Ioannes Buſæus, Ioãn. Carolus de la Faille, Ioãn. Ciermás, Ioãn. Deckerius, Ioães Deriencs, Ioães Hieronymus Kinich, Ioannes Lantz, Ioannes Leurecon, Ioannes Rho, Ioannes Voellus, Ioſephus Blanchanus, Iulius Alenius, Iulius Fuligattus, Marius Bettinus, Matthæus Riccius, Melchior Inchofer, Nicolaus Foreſt, Odo Malchotius, Vſualdus Kruger, Paulus Guldin, Sabbatinus de Vrſis, Simon Berent, Theodoricus Baeck, Theodorus Moretus, Vincentius Leautaudus, VVenceſlaus Pantaleo, VVolfgangus Schonſlederus, & alij.

CAP.

CAPVT VIII.

Septimum huius libri ſigillum, ſiue humaniorum literarum cognitio Ieſuitis plenè reſerata.

42. *Eloquentiæ ſonitus.* Apoc 8. Lauret.

ET *cùm aperuiſſet ſigillum ſeptimum, factum eſt ſilentium in cœlo, & vidi ſeptem Angelos in conſpectu Dei, & datæ ſunt illis ſeptem tubæ,* Apoc. 8. En ex Laureti plures Doctores citantis ſententia ſilentium animos præparat auditorum ad tubarum, ſeu eloquentiæ humanioris, ſonitum excipiendum. Quinam, quæſo, Angelici ſeptem tubarum ſpiratores niſi bonarum literarum Magiſtri Societatis, qui *in conſpectu Dei*, ſiue ad Dei gloriam informandis adoleſcentibus incumbunt, & Rhetorica, Poëtica, Grammatica earumque exercitationibus aures complent auditorum, variaque illuſtrant argumenta?

43. *Rhetoricæ Magiſtri. Schottus. Tom. tres. Herbeſt. tres. Suarez duos. Boellus duos. Creſolli duos. Cerda quatuor. Feule duos.*

In primis ergo tuba Angelica Rhetoricam celebrat, dum eius documenta ſcribunt Andreas Schottus, Bartholomæus Brauo, Benedictus Herbeſtus, Claudius Clemẽs, Cyprianus Suarez, Edmundus Campianus, Franciſcus de Caſtro, Franciſcus Macedo, Gerardus Montanus, Iacobus Hautinus, Ioannes de Santiago, Ioannẽs Boellus, Ioſephus Spuces, Ludouicus Creſollius, Melchior de la Cerda, Nicolaus Cauſinus, Nicolaus Suiſius, Petrus de Salas, Petrus de Vagas, Philippus Fehule, Sebaſtianus de Matienzo.

44. *Orationum Scriptores.*

Porrò præcepta Rhetorica pulchris Orationibus integro volumine expoſuere Antonius de Herrera, Dionyſius Petauius, Edmundus Campianus, Emanuel Theſaurus, Franciſcus Bencius, Franciſcus Remondus, Ioannes Baptiſta Ferrarius, Ioannes Guilielmus Calaneronus, Ioannes Herbetius, Iulius Cæſar Recupitus, Iulius Nigronius, Læuinus Sanderus. Ludouicus Celloſius, Petrus Ioannes Perpinianus, Tarquinius Gallutius, Vilnenſis Academia, VVolfangus Schoslederus. De *Sanctis* Panigyricas Orationes dixere Alexander Gerardinus, Angelus Gallutius, Antonius de Padilla, Antonius Saluador, Bartholomæus Guerrerius, Bernardinus Stephonius, Carolus Moneta, Carolus Torniellus, Didacus de Baeza, Ferdinandus de Capua, Fidelis Daniel, Franciſcus Albertinus, Franciſcus Maria de Amatis, Franciſcus Remondus, Gabriel de Caſtilla, Guilielmus de los Rios, Iacobus Puche, Ioannes de Armenta, Ioannes Baptiſta Rogerius, Ioannes Euſebius Nieremberg, Ioannes Mautaſius, Ioannes de Pineda, Ioannes Rho, Ioannes Sallerus, Ioſephus Capponus, Iulius Cæſar Recupitus, Iulius Nigronius, Iulius Solimanius, Nicolaus Maſtrillus, Paulus Bombinus, Scipio Sgambata, Vincentius Nauarro. De *Chriſti cruciatibus* dixerunt Albertus Morenus, Fabius Ambroſius Spinola, Franciſcus Briuius, Guilielmus Dondinus, Hieronymus Petrucius, Hieronymus Sauignanus, Horatius Gratius, Iacobus Lampugnanus, Ioannes Baptiſta Ferrarius, Ioannes Baptiſta Giattinus, Ioannes Paulus Farneſius, Odo de Comitibus, Paulus Bombinus, Romanum Collegium, Stephanus Tuccius, Tarquinius Gallutius, Vincentius Guiniſius, & alij plures, quorum buccinationem Pontifex Max. excepit. Poſteritatis nuper typi donarunt. Aliæ *Panegyricæ Orationes* varia argumenta celebrantes hoſce habent Authores Adamum Contzen, Albertum Kotalovvicz, Alexandrum Macchi, Aloyſium Iuglares, Antonium Canutum, Antonium Viguer, Brugenſe Collegium, Cæſarem Laurentium, Claudium Clementem, Duacenſe Collegium, Franciſcum Maria de Amatis, Franciſcus Vauaſſeur, Ioannem Gans, Ioannem Rho, Ioannem Ryvvokum, Ioſephum Spucees, Ludouicum Creſollium, Maximilianum Schmidt, Petrum Biuerum, Petrum Rouerium, Petrum VVadingum, Leonem Sanctium, Stephanum Petiot, Stephanum Ruidium, Thomam Politium. *Funebres* autem *laudationes* Ieſuitis dicentibus, aut ſcribentibus inſonuere, vbique terrarum. Dixere, ſcripſere Adamus Tannerus, Adrianus Cools, Alexander Gottifredus, Andreas Merſch, Andreas Schottus, Angelus Gallutius, Antonius Lamour, Antonius Poſſeuinus, meus Auguſtinus de Caſtro, Balthaſar Kitznerus, Balthaſar Nimutſch, Bartholomæus Guerrerus, Benedictus Iuſtinianus, Bernardinus, Stephonius, Cæſar Iſnardus, Carolus Franciſcus Deluca, Carolus Sibuiatius, Chriſtophorus Stephetius, Dionyſius Guillen, Emanuel Partus, Edmundus Campianus, Famianus Strada, Felicianus Figueroa, Ferdinandus Montegnana, Franciſcus Albertinus, Franciſcus Bentius, Franciſcus Benignus, Franciſcus Briuius, Frãciſcus Guerrerius, Frãciſcus Monerius, Frãciſcus Sacchinus, Franciſcus Scortia, Frãciſcus de Soto, Franciſcus Verierius, Gaſpar Hirckmanus, Georgius Dingenauerus, Gerardus Bourgheſius, Gregorius Rumer, Guilielmus Aſchendorf, Guilielmus Lamormainus, Hieronymus Florentia, Hieronymus Geſſus, Horatius Quaranta, Hyacinthus Hurandus, Iacobus à Cruce, Iacobus Georgius, Iacobus Puche, Ioannes Antonius Parque, Ioannes Antonius Vſon, Ioannes Ardauz, Ioannes Baptiſta Eſcardo, Ioannes Baptiſta Ferrarius, Ioãnes Conarius, Ioãnes Deckerius, Ioãnes Erhardus Zieglerus, Ioannes Ferrer, Ioannes Fridericus Rotich, Ioannes Gans, Ioannes Grillotius, Ioannes Haſſenecker, Ioannes Heumont, Ioannes Holonius, Ioannes Paulus Fons, Ioannes de Pineda, Ioannes Ryvvockius, Ioannes Sallerus, Ioannes VVazin, Iodocus Andries, Ioſephus Spucces, Laurentius Sengſenſchmit, Laurẽtius Vvvens, Leonardus Perius, Ludouicus Albritius, Ludouicus Creſollius, Marcus Antonius Capicius, Martinus Laterna, Matthæus Bẽbus, Matthæus Taberna, Melchior Inchofer, Michael de San Romã, Nicolaus Bonartius, Octuaius Caietanus, Paulus Bombinus, Paulus Zehentner, Petrus Biuerus, Petrus Paulus Flordelilius, Petrus de Salas, Petrus à Sãcto Ioanne, Petrus de Vtreaga, Petrus Ximenez, Philippus Thaonius, Rhedonenſe Collegium, Rodericus de Cabredo, Scipio Sgambata, Silueſter Petra ſancta, Stephanus Binetus, Stephanus Tuccius, Tarquinius Gallutius, Thomas Politius, Vincentius Donus. *Varij* tandem *argumenti* Orationes

tiones dixere Alphonſus Salmeron, Antonius Poſſeuinus, Antonius Barnabos, Angelus de Rugerio, Adamus Tannerus, Auguſtinus de Caſtro, Benedictus Herbeſtus, Badenſis Reſidentia, Carolus Malapertius, Claudius Clemẽs, Franciſcus de Soto, Fabius Ambroſius Spinola, Franciſcus Guerrerius, Franciſcus Maria de Amatis, Hieronymus Geſſius, Gaſpar Gonzalez, Guilielmus Gondinus, Horatius Paſſardus, Guilielmus Aſchendorff, Horatius Quaranta, Iacobus à Cruce, Iacobus Lainez, Laurentius Atturus, Ioannes Rho, Iulius Nigronius, Ioannes Baptiſta Vrſus, Ioannes Contri, Ioannes de Pineda, Ludouicus Albritius, Leo Sanctius, Lidanus Colanellus, Placidus Sampetus, Thomas Reyna, Scipio Sgambatta, Stephanus Tuccius, Thomas le Blanc. Plurimę aliæ Orationes tacito eorũ nomine qui eas recitauere impreſſæ legũtur, quarum longum foret Authores recenſere.

45. Tertij iam Angeli tuba inſonat ex Poëtica præceptione. Tradidit præcepta Alexander Donatus, Andreas Fruſius, Andreas Schottus, Antonius Iordinus, Antonius Poſſeuinus, Bartholomæus Brauo, Benedictus Pereyra, Bernardinus Semperuiua, Didacus Garcia Rengifo, Emanuel Aluarez, Franciſcus de Caſtro, Franciſcus Macedo, Iacobus Gretſerus, Iacobus Pontanus, Ioannes Baptiſta Ricciolus, Iodocus Deſmarets, Martinus Antonius Delrio, Michael Coyſſardus, Nicolaus Cauſſinus, Petrus Halloix, Richardus Eſius, Tarquinius Gallutius.

Poëticarum Præceptionum Auctores. Pontanus duo. Coyſſard. duo. Gallutii. duo.

46. Quartò Angelo perſonante Poëmata ipſa proferuntur. Cecinit Adrianus de Boulogne, Ægidius Babarius, Albertus Croiſſant, Alexander Donatus, Andreas Denys, Andreas Ægidianus, Andreas Blancus, Andreas Brunnerus, Andreas Fruſius, Andreas Moraques, Andreas Reſenvvald, Angelinus Gazæus, Antonius Chanutus, Antonius Deſlions, Antonius Milieius, Antonius de Soſſa, Antonius Stratius, Aquiſgranenſe collegium, Arnaldus Bohyræus, Balduinus Cabillauius, Baldinus Gualfreduccius Bartholomæus Brauus, Bartholomæus Pereyra, Bartholomæus Rogarus, Bernardinus Realinus, Bernardinus Semperuiua, Bernardinus Stephonius, Bernardus Bahuſius, Bruxellenſe Collegium, Cæſarauguſtanum Collegium, Carolus Malapertius, Carolus Papinus, Carolus Vverpæus, Conſtantius Pulcharellus, Cornelius Croccus, Dionyſius Petauius, Edmundus Campianus, Emanuel Pimenta, Emanuel Theſaurus, Franciſcus Bentius, Franciſcus Garaſſus, Franciſcus Macedo, Franciſcus de Mendoza, Franciſcus Montmorency, Franciſcus Remondus, Franciſcus Bauaſſeur, Gaſpar Sanctius, Georgius Stengellius, Gerardus Hanſlen, Gerardus Montanus, Giſbertus Ioninus, Gualterus Paullus, Guilielmus Dondinus, Guilielmus Heſſius, Henricus Putzius, Herbipolenſe Collegium, Hermannus Hugo, Hieronymus Lopez, Horatius Turſellinus, Hortenſus Scammacca, Hyacinthus Hurandus, Iacobus Balde, Iacobus de Codt, Iacobus Delior, Iacobus du Lardin, Iacobus Libenus, Iacobus Pontanus, Ioannes Arnbruſterus, Ioannes Baptiſta Maſculus, Ioannes Biſſellius, Ioannes Boierus, Ioannes Brantus, Ioannes Cheualier, Ioannes Deſhayes, Ioannes Fayon, Ioannes Henricus Au-

Poëmatum Conditores. Babarius duo Volu. Croiſſant duo. Donatus duo Ægidian. duo. Fruſius tria. Deslions duo. Stratius duo. Cabillau. ſeptem. Gualfred. quatuor. Malaper. quatuor. Petauius tria. Bentius duo. Garaſſus tria. Remond. duo. Stengelli. quinque. Hanſlen. duo. Montan. duo. Ioninus. tria. Dondin. duo. Herbipol. ſeptem. Balde tria. Iardin duo. Pontã. duo.

berius, Ioannes Nieſs, Ioannes Streinius, Ioannes Surius, Ioannes Tullenſis, Ioannes Vincartius, Ioannes Vviclevvieckj, Ioſephus Anchiera, Iulius Cæſar Deſtitus, Iulius Fideus, Iulius Solimanus, Leo Sanctius, Ludouicus Cellotius, Ludouicus Crutius, Ludouicus Magnietus, Ludouicus Meratius, Marius Bettinus, Matthæus Raderus, Matthæus Riccius, Matthias Caſimirus Saruiebius, Maximilianus Habbequius, Maximilianus Schmidt, Melchior Inchofer, Neapolitanum Collegium, Nicolaus Kmicic, Nicolaus Cauſſinus, Nicolaus Suſius, Paulus Princeps, Petrus Alois, Petrus Labbé, Petrus le Moyne, Petrus Muſſonius, Petrus Pennequin, Petrus Sterglerus, Philippus Bebius, Pragenſe Collegium, Robertus Southvvellus, Romanum Collegium, Seuerinus Karuat, Sfortia Pallauicinus, Sidronus Hoſſchius, Tancredus Cotthonus, Tarquinus Gallutius, Thomas Porzeckj, Vincentius Guinigius, Vitalis Theronus.

Arnbruſt. duo. Biſſelli. duo. Auberi. quatuor. Nieſs. duo. Streini. duo. Bettinus duo. Suſius tria. Le Moyne. quatuor. Bebius duo. Southvvel. duo. Karuat duo. Teeron duo.

47. Quinta tuba Scriptiones ſoluti mixtim, & vincti ſtyli profundit. Horum Authores Albertus Crucius, Andreas Brunner, Andreas Roſenvvald, Andreas Valladerius, Anibal Gelliot, Bartholomæus Papvvcki, Bruxellenſe Collegium, Chriſtianus Bauman, Claromontanum Collegium, Colonienſe Collegium, Crumlouienſe Collegium, Dilinganum Collegium, Duacenſe Collegium, Eyſtertenſe Collegium, Famianus Strada, Fixenſe Collegium, Franciſcus Garaſſus, Franciſcus Macedo, Franciſcus Mendoza, Georgius Stengellius, Granatenſe Collegium, Gratienſe Collegium, Guilielmus Becanus, Herbipolenſe Collegium, Iacobus Balde, Iacobus Kellerus, Ingolſtadienſe Collegium, Ioannes Arnbruſterus, Ioannes Baptiſta Macaldus, Ioannes Biſſelius, Ioannes Canæus, Ioannes Fayon, Ioannes Heumonr, Ioannes Horrion, Ioannes Moret, Ioannes Ryvvochj, Iodocus Andries, Iulius Solimanius, Leo Sanctius, Leonardus Alemay, Leonardus Perinus, Madridienſe Collegium, Marius Bettinus, Matthæus Bembus, Maximilianus Habbequius, Michael Griſius, Moguntinum Collegium, Molſmenſis Academia, Monachienſe Collegium, Neoburgenſe Collegium, Nicolaus Cauſſinus, Olmucenſe Collegium, Paſſauienſe Collegium, Paulus Bombinus, Paulus Duizius, Paulus Kuhn, Petrus Halloix, Pragenſe Collegium, Ratisbonenſe Collegium, Rhemenſe Collegium, Salmanticenſe Collegium, Seuerinus Karuat, Societas Iesv in Prouinciis S. C. Maieſt. Thophylus Chriſtecus, Thomas Porzeckus, Thomas Saillius, Toloſanum Collegium Tyrnauienſe Collegium, Vienenſis Vniuerſitas, Vilnenſis Academia, Vincentius Guinigius, & alij multi.

Soluti mixtim & vincti ſtyli Profeſſores. Crucius duo. Papvvc. quatuor. Collonien. duo. Eyſtert. duo. Stengell. quinque. Gratienſe ſeptem. Herbipol. duo. Balde duo. Ingolſtad. quinque. Biſſelli. duo. Alemay tria. Mogunt. duo. Molſmen. duo. Monach. quinque. Cauſſin. duo. Kuhn tria. Ratisbo. duo. Rhemen. duo. Vienenſ. quatuor. Vilnen. duo.

48. Iam ſexta Tuba Grammaticam buccinat, cuius Scriptores variis linguis præceptiones eloquentiſſimas exararunt. Alphonſus de Aragona, Alphonſus de Barzana, Andreas Fruſius, Andreas Schottus, Andreas Vitus, Annibal Codrettus, Antonius Fons, Antonius Iordinus, Antonius Laubegois, Antonius del Rincon, Antonius Ruiz de Montoya, Antonius Velleſius, Athanaſius Kircher, Bartholomæus Brauo, Bartholom. Caſſius, Benedict. Herbeſt. Conſtãt. Syrvid, Cornelius Crocus, Didacus Gonzalez Holguin,

Grammatica Scriptores. Iordinus tria. Brauo quatuor. Syrvid duo. Crocus tria.

Holguin, Didacus Ramirez, Didacus de Samaniego, Didacus de Torres Rubius, Eduardus de Sylua, Emanuel Aluarez, Emanuel Vega, Felix Felicius, Franciſcus Boutonus, Franciſcus de Caſtro, Franciſcus de Enzinas, Franciſcus Vigerus, Gabriel de la Vega, Gaſpar Ruiz, Georgius Mayr, Gerardus Montanus,

Bailius tria. Turſel. tria.

Gregorius Cnapius, Guilielmus Bailius, Guilielmus Batteus, Henricus Heluerich, Henricus Henriquez, Hieronymus Germanus, Horatius Turſelinus, Iacobus Gualterius, Iacobus

Gretſer. quatuor.

Gretſerus, Iacobus Ledeſma, Ioannes Baptiſta Ferrarius, Ioannes Baptiſta Martigna, Ioannes Fernandez, Ioannes Martinez, Ioannes Murbachius, Ioannes de Santiago, Ioannes Villalobos, Ioannes Voëllus, Iodocus Deſmaretz, Io-

Anchieta duo.

ſephus Anchieta, Ludouicus de Azeuedo, Ludouicus Bertonius, Ludouicus de Teruel, Ludouicus de Valdiuia, Martinus de Roa, Matthæus Maurach, Matthæus Riccius, Michael Coyſſardus, Nicolaus Suſius, Nicolaus Trigaultius, Petrus de Anaſco, Petrus de Champneufs, Petrus Felix de Molina, Petrus Meto-

Monetus quatuor. Eſius quatuor. Schonſled. duo.

ſcita, Philibertus Monetus, Richardus Eſius, Robertus Bellarminus, Sebaſtianus Berettarius, Seruatius Saere, Stephanus Moquotus, Thomas Stephanus, Vvolfangus Schonſlederus. Profectò Philologia, & Critica celeberri-

49. *Critica ſcriptores. Schottus ſeptem. Clemens duo. Hugo duo. Biderm. quinque. Pontan. quatuor. Carrion Criticas ad Scholaſticorum exercitamentum multas mira eruditione ornatas. Bulling.*

mos habet Authores Andream Schottum, Arnoldum Boecop, Bartholomæum Brauum, Bernardinum Realinum, Claudium Clementem, Hermannum Hugonem, Iacobum Bidermannum, Iacobum Pontanum, Ioannem Antonium Valtrinum, Didacum de Carrion, Ioannem Marianam, Ioannem Nieſs, Iulius Cæſar Bullingerum, Iulium Nigronium, Ludouicum Creſollium, Lælium Biſciolam, Martinum de Roa, Melchiorem Inchofer, Nicolaum Cauſſinum, Philibertum Monetum, Robertum Southvvellum, Siluestrum Petraſanctam.

Septima demum rubæ perſonatione Scriptores prophani illuſtrati proferuntur ab Alexandro Ficheto, Andrea Fruſio, Andrea Schotto, Benedicto Herbeſto, Bernardino Realino Chriſtephoro Brovvero, Claudio Dauſquio,

50. *Authorum prophanorũ illuſtratores. Schottus octo. Herbeſt. duo. Brovver. duo. Dauſqui. duo. Pontan. quatuor.*

Emundo Augerio, Iacobo Pontano, Ioanne Ludouico de la Cerda, Ioanne Petro Fanio, Ioanne de Pineda, Ioanne Rhetio, Ludouico Coulon, Martino Antonio Delrio, Matthæo Radero, Michaele Coyſſardo, Nicolao Abramo, Paulo Duizio, Petro Taffin, Richardo Eſio, Tarquinio Gallutio, & aliis quam pluribus. Equidem horum Nominum rem, Patriam, Domum, Elogia P. Philippus Alegambe Bruxellenſis pulchro calamo, mente pulchriori poſteritati celeberrimo Volumine donauit anno. 1643.

Cerda tria. Rio duo. Raderus duo. Abramus tria. Alegam.

Conſulto nomen meum ab illuſtrium virorum Catalogo expunxi meæ conſcius ineptitatis. Ne tamen videar matri Societati quale quale denegare quod talentum accepi, elucubratiuncularum nomina exponam. Adoleſcens floſculos Poëmatum protuli centum ſexaginta *Comœdias, colloquia* ad Scholaſticorum exercita-

51. *Authoris Opuſcula.*

menta, varios Diuorum *Panegyricos, Poëma heroicum* in Deiparam, cuius nomen *Nueua Geruſalen Maria.* Duodecim Fundaminibus Ieroſolymæ vitæ Marianæ colloco magnalia. De vita D. P. N. Ignatij heroïcum Poëma, Fidei *Catechiſmum* vincti ſtyli Dialogis ſcripſi ad puerorum exercitationem, cùm in foro Doctrina peruulgatur. Pepetere flores. Volumen prodiit in *caput ſextum Ioannis* de Auguſtiſſima Eucharistia, quod additum & illuſtratum prope diem rurſum Lugduni typis dabitur. Duodecim in *Euangelia Sanctorum Temporis* Volumina ſcripſi, quorum primum *Chriſti vita*, & ſecundum *Chriſti ſolemnia* iam Lugduni & alibi vidère lucem. Nunc tertium Deipara, quartum *Apoſtoli*, quintum *Religionum Fundatores*, ſextum *Angeli*, *Martyres, Confeſſores*, *Fœmina Diua*, *Defunctorum Obſequi*, & ſeptimum *Chriſti Miracula* & octauum *Chriſti Perſecutiones* (primum ſcilicet ac ſecundum de Tempore) iam ad Lugdunenſe prælum miſi. Porrò nonum *Chriſti colloquia*, decimum *Chriſti ſermones*, vndecimum *Chriſti Prophetia*, duodecimum *Chriſti Parabola* perfecta iam citò remittentur. Prætereà ſummulam Caſuum conſcientiæ compoſui hoc titulo: *Examen de Confeſſores, y practica de Penitentes*, quæ poſt trigeſimam ſeptimam editionem illuſtrata nunc Matriti excuditur. Aliud opuſculum ad Confeſſiones gerendas tradidi rudioribus. Demùm ſummam Moralis Theologiæ, quæ doctorum Societatis IESV Moralia volumina ad compendium adducit, anno proximo germinaui. Huius titulus *Liber Theologiæ Moralis viginti & quatuor Societatis* IESV *Doctoribus reſeratus, quem Antonius de Eſcobar & Mendoza ad examen Confeſſariorum digeſſit.* Ex reſpectu ad Apocalypſeos locum ſeptem ſigillis cunctas Moralis Theologiæ materias expono. Scripſi duplex volumen de virtute, & *Quæ non dũ perfecta ſũt.* Peccato. Vnum hoc nomine, De *Paradiſo* ſiue de *Virtutis pulchritudine.* Alterum autem, De *decem Aegypti Plagis*, ſiue de *Peccati fœditate.* Tria volumina *in ſelectiora Veteris Teſtamenti Hiſtorica puncta* ad concionum Veſpertinarum apparatum. *In totam ſcripturam breuiores litterales & Morales Commentarij.* De *Regulis Societatis* IESV *Morales illuſtrationes* ad adhortationes domeſticas. Tandem *Problemata totius Theologia moralis.* Nondum Tractatus hi viderunt lucem, ſed concepti, labore meo opportuno tempore deferentur ad partum. Quod ſi poſt eorum euulgationem adhuc adſit vita, fauente Numine, non deerit ad alia volumina materia.

OBSERVAT. III.

Ad illa verba:

Vos eſtis lux mundi.

Ignatij Filij mirabilem ſapientiam egregia ſanctitate colligarunt ad orbis illuminationem.

Oſtendo, veram ſapientiam ſanctitate copulandam, ad proximorum profectum.

POſtquam Dominus Apoſtolos ex ſapientiæ ſale oſtendit orbi condiendo præparari: 25.
addidit ſanctitatis luce eſſe conſpicuos. Nec enim

Strab. *Chryſol.*

enim apti ad Euangelij miniſterium oſtentarentur, ſi ſapientia virtutum fulgore non decorarentur. Strabus, *Vos eſtis Sal terræ, vos eſtis lux mundi. Doctrina; & vita ad Deum ducit auditores.* Chryſologus ſermon. 167. *Magiſterium ſtat ex ſcientia, ſed Magiſterij authoritas conſtat ex vita. Quod verbo aſſerit, demonſtrat exemplo. Scientia ergo illa vera eſt, quæ fuerit mixta virtuti: illa, illa diuina eſt, non humana.*

53. *Spiritus ſanctus gemere videtur, vt ſapientiſſimus verbo & exemplo nos doceat gemere.* Rom 8. Auguſt. *Magnum eſt, ſi nõ gemens, nos gemere doceat.*

Romanis Apoſtolus, *Similiter autem & ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram; nam quid oremus ſicut oportet neſcimus; ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*, cap. 8. Sapientiſſimus ne Spiritus ſanctus gemitus profundit? Porrò qui edocet nos gemere debebat verbo & opere gerere Magiſterium. Diuus Auguſtinus aſſerit ſpiritum minimè gemitus profundere: ait enim tractat. 6. in Ioann. *Non ergo Spiritus ſanctus in ſemetipſo apud ſemetipſum in illa Trinitate, in illa beatitudine, in illa æternitate ſubſtantiæ gemit; ſed in nobis gemit, quia gemere nos facit. Nec parua res eſt, quod nos docet Spiritus ſanctus gemere.* Preme proxima verba: *Nec parua res*, &c. Ac ſi diceret, *No hace poco el Spiritu ſancto, en enſeñar nos à llorar, y gemir.* Tam difficile ne, gemitus edere, vt parua res non ſit, quod ſapientiſſimus Spiritus ſanctus nos docet gemere? Equidem difficillimum eſt, nos doceri gemitus ab eo, qui verè non gemit, licèt ſapientia ipſa ſit infinita. Adeò id eſt difficile, vt licet Spiritus apud ſemetipſum in illa Trinitate non gemat: apud nos gemere videatur, vt ſapientiſſimus verbo & opere nos edoceat gemitus pœnitudinis proferre.

54. *Solus Chriſtus verbo & exemplo doctus, poteſt librum perfectionis euulgare.* Apoc. 5.

Liber ille ſeptem ſigillis munitus Ioanni oſtentatur Apoſtolo ploranti, quia nullus dignus ſignacula ſoluere inuentus eſt. *Et vnus*, inquit, *de ſenioribus dixit mihi: Ne fleueris, ecce vicit Leo de Tribu Iuda Radix Dauid aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius*, Apoc. 5. Voluminis apertione exprimitur Euangelica doctrina hominibus euulgata. Cur autem dicitur Agnus Leo, id eſt, Chriſtus, & non potiùs Deus Pater, aut Verbum, aut Spiritus ſanctus volumen aperuiſſe, id eſt, doctrinam Euangelicam prædicaſſe? Certè quia Chriſtus Agnus occiſus aptè prædicat Euangelium; ſapiens enim vitæ ſanctitate fulgens vtiliter Euangelicam doctrinam euulgat. Diuus Irenæus, lib. 4. in Apoc. *Nemo alius poterat aperire librum, niſi Agnus, qui occiſus eſt, qui omnia verbo fecit, & ſapientia adornauit.* De Chriſto Hilarius Can. 2. in Matth. *Exempli ſui authoritate humanæ ſalutis Sacramentum conſummat.*

Iren.

55. *Scriptura doctrix verba iungit exemplis, vt poſſit perſuadere.* Gen 4. Iob. 1. Baſil. Seleuc.

Sacra ſcriptura ſapientiſſima hominum Magiſtra quonammodo eos edocet? An ſolis verbis, ac ſententiis? Minimè, ſed ſimul exemplis. *Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui*, Gen. 4. *Vir erat in terra Hus nomine Iob*, &c. cap. 1. Procerum exempla proponit, vt doctrina efficax exponatur. Pulchrè D. Baſilius Seleu. Orat. 14. *Scriptura doctrix præceptionibus parum contenta, rebus ipſis immoratur. Virorum namque recordatione, qui res magnas geſſerunt, ad imitationem prolectat.*

56. *Opus Euangeliſtæ eſt, dicere, & facere.* 2. Tim. 4. Anſelm.

Aiebat Paulus, *Tu verò vigila in omnibus labora, opus fac Euangeliſtæ*, 2. Timoth. 4. Quodnam, precor Euangeliſtæ opus? Certè ſapientiam doctrinæ vitæ exemplis ornare. D. Anſelmus, *Opus Euangeliſtæ eſt, benè viuere & ſapienter docere: moribus & verbis ſubditos inſtruere.*

57. *Ieſus ſuos alumnos edocet, verbo & opere alios inſtruere.* Ignat.

Sic Iesvs ſuos inſtruxit Societatis Doctores & ſapientia fulgentes, & ſanctitudine, ad totius mundi illuminationem. Pulchram P. N. D. Ignatij ſententiam exponam epiſt. de Obedient. *Vos ergo per Chriſtum Dominum noſtrum obteſtor, qui ſe ſe nobis non modò Præceptorem, ſed etiam exemplar præbuit obedientiæ, vt ad eam virtutem toto pectore incumbatis, & glorioſæ victoriæ appetentes, atque auidi, vos metipſos ſuperare, id eſt, excellentiorem animi partem, voluntatem dico, atque iudicium expugnare, ac ſubiicere ſtudeatis.* Difficillimum planè eſt, voluntatem, ac iudicium obedientiæ litari. At facillimum iam facinus, ſi Magiſtrum ſapientiſſimè differentem audimus, ac ſimul ſe ſe exemplar exponentem videmus: *Qui ſe ſe non modo Præceptorem, ſed exemplar præbuit obedientiæ.*

58. *Societatis ſcriptores virtutibus decorati.* Alegambe.

Lege, precor, apud noſtrum Philippum Alegambe ſcriptorum Societatis Bibliothecam, & comperies, ferè cunctos tam ex ſanctitate Panegyride, quàm ex ſapientia dignos elogio. Præterea Iesv Societas tot Diuis exundat, vt licèt ſapientia non ornaretur, mirum in modum appareret Auguſta: An non D. Ignatius, Xauerius, Borgia, Gonzaga, Stanislaus ſufficerent Societatis cœleſti pulchritudini? Profectò Ioannes Euſebius Nieremberg tria ingentia volumina ſcripſit, queis ſanctitate conſpicuos Societatis plurimos exponit alumnos, quorum multi ſapientiſſima nobis ſcripta reliquere.

59. *Societas Martyribus decoratur egregiis.*

Quòd ſi confeſſio innumeris exemplis ornata, præclariſſimis decorata miraculis infirmius tibi reddant teſtimonium, aſpicias, quæſo, Martyrum Exercitum, plures triumphos, Iesv referentem, quam ætas Societati retulit annos. Primi ſeculi memorabo milites fortiſſimos, qui æternitati peperere victorias. *Annus Societatis nonus* primi noſtri Martyris ſanguine purpuratur *Antonij Criminalis*, qui *anno Domini* 1549. in Menanchor à Badagis comminuitur. *Nunnius Riberius* in Amboino Maurorum inſidiis eodem anno ſublatus eſt. *Anno* 1552. *Societatis* 12. *Ludouicus Mendius* in Ora Piſcaria capite truncantur. *Anno* 1554. *Societatis* 14. *duo ſacerdotes*, quorum nomina ignota, lapidibus ab Ethnicis obruuntur. *Petrus Correa* à Carigis barbaris ſagittis confectus eſt. *Ioannes Soſa* à culina ad coronam vocatus ab eiſdem hoſtibus configitur. *Anno* 1555. *Emanuel Fernandez* ab homine impudico, cuius taxauerat licentiam, pellicem abegerat, in itinere vulneribus multis affectus, Eboræ defunctus eſt. *Duo Laici* è Societate, quorum nomina interciderunt, in Braſilia de medio tolluntur. Alius Laicus in India Orientali trucida-

Martyres Societatis ab anno nono ſuæ inſtitutionis vſque ad triceſimum. *Annus 12. Societ.* *Annus 14. Societ.* *Annus 15. Societ.*

Annus 16. Societ.

trucidatur à Barbaris. *Anno* 1558. *Societ.* 16. *Antonius Fernandez*, *Ioannes de Beiera*, *Melchior Gonzalez*, & *Alphonſus à Caſtro* à Mauris

Annus 21. Societ.

trucidati fuere. *Anno* 1561. *Societ.* 21. *Conſaluus Silueira* apud Manomotapam à Mocrume barbaro ſtrangulatus in Moſengeſſem pro-

Annus 24. Societ.

fluentem proiectus eſt. *Anno.* 1564. *Societ.* 24. *Petrus Venuſtus* Bibone in Sicilia Rector à Clerico, quem aberrantem extra virtutis ſemitam

Annus 26. Societ.

monuerat, occiſus eſt. *Anno.* 1566. *Societ.* 26. *Petrus Martinez* in Florida Inſula pro fide interiit. *Anno* 1568. *Societ.* 28. *Franciſcus Lopez*

Annus 28. Societ.

à piratis Mauris captus lancea confoditur. *Emanuel Lovvus*; & *Ioannes Carualius* ſimul palma donantur lanceis dum Mahumetanis vulnerantur. *Anno* 1570. *Societ.* 30. *Martyriorum fera-*

Annus 30. Societ.

ciſſimo, Petrus Maſcharenas in Regno Manadæ lauream, veneno ab Ethnicis propinato, eſt conſecutus. *Eodem anno* Martyriorum feraciſſimo, triginta nouem è ſocietate in Oceano apud Palmam vnam è Fortunatis inſulam, cum in Braſiliam fidei noſtræ propagandæ cauſa proficiſcerentur, à Iacobo Soria Caluiniſticæ hæreſeos Pirata interfecti fuere. Horum nomina *Ignatius Azeuedius*, *Benedictus Caſtrius*, *Emanuel Aluarus*, *Blaſius Ribeiro*, *Petrus Fonſeca*, *Didacus Andrada*, *Gregorius Scribanus*, *Aluarus Mendez*, *Simon Acoſta*, *Franciſcus Aluarus Couillius*, *Dominicus Fernandez*, *Alphonſus Vaëna*, *Gonzalus Henricus*, *Ioannes Ferdinandus*, *Ioannes Mayorga*, *Alexius Delgadus*, *Ludouicus Correa*, *Emanuel Rodericus*, *Simon Lopez*, *Emanuel Fernandez*, *Petrus Muñoz*, *Franciſcus Magallanius*, *Nicolaus Dintus*, *Gaſpar Aluarus*, *Antonius Fernandus*, *Emanuel Pacheco*, *Petrus Pontoreus*, *Andreas Gonſaluius*, *Amatus Vazquez*, *Didacus Perez*, *Ioannes Baeza*, *Marcus Caldera*, *Antonius Correa*, *Ferdinandus Sanchez*, *Franctus Perez Godoi*, *Ioannes Zanreus*, *Ioannes de San Martin*, *Stephanus Zuraire*, *Adoleſcens Sanctus Ioannes* vulgò appellatus Candidatus Societatis iam Matris ſpiritum attraxerat, ideò cùm fieret Sociorum ab aliis ſeparatio, iugulandorum vltro numero acceſſit.

60. Martyres Societatis ab anno trigeſimo vſque ad quinquageſimum octauum.

Porrò *anno* 1571. *Societ.* 31. in Florida Inſula per inſidias circumuenti obtruncati fuere *Ludouicus Quiros*, *Ioannes Baptiſta Mendez*, *Gabriel de Solis*, *Ioannes Baptiſta Segura*, *Gabriel Gomez*, *Petrus Linares*, *Sanctius Sabalius*, *Chriſtophorus Rotundus*. Duodecim præterea, poſt Ignatium de Azeuedo, & ſocios in eodem itinere Braſilienſi ab Hæreticis interfecti

Annus 31. Societ.

ſunt, ſcilicet *Petrus Diaz*, *Franciſcus Caſtrius*, *Gaſpar Goëſius*, *Michael Aragonius*, *Franciſcus Paulus*, *Ioannes Aluarus*, *Petrus Ferdinandus*, *Andreas Paez*, *Petrus Diaz alter*, *Ferdinandus*

Annus 33. Societ.

Aluarez, *Didacus Gondiſaluus*. *Anno* 1573. *Societ.* 33. *Martinus Gutierrez* ab Hæreticis captus ſummis omnium rerum incommodis vulnera-

Annus 34. Societ.

tus exceſſit. *Anno.* 1574. *Societ.* 34. *Gonzalus Cardoſus* à latronibus pro fide opprimitur. *Anno* 1578. *Societ.* 38. *Mauritius Serpius* à Moro interemptus *Anno* 1580 *Societ.* 40. *Edmun-*

Annus 40. Societ.

dus Donatus, ſeu *Donalius* in Luſitania in fidei Catholicæ cōfeſſione ſuſpenditur. *Anno* 1581.

Annus 41. Societ.

Societ. 41. *Gomeſius Damarallius*, & *Georgius Fernandez* in India Orientali à Tais interfecti ſunt. In Anglia autem innumeros peperit pro fide triumphos *Edmundus Campianus*, quem Alexander Briantus ſecutus eſt. *Anno.* 1582.

Annus 42. Societ.

Societ. 42. *Thomas Cottamus* Dorobernïæ Hæreticorum laqueo libenter collum obtulit. *Anno* 1583. *Societ.* 43. in Salſetana Regione pro

Annus 43. Societ.

Chriſto trucidati *Rodulphus Aquauiua*, *Franciſcus Arana*, *Petrus Berno*, *Alphonſus Pacheco*, & *Antonius Franciſcus*. *Anno* 1584. *Societ.*

Annus 44. Societ.

44. *Ludouicus Goubanus* Cocini veneno ſublatus. *Anno* 1592. *Societ.* 52. in Prouincia Iapo-

Annus 52. Societ.

nica *Franciſcus Carrion*, & *Georgius Caruajal* veneno conficiuntur. Londini autem *Thomas Mettamus* longo Martyrio carceris extinguitur. *Andreas Gualdamez* Erythræum mare Turcarum telis puro ſanguine rubricauit. *Anno* 1593. *Societ.* 53 *Ioſephus Fornaletus*, & *Theodo-*

Annus 53. Societ.

rus Mantelles in Iaponia Prouincia veneno confecti ſuccubuere. *Iacobus Saleſius* Albenaco à Caluiniſtis interficitur. *Gulielmus Saltamochius* Saleſio hæreſcens ſimul palma donatur. *Anno* 1594. *Societ.* 54. *Ioannes Leleſius* medica-

Annus 54. Societ.

to poculo, quod fœmina hæretica temperarat, conficitur. *Ioannes Cornelius* Dorceſtricæ pro fide ſuſpenditur. *Gonſaluus de Tapia* in Cinaloa Ethnici opera extinguitur. *Anno* 1595.

Annus 55. Societ.

Societ. 55. Londini *Robertus Southvvellus* eodem, quo alij, genere occubuit, *Abrahamus Georgius* in aditu Regni Abaſſinorum in Æthiopia à Turcis Mazue obtruncatur, *Henricus VValpolus* Londini ſuſpenditur. *Petrus Michael* hæretico veneno ceſſit. *Anno* 1596. *Societ.* 56. *An-*

Annus 56. Societ.

tonius Lopetius Peruana in Prouincia etiam veneno ſuffertur. *Carolus Sagerius*, propinato ab Hæreticis Chalanconi veneno auolauit ad palmam. *Anno* 1597. *Soc.* 57. *Paulus Michi*, *Iacobus*

Annus 57.

Ghiſai, *Ioannes Goto*, Taicoſamæ iuſſu in crucem

Annus 58.

aguntur. *Michael de Vrrea* apud Meridionalis Americæ populum inſigni feritate infamem à Caciqui ſenis filio barbara immanitate trucidatur. *Anno* 1598. *Societ.* 58. Martiuus Laterna ab Hæreticis in mare demergitur.

61. Martyres Societatis ab anno quinquageſimo octauo vſque ad ſeptuageſimum nonum.

At verò *anno* 1600. *Societ.* 60. *Chriſtophorus Spotecus*, *Ioannes Eſlo*, *Matthias Vitriarius*, *Petrus Buzelinus*, *Laurentius Euerardus*, & *Otho Campenſis* cùm opem ferrent militi ad Neoporum in hoſtes pugnanti comprehenduntur, & in odium fidei lethaliter vulnerantur. *Anno* 1601. *Societ.* 61. *Nicolaus Mercator* à Carolo Sudermaniæ Duce captus in vinculis peſte contracta per ſummā rerum humanarum indi-

Annus 60. Societ. 61.

gentiam Martyrij mercatur margaritam. *Rogerius Filiocus* Londini pro fide ſuſpenditur. *An-*

Annus 62. Societ.

no 1602. *Societ.* 62. *Franciſcus Pacius* inibi ſublatus eſt, *Dominicus Colinus* Corque ſuſpendio necatur. *Franciſcus Fernandius* in Bengalano Regno in cuſtodiam detruditur, in qua ſqualore confectus breui ærumnarum magnitudine extabuit. *Anno* 1603. *Societ.* 63. *Ema-*

Annus 63. Societ.

nuel Niger quia verbis inuehitur in eos qui pedibus Euchariſticum margaritum conculcarent, in ſanguine Agni dealbauit ſtolam *Anno* 1606. *Societ.* 66. *Vincentius Aluarus* à Mahume-

Annus 66. Societ.

tanis piratis occiditur. *Franciſcus Martinez* poſt multos exantlatos labores in cuſtodia Cantone expirauit. *Eduardus Olcornus* Vigorniæ pro Catholica fide ſuſpenditur. *Henricus Garnetus* Londini eodem Martyrij genere conficitur, quod ſigilli Confeſſionis tueretur immunitatem. *Anno* 1608. *Societ.* 68. *Franciſcus Pintus*

Annus 68. Societ.

in Braſilia vecte ligneo in caput adacto repetitis ſæpius ictibus contuſus, mortem excepit, quam

quam ſex ac vinginti annis Ioſephus Anchieta noſtri ſeculi Thaumaturgus illi prædixerat. *Thomas Garnetus* Londini ſuſpenditur. *Anno 1611. Societ. 71.* [*Annus 71. Societ.*] *Raphael Ferrer* ad Coſanes Indorum populos ingreſſus truculenter ab illis occiditur. *Anno 1612. Societ. 72.* [*Annus 72. Societ.*] *Martinus Aranda, Horatius Vecchius, Didacus de Montalban* in Regno Chilenſi haſtis transuerberantur. *Anno 1614. Societ. 74.* [*Annus 74. Societ.*] *Iacobus Meſquita* haud procul Nangaſacho exilij incommodis vulneratus exceſſit. *Antonius Critana.* vna cum tribus aliis de Societate proſcriptus à Daifuſama ob fidei præconium laboribus conſumitur. *Anno 1615. Societ. 75.* [*Annus 75. Societ.*] *Mancius Taichicu, Mancius Miſoguchi, Paulus Rioin* Sub Daifuo in Iaponia exules autæ inſolentia, ac incommodis occubuere. Simul auolauerunt eodem Martyrij genero *Matthias Sanga*, & *Andreas Saitus. Ioannes Oxilbaus* Galaſci multis tormentis vexatus interiit. *Mancius Firabayaxus* ſub Daifuo perſecutionis penuria conficitur. *Anno 1616. Societ. 76.* [*Annus 76. Societ.*] *Ferdinandus de Tobar, Bernardus de Ciſneros, Didacus de Orozco, Ioannes de Valle, Ludouicus de Alabes, Ferdinandus de Santacn, Hieronymus de Moranta,* & *Ioannes de Fonte* ſagittis & lancea Tepeguana contrucidantur. *Ioannes Metella,* & *Ludouicus Matthaus Pilingotte* in Ceilano à Candianis militibus lanceis transfixi ſunt. *Anno 1617. Societ. 77.* [*Annus 77. Societ.*] *Ioannes Baptiſta Macciadus*, ſeu *Tanara* haud procul Nangaſachio fatalem ictum gladio excepit. *Anno 1619. Societ 79.* [*Annus 79. Societ.*] *Stephanus Pungraiz,* & *Melchior Grodecius*, Caſſouiæ à Gabriele Betleemo Caluiniano dire excruciati interiere. *Leonardus Chimura* Nangaſachij per ignem tranſiuit ad refrigerium.

62. [*Martyres Societatis ab anno ſeptuageſimo nono vſque ad octogeſimum octauum.*] Certè *anno 1620. Societ. 80.* [*Annus 80. Societ.*] *Franciſcus de Ribera* à Saracenis lanceis tranſuerberatur. *Ambroſius Fernandez* Omuræ coniectus ob fidei præconium frigoribus confectus interiit. *Godefridus Thelen* à Caluiniſtis odio Papiſini eſt interfectus. *Emanuel Barretus* Iaponiæ ſub Daifuo ærumnis ſuccubuit, auidus in flammis abſumi. *Ioannes de Fonſeca* ibidem oppreſſus occubuit. *Anno 1622. Societ. 82.* [*Annus 82. Societ.*] *Aegidius de Abreu.* dum ex India nauigat in Iaponiam delapſus in Batauos verberibus in odium fidei vſque ad internecionem multatus eſt. *Arnoldus à Boecop* veneno ab hæreticis propinato hauſto, ſuccubuit. *Herbeus Maluesſius* hæretica manu percuſſus ad pectus, ad ventrem, ad iugulum, ad ventrem gladio, ſica, lancea, glande victor occubuit. *Ioannes Sandeus* ab Hæreticis interceptus ter globo lethaliter ictus. *Auguſtinus Ota* incarcere Iquinoximanum compactus, vitam datis ferreo ceruicibus prodegit. *Ioannes la Garde* ea peſte conficitur, quam illi magus, vindictæ ſtudio, impoſtor afflauit. *Carolus Spinola* imperante Xoguno Nangaſachi lento incendio conſumitur. *Sebaſtianus Chimura, Antonius Kiuni, Petrus Sampo, Conſaluus Fuſai, Michael Xumpo, Thomas Acafoxi, Ludouicus Cauara,* & *Ioannes Ciucoga* vna cum P. Carolo Spinola Nangaſachi lento igne conſumuntur. Poſtmodum *Camillus Conſtantius* lento incendio conſummatus conſtantiam potius re, quam nomine exhibuit. *Petrus Paulus Nauarrus, Dionyſius Fugexima,* & *Petrus Onizuccba* in Iaponia viui etiam flammis abolentur. *Anno 1623. Societ. 83.* [*Annus 83. Societ.*] *Hieronymus de Angelis, Simon Iempo* ab Xoguno damnati ad rogum, incendio viui deleti ſunt. *Anno 1624. Societ. 84.* [*Annus 84. Societ.*] *Didacus Caruallius* Xindai ſpiritum ardentem mediis efflauit in aquis. *Michael Caruallius* Omuræ lentis ignibus conſumitur. *Anno 1625. Societ. 85.* [*Annus 85. Societ.*] *Theodorus Riſvvig* Geldriæ ab Hæreticis in odium fidei carceris incommodis lethaliter vulneratur. *Franciſcus Macciadus*, & *Bernardus Pereira,* dum terra proſequuntur iter in Ethiopiam à Mahumetanis capiuntur, enecantur. *Ioannes Baptiſta Baeza* laboribus in fidei cauſa ſuperatus Nangaſachi laureatum efflauit ſpiritum. *Gaſpar de Caſtro* flagrans cupiditate ſe Deo per flammas ſacrificandi, ad pedem arboris abiectus, inſtar Eliæ, *petiuit anima ſua, vt moreretur,* gloriæ Martyrij planè compos. *Franciſcus, Pachecus, Balthaſar de Torres, Ioannes Baptiſta Zola, Gaſpar Sandamatzu, Petrus Pinxei, Paulus Xinxuque Michael Tozo, Ioannes Guiſacu,* & *Vincentius Caun* Nangaſachi flammis ſunt concremati. *Anno 1627. Societ 87.* [*Annus 87. Societ.*] *Thomas Tenij* Xoguno imperante inibi flammis curſum con ſummauit. *Anno 1628. Societ. 88.* [*Annus 88. Societ.*] *Edmundus Arouſinithaus* Lancaſtriæ felici ſuſpendio vitam abſoluit. *Mattheus Fernandez*, & *Bernardinus Peccius* à Barbaris Chingalis ſunt capite truncati. *Michael Xunnan* ærumnarum mole oppreſſus ſub Xoguno, morbum, mortemque contraxit. *Rochus Gonzalez de Sancta Cruz*, & *Alphonſus Rodriquez* in Vruaia, quæ Paraquariæ pars eſt, ab impio præſtigiatore pilis amentatis in caput libratis exanimati ſunt. *Ioannes del Caſtillo* inibi poſt multa tormenta ſaxo vertici illiſo latam animo portam ad æternitatem vidit apertam. *Michael Nacaxima* per incredibiles cruciatus ſumma conſtantia toleratos Xoguno Iaponiæ Tyranno imperante, enecatus eſt.

63. [*Martyres Societatis ab anno octogeſimo octauo vſque ad centeſimum quintum.*] Præterea *anno 1629. Societatis 89.* [*Annus 89.*] *Bernardus Reus* apud Chuncos Americæ Meridionalis gentem eſt ſagittis transfixus. *Matthias Burnatius* in Ducatu Ghitzinienſi ab Hæreticis multis vulneribus actus, ſpiritum profudit. *Anno 1631. Societ. 91.* [*Societ 91.*] *Ioannes Arnoldus*, in Germania ab Hæreticis aſcia in capite feritur, mox cultro exanimatur. *Anno 1632. Societ. 92.* [*Annus 92. Societ.*] *Blaſius Scolling* apud Bauariam ab Hæreticis interfectus eſt. *Iulius Paſcualis,* & *Emanuel Martinez* in Cinaloana Regione ſagittarum ſunt imbre confixi. *Antonius Pinto Ixida* Nangaſachi lento eſt igne toſtus. *Anno 1633. Societ. 93.* [*Annus 93. Societ.*] *Ignatius Fiaglio* in Mogore confoſſus. *Thomas Nicofori* Nangaſachi combuſtus. *Nicolaus Fucunanga* Geyan ſcrobis horribili inaudito tormento conſummatur. *Antonius Bellauia* in Braſilia gladiis conficitur. *Antonius Vaſconcellus* gerens in India Inquiſitoris munus per malas artes ab hoſtibus fidei de medio ſuffertur. At cum opera maleuorum incidiſſet in morbū, prius in Societatem, quàm in cœlum admiſſus eſt. *Emanuel Borges, Ioſephus Ruomui, Ignatius Quido* ſuſpendio Iaponio ad cœlum auolarunt. *Iacobus Antonius Giannonius, Ioannes Guindora, Ioannes Lama, Thomas Riccan, Ludouicus Caſocus, Dionyſius Yamamoto, Iacobus Antonius Tacuxima* & Xecuæ & Cocuræ incendio abſumuntur. *Michael Pineda* exul, & incommodis actus morbo corripitur, & inter deſideria moriendi in flammis, Nangaſachi extinctus eſt. *Benedictus Fernandez*, & *Paulus Saitus* de trabe ſuſpenſi in Iaponia ſimul animam exhalarunt.

Ioannes de Acoſta, Damianus Fucaye, Sixtus Tocuum, Antonius Soſa, Ioannes Matthaus Adamus, Iolianus Nacaura, Petrus, & Matthaus alter media ſui parte viui ſpiranteſque foueæ inſepulti, diuerſis diebus Nangaſachi ſpiritum emiſere. *Matthaus de Couros* in Iaponia ſpirirum ærumnis expreſſum emiſit flammarum
Annus 94. Societ. auidus. *Anno 1634. Societ. 94. Gaſpar Patez*, & *Ioannes Pereira* in Ethiopia trucidantur. *Iodocus & Andreas Martinus* in Alſatia multis vulneribus conciſi, vitam exuerunt. *Sebaſtianus Vieira* Xoguni imperio Yendi ſuſpenſus eſt pedibus ſublimis corpore in foueam depreſſo, vbi cum triduo pependiſſet, ſubiecto igne extinctus eſt. *Ioannes del Carpio* à Mindanais oppreſſus ob-
Annus 95. Societ. truncatur. *Anno 1635. Societ. 95. Petrus de Eſpinoſa* in Paraquaria ab Indis diuerberatus nudus expoſitus tygridum immanitati, ab illis
Annus 96. Societ. deuoratur. *Anno 1636. Societ. 96. Didacus Tuqui* Ozacæ ſuſpenſus in ſcrobem in Chriſti confeſſione moritur. *Christophorus de Mendoza* in Paraquaria cunctis membris reuulſis,
Annus 97. Societ. confectus eſt. *Anno 1637. Societ. 97. Marcellus Franciſcus Maſtrillus* poſt cruciatus ineffabiles in Iaponia capite in ſcrobem genuum tenus depreſſo, pedibus ſuſpenſus in quartum vſque diem poſt acinace obtruncatur, terra valide tremente, ac ſi IESVS alter moreretur. *Anno*
Annus 98. Societ. 1638. *Societ. 98. D. Appollinaris de Almeida* Epiſcopus Nicenus, *Hyacinthus Franciſcus*, & *Franciſcus Rodriquez* in Æthiopia lapidibus primum appetiti, dein ex arbore ſuſpenſi ſunt. *Philippus Notin, Gerardus Paeſman,* & *Ioannes Baptiſta Bodens* à Batauis per ſummam iniuriam
capite plexi, *Anno 1639. Societ. 99. Didacus de* *Annus 99. Societ.*
Alfaro, in Paraquaria à latronibus in odium fidei ſclopo traiectus occubuit. *Ioannes Meagh, Martinus Ignatius,* & *Vvenceſlaus Trnoska* cum ob infeſtos Suecorum incurſus in Bohemiam proficiſcerentur, in via à latrocinantibus ruſticis crudeliter interfecti ſunt. Quos ideo non procul abeſſe à Martyrij gloria creditur, quia interfectores aliis viatoribus eorum comitibus nihil incommodi intulere. *Gaſpar Oſorius*, & *Antonius Riparius* in Paraquaria clauis, quibus ea gens armatur confecti, poſt multos cruciatus abſoluuntur. *Amarus* ſeu, *Maurus Moureira* ab Hæreticis in flumine Murmugano Salſetidis
Goanæ interficitur. *Anno 1640. Societ. 100.* *Annus 100. Societ.*
Ludouicus Caldeira, & *Brunus Brunus*, ſeu *à Sancta Cruce* in Æthiopia acriter vulnerati auolarũt
ad palmam. *Anno 1642. Soc. 102. Stanislaus Bro-* *Annus 102. Societ.*
novvski, Chriſtophorus Gzarnostavvski, Gaſpar Vvoinicz, & *Ioannes Domagalski* apud Ruſſiam à latronibus trucidantur non prædæ ſtudio, quam penè nullam, cum poſſent impunè, abſtulere; ſed vt conſtitit argumentis prope modum certis, odio prædicatæ ab illis Ca-
tholicæ veritatis. Demum anno 1645. *So-* *Annus 105. Societ.*
ciet. 105. authentica relatione compertum in Paraquaria Petrum Romero Sociumque eius pro fide trucidiatos. Profectò Societas Rachel pulcherrima ex Doctorum ſapientia, ex Diuorum fœcunditate Lia mater oſtenditur, ſed quæ nunquam parere ceſſet.

AD MEAM DOMINAM

EPILOGVS.

DE Religionum Fundatoribus Tractatus duplici ad te ô Domina, iure pertinet, & quòd mancipij tui opus, & quòd omnium Ordinum inſtitutio tuas virtutes ſapit. *Intrauit olim* IESVS *in quoddam Caſtellum*, Luc. 10. Hîc Martha queritur de Maria, quod ſolam reliquerit miniſtrare, cui Dominus, *Maria optimam partem elegit.* Ad quæ Richardus Laurent. *Lib.* 11. *de Laud. Mar.* aſſerit Deiparam optimam ideo partem ſibi elegiſſe, quia Religioſorum Magiſtra perfectionis vtriuſque viæ (nempè contemplationis & actionis) exhibuit documenta. *Eſt enim* (ait) *Caſtellum Religio, quæ debet eſſe locus munitus. Vnde* Pſalm. 70. *Eſto mihi in locum munitum. Huius igitur munitio principaliter conſiſtit in duodecim, his vocabulis deſignatis: Scuta, Turris, Vigiles, Murus. Fons, Tuba, Foſſa, Machina, Aqua, Saxa, Cibus, Viri.* Profectò vocabula hæc, ex eiuſdem Doctoris expoſitione, voluminis huiuſce duodecim Libros, Arboris vitalis Fructus totidem, manifeſtant. 1. *Scuta orationum, quæ apponenda ſunt telis hoſtium, id eſt, tentationibus dæmonum.* En Benedictum contemplationis exercitamentis propriæ perfectionis ſtudioſum impigrè incumbentem. 2. *Turris prouidentia ſpiritualis. De diſcretis prouiſoribus, Cant.* 7. *Naſus tuus ſicut turris Libani.* Sibi Bernardus prouidentiam gerit, dum propriæ etiam perfectioni ſtudet. 3. *Vigiles Prælati*, Hebr. vlt. *Obedite Præpoſitis, ipſi enim peruigilant.* Reliquos ecce Monachorum Duces aſſidua vigilantia ſubditis Angelis perfectionis dogmata prælibantes. 4. *Turres, per quas ciues muniuntur, hoſtes præuidentur.* Hîc Auguſtinus aſſidet doctrina & ſanctitate Eccleſiæ robur, hoſtibus exitium. 5. *Mons Chriſtus ſuper quem fundata fuit eminentia, & arduitas vitæ.* Norbertus eminentia contemplationis, & arduitate ieiunij floruit. 6. *Tuba prædicatio contra hoſtes ſpirituales.* Certè Dominicus, familiaque Prædicatorum iniquitatis muros ſonitu conturbarunt. 7. *Foſſa, ſcilicet paupertas Religioſa.* An non Franciſcus Seraphicus paupertatis miræ foſſa humo recluditur, vt foraminum ſacrorum ornetur ſtemmate? 8. *Machina multiplex.* 1. Machab. 6. *Fecerunt machinas contra machinas.* Redemptorum Ordines contra vitia primum, mox contra hoſtium Eccleſiæ machinas machinas moliuntur, dum curant captiuos Chriſticolas à ſeruitute reuocare. 9. *Aquæ lacrymarum,*

crymarum, quibus plantulæ virtutum ſæpè rigantur, fluentibus impetu de Libano. Cur non & è Carmelo, vbi Eliæ, ac Thereſiæ filij aſperitatis lacrymis tot virtutum germina irrigant? 10. *Saxa aſperitates proiiciendæ contra inſultus vitiorum, dæmonum, & tentationum.* Certè Petrus Alcantara admirabilis aſperitatis documentum exhibuit. 11. *Cibus multiplex lectio, meditatio, deuotio, quo anima paſcitur.* Profectò Franciſcus Paulenſis huiuſmodi cibis paſci debebat, vt cibis quadrageſimalibus ſemper paſci non grauaretur. 12. *Viri, id eſt, Milites viriliter & ſtrenuè operantes.* 2. Tim. 2. *Labora ſicut bonus Miles* IESV. Ecce Societatis IESV Milites ſtrenuè pro perfectione propria, ac proximorum ſalute decertantes. Maria igitur Caſtellum eſt in ſe exprimens duodecim haſce proprietates Religionis, quas cunctos Ordines edocuit; omnes enim Religioſæ Familiæ tuo, O Domina ſubiacent Magiſterio.

LAVS DEO, IESV, DEIPARÆ, IOSEPHO, IGNATIO, ANTONIO.

INDEX

INDEX

Ad Conciones ſacras de Religionum Fundatoribus eorúmque auguſtioribus filiis.

BENEDICTVS.

FATVR Sponſus, *Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt in eis.* Cant. 4. Vbi Card. Hailgrinus, *Dentes Deiparæ ſenſus, & ſtudi ſitas, quibus ipſa perfectionis regulam velut herbas virentes decerpſit.* Extitit enim Magiſtra Regularibus. Ideo additur, *Sicut greges tonſarum. His dentibus Deiparæ comparantur greges tonſarum, qui poſſeſſionum onera tanquam vellera deponentes, omnia reliquerunt pro Chriſtô, qui lacrymis pœnitentiæ, & deuotionis frequenter abluti, aſcenderunt de virtute in virtutem, vt viderent Deum deorum mundo cordis oculo in Sion. Omnes gemellis fœtibus,* quia Deiparam Religioſorum Matrem æmulantes filios ſanctiſſimos fœcundiſſimi genuerunt.

CONCIO. I.

De D. Benedicto.

Ecce nos reliquimus omnia. Matth. 19.

1. Benedictus ſanctitatis collocatur in vertice. Sine imminutione filiis innumeris ſpiritum communicauit. *Quia quod proximis exhibetur, non amittitur.* lib. 1. ſect. 1. n. 1. p. 4. Ideo Dominus, *ſedebitis ſuper ſedes iudicantes.* Magiſter perfectionis Regularibus cunctis Benedictus exponitur.

2. *Ecce nos reliquimus omnia.* Adhuc Benedicti mira iuſtitia illuſtranda, *Perfectus quique debet æſtimare, nihil ſe adhuc egiſſe, vt velociori curſu, ad iuſtitiæ verticem aſcendat.* n. 7. ibid.

CONCIO II.

De D. Benedicto.

Ecce nos reliquimus omnia. Matth. 19.

1. *Reliquimus omnia.* Benedictum pietas mira effecit illuſtriſſimum. *Edocet Præſules, manſuetudine exundare: ſed non ideo ſubditis delinquentibus indulgere.* lib. 1 ſect. 1. n. 14. p. 6.

2. *Et ſecuti ſumus te.* Benedictus tam perfectè Dominum ſecutus eſt Magiſtrum vtique perfectionis, vt nec otioſi verbi fuerit leuiſſimo piaculo maculatus. *Quam difficile ſit, otioſo verbo non maculari: quamque id perfectiſſimi animi documentum, pondera.* n. 20 ibid.

CONCIO III

De D. Benedicto.

Ecce nos reliquimus omnia. Matth 19.

1. *In regeneratione.* Benedictus rurſum à Chriſto generatus in eremo, glorioſiſſimo cœleſtis Parentis nomine fuit donatus: nomine quidem, & abundantiſſima gratia Benedictus. *Quam fœlix qui illuſtri nomini reſpondet operibus.* lib. 1. ſect. 2. n. 1. p. 8.

2. *In regeneratione.* Chriſti vices exerens Benedictus innumerabilis genealogiæ parens efficitur. *Innue, filiorum perfectionem parentis arguere ſanctitatem.* n. 12. p. 9. Vberrimam ſegetem Panegyrico expono.

CONCIO IV.

De D. Benedicto.

Ecce nos reliquimus omnia. Matth. 19.

1. *Sedebitis & vos.* Benedictus Magiſter egregius ſedem obtinuit, vt innumeros ſubditos edoceret, quidquid ipſe præſtaret. *Aſſere, operari debere prius Magiſtrum, quidquid velit diſcipulis perſuadere.* lib. 1. ſect. 2. n. 17. p. 10.

2. *Sedebitis & vos.* Perfectiſſima Benedicti doctrina perfectiſſimum oſtendit Præceptorem. *Age de obedientiæ propera executione, ſilentij accurata obſeruantia, oratione efficaci, paupertatis cuſtodia, iuniorum erga ſenes reuerentia; ac Prælatorum exemplo.* n. 24. p. 11.

3. *Sedebitis & vos.* Benedicto ad ſuperos properanti ipſum cœlum obuiam procedit. *Quam ſpecialis gloria preparatur illi, qui filios ſpirituales curat acquirere* lib. 1. ſect. 2. n. 37. p. 13.

CONCIO VNICA.

De D. Gregorio.

Vos eſtis Sal terræ. Matth. 5.

1. *Vos eſtis lux mundi.* Gregorius magnũ Eccleſię luminare merito Magni ſortitus eſt appellationẽ, ob ineffabilem ſapientiam. *Illam aſſere magni Concionatoris, aut Magiſtri doctrinam, quæ morum compoſitioni auditoris accommodatur.* l. 1. ſect. 3. n. 1. p. 14.

2. *Vos eſtis lux mundi.* Gregorius iuſtiſſime Magnus eſt appellatus ob miram ſanctitatem. *Adnota, veritatis amatores quaſi humanam naturam exuere, induereque quodammodo Diuinam.* n. 7. p. 15.

3. *Vos eſtis lux mundi.* Gregorius meritò Magnus appellandus obiicitur ex mirabili humilitatis profunditate. *Agnatum eſt enim humilitati magnos efficere cultores ſuos.*n.12.p.16.

CONCIO VNICA.
De D. Scholaſtica.

Simile eſt Regnum cœlorum decem virginibus. Matth. 25.

1. *Dormitauerunt omnes, & dormierunt.* Non dormitauit Scholaſtica, non dormitauit, ſemper orationis exercitamento inuigilans;vt ſeſe Sponſi cœleſtis præpararet aduentui. *Oſtende,eum precantem mox à Domino exaudiri, qui imperanti ſuperiori citò præſtat obſequium.* lib.1. ſect.4. n.1.p.17.

2. *Dormitauerunt omnes.* Quam fœliciter Scholaſtica obdormiuit,quæ columbino ſpiritu informabatur! *Edocemur, innocentia ſtuaere, ad mortis pericula,tentaminaque, quæ obueniunt iuſtiſſimis quibuſque, ſuperanda.* n.7. p18.

3. *Moram autem faciente ſponſo.* Vt ſponſus minimè moram ageret, ſed præſens proculdubio adeſſet, curat Scholaſtica ſacrum cum Benedicto colloquium producere. *Sciens vtique, Deum vberioris dilectionis oſtentatione cum eis morari, qui ſermones pios contexunt.* n.13 p.19.

CONCIO VNICA.
De D. Ægidio.

Ecce nos reliquimus omnia Matth. 19.

1. *Reliquimus omnia.* Ægidius vel tunicam inopi exhibuit, quo Dei omnimodam benedictionem conſequeretur. *Mone eleemoſynam adeo hominem gratum reddere Conditori,vt cœleſtibus eum muneribus oppleat.* lib.1.ſect.5 n.1.p.20.

2. *Et ſecuti ſumus te.* Ægidius cuncta à Domino poſtulans: accipit illico, quia & ipſe ſe totum Domino dedidit. *Ille enim protinus ſua voluntati Deum, quaſi obſequentem ſortietur, qui totum ſe ſe addicit diuinæ voluntati.*n.7.p.21.

Sedebitis & vos. Ægidius fugiens ſedere,& honorari ab hominibus.ideo ſedet,& honoratur. *Honor enim fugientem ſequitur, & dignus honore obiicitur, qui nihili ducit honorari.*n.12.p.22.

BERNARDVS.

PRofectò Bernardus contemplatiuæ aſſertor viæ, Deiparam ducem æmulari contendit,cuius filius ſpecialiſſimi affectus iure fuit appellatus. Etenim contemplationi addictos Religionis Præſules ineffabiliter ſuperauit. Fatur Richardus Laur.lib.1. *Maria plena gratia cœleſtium donorum, quia virtute contemplandi Patriæ quodammodo, donata eſt. Quantum enim diſtat inter odorem, & guſtum aromaticæ ſpeciei: tanta inter contemplationem Mariæ, & aliorum Sanctorum Monachorum diſtantia eſt.* Diſcite ergo ô Monachorum Duces à Deipara contemplationis perfectionem rati, ad auguſtiorem gradum vos aſcendiſſe quo accuratiores Virginis æmulatores exponamini.

CONCIO. I.
De D. Bernardo.

Ecce nos reliquimus omnia. Matth. 19.

1. Bernardus Chriſtum in regeneratione ſequitur à Deipara partu editus feliciſſimo. *Innuit, infantes nutricum referre mores. Vnde parens prudens debet probam nutricem filio procurare.*lib.2.ſect. 1. n.1.p.24. Bernardus Chriſtum *in regeneratione* ſecutus eſt, à Deiparæ vtero procedentem.

2. *Ecce nos reliquimus omnia,*&c. *quid ergo erit nobis.* Perfectiſſimè Bernardi renuntiationi quaſi non ſufficeret Apoſtolicum præmium, nempè ſedere, & iudicare:aliud eleuatius admodum à Domino excogitatur, ſcilicet à Chriſto potari ſanguine, ſicut lac bibetat, propinante Maria. *Ediſcans ſcriptores,ac Concionatores, à latere IESV vitalem doctrinam haurire,*n.11.p.25.

CONCIO II.
De D. Bernardo.

Ecce nos reliquimus omnia. Matth. 19.

1. *Sedebitis & vos ſuper ſedes iudicātes,*&c. Apoſtolico choro Bernardus adſcribendus eſt ex Apoſtolica vtiliſſima orbi prædicatione. *Ex fructu enim copioſior colligitur Concionatoris zelus, aut concionis excogitata vis.*lib.2.ſect.1.n.15.p.26.

2. *Et ſecuti ſumus te.* Bernardus Præſul illuſtriſſimus, acerrimus Eccleſiæ propugnator, gregis Dominici canis vigilantiſſimus, ſuauitate deſperatis vulneribus medebatur. *Illum maximè lauda Præſulem,& Concionatorem, cuius ſuauia monita officium exerunt flagelli, ad improborum correptionem,*n.31.p.28.

De D. Bernardo.
CONCIO III

Ecce nos reliquimus omnia. Matth 19.

1. *Reliquimus omnia.* Bernardus plus dimiſit pro IESV quam ipſe Dominus imperarat; ſe etenim adeo natura humana exuit,vt præter morem hominum, nihil inuenerit in aliis hominibus, quod poſſet reprehendere. *Plane proprios defectus agnoſcere, aliorumque errata putare eſſe virtutes ineffabilem arguit perfectionem.* lib.2. ſect.2.n.1. pag.29.

2. *Reliquimus omnia.* Tam perfectè Bernardus cuncta reliquit, vt è terra vix aſſumeret ad vitæ nutritionem. Tam illuſtris enim fuit abſtinentiæ, vt hominibus pulcherrimus appareret. *Innue,ieiunio homines reddi pulchriores, & fortiores.* n.7.p.30.

3. *Reliquimus omnia.* Bernardus ſpecialiſſimè ſtuduit ſexus fœminei fugere ſocietatem,ad ineffabilis puritatis cuſtodiam. Puritas enim caſtitatis ſine ſtudioſa fuga cuſtodiri non poteſt. *Adnota, nullam circa caſtitatis tuitionem cautelam nimiam videri debere.*n.14.p.32.

CONCIO IV.
De D. Bernardo.

Ecce nos reliquimus omnia. Matth. 19.

1. *Reliquimus omnia. Quid ergo erit nobis?* Bernardus

nardus eleemoſynæ operibus, in maxima inopia Monaſteriis conſtitutis, eorum egeſtati ſuccurrit. *Edocens, aperire manus ad pauperes, quotiens te videris vacuum, vt ex beneficio eleemoſynæ diteſcere valeas* lib.2.ſect.2.n.20. p.32.

2. *Ecce nos reliquimus omnia.* Bernardus licitis Nuptiarum voluptatibus nuncium remittens, innumerabili filiorum ſpiritualium familia honoratur. *Aſſere, bonos filios virtutum paternarum eſſe confirmationem.* n.25. p.33.

3. Factus eſt Bernardus Pater Parentum ex mirabili patientia, quæ quidem vel hoſtem reddit in patrem n.30. p.34.

ALII MONACHORVM DVCES.

CONCIO I.
De D. Antonio Mag.
Sint lumbi veſtri præcincti. Luc.12.

1. *Præcincti* ad currendum. Antonius ad vitam aſperrimam quaſi alatus exſurgit, quia cupiditati renunciauit, ex temporalium bonorum ablegatione. *Innue, mortificationis vitam, laborum ſuſtinentiam, homines requirere bonis mundialibus vacuos, vt requie potiantur, quum tentantur tribulatione.* lib.3. ſect.1.n.1.p.36.

2. *Et lucernæ ardentes.* Antonius lucernas accendit ad orationis exercitamenta, nec ideo à corporeis laboribus excuſatur; imo lumbos accingit ad externam operationem. *Taxans vtique eos, qui ex prætextu orationis, aut deuotionis, otioſitate ſoluuntur.* n.5. p.37.

CONCIO II.
De D. Antonio Mag.
Sint lumbi veſtri præcincti. Luc.12.

1. *Sint lumbi veſtri*, &c. Tunc Antonius vt lux velociſſima aſcendit, volat ad ſuperos: cum vinctus, & illigatus laboribus, & tribulationibus aſpectatur. *Quia tribulationes faciunt homines præpropero curſu tendere ad perfectionem.* lib.3. ſect.1. n.12. p.38.

2. *Et lucernæ ardentes.* Antonius orationis, lumine tam acerbæ conſtrictionis lumborum, ſeu horribilis carceris tenebras effugauit. *Vix poſſibile reor, diu poſſe nos laborum ſuſtinere tentamina, ſine orationis adminiculo.* n.19. p.39.

3. *Sint lumbi veſtri præcincti.* Poſt tot opera egregia, Antonius præ dilectionis magnitudine putabat, ſe nihil geſſiſſe nullo affectum eſſe cruciatu. *Amore quidem quo veraciore eſt, eo ad obſequia promptior. Vnde ex facilitate operandi, putat, ſe, nihil agere obſequij.* n.25. p.40.

CONCIO I.
De D. Baſilio.
Si quis venit ad me. Luc.14.

1. *Si quis venit ad me.* Baſilius perfectiſſimè, omnibus ablegatis, Chriſti verè filius extitit è ſole Sol. *Non enim verè fulget vt ſol, qui vti luna mutatur. Virtus perſiſtens commendabilis. Id permanens habemus, quod ex Chriſto ſole imitamur.* lib. 3. ſect.2. n.1. p.42.

2. *Si quis venit ad me.* Non tepide Baſilius, ſed feruentiſſimè Dominum ab ætate florenti ſecutus eſt. *Monemur, ſpirituales viros nec parentum amore, nec ſeculi bonis detineri, quo minus Chriſtum ſequantur.* n.6. pag.43.

CONCIO II.
De D. Baſilio.
Si quis venit ad me. Luc.14.

1. *Et qui non baiulat Crucem ſuam.* Baſilius verè Diſcipulus Chriſti Crucem portat egregiè operando: quem quidem antiqua ſanctitatis luminaria minimè ſuperaſſe videtur. l.3. ſect.2. n.16. p.44.

2. Baſilius cum Paulo comparatur. n.21. ibid.

3. Baſilius cum Ioanne Baptiſta confertur. n.24. p. ibid.

4. Baſilius admirabilis æmulator Eliæ. num. 27. ibid. *Interim expende, qualis debeat exiſtere Magnus Diuus, Doctor egregius perfectus vndequaque.* ibid.

CONCIO I.
De D. Hieronymo.
Vos eſtis Sal terræ. Matth. 5.

1. *Vos eſtis Sal.* Hieronymus prius Sal, quam lux: quia ſcientia ex ſuppoſita virtute admodum commmendabilis. *Oſtende, haud poſſe ſapientiam vtiliter fulgere, perſiſtenter ſtare, niſi proba vita fundamina prius ſubmittantur.* lib.3. ſect.3. n.1. p.48.

3. *Vos eſtis lux mundi.* Hieronymus lux Eccleſiæ fulgentiſſima, id fulgoris eſt aſſecutus precibus, & lacrymarum profluentia. *Sapientia etenim, & quæque illuſtria non abſque labore comparantur.* n.8. p.49.

CONCIO II.
De D. Hieronymo.
Vos eſtis Sal terræ. Matth. 5.

1. *Sal, & lux.* Hieronymi ſapientia mirabilis plane. *Sed minimè ad oſtentationem ingenij, & mentis ſolummodo illuminationem: ſed ad voluntatis magiſterium, ablegationemque ignorantiæ.* lib. 3. ſect.3. n.13. p.50.

2. *Non poteſt Ciuitas abſcondi ſupra montem poſita.* Hieronymus in vertice poſitus ab hominibus, non vt laudibus efferrent, ſed vt acriter calumniis vulnerarent. *Exprime ineffabile hominis meritum, ex calumniis patienter toleratis.* n.19. p.51.

3. *Vos eſtis lux.* Vitæ Hieronymi integritas oſtenrat eius interni luminis fulgorem, quem tenebras eſſe proclamantes æmuli, Diuum innocentiſſimum diriori vulnere afficiunt. *Acrius enim ex acceptis iniuriis vulneratur innocentia, quam iniquitas.* n.23. p.52.

CONCIO III
De D. Hieronymo.
Vos eſtis Sal terræ. Matth. 5.

1. *Vos eſtis lux.* Præfulget Hieronymi caſtitas ineffabilis, ſed poſt pugnas horribiles. *Edoceamur, virginitatis, aut caſtimoniæ decus poſt multas victorias comparari debere.* lib.3. ſect 3. n.26. p.53.

2. *Vos eſtis lux mundi,* Hieronymus fulgentiſſimus ex communi plauſu, ex miraculis, ex Religionis incrementis, quia mirum in modum Chriſtum patientem imitatur. *Aſſere, homines ex infamia iniuſtè illata ſed patienter tolerata mirum in modum à Domino honorari.* ibid.

CONCIO I.

De D. Brunone.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Et lucernæ ardentes.* Bruno lucerna eſt ardens quidem, ſed minimè lucens proximis. *Vitæ contemplatiuæ gloriam recluſam ſub ſignaculo obiiciat. Innuens, eremo addictos haud debere cum proximis conuerſari.* lib.3. ſect.4.n 1. p.55.

2. *Et lucernæ ardentes.* Brunonis miram ſanctitatem recognoſco, quia ex ignis, ac damnationis æternæ ſtudioſa meditatione ſæculum dereliquit. *Aſſere, aſpera quæque ſufferre poſſe, qui continuò aut mortis, aut iudicij, aut gehennæ horrorem aſpectat.* n.8.p.56.

CONCIO II.

De D. Brunone.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Et lucernæ ardentes.* Bruno ſe, ac Carthuſianam familiam perfectiſſimam oſtendit ex mira ad contemplationem eleuatione. *Hinc cæleſtis contemplationis elogia recenſe.* l.3. ſect.4.n.13.p.57.

2. *Et vos ſimiles hominibus.* Bruno, cunctique Carthuſianæ familiæ alumni quaſi non homines, haud communi ægritudine preſſi, ægrotantis naturæ à cibis (carnibus ſcilicet) ineffabili conſtantia abſtinent. *Innue ieiunium, ſeu abſtinentiam hominem oſtendere quaſi naturæ eleuatioris.* n.18. p.58.

CONCIO III.

De D. Brunone.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Sint lumbi veſtri præcincti.* Brunonis ineffabilem caſtitatem illuſtra ex ipſius ſcribentis teſtimonio. *Innuens, luxuriem igne tartareo ſuccendi, ſupernam lucem eſſe caſtitatem, quæ quidem fugiendo delinquendi occaſiones, tuenda eſt.* l.3. ſect.4.n.24.p.59.

2. *Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum.* Ex Brunonis doctrina, eiuſdem ineffabilem expende vigilantiam. *Sero vigilat, qui diei ſui pace potitur, & non ſe in diem iudicij præparat.* ibid.

CONCIO I.

De D. Romualdo.

Ecce nos reliquimus omnia. Mat.16.

1. *Et ſecuti ſumus te.* Mirabilis erga Deum Romualdi dilectio oſtenditur, dum adoleſcens voluptatibus addictus, cupiebat Chriſtum in deſerto requirere, & ſequi feruentiſſime. *Mirabile id. Nihil enim adoleſcenti impudico magis agnatum, quam vel deitati inſidias collocare.* lib. 3. ſect. 5. n.1. p.61.

2. *Et ſecuti ſumus te.* Romualdus ſecutus eſt Chriſtum in Camaldulenſem ſolitudinem, qua quidem diuus tanto conſtitit affectu, vt oſtenderet, quam à curis liberum gereret animum. *Solitudinis enim amor arguit animum omninò à ſecularibus abſtractum illectamentis.* n.6.p.62.

CONCIO II.

De D. Romualdo.

Ecce nos reliquimus omnia. Mat.16.

1. *Ecce nos reliquimus.* Relinquens Romualdus, cum eſſet viginti annorum, totam reliquam vitam pro Domino: centum ſupra illos viginti annos accepit. *Aſſerere, hominem diu viuere ex obedientia, ex Dei præſentia, & familiaritate.* lib.3. ſect. 5. n.11. p.63.

2. *Sedebitis & vos.* Sedit Romualdus tanquam Deus imperans creaturis omnibus: quia perfectiſſimè Deo, quem ſequitur, obediuit. *Obediunt enim cuncta ei, qui Prælatis pro Deo humilem exhibet obedientiam.* n.16. p. 64.

AVGVSTINIANI.

Sapientiæ Chriſtianæ Magiſter Auguſtinus ſapientiſſima didicit à Maria. De Doctoribus ſapiens, *Sapientiam omnium antiquorum exquiſiuit, & in Prophetis vacauit. Narrationes virorum nominatorum conſeruauit, & in verſutias Parabolarum ſimul introiuit. Occulta prouerbiorum exquiſiuit, & in abſcondita Parabolarum conuerſatus eſt.* Eccli. 29. Richardus Laurent. lib.4. de laudib. Mar. ſic Deiparenti Magiſtrorum Magiſtræ accommodat. *Sapientiam antiquorum, id eſt, doctrinam Patriarcharum, & Prophetarum exquiſiuit, ſeu extra alia quæſiuit Maria: & in Propheticis intelligentiis vacauit, curis contemptis. Doctrinam virorum nominatorum, ſeu Apoſtolorum, & Doctorum conſeruauit. Vnde Luc.2. Maria autem conſeruabat omnia verba hæc. Et in verſutias Parabolarum, ſeu obſcuras, & occultas ſubtilitates ſimul introiuit. Occulta prouerbiorum, ſenſum myſticum, & moralem exquiſiuit. Et in abſconditis, ſeu occultis allegoriis figuratiuarum locutionum intelligendis conuerſata eſt, ſtudendo, & meditando. Si enim hæc omnia verè dicuntur de Auguſtino, Ambroſio, &c. ſeu de quolibet vero ſapiente: multo verius dici poſſunt de Matre Sapientiæ incarnatæ.* A qua ſcilicet cuncti Doctores didicere.

CONCIO I.

De D. Auguſtino.

Vos eſtis Sal terræ. Matth. 5.

1. *Sal terræ.* Auguſtinus terræ Sal vtiliſſimus, qui egregie Salis proprietates expleuit, ſufficit ſolus Eccleſiæ. *Innue, vnum perfectum Euangelij miniſtrum pro mille.* lib.4. ſect.1. n.13.p.68.

2. *Vos eſtis Sal.* Auguſtinus Eccleſiæ ſal prius in ſe expertus eſt incorruptionem ex mira actionum ſanctitate. *Prius enim euangelij miniſter, aut Doctor in ſe debet præſentire, quod in aliis ſtudet efficere.* n.20.p 69. Eremitarum Ordinem commenda. Vberem Panegyrico exhibeo materiam.

CONCIO

CONCIO II.

De D. Auguſtino.

Vos eſtis Sal terræ. Matth. 5.

1. *Sal terræ.* Auguſtinus ſapientiæ Sal ex proprio penu cunctis ſapientiæ theſauros expoſuit. *Aſſere, Doctores eos vere eſſe, qui aliorum doctrinam ſic digerunt, vt velut propriam expromant: differat ... inter librum, & Auctorem.* lib.4.ſect. 1.n.27.p.70. Efferenda hinc elogiis Auguſtini volumina.

2. *Vos eſtis lux mundi.* Sol Eccleſiæ Auguſtinus vitæ, & doctrinæ fulgorem ſpargens. *Oſtende, Doctores, ac Concionatores, in morem ſolis, & vitæ, & doctrinæ radiis debere decorari* n. 34. p.72.

CONCIO III.

De D. Auguſtino.

Vos eſtis Sal terræ. Matth. 5.

1. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum.* Auguſtinus ſapientiſſimus,& ſanctiſſimus; quia Dei induere curauit imaginem: non laudi propriæ ſtuduit; ſed ad Dei gloriam doctrinam, & opera expoſuit. *Adnota, in eos, qui opera ſua Dei gloriæ libant, gloriæ ipſam refluere.* lib.4. ſect.2. n.19.p.76.

2 *Vos eſtis Sal, vos eſtis lux.* Sapientiæ lux ex vitæ condimento. Auguſtinus egregiis virtutis exercitamētis acuit ingeniū ineffabile,ad cunctarum ſcientiarum penetrationem. *Quo enim ſanctior Doctor, eo perſpicacior ad ingenij fœtus.* n.28. p.77.

CONCIO IV.

De D. Auguſtino.

Vos eſtis Sal terræ. Matth. 5.

1. *Qui autem fecerit, & docuerit,* &c. Auguſtinus non ſolum grauia mandata ſeruauit.Sed & minima perfectiſſimè impleuit. *Aſſere, viros iuſtos parua piacula fugere, quæ aliquam anteactæ vitæ improbæ vel minimam reddunt ſpeciem.* lib 4. ſect. 2. n.34. p.78.Profectò leuia peccata fugienda, præcipuè in materia libidinis.

2. *Qui fecerit, & docuerit.* Licet Auguſtinus ineffabili ſapientia præfulſerit, eius ſanctitas mirum in modum ſapientiam ſuperauit. *Innue, viros, aut fœminas ingenij perſpicacis, poſſe in præcelſiori ſanctitudinis prorumpere affectus.* n.41. p.79.

CONCIO VNICA.

De D. Monica.

Ibat Ieſus in Ciuitatem, quæ vocatur Naim. Luc. 7.

1. *Et hæc vidua erat.* Plorantem viduam Monicam Chriſtus aſpexit, & non loquentem exaudiuit. *Quia lacrymæ vtiliter profuſæ in conſpectu Domini vociferantur.* lib.4. ſect.2. n.1. p.81.

2. Monica diu plorans minimè prohibetur à luctu.(Nec enim ei dicitur, *Noli flere.*) quia nō ob tēporaria incomoda lacrymas profundebat vti viduaNaī,ſed ob ſpiritus Auguſtini iacturā, *Edoces ſtenaū vidua,ob tēporarios labores non eſſe.* n.8. p.82.

3. *Et dedit illum matri ſuæ* Monica ob perſeuerantiam luctus demum Auguſtinum Eccleſiæ peperit. Oſtentans, efficaciſſimas eſſe lacrymas ad quæque difficilia ſuperanda. n.13.p.83.

CONCIO VNICA.

De D. Nicolao Tolentino.

Nolite timere, puſillus grex. Luc. 12.

1. *Quia complacuit Patri veſtro donare vobis Regnum.* Nicolaus Rex cœleſtis, Patris æterni hæres aptè appellatur: imitatur enim Dei munificam erga omnes naturam. *Oſtendo, nihil magis agnatum Regibus, quam ſubditis omnibus beneficia exponere* lib.4. ſect.3. n.1.p.85.

2. *Puſillus grex.* Nicolaus non ſolum ex humilitate puſillus, ſed omnium virtutum fulſit varietate. *Eum Diuum commendabilem admodum reor, qui Protoparentes virtutum imitari contendit.* n.7. p.86.

3. *Puſillus grex.* Nicolaus ouis manſuetiſſima, erga proximos mira compaſſione afficitur. *Oſtentatur inde egregia ſanctitas, quia pietas, & miſericordia ergo afflictos, perfectionis magnæ eſt documentum.* n.13. p.87.

CONCIO I.

De D. Martino Canonico B. Iſidori Legionenſis.

Vos eſtis Sal terræ. Matth. 5.

1. *Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur.* Martinus Legionenſis, D. Iſidori Conuentus decus, Canonicus Regularis D. Auguſtini magnus prorſus ex ſanctitudinis meræ documentis. *Oſtende, virtutis operibus Diuos oſtentari Doctores. Geſta enim difertius, quam ſermones adducunt proximos ad virtutem.* lib.4. ſect. 5. n.1 .p.89.

2. *Hic magnus vocabitur.* Magnus Martinus Doctor poſt volumen acceptum ab Iſidoro, ex cœleſti theſauro proferens cunctas diuitias ad Eccleſiæ vtilitatem. *Edoces Doctores non abſcondere lucem, ſed ad proximorum eruditionem fulgurare.* n.8. p.90.

3 *Sal terræ.* Scientia humilitatis. Martinus ſapientia plenus,minimè inflatur:ſed mirificè exercitamentis humilitatis ſtudium impendit. *Quam mirum! Etenim agnata eſſe aſſolet vanitas iis, qui implentur ſapientia. At ſoliditas veræ ſcientiæ vanitati vacuum non relinquit.* n.16.p.91.

CONCIO II.

De D. Martino Canonico B. Iſidori Legionenſis.

Vos eſtis Sal terræ. Matth. 5.

1. *Vos eſtis Sal.* Martini magnalia recenſe, ipſiuſque Diui doctrinā illuſtra, ex Salis ſymbolo. *Interim caſtitatis,* Sapientiæ otium fugientis, paupertatis Religioſæ, aliarūmque virtutum fulgorem oſtende ad Religioſi inſtitutionem. lib. 4. ſect.5. n.22. p.93.

2. *Vos eſtis lux.* Martini magnalia expone, eiuſdemque Doctoris ſententiis confirma, ex lucis typo. *Adhuc Religioſum virtutibus, ac miraculis fulgientem deſcribe perfectum.* n.30.p.93.

CONCIO I.

De B. Ioanne de Sahagum.

Nolite poſsidere aurum, neque argentum, nec pecuniam in Zonis veſtris. Matt. 10.

1. Auguſti Diui commendabiles oſtentantur, dum viri cum ſint, puerilem ſinceritatem cuncta pretioſa contemnentes, conſeruant. Ioannes Eſcobar de Sahagum hinc Auguſtus obiicitur. *Deo gratiſſimus, qui in ætate virili, aut ſenili, ætatis puerilis refert ſynceritatem.* lib.4.ſect.6.n.1.p.95.

2. Si auguſtè Ioannes de Sahagum vir, ſe puerum oſtendit, auguſtius plane puer ſe virum operibus illuſtriſſimis expoſuit. *Gratior adhuc Numini oſtenditur, qui in puerili ætate virilem fortitudinem, ſenilem grauitatem oſtentat* n.6. p.96.

CONCIO II.

De B. Ioanne de Sahagum.

Nolite poſsidere aurum. Matth. 10.

1. *Nolite poſſidere.* Ioannes de Sahagum IESVM poſſidens, cuncta temporaria contemnit, diuitias, & honores conculcat. *Nam qui Deum poſſidet vnicum theſaurum, cuncta mundi bona contemnere neceſſarium eſt.* lib.4 ſect.6. n.12.p.97.

2. *Nolite poſſidere aurum.* Vos IESV perfectos gerite æmulatores, ei firmiter hærentes. Ioannes de Sahagum ſe exponit agrum omnibus frūctibus plenum ſpiritualibus ex vicinitate cum IESV ineffabili. *Nam qui iuxta Chriſtum morantur, eiuſque continua præſentia fruuntur, plenitudine donantur.* n.17. p.98.

3. *Nolite poſſidere.* Ioannes de Sahagum IESVM in Euchariſtia aſpectans, ſe omnino purum affirmat, & immaculatum. *Quia ad cæleſtium, ac diuinorum exceptionem magna cordis mundities neceſſaria eſt.* n.22. p.99.

NORBERTVS.

NOrberto Dominus talenta innumera tribuit *ſecundum propriam virtutem.* Certè propria Norberti virtus fuit humilitas, quæ eum ad præcelſum ſanctitatis gradum euexit. Hinc proculdubio Deiparæ æmulator, cuius propria virtus humilitas ineſtabilibus talentorum incrementis euecta. Richardus Laur. lib.4. *Conſiderauit Dominus reſpiciens humilitatem ancillæ ſuæ, vaſis illius capacitatem, & ſecundum ipſam capacitatem infudit ei gratiam. Hæc eſt conſuetudo Domini. Vnde dicit Matth.25. Vnicuique tradidit Dominus talenta ſecundum propriam virtutem. Hæc propria virtus propriè eſt humilitas; & quia tantum ſe humiliauit illa quæ tanta erat: Filius Dei amore ipſius tantum humiliauit ſe & inclinauit cælos, & deſcendit in eam.* Norbertus ſecundum primam humilitatis virtutem adeo plenus cœleſtibus virtutibus, ac donis exponitur, vt vni Dominus cuncta impendiſſe talenta videatur.

CONCIO I.

De D. Norberto.

Homo quidem peregre proficiſcens. Mat. 25.

1. *Et dedit quinque talenta.* Norberto Dominus innumera tradidit talenta iuxta tanti animi capacitatem. *Innue, à munificentiſſimo Domino plus accipere, qui ſe ſe amplius capacem effecerit.* lib. 5. ſect.1. n.1. p.102.

2. *Secundum propriam virtutem.* Norbertus Chriſti æmulator ſe omnium ſeruorum Dei minimum reputabat. *Se etenim ſanctiſſimum oſtentat, qui exiguam aliorum virtutem ſuæ arbitratur præcelſiorem.* n.7. p.103.

CONCIO II.

De D. Norberto.

Homo quidam peregre proficiſcens. Mat. 25.

1. *Et vni dedit quinque talenta.* Norbertus prædicationis talentis à Domino donatus, miros fructus parturiit Eccleſiæ. *Edocens quidem. Concionatores, Euangeliique miniſtros, ſolummodo auditorum vtilitati curam impendere* lib. 5. ſect. 1. n.12. p.104.

2. *Et operatus eſt in eis.* Norbertus fideliſſimus ſeruus oſtenditur, dum talentis, talenta acquirit; id eſt filios innumeros lucratur, qui Parentis optimi referunt perfectionem. *Quam laudabiles filij, qui parentum virtutes æmulantur.* lib. 5. ſect.2.n.1. p.105. Ordinis Præmonſtratenſis elogia recenſeantur.

CONCIO III.

De D. Norberto.

Homo quidam peregre proficiſcens. Mat. 25.

1. *Ecce alia quinque ſuperlucratus ſum.* Norbertus totum id, quod à Domino accepit, etiam temporariorum bonorum, ipſi reddidit in pauperibus, nihil ſibi retinuit. *Commendabiles adnota Præſules, qui de Eccleſiæ redditibus nihil propriis commodis reſeruant.* lib.5. ſect.2. n.7. p.106.

2. *Ecce alia quinque.* Norbertus fideliſſimus Præſul non ſolum ſermone, ſed & opere Prælatus eximius, totam vitam ouium vtilitati conſecrauit. *Quam commendabilis Præſul, qui nihil ſibi è vita reſeruat, totam litat ſubditorum obſequio.* n.12. p.107. *Adnota, eum, qui Præſulatus adminiſtrationi ſollicitè incumbit, quaſi Martyrem obire.*

PRÆDICATORES.

PRædicatorum Familiam ſpecialiſſimè erectam à Domino ad Deiparæ laudes prædicandas, probat Roſarij gloria fidelium cordibus expreſſa. An non Dominicus, eiuſque filij ſapientiſſimi, ac ſanctiſſimi Roſarij ſacerrimi vim omnibus expoſuere? Richardus Laur. lib. 2. *Debemus Mariæ magnificationem impendere, quod fit, quando corde, opere, ore pro poſſe noſtro illam extollimus, & ad eius ſeruitia, laudes, & dilectionem, quoſcumque poſſumus, inuitamus. Quaſi dicat fidelibus verbo & exemplo amator Mariæ* Dominicus: *Magnificate Dominam mecum, & exaltemus nomen eius. Auguſtinus, Quaſi magnitudinem Mariæ mecum prædicate, & nominis eius præconia magna voce attollite.*

Ad hoc enim inuitat nos Eliſabeth illius ſententiæ, id eſt Roſarij *expreſſione. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.*

CONCIO I.

De D. Dominico.

Vos eſtis Sal terræ. Matth. 5.

1. *Sal terræ.* Libri Dominici terræ Sal, virtutum condimentum, ſalis inſtar, ab igne proſilientes. Prædicatorum doctrina orbi ſalutaris. *Innue Euangelicam doctrinam gratis proferendam eo ſolo præmio, vt plures ad Saluatorem adducantur.* lib. 6. ſect. 1. n. 1. p. 109.

2. *Sal terræ.* Sal Dominicus Chriſti ſalis extitit imitator, qui corruptos iam peccatores ad ſanitatem adduxit. *Quam difficilis conuerſio illius, qui diu exiſtens in crimine, peccata addit peccatis.* num. 12. p. 111. Copioſam meſſem elogiorum expono.

CONCIO II.

De D. Dominico.

Vos eſtis Sal terræ. Matth. 5.

1. *Quod ſi ſal euanuerit.* Dominicus, nunquam timore proſperitatis euanuit, ſæculi contempſit proſperitate frui: vt veræ ſapientiæ gloriam tueretur. *Etenim ſuperbia, aut arrogantia ſapientiam omnino diſperdit.* lib. 6. ſect. 1. n. 21. p. 112.

2. *Sal terræ.* Prius Dominicus ſale virtutis, ac pietatis, quam doctrinæ luce ornatus obiicitur. *Quia minimè laudanda ſine virtute ſapientia oſtenditur.* n. 28. p. 113.

3. *Sal terræ.* Dominicus vt in ſapientia profectus egregios faceret, abſtinentiæ miræ operam impendit. *Sapientia enim acuitur, cum vini ſpecialiter vſus abſtrahitur.* n. 35. p. 114.

CONCIO III.

De D. Dominico.

Vos eſtis Sal terræ. Matth. 5.

1. *Sal terræ.* Dominici pueri ſapientia fuit cum corporis puritate coniuncta. *Caſtitas enim aſſolet cum ſapientia adeò colligari: vt ſumma ſapientia ſummam innuat puritatem.* lib. 6. ſect. 1. n. 42. p. 115.

2. *Sal terræ* Dominici ſapientia non fundata erat in vtilitatibus, aut commodis ſecularis commendationis: ſed in Deo ſolummodo. *Inanis enim ſapientia, quæ & Dei gloriæ, & proximorum ſaluti non ſeruit.* ibid. p. 47.

3. *Sal terræ.* Dominici, eiuſque Religionis doctrina à veraci ſapieniiæ fonte profluere probatur; quia mundialem ſapientiam ſuperat. *Nam quæ à Deo ſapientia profluit, omnes ſeculi fallacias, hæreticorumque verſutias abſumit.* n. 52. p. 116.

CONCIO IV.

De D. Dominico.

Vos eſtis Sal terræ. Matth. 5.

1. *Vos eſtis lux.* Mira Dominici ſapientia ex ſanctitatis luce maximè eſt commendanda. *Illa enim prædicatio efficax ad peccatorum reductionem, quæ magis vita, quam ſermone clamat.* lib. 6. ſect. 2. n. 1. p. 117.

2. *Lux mundi.* Dominici lux ros erat lacrymarum, ex miſeriæ, ærumnæque proximi piiſſima compaſſione. Ideo Angelus habebatur. *Lacryma enim hominem in Angelum conuertunt.* n. 6. pag. 118.

3. *Nec ponunt eam ſub modio.* Dominici interna virtus in manifeſtum erupebat, ad proximorum communem vtilitatem. *Oſtende, Euangelij proferendi miniſterium viros requirere abundanti ſpiritu ſuccenſos.* num. 12. ibid.

CONCIO V.

De D. Dominico.

Vos eſtis Sal terræ. Matth. 5.

1. *Lux mundi.* Dominicus lucis Angelus, quia illuſtris extitit Prædicator. *Perfectum deſcribe Prædicatorem Prædicatoriæ Familiæ, ad lacrymas ſcilicet auditores excitantem, liberè increpantem; ſed plauſu exauditum; quia mores pulchri, & vox correptionis ſuauiſſima.* lib. 6. ſect. 2. n. 17. p. 119.

2. *Lux mundi.* Dominicus ſe ſe Deo propinquum oſtentauit ex lucis eleemoſynæ fulguratione. *Eleemoſynam faciens Deum adeo æmuletur, & ad eius propinquitatem eleuetur.* n. 28. p. 120.

CONCIO VI.

De D. Dominico.

Vos eſtis Sal terræ. Matth. 5.

1. *Lux mundi.* Dominicus ex eleemoſynæ luce profuſa plus à Deo accepit, quam pauperi exhibuit. *Exprime eleemoſynæ diffluentiam: plus accipiente, quam dante eleemoſynario.* lib. 6. ſect. 2. n. 34. p. 121.

2. *Lux mundi.* Dominicus Sol, inſtar magni luminaris, quinque radiis ornatus: ſcilicet caſtitate, charitate, oratione, exemplo, & miraculis. *Aſſere, veracem Diui fulgorem non tam à miraculis, quam ab exemplis procedere.* n. 40. p. 122.

3. *Lux mundi* Dominicus, eiuſque Prædicatoria Familia lux ſub gremio Deiparæ, velut gemma pretioſiſſima, quaſi *ſub ſignaculo* cuſtoditur. Vnde & Patris, & filiorum mira humilitas eluceſcit. *Exprime ſecuriſſimè degere, qui ſub tutamine Mariæ verſatur.* num. 46. p. 123. Obſerua, Mariam ſpecialiter humiles corde cuſtodire.

CONCIO I.

De Thoma Angelico.

Vos eſtis Sal terræ. Matth. 5.

1. *Sal* & *Lux.* Doctrina Thomæ ſanctitas eſt, ſanctitas eſt doctrina. *Quid doctrina, quid ſapientia ſine ſanctitudine proficit?* lib. 6. ſect. 3. num. 1. pag. 125.

2. *Sal terræ.* Thomas Angelicus ſal eſt augu-

ſtiſſimæ ſapientiæ, cuius dogmata non diſcipulos, ſed Magiſtros informant. *Ea doctrina apprimè commendabilis oſtenditur; quæ ad proximorum ſalutem gerendam, erudit diſcipulos.* n.7. p.127.

3. *Lux mundi.* Angeli in lucis creatione, aliquibus Patribus aſſerentibus, exponuntur. Thomas eſt verè Angelicus, quia non ſolum eius interni ſenſus, ſeu animi potentiæ: ſed & externi Angelicam ſapiunt naturam. *Ex virginitate ſenſus corporei quaſi in ſpirituales potentias conuertuntur ad myſteriorum cognitionem.* n.11. ibid.

CONCIO II.

De Thoma Angelico.

Vos eſtis Sal terræ. Matth. 5.

1. *Lux mundi.* Thomas non ſolum Angelicus, ſed & quodammodo Deificus, vt diuidere poſſit lucem à tenebris ſiue ab erroribus dogmatum veritatem. *Doctores, aut Concionatores, qui ſtudent, veritatem à mendacio ſecernere, aut virtutem à vitiis: quaſi Deifici oſtentantur.* lib. 6. ſect. 3. n. 18. p. 129.

2. *Sal terræ.* Thomæ ſapientia ſanat, & præſeruat: verè ſal. *Illam ſapientiam taxa, quæ floridis ſtudet ſermonibus, non fructibus. Verè ſapiens fructuoſus obiicitur.* n.22. ibid.

3. *Vos eſtis lux.* Thomas ex virginitate tot myſteria cœleſtia expreſſit, tot expoſuit arcana, vt cum Prophetis debeat collocari. *Caſtitas quidem admodum confert ad ſapientiam: veritas enim menti puræ apertius manifeſtatur.* lib.6. ſect.4. num. 1. pag. 130.

CONCIO III.

De Thoma Angelico.

Vos eſtis Sal terræ. Matth. 5.

1. *Lux.* Thomas merito appellatur Angelicus, qua pro tuenda virginitate decertauit. *Ea enim caſtitas* virgines efficit, quæ pugnax exurgit, & victorioſa fulget, ſeu aduerſus luxuriem in proximis decertando, ſeu proprios appetitus *opprimendo.* lib.6. ſect.4. n.9. p.131.

2. *Vos eſtis ſal, vos eſtis lux.* Miram D. Thomæ ſapientiſſimi humilitatem illuſtra. *Aſſerens vere humilem nihil in ſe aſpectabile indicare. Vnde miros humilitatis profectus exprime.* n.15. p. 132. Adnota Angelicum Doctorem ex minima ſui æſtimatione in plures Doctores multiplicatum eſſe.

CONCIO IV.

De Thoma Angelico.

Vos eſtis Sal terræ. Matth. 5.

1. *Lux.* Thomas miro ſilentio animi, ac corporis puritatem ornauit, cuſtodiuit. *Silentium enim puritatis animæ, corporiſque caſtimonia cuſtos eſt.* lib.6. ſect.4. n.21. p.133.

2. *Lux.* Thomas ſapientiſſimus, oratione præmiſſa, contra luxuriem, contra hæreticos certamina inſtituebat, & dictis, & ſcriptis: ideo illorum conſilia viriliter diſſipauit. *Oratio enim efficaciſſima, ad conſilia nexa obruenda hoſtium Eccleſiæ, & ad ſacra fidei dogmata (ſapientia regulam) concilianda.* n.27. p.134.

CONCIO I.

De D. Petro Martyre.

Ego ſum vitis vera. Ioan. 15.

1. *Vitis vera.* E vite Maria Chriſtus vitis exurgit. Petrus palmes frugifer admodum ad Marianæ vitis pertinet ditionem. Petrus ergo multis coronis ornatus Confeſſor, Virgo, ac Martyr; cuncta debet Deiparæ. *Cui quidem Diuorum omnium adſcribendæ victoriæ.* lib. 6. ſect. 5. num.1. p. 136.

2. *Ego ſum vitis, vos palmites.* Petrus fructus ſuauiſſimus ex amariſſimo palmite exortus: ſeu hæreticorum filius, malleus à cuna hæreticorum. *Miraculum ne, in filiis non inueniri, quiquid pietatis, aut nequitiæ in parentibus preceſſit?* n.7. pag. 137.

CONCIO II.

De D. Petro Martyre.

Ego ſum vitis vera. Ioan. 15.

1. *Ego ſum vitis, vos palmites.* Petrum palmitem quidem fructiferum ſanctiſſimis Deus Religionis Prædicatoriæ exercitamentis excoluit: vt vberiores fructus & in perſecutione hæreticorum, & in Martyrio produceret. *Edocearis, prius gladio ſanctorum exercitamentorum te cunctas paſſiones ſuperaturum, quam ad Euangelicum munus, fideique certamina procedas.* lib.6. ſect.5. num.12. p.138.

2. *Purgabit eum, vt fructum plus afferat.* Laboribus excolitur palmes. Petrus non trahitur ad Martyrium, ſed Chriſtum lubens ſequitur, perſecutionis quærens certamina, mortis captans pericula. *Fortiſſimorum* IESV *Militum eſt, labores quærere, ad dira certamina properare.* n.20. p.140.

CONCIO. I.

De D. Catharina Senenſi.

Simile eſt Regnum cælorum decem virginibus. Matth. 25.

1. *Exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ.* Mariæ ſcilicet. Catharina puellula gradus ſcandit, dum Deiparæ præſtat obſequium, ſubindicans, patrocinio, & ducatu Mariæ, ad ſupremum perfectionis cumulum aſcenſuram. *Mirabiles plane ex affectu in Deiparam profectus.* l.6. ſect.6. n.1. p.143.

2. *Et quinque prudentes,* Catharina puellula virtute perfectiſſimam tranſcendit ætatem. *Puer Deo litans obſequium, Dei commendat potentiam, quia quod vltra naturam puerilem eſt, ab Auctore naturæ eſſe dignoſcitur.* n.8. p.144.

CONCIO II.

De D. Catharina Senenſi.

Simile eſt Regnum cælorum decem virginibus. Matth. 25.

1. Quæ

1. *Quę accipientes lampades ſuas.* Virginis Catharinæ immortalis fulgor, ad cœleſtia penetranda myſteria, ad ſpiritum Prophetiæ. *Quia virginitati Dei occulta myſteria, ac conſilia reſerantur.* lib.6.ſect.6.n.14.p.144.

2. *Et quinque prudentes.* Catharina iam non mulier, ſed vir fortiſſimus, non fœmineæ deuotioni dat ſtudium: ſed egregiis Apoſtolicis exercitamentis operam impendit. *Aſſere, fœminas fragiles ex virtutum eleemoſyna, ac charitatis exercitamentis in fortiſſimos viros mutari.* n.20.p.145.

SERAPHICI.

PRofectò Franciſcus, Seraphicaque Familia Grex ſponſi fœcundiſſimus, vellere detracto, ſeu nuditate pulcherrima indutus Chriſtum ſequitur Paſtorem. Ideo perfectiſſimi dentes Deiparæ tantæ perfectionis Regulæ comparantur. *Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas.* Cant.4. Vbi Guilhelmus, *Dentes Mariæ laudantur, quia cibus eius fuit facere voluntatem Dei, Regularibus præſcribens viuendi rationem. Et ideo quoque ſtudia, & exercitia eius omnibus puriora. Quia ſtudia Virginis adeo pura fuere, vt nihil omnino ſordidæ admixtionis ex deſideriis terrenis haberent*: quemadmodum greges tonſarum, ſeu Religioſæ mentes, quæ aſcendunt de lauacro regenerationis. Hæc ferè Doctor Dum ergo Seraphicæ Familiæ expenduntur elogia, Deiparæ exemplo ducentis magnalia prædicantur.

CONCIO. I.

De D. Franciſco.

Reſpondens Ieſus, dixit. Matth. 11.

1. *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.* Chriſtus acceptus Gentilibus non Iudæis: Franciſco ſuo dilectiſſimo dedit, acceptum fuiſſe cunctis hominibus. *Egregij planè eſt meriti, hominem cunctis hominibus acceptum, ac gratum eſſe.* lib.7. ſect. 1. n.1. p.148.

2. *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.* Franciſcus ad tantæ ſanctitatis fælicitatem euectus eſt, incipiens à pauperum ſubleuatione. *Miſericordia enim in pauperes viam aperit fœlicitati.* n. 12. pag.150.

3. *Confiteor tibi Pater.* Gratias agit Franciſcus pro temporariis bonis, queis pauper abundat: quia eadem bona liberaliſſimè omnibus elargitur, *Qui enim pauperi dat, quod largitur, retinet, & multiplicat.* ibid. Pondera ad Ordinis Seraphici commendationem, eius apud omnes acceptionem mirabilem: munificentiam in omnes: miramque in ſumma paupertate abundantiam.

CONCIO II.

De D. Franciſco.

Reſpondens Ieſus, dixit. Matth. 11.

1. *Et reuelaſti ea paruulis.* Franciſco Chriſtus reuelauit ſuæ Paſſionis myſterium, vt IESV labores præſidium exiſterent patienti. *Alleuat enim noſtros labores laborantis Domini meditatio,* lib.7. ſect.1.num.23.p.151.

2. *Venite ad me omnes, qui laboratis.* Labores, improperia perſecutiones, quibus miles tyro Franciſcus actus eſt, perſpicuum teſtimonium eiuſdem ineffabilium profectuum ſpiritualium extitere. *Laborum ſuſtinentia viros aptos beatitudini efficiunt, præparant ad auguſta.* n.28. p. 152.

3. *Et reuelaſti ea paruulis.* Franciſcus paupertate ſumma curauit Chriſti conſanguinitatem adipiſci. Vbi de ſacris ſtigmatibus. *Equidem paupertas homines Dei conſanguineos efficit.* n. 34. pag. 153. Seraphici Ordinis nobiliſſimam eſſe nuditatem.

CONCIO III.

De D. Franciſco.

Reſpondens Ieſus, dixit. Matth. 11.

1. *Et reuelaſti ea paruulis.* Paupertate ſpecioſſima Franciſcus, eiuſque Paruulorum, ſeu Minorum Religio illuſtriſſima omnium animos, oculoſque arripit. *Porrò paupertas voluntaria, ſæculariumque rerum deſpicientia ſibi omnium conciliat affectum.* Pondera erga ordinem Minorum cunctorum affectum ineffabilem. lib. 7. ſect.1. num. 40. p. 154.

2. *Paruulis.* Aduerſus paruulum Franciſcum cuncti tartarei hoſtes inſurgunt, pugnaces, ne militia Minorum roboraretur, ſed nuditate Paruulorum facillimè debellantur. *Nihil enim fortius paupertate voluntaria, ad horribiles impugnationes ſuperandas.* n.46. p.155.

CONCIO IV.

De D. Franciſco.

Reſpondens Ieſus, dixit. Matth. 11.

1. *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.* Franciſco tradita à Deo tanta multiplicatio filiorum, vt Chriſtum æmulari videatur, cui traditus à Patre eſt omnium cœtus prædeſtinatorum. *Profectò tanta prolis multiplicatio à ſolo Deo parenti optimo poteſt ortum habere.* Pondera, quæſo, Ordinis Seraphici admirabilem & pulcherrimam filiorum multitudinem. lib.7. ſect.2.n.1.p.156.

2. *Paruulis.* Omnes in filiis Minoribus Parentem Franciſcum illicò agnoſcimus. Sanctitas enim filiorum Patris adhuc refert ſanctitatem. *Aſſolent boni filij poſt multa ſecula, poſt diſcrimina rerum, patria referre natalitia.* n.6.p. 157. Pondera Seraphicum Ordinem natalitia obſeruantia rutilare.

CONCIO V.

De D. Franciſco.

Reſpondens Ieſus, dixit. Matth. 11.

1. *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.* Franciſco Pater cœleſtis omnia, id eſt, omnipotentiam tradidiſſe videtur; in morem Filij Dei, miracula excitat hominibus ſalutaria. *Illa etenim mirabilia ſapiunt cœleſtem Auctorem, non dæmonis præſtigium: quæ ad Dei gloriam, & proximi ſalutem excitantur,* lib.7. ſect.2. n.11. p.158.

2. Omnia

2. *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.* Franciſcus à Patre cœleſti ob innocentiam vitæ, ad hæreditatem, quam amiſit Adamus, eo perfectius, eſt introductus. *Innocentiæ ſtatum innuit in Diuo, animantibus, & volucribus imperitare: ſed præcipuè à Deo oculos, ſiue mentem nunquam abſtrahere.* n.17. p.159.

3. *Omnia mihi tradita.* Franciſcus à Domino accepit dona cœleſtia innumera & ſpiritualium chariſmatum, & Conuentuum innumerabilium, quia ſtudioſiſſimum ſe oſtendit circa Templorum ornatum, præcipuè circa Deiparæ Delubra. *Expende quam Deo acceptus ſit, quamque auguſto premio afficiatur, qui ornatui Templorum, aut Altarium dat operam.* n.26. p.161.

CONCIO VI.

De D. Franciſco.

Reſpondens Ieſus, dixit. Matth. 11.

1. *Tollite iugum meum* &c. Diſcimus à Franciſco, multa à nobis gerenda, & vitæ aſperitate, & virtutum exercitamentis; vt valeamus ab impudicitia liberari. *Profectò indiget multis, aſperitate ſcilicet, lacrymis, receſſione à fœminis vti, ab otio fugere, ſilentio decorari: qui curat à luxurie non vinci.* lib.7. ſect.2. n.32. p.162.

2. *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.* Humilitas Frãciſcum ad auguſtiſſimum verticẽ, nempè ad Luciferi vacuam ſedem eleuauit. *De humilitatis quidem more. Nam qui humiliantur propter Chriſtum, ab ipſo exltantur.* n.38. p.163.

3. *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Franciſcus corde humilis, oſſor fuit affectatæ ſubmiſſionis, qua hypocriſis ad aucupandos honores vti aſſolet. *Quam capitali odio Deus hypocriſim proſequatur, innue. Ponderans, à Seraphico Ordine omninò hypocriſim ablegatam.* n.44. p.164.

CONCIO I.

De Sacris Stigmatibus.

Si quis vult venire poſt me. Matth. 16.

1. *Tollat crucem ſuam* Franciſcus Chiſti vulnerati imago Chriſtiani populi validiſſimum eſt propugnaculum. *Innue, Chriſti ſuffixi imaginem, Domini vulnerati memoriam, validiſſimum eſſe aduerſus tres animi hoſtes præſidium.* lib.7. ſect.3. n.1. pag.166.

2. *Tollat crucem ſuam.* Ab ſtigmatibus Franciſci omnis gratia I e s v fidelibus profluxit, ad vitiorum extinctionem. *Nam vulnera* I e s v *fontem emittunt, ad iram, atque luxuriem, aliaque vitia extinguenda.* n.6. 167.

3. *Tollat crucem ſuam.* Quam glorioſum Franciſco in I e s v vulnerati conſortium aſſumi, imo quæri, & inuitari ab illo, qui ad conſortium Crucis auguſtiſſimæ neminem cogit, ſed vltroneos excipit: *Si quis vult. Ediſce, perſpicuum admodum diuinæ dilectionis documentum eſſe, quæri nos à Domino ad laborum ſuſtinentiam.* n. 11. p.168.

CONCIO II.

De Sacris Stigmatibus.

Si quis vult venire poſt me. Mat. 16.

1. *Tollat crucem ſuam.* Franciſcus, qui ſuſtulit Crucem Saluatoris, ſacris ſtigmatibus honoratur. *Nam ſimilitudo Chriſti paſſi nunquam non homini glorioſa, & honorabilis eſt.* lib. 7. ſect. 3. n.17. p.169.

2. *Abneget ſemetipſum.* Franciſcus ex ſacris ſtigmatibus non vane extollitur, ſed humiliter compungitur. Vnde eius vulnera peccatoribus compunctionem norunt excitare. *Quam durus, qui non compungitur, Chriſti ſuffixi imagine obiecta.* n.21. p. 170.

3. *Et ſequatur me.* Franciſcus Chriſtum ſequitur vulneratum, ex compaſſionis affectu factus Chriſtus: quem Seraphici ſequi, & imitati I e s v m veluti alterum poſſint. *Innue, Religioſos ex Paſſionis contemplatione ad perfectionem excitari.* n.25. p.171.

CONCIO III.

De Sacris ſtigmatibus.

Si quis vult venire poſt me. Mat. 16.

1. *Tollat Crucem ſuam, & ſequatur me.* In Franciſci ſtigmatibus omnimoda ſecuritas peccatoribus accurrentibus: qui tamen contritione præmiſſa, acceſſerint. *Chriſti etenim paſſio peccatoribus pœnitentibus protectionem, ac ſecuritatem impendit.* lib.7. ſect.3. n.30. p.172.

2. *Et ſequatur me.* Franciſcus aptè poteſt de I e s v amicitia gloriari, qui ex dilectionis affectu Seraphico Dilecti in ſe vulnera aſſumpſit. *Equidem ineptè te amantem oſtendes, ſi Dilecti non ſtudes paſſiones, ac dolores imitari, & in te transferre.* n. 34. p.175.

3. *Tollat Crucem ſuam.* Franciſcus non ſuam, ſed I e s v Crucem ex initio conuerſionis ſuſtulit, quia tribulationes cum ipſo tolerans, idem cum ipſo corpus, & ſanguis factus eſt. *Idem cum Chriſto efficiuntur, qui cum ipſo labores tolerant.* num. 39. p.174.

CONCIO I.

De D. Antonio Paduenſi.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Præcincti.* Antonius præcinctus aſperitate vitæ, & virtutum exercitamentis, homini tamen ſimilis apparuit vitæ aſperitatem, virtutemque facilem eſſe oſtentans, cunctis ipſe amabilis. *Aſſere, leuia onera reddi ex affectu voluntatis.* lib.7. ſect. 4. n.1. p.176.

2. *Præcincti.* Antonius promptiſſimum ſe, ad omnia mala ſuſtinenda, oſtendit, qui Magnum Antonium ſecutus, ſe ſe in ſolitudinem recepit. *Ad prædicationis dira certamina ſe debent Concionatores in laborum ſuſtinentia preparare.* n.6. p.177.

3. *Et lucernæ ardentes.* Antonius egregius Prædicator doctrinæ, ac operum ſimul fulgorem ſpargebat: ineffabili animi donatus puritate. *Edocet Concionatores egregios quaſi impeccabiles oſtentandos, ad proximorum conuerſionem.* n. 11. ibid.

CONCIO

INDEX AD CONCIONES.

CONCIO II.

De D. Antonio Paduenſi.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Et lucernæ ardentes.* Antonius lucerna fuit ductrix exemplis ſuis, cunctos ad perfectionis verticem adducens. *Aſſere, exemplis potius, quam verbis adductos, perſeuerantiores in via virtutis conſiſtere.* lib. 7. ſect. 4. n. 18. p. 179.

2. *Sint lumbi veſtri præcincti.* Antonius fortiſſimus ſacræ militiæ Dux, ad nullos Procerum Concionator pauebat occurſus, libere emittebat correptionis iacula. *Edocens Euangelij miniſtros Apoſtolicam in dicendo libertatem.* n. 21. ibid.

3. *Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum.* Licet Antonius tanta ſapientia polleret, vt Doctor primus Seraphici Ordinis exiſteret, & Concionator egregius exurgeret: tamen mira humilitate emicuit, nunquam vanitati liſtans obſequium. *Mirum planè, nam ſapientia aſſolet eſſe agnatum vanitatis piaculum.* n. 27. p. 180.

CONCIO III.

De D. Antonio Paduenſi.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Sint lumbi veſtri.* Ex vigore prædicationis Antonij ferè omnes auditores, innumeros hæreticos, illuſtrem hæreſiarcham conuertentis, & reducentis colligitur virtus ſanctitaſque Prædicatoris. *Etenim concionis vis à Prædicatoris virtute exoritur.* lib. 7. ſect. 4. n. 36. p. 182.

2. *Et lucernæ ardentes.* Antonius verè Arca Teſtamenti fuit appellatus, quia & Euangelij tabulas venerabiles, & vitale Manna auditoribus miniſtrauit. *Oſtende ſanctam Concionatoris vitam quaſi Euangelium ſanctificare: verbaque Euangelica vitam æternam præſentare auditoribus.* n. 41. p. 183.

CONCIO IV.

De D. Antonio Paduenſi.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Et lucernæ ardentes.* Antonius ſanctiſſimæ Regularis vitæ fulgore conſpicuus, viuus Martyr exponitur. Ideo Martyrio, mitiori quidem, coronatus non eſt, qui tam ardenti illius flagrauit affectu. *Aſſere, perfectum Seraphici Ordinis alumnum, imo quemlibet Religioſum perfectione fulgidum, illuſtriſſimum Martyrem eſſe.* lib. 7. ſect. 4. n. 47. p. 184.

2. *Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.* In manu Antonij lucerna ardentiſſima dilectio IESV oſtenditur, imo ipſe dilectus IESV Puer aſpiciendus obiicitur. *Quia deuotus animus eius, qui perfectione ſtudet, gratiſſima Pueri IESV ſedes eſt.* n. 53. p. 185.

3. *Et lucernæ ardentes.* Antonius fulgentiſſima miraculorum lumina expoſuit, ad auditorum ſolummodò confirmationem, ad peccatorum vtilitatem, vti ſuum æmularetur IESVM. *Ea Diuorum mira Dei exprimunt poteſtatem, quæ in proximorum vtilitatem excitantur.* n. 58. ibid.

CONCIO I.

De D. Bonauentura.

Vos eſtis Sal terræ. Matth. 5.

1. *Sal.* Bonauentura perfectiſſimus extitit Religioſus, tanto cœleſtis gratiæ ſale conditus, tanto virtutum fulgore ſtipatus: vt in Adamo minimè deliquiſſe quodammodo videatur. *Perfecti Religioſi mores, in Monachorum eruditionem expone.* lib. 7. ſect. 5. n. 1. p. 188.

2. *Sal Lux.* Bonauentura ſal, & lux, verus Doctor, & Pontifex: non ſibi, ſed ſubditorum vtilitati vim exeruit. *Edocens Doctores, Pontifices, ac Præpoſitos addicendos commodis ſubditorum.* n. 9. p. 189.

CONCIO. II.

De D. Bonauentura.

Vos eſtis Sal terræ. Matth. 5.

1. *Sal, & Lux.* Bonauentura lucerna fulgentiſſima ex doctrinæ ſapientia, Sal eſt ex humilitatis affectu. *Vana ad modum ſcientia ſinè humilitate, ſicut Sal infatuatur.* n. 16. p. 190.

2. *Sal, & Lux.* Bonauentura ſapientiæ ſal cum charitatis luce coniunxit: ne ſapientia euaneſceret, ac difflueret. *Si enim charitatis, ſeu ſanctitatis calore ſapientia non ſolidatur, illico perire cogitur.* n. 23. p. 191.

3. *Sal, & Lux.* Bonauentura Sapientiæ, & ſanctitatis ſal ſole donatur: vt in conſpectu ſolis huius glorioſiſſima appareat, omnium linguis cantabilis ſanctiſſimi Doctoris fama. *Planſus enim communis aſſolet ineffabilis eſſe plerumque meritorum Diui indicatio.* n. 29. p. ibid.

CONCIO I.

De D. Clara.

Simile eſt Regnum cælorum decem virginibus. Matth. 25.

1. *Decem virginibus.* Opera Claræ ex cœleſti Oraculo claritati nominis reſponderunt. *Fœlix, cuius præclara geſta nominis cohærent claritati.* lib. 7. ſect. 6. n. 1. p. 194.

2. *Et quinque prudentes.* Clara verè prudens virgo oſtenditur ex mirabili eius orationis efficacia. *Virginitas enim ad exorandum efficaciſſima aſſolet oſtentari.* n. 7. p. 195.

CONCIO II.

De D. Clara.

Simile eſt Regnum cælorum decem virginibus. Matth. 25.

1. *Et quinque prudentes.* Clara gladio Eucharistici panis, cuius ſpecialiſſimo flagrauit affectu, ab hoſtibus inuiſibilibus, & viſibilibus illuſtriſſimas victorias reportauit. lib. 7. ſect. 6. num. 14. pag. 197.

2. *Prudentes.* Prudentiſſima Clara virili conſtantia ſe ad fœmineæ fragilitatis ditionem minimè

mè pertinere, oſtendit. *Agnata equidem fœminis inconſtantia* n.21. p.198.

REDEMPTORES.

QVam addicta Maria Ordinibus illuſtriſſimis, qui Redemptioni captiuorum ex ſpeciali præſcripto, litant ſtudium! Certè Deiparentis proprium munus fuit captiuos donare libertate, redemptionis pretium impendens. Richardus Laurent. lib. 1. de laud. Mar. *Gratia plena eſt Maria, plena ſibi, nobis ſuperplena, de cuius plenitudine omnes accepimus gratiam pro gratia. O diues in omnes, & ſuper omnes Maria! de cuius ſubſtantia pars aſſumpta totius mundi ſufficit ſoluere debita. Grandis in vſus proprios remanſit diuitiarum copia, quarum aſſumptio redimere potuit vniuerſa.*

CONCIO I.

De D. Petro Nolaſco.

Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Matth. 16.

1. *Reliquimus omnia.* Apud dexteram manum infantis Nolaſci apum examen viſum condere fauum mellis, manus illius munificentiam in pauperes, quieis omnia litauit, præſignans. *Collige benedictionum Nolaſci vbertatem, quia pietas in pauperes cœleſtibus muneribus donatur.* lib. 8. ſect. 1. n. 1. p. 00.

2. *Et ſecuti ſumus te.* Nolaſcus Saluatorem cruciferum ſequitur, vt Deiparam protegat, ab Albigenſibus impugnatam. Ordinemque inſtituit temporali pugna, ſpiritualique certamine Virgini propugnaculum præparantem. *Aſſere, per Mariæ obſequium exhibitum, nobis victorias, puritatem, imperium, diuitiaſque cœleſtes præparari.* n. 12. p. 202.

CONCIO II.

De D. Petro Nolaſco.

Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Matth. 16.

1. *Ecce nos reliquimus omnia.* Ab infantia omnia Nolaſcus reliquit, perfectus Saluatoris aſſecla. Mirum in modum creſcens obiicitur benedictionibus vberum Mariæ, erga quam cum lacte exſitxit affectum. Innue, *pueros ſub Virginis tutela fæliciter educari.* lib. 8. ſect. 1. n. 6. p. 201.

2. *Quid ergo erit nobis?* Operibus Nolaſci ineffabilis muneratio reſpondet: quia Virginem de Mercede, aut de beneficiis ſibi plurimis deuinxit obſequiis. *Aſſere, Mariæ alumnos miris profectibus & ſpiritualibus, & temporariis exornari.* lib. 1. ſect. 2. n. 1. p. 204. Vberem materiam expono.

CONCIO III.

De D. Petro Nolaſco.

Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Mat. 16.

1. *Reliquimus omnia.* Nolaſcus propinquos dereliquit à ſeculo abſtractus, ab hæreticis omninò recedens, contagium fugiens ſocietatis. *Adnota, ex improborum ſocietate iuſtos cruciatibus affici horribilibus; vnde prudentiſſimè ab eis recedunt.* lib. 8. ſect. 2. n 9. p. 205.

2. *Reliquimus omnia.* Sanctiſſimum Nolaſci odium in hæreticos, fidei, ac Deiparæ hoſtes expende. *Perfecto odio iuſti improbos perſequuntur; dum vitia, non naturam impugnare ſtudent.* n. 16. p. 206.

CONCIO IV.

De D. Petro Nolaſco.

Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Matth. 16.

1. *Reliquimus omnia.* Nolaſcus Nuptias fugit, virginea immortalitate vel in præſenti quodammodò decoratus. *Caſtitas enim virgines exuit mortalitate, & ad Cælicolarum conſortium adducit.* lib 8. ſect. 2. n. 26. p. 207.

2. *Reliquimus omnia.* Nolaſcus Regiam domum, puritatis ſtudioſus dereliquit, Curiæ infectionem timens. *Aureis enim in poculis, dulcibus in cibis, domibus, proceribus vitiorum venena propinantur, condiuntur, ac conduntur.* n. 22. p. 206.

CONCIO I.

De SS. Trinitatis Ordine.

Baptizantes eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti. Matth. 28.

Tomo 2. de Sanctis librum integrum de Beatiſſimæ Trinitatis elogiis expoſui. At laudibus elaturus ſacerrimum SS. Trinitatis Ordinem, haſce adnota Panegyrides.

1. *In nomine Patris,* &c. Ordo SS. Trinitatis non ab hominibus excitatus diuis ſed à ſolo Deo Trino & Conditoris ſui gerit imaginem. *Aſſere, commendabilem Religioſum, qui Fundatoris virtutes imitatur: hominemque Trinitatis imaginem exiſtere.* lib. 8. ſect. 3. n. 1. p. 209. *Militarem Ordinem Trinitatis celebra ex Redemptione captiuorum.*

2. *In nomine Patris.* Ioannes, & Fælix primi Ordinis Triadis Patres vnitatem pacificam Trinitatis beatiſſimæ æmulantes, pacificæ Militiæ dant initium. *Innue Religioſorum concordiam, quæ plures perſonas quaſi vnicam conſtituit eſſentiam.* n. 5 pag. 210.

CONCIO II.

De SS. Trinitatis Ordine.

Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Matth. 28.

1. *Patris, & Filij,* &c. Didicit Ordo Trinitatis Conditricis ſuæ concordiam inter ſe ſe perſonarum imitari: vt in Redemptione captiuorum eundem concordiæ, ac amoris nexum obſeruaret. *Adnota, fideles ſe ipſos in proximis, etiam hoſtibus, recognoſcere debere, & illos ſe diligere.* lib. 8. ſect. 3. n. 14. p. 211.

2. *Patris.* Ordo Triadis Fundatricis Trinitatis refert Paternitatem piiſſimam erga captiuos, erga peccatores adeò, vt omnibus mundi quodammodo

quammodo ſufficiat afflictis. *Admone Eccleſiæ Præſules, Euangelij miniſtros, Patresfamilias, paternum affectum erga delinquentes ſubditos oſtendere.* n. 19. pag. 212.

CARMELVS.

O Quam auguſta Carmelitarum puritas, ſi dum Propheta excogitare ſtudet, quonammodo Virginem Deiparam poſſit laudibus efferre profatur. *Gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli.* Iſa. 35. Quinam Carmeli decor; Richard. Laur. lib. 6. de laud. Virg. Decor Carmeli eſt exemplum vitæ, & conuerſatio abſtracta Mariæ. Ideo dicitur Eccli. 6. *Decor vitæ eſt in illa.* En Carmeli decorem, abſtrahi à conuerſatione hominum, & in abſtractione, ac receſſu exemplo vitæ perfectæ præfulgere. A Deipara igitur didicere Carmelitæ gloriam Libani dum obiiciunt ex auguſtiſſima puritate, decorem Carmeli obiicere, id eſt à proximorum conuerſatione abſtractionem, potius enim vitæ fulgore oculos arripiunt fidelium, quam vocis ſeu prædicationis vi: nam decor Carmeli abſtractionē à proximorum conuerſatione indicit.

CONCIO I.

De D. Elia.

Aſſumpſit IESVS *Petrum, & Iacobum, & Ioannem,* Matth. 17.

1. *Petrum.* Ad montis verticem, ad Transfigurationis gloriam Petrus eleuatur: quia errantium correptor erat electus, Elias ad cœlorum cacumina raptus, quia egregius veritatis Præco errantem corripuit Iſraelem. *Oſtende, perfectos Euangelij miniſtros, præcelſos Præſules decere ſeueritatem, quæ quidem vera eſt manſuetudo.* lib. 9. ſect. 1. n. 1. pag. 214.

2. *Et Iacobum.* Elias alter Iacobus vitiorum vtique ſupplantator, montis Thabor ſeu cœli adducitur in verticem, quia ſacræ Militiæ Regularis inuentor. *Aſſere, inuentores rerum ſpiritualium apud Deum ſe ſe auguſtos oſtentare.* n. 10. p. 215.

3. *Et Ioannem.* Ioannes ad montem adſumitur cultor virginitatis. Elias curru igneo rapitur, virginitatis Præco. *Aſſere, virgines (ſpeciatim primos) eſſe affines proximoſque Deitati.* n. 16. p. 217. Duplici Concioni vberem materiem exhibeo.

CONCIO II.

De D. Elia.

Aſumpſit IESVS *Petrum, & Iacobum, & Ioannem.* Matth. 17.

1. *Aſſumpſit*, &c. Hos Chriſtus ad montem ſpeciatim adduxit, quia ſpeciatim zelo potiores. Meritò Elias ad ſuperos eleuatur igneo curru, tam igneo zelo accenſus in peccatores, vt proprio incommodo Numinis conſuluerit honori, ac illorū ſupplicio. *Probatur verus Concionatorum, aut Præſulum zelus, dum vel proprio incommodo inſtant corruptioni peccatorum.* lib. 9. ſect. 1. n. 22. p. 217.

2. *Petrum, Iacobum, & Ioannem.* Hos Dominus teſtes ſuæ elegit gloriæ, quia validiſſimi, non corripiendi erant timore coram Principibus. Ideo Elias ad Antichriſti tempora Dominicæ gloriæ (curru raptus) aſſeruatur in teſtem. *Edoceantur Euangelij miniſtri, libere proferre veritatem in Principum conſpectu.* n. 29. p. 218.

CONCIO III.

De D. Elia.

Aſſumpſit IESVS *Petrum, & Iacobum, & Ioannem.* Matth. 17.

1. *Et apparuerunt Moyſes, & Elias cum eo loquentes.* Elias, qui olim totus erat horribilis, in conſpectu Euangelij Moſis ſocius, id eſt, pietate cōditus apparet. *Edocens vtique Euangelij miniſtros, fideliumque Præſules, neque in iram, neque in lenitudinem nimiam deflectendum: ſed manſuetudine condiendam ſeueritatem.* lib. 9. ſect. 2. n. 1. p. 220. Adnota Eliam mitiorem effectum, iam medium tenere in Ordinis reformatione.

2. *Et Elias.* Apparet Elias è paradiſo adductus, vt recreari poſſit: & vt videat, ſibi ob pelliceam zonam pœnitentiæ niuea veſtimenta præparari. *Innue, quam Deo placeant atra pœnitudinis indumenta.* n. 9. Aſpera Carmelitarum diſcalceatorum indumenta effero laudibus. n. 9. p. 221.

CONCIO IV.

De D. Elia.

Aſſumpſit IESVS *Petrum, & Iacobum & Ioannem.* Matth. 17.

1. *Cum eo loquentes.* Diſſerit cum Domino de Paſſione Elias coram Diſcipulis, non vt ipſe Elias promptior redderetur ad patiendum, quem promptiſſimum aſpiciebat IESVS: ſed vt Apoſtolos alliceret ad patientiam. *Negotia enim circa Crucem, ac labores, faciliora redduntur ex collatione, aut communicatione.* n. 16. ibid.

2. *Et Elias.* Elias auguſtiſſimo à IESV honore afficitur, dum in gloria oſtentatur, vt eum faciat, in difficili dilatione apud paradiſum patienter perſiſtere. *Certè honores valdè conferunt ad firmandos homines in difficili virtutis ſtatu.* n. 19. p. Carmelitarum vel apud homines æſtimationem pondera. O quam ſpecioſa hominibus humilitas, quam venerabilis vitæ aſperitas! n. 19. p. 222.

3. *Et Elias.* Apoſtolis ſignum de cœlo datur ad Deitatis fidem, Elia apparente. *Supra homines enim oſtentatur Propheta, qui à gloria, ſeu propria voluntate ſcit pro ſalute proximorum abſtinere.* num. 23. p. 223.

CONCIO V.

De D. Elia.

Aſſumpſit IESVS *Petrum, & Iacobum, & Ioannem.* Matth. 17.

1. *Et Elias.* Elias quaſi præcipuus in hac glorioſa apparitione oſtenditur, vt aſperitas vitæ Prophetæ ſpeciali honore afficiatur. *Qui enim aſperitati vitæ ſtudent, ſpecialiſſimo præmio, ſeu laude, ſeu honore, ſeu gloria à Domino donatur.* lib. 9. ſect. 2. n. 30. p. 224.

2. *Et Elias.* Eliam Dominus gloriæ mundialis contem

contemptorem addacit Transfigurationis die: vt moneat Diſcipulos, gloriam præſentem cito tranſire: nec debere Petrum operam dare Tabernaculi præſentis molitioni. *Sic prudens mundi delicias aſpectat, ſic cuncta aſpicit temporaria, vt illico peritura.* n. 36. p. 225.

CONCIO I.

De D. Thereſia.

Simile eſt Regnum cælorum decem virginibus. Matth. 25.

1. *Decem,* Thereſia decem ſiue omnium virtutum fulgore coruſcat, omnimoda nitet puritate. *Aſſere, perfectam Christi ſponſam, omnium virtutum concordi varietate niteſcere debere.* lib. 9. ſect. 3. n. 1. p. 227.

2. *Quæ accipientes lampades ſuas.* Thereſia virgo fulgenti contemplationis lampade accenſa, è Carmeli vertice ad cœli cacumina tartarei hoſti, fugatura tenebras, euolauit. *Oſtende, iuſti preces efficaciſſimas ad inuiſibilium hoſtium imminutionem ac mortificationem ſenſuum.* n. 6. p. 228.

3. *Exierunt obuiam ſponſo.* Pulcherrimis mortificationis greſſibus Thereſia diſcalceata ad dilectiſſimum properauit ſponſum. *Aſſere, mortificationem animum infirmum robore maſculo donare, firmuſque Deo vt adhæreſcat, efficere.* n. 11. p. 229.

CONCIO II.

De D. Thereſia.

Simile eſt Regnum cælorum decem virginibus. Matth. 25.

1. *Exierunt obuiam Sponſæ.* Thereſia obuiam procedit non ſolum ſponſo, ſed & ſponſæ: quia maſculæ fortitudinis Ordinis reformati quaſi ſponſus oſtenditur. *Aſſere, Deum fragili fœminarum in ſexu illuſtrius triumphum agere.* lib. 9. ſect. 3. n. 17. p. 239. Thereſia ex reformatione Ordinis proclamatur.

2. *Obuiam ſponſo.* Thereſia vt virgo Christi procedit ad Nuptias, vt Mater adſtat ſponſo, quia Mater, & virgo mira virginitate, ac fœcunditate floruit. *Virginitatis fœcunditatem ſpiritualem commenda.* n. 26. p. 232. Adnota matrimonij puritatem matrem fœcunditatis eſſe.

CONCIO III.

De D. Thereſia.

Simile eſt Regnum cælorum decem virginibus. Matth. 25.

1. *Quæ accipientes lampades ſuas.* Thereſia lampadum, ſeu virtutum fulgore redditur ſponſo agnata. Vnde de IESVS appellatione, quaſi ſimilis Deo ſponſo. *Aſſere, omnium virtutum colligatione animum reddi ſimilem conditori.* lib. 9. ſect. 3. n. 33. p. 233. ſuadere cura, nomini illuſtri illuſtria opera debere addici.

2. *Quinque erant fatuæ, & quinque prudentes.* Non ſolum fatuas virgines, ſed & prudentes Thereſia vincit, quæ nunquam circa ſponſi dilectionem dormitauit. *Illa dilectio præſtantiſſima eſt, quæ non nouit intermiſſionem.* lib. 9. ſect. 4. n. 1. p. 274.

3. *Quinque erant fatuæ.* Thereſia non viris ſubdita eſt, virgo fatua: ſed prudentiſſima, viris præpoſita obiicitur. *Innue, maritos dignè ſubmitti vxori, ſi virili prudentia, ac fortitudine maſcula prædita eſſe videatur.* n. 6. p. 235.

CONCIO IV.

De D. Thereſia.

Simile eſt Regnum cælorum decem virginibus. Matth. 25.

2. *Quinque prudentes.* Thereſia non fatua virgo ad obſiſtendum tentationibus inermis, & fragilis. Sed virgo prudens ex aſperitate vitæ robuſtiſſima. *Aſſere, mortificationem, ſeu vitæ aſperitatem neceſſariam eſſe, ad tentamina viriliter ſuperanda.* lib. 9. ſect. 4. n. 13. p. 236.

2. *Date nobis de oleo veſtro.* Fatuæ virgines ſe vacuas oleo videntes, curant alias vacuas reddere: prudentes autem ſe plenas comperientes, ſtudent, ſocias plenitudine donari. Thereſia ſui ſpiritus ſimiles conatur reddere & fœminas, & viros. *Proprium enim eſt animi ſpecialiſſimè à Domino dilecti, ad tantam fœlicitatem cunctos excitare.* n. 20. p. 237.

5. *Dum autem irent emere.* Stultæ virgines è clauſtri oſtio egreſſæ miſerè depereunt. Thereſia tantæ virtutis eſt, vt etiam extra clauſtra progrediens, recluſis perfectionis ſpiritu ſuperet moniales. *Nam qui ſpiritu Dei aguntur, cum improbis mundialibus impunè commorantur.* n. 25. p. 238.

FRANCISCVS DE PAVLA.

Illud in Franciſco de Paula auguſtiſſimum proclamamus, quod non ſolum voce ſe *Minimum* humilitatis ineffabilis affectu expreſſit, ſed & operibus miris, guſtu, inceſſu, & habitu expoſuit Magiſtram proculdubio Deiparam ſortitus, quæ quidem & voce ſe *Minimam* profitetur, & operibus implere curauit appellationem. Richardus Laurent. lib. 4. de laud. Mar. perbellè, *Maria non ſolum voce humilis fuit, cum audita magnitudine promiſſorum, quæ ei Angelus faciebat, reſpondit tanquam Minima mulierum, ecce ancilla Domini: ſed & in opere, in guſtu, in inceſſu, & in habitu Minimam ſe profeſſa eſt.* O Franciſcum Minimorum Ducem. Non ſolum voce te Minimum profiteris, ſed & opere, *in guſtu* ineffabili ex carnium abſtinentia, *in inceſſu*, pedibus aurichalcho charitatis ardentibus, *in habitu* humilitatis. Mariam ergo verè Minimam Minimus Franciſcus ſecutus, eam ſemper ſortitus eſt adiutricem, ad Ordinis ſanctiſſimi incrementa.

CONCIO I.

De D. Franciſco Paulenſi.

Nolite timere puſillus grex. Luc. 12.

1. *Puſillus grex.* Franciſcus ſe puſillum, ſeu Minimus profitendo, oſtendit, quanta magnitudine apud Deum donatus ſit. *Ex humilitatis enim menſura Diuorum merita, & excellentia deputatur* l. 10. ſect. 1. n. 8. p. 241. Ordinis cognomen *Minimorum* illuſtra.

2. *Puſillus*

2. *Puſillus grex.* Humilis Franciſcus Minimorum cognomen Ordini præſcribens, eum fecit diuina fœcunditate dilatari. Patris enim cœleſtis fœcunditatis eſt æmulator, qui ſe verè humiliare diſcit. n. 14. p. 242. Ordinis Minimorum miram expende dilatationem, & gloriam.

CONCIO II.

De D. Franciſco Paulenſi.

Nolite timere puſillus grex. Luc. 12.

1. *Puſillus grex.* Et Franciſci, & filiorum gloria rutilat in cognomine humilitatis. *Humilitas enim auguſta planè aduerſus diaboli iniquitatem pugnat, imperat naturæ,* lib. 10. ſect. 1. n. 18. p. 243.

2. *Quia complacuit Patri veſtro dare vobis Regnum.* Franciſcus cunctis placet Hiſpanis, à Gallis plurimi ducitur, à cunctis Nationibus celebratur Ordo Minimorum: nempe in euidens ſignum, quod Patens, & Filij Patri cœleſti admodum placuerint. *Qui omnibus hominibus acceptus eſt, indicamentum præbet, quod Trinitati beatiſſimæ placeat; merita enim adſtruunt communem acceptationem.* n. 23. p. 244.

3. *Facite vobis ſacculos*, &c. Franciſcus egregiarum virtutum (quarum haud fabile præconium) in ſuperis Theſaurum conſtituit. *Commenda perſeuerantiam diuturnam circa virtutum exercitamenta.* lib. 10. ſect. 2. n. 10. p. 246.

CONCIO III.

De D. Franciſco Paulenſi.

Nolite timere puſillus grex. Luc. 12.

1. *Vendite, quæ poſſidetis, & date eleemoſynam.* Omnia dedit Franciſcus, imo & neceſſaria ad proprium victum, impendit. Mira abſtinentia Franciſcum omninò remouit à carne, hominem in ſpiritum commutauit. *Aſſere, ex abſtinentia Quadrageſimali hominem quodammodo in Angelum, in Numen conuerti.* lib. 10. ſect. 2. n. 16. p. 247. Lauda haud cognitam Minimorum Quadrageſimalem abſtinentiam à carnibus ex voto quarto.

2. *Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt.* Franciſcus ex ineffabili puritate non carne quidem, ſed ſolo Spiritu compactus eſſe apparuit. *Exprime virginitatis velocitatem ad ſcandendum cœlum; vt ſocius fiat Angelorum, puritatis eorum cultor. Innueque, ad contemplationis eleuationem conferre caſtitatem.* n. 21. p. 248.

PETRVS DE ALCANTARA.

NOn poteſt non Deipatens B. Petri de Alcantara, & Ioannis de Dios fauere præconiis, quia eos aſpicit ſuæ perfectionis æmulatores. Fatur ſpõſus, *Quæ eſt iſta, quæ aſcẽdit per deſertũ, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris:* Cant. 3. Ad quæ Rupertus, *Talis fumi virgula tu ô Virgo, ſuauem odorem ſpiraſti Altiſſimo cœleſtibus diſciplinis extenuata. Talis aſcendiſti per deſertum, id eſt animum habens ſolitarium.* Adeò diſciplinis, ſeu aſperitatibus extenuata Deipara, vt velut ſpiritus ſine corpore auolaret. O Petri Alcantara. & Ioannis de Dios aſperitas! Tam extenuati diſciplinis, ſpiritualibuſque exercitamentis oſtentamini, vt omninò ablegato corpore, in ſpiritũ videamini eſſe cõuerſi.

CONCIO I.

De B. Petro de Alcantara.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Præcincti.* Ex perpetuæ mortificationis cingulo Petri de Alcantara caſtitas mira, ineffabilis puritatis candor illuſtretur. *Mone, ad puritatem caſtitatis neceſſariam eſſe corporis aſſiduam mortificationem.* lib. 11. ſect. 1. n. 1. p. 251.

2. *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ.* Petrus Alcantara mortis continua memoria ineffabilem erga Deum dilectionẽ præcinxit. *Innuens, ex mortis reſpectibus ſacrã actui animi dilectionẽ.* n. 6. p. 252.

3. *Sint lumbi præcincti, & lucernæ ardentes.* Petrus de Alcantara expectabat, pro Chriſto trucidari, quod quidem facilius præſtabat ex mortificationis conſtrictione. *Nam ad mortem intrepidè ſubeundam exercitamenta mortificationis conferunt.* n. 12. p. 251. Adnota, mortificationem Martyrium eſſe crudeliſſimum, imò Martyrium quodammodo ſuperius.

CONCIO II.

De B. Petro de Alcantara.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Lumbi præcincti, & lucernæ.* Petrus continuæ mortificationis vita ita linguam alligat, vt vix extra chorum quis poſſet aſſerere, illum non mutum. *Aſſere, mortificationis ſtudioſos labia frenare, ne verba inaniter proferantur.* lib. 11. ſect. 1. num. 17. p. 253.

2. *Lumbi præcincti, & lucernæ.* Petrus orationem efficaciſſimam reddidit ex mortificationis conſtrictione. *Precibus enim opera pœnalia efficaciam adiiciunt.* n. 23. p. 254.

CONCIO I.

De B. Ioanne de Dios.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Præcincti.* Ioannes de Dios continuis laboribus præcinctus, cuncta incommoda ſuperauit, fulgentiſſimum ſe cunctis exponens. *Homo enim illuſtris redditur, inſuperabilis efficitur ex laborum tolerantia.* lib. 11. ſect. 2. n. 1. p. 256.

2. *Et lucernæ ardentes.* Improperia dementiæ ſimulatæ tam contraria honoris fulgori, Ioannem de Dios ad honoris æſtimationiſque verticem adduxere. *Improperiis enim pro Chriſto toleratis, agnata eſt æſtimationis, & honoris gloria.* n. 5. p. 257.

CONCIO II.

De B. Ioanne de Dios.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Expectantibus Dominum ſuum.* Ioannes de Dios ex affectuoſiſſima in pauperes miſericordia Chriſtum non ſolum hîc expectauit, ſed hoſpitio excepit. Non ſolum vt reliqui agnouit, ſed vidit. *Aſſere, pauperum ſubleuatoribus ex officio datum, tanta fide nitere, vt non ſolum agnoſcant in paupere Dominum; ſed & aſpicere videantur.* lib. 11. ſect. 2. n. 10. p. 258.

2. *Sint lumbi veſtri præcincti.* Ioannes de Dios aſperiſſimo pœnitentis cingulo præcingitur, ſed cunctos labores hoſce, ex eleemoſynæ, aut charitatis officio, facilè ſuſtinet, *Eleemoſyna enim vis, homines leuare, vt poſſint facilius Crucis huius mortalitatis pondus ſuſtinere.* n.16. ibid.

IESVITÆ.

SOcietas IESV duplicis viæ Contemplationis, & Actionis perfectiſſimè percurrit itinera: quia non primò vnam, poſtmodum alteram ttiuit; ſed primò ſe ſe percurrendæ dedit vtrique. Noſtræ vocationis eſt & propriæ perfectionis, & proximorum vtilitati ſimul curam impendere, vt cauſa propria, & proximi ad primarium Ieſuitæ pertineat affectum. Diſcipulis Dominus, *Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem.* Id eſt, vt non ſolum proximum diligatis, ſed vt proximus vos diligere cogatur. Profectò Ieſuitæ ſimul propria, ac proximi ſalus videtur imperata. Vnde ſi propriæ ſalutis ſtudium gerimus, proximi neceſſariò ſaluationi incumbimus. Quaſi imperatum nobis eſſet *Saluetur proximus.* Id eſt, impensè ſic labori incumbite miniſterij veſtri, vt proximus ad frugem meliorem adducatur. Exiſtimo Ignatio Patri meo Deiparam hunc ſpiritum è propriis geſtis indidiſſe. Nam primo Contemplationi & actioni ſtudium Virgo impendit. Appoſitè Richardus Laurent. lib.4. de Laud. Virg. *In ratione vtriuſque vitæ actiuæ ſcilicet, & contemplatiuæ, ſignata eſt Deipara per Martham, & Mariam. Sed perfectiſſima fuit in vtraque vita, quod neutra ſororum iſtarum,* nec ambæ ſimul. *Nam Martha, quæ erga plurima turbabatur, & circa proximorum miniſterium ſollicitabatur: diuinæ contemplationi non vacabat. Maria, quæ ad pedes Domini ſedebat, nec fatigatam ſororem iuuabat, nec circa miniſterium proximorum ſatagebat. Neutra igitur vtriuſque vitæ officia adimplebat. At Maria omnia actiuæ vitæ opera exhibebat proximis adeò, vt interim à diuina contemplatione, ſeu propriæ perfectionis ſtudio non recederet.* Simul igitur propriæ & proximorum ſaluti quæ primò vacauit, Ignatio recens conuerſo à ſæculi vanitate apparens, & dans illi IESVM, huiuſmodi eum principali donauit ſpiritu.

CONCIO I.

De D. Ignatio P. N.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Lumbi præcincti.* Ignatio arctiſſima lumborum conſtrictio, ſiue mortificatio aſſidua indicitur: ac ſimul lucernarum fulgor, ſeu virtutum exercitamentum illuſtrium imperatur. *Quia virtutum exercitatio continua mortificationis ſolatium eſt.* lib.12. ſect.1. n.14. p.263. Ieſuitarum habitus ſeu indumentum continua eſt mortificatio, & abnegatio, hac agnoſcitur Ignatij filius.

2. *Sint lumbi veſtri præcincti.* Ignatius perfectus obediens, ſemper indifferens, ad vtrumlibet erat paratus: ſcilicet vel ad contemplationis eleuationem, vel ad actionem, ſeu proximorum miniſteria. *Nam perfectus obediens nunquam præcipitat ſententiam; ſed ad vtrumlibet iuxta Numinis determinationem paratus, & indifferens eſt.* num.20. p. 264. Obedientiam Societatis perfectiſſimam ex indifferentia expende.

3. *Sint lumbi præcincti.* Ignatius ferreus planè ad ſuſtinenda mala fuit, vt quaſi in ære virtutes firmius ſculperentur. *Viros ferreæ conſtantiæ ad virtutis facinora laudibus efferendos expone.* n.26. p.265. *Aſſere* Societatem IESV ferream ad ſuſtinentiam interminabilium tribulationum.

CONCIO II.

De D. Ignatio P. N.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Præcincti.* Pugnat Ignatius doctrinæ lumine præcinctus: nihil ſcribens, quod proximorum non cedat in vtilitatem. *Illam enim veracem ſapientiam ſolummodò reputa, quæ vtiliter aliis communicatur.* lib.12. ſect.1. n.31. p.266. Scripturientis Societatis gloriam illuſtra.

2. *Lumbi præcincti, & lucernæ ardentes.* Ignatius ex laborum ſuſtinentia, ex perſecutionum tolerantia, vel in hoc ſæculo beatus quodammodo obiicitur. *Ipſum enim pro IESV pati, iam frui eſt beatitudine.* n.35. pàg.267. Expende Societatis IESV ex laboribus beatitudinem.

3. *Præcincti.* Ignatius præcinctus fortitudine, ac robore obiicitur, vt ſolidum ſit ſocietatis fundamentum, Eccleſiæ fabricam æmulantis. *Aſſere, Eccleſiam Euangelicorum miniſtrorum labore protegi, ac fulciri.* n.40. p.268. Celebra vulnus pedum Ignatij à D. Petro ſanatum, Societatiſque mirabile ædificium.

CONCIO III.

De D. Ignatio P. N.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Lumbi præcincti, Lucernæ ardentes.* Præcinctum Ignatium perſecutionum coarctatio fulgentiſſimum toti orbi expoſuit. *Perſecutionum enim impugnatio iuſtos reddit clariores.* lib.12. ſect.1. n.46. p.270. Celebra Societatis victorias ex IESV, ac D. Petri Clericorum Regularium Parentis ſpeciali protectione.

2. *Præcincti.* Præcinctus Ignatius ad currendum, adeò velociter curſum inſtituit, vt nec ad valedicendum propinquis, ac cognatis demoraretur. *Edocens, domeſticos, ac conſanguineos ſpiritualis viri inimicos eſſe.* n.52. p.271. Ieſuitas mone omnino à cognatis recedere perfectionis exitio.

3. *Præcincti.* Ignatius præcingitur, ad innumera patranda miracula, quia accinctus eſt ad miniſteria cuncta gratis præſtanda. *Nam qui manus à muneribus excutit, eas exerit ad miracula.* num.58. pag.272. Miniſteria Societatis gratis exhibita collauda.

CONCIO. IV.

De D. Ignatio P. N.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Præcincti.* Ignatius accingitur ad Eccleſiæ propugnationem, cum è tartaro impugnator Lutherus aſſurgit. *Innue, viros egregios poſſe IESV fortitudinem æmulari.* lib.12. ſect.1. n.64. p.275. Ieſuitarum Militum fortitudinem ad Eccleſiæ propugnaculum contra hæreticos celebra.

2. *Præcincti*

2. *Precincti.* Diuina prouidentia Ignatius apud ſeculum militem geſſit, vt ediſceret, quonam modo ſpirituali addictus Militiæ pulchra exhiberet ſpiritualis roboris documenta. *Aſſere, militiam ſecularem poſſe eſſe pietatis inſtructionem.* n.69. p.274. Lauda Milites Societatis pugnantes ſine temporarij ſpolij ſpe.

3. *Sint lumbi precincti.* Ignatius amictum, ſeu pileum Clericalem mediocriter illuſtrauit, effectus quidem egregius Petri Clericorum Antiſtitis æmulator. *Ignatij igneum nomen illuſtra. Aſſerens, nomen debere eſſentiam ſapere.* n.33.p.275. Societatis IESV auguſtiſſimum nomen ex Ignatij humilitate.

CONCIO V.

De D. Ignatio P. N.

Sint lumbi veſtri precincti. Luc. 12.

1. *Precincti.* Ignatius dum viuit, præcingitur ex perſecutionum tolerantia: ſed poſt mortem miris ſplendoribus exornatur. *Aſſere, vitam perſecutionibus plenam, honorificentiſſimam mortem ſequi.* Ideo poſt præcinctionem, *Et lucernæ ardentes. Tranſiens miniſtrabit illis.* Commendo ſepulchrum Ignatij Stellis ornatum lib.12.ſect.1. n.81.p.276.

2. *Precincti.* Cum primum Ignatius ſe præcingit ad bellum nouus Miles, iam ſe alterum IESVM ad inferni debellationem oſtentat. *Feruens etenim inſtitutio, & inchoatio virtutis quaſi victoriæ perfectio eſt.* n.88.p.277.

3. *Precincti.* Ignatius ſemper eſt præcinctus ad itinera ex præſcriptione Domini perficienda ad animarum ſalutem. *Illuſtriſſima planè perfectionis eſt, loco non alligari: ſed per varias mundi plagas diſcurrere ex obedientia.* n.94.p.278. Ieſuitæ parati, ad diſcurrendum per quaſuis mundi plagas.

CONCIO VI.

De D. Ignatio P. N.

Sint lumbi veſtri precincti. Luc. 12.

1. *Precincti.* Ignatius conſtrictus in carceribus, ediſcit à profligatis peccatoribus, ac meretriculis, quas ad Deum curabat allicere, auguſtioris virtutis perfectionem. *Aſſere, te ex obedientia cum ſlagitioſis agentem minimè afficiendum corruptione: ſed omnimoda ſecuritate donandum.* lib. 12. ſect.1. n.99. p.279.

2. *Et lucernæ ardentes.* Irrigat Ignatius vehementiſſimam charitatis ſuæ flammam aqua paludis frigida: ſeu potius in ſe adoleſcentis impudici infrænat incendium. *Edocens Patresfamilias, ac Preſules, in ſe vindicare filiorum, ſeu ſubditorum crimina.* lib.12.ſect.2.n.40 p.286.

3. *Et lucernæ ardentes.* Ignatij ignis frigidam pergit ad lacunam, vt proximi luxuriem in loco natiuitatis eius poſſit debellare glorioſius. *Potentiſſimi Militis documentum, vitia propria in Regione, id eſt in delinquendi illectamento vincere.* num. 44. p.287.

CONCIO VII.

De D. Ignatio P. N.

Sint lumbi veſtri precincti. Luc. 12.

1. *Et lucernæ ardentes.* Ardentes hæ lucernæ effectus ſunt Ignatij, qui totum igneum ſe eſſe zelo ineffabili manifeſtat. lib.12. ſect.2.n.12 p.281.

2. Ignatius potentiæ ſuæ ex IESV vim præcinxit, ne quodammodo in Deitatem ignis exorbitaret. *Aſſere, ſuprema eſſe perfectionis, dum preclara geruntur, proprium nomen ſupprimere, vt Diuinum eluceat.* n. 13. ibid.

3. Ignis Ignatij charitatis in Deum, & proximum tam efficax, vt appoſita gloria, ac hominis peccatoris magni conuerſione: eligeret viuere adhuc, periculo ſalutis expoſitus: vt Deo ſingulare illud litaret obſequium. *Illam virtutem aſſere egregiam, quæ pericula deſpicit: illam veracem dilectionem, quæ affecta incommodis, perſiſtit.* n.19.p 282.

4. Ignis Ignatij agilitatem commenda. Ad cœleſtia obſequia fuit velociſſimus quod teſtantur tot egregia facinora, quę tam exiguo tempore perfecit. *Adnota, perfectiſſimum virum decere in obſequiis Deo litandis velocitatem.* n.28. p. 284.

5. Ignatius, inſtar ignis, adeò deliteſcere curauit, vt à propria abſtinens gloria, ſolius IESV ſtuduerit nomen audiri, gloriam augeri. *Aſſere, humilitatis proprium, abſcondi, Dei autem fulgorem aperire; Religiones amictas apte pugnare: Vanitatem intenſione luminis ſuperandam* n.31.p.285.

6. Ignatij igni cuncta materiam ſubminiſtrant, animos purgat, ardeſcit in aqua. *Quia ſpirituali Euangelij miniſtro nunquam deeſt materia proficiendi circa proximorum ſalutem.* n. 36. p.285. Duplici Concioni materiam exhibeo.

CONCIO VIII.

De D. Ignatio P. N.

Sint lumbi veſtri precincti. Luc. 12.

1. *Et lucernæ ardentes.* Ignatius lucernarum loco ſeptem Planetarum luminaria manu oſtentat: vt omnium Religionum ſplendore effulgeat minimum luminare, ſiue luna Societas. *Humilitatis innue exaltationem.* Integræ Concioni materiam expono lib.12. ſect.2.n.51.ad 62. p.288.

CONCIO IX.

De D. Ignatio P. N.

Sint lumbi veſtri precincti. Luc.12.

1. *Et lucernæ ardentes.* Ignatius quaſi in Angelum mutatus ex pœnitentiæ lacrymis, miriſque cœleſtibus illuſtrationibus, decoratur. *Lacrymæ enim hominem Angelis contubernalem efficiunt.* lib. 12. ſect.2. n.62. p.291.

2. *Et lucernæ ardentes.* Ignatius, quia caſtitate egregius fuit, ſpiritu prophetico donatur. Imo quia innocentiæ quodammodo induebatur ſtola. *Adnatum aſſere puritati, ſeu innocentiæ ſpiritum prophetiæ.* n.67. p.292.

3. *Et lucernæ ardentes.* Ad ſtatum quodammodo innocentiæ recurrit Ignatius, dum operum lucernas per ſingula momenta expungit, particulari quidem examine. *Nam examen conſcientiæ particulare homines ad innocentiæ ſtatum quodammodo reducit.* n.73 p.293.

CONCIO X.

De D. Ignatio P. N.

Sint lumbi veſtri præcincti Luc. 12.

1. *Et lucernæ.* Et lucernarum, ſeu vitarum Chriſti, & Diuorum fulgore Ignatius à ſeculi vanitate ſurgit, vt ad perfectiſſimæ vitæ gradum ſummum aſcendat. *Etenim ſanctorum exempla lecta fortiter ad imitationem adducunt vel ſeculari addictos vanitati.* lib. 12. ſect. 2. n. 81. p. 294.

2. *Et lucernæ.* Mirabilis Ignatij humilitatis (lucernæ planè rutilantiſſimæ) fulgorem obiicias: ponderans nomen illud, quod Societati meus Parens impoſuit: *Minima Societas* IESV. *Aſſere egregiæ humilitatis in ſublimibus demiſſionem.* n. 87. p. 295.

3. *Et lucernæ in manibus.* Operatrices admodum Ignatij manus diuino liberalitatis fulgore nitent, dum gratis cuncta peragunt miniſteria. *Equidem liberalitatis, ac munificentiæ fulgor homines efficit diuinos oſtentari.* n. 95. p. 296.

CONCIO XI.

De D. Ignatio P. N.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Et lucernæ ardentes.* Licet Ignatius omnium virtutum fulgore coruſcaret, ſe tamen in via ſpiritus æſtimabat infantem, & quaſi primum greſſum peragentem. *Ineffabilis humilitatis documentum eſt, non ſolum ſe cunctis poſtponere: ſed & exiſtimare, cunctos ſibi eſſe virtute ſuperiores.* lib. 12. ſect. 2. n. 103. p. 298.

2. *Et lucernæ.* Ignatius gratitudinis fulgore ſic cuncta ſua opera decorauit, vt auguſtiſſima oſtentarentur. Etenim gratitudo opus effert, & pulchrius obiicit. num. 109. p. 299. Effer laudibus illam Ignatij ſententiam: *Ad maiorem Dei gloriam.*

3. *Et lucernæ.* Lucerna Ignatij in diuinæ prouidentiæ manibus collocata erat, vt à flatibus perſecutionum protegeretur. *Etenim Deus ſpeciali protegit prouidentia eos, qui ſpeciale ſeruiendo Numini ſtudium impendunt.* n. 113. p. 300.

CONCIO XII.

De D. Ignatio P. N.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Et lucernæ ardentes.* Quia Ignatius igne ardet Spiritus ſancti impune inter homunciones, ac mulierculas igne prophano accenſas diuerſatur. *Porro qui igne ſacri amoris non ſuccenditur, periculoſè cum peccatoribus agit.* lib. 12. ſect. 2. n. 117. ibid.

2. *Præcincti.* Ignatius in ſpirituali infantia fulgoris auguſtiſſima incrementa oſtendit. *Aſſere, affectus intenſione poſſe quem breui tempore ad perfectionis cumulum auolare.* n. 122. p. 301. Extaſim ſeptem dierum illuſtra.

3. *Et lucernæ ardentes.* Ignatius ſic curauit, proximos luce donari, vt exiſtimaret ſe, & proximos eandem eſſe eſſentiam: vnde non primum ſibi, & deinde proximis: ſed primo & ſibi & proximis vacare nititur. *Adnota, te, & proximos tuos quodammodo eſſentiam conſtituere.* numer. 129. pag. 303.

CONCIO XIII.

De D. Ignatio P. N.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. Et lucernæ ardentes. Quàm ardens Ignatij in proximos dilectio. Ignatius non ſolum primo ſe, & proximum illuminare curat; ſed expetiit aliquando, proximi ſaluti curam impendere vel proprio periculo. *Supremus ergo proximos dilectionis gradus, vel proprio periculorum ſalutem procurare.* lib. 12. ſect. 2. n. 134. ibid.

2. *Et vos ſimiles hominibus.* Ignatius ſimilis hominibus in veſtitu glorioſius de hoſtibus triumphum egit. *Aſſere, mirabilius, communi viuendi ratione ſanctitate fulgere virum, quam ſi animus ad peculiarem viuendi rationem eleuetur.* lib. 12. ſect. 3. n. 21. 307. Societatis IESV communem viuendi rationem commenda, & victu, & indumento.

Et vos ſimiles hominibus. Ignatius cum ex virtutum fulgore Diuus eſſet, ſe hominem abiectiſſimum reputans, labores maximos ſuperauit. *Humilitas enim potentiſſimum eſt aduerſus perſecutionis præſidium.* n. 26. p. 309. Adnota, Societatem IESV tam eleuatam facinorum fulgoribus, vincere perſecutionum vim, dum ſe minimam profitetur.

CONCIO XIV.

De D. Ignatio P. N.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur.* Ignatius cupit diſſolui, & eſſe cum Chriſto, ac ſimul expetit, diu in ſeculo ad proximorum vtilitatem permanere. *Charitas enim complicatione affectus aſſolet ſuccendi. Expetit mori Diuus, vt quieſcat: cupit viuere, vt aliis proficiat.* lib. 12. ſect. 3. n. 32. p. 310.

2. *Expectantibus Dominum ſuum.* Ignatius non ſe gerit vt Ducem Societatis: ſed vt homo miles expectans Ducis imperia. At IESVM nominans Ducem ſocietatis, proprium nomen celebrius effecit. *Humilitas enim eo eleuatior, quo abiectior curat apparere.* n. 37. ibid.

3. *Expectantibus Dominum ſuum.* Ignatius tam perfecte expectauit, vt vel in hoc ſeculo ſpes eius muneraretur multipliciter. *Incrementa enim auguſta virtuti ſpei adſcribuntur.* n. 43. p. 311.

CONCIO XV.

De D. Ignatio P. N.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Et lucernæ ardentes.* Fragrantia ſepulchrum Ignatij nobilitauit, in auguſtiſſimum eius virtutum documentum. *Aſſere, Ad æternam memoriam Diuos virtutum erigere trophæa in tumulis: non ſtemmata vanitatis.* lib. 12. ſect. 3. n. 48. p. 313.

2. *Inueneris vigilantes.* Ignatius matutini præcurſor, ſocios ſuos ad orationem excitat: vnde Societas IESV tot, ac tam illuſtres perfecit victorias. *Equidem præmiſſa oratione matutina, die tota illuſtriſſimas Euangelici milites comparant victorias.*

rias. num. 53. ibid.

3. *Inuenerit vigilantes.* Ignatium vigiliæ ſapientiſſimum fecerunt : & ſocietatis viri ex vigiliis fiunt tanta præditi ſapientia, vt Angelos referre videantur. *Sapientia equidem omnino eſt inſomnis.* n.58.p.314. Scriptores Societatis laudibus effero ex vigiliis.

CONCIO XVI.

De D. Ignatio P.N.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc.12.

1. *Quod præcinget ſe.* Præcingit, ſeu præparat ſe Deus ad retributionem. Nam dum Ignatius perſecutiones patitur, Deus ſibi vindictam, & retributionem aſſumit. *Te enim perſecutionibus acto, ac tacente, Deus exſurgit ad hoſtium comminutionem.* l.12. ſect.3.n.67.p.315. Pondera opprobria Ignatij Ieſuitarũque Deũ in elogia mutaſſe.

2. *Præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere.* IESVS ſocium ſuum Ignatium ſic adiuuit ad opera difficillima, vt ex ipſis laborem ſibi caperet, vt Ignatius ſine moleſtia actionem exerceret. *Ad actiones difficiles homo infirmus alterius indiget adiutorio. Quid non Dei auxilio ad virtutem egeamus.* n.73. p.316.

3. *Et faciet illos diſcumbere.* Ignatio tam iucundi labores, ac perſecutiones, vt in ſuperis manens quodammodo patiatur; vt ex laborum moleſtia gloria ei planam pariat voluptatem. *Expende gloriam laborum, perſecutionum beatitudinem.* n.77.p.317. Petiit à Deo, & obtinuit Ignatius Societatem nunquam non perſecutionibus agitari.

CONCIO. XVII.

De D. Ignatio P.N.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc.12.

1. *Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit.* Ignatius tertia in vigilia Dominum excepit, ſed ita redemit tempus, vt primæ, & ſecundæ profectus ſuperarit. *Aſſere, nullum tempus ineptum peccatori, qui poteſt quidem paruo temporis interſtitio diuturni præteriti rediuiuere defectus.* lib.12. ſect.3. n.84. p.318.

2. *Et ſi venerit in ſecunda vigilia.* Ignatio Ieſuitæ, ſiue in nomine IESV operanti dies fuere triplicati, & ſupra modum amplius. *Nomen enim* IESV, *ſine* Accelera, Feſtina, *efficit, ſuos velociſſimè operari.* n.89. p.318. Adnoto Ieſuitas exiguo tempore tot perfeciſſe triumphos ob IESV nomen feſtinans. n.8. p.319.

3. *Et ſi venerit in ſecunda vigilia.* Ignatius à ſecunda vigilia incœpit ſpiritus viam percurrere; nunquam tamen fuit inter ſpiritu pueros adnumerandus. *Innue iuſtorum ſerò ad virtutis viam accedentium conatum ad operum intenſionem.* n.93. pag.320.

CONCIO XVIII.

De D. Ignatio P.N.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc.12.

1. *Sint lumbi veſtri præcincti. Et ita inuenerit* Semper Ignatius paratus ad obediendum, præcinctuſque inuentus eſt. *Aſſere, obedientiam, deuictis hoſtibus, ſemper triumphum agere: cunctationem in obediendo infæliciter repugnare.* lib.12. ſect.3. n.97. p.321. Societatis IESV obedientiam promptam ſine excuſationibus, & obmurmurationibus commenda.

2. *Beati ſunt ſerui illi.* Poſt ineffabilem beatificatione dignam vigilantiam, poſt ſummam ſanctitatem, Ignatius ex anguſtiſſimæ humilitatis affectu, ſe inutilem ſeruum reputabat. *Illa enim humilitas vera, quæ ſanctitatis fulgorem in ſe reputat eſſe tenebras.* n.105.p.322.

3. *Beati ſunt ſerui illi.* Diabolus, qui curat diligentiſſimè ſanctos allicere ad iniquitatem, cui dulcis cibus iuſtorum excidentia: Ignatium ita odio proſequitur, vt quodammodo eum nec appetat ſibi, nec requirat. *Adnota dæmonum ſollicitudinem, ad iuſtiores homines peruertendos.* n.111. pag.323.

CONCIO XIX.

De D. Ignatio P.N.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc.12.

1. *Si ſciret Paterfamilias.* Ignatius magnus Paterfamilias multiplicis fortitudinis filiorum, quorum ſinguli pro pluribus valent. *Illos commenda Euangelij miniſtros, qui adeò vires ad operandum colligunt, vt vnuſquiſque pro multis eſſe videatur.* lib.12.ſect.3.n.115.p.324.

2. *Paterfamilias.* Ignatij filij ſapientiſſimi terram vniuerſam mirabili doctrina condiere. *Aſſere, neceſſariam eſſe ſapientiam, vt quis magnus exſurgat vbique terrarum.* lib.12. ſect.4.n.1.p.432.

3. *Et lucernæ ardentes.* Ieſuitarum ſapientia quaſi ſplendor quodammodo lucis æternæ. Nam IESV vicarij ſcientiarum omnium librum ſeptem ſigillis obſignatum reſerauerunt. *Vera ſapientia donauit* IESVS *alumnos ſuos; quæ quidem ſplendor eſt lucis æternæ, & omnipotens gloriæ emanatio.* n.7.p.434. Doctorum Societatis nomina, & materias Voluminum exhibeo à n.13. ad 42. ibid. & ſeq.

4. *Et lucernæ ardentes.* Ignatij filij mirabilem ſapientiam egregia ſanctitate colligarunt, ad orbis illuminationem. *Oſtende veram ſapientiam ſanctitate copulandam ad proximorum profectum.* n.52 pag.446.

CONCIO I.

De D. Xauierio.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc.12.

1. *Præcincti.* Xauier eſt fortiſſimus Gad, qui præliatur accinctus, fæliciſſimus Eccleſiæ partus, illuſtriſſimorum facinorum excitator. lib.12. ſect.4.n.1.p.327.

2. Xauier benedictus in latitudine ob innumera Regna Gentilium, quæ Domini Imperio ſubiugauit. *Innue, operandi intenſionem eſſe breui tempore quaſi æternam operatricem.* n.4.p.218.

3. Quaſi leo luminibus requieuit apertis, quia vel dormiens luxuriei impugnationem ſuperauit. *Luxuries enim vel in ſomnis timenda.* n.8.ibid.

4. Requieuit vt leo, dum luminibus aper-

tis contemplationi ita addicitur, ac ſi proximorum acquiſitioni non ſtuderet. *Adnota, orare, idem eſſe, ac dimicare, & vincere.* n.12.p.329.

5. Requieuit vt leo, quia Xauierij occumbentis mors potius vita eſt appellanda. *Si quidem virgines minimè moriuntur.* num. 16. p. 330. Corporis Xauierij incorruptibilitas ponderetur.

6. In ditione Xauierij Moyſes erat repoſitus, ob ineffabilem miraculorum multiplicationem. *Aſſere, Diuos vita functos nunquam non operari, ſeu filios ſpiritu generando, ſeu excitando mirabilia.* num. 21. ibid. Duplici Panegyrico materiam expono.

CONCIO. II.

De D. Xauierio.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Præcincti.* Xauier continuæ mortificationis cingulo illigatur, vt tot poſſet perficere profectiones, tot tranare maria, ad tot peregrina Regna auolare. *Etenim mortificationis laqueus homines efficit expeditiores.* lib.12. ſect.4. n.29.p.332.

2. *Præcincti.* Accinctus eſt Xauier, ſeu expeditus ad cuncta Euangelij miniſteria, & officia obeunda: in cunctis tantam dexteritatem oſtentans, ac ſi vni ſolummodo eſſet addictus. *Rarus planè, qui ad plura diuerſa munia aptus exponitur.* n.37. p.333.

3. Xauierio tam dulcis labor circa proximorum acquiſitionem, vt à contemplationis dulciſſimo ſomno enixè poſtulet excitari; vt proximis ſaluandis curam poſſit expedite. *Ediſcant Euangelij miniſtri meditationis requiem dimittere, vt proximos acquirant Saluatori.* n.43.p.334.

CONCIO. III.

De D. Xauierio.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Præcincti.* Xauier veſtibus vilibus indutus, imo nudus, à Regibus, & Principibus ſeculi amplius honoratur. *Paupertas enim cunctis eſt venerabilis, quia hominis occultum fulgorem manifeſtat.* lib.12. ſect.4. n.50. p.335.

2. *Præcincti.* Præcingitur Xauier, vt Eccleſiæ innumerabiles ſpirituales generet filios. *Nec enim Chriſticola perfectè opplet appellationem, qui laborat ſterilitate: nec ſaltem vno ſpirituali nato nobilitatur.* n.56. p.336. Adnota miniſtrum Euangelicum haud ad ſuperos ſolum aſcendere.

2. *Præcincti.* Xauier Regio ex ſanguine (quod præcinctio innuebat) in manibus Planetas geſtat, vt omnibus vtiles impendat effectus. *Regalis nempe virtus munificentia, ac miſericordia eſt.* num. 65.p.337.

CONCIO IV.

De D. Xauierio.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Præcincti.* Licet Xauierij illuſtriſſima facinora prætermittas, ſola actio illa relinquendi Romam, & Hiſpaniam, vt ad incognita pergeret: oſtendit cunctis mirabilem Diui perfectionem. *Innuatur Religioſorum perfectio ex loco in locum profectionibus, ex obedientia.* lib.12. ſect. 4. num.72. p. 338. Ieſuitarum hinc rutilat gloria, qui tam facile huc illuc leui papyro transferuntur.

2. *Præcincti, & lucernæ ardentes.* Pondera egregium Xauierij animum iuxta Palatium Xauier tranſeuntis, nec volentis accedere: vt, matri viuenti vltimum vale diceret. *Meneantur Euangelij miniſtri carnis, & ſanguinis (difficile quidem) affectus amputare.* n.77.p.339.

3. *Præcincti.* Mittitur Xauier determinatè ad innumeros labores ſubeundos, & tamen libentiſſimè ſe ſe accingit itineri. *Probatur Diui perfectio ex laborum ſuſtinentia. Apprehenſio laborum horribilius aliquando torquet, quam ipſa malorum executio.* ſect.4.n.83.p.340.

CONCIO V.

De D. Xauierio.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

Et lucernæ ardentes. Xauier omnium egregiarum virtutum fulgore nitet, omnium Diuorum colligans quodammodo perfectiones. lib.12 ſect. 5. n.1.p.341. *Moribus interea ingere viri Apoſtolici proprietates.*

1. Accepit Xauier pro vt voluit ſermonem ſapientiæ ob orationis, ſeu precum donum, quo contra hoſtes Eccleſiæ dimicauit. *Vbi de pugnace, ac victrice oratione differendum.* n.3. ibid.

2. Sermo ille ſapientiæ, ſeu Xauierij oratio proximorum deſpectiſſimorum conuerſioni impendebatur. *Nullus deſpiciendus homuncio, pro quo ſanguis Chriſti impenditur, quemque ipſe humeris appertat.* n.8.p.343. Adnota vim meditationis.

3. Xauier tam viuaci fide rutilauit, vt Martyrio illuſtriſſimo conſummaretur. *Verè amantibus Deum pro ipſo non mori, grauiſſimi Martyrij genus eſt.* n.12.p.344.

4 Martyrio Xauier non conſummatur demum, quia totus iam diu Martyr erat. *Aſſere, vitam Diui perfectam, aut Religioſi, Martyrij dirioris locum gerere.* n.16. p.345.

5. Data eſt Xauierio operatio virtutum non ſolum ex miraculorum virtute, ſed ex omnium cœleſtium donorum affluentia, & diuinis viſitationibus. *Aſſere, Deum ſe totum ſpecialiſſimè incumbere oſtendere iis, qui animarum conuerſioni ſtudent.* n.21.p.346.

6. Diuerſa genera linguarum Xauier calluit, non ſolû quia à cunctis nationibus locutus intelligebatur: ſed quia contra humanæ linguæ iura, dû demulcetur illuſtrationibus dulciſſimis, inquit: *Satis eſt.* Dum autem laboribus defatigatur. *Amplius, Domine. Qui enim ſanctior eſt, auidius appetit laboribus exerceri, ad quorum ſuſtinentiam vel ſpirituales conſolationes faſtidit.* n.26. p.ibid.

CONCIO VI.

De D. Xauierio.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

Et lucernæ ardentes. Omnium eſt fulgor hic virtutum colligatio. Chriſtus, qui aſſolet eſſe hîc pars in ſingulis Diuis, non omnia in omnibus: in

vno

vno Xauierio videtur omnia fuiſſe. lib. 12. ſect. 5. n. 32. p. 347.

1. Xauier Salomonis ſapientia donatus exponatur. *Oſtende, aliorum conſilia ſequi, ſapientiæ eſſe documentum.* n. 33 p. 348.

2. Xauier Dauidis bonitate decoratus exprimendus. *Regia virtus munificentiſſimè in ſubditos beneficia diſpergit.* n. 36. ibid.

3. Xauier Iobi patientiam eſt æmulatus. *Aſſere, lacrymas vulnerati animi eſſe cruorem.* n. 40. pag. 349.

4. Xauier Petri fide nituit. *Aſſere, magnæ fidei eſſe indicamentum, eam inter profligatorum morum homines non amittere.* n. 42. p. ibid.

5. Xauier D. Pauli zelo ſuccenſus eſt. *Non aduerſatur omni manſuetudini, qui zelo gloriæ Dei flagellat iniquos.* n. 44. p. 350.

6. Xauier Ioannis virginitatem æmulatus, floruit. *Innue virginitatis immortalitatem.* n. 47. ibid.

CONCIO VII.

De D. Xauierio.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Et lucernæ ardentes.* Xauier Orientis ſol, manibus radios ardentiſſimos geſtat, quia non tam ore, quam operibus prædicauit. *Efficaciorem oſtende operum, quam verborum prædicationem.* lib. 12. ſect. 5. n. 50. p. 351.

2. *Et lucernæ.* Xauierio caſtitas virginea quaſi agnata fuit. Quaſi Angelus enim extitit puritate. *Vnde immortalitatem virginitatis illuſtra.* n. 58, pag. 352.

3. *Et lucernæ.* Xauier ſanctitatis collegium, quaſi Manna fuit, omnium perfectionum, & ſtatuum Eccleſiæ dulcedinem referens, pluribus nominibus appellandus. *Innue, perfectum Euangelij miniſtrum cunctos gerere perſonatus ad Dei gloriam.* n. 65 p. 353.

CONCIO VIII.

De D. Xauierio.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Et lucernæ.* Dum Xauier vnicæ linguæ idiomate vteretur, à cunctis diuerſæ linguæ hominibus intelligebatur: quia Dei erat vox. *Adnota, eam Concionatorum vocem Dei eſſe oſtendi, quæ auditorum corda emollit.* lib. 12. ſect. 5. num. 72. pag. 354.

2. *Confeſtim aperiant ei.* Currit Xauier confeſtim aperturus ſponſo. Id eſt ſollicitè Dei negotiis impendit obſequium: ac ſimul orationi, & meditationi ſe totum norit conſecrare. *Mone Euangelij miniſtros, poſſe externis miniſteriis vacare, ſine receſſu à contemplatione.* lib. 12. ſect. 6. n. 1. p. 356.

3. *A Nuptiis.* Nuptiale gaudium indicitur Xauierio conſtricto laboribus. Tunc enim exultat, cum tribulatur: tunc autem verè patitur, cum laborum aſpicit terminationem. *Iuſti perfecti in laboribus gloriantur, vulnerantur in requie.* num. 13. pag. 359.

CONCIO IX.

De D. Xauierio.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Qua hora non putatis.* Obiit Xauier ante Sinarum conuerſionem. Sed poſt annum meſſis copioſa Diuo ſeminatori aſſurgit. *Id enim tibi opus tribuendum quod tua doctrina, ac laboribus coaleſcit. O quàm fructuoſa ſanctorum mors!* lib. 12. ſect. 6. n. 19. ibid.

2. *Quod præcinget ſe.* Dum Xauier apud Indos præcinctus laborum cruciatibus oſtenditur, Chriſtus etiam præcinctus ex compaſſione in Hiſpania exponitur. *Veri enim amici ita attemperari debent, vt vulnerato vno alter vulnere ſe dedat affectum.* n. 23. p. 360.

3. *Quoniam ſi ſciret Paterfamilias.* Paterfamilias Deus ſe præcingit, quia non vni filio totam bonorum vbertatem tribuit: Potius ex cunctis filiis detrahit cibos, animatum ſcilicet conuerſionem: vt fameſcenti nimium Xauierio reſeruet. *Commendetur Euangelij miniſtrorum fames circa peccatorum conuerſionem.* n. 27. p. 361.

CONCIO X.

De D. Xauierio.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Et tranſiens miniſtrabit illis.* Xauierio prædicante, Deus eius ſermonem confirmat, miniſtrans tot miraculorum effectionem, vt videatur Deus quaſi debitor Xauierio reddi ex miraculo vno, ad aliud illuſtrius excitandum. *Hinc erga egregios Diuos diuinæ munificentiæ largitas penſanda. Ita enim vbertim dat vni, vt videatur, ſe ex vno beneficio debitorem reddere ad aliud maius conferendum.* lib. 12. ſect. 6. n. 31. p. 362.

2. *Præcinget ſe.* Xauier ſe Domino omnino conformauit in fortitudine, ac efficacia ſermonis: & in manſuetudine, ac pietate erga peccatores: *Adnota, Euangelici miniſtri ſpiritum non virgæ, ſed pietatis.* n. 35. p. 363.

3. *Et faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis,* Deus velut Xauierij voluntati ſeruiuit, eumque quaſi Deum ad Gentiles immiſit: vt quodammodo Deum habeant eorum voluntati ſeruientem. *Deus ſe ſe humanæ voluntati accommodat? Debet igitur homo Dei ſubiacere voluntati.* n. 42. p. 364.

CONCIO XI.

De D. Xauierio.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Et ſi venerit in ſecunda vigilia.* Xauier non in ſecunda vigilia, vt ſanctiores: nec in tertia, vt ſancti: ſed in prima vt ſanctiſſimi inuentus à Chriſto: tanta oppletur beatitudine, vt ſufferre minimè poſſe videatur. *Innue, cæleſtes conſolationes laborum ponderi reſpondere.* lib. 12. ſect. 6. num. 48. pag. 365.

2. *Paterfamilias.* Xauier verus Pater oſtenditur, qui nihil operatur, quod ad filiorum ſalutem ſpiritualem directum non ſit. *Euangelij miniſtri vel temporaria commoda, quæ filiis ſpiritualibus impendunt, ad animi dirigunt vtilitatem.* n. 53. p. 366.

3. *Qua hora non putatis.* Raptus Xauier ad ſuperos immaturè, ac repentè, ne ex impigro eius

eius labore ſedes ſupernæ ex Sinis, & Iaponienſibus occuparentur: nec daretur locus aliis ex vniuerſis Nationibus prædeſtinatis? Adde, præparatum iã eſſe ad deſponſationẽ ex virtutibus, ac fructibus. *Præparati rapiuntur ad ſuperos; iuſti perfecti cupiunt diſſolui, ſed ob proximos malunt, in valle manere lacrymarum.* n. 58. p. 367.

CONCIO I.

De D. Borgia.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Præcincti, & lucernæ.* Borgia immoderatæ virtutis cum fuerit, poteſt affirmari, moderatæ fuiſſe ſanctitatis, quia quod in aliis nimietatem virtutis olet, in eleuatiſſimo Borgiæ ſpiritu moderationem innuebat. *Immoderata ſeu affectata virtuti, quæ caſui eſt obnoxia, monita præſcribantur.* lib. 12. ſect. 7. n. 1. p. 370.

2. *Præcincti.* Borgia adeò ſe mortificationis exercitamentis præcinxit, vt ex natura detrahens, paulatim ad innocentiæ ſtatum velut remearit. *Exercitia enim pœnitentiæ, id eſt, ieiunium, verbera, vigiliæ,* &c. *carnem macerando, & imminuendo: hominem ad ſtatum ſpiritus adducunt.* n. 8. p. 371.

3. *Expectantibus Dominum ſuum,* &c. Priuſquam IESVS Borgiæ in Societate appareret ſponſus, Nuptias celebraturus: in ſeculo vir ſe ſe ad eius præparauit aduentum. *Laboribus præparamur ad labores. Nemo ſupremis poteſt moleſtiis exerceri niſi inferioribus ſe curet aſſuefacere.* n. 13. p. 372.

CONCIO II.

De D. Borgia.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Præcincti.* Præcinctus in adoleſcentia Franciſcus quoddam ætati illi repugnans Deo litauit obſequium: & innumera illo ex die à Domino beneficia accepit. *Nam munificentiſſimus Deus eſt ad munerandum obſequiũ, quod ex victoria (ob repugnantiã naturæ) habet exortum.* lib. 12. ſect. 7. n. 19. p. 373.

2. *Præcincti.* IESVS ipſe faſciis Borgiam præcinxit, addixit vberibus: & in Societatis paradiſum nutritum collocauit. *Diuina erga nonnullos Diuos ſpecialiſſima dilectio adnotetur; quos accipit Deus ipſe quaſi nutritius lactandos, cuſtodiendos.* num. 24. p. 374.

3. *Præcincti.* Borgia præcinctum ſe ſe Regulari mortificatione oſtentat in ſeculo, in aula: priuſquam in Dei domo expectet venturum ſponſum; vti ei confeſtim aperiat. *Mirum planè, probum inter improbos commorari. Commendabilis admodum, qui Religioſum agit in ſeculo.* num. 28. pag. 375.

CONCIO III.

De D. Borgia.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Et lucernæ ardentes.* Cum Borgia lucernam accendit, vt procedat obuiam ſponſo: antequam ingrediatur ad Religionis Nuptias, ad oſtium Palatij Regis cœleſtis ſtans, plus à Domino beneficiis afficitur: quam magni alij Diui intra Regium cubile reſidentes. *Aſſere, Diuos quos initio Dominus magnis cumulat donis, ad auguſtiſſimum perfectionis gradum plerumque deduci.* lib. 12. ſect. 8. n. 1. p. 377.

2. *Et lucernæ ardentes.* Domino Franciſcus plura terrena bona litans, innumera ineffabiliter ſpiritualia, ac cœleſtia recepit. *Mirum in modum vel hîc ſuperat præmium virtutum obſequia.* num. 5. pag. 378.

3. *Et lucernæ ardentes.* Borgia funebrium lucernarum obiectione, ſiue memoria mortuæ Imperatricis armatus, hoſtes horribiles animi ſuperauit. *Et quidem ex mortis memoria homines ad ſuperandos hoſtes mirum in modum roborantur.* n. 10. pag. 378.

CONCIO IV.

De D. Borgia.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Et lucernæ.* Princeps Borgia conteritur, vt mundum relinquat ex Imperatricis mortuæ conſpectu: agnoſcens ex Auguſtæ obitu Principes communi conſtantes fragilitate. *Aſſere, mortem Principum efficaciſſimam eſſe, ad lapidea corda emolliendum.* lib. 12. ſect. 8. n. 17. p. 380.

2. *Et lucernæ.* Borgia viuens, & valens ſibi funereas faces accendit: vt cuncta relinquens priuſquam ab illis relinqueretur ſe perfectiſſimum vel in ſæculo oſtendat. *Poteſt quis ſæculari in tumultu vitam gerere Religioſam, in tepidorum Regularium confuſionem.* n. 23. ibid.

3. *Expectantibus Dominum ſuum.* Imo Borgia à Domino expectatus? Pro Franciſco de Borgia gerit Deus ſollicitudinem, vt alliciat ad Religionem, vbi ſolummodo aſpectatus à peccatoribus, prædicat efficaciter, proximos adducit ad virtutem. *An Eccleſia indiget operarius Euangelicis, qui plus operibus, quam vocibus prædicare valeant?* n. 29. p. 381.

CONCIO V.

De D. Borgia.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Et lucernæ ardentes.* Ardebat Borgia vel in ſæculo exiſtens charitate in pauperes, qua præparatur ad ſocietatis ingreſſionem. Innue, opera charitatis erga inopes conducere ad fœlicem accipiendi ſtatus euentum. lib. 12. ſect. 8. num. 35. pag. 383.

2. *Et lucernæ ardentes.* Adeò lucent, & ardent Borgiæ virtutes, vt non ſit iam hominibus ſimilis: ſed vni Deo homini IESV poſſit aſſimilari. *Virtutes enim efficiunt homines Deo aſſimilari.* n. 39. ibid.

3. *Et lucernæ.* Borgia Dux ſanguinis nobilitate virtutum fulgori incrementa adiecit. *Virtus enim in nobilibus amplius elaceſcit, & commendabilior obiicitur.* n. 45. p. 384.

CONCIO VI.

De D. Borgia.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Et lucerna.* Borgiæ Dominus ſe ſe non ſolum in creaturis viſibilibus, & inuiſibilibus manifeſtauit: ſed in ſe ipſo. Vnde innuitur Diui pluſquam Maieſtas Regia. *Aſſere, vtram Magnitudinem maiorem, aut minorem ex maiori, aut minori ſanctitudine ponderari.* lib. 12. ſect. 8, n 53. p. 386. Commenda Borgiæ aciem, ad cognoſcendum Chriſtum in Euchariſtia.

2. *Et lucerna.* Borgia Dei gerit imaginem, dum curat, omnium virtutes fulgurare, & cunctis exponi, vt laudentur, ad Dei vtique gloriam. *Dominum etenim æmulatur, qui ſtudet, de omnibus bene profari, cunctos laudibus efferre* n. 59. p. 388.

CONCIO VII.

De D. Borgia.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Et vos ſimiles hominibus.* Borgia & Dux & Societatis Præpoſitus Generalis homo fuit circa gubernationem: humanitate ſcilicet ſubditos continens. Imo ſupra humanitatem eleuatus aſpicitur. *Qui enim ſubditorum commoda ſpiritualia curat, ſupra homines eſt. Numen quaſi vertitur in cæleſte.* lib. 12. ſect. 9. n. 1. p. 388.

2. *Expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à Nuptiis.* Cœleſtibus vtrique è Nuptiis Chriſtus redit immortalis. Borgia Dominum quæſiuit, qui mori non poſſet, Imperatricem Dominam addictam morti cum videret. *Pudeat viros Apoſtolicos, verbi ſacri præcones, in aula commorari, ſeruireque Domino morituro.* n. 7. p. 389.

CONCIO VIII.

De D. Borgia.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Faciet illos diſcumbere.* Borgia diſcumbit, quaſi miniſtrandus, non iam miniſtraturus, IESVM *enim ſedentem iuſtus æmulatur, dum è contemplatione efficitur aquila, dum humilis exaltatur, dum putat, ſe Deo in hominibus ſeruire.* lib. 12. ſect. 9. n. 14. p. 397.

2. *Et tranſiens miniſtrabit illis.* Borgia Dux verè pauper ſpiritu, ineffabiliter à Domino exaltatur. *Maximæ enim perfectionis vir oſtenditur, imo ſupra virum: qui diuitias contemnit, in paupertate diues.* n. 12. p. 392.

3. *Et tranſiens miniſtrabit illis.* Auguſtiſſimus Borgiæ locus præparatus eſt, quia egregiarum virtutum Magiſter extitit: & quia ſalutarem animo muſicam adinuenit. *Innue, præcelſa præmia dari ei, qui virtutem aliquam primus inuenit:* num. 28. ibid.

CONCIO I.

De D. Gonzaga.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à Nuptiis.* Expectat Gonzaga IESVM à Nuptiis ad Nuptias reuertentem: quia ei ſe dilectiſſimam offert ſponſam. *Ex elogiis, Luiſi varia ingere moribus documenta inibi aſſignata.* lib. 12. ſect. 10. n. 1. p. 395.

2. *Et lucernæ.* Ad excipiendum Dominum Luiſius faces orationis continuæ ſuccendit. *Qui orationis, ſeu contemplationis exercitamento dat operam, omnino debet à viſibilibus abſtinere, continere ſenſus.* n 8. p. 396.

3. *Et lucerna.* Luiſius extitit lucerna ardens, id eſt, nimium lucens caſtitatis fulgore. *Aſſere, nullam nimiam eſſe caſtitatis cuſtodiam, quæ tot hoſtium patet incurſibus.* n. 14. p. 397.

CONCIO II.

De D. Gonzaga.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Expectantibus Dominum ſuum.* Luiſius intra Societatis IESV clauſtra ſemper Domini expectator extitit, obedientiæ præſcriptione conſtrictus rediit ad Palatium. Aſſere, Religioſos, & virgines cunctos decere recluſionem, ne diuagantes, delinquendi periculis implicentur lib. 12. ſect. 10. n. 18. p. 398. Adnota Ieſuitas ad patriam ſeu paternas domus non reuerſuros, niſi ex ſpeciali obedientiæ præſcriptione.

2. *Expectantibus Dominum.* Luiſius Sanctus erat, dum expectabat, ſe à IESV in domum adducendum, prælibans, in ſocietate futurum ſanctiſſimum. *Innue, nouitium feruorem arguere illuſtres profectus.* n. 22. p. 399.

3. *Præcincti, & lucerna.* Luiſius antequam naſceretur, ad currendum ita præcinctus eſt: vt ad Dei domum acceſſerit, antiquam paternam domum iniret. *Magnum iuſti decus eſt, à cunabulis Deo litatum fuiſſe.* n. 27. p. 400.

CONCIO III.

De D. Gonzaga.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Præcincti.* Adeo præcinctus puritatis cingulo Luiſius oſtenditur, vt nullam paſſus fuerit impuram cogitationem. Ita fugiebat, vt fœminarum inimicus appellaretur. *Edocens, nunquam non gerendas cum impuritate inimicitias.* lib. 12. ſect. 10. n. 31. ibid.

2. *Præcincti, & lucernæ.* A virginitatis fulgore robur militare Gonzagæ procedit. Horribilis leonibus ex igne pudicitiæ oſtentatur. *Virginitas enim nulla non facinora audet, nullas non reportat victorias.* n. 37. p. 401.

3. *Et vos ſimiles hominibus.* Luiſius ſimilis homini, ſed verè Angelus innocentia. *Angelorum innue manſuetudinem, ab hominibus fugam, virginitatem, ſeu puritatem, vocis efficaciam, gratitudinem.* n. 42. p. 402.

CONCIO. IV.

De D. Gonzaga.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Expectantibus Dominum ſuum.* Luiſius intra cubiculi clauſtra reſidens, ſolitudinis amans, à

Deo

Deo vocatur, cum Deo reſidet, ipſi ſimilis oſtentatur. *Aſſere, ſolitudinem, & ſilentium conferre ad Dei vocationes, & viſitationes.* lib. 12. ſect. 10. n. 51. p. 404.

2. *Quod præcinget ſe.* Obiiciens menti Luiſius IESVM præcinctum, ſiue cruci ſuffixum, miros in perfectionis via geſſit progreſſus. *Confert enim ſuffixi Domini contemplatio ad egregiorum facinorum expeditionem.* lib. 12. ſect. 11. n. 1. p. 406.

3. *Et ſi venerit in ſecunda vigilia.* Gonzaga vocatus à Domino fuit prima in vigilia, ſiue in infantia. *Quam illuſtris Diuus, qui tunc Domino ſeruit, & aperit, cum alij primo ſomno grauiter ſopørantur.* n. 24. p. 409.

CONCIO V.

De D. Gonzaga.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Et ſi venerit in ſecunda vigilia.* Luiſius in prima vigilia, ſeu ab vtero à Deo electus eſt; qui quidem initium tam auguſtum miſericordiæ agens, ineffabilia dona multiplicauit. *Oſtende, è Baptiſmatis vndis homines alites auolare ad perfectionis verticem.* lib. 12. ſect. 11. n. 29. p. 410.

2. *Et ſit venerit in ſecunda vigilia.* In prima Luiſius vigilia perfectus oſtenditur, dum nullum tributum voluit carni, ſanguini, cognationi litare. *Edocet Religioſos, perfectè à carnis, ac ſanguinis reſpectibus ſeparandos.* n. 34. p. 411.

3. *In ſecunda vigilia.* Luiſius à prima vigilia Deo ſeruiuit: ſed tanta humilitate nituit, vt ſe ſe inſignem peccatorem profiteretur. *Innue, Confeſſionem poſſe cum virtutum pulchritudine copulari.* num. 38. p. 412.

CONCIO VI.

De D. Gonzaga.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

Si quando Luiſii Gonzagæ feſtum ſit celebrandum, ſimul cum Euchariſtia, vt ſæpe aſſolet in Societatis Templis: quia ſolemnia Luiſij ſolemniis Corporis Chriſti aſſolent hæreſcere: exponam Panegyrico, quo in Collegio Pagali Salmanticenſi Euchariſticam menſam in die Gonzagæ celebraui.

Luiſius Religioſus quidem perfectiſſimus Chriſtum in Euchariſtia æmulatus eſt, dum viuit, dum moritur. *Præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere.* Qua in ſententia Euchariſtiæ myſterium innuitur. lib. 12. ſect. 11. n. 8. p. 407.

1. Luiſius perfectè ſe exhibet mortuum, vt IESVM in Euchariſtia poſſit æmulari. *Religioſus vtique mortuus ſeculo, voluptatibus, honoribus, diuitiis.* n. 8. p. 407.

2. Luiſius ſe exhibuit viuentem (vt vitali epulo perfectè frueretur) à cunctis voluptatibus abſtinens. *Imitare Euchariſtici cibi Angelorum panis, puritatem.* n. 14. p. 408.

3. Luiſius Chriſtum in Euchariſtia retulit, honores ſeculi conculcando. n. 17. ibid.

4. Luiſius IESVM in Euchariſtia imitatus eſt, dum nuncium remiſit diuitiis ſeculi, & Religioſa emicuit *paupertate.* n. 21. p. 409.

CONCIO I.

De B. Staniſlao.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Et ſi venerit in ſecunda vigilia.* Staniſlaus prima in vigilia ſurrexit, ad dira certamina. Mundum reliquit, cum vix in mundo fuiſſet commoratus. *Amat Conditor, paruulos ad ſe venire. Contra parentes, qui pueros à propoſito Religionis auertunt.* lib. 12. ſect. 12. n. 1. p. 414. ſtulti cuncta gerenda opera in coloponis nihil ad fuſum traducens.

2. *In ſecunda vigilia.* Prima in vigilia Staniſlaus ſe Dei armatura præcinctum oſtentat: Puer quidem, ſed potens ad certamina. *Innue, in Religione futurum fortiſſimum, qui in ſeculo valens eſt, mundum, & diabolum ſuperare.* n. 7. p. 415.

3. *In ſecunda vigilia.* Staniſlaus in prima vigilia, ſeu in ætate prima cunctos ſecundæ, & tertiæ, ſiue virilitatis, & ſenectæ fructus protulit. *Pueritiam ſenilem Deo gratiſſimam deſcribe. Quæ quidem comparanda eſt ex ſpeciali affectu ad Mariam Deiparam, & ad Euchariſtiæ myſterium.* num. 13. p. 416.

CONCIO II.

De B. Staniſlao.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Præcincti.* Staniſlaus puer virili animo præditus ſpecialiſſimè dilectus fuit à Conditore. *Nec enim decenter in conſpectu Domini apparent, qui virili animo non ſunt præditi.* lib. 12. ſect. 12. num. 18. p. 417.

2. *Et ſi venerit in ſecunda vigilia* Non venit Dominus in prima vigilia, quia in ipſa (ſic ludere liceat verbis) habitat cum Staniſlao Puero: cuius reſpectu innumerabile vulgus puerorum ſibi elegit. *Reſpectu alicuius dilecti Diui, aſſolet Deus pluribus peccatoribus munera præſtare.* num. 24. p. 418.

In ſecunda vigilia. Non aſſolet Dux IESVS in prima vigilia venire, quia pueri aſſolent diſtrahi puerilis ætatis luſibus, qui non decent milites vigilantes. Luſus Staniſlai viriles auſus. *Aſſere, puerilis luſus muſicæ, ſaltationis, milites non decere, dedecere virtute conſpicuos.* n. 31. p. 419.

CONCIO III.

De B. Staniſlao.

Sint lumbi veſtri præcincti. Luc. 12.

1. *Et ſi venerit in ſecunda vigilia.* In pueritia Staniſlaus perfectus à Domino inuenitur, ſine ætatis ſuperfluitatibus, ſibi paleis granum. Ideo in prima vigilia venit. *Aſſere, vel in ſpiritus ſtudioſa vita Religioſos perfectos aliquibus leuibus imperfectionibus eſſe obnoxios.* lib. 12. ſect. 12. n. 36. p. 420. Sed cadit Religioſus rarius, ſurgit velocius.

1. *In ſecunda vigilia.* Ideo in prima vigilia Dominus non aſſolet venire, quia pueri iugum expellunt obedientiæ ſtudentes: Deus autem eligit famulos perfectæ obedientiæ ſtudentes. Talis Staniſlaus in pueritia. *Adnota, omnia opera ſine obedientiæ prætextu eſſe tenebroſa, nec*

poſſe

poſſe grata Numini exiſtere. num.40.pag.421.

3. *In ſecunda vigilia.* Mirum eſt, Staniſlaum in prima vigilia, ſeu pueritia ſe morti immaturæ obnoxium vidiſſe; vnde ſæculum reliquerit periturum: *Nam ſeductio communis pueritiæ eſt, nunquã de morte cogitare. Nulla vitæ ſecuritas.* n.45.p.422.

CONCIO I.

De DD. Martyribus Iaponienſibus Paulo, Didaco, Ioanne.

Cum audieritis prælia. Luc. 12.

1. N*Ondum ſtatim finis.* Occumbentibus Paulo, Didaco, & Ioanne, non ſolum non ſtatim finis: verum & nouæ prolis initium ex eorum ſanguine, veluti ex granis; copioſo Martyrum germine in Iaponia profluente. *Fœcundiſſimam oſtende patientiam. Martyrium Martyria profert, Crux Cruces germinat.* lib.12. ſect.13. n.1.p.424.

2. *Inicient vobis manus ſuas, &c.* Martyres noſtri ineffabili patientia tormenta ſuperarunt, flammas ſortiti refrigerium, Crucem thalamum. Patientia equidem leuiſſimos reddit labores, imò qui patienter ſuſtinet, non laborat n.9.p.425.

3. *Ponite ergo in cordibus veſtris, &c.* Martyres noſtri egregiis operibus ex inuiſibilibus hoſtibus reportauere victorias, vt ſe ſe ad Martyrij triumphum præpararent. *Aſſere, Regularis vitæ non mitiora certamina, quam martyrij.* n.15.p.426.

CONCIO II.

De DD. Martyribus Iaponienſibus Paulo, Didaco, Ioanne.

Cum audieritis prælia. Luc. 12.

1. I*N patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.* Martyres noſtri in patibulo conſtantiſſimi fidei Prædicatores animas Gentilium plurium poſſederunt, oſtendentes Ieſum, pro quo patiebantur. *Conſtantia Martyrum Deum roboratorem, Chriſtum ſocium, & præſidium neceſſariò manifeſtat.* lib.12.ſect.13.n.20.p.427.

2. *Dabo vobis os, & ſapientiam.* Mirabilis Martyrum noſtrorum ſapientia, ac efficacia ad Gentilium, qui eos pati viderant, conuerſionem. Diſſertiſſima plane ad perſuadendum lingua illius, qui laboribus agitur. n.26. p.428.

3. *Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum.* Propter nomen Ieſu Martyres Iaponienſes multa ſuſtinuere: ſed ipſo ex nomine protecti obiiciuntur. *Nomen enim Ieſu fortiſſimum eſt Martyrum, fideliumque omnium, qui patiuntur, armamentum.* n.29.p.428.

CONCIO III.

De DD. Martyribus Iaponienſibus Paulo, Didaco, Ioanne.

Cum audieritis prælia. Luc. 12.

1. P*Oſſidebitis animas veſtras.* Poſt occiſionem noſtri Martyres viuunt, animarum vtique poſſeſſores. *Nec enim poteſt occumbere qui pro Numine patitur.* lib.12. ſect.13.n.33. p.429.

2. *Propter nomen meum.* Martyres noſtri diu Crucem ſuſtinuere Ieſuitæ. *Religioſæ enim vitæ exercitamenta diuturnæ ſuffixionis locum gerere videntur.* n.37. p.429.

3. *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.* Noſtri fortiſſimi Martyres ipſa in Cruce vulnerati cœleſti iucunditate fruuntur, afficiuntur exultatione. *Quid mirum, ſi tota Dei gloria in Cruce, in laboribus exiſtens obiicitur?* n.42. p.430.

4. *Capillus de capite veſtro non peribit.* Martyrum Ieſuitarum victrix patientia, vox triumphans, vulnera pulcherrima, ſaluberrima. *Oſtende Martyrij gloriam, Eccleſiæque, ex fractione corporum Martyrum, pulchritudinem.* n.48.p.431.

AD CONCIONES veſpertinas hiſtoria Iſaaci.

CONCIO I.

Viſitauit autem Dominus Saram. Gen. 21.

PRimam ſeſe Sara nobis offert Deiparæ gloriã repræſentans, fœtu ſanctiſſimo. Quam ad huc ſanctior ex fœcundatione Maria! De Sara Paulus, *Fide & ipſa Sara ſterilis virtutem in conceptione ſeminis accepit.* Hebr. 11. Richardus Laur. lib.4. de laud Mar. *Sed Maria fidelior Sara, quæ de promiſſo dubitauit: ipſa, verò non ideo Luc.1. Beata, quæ credidiſti: quia nunquam de promiſſo Angeli haſitauit.* Sanctæ ergo Saræ partui ſanctior pariens verum Iſaaccum Maria mediatrix exurgat ad gratiæ Concionatoris auditorumque abundantiam. Salut.

Sara ſterilitatis diuturnæ infamiæ addicta, tandem poſt Angelorum promiſſionem ſenioris viri complexu deſideratiſſimum fœcundatur ad fœtum. Filium facta mater enititur orbi riſum, domui parentum ſerum gaudium: Iſaac ideo appellatur. Circunciſionis vulnere afficitur, ſed nomine lætitiæ IESV nomen referente dirum vulnus dulcoratur. Quinquennium infans attingens dimiſſis vberibus ſolidioribus cibis reficitur, patre gaudẽte. Conuiuio Regio appoſito. Creſcit Iſaaccus, creſcit & Iſmael, gramine fructifero, ac germine exitiali ſimul adoleſcente. In fundo etenim Abrahami inimicus iã zizania ſuperſeminauerat Dolet Sara, filium ancillæ cum filio hærede colligari, tanto virtutis ex noxiæ ſocietatis nocumento. Non patitur Sara Iſmaëlem cum Iſaacco ludere, ſtatim è domo deturbari poſtulat à marito. Egreſſo igitur Iſmaele vni Iſaacco integra ſeruatur hæreditas. Hiſtor.

Concepitque, & peperit filium. Quiquidem Deo à cunabulis offertur nunquam à ſanctitate receſſurus. Magnum quidem iuſti decus eſt, à cunabulis Deo fuiſſe litatum lib.12.ſect.10.n.27.p.400. Clau. 1.

2. *Vocauitque Abraham nomen filij ſui, Iſaac* Riſus orbi, domo lætitia, ſuperis exultatio ex virtutum exercitamentis. Fælix, cuius opera nomini reſpondent illuſtri. lib.1.ſect.2.n.1.p.8.

3. *Eiice ancillam hanc, & filium eius* Sancti parentes aptè filium impudicũ à domo deturbarũt, & quia zizania huiuſmodi non dimittenda vſque ad meſſem, ne recens nata perdãtur germina ſanctitatis, & quia filiorum perfectio, aut nequitia arguit parentum ſanctitatem, aut crimina oſtentat. lib.1. ſect.2. num.12.pag.9.

4. *Creuit igitur puer.* Nunquam non creuit

Iſaac ſpecialiſſimè ornatus cordis humilitate. Magnus demum exurgit, hæres conſtituitur ſolus ſtellarum parens eleuatur, Chriſti Pater efficitur. Et quando non humilitas magnos ſuos cultores effecit. lib.1.ſect.3.n.12. p.16.

CONCIO II.

Quæ poſtquam geſta ſunt, tentauit Dominus Abraham. Gen.22.

Salut. AD gloriam obedientiſſimi Iſaaci decantandam ſponſa eius Rebecca, cuius hodie pulchritudo obiicitur, hydriam ſitientibus miniſtrabit. Ait Richardus appoſitè lib.2. *Quia Maria prima bibit de fonte æternæ ſapientiæ, reuelare poteſt, cui vult, arcana ſecretorum Dei. Ipſa eſt enim Rebecca, quæ de hydria ſua potauit Eliezer, & camelos. Seruias ergo deuotè Matri ſapientiæ, & cibabit te pane vitæ, & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit te.* Sic ille.

Hiſtor. Poſt exilium Iſmaëlis inuiſo patri, ſed, ob pacis coniugalis bonum, datum executioni, difficiliori Diuus certamine implicatur. Petitur ad holocauſtum Iſaac, patre gladium ſtringente, & Deo vnicè dilectum natum litante. Adoleſcens igitur vigeſimo quinto ætatis anno ad montem lignorum humeris appoſita ſarcina, adducitur, manibuſque, ac pedibus illigatis ſiſtitur aris à patre exitialiter, vereque ſimul vitaliter vulnerandus. At Deus tenens Angelico monito dexteram intrepidam offerentis, ſacrificio hoſtiam prouidit ex ouibus; quia Diuinitas non lætatur humani ſanguinis profuſione, ſed lætatur cordis affectu. Occiditur aries, Iſaac autem quaſi rocés ortus vitæ illi à Domino promiſſæ interminabili conſecratur. Cum ergo Iſaac quadrageſimum annum vidiſſet, quia ſeni patri nulla è Chananæis puellis placebat, quod à Noë maledictum traxerant ſeruitutis: è Meſopotamia requiri curauit ſponſam tam ſancto adoleſcenti. Mittendus vocatur Eliezer omnium ſeruorum fideliſſimus. Adiuratur, nè è Chananitidis puellis admittat ſponſam, à iuramenti ſolum modò liberandus religione, ſi nulla cognata virgo amet tam longi itineris penſione ſibi virum acquirere. Decem cameli Regionis fructibus familiæque onerantur ſpoliis in diuitiarum domus Abrahami documentū. Pergit Eliezer, & decimo die ad Haram accedit, & apud vicinum Vrbi puteum commoratur. Vota emittuntur, ad virginis connubio tāto à Numine deſtinatæ obiectionem. Si petenti, ait, potum hilaris exhibeat; addens inſuper, ſe camelorum velle ſitim extinguere; ſponſa eſt Domini mei filio præparata.

Clauſ.1. *Tolle filium tuum.* Pondera amantis Deum Patriarchæ promptitudinem. Verè amor, quo veracior eſt, eò ad obſequia promptior. Vndè ex facilitate operandi, putat ſe nihil agere obſequij. lib.3. ſect.1.n.25 p.40.

2. *Offeres eum in holocauſtum.* O tribulationis magnitudo! Tanta nè cœleſtibus ira? Certè tribulationes faciunt homines præpropero curſu ad perfectionem tendere; quam tanto Diuo Dominus præparabat ad coronā. lib.3.ſect.1.n.12.p.38.

3. *Extenditque manum, & arripuit gladium; vt immolaret filiū ſuum.* Vndenam Diuo parenti tanta ad occidendum filium alacritas? Ex patientia ineffabili, quæ leuiſſimos reddit labores. Imò qui patienter ſuſtinet, non laborat. lib. 12. ſect.13.n.9. pag.425.

4. *Puella, cui ego dixero, inclina hydriam tuā, &c.* Tota fælicitas Rebeccæ ex Iſaaci cōiugio à ſitientis accipiendo refrigerio auſpicatur. Eleemoſyna enim tam grata conditori, vt gerentem eam, beneficiis oppleat auguſtiſſimis. lib.1. ſect.5. n.1. pag.20.

CONCIO III.

Ecce Rebecca egrediebatur. Gen.24.

TEnebris confuſionis offuſus Eliezer, ignorat, Salut. quænam puella fuerit Iſaaco à Deo præparata. At Rebecca aduentante, ſeu potius ſole tantæ pulchritudinis exoriente, mox tenebræ effugantur. Annon pulchrior Maria ſolis ſuperans claritatem? Ait Richardus Laur.lib.4. *Laudatur Rebecca ab ſpecioſitate; fuit enim virgo pulcherrima. Sed Maria ſpecioſior. Eſt enim ſpecioſior ſole. Sap.7.* Nulla ergo tenebroſa nubecula aduolat vbi Solis Mariani præſentatur aſpectus.

Apparet Rebecca Bathuelis filia, Nachoris Hiſtor. Abrahami fratris neptis ex Melcha. Pulcherrima virgo non ex affectato ſtudio, ſed ex natiuo decore, hydriam fonti implendam applicat, & illico reuerſura domum exſurgit. At Eliezer venuſtatem miratus, liceat inquit, ſitibundo ô pulcherrima puellarum, ex hydria tua aquam haurire, cui inuidere fons ille magnus paradiſi valeat. At illa adiudicans ingenuitatis eſſe, non tam voce, quam opere reſpondere petenti, inclinatam ſuſtentans manibus hydriam aquas porrigit ſitienti non tam aquas putei exſatiari, quam è fonte benignitatis Iſaaci ſponſam inuenire. Poſt ſatiatum virum ad camelorū ſatietatem ſæpè hydriam impleuit. Impletis Eliezeris votis, rogat de genere, vt ſumeret documentum, an præcepto Domini reſponderet vxor. At poſt agnitam propinquitatem, vt puellam adduceret ad itineris difficultates ſuperandas, & viri Iſaaci exponit opulentiam, pulchritudinem, mentiſque dotes aperit, & inaures aureas appendentes duos ſiclos, armillaſque pondo ſiclorum decem, puellæ porrigit tantæ indicem opulentiæ, tam auguſtæ ſpem fælicitatis. Pergit illa, cuncta narrat fratri Labano, cuius ditioni familia hæreſcebat. Addit Labanus Eliezerum, ad domum adducit, cœna lauta apponitur, diuitiæ exponuntur Abrahami, aurum rutilat, veſtes explicantur, oneratur ſponſa, ornatur mater, fratres, ſeruique opplentur. Indicitur mane virgini profectio, camelum exultans aſcendit, renuente fratrum affectu, ancillæ ſequuntur dominam, nutrix amoris ergo Rebeccano comitari geſtit. Eliezer tam dulci, ac prædiuite ſarcina ad confinia Geratæ accedit ea hora, qua Iſaacus in campum diuerterat oraturus. Camelorum præuiſa à longè turma accedit Iſaacus, à ſeruis agnoſcitur, monetur ſponſa, quæ quidem pudiciſſima velamine nube tantæ pulchritudinis ſolem obduxit.

Nec dum intra ſe verba compleuerat. Oratione Clauſ.1. præmiſſa, Eliezer exitum fælicem expectat. Cito ille Abrahamo obedierat, & ideo cito à Domino exauditus eſt: *Ecce Rebecca.* Cito enim à Deo exauditur, qui imperanti ſuperiori citò præſtat obſequium. lib.1.ſect.4.n.1.p.17.

2. *Nec dum intra ſe, &c.* Ille protinus quaſi obſequentem ſuæ voluntati Deum ſortitur, qui totum ſeſe diuinæ voluntati addicit. lib.1.ſect.5. n.7.p.21.

3. *Dixitque ad eam: Cuius es filia? indica mihi.* *Cucurrit*

Cucurrit itaque puella. A patribus Eliezer Concionatorum nunciantium Dei voluntatem typum agere aſſeruere. Ex profectione alacri Rebeccæ, ex aduentu ad Geraram colligitur ſuadentis efficacia. Certè ex fructu copioſo colligitur Concionatoris zelus, aut Concionis excogitata vis. lib.2.ſect. 1.n.23.p.26.

4. *Seruus Abraham ſum.* Sapientiſſimum & piiſſimum ſe oſtentauit Eliezer ad Labanum ſuadendum, ad alliciendam virginem ad coniugium. Sine pietate non ſufficeret ſapientia. *Vera enim prudentia, ac ſcientia ſanctitate copulanda ad aliorum profectus.* lib.12. ſect.14. n.25.p.446.

CONCIO IV.

Deambulabat Iſaac per viam, quæ ducit ad puteum. Geneſ.24.

Salut. DVm recolo Rebeccæ modeſtiam flammeo velamine pulchritudinem operientis, ne vel ab ſponſo aſpiceretur: Mariæ ineffabilis modeſtiæ recordor. De qua Richardus Laur.lib.4.profatur. *Figurata fuit Maria in modeſtia virginali Rebecca. De qua legitur, quod erat puella decora nimis, virgoque pulcherrima, & incognita viro.* Id eſt, *à facie non agnita, ob modeſtia velamen. Et Maria dicit Dauid: concupiuit videre Rex decorem tuum.* An non quia curabat modeſtiæ velamine obtegere?

Hiſtor. Excipit Iſaacus ſponſam, curat precibus blandis demulcere, vt ſine nube ſol illam illuſtraret Regionem. Abnegat virgo, quod non concedebat ſponſa. Obierat Sara mater, ſed totum in Rebeccam Iſaacus colligauit affectum, facibus Nuptialibus luctus tenebras ablegantibus. Haud plenum gaudium coniugibus ob Rebeccæ ſterilitatem, cuius quidem tandem Iſaaci meritis, ac precibus gemina prole vterus intumeſcit. O vterum fratrum paleſtram; Hoſtilibus illi motibus, querula matre, ſeſe agere cœpere in futurorum certaminũ præſagium. Cedit ordo naſcendi primatum Eſau, cuius tamen proceſſuri plantam Iacob tenebat. Excipiuntur denique Eſau & Iacob vtriuſque parentis brachiis, ſed non ſimili affectu.

Clauſ.1. *Egreſſus fuerat ad meditandum in agro.* Vt ſcilicet à dolore ex luctu matris Saræ percepto leuaretur. Vix poſſibile reor, diu poſſe nos laborum ſuſtinere tentamina ſine orationis adminiculo. lib.3.ſect.1. n.19. p.39.

2. *In agro.* Solitudinis amor arguit animum omnino à ſecularibus abſtractum illectamentis. lib.3.ſect.5.n.6.p.62.

3. *Ad meditandum.* Vitæ contemplatiuæ hinc gloriam illuſtra. lib.3.ſect.4.n.1. p.55.

3. *Rebecca, conſpecto Iſaac deſcendit de camelo, &c. At illa tollens cito pallium ſuum operuit ſe.* Cur mox futura coniux velamine operitur? Nulla circa caſtitatis cuſtodiam cautela nimia videri debet. lib.2.ſect.2.n.14.p.31.

CONCIO V.

Orta autem fame ſuper terram. Gen.26.

Salut. LAbores Iſaaci contemplatus ex puteorum effectione, recordor Marianæ pietatis putei aquarum viuentium, qui quidem cuncta irrigans cordis germina, nullius incommodi exhibet occaſionem. *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.* Cant.4. Vbi Richardus lib.1. Si ergo aridum eſt cor tuum, ſi rigari indiget, curre ad puteum aquarum. *Viuentiũ, & ne timeas laborem perſecutorum.* Velut pater Iſaac, quia fluunt de Libano, in quo omnia proſpera annotantur. Nihil perſecutioni obnoxium, Virgine protectrice.

Hiſtor. Iacob plus diligebatur à matre, à patre plus amabatur Eſau. Creditus ſanctiſſimus Iſaacus à nuptiali abſtinuiſſet thalamo, duplici filio recreatus. Obiit Abrahamus filium Iſaacum auguſtiorum diuitiarum relinquens hæredem. At ditiſſimus vir diram vnius anni ſterilitatem fugiens, peregrinari cogitur in Ægyptum. A Deo tamen monetur, apud Regis Abimelechi ditionem in Gerara manere. Vt autem vxoris pudicitiæ conſuleretur Rebecca pulcherrima ſub ſororis appellatione, viri monitu, ſe occultabat vxorem; ſed diuturna apud Geraram commoratio, & Nuptiarum affectus haud potuit arcanum diu diſſimulare. A Deo vxor liberatur, Abimelecho munificentiſſimo. Securus indè Iſaacus, ſe terræ colendæ addixit, multiplicatas centies vidit ſegetes, armentis ſic omnes agros implentibus, vt Paleſtini acti inuidia haud poſſent ferre hominis opulentiam, cogerentque illum ſuos fines deſerere. Et vt feſtinantius diſcederet, adhibita humo puteos curant opplere, ne ad Iſaaci armenta aqua poſſet ſcaturire, manſuetiſſimo viro victricem patientiam exponente. Duos præterea puteos Iſaac effodit, & totidem rixas inter ſuos, & incolarum paſtores ſuſtinuit, ob quas alterum puteum calumniam, alterum inimicitias appellauit. Omnes autem rixæ ceſſarunt in tertij putei effoſſione ſine rixa; quare latitudo vocatus incrementorum futurorum oſtendit auſpicium.

Clauſ 1. *Collidebantur in vtero eius paruuli.* Ab vtero Iacob virtuti litatur? Quam dilectus Numini! Amat Deus paruulos ad ſe venire. Contra parentes, qui pueros ſuos à propoſito Religionis auertunt. lib.12.ſect.12.n.1.p.414.

2. *Collidebantur.* Non ludebant ſicut Iſaac & Iſmaël. Periculoſa luſio non certamen. Pueriles luſus ſaltationis milites non decent, dedecent iuuenes pudicos. lib.12.ſect.12. n.31.p.419.

3. *Soror mea eſt: timuerat enim.* Quot pericula ſubiit Rebeccæ puritas, quot certamina! Puritatis, ſeu caſtimoniæ decus poſt multas victorias debet comparari. lib.3.ſect.3. n.26.p.52.

4. Peregrinationi ſe dat diues Iſaac, pauper efficitur, ab incolis perſecutione affectus. Maximæ perfectionis vir oſtenditur, imò ſupra virum, qui diuitias contemnit in paupertate diues, ſatur in fame. lib.12.ſect.9.n.21.p.52.

CONCIO VI.

Senuit autem Iſaac. Gen.27.

Salut. MAtris Rebeccæ aſtu Iacob dilectus patris benedictione donatur. Ambroſius aſſerit Iſaacum typum gerere Conditoris, Rebeccam autem Mariæ imaginem præſentare. Quid mirum Iacobum benedictionem accepiſſe, ſi Deiparens nuda colli protexit? O peccatores ad cœleſtem admittendi benedictionem, ſi Maria curet veſtram tegere nuditatem.

Hiſtor. Dominus Iſaaco apparet, promiſſa renouat viri metus abſumit. Adſtat illi Abimelech Rex Geraræ, Ochoz Regis amicus, & Phicol Dux militum, qui venerantes in Iſaaco præſentiſſimũ Numen, exnixè contendũt viri iureiurãdo obfirmatam amicitiam,

lautiſſimum conuiuium fœdera præceſſit, quo finito, datis dexteris abeunte Rege, Iſaaci lætitiam eius ſerui cumulant, nunciantes, effoſſum puteum clariſſimis aquis ſcaturientem, qui meruit abundantiæ nomine nobilitari. Ad ſenium cœpit virilis roboris declinare gloria, funereis agnati morbi vmbris virilis ætatis offuſo fulgore. Tremunt hominis artus, lumina tanta hebetudine afficiuntur, vt nec filiorum poſſet diſcernere facies. Sub hac ſenis caligine ſecurus Iacob induſtria Rebeccæ auſus eſt patrem fallere, & ſibi benedictionem acquirere, quæ à patre dilecto Eſaü parabatur. Eſaü lacrymis ſeuex affectus aliam è terræ pinguedine & cœli rore benedictionem præparat, nec à Iacobo detrahit particulam furtiuæ felicitatis. Hoc vnum cauit ſenex prudentiſſimus, ne Iacob domi maneret, quem in atauorum cito amandat Regionem, vt inde vxorem trahat patris æmulator. Interea ſenex chariſſimæ Rebeccæ adſtat morienti, obeuntem deflet, quam mallet in vitæ exitu comitari. At, vt auguſtior thronus erigeretur, in viduitate, cæcitate, ac infirmitate multis annis permanſit, tandem centeſimum octuageſimum annum explens auis adhæſit, & Iacob, & Eſau filij eius iuſta patri dilectiſſimo ſoluerunt.

Caligauerunt oculi eius. Senectæ mortificationi Iſaacus addicitur, à mundialibus iam bonis abſtractus affectu. Quam aptè! Mortificationis enim vita, laborum ſuſtinentia homines requirit bonis mundialibus vacuos; vt requie potiantur, cum tentantur tribulatione. lib. 3. ſect. 3 n. 1. p. 48. Clauſ. 1.

2. *Timeo, ne putet, me ſibi voluiſſe illudere, &c.* Fugientem benedictio inſequitur Iacobum. Honor equidem ſequitur fugientem, & dignus honore obiicitur, qui nihili ducit, imo timet honorari. lib. 1. ſect. 5. n. 12. p. 22.

3. Eſau peccatori benedictio à parente præſtatur, precibus Iacobi, vt placet alicui. Reſpectu enim alicúius Diui perfecti, aſſolet Deus peccatori munera præſtare. n. 24. p. 418.

4. Plenus annis Iſaac vitam cum morte commutauit. Et diu vixit ex obedientia, ex Dei præſentia, & familiaritate. lib. 3. ſect. 5. n. 11. p. 62.

INDEX

Rerum Præcipuarum quæ in hoc quinto volumine continentur.

A

Abſtinentia

ABSTINENTIA hominem oſtendit quaſi naturæ eleuatioris. num. 18. pag. 58.
Ex abſtinentia quadrageſimali homo quodammodo in Angelum, in numen conuertitur. n. 16. p. 247.

Adoleſcens.

Nihil adoleſcenti impudico magis adnatum, quam vel deitati inſidias collocare. n. 1. p. 61.

Aegidius.

Ægidius vel tunicam inopi exhibuit, quo Dei omnimodam benedictionem conſequeretur. n. 1. p. 20.
Ægidius cuncta à Domino poſtulans accipit illico, quia & ipſe ſe totum Domino dedidit. n. 7. p. 21.
Ægidius fugiens ſedere & honorari ab hominibus, ideo ſedet, & honoratur. n. 12. p. 22.

Aetas.

Deo gratiſſimus, qui in ætate virili, aut ſenili ætatis puerilis refert ſinceritatem. n. 1. p. 95.
Gratior adhuc homini oſtenditur, qui in puerili ætate virilem fortitudinem, ſenilem grauitatem oſtentat. n. 6. p. 96.

Affectus.

Euangelij miniſtri carnis, & ſanguinis, affectus amputent. n. 77. p. 339.

Amor.

Amor quò veracior eſt, eò ad obſequia promptior: vnde ex facilitate operandi, putat ſe nihil agere obſequij. n. 25. p. 40.
Qui igne ſacri amoris non ſuccenditur periculosè cum peccatoribus agit. n. 117. p. 300.

Antonius Magnus.

Antonius ad vitam aſperrimam quaſi alatus exſurgit, quia cupiditati renunciauit ex temporalium bonorum ablegatione. n. 1. p. 36.
Antonius lucernas accendit ad orationis exercitamenta, nec ideò à corporeis laboribus excuſatur, imò lumbos accingit ad externam operationem. n. 5. p. 37.
Tunc Antonius vt lux velociſſima aſcendit, volat ad ſuperos, cum vinctus & illigatus laboribus, & tribulationibus aſpectatur. n. 12. p. 38.
Antonius orationis lumine tam acerbæ conſtrictionis lumborum, ſeu horribilis carceris tenebras effugauit. n. 19. p. 39.
Poſt tot opera egregia Antonius præ dilectionis magnitudine, putabat ſe nihil geſſiſſe, nullo affectum eſſe cruciatu. n. 25. p. 40.

Antonius Paduenſis.

Antonius præcinctus aſperitate vitæ, & virtutum exercitamentis, homini tamen ſimilis apparuit, vitæ aſperitatem, virtutémque facilè eſſe oſtentans, cunctis ipſe amabilis. n. 1. p. 176.
Antonius promptiſſimum ſe ad omnia mala ſuſtinenda oſtendit, qui magnum Antoninm ſecutus, ſe ſe in ſolitudinem recepit. n. 6. p. 177.
Antonius egregius prædicator doctrinæ ac operum ſimul fulgorem ſpargebat ineffabili animi donatus puritate n. 12. p. 177.
Antonius lucerna fuit ductrix, exemplis ſuis cunctos ad perfectionis verticem adducens n. 18. pag. 179.
Antonius fortiſſimus ſacræ militiæ dux ad nullos procerum concionator paucbat occurſus, liberè emittebat correptionis iacula. n. 21. p. 179.
Licet Antonius tanta ſapientia polleret, vt doctor primus Seraphici Ordinis exiſteret, & Concionator egregius exurgeret: tamen mirâ humilitate emicuit, nunquam vanitati libans obſequium. n. 27. p. 180.
Ex vigore prædicationis Antonij ferè omnes auditores conuertentis, innumeros hæreticos, illuſtrem hæreſiarcham conuincentis, & reducentis, colligitur virtus, ſanctitaſque prædicatoris. n. 36. p. 182.
Antonius verè arca teſtamenti fuit appellatus, quia, & Euangelij tabulas venerabiles, & vitale Manna auditoribus miniſtrauit. n. 4. p. 183.
Antonius ſanctiſſimæ Regularis vitæ fulgore conſpicuus, viuus Martyr exponitur. Ideo martyrio mitiori quidem, coronatus non eſt, qui tam ardenti illius flagrauit affectu. n. 47. pag. 184.
In manu Antonij lucerna ardentiſſima dilectio IESV oſtenditur, imo ipſe dilectus IESVS puer aſpiciendus obiicitur. n. 53. p. 185.
Antonius fulgentiſſima miraculorum lumina expoſuit ad auditorum ſolummodò confirmationem, ad peccatorum vtilitatem, vti ſuum æmularetur IESVM n. 58. p. 185.

Arrogantia.

Arrogantia ſapientiam omnino diſperdit. n. 21. pag. 112.

Auguſtinus. I.

Sal, & Sol.

Auguſtinus terræ ſal vtiliſſimus, qui egregiè ſalis proprietates expleuit, ſufficit ſolus Eccleſiæ. n. 13. p. 68.
Auguſtinus Eccleſiæ ſal prius in ſe expertus eſt incorruptionem ex mira actionum ſanctitate. n. 20. p. 69.
Auguſtinus ſapientiæ ſal ex proprio penu cunctis ſapientiæ theſauros expoſuit Doctorum facilè maximus. n. 27. p. 70.
Sol Eccleſiæ Auguſtinus, vitæ & doctrinæ fulgorem ſpargens. num. 34. pag. 72.

Auguſtinus. II.

Vitæ fulgor.

Auguſtinus ſapientiſſimus, & ſanctiſſimus, quia Dei induere curauit imaginem, non laudi propriæ ſtuduit, ſed ad Dei gloriam, doctrinam, & opera expoſuit. n. 19. p. 76.

Auguſtinus egregiis virtutis exercitamentis acuit ingenium ineffabile ad cunctarum ſcientiarum penetrationem. n. 28. p. 77.

Auguſtinus non ſolùm grauia mandata ſeruauit, ſed minima perfectiſſimè impleuit. n. 34. p. 78.

Licet Auguſtinus ineffabili ſapientia præfulſerit, eius ſanctitas mirum in modum ſapientiam ſuperauit. n. 41. p. 79.

B

Baptiſmus.

Baptiſmatis vndis homines alites auolant ad perfectionis verticem. n. 29. p. 410.

Baſilius.

Baſilius perfectiſſimè omnibus ablegatis, Chriſti verè extitit è Sole Sol. n. 1. p. 42.

Baſilius non tepidè, ſed feruentiſſimè Dominum ab ætate florenti ſecutus eſt. n. 6. p. 43.

Baſilius verè diſcipulus Chriſti crucem portat egregiè operando, quem quidem antiqua ſanctitatis luminaria minimè ſuperaſſe videntur. n. 17. p. 44.

Beatitudo.

Specialis gloria præparatur illi, qui filios ſpirituales curat acquirere. n. 37. p. 13.

Ipſum pro IESV pati, iam frui eſt beatitudine. n. 35. p. 267.

Benedictus. I.

Omnium renunciatio.

Benedictus ſanctitatis; collocatur in vertice num. 1. pag. 4.

Benedicti adhuc ſanctitas mira, ſeu iuſtitia illuſtratur. n. 7. p. 4.

Benedictum pietas mira effecit illuſtriſſimum. n. 14. pag. 6.

Benedictus tam perfectè Dominum ſequutus eſt magiſtrum vtique perfectionis, vt nec otioſi verbi fuerit leuiſſimo piaculo maculatus. num. 20. p. 6.

Benedictus. II.

Sedes iudicantium.

Benedictus rurſum à Chriſto generatus in eremo gloriſſimo cœleſtis parentis nomine fuit donatus: nomine quidem abundantiſſima gratia Benedictus. n. 1. p. 8.

Chriſti vices exercens Benedictus innumerabilis genealogiæ Parens efficitur. n. 12. p. 9.

Benedictus magiſter egregius ſedem obtinuit, vt innumeros ſubditos edoceret, quidquid ipſe præſtaret. n. 17. p. 10.

Perfectiſſima Benedicti doctrina perfectiſſimum oſtendit præceptorem. n. 24. p. 11.

Benedicto ad Superos properanti ipſum cælum obuiam procedit. n. 37. p. 13.

Beneficium.

Nihil magis adnatum Regibus, quam ſubditis omnibus beneficia exponere. n. 1. p. 85.

Bernardus. I.

Regeneratio.

Bernardus Chriſtum in regeneratione ſequitur à Deipara partu editus feliciſſimo. n. 1. p. 24.

Perfectiſſimæ Bernardi renunciationi, quaſi non ſufficeret Apoſtolicum præmium, nempe ſedere, & iudicare: aliud eleuatius admodum à Domino excogitatur, ſcilicet à Chriſto potari ſanguine, ſicut lac biberat, propinante Maria. n. 11. p. 25.

Apoſtolico Choro Bernardus adſcribendus eſt ex Apoſtolica vtiliſſima orbis prædicatione. n. 23. pag. 26.

Bernardus præſul illuſtriſſimus, acerrimus Eccleſię propugnator, gregis dominici canis vigilantiſſimus, ſuauitate deſperatis vulneribus medebatur. n. 31. p. 28.

Bernardus. II.

Temporalium dimiſſio.

Bernardus plus dimiſit IESV, quàm ipſe Dominus imperarat: ſe etenim adeò naturâ humanâ exuit, vt præter morem hominum inueneris in aliis hominibus, quod poſſet reprehendere. n. 1. p. 29.

Tam perfectè Bernardus cuncta reliquit, vt à terra vix aſſumeret ad vitæ nutritionem: tam illuſtris equidem abſtinentia, vt hominibus pulcherrimus appareret. n. 7. p. 30.

Bernardus ſpecialiſſimè ſtuduit ſexus fœminei fugere ſocietatem ad ineffabilis puritatis cuſtodiam. n. 14. p. 31.

Bernardus eleemſyonæ operibus in maxima inopia Monaſteriis conſtitutis eorum egeſtati ſuccurrit. n. 20. p. 32.

Bernardus licitis nuptiarum voluptatibus nuncium remittens innumerabili filiorum ſpiritualium familia honoratur. n. 25. p. 33.

Bonauentura.

Bonauentura perfectiſſimus extitit Religioſus, tanto cæleſtis gratiæ ſale conditus, tanto virtutum fulgore ſtipatus, vt in Adamo minimè deliquiſſe quodammodo videatur. n. 1. p. 188.

Bonauentura Sol, & lux, verus doctor, & Pontifex non ſibi, ſed ſubditorum vtilitati vim exerit. n. 9. p. 189.

Bonauenturæ lucerna fulgentiſſima ex doctrinæ ſapientia, Sal eſt ex humilitatis affectu n. 16. pag. 190.

Bonauentura ſapientiæ ſal cum charitatis luce coniunxit, ne ſapientia euaneſceret, ac diffluerct. n. 23. p. 191.

Bonauentura ſapientiæ & ſanctitatis Sal Sale donatur, vt in conſpectu Solis huius glorioſiſſima appareat omnium linguis cantabilis ſanctiſſimi Doctoris fama. n. 29. p. 191.

Bonum.

Spirituales viri nec parentum amore, nec ſeculi bonis debent detineri, quominus Chriſtum ſequantur. n. 6. p. 43.

Borgia.

Borgia immoderatæ virtutis cùm fuerit, poteſt affirmari moderatæ fuiſſe ſanctitatis, quia quod in aliis nimietatem olet vitturis, in eleuatiſſimo Borgiæ ſpiritu moderationem innuebat. n. 1. p. 370.

Borgia

Borgia adeò ſe mortificationis exercitamentis præcinxit, vt ex natura detrahens, paulatim ad innocentiæ ſtatum velut remeatit. n.8.p.371

Priuſquàm Iesvs Borgiæ in Societate appareret ſponſus nuptias celebraturus: in ſeculo ſe ſe ad eius præparauit aduentum. n.13.p.372.

Præcinctus in adoleſcentia Franciſcus, Deo quoddam ætati illi repugnans litauit obſequium: & innumera illo ex die à Domino beneficia accepit. n.19.p.373.

Ieſus ipſe faſciis Borgiam præcinxit, addixit vberibus, & in Societatis Paradiſo nutritum collocauit. n.24 p.374.

Borgia præcinctum ſeſe Regulari mortificatione oſtentat in ſæculo, in aula: priùs quàm in Dei domo expectet venturum ſponſum, vti ei confeſtim aperiat. n.28.p.375.

Cum Borgia lucernam accendit, vt procedat obuiam ſponſo, antequam ingrediatur ad Religionis nuptias, ad oſtium Palatij Regis cœleſtis ſtans, plus à Domino beneficiis afficitur, quàm magni alij Diui intra Regium cubile reſidentes. n.1.p.377.

Domino Franciſcus plura terrena bona litans, innumera ineffabiliter ſpiritualia; ac cœleſtia recepit. n.5.p.378.

Borgia funebrium lucernarum obiectione, ſiue memoria mortuæ Imperatricis armatus, hoſtes horribiles animi ſuperauit. n.10.p.378.

Princeps Borgia conteritur, vt mundum relinquat, ex Imperatricis mortuæ conſpectu: agnoſcens ex Auguſtæ obitu, Principes communi conſtantes fragilitate. n.17.p.380.

Borgia viuens, & valens ſibi funereas faces accendit, vt cuncta relinquens, priuſquàm ab illis relinquatur, ſe perfectiſſimum vel in ſæculo oſtendat. n.23.ibid.

Pro Franciſco de Borgia gerit Deus ſollicitudinem, vt alliciat ad Religionem, vbi ſolummodò à peccatoribus aſpectatus prædicat efficaciter, proximos adducit ad virtutem. n.29. p.381.

Ardebat Borgia vel in ſeculo exiſtens charitate in pauperes, qua præparatur ad Societatis ingreſſionem. n.35.p.383.

Adeò fulgent, & ardent Borgiæ virtutes, vt non ſit iam hominibus ſimilis: ſed vni Deo homini Ieſu poſſit aſſimilari. n.39. ibid.

Borgia Dux, ſanguinis nobilitate, virtutum fulgori incrementa adiecit. n.45.p.384.

Borgiæ Dominus ſe ſe non ſolùm in creaturis viſibilibus, & inuiſibilibus manifeſtauit, ſed in ſeipſo; vnde innuitur Diui pluſquam Maieſtas Regia. n.53.p.386.

Borgia Dei gerit imaginem, dum curat omnium virtutes fulgurare; & cunctis exponi, vt laudentur, ad Dei vtique gloriam. n.59.p.387.

Borgia & Dux, & Societatis Præpoſitus Generalis homo fuit circa gubernationem, humanitate ſcilicet ſubditos continens. Imò ſupra humanitatem eleuatus aſpicitur. n.1.p.388.

Borgia Dominum quæſiuit, qui mori non poſſet, cùm vidiſſet Imperatricem Dominam morti addictam. n.7.p.389.

Borgia diſcumbit quaſi miniſtrandus, non iam miniſtraturus. n.14 p.391.

Borgia Dux verè pauper ſpiritu, ineffabiliter à Domino exaltatur. n.21.p.392.

Auguſtiſſimus Borgiæ locus præparatus eſt, quia egregiarum virtutum magiſter extitit, & quia ſalutarē animo muſicā adinuenit. n.28.p.393.

D. Bruno.

Bruno lucerna eſt ardens quidem ſed minimè lucens proximis. n.1.p.55.

Brunonis miram ſanctitatem recognoſco, quia ex ignis ac damnationis æternæ ſtudioſa meditatione ſæculum dereliquit. n.8.p.56.

Bruno ſe ad Carthuſianam familiam perfectiſſimum oſtendit ex mira ad contemplationem eleuatione. n.13.p.57.

Bruno, cunctique Carthuſianæ familiæ alumni quaſi non homines: vel ſaltem homines haud communi ægritudine preſſi, ægrotantis naturæ à cibis (carnibus ſcilicet) ineffabili conſtantia abſtinent. n.18.p.58.

Brunonis ineffabilem caſtitatem illuſtro ex ipſius ſcribentis teſtimonio. n.24.p.59.

Ex Brunonis doctrina eiuſdem ineffabilem expendo vigilantiam. n.29.p.59.

C

Calumnia.

INeffabile hominis meritum ex calumniis patienter toleratis. n.19.p.51.

Caſtitas.

Puritas caſtitatis ſine ſtudioſa fugâ cuſtodiri non poteſt. Nulla circa caſtitatis tuitionem cautela nimia videri debet. n.14.p.32.

Virginitatis, aut caſtimoniæ decus, poſt multas victorias comparatur. n.26.p.59.

Superna lux eſt caſtitas, quæ quidem, fugiendo delinquendi occaſiones, tuenda eſt. n.24.p.59.

Caſtitas virgines exuit mortalitate, & ad Cœlicolarum conſortium adducit. n.26.p.207.

Ad puritatem caſtitatis neceſſaria eſt corporis aſſidua mortificatio. n.1. p.251.

Catherina Senenſis.

Catherina puellula gradus ſcandit, dum Deiparæ præſtat obſequium: ſubindicans, patrocinio & ducatu Mariæ ad ſupremum perfectionis cumulum aſcenſuram. n.1.p.142.

Catherina puellula, virtute perfectiſſimam tranſcendit ætatem. n.8.p.143.

Virginis Catherinæ immortalis fulgor, ad cœleſtia penetranda myſteria ad ſpiritum prophetiæ. n.14.p.144.

Catherina iam non mulier, ſed vir fortiſſimus: non fœmineæ deuotioni dat ſtudium, ſed egregiis Apoſtolicis exercitamentis operam impendit. n.20.p.145.

Charitas.

Charitas complicatione affectus aſſolet ſuccendi; expetit mori Diuus, vt quieſcat; cupit viuere, vt aliis proficiat. n.32.p.310.

Chriſticola.

Chriſticolæ non implet perfectè appellationem qui laborat ſterilitate, nec ſaltem vno ſpirituali nato nobilitatur. n.56.p.336.

Chriſtus.

Id permanens habemus, quod ex Chriſto Sole imitamur. n.1.p.42.

Clara.

Opera Claræ ex cæleſti oraculo, claritati nominis reſponderunt. n.1.p.194.

Clara verè prudens virgo oſtenditur ex mirabili eius orationis efficacia. n.7.p.195.

Clara gladio Euchariſtici panis, cuius ſpecialiſſimo flagrauit affectu ab hoſtibus inuiſibilibus, ac viſibilibus, illuſtriſſimas victorias reportauit. n.14.p.197.

Prudentiſſima Clara virili conſtantia ſe ad fœmineæ fragilitatis ditionem minimè pertinere oſtendit. n.21.p.198.

Concionator.

Illa magni Concionatoris, aut Magiſtri doctrina, quæ morum compoſitioni auditoris accommodatur. n.1. p.14.

Edificant Concionatores à latere IESV vitalem doctrinam haurire. n.11.p.25.

Ex fructu copioſo colligitur Concionatoris zelus: aut concionis excogitata vis. n.23.p.26.

Ille maximè laudabilis Concionator, cuius ſuauia monita officium exerunt flagelli ad improborum corruptionem. n.31.p.28.

Vnus perfectus Euangelij miniſter pro mille. n. 13. p.68.

Prius Euangelij miniſter aut Doctor in ſe debet, præſentire, quod in aliis ſtudet efficere. n. 20. pag. 69.

Doctores, ac Concionatores, in morem Salis, & vitæ, & doctrinæ radiis debent decorari. n.34. pag.72.

Euangelij miniſtri vel temporaria commoda, quæ filiis ſpiritualibus impendunt, ad animi dirigunt vtilitatem. n.53.p.366.

Euangelij miniſtri, paternum affectum erga delinquentes ſubditos oſtendat. n.19. p.212.

Perfectos Euangelij miniſtros, decet ſeueritas, quæ quidem vera eſt manſuetudo n.1. p.214.

Probatur vetus Concionatorum, aut Præſulum zelus, dum vel proprio incommodo inſtant correctioni peccatorum. n.22.p.217.

Euangelij miniſtri liberè proferant veritatem in principum conſpectu. n.29. p.218.

Euangelij miniſtris, neque in iram, neque in lenitudinem nimiam deflectendum, ſed manſuetudine condienda ſeueritas. n.1.p.220.

Eccleſia Euangelicorum miniſtrorum labore protegitur, ac fulcitur. n.40. p.268.

Commendantur Euangelij miniſtri, qui adeò vires ad operandum colligunt, vt vnuſquiſque pro multis eſſe videatur. n.115.p.324.

Edificant Euangelij Miniſtri, meditationis requiem dimittere, vt proximos requirant Saluatori. n.43.p.334.

Euangelij miniſtri carnis, & ſanguinis, (difficile quidem) affectus debent amputare. num.77. pag.339.

Eccleſia indiget operariis Euangelicis, qui plus operibus, quam vocibus prædicare valeant. n.29. p.381. Vide, *Prædicator.*

Confeſſio.

Confeſſio poteſt cum virtutum pulchritudine copulari. n.38.p 412.

Conſanguineus.

Domeſtici, ac conſanguinei, ſpiritualis viri inimici. n.52 p.271.

Conſcientia.

Examen conſcientiæ particulare homines ad innocentiæ ſtatum quodammodo reducit. n.73. pag.293.

Conſolatio.

Cœleſtes conſolationes laborum ponderi reſpondent. n.48.p.365.

Conſtantia.

Viri ferreæ conſtantiæ ad virtutis facinora laudibus efferendi. n.26. p.265.

Contemplatio.

Vitæ contemplatiuæ gloria recluſa ſub ſignaculo obiicitur. Vbi innuitur, eremo additos haud debere cum proximis cõuerſari. n. 1.p.55.

Contemplationis cœleſtis elogia recenſentur. n. 13. p.57.

Ad contemplationis eleuationem confert caſtitas. n.21. p.248.

Crux.

Tota Dei gloria in cruce, in laboribus. num.42. pag.430.

D

Dæmon.

DÆmonis ſollicitudo ad iuſtiores homines peruertendos n.111. p.323.

Defectus.

Proprios defectus agnoſcere, aliorumque errata putare eſſe virtutes, ineffabilem arguit perfectionem. n.1.p.29.

Deuotio.

Deus ſpeciali protegit prouidentia eos, qui ſpeciale ſeruiendi Numini ſtudium impendunt. n.113. p.300.

Munificentiſſimus Deus, ad munerandum obſequium, quod ex victoria (ob repugnantiam naturæ) habet exortum. n.19.p.373.

Dilectio.

Supremus erga proximos dilectionis gradus, vel proprio periculo eorum ſalutem procurare. n.134.p.303.

Illa dilectio præſtantiſſima eſt, quæ non nouit intermiſſionem. n.1.p.234.

Ex mortis reſpectu ſacra acuitur animi dilectio. n.6.pag.252.

Fideles ſeipſos in proximis, etiam hoſtibus recognoſcere debent, & illos vti ſe diligere. n. 14. pag.211.

Doctor.

Doctores ij verè ſunt qui aliorum doctrinam ſic digerunt, vt velut propriam exprimant; differat vti inter librum, & authorem. n.27.p.70.

Doctores, ac Concionatores, in morem Salis, & vitæ, & doctrinæ radiis debent decorari. num. 34. pag.72.

Doctores non abſcondant lucem, ſed ad proximorum eruditionem fulgurent n.8.p.90.

Quò ſanctior doctor, eò perſpicacior ad ingenij fœtus. n.28. p.77.

Doctrina.

Edificant ſcriptores, ac Conciomatores à latere IESV vitalem doctrinam haurire. n.11. p.25.

Commendabilis ſcientia, doctrina, aut prædicatio illa, quæ omnibus vtilis exiſtit. n.13. p.50.

Domeſticus.

Domeſtici, ac conſanguinei, ſpiritualis viri ſunt inimici. n.52. p.271.

Dominicus. I.

Prædicationis Sal.

Liberi Dominici terræ ſal, virtutum condimentum, ſalis inſtar, ab igne proſilientes Prædicatorum doctrina orbi ſalutaris. num. 2. pag.109.

Sal Dominicus Chriſti ſalis extitit imitator, qui corruptos iam peccatores ad ſanitatem adduxit. n.12.p.111.

Dominicus nunquam timore proſperitatis euanuit, ſeculi contempſit proſperitate frui, vt veræ ſapientiæ gloriam tueretur n. 21. p.112.

Prius Dominicus ſale virtutis ac pietatis, quam doctrinæ luce ornatus obiicitur. n.28. p.113.

Dominicus vt in ſapientia profectus egregios faceret

ceret, abſtinentiæ miræ operam impendit. n. n.35.p.114.
Dominici pueri ſapientia fuit cum corporis puritate coniuncta. n.42.p.125.
Dominici ſapientia non fundata erat in vtilitatibus, aut commodis ſæcularis commendationis, ſed in Deo ſolummodo.n.47.p.115.
Dominicus, eiuſque Religionis doctrina à veraci ſapientiæ fonte profluere probatur: quia mundialem ſapientiam ſuperat n.52.p.116.

Dominicus. II.

Sanctitatis lux.

Mira Dominici ſapientia ex ſanctitatis luce maximè eſt commendanda n.1. p.117.
Dominici lux ros erat lacrymarum ex miſeriæ ærumnæque proximi piiſſima compaſſione, ideo Angelus habebatur. n.6. p.118.
Dominici interna virtus in manifeſtum erumpebat ad proximorum communem vtilitatem. n.12 p.118.
Dominicus lucis Angelus, quia egregius extitit prædicator. n.17. p.119.
Dominicus ſe ſe Deo propinquum oſtendit ex lucis eleemoſynæ fulguratione.n.28.120.
Dominicus ex eleemoſynæ luce profuſa plus à Deo accepit, quam pauperi exhibuit. num.35. pag. 121.
Dominicus ſol, inſtar magni luminaris, quinque radiis ornatus, ſcilicet Caſtitate, Charitate, Oratione, Exemplo, & Miraculis. n.40.p.122.
Dominicus, eiuſque Prædicatoria familia ſub gremio Deiparæ velut gemma pretioſiſſima cuſtoditur. Vnde & Patris, & Filiorum mira humilitas eluceſcit. n.46.p.123.

E

Eccleſia.

ECcleſia Euangelicorum miniſtrorum labore protegitur ac fulcitur. n.40. p.268.
Eccleſia indiget operariis Euangelicis, qui plus operibus, quam vocibus prædicare valeant. n.29.p.381.
Eccleſiæ ex fractione corporum Martyrum pulchritudo oſtenditur. n.48.p.431.

Eleemoſyna.

Eleemoſyna adeò hominem gratum reddit conditori, vt cœleſtibus eum muneribus oppleat. n.1.p.20.
Aperiendæ manus ad pauperes, quoties quis ſe viderit vacuum, vt ex beneficio eleemoſynæ diteſcere valeat.n.20.p.32.
Pauperum ſubleuatoribus ex officio datum, tanta fide niterc: vt non ſolum agnoſcant in paupere Dominum, ſed & aſpicere videantur.n.11. pag.258.
Pietas in pauperes cœleſtibus muneribus donatur. n.1.p.200.

Elias. I.

Raptus.

Ad montis verticem, ad transfigurationis gloriam Petrus eleuatur, quia errantium correptor erat electus. Elias ad cœlorum cacumina raptus, quia egregius veritatis præco errantem corripuit Iſraëlem.n.1.p.214.
Elias alter Iacobus vitiorum vtrique ſupplantator, montis Thabor, ſeu Carmeli adducitur in verticem, quia ſacræ militiæ regularis inuentor. n.10.p.215.
Ioannes ad montem adſumitur cultor virginitatis, Elias curru igneo rapitur virginitatis præco. n.16. p.217.
Hos Chriſtus ad montem ſpecialem adduxit, quia aliis zelo potiores. Meritò Elias ad ſuperos eleuatur igneo curru tam igneo zelo accenſus in peccatores, vt proprio incommodo numinis conſuluerit honori, ac illorum ſupplicio. n.22. pag.217.
Petrum, Iacobum, ac Ioannem Dominus teſtes ſuæ elegit gloriæ, quia validiſſimi non corripiendi erant timore coram principibus. Ideo Elias ad Antichriſti tempora dominicæ gloriæ curſu raptus, aſſeruatur in teſtem. n.29.p.218.

Elias. II.

Apparitio.

Elias, qui olim totus erat horribilis: in conſpectu Euangelij Moſis ſocius, id eſt, pietate conditus apparet.n.1.p.220.
Apparet Elias è paradiſo adductus, vt videat ſibi ob pelliceam zonam pœnitentiæ niuea veſtimenta præparari n.9.p.221.
Differit cum Domino de Paſſione Elias coram Diſcipulis, non vt ipſe Elias promptior redderetur ad patiendum, quem promptiſſimum aſpiciebat IESVS, ſed vt Apoſtolos alliceret ad patientiam. n.16.p.221.
Elias auguſtiſſimo à IESV honore afficitur, dum in gloria oſtentatur, vt eum faciat difficili dilatione apud paradiſum patienter perſiſtere. n.19. p.222.
Apoſtolis ſignum de cœlo datur ad Deitatis fidem Elia apparente.n.23.p.223.
Elias quaſi præcipuus in hac glorioſa apparitione oſtenditur, vt aſperitas vitæ Prophetæ ſpeciali honore afficiatur.n.30.p.224.
Eliam Dominus gloriæ mundialis contemptorem adducit Transfigurationis die, vt moneat diſcipulos, gloriam præſentem citò tranſire: nec debere Petrum operam dare tabernaculi perſiſtentis molitioni. n.36. p.225.

Euchariſtia.

Euchariſtia à cunctis hoſtibus reportat victorias. n.14.p.197.
Euchariſtia perfecti Religioſi gerit ſimulacrum.n.8.p.407.

Examen.

Examen conſcientiæ particulare homines ad innocentiæ ſtatum quodammodo reducit. n.73. pag.293.

F

Fœmina.

agnata FOEminis inconſtantia. n.21. p.198.
Deus fragili fœminarum in ſexu illuſtrius triumphum agit. n.17.p.230.

Fortitudo.

Viri egregij poſſunt IESV fortitudinem æmulari. n.64. p.273.

Filius.

Boni filij virtutum paternarum ſunt confirmatio. n.25. p.33.
Filiorum perfectio parentis arguit ſanctitatem. n.12.p.9.

Miracu.

Miraculum ne, in filis non inueniri, quidquid pietatis, aut nequitiæ in parentibus præceſſit. n.7. p.137.

Franciſcus. I.

Paruulis facta reuelatio.

Chriſtus acceptus gentilibus, non Iudæis, Franciſco ſuo dilectiſſimo dedit acceptum fuiſſe cunctis hominibus. n.1. p.148.
Franciſcus ad tantæ ſanctitatis felicitatem euectus eſt incipiens à pauperum ſubleuatione. n. 12. pag.150.
Gratias agit Franciſcus pro temporariis bonis, queis pauper abundat: quia eadem bona liberaliſſimè omnibus elargitur. num.17. p.150.
Franciſco Chriſtus reuelauit ſuæ paſſionis myſterium, vt I E S V labores præſidium exiſterent patienti. n.25.p.151.
Labores, improperia, perſecutiones, quibus miles tyro Franciſcus actus eſt, perſpicuum teſtimonium eiuſdem ineffabilium profectuum ſpiritualium extitere. n.28.p.152.
Franciſcus paupertate ſumma curauit Chriſti cōſanguinitatem adipiſci. Vbi de ſtigmatibus. n. 34.pag.153.
Paupertate ſpecioſiſſima Franciſcus eiuſque paruulorum ſeu minorum Religio illuſtriſſima, omnium animos, oculoſque attripit. num. 40. pag.154.
Aduerſus Franciſcum cuncti tartarei hoſtes inſurgunt pugnaces ne militia minorum roboraretur, ſed nuditate paruulorum facillimè flabellantur.n.46.p.155.

Franciſcus. II.

Omnia paruulo data.

Franciſco tradita à Deo tanta multiplicatio filiorum, vt Chriſtum æmulari videatur, cui traditus à patre omnium cœtus prædeſtinatorum. n.1. p.156.
Omnes in filiis minoribus parentem Franciſcum illicò agnoſcimus: ſanctitas enim filiorum patris adhuc refert ſanctitatem.n.6.p.157.
Franciſco pater cœleſtis omnia, id eſt, omnipotentiam tradidiſſe videtur, qui in morem Filij Dei, miracula excitat hominibus ſalutaria. n.11.p.158.
Franciſcus à Patre cœleſti ob innocentiam vitæ ad hæreditatem, quam amiſit Adamus, eo perfectius eſt introductus.n.17.p.159.
Franciſcus à Domino accepit dona cœleſtia innumera & ſpiritualium Chariſmatum, & Conuentuum innumerabilium, quia ſtudioſiſſimum ſe oſtendit circa templorum ornatum, præcipuè circa Deiparæ delubra.n.26.p.161.
Diſcimus à Franciſco, multa à nobis gerenda ex vitæ aſperitate, & virtutum exercitamentis, vt valeamus ab impudicitia liberari. n.32. p.162.
Humilitas Franciſcum ad auguſtiſſimum verticem, nempe ad Luciferi vacuam ſedem eleuauit. n.38.p.163.
Franciſcus corde humilis, oſor fuit affectatæ ſubmiſſionis, quâ hypocriſis ad occupandos honores vti aſſolet.n.44.p.164.

Franciſcus. III.

Hominis abnegatio.

Franciſcus Chriſti vulnerati imago Chriſtiani populi validiſſimum eſt propugnaculum. n.1. pag.166.
Ab Stigmatibus Franciſci omnis gratia I E S V fidelibus profluxit ad vitiorum extinctionem. n.6. p.167.
Quàm glorioſum Franciſco in I E S V vulnerati conſortium aſſumit, imò quæri, & inuitari ab illo, qui ad conſortium Crucis auguſtiſſimum neminem cogit, ſed vltroneos excipit. n. 18. pag. 168.
Franciſcus, qui ſuſtulit Crucem Saluatoris, ſacris Stigmatibus honoratur.n.17.p.169.
Franciſcus ex ſacris Stigmatibus non vanè extollitur, ſed humiliter compungitur. Vnde eius vulnera peccatoribus compunctionem norunt excitare.n.21.p.170.
Franciſcus Chriſtū ſequitur vulneratum, ex compaſſionis affectu factus Chriſtus, quem Seraphici ſequi, & imitari I E S V M veluti alterum poſſint.n.25.171.
In Franciſci Stigmatibus omnimoda ſecuritas peccatoribus accurrentibus, qui tamen contritione præmiſſa acceſſerint n.30. p.172.
Franciſcus apte poteſt de I E S V amicitia gloriari, qui ex dilectionis affectu Seraphico dilecti in ſe vulnera aſſumpſit. n.34. p.173.
Franciſcus non ſuam, ſed I E S V crucem ex initio conuerſionis ſuſtulit, quia tribulationes cum ipſo tolerans, idem cum ipſo corpus, & ſanguis factus eſt. n.39. p.174.

Franciſcus de Paula. I.

Puſillus grex.

Franciſcus ſe puſillum, ſeu minimum profitendo, oſtendit, quanta magnitudine apud Deum donatus ſit. n 8.p.241.
Humilis Franciſcus Minimorum cognomen Ordini præſcribens, eum fecit diuina fœcunditate dilatari. n.14.242.
Et Franciſci, & filiorum gloria fulgurat, merita rutilant in cognomine puſillitatis. n.18.p.243.
Franciſcus cunctis placet Hiſpanis, à Gallis plurimi ducitur, à cunctis nationibus celebratur Ordo Minimorum, nempè in euidens ſignum quòd Parens, & Filij Patri cœleſti admodum placuerint.n.23.0.244.

Franciſcus de Paula. II.

Theſaurus cœleſtis.

Franciſcus egregiarum virtutum, (quarum haud facilè præconium) in ſuperis theſaurum conſtituit. n.10.p.246.
Mira abſtinentia Franciſcum omninò remouit à carne, hominem in ſpiritum immutauit. n.16. pag.247.
Franciſcus ex ineffabili puritate non carne quide, ſed ſolo ſpiritu compactus eſſe apparuit.n. 21.p.248.

G

Gloria.

IN eos, qui opera ſua Dei gloriæ libant, gloria ipſa incrementis addicta refluit.n.42.410.

Tota Dei gloria in cruce, in laboribus exiſtens obiicitur. n.42.p.430.

Gratia.

Diuina erga nonnullos Diuos ſpecialiſſima dilectio adnotatur, quos accipit Deus ipſe quaſi nutritius lactandos, cuſtodiendos.n.24.p.374.

Gratitudo.

Gratitudo opus efferr,& pulchrius obiicit. n.109. pag. 299.

Gregorius Magnus.

Gregorius Magnum Eccleſiæ luminare, meritò Magni ſortitus eſt appellationem ob ineffabilem ſapientiam. n.1.p.14.

Gregorius iuſtiſſimè Magnus eſt appellatus ob miram ſanctitatem. n.7.p.15.

Gregorius meritò magnus appellandus obiicitur ex mirabili humilitatis profunditate.n.12.p.16.

H

Hieronymus.

Diuus Hieronymus prius ſal quàm lux, quia ſcientia ex ſuppoſita virtute admodum commendabilis.n.1.p.48.

Hieronymus lux Eccleſiæ fulgentiſſima id fulgoris eſt aſſecutus precibus & lacrymarum profluentia. n.8. p.49.

Hieronymi ſapientia mirabilis planè, ſed minimè ad oſtentationem ingenij, & mentis ſolummodo illuminationem:ſed ad voluntatis magiſterium, ablegationemque ignorantiæ. num. 13. pag.50.

Hieronymus in vertice poſitus aſpectatus ab hominibus, non vt laudibus efferrent, ſed vt acriter calumniis vulnerarent. n.19. p. 51.

Vitæ Hieronymi integritas oſtentat eius interni luminis fulgorem, quem tenebras eſſe proclamantes æmuli,Diuum innocentiſſimum diriori vulnere afficiunt. n. 23. p.51.

Præfulget Hieronymi caſtitas ineffabilis, ſed poſt pugnas horribiles. n.26.p.52.

Hieronymus fulgentiſſimus ex communi plauſu, ex miraculis, ex Religionis incrementis, quia mirum in modum Chriſtum patientem imitatur.n.31.p.52.

Homo.

Homo Trinitatis eſt imago.n.1.p.209.

Honor.

Honores valdè conferunt, ad firmandos homines in difficili virtutis ſtatu.n. 19.p.222.

Improperiis pro Chriſto toleratis agnata eſt æſtimationis,& honoris gloria.n.5.p.257.

Honor fugientem ſequitur: & dignus honore obiicitur, qui nihili ducit honorari. num.12. pag. 22.

Humilitas.

Agnatum eſt humilitati, magnos efficere cultores ſuos.n.12.p.16.

Ex humilitatis menſura diuorum merita, & excellentia deputantur.n.8.p.241.

Patris cœleſtis fœcunditatis eſt æmulator, qui ſe verè humiliare diſcit.n.14 p.242.

Humilitas auguſta planè aduerſus diaboli iniquitatem pugnat,imperat naturæ. n.18.p.243.

Humilitatis exaltatio.n.51.p.288.

Egregiæ humilitatis eſt in ſublimibus ſe demittere. n.87.p.295.

Ineffabilis humilitatis documentum eſt, non ſolùm ſe cunctis poſtponere,ſed & exiſtimare cũctos ſibi eſſe ſuperiores virtute.n.104.p.298.

Humilitas potentiſſimum aduerſus perſecutiones præſidium. n.26. p.309.

Illa humilitas vera, quæ ſanctitatis fulgorem in ſe reputat eſſe tenebras. n. 105.p.322.

I

Ieiunium.

Ieiunium, ſeu abſtinentia hominem oſtendit quaſi naturæ eleuatioris. n.18.p.58.

Ieiunio homo redditur pulchrior, & fortior. n. 7. pag.50.

Vide, *Abſtinentia*, *Mortificatio*, *Pœnitentia.*

Ieſus.

Nomen IESV fortiſſimum eſt Martyrum,fidelium omnium, qui patiuntur armamentum. n.29.p.428.

Ieſuitæ.

Ignatij filij ſapientiſſimi terram vniuerſam mira doctrina condiere. n.1. p.433.

Ieſuitarum ſapientia, quaſi ſplendor quodammodò lucis æternæ: nam IESV Vicarij ſcientiarum omnium librum ſeptem ſigillis obſignatum reſerauerunt. n.7.p.434.

Ignatij filij mirabilem ſapientiam egregia ſanctitate colligarunt ad orbis illuminationem.n.25. pag.446.

Ignatius.

Ignatio arctiſſima lumborum conſtrictio, ſiue mortificatio aſſidua indicitur, ac ſimul Lucernarum fulgor, ſeu virtutum exercitamentum illuſtrium imperatur n.14. p.263.

Ignatius perfectus obediens ſemper indifferens, ad vtrumlibet erat paratus, ſcilicet vel ad contemplationis eleuationem, vel ad actionem,ſeu proximorum miniſteria. n.20.p.264.

Ignatius ferreus planè ad ſuſtinenda mala fuit, vt quaſi in ære virtutes firmiùs ſculperentur. n.26. p.265.

Pugnat Ignatius doctrinæ lumine præcinctus, nihil ſcribens, quod proximorum non cedat in vtilitatem. n.31.p.266.

Ignatius ex laborum ſuſtinentia, ex perſecutionum tolerantia, vel in hoc ſeculo beatus quodammodo obiicitur.n.35.p.267.

Ignatius præcinctus fortitudine ac robore obiicitur,vt ſolidum ſit Societatis fundamentum,Eccleſiæ fabricam æmulantis.n.40.p.268.

Præcinctum Ignatium perſecutionum coarctatio fulgentiſſimum toti orbi expoſuit. num.46. pag.270.

Præcinctus Ignatius ad currendum, adeò velociter curſum inſtituit, vt nec ad valedicendum propinquis, ac cognatis demoraretur.num.52. pag.271.

Ignatius præcingitur ad innumera patranda miracula, quia accinctus eſt ad miniſteria cuncta gratis præſtanda. n.58.p.272.

Ignatius accingitur ad Eccleſiæ propugnationem cum è tartaro impugnator Lutherus aſſurgit. n.64.p.273.

Diuina prouidentia Ignatius apud ſeculum militem geſſit, vt ediſceret, quonam modo ſpirituali addictus militiæ pulchra exhiberet ſpiritualis roboris documenta. n.69.p.274.

Ignatius amictum,ſeu pileum clericalem non mediocriter illuſtrauit, effectus quidem egregius Petri Clericorum Antiſtitis æmulator. n. 73. p.275.

Ignatius dum viuit, præcingitur ex perſecutionum

num tolerantia: ſed poſt mortem miris ſplendoribus exornatur. n.81.p.276.
Cùm primùm Ignatius ſe præcingit ad bellum nouus miles iam ſe alterum I E S V M ad Inferni debellationem oſtentat. n.88.p.277.
Ignatius ſemper eſt præcinctus ad itinera ex præſcriptione Domini perficienda, ad animarum ſalutem. n.94.p.278.
Ignatius conſtrictus in carceribus, edificit à profligatis peccatoribus, ac meretriculis, quas ad Deum curabat adducere auguſtioris virtutis perfectionem. n.99.p.279.
Ardentes lucernæ affectus ſunt Ignatij, qui totum igneum ſe eſſe zelo ineffabili manifeſtat. n.12. p.281.
Irrigat Ignatius vehementiſſimam charitatis ſuæ flammam aqua paludis frigida, ſeu potius in ſe adoleſcentis impudici infrenat incendium. n.40. p.286.
Ignatij ignis frigidam pergit ad lacunam, vt proximi luxuriem in loco natiuitatis eius poſſit debellare glorioſius. n.44.p.287.
Ignatius Lucernatum loco ſeptem Planetarum Luminaria manu oſtentat: vt omnium Religionum ſplendore effulgeat minimum luminare, ſiue Luna Societas. n.51. p.288.
Ignatius quaſi in Angelum mutatur ex pœnitentiæ lacrymis, miriſque cœleſtibus illuſtrationibus decoratur. n.61.p.291.
Ignatius, quia caſtitate egregius fuit, ſpiritu Prophetico donatur, imò quia innocentiæ quodammodo induebatur ſtola. n.67. p.292.
Ad ſtatum quodammodo innocentiæ recurrit Ignatius, dum operum Lucernas per ſingula momenta expungit particulari quidem examine. n.73. p.293.
Ex Lucernatum, ſeu vitarum Chriſti, & Diuorum fulgore Ignatius à ſæculi vanitate ſurgit, vt ad perfectiſſimæ vitæ gradum ſupremum aſcendat. n.81.p.294.
Mirabilis Ignatij humilitatis (lucernæ planè rutilantiſſimæ) fulgorem obiicio, ponderans nomen illud, quod Societati dedit, nempè: Minima Societas. n.87. p.295.
Operatrices admodum Ignatij manus diuino liberalitatis fulgore nitent, dum gratis cuncta peragunt miniſteria. n.95. p.296.
Licèt Ignatius omnium virtutum fulgore coruſcaret, ſe tamen in via ſpiritus æſtimabat infantem, & quaſi primum greſſum peragentem. n.104.p.298.
Ignatius gratitudinis fulgore ſic cuncta ſua opera decorauit, vt auguſtiora oſtentarentur. num. 109.p.299.
Lucerna Ignatij in diuinæ prouidentiæ manibus collocata erat, vt à flatibus perſecutionum protegeretur. n.113.p.300.
Quia Ignatius igne ardet Spiritus ſancti impunè inter homunciones, ac mulierculas igne prophano accenſas diuerſatur. n.117.p.300.
Ignatius in ſpirituali infantia fulgoris auguſtiſſima incrementa oſtendit. n.122. p.301.
Ignatius curauit ſic proximos luce donari, vt exiſtimaret ſe & proximos eandem eſſe eſſentiam; vnde non proximum ſibi, & deinde proximis, ſed primò & ſibi & proximis vacare nititur. n.129.p.303.
Ignatius non ſolùm primò ſe & proximum illuminare curat, ſed expetit aliquando proximi ſaluti curam impendere, vel proprio periculo. num. 134. pag. 303.
Ignatius ſimilis hominibus in veſtitu, glorioſiùs de hoſtibus triumphum egit. n.21.p.307.
Ignatius cùm ex virtutum fulgore Diuus eſſet ſe hominem abiectiſſimum reputans labores maximos ſuperauit. n.26.p.309.
Ignatius cupit diſſolui, & eſſe cum Chriſto, ac ſimul expetit diu in ſæculo ad proximorum vtilitatem permanere. n.32.p.310.
Ignatius non ſe gerit vt Dux Societatis, ſed vt homo miles expectans Ducis imperia. At I E S V M nominans Ducem Societati, proprium nomen celebrius effecit. n.37.p.310.
Ignatius tam perfectè expectauit, vt vel in hoc ſæculo ſpes eius muneraretur multipliciter. n.43.p.311.
Fragrantia, Ignatij ſepulchrum nobilitauit in Auguſtiſſimum eius virtutum documentum. n.48. p.313.
Ignatius matutini præcurſor, ſocios ſuos ad orationem excitat, vnde Societas I E S V, tot ac tam illuſtres perficit victorias. n.53.p.313.
Ignatium vigiliæ ſapientiſſimum fecerunt: & Societatis viri vigiliis fiunt tanta prædici ſapienta, vt Angelos referre videantur. num.58. pag 314.
Præcingit, ſeu præparat ſe Deus ad retributionem. Nam dum Ignatius perſecutiones patitur, Deus ſibi vindictam & retributionem aſſumit. n.67.p.315.
I E S V S ſocium ſuum Ignatium ſic adiuuit ad opera difficillima, vt ex ipſis laborem ſibi caperet, vt Ignatius ſine moleſtia actionem exerceret. n.73.p.316.
Ignatio tam iucundi labores, ac perſecutiones, vt in ſuperis manens, quodammodo patiatur, vt ex laborum moleſtia gloria ei plenam patiat voluptatem. n.77.p.317.
Ignatius tertia in vigilia Dominum excepit, ſed ita redemit tempus, vt primæ, & ſecundæ profectus ſuperarit. n.84.p.318.
Ignatio Ieſuitæ ſiue in nomine I E S V operanti dies fuere triplicati, & ſupra modum amplius. n.89.p.319.
Ignatius à ſecunda vigilia incepit ſpiritus viam percurrere, nunquam fuit inter ſpiritu pueros adnumerandus. n.93.p.320.
Semper Ignatius paratus ad obediendum, præcinctúſque inuentus eſt. n.97.p.321.
Poſt ineffabilem vigilantiam, poſt ſummam ſanctitatem Ignatius, ex auguſtiſſimæ humilitatis affectu, ſe inutilem ſeruum reputabat. num. 105. p.322.
Diabolus, qui curat diligentiſſimè Sanctos allicere ad iniquitatem, cui dulcis cibus iuſtorum excidentia: Ignatium ita odio proſequitur, vt quodammodo eum non appetat ſibi, nec requirat. n.111. p.323.
Ignatius magnus Paterfamilias multiplicis fortitudinis filiorum, quorum ſinguli pro plurimis valent. n.115.p.324.
Ignatij filij Vide, *Ieſuita.*
Improperium.
Improperiis pro Chriſto toleratis agnata eſt æſtimationis, & honoris gloria. n.5. p.257.
Vide, *Calumnia. Iniuria*
Inconſtantia,
Adgnata Fœminis inconſtantia. n.21. p.198.
Indifferens.
Perfectus obediens nunquam præcipitat ſententiam.

tiam, ſed ad vtrumlibet iuxta numinis determinationem paratus, & indifferens eſt. n. 20. pag. 264.

Infamia.

Homines ex infamia iniuſtè illata, ſed patienter tolerata, mirum in modum à Domino honorantur. n. 31. p. 52.

Infans.

Infantes Nutricum referunt mores, vnde parens prudens debet probam filio nutricem prouidere. n. 1. pag. 24.

Iniuria.

Acrius ex acceptis iniuriis vulneratur innocentia, quam iniquitas. n. 23. p. 51.

Innocentia.

Innocentiæ ſtudendum, ad mortis pericula tentaminaque, quæ obueniunt iuſtiſſimis quibúſque ſuperanda. n. 7. p. 18.

Adnatus puritati, ſeu innocentiæ, ſpiritus prophetiæ. n. 67. p. 292.

Inuentor.

Inuentores rerum ſpiritualium apud Deum ſe ſe auguſtos oſtentant. n. 10. p. 215.

Ioannes de Sahagun.

Auguſti Diui commendabiles admodum oſtentantur, dum viri eum ſint, puerilem ſynceritatem conſeruant, Ioannes de Sahagun hinc auguſtus obiicitur. n. 1. p. 95.

Si auguſtè Ioannes de Sahagun vir, ſe puerum oſtendit: auguſtius planè puer, ſe virum operibus illuſtriſſimis expoſuit. n. 6. p. 96.

Ioannes de Sahagun I e s v m poſſidens, cuncta temporaria contemnit, diuitias, & honores conculcat. n. 12. p. 97.

Ioannes de Sahagun ſe exponit agrum fructibus omnibus plenum ſpiritualibus, ex vicinitate cum I e s v ineffabili. n. 17. p. 98.

Ioannes de Sahagun I e s v m in Euchariſtia aſpectans, ſe omnino purum affirmat, & immaculatum. n. 22. p. 99.

Ioannes de Dios.

Ioannes de Dios continuis laboribus præcinctus, cuncta incommoda ſuperauit, fulgentiſſimum ſe cunctis exponens. n. 1. p. 256.

Improperia dementiæ ſimulatæ tam contraria honoris fulgori Ioannem de Dios ad honoris, æſtimationiſque verticem adduxere. num. 5. pag. 257.

Ioannes de Dios ex affectuoſiſſima in pauperes miſericordia Chriſtum non ſolùm hic expectauit, ſed hoſpitio excepit; non ſolùm vt reliqui, agnouit, ſed vidit. n. 11. p. 258.

Iudicium extremum.

Serò vigilat, qui diei ſui pace potitur, & non ſe in diem iudicij præparat. n. 29. p. 59.

Iuſtus.

Viri iuſti parua piacula fugiunt, ea præcipuè quæ aliquam anteactæ improbæ vitæ vel minimam reddunt ſpeciem. n. 34. p. 78.

Ex improborum ſocietate iuſti cruciatibus afficiuntur horribilibus, vnde prudentiſſimè ab eis recedunt. n. 9. p. 205.

Perfecto odio iuſti improbos proſequuntur, dum viria non naturam impugnare ſtudent n. 16. pag. 206.

Iuſti preces efficaciſſimæ ad inuiſibilium hoſtium comminutionem. n. 6. p. 228.

Iuſtorum ſero ad virtutis viam accedentium conatus ad operum intenſionem. n. 93. p. 310.

Iuſti præparati rapiuntur ad ſuperos: perfecti cupiunt diſſolui, ſed ob proximos malunt in valle manere lacrymarum. n. 58. p. 367.

L

Labor.

Vix poſſibile diu poſſe nos laborum ſuſtinere tentamina, ſine orationis adminiculo. n. 19. pag. 39.

Sapientia & quæque illuſtria non abſque labore comparantur. n. 8. p. 49.

Ob temporarios labores nullatenus flendum. n. 8. pag 82.

Negotia circa crucem ac labores faciliora redduntur ex collocutione, aut communicatione. n. 16. p. 221.

Homo illuſtris redditur, inſuperabilis efficitur ex laborum tolerantia. n. 1. p. 256.

Expenditur gloria laborum, perſecutionum beatitudo. n. 77. p. 317.

Probatur Diui perfectio ex laborum ſuſtinentia.

Apprehenſio laborum aliquando horribilius torquet quam ipſa malorum exequutio. n. 83. pag. 340.

Cœleſtes conſolationes laborum ponderi reſpondent. n. 48. p. 365.

Laboribus præparamur ad labores. Nemo ſupremis poteſt moleſtiis exerceri, niſi inferioribus ſe curet aſſuefacere. n. 13. p. 372.

Patientia leuiſſimos reddit labores; imò qui patienter ſuſtinet, non laborat. n. 9. p. 425.

Diſertiſſima ad perſuadendum lingua illius, qui laboribus agitur. n. 26. p. 428.

Plus cum Deo illigatur, qui plus laboribus exercetur. n. 7. p. 357.

Lacryma.

Lacrymæ vtiliter profuſæ in conſpectu Domini vociferantur. n. 1. p. 81.

Ob temporarios labores flendum non eſt. n. 8. pag. 82.

Efficaciſſimæ ſunt lacrymæ ad quæque difficilia ſuperanda. n. 13. p. 83.

Lacrymæ hominem Angelis contubernalem efficiunt. n. 61. p. 291.

Lectio.

Sanctorum exempla lecta fortiter ad imitationem adducunt, vel ſæculari addictos vanitati. n. 81. p. 294.

Liberalitas.

Liberalitatis, ac munificentiæ fulgor homines efficit diuinos oſtentari. n. 95. p. 296.

Lingua.

Diſertiſſima ad perſuadendum lingua illius, qui laboribus agitur. n. 26. p. 428.

Ludouicus Gonzaga.

Expectat Ludouicus Ieſum reuertẽtem quia ei ſe dilectiſſimam offert ſponſam. n. 1, p. 395.

Ad excipiendum Dominum Luiſius faces Orationis continuæ ſuccendit. n. 8. p. 396.

Luiſius extitit lucerna ardens, id eſt, nimium lucens caſtitatis fulgore. n. 14. p. 397.

Luiſius intra Societatis I e s v clauſtra ſemper Domini expectator extitit, obedientiæ præſcriptione conſtrictus adit ad Palatium. n. 18. pag. 398.

Luiſius ſanctus orat dum expectabat ſe à I e s v in domum adducendum: prælibans, in Societate futurum ſanctiſſimum. n. 22. p. 399.

Luiſius antequam naſceretur ad currendum ita præcinctus eſt, vt ad Dei domum acceſſerit prius

priuſquàm paternam domnm iniret. num.27. pag. 400.

Addo præcinctus puritatis cingulo Luiſius oſtenditur, vt nunquam impuram paſſus fuerit cogitationem, ita fugiebat, vt fœminarum inimicus appellaretur. n.31.p.400.

A Virginitatis fulgore robur militaris Gonzagæ procedit horribilis leonibus ex igne pudicitiæ oſtentatur. n.37.p.401.

Luiſius ſimilis homini, ſed verè Angelus innocentia. n.42 p.402.

Luiſius intra cubiculi clauſtra reſidens, ſolitudinis amans, à Deo vocatur, cum Deo reſidet ipſi ſimilis oſtentatur.n.51·p.404.

Obiiciens menti Luiſius I E S V M præcinctum, ſiue Cruci ſuffixum, miros in perfectionis via geſſit proceſſus. n.1. p.406.

Luiſius Religioſus quidem perfectiſſimus Chriſtum in Euchariſtia æmulatus eſt, dum viuit, dum moritur.n.8.p.407.

Gonzaga vocatus à Domino fuit prima in vigilia, ſiue in infantia. Quàm illuſtris Diuus, qui tunc Domino ſeruit, & aperit, cùm alij primo ſomno grauiter ſoporantur. num.24. pag. 409.

Luiſius in prima vigilia ſeu ab vtero à Deo electus eſt, qui quidem initium tam auguſtum miſericordiæ agens, ineffabilia dona multiplicauit.n.29.p.410.

In prima Luſius vigilia perfectus oſtenditur, dum nullum tributum voluit carni, ſanguini, cognationi litare.n.34.p.311.

Luſius à prima vigilia Deo ſeruiit: ſed tanta humilitate nituit, vt ſe ſe inſignem peccatorem profiteretur. n.38 p.412.

Luſus.

Pueriles, luſus muſicæ, ſaltationis, milites non decent. n.31.p.419.

Luxuria.

Nihil adoleſcenti impudico magis adnatum, quàm vel Deitati inſidias collocare. n.1. p.61.

Luxuries igne tartareo ſuccenditur. n.24. p.59.

M

Magiſter.

Magiſter operari debet prius quidquid velit diſcipulis perſuadere. n.17.p·10.

Maria Deipara.

Mariæ Deiparæ diuorum omnium adſcribendæ victoriæ. n.1.p.136.

Pueri ſub Virginis tutela feliciter educantur. n.6. pag.201.

Per Mariæ obſequium exhibitum nobis victoriæ puritas, imperium diuitiæque cœleſtes præparantur. n.12.p.202.

Mariæ alumni miris profectibus, & ſpiritualibus, & temporariis exornantur. n.1. p.204.

Maritus.

Mariti dignè ſubmittuntur vxori, ſi virili prudentia ac fortitudine maſcula prædita eſſe videatur.n.6.p.235.

Martinus Canon. D. Iſidori Legion.

Martinus Legionenſis. D. Iſidori Conuentus decus, Magnus prorſus ex ſanctitudinis miræ documentis.n.1.p 89.

Magnus Martinus Doctor poſt volumen acceptum ab Iſidoro, ex cœleſti theſauro proferens cunctas diuitias ad Eccleſiæ vtilitatem. n.8.p.90.

Martinus ſapientia plenus minimè inflatur, ſed mirificè exercitamentis humilitatis ſtudium impendit. n.16 p.91.

Martini magnalia recenſeo, ipſiuſque Diui doctrina illuſtro, ex ſalis ſymbolo. n.22. p.92.

Martini magnalia expono, eiuſdemque Doctoris ſententiis confirmo, ex lucis typo. n.30. p.93.

Martyr, Martyrium.

Martyrium Martyria profert, crux cruces germinat.n.1.p.424.

Conſtantia Martyrum Deum roboratorem, Chriſtum ſocium & præſidium neceſſariò manifeſtat. n.20.p.427.

Nomen I E S V fortiſſimum eſt Martyrum, fidelium omnium, qui patiuntur armamentum. n.29. p.428.

Martyrij gloria oſtenditur, Eccleſiæque ex fractione corporum Martyrum pulchritudo. n. 48 .pag.431.

Martyres Iaponienſes.

Occumbentibus Paulo, Didaco, & Ioanne, non ſolùm non ſtatim finis, verùm & nouæ prolis initium, ex eorum ſanguine, veluti ex granis copioſo Martyrum germine in Iaponia profluente. n.1.p.424.

Martyres noſtri ineffabili patientia tormenta ſuperarunt, flammas ſortiti refrigerium, crucem thalamum. n.9.p.425.

Martyres noſtri egregiis operibus plures ex inuiſibilibus hoſtibus reportauere victorias, vt ſe ſe ad Martyrij triumphum præpararent. n.15. pag.426.

Martyres noſtri in patibulo conſtantiſſimi fidei Prædicatores, animas Gentilium plurium poſſederunt oſtendentes I E S V M, pro quo patiebantur.n.20.p.427.

Mirabilis Martyrum noſtrorum ſapientia, ac efficacia ad Gentilium, qui eos pati viderant, conuerſionem.n.26.p.428.

Propter nomen I E S V Martyres Iaponienſes multa ſuſtinuere, ſed ipſo ex nomine protecti obiiciuntur. n.29.p.428.

Poſt occiſionem noſtri Martyres viuunt, animorum vtique poſſeſſores. n.33.p.429.

Martyres noſtri diu crucem ſuſtinuere, Ieſuitæ. n.37. p.429.

Noſtri fortiſſimi Martyres ipſa in cruce vulnerati lethaliter, cœleſti iucunditate fruuntur, afficiuntur exultatione. n.42. p 430.

Martyrum Ieſuitarum victrix patiētia, vox triumphans, vulnera pulcherrima, ſaluberrima. n. 48.p.431.

Meditatio.

Edificant Euangelij Miniſtri, meditationis requiem dimittere, vt proximos acquirant Saluatori. n.43.p.334.

Meritum.

Qui omnibus hominibus acceptus eſt, indicamentum præbet, quod Trinitati beatiſſimæ placeat: merita enim adſtruunt communem acceptationem. n.23.p.244.

Militia

Militia ſecularis eſt pietatis inſtructio.n.69.p.274.

Miraculum.

Qui manus à muneribus excutit, eas exerit ad miracula.n.58.p.272.

Miſericordia.

Pietas, & miſericordia erga afflictos perfectionis magnæ eſt documentum. n.13.p.87.

Regalis

Regalis virtus munificentia, ac miſericordia eſt. n.65. p.337.
Opera charitatis erga inopes conducunt ad fælicem accipiendi ſtatus euentum n.35. p.385.

Monica.

Plorantem viduam Monicam Chriſtus aſpexit, & non loquentem exaudiuit. n.1.p.81.
Monica diu plorans, minimè prohibetur à luctu, quia non ob temporaria incommoda lacrymas profundebat, ſed ob Spiritus Auguſtini iacturam. n.8. p.82.
Monica ob perſeuerantiam luctus- demùm Auguſtinum Eccleſiæ peperit.n.13.p.83.

Mors.

Innocentiæ ſtudendum ad mortis pericula tentamináque, quæ obueniunt iuſtiſſimis quibúſbuſque ſuperanda. n.7.p.18.
Aſpera quæque ſufferre poteſt, qui continuo aut mortis, aut iudicij, aut gehennæ horrorem aſpectat.n 8.p.56.
Ex mortis reſpectu ſacra acuitur animi dilectio. n.6.p.252.
Ad mortem intrepidè ſubeundam, exercitamenta mortificationis conferunt.n.12.p.252.
Vitam perſecutionibus plenam honorificentiſſima mors ſequitur. n.81.p.276.
Ex mortis memoria homines ad ſuperandos hoſtes mirum in modum roborantur.n.10.p.378.
Mors Principum efficaciſſima eſt ad lapidea corda emolliendum. n.17.p.380.
Seductio communis pueritiæ eſt, nunquam de morte cogitare. Nulla vitæ ſecuritas. num.45. pag 422.

Mortificatio.

Mortificationis vita homines requirit bonis mundialibus vacuos vt requie potiantur, quum tentantur tribulatione. n.1.p.36.
Aſpera quæque ſufferre poteſt, qui continuo aut mortis, aut iudicij, aut gehennæ horrorem aſpectat.n.8.p.56.
Negotia circa crucem ac labores faciliora redduntur ex collocutione, aut communicatione. n.16. p.221.
Supra homines oſtentatur Propheta, qui à gloria, ſeu propria voluptate ſcit pro ſalute proximorum abſtinere. n.23.p.223.
Qui aſperitati vitæ ſtudent ſpecialiſſimo præmio, ſeu laude, ſeu honore, ſeu gloria, à Domino donantur. n.30.p.224.
Mortificatio animum infirmum robore maſculo donat, firmiúſque Deo vt adhæreſcat efficit. n.11. p.229.
Mortificatio ſeu vitæ aſperitas neceſſaria eſt ad tentamina viriliter ſuperanda. n.15.p.236.
Virtutum exercitatio continuæ mortificationis ſolatium eſt. n.14.p.263.
Ad puritatem caſtitatis neceſſaria eſt corporis aſſidua mortificatio. n.1.p.251.
Ad mortem intrepidè ſubeundam, exercitamenta mortificationis conferunt. n.12.p.252.
Mortificationis ſtudioſi labra frænant, ne verba inaniter proferantur.n.17.p.253.
Precibus opera pœnalia efficaciam adiiciunt. n.23.p.254.
Mortificationis laqueus homines efficit expeditiores.n.29.p.332.
Exercitia pœnitentiæ, id eſt, ieiunium, verbera, vigiliæ, &c. carnem macerando, & imminuendo, hominem ad ſtatum ſpiritus adducunt. n.8.p 571.
Vide, *Pœnitentia.*

Munus.

Qui manus à muneribus excutit, eas exerit ad miracula. n.58.p.272.

Munia.

Rarus planè, qui ad plura diuerſa munia aptus exponitur. n.37.p.333.

Munificentia.

Regalis virtus munificentia, ac miſericordia eſt. n.65. p.337.
Liberalitatis, ac munificentiæ fulgor homines efficit diuinos oſtentari.n.95.p.296.
Munificentiæ diuinæ in iuſtos largitas vnde penſanda.n.31.p.362.

N

Nicolaus Tolentinus.

Nicolaus rex cœleſtis patri æterni hæres aptè appellatur, imitatur enim Dei munificam erga omnes naturam. n.1. p.85.
Nicolaus non ſolum ex humilitate puſillus, ſed ex omnium virtutum fulſit varietate. num.7. pag.86.
Nicolaus ouis manſuetiſſima, erga proximos mira compaſſione afficitur.n.13.p.87.

Nolaſcus. I.

Perfecta nudatio.

Apud dexteram manum infantis Nolaſci apum examen viſum condire fauum mellis, manus illius munificentiam in pauperes præſignans. n.1. p.200.
Nolaſcus mirum in modum creſcens obiicitur benedictionibus vberum Mariæ, erga quam cumlate exſuxit affectum. n.6.p.201.
Nolaſcus Saluatorem Crucifixum ſequitur, vt Deiparam protegat ab Albigenſibus impugnatam: Ordinemque inſtituit temporali pugna, ſpiritualique certamine Virgini propugnaculum præparantem.n.12.p.202.

Nolaſcus. II.

Æterna retributio.

Operibus Nolaſci ineffabilis muneratio reſpondet, quia Virginem de Mercede, aut de beneficiis ſibi plurimis deuinxit obſequiis. n. 1. pag. 204.
Nolaſcus propinquos dereliquit à ſeculo abſtractus, ab hæreticis omninò recedens, contagium fugiens ſocietatis. n.9.p.205.
Sanctiſſimum Nolaſci odium in hæreticos, fidei, ac Deiparæ hoſtes expendo. n.16.p.206.
Nolaſcus Regiam domum puritatis ſtudioſus dereliquit, Curiæ infectionem timens. n.22. pag.206.
Nolaſcus nuptias fugit virginea immortalitate in præſenti quodammodo decoratus. num.26. pag.207.

Nomen.

Nomen ſapiat eſſentiam. n 73. p.275.
Quàm felix qui illuſtri nomini reſpondet operibus. n.1.p.8.

Norbertus. I.

Principis profectio.

Norberto Dominus innumera tradidit talenta iuxta tanti animi capacitatem. n.1. p.102.
Norbertus Chriſti æmulator ſe omnium ſeruorum Dei minimum reputabat.n.7.p.103.
Norbertus prædicationis talentis à Domino donatus, miros fructus parturiit Eccleſiæ. n.12. pag.104.

Norbertus. II.

Principis reuerſio.

Norbertus fideliſſimus ſeruus oſtenditur, dum talentis talenta acquirit, id eſt, filios innumeros lucratur, qui parentis optimi referant perfectionem. n.1. p.105.
Norbertus totum id, quod à Domino accepit, etiam temporariorum bonorum,ipſi reddidit in pauperibus, nihil ſibi retinuit. n.7.p.106.
Norbertus fideliſſimus Præſul non ſolùm ſermone, ſed & opere Prælatus eximius totam vitam ouium vtilitati conſecrauit.n.12.p.107.

O

Obedientia.

HOmo diu viuit ex obedientia, ex Dei præſentia,& familiaritate. n.11. p.62.
Obediunt cuncta ei qui prælatis, pro Deo, humilem exhibet obedientiam.n.16.p.63.
Perfectus obediens nunquam præcipitat ſententiam,ſed ad vtrumlibet iuxta numinis determinationem paratus, & indifferens eſt. num. 20. pag.264.
Illuſtriſſimæ perfectionis eſt,loco non alligari,ſed per varias mundi plagas diſcurrere ex obedientia. n.94.p.278.
Qui ex obedientia cum flagitioſis agit minimè afficiendus corruptione : ſed omnimoda ſecuritate donandus.n.99.p.279.
Obedientia deuictis hoſtibus ſemper triumphum agit, cunctatio in obediendo infeliciter repugnat. n.97.p.321.
Quanta Religioſorum perfectio ex loco in locum profectionibus ex obedientia. num. 72. pag. 338.
Omnia opera ſine obediẽtiæ prætextu ſunt tenebroſa,non poſſunt grata numini exiſtere. n.40. pag.421.

Obſequium.

Munificentiſſimus Deus, ad munerandum obſequium, quod ex victoria (ob repugnantiam naturæ) habet exortum.n.19.373.
Amor quò vetacior eſt, eò ad obſequia promptior, vnde ex facilitate operandi, putat ſe nihil agere obſequij. n.25.p.40.

Odium.

Perfecto odio iuſti improbos proſequuntur,dum vitia, non naturam impugnare ſtudent. n. 16. pag. 206.

Opus.

Omnia opera ſine obediẽtiæ prætextu ſunt tenebroſa, non poſſunt grata numini exiſtere. n.40. pag.421.

Oratio.

Taxantur, qui ex prætextu orationis, aut deuotionis,otioſitate ſoluuntur. n.5.p.37.
Vix poſſibile, diu poſſe nos laborum ſuſtinere tẽtamina,ſine Orationis adminiculo.n.19.p.39.
Præmiſſa oratione matutina,die tota illuſtriſſimas Euangelici milites comparant victorias. n.53. pag. 313.

Ordo

SS. Trinitatis.

Ordo SS. Trinitatis non ab hominibus excitatus Diuis, ſed à ſolo Deo trino & vno, Conditoris ſui gerit imaginem. n.1.p.209.
Ioannes & Felix primi Ordinis Triadis Patres vnitatem pacificam Trinitatis beatiſſimæ æmulantes, pacificæ militiæ dant initium.n.8.p.210.
Didicit Ordo Trinitatis Conditricis ſuæ concordiam inter ſe ſe Perſonarum imitari, vt in Redemptione captiuorum eundem concordiæ,ac amoris nexum obſeruaret. n.14. p.211.
Ordo Triadis Fũdatricis Trinitatis refert paternitatem piiſſimam erga captiuos, erga peccatores adeò, vt omnibus mundi quodammodo ſufficiat afflictis.n. 19.p.212.

Otioſitas.

Taxantur, qui ex prætextu orationis, aut deuotionis otioſitate ſoluuntur. n.5.p.37.

P

Pater.

FIliorum perfectio parentis arguit ſanctitatem n.12. p.9.
Spirituales viri nec parentum amore, nec ſeculi bonis detinentur, quominus Chriſtum ſequantur. n.6.p.43.
Amat Conditor paruulos ad ſe venire:contra parentes,qui pueros ſuos à propoſito Religionis auertunt. n.1. p.414.
Patresfamilias debent in ſe vindicare filiorum, ac ſubditorum crimina. n.40.p.286.

Patientia.

Exprimo ineffabile hominis meritum ex calumniis patienter toleratis.n.19.p.51.
Aſſero homines ex infamia iniuſtè illata, ſed patienter tolerata, mirum in modum à Domino honorari. n.31.p.52.
Fœcundiſſimam oſtendo patientiam, Martyrium Martyria profert,crux cruces germinat.num.1. pag. 424.
Patientia equidem leuiſſimos reddit labores; imò qui patienter ſuſtinet, non laborat. n.9. p.425.
Non poteſt occumbere, qui pro numine patitur. n.33.p.429.
Ipſum pro IESV pati, iam frui eſt beatitudine. n.35.p.267.

Paſſio.

Paſſiones prius gladio ſanctorum exercitamentorum ſuperãdæ, quàm ad Euangelicũ munus, fideique tutamina quis procedat. n.12.p.138.
Fortiſſimorum IESV militum eſt,labores,quærere, ad dira certamina properare. n.20.p.140.

Paupertas.

Paupertas cunctis eſt venerabilis, quia hominis occultum fulgorem manifeſtat. n.50. p.335.

Peccator. Peccatum.

Viri iuſti parua piacula fugiunt, ea præcipuè, quæ aliquam anteactæ improbæ vitæ vel minimam reddunt ſpeciem. n.34 p.78.
Qui igne ſacri amoris non ſuccenditur periculosè cum peccatoribus agit.n.117.p.300.

Nullum tempus ineptum peccatori , qui poteſt quidem paruo temporis interſtitio diuturni præteriti redimere defectus.n.84.p.318.

Perfectio. Perfectus.

Perfectus debet æſtimare ſe nihil adhuc geſſiſſe,vt veloci curſu ad iuſtitiæ verticem aſcendat. n.7. p.4.

Proprios defectus agnoſcere , aliorumque errata putare eſſe virtutes , ineffabilem arguit perfectionem.n.1.p.29.

Tribulationes faciunt homines præpropero curſu tendere ad perfectionem. n.12.p.38.

Pietas, & miſericordia erga afflictos perfectionis mgnæ eſt documentum. n.13. p.87.

Illuſtriſſimæ perfectionis eſt , loco non alligari , ſed per varias mundi plagas diſcurrere ex obedientia. n.94. p.278.

Dei auguſto munere homo vocatur ad perfectionem à puerili ætate. n.24. p.409.

E Baptiſmatis vndis homines alites auolant ad perfectionis verticem. n.29. p.410.

Perfecti viri quibuſdam lenibus imperfectionibus ſunt obnoxij. n.36.p.420.

Affectus intenſione poteſt quis breui tempore ad perfectionis cumulum auolare. num. 122. pag. 301.

Probatur Diui perfectio ex laborum ſuſtinentia. n.83.p.340.

Diui, quos initio Dominus magnis cumulat donis , ad auguſtiſſimum perfectionis gradum plerumque deducuntur. n.1. p.377.

Perſeuerantia.

Commendatur perſeuerantia diuturna circa virtutum exercitamenta.n.10.p.246.

Perſecutio.

Perſecutionum impugnatio iuſtos reddit clariores.n.46.p.270.

Vitam perſecutionibus plenam honorificentiſſima mors ſequitur. n.81.p.276.

Humilitas potentiſſimum eſt aduerſus perſecutiones præſidium. n.26.p.309.

Homine perſecutionibus acto , ac tacente , Deus exſurgit ad hoſtium comminutionem. n. 67. pag. 315.

Expenditur gloria laborum, perſecutionum beatitudo. n.77. p.317.

Vide, *Patientia.*

Petrus Martyr.

Petrus multis coronis ornatus,Confeſſor, Virgo, ac Martyr, cunctas debet Deiparæ Mariæ. n.1. pag.136.

Petrus fructus ſuauiſſimus ex amariſſimo palmite exortus : ſeu hæreticorum filius,malleus à cuna hæreticorum. n.7.p.137.

Petrum palmitem quidem fructiferum ſanctiſſimus Deus Religionis Prædicatoriæ exercitamentis excoluit, vt vberiores fructus & in perſecutione hæreticorum, & in Martyrio produceret. n.12. p.138.

Petrus non trahitur ad Martyrium, ſed lubens ſequitur, perſecutionis quærens certamina,mortis captans pericula.n.20.p.140.

Petrus de Alcantara.

Ex perpetuæ mortificationis cingulo Petri de Alcantara caſtitas mira,ineffabilis puritatis candor illuſtratur. n.1.p.251.

Petrus Alcantara mortis cõtinua memoria ineffabilẽ erga Deũ dilectionẽ præcinxit.n.6.p.252.

Petrus Alcantara expetebat pro Chriſto trucidari quod quidem faciliùs præſtabat ex mortificationis conſtrictione. n.12. p.252.

Petrus mortificationis continuæ vita ita linguam alligat, vt vix extra chorum quis poſſet aſſerere eum mutum non exiſtere.n.17.p.253.

Petrus orationem efficaciſſimam reddidit ex mortificationis conſtrictione. n.23.p.254.

Pœnitentia.

Exercitia pœnitentiæ , id eſt, ieiunium , verbera, vigiliæ, &c.carnem macetando,& imminuendo,hominem ad ſtatum ſpiritus adducunt.n.8. pag.371.

Quam Deo placeant atra pœnitudinis indumenta. n.9.p.221.

Vide, *Mortificatio.*

Prædicatio, Prædicator.

Viri Apoſtolici proprietates. n.1.p.342.

Efficacior operum , quàm verborum prædicatio. n 50.p.351.

Perfectus Euangelij miniſter cunctos gerit perſonatus ad Dei gloriam.n.65.p.353.

Prædicatorum vox,quæ auditorum corda emollit, vox Dei eſt. n.72.p.354.

Prædicator poteſt externis miniſteriis vacare, ſine receſſu à contemplatione. n.1.p.356.

Laudabilis Euangelij miniſtrorum fames circa peccatorum conuerſionem. n.27.p.361.

Euãgelici miniſtri ſpiritus non virgæ ſed pietatis. n.35.p.363.

Vide, *Concionator.*

Prælatus.

Prælati manſuetudine exundent , ſed non ideò ſubditis delinquentibus indulgeant. num. 14. pag.6.

Ille maximè laudabilis Præſul , cuius ſuauia monita officium exerunt flagelli ad improborum correptionem. n.31. p.28.

Eccleſiæ præſules,paternum affectum erga delinquentes ſubditos oſtendant. n.19.p.212.

Præcelſos Præſules decet ſeueritas , quæ quidem vera eſt manſuetudo. n.1.p.214.

Præſules, neque in iram , neque in lenitudinem nimiam deflectant , ſed manſuetudine condienda ſeueritas.n.1. p.220.

Præmium.

Mirum in modum vel hîc ſuperat præmium virtutum obſequia. n.5. p.378.

Preces.

Illius preces mox à Domino exaudiuntur , qui imperanti ſuperiori citò præſtat obſequium. n. 1.pag.17.

Iuſti preces efficaciſſimæ ad inuiſibilium hoſtium comminutionem. n.6.p.228.

Precibus opera pœnalia efficaciam adiiciunt. n. 23.p.254.

Princeps.

Mors Principum efficaciſſima eſt ad lapidea corda emolliendum. n.17.p.380.

Profectus.

Mariæ alumni miris profectibus & ſpiritualibus, & temporariis exornantur. n. 1.p.204.

Prouidentia.

Deus ſpeciali protegit prouidentia eos,qui ſpeciale ſeruiendi Numini ſtudium impendunt.num. 113.p.300.

Proximus.

Quod proximis exhibetur , non amittitur. num. 1. pag.4.

Fideles ſeipſos in proximis , etiam hoſtibus recognoſcere debent, & illos vti ſe diligere. n.14. pag.211.

Supremus erga proximos dilectionis gradus vel proprio periculo eorum ſalutem procurare. n. 134. p.303.
Homo & illius proximus vna quodammodo ſunt eſſentia. n.129.p.303.

Puer Pueritia.

Pueri ſub Virginis tutela feliciter educantur. n.6. pag. 201.
Dei auguſto munere homo vocatur ad perfectionem à puerili ætate. n.24. p.409.
Pueritia ſenilis Deo gratiſſima, quæ quidem comparanda eſt ex ſpeciali affectu ad Mariam, & ad Euchariſtiæ myſterium. n.13.p.416.
Seductio communis pueritiæ eſt, nunquam de morte cogitare. Nulla vitæ ſecuritas. num.45. pag. 422.

Puritas.

Adnatus puritati, ſeu innocentiæ, ſpiritus prophetiæ. n. 67. p.292.

Q

Quadrageſima.

EX abſtinentia quadrageſimali homo quodammodo in Angelum, in Numen conuertitur. n.16. p.247.

R

Religio, Religioſus.

REgularis vitæ non mitiora certamina, quam Martyrij. n.15. p.426.
Commendabilis Religioſus qui Fundatoris virtutes imitatur. n.1.p.209.
Religioſorum concordia, plures perſonas quaſi vnicam conſtituit eſſentiam. n.8. p.210.
Poteſt quis ſeculari in tumultu vitam gerere Religioſam, in tepidorum Regularium confuſionem. n.23. ibid.
Quanta Religioſorum perfectio ex loco in locū profectionibus ex obedientia. n.72. p.338.
Religioſi perfectè à carnis ac ſanguinis reſpectibus ſeparandi. n.34 p.311.
Euchariſtia perfecti Religioſi gerit ſimulacrum; item perfecti Religioſi mortificatio expenditur. n.8.p.407.
In Religione futurus eſt fortiſſimus, qui in ſeculo valens eſt mundum & diabolum ſuperare. n.7.p.415.
Amat Conditor paruulos ad ſe venire, contra parentes, qui pueros ſuos à propoſito Religionis auertunt. n.1.p.414.
Vel in ſpiritus ſtudioſa vita, Religioſi perfecti aliquibus leuibus imperfectionibus ſunt obnoxia. n.36.p.420.
Religioſæ vitæ exercitamenta diuturnæ ſuffixionis locum gerere videntur. n.37.p.419.

Rex.

Nihil magis adnatum Regibus, quam ſubditis omnibus beneficia exponere. n.1.p.85.

Romualdus.

Mirabilis erga Deum Romualdi dilectio oſtenditur, adoleſcens voluptatibus addictus, cupiebat Chriſtum in deſerto requirere, & ſequi feruentiſſimè. n.1 p.61.
Romualdus ſecutus eſt Chriſtum in Camaldulenſem ſolitudinem, qua quidem Diuus tanto conſtitit affectu, vt oſtenderet, quàm à curis liberum gereret animum. n.6.p.62.
Relinquens Romualdus cùm eſſet viginti annorum totam reliquam vitam pro Domino centum ſupra illos viginti annos accepit. n.11. pag.62.
Sedit Romualdus tanquam Deus imperans creaturis omnibus, quia perfectiſſimè Domino, quem ſequitur obediuit. n.16.p.61.

S

Sanctitas.

MIrabilius, communi viuendi ratione ſanctitate fulgere, quàm ſi animus ad peculiarem viuendi rationem eleuetur. n.307. p.21.
Viri aut fœminæ ingenij perſpicacis poſſunt in præcelſioris ſanctitudinis prorumpere affectus. n.41.p.79.

Sanctus.

Sanctorum exempla lecta fortiter ad imitationem adducunt, vel ſeculari addictos vanitati. n.81. p.294.

Sapientia.

Sapientia, & quæque illuſtria non abſque labore comparantur. n.8. p.49.
Haud poteſt ſapientia vtiliter fulgere, perſiſtenter ſtare, niſi probæ vitæ fundamina prius ſubmittantur. n.1.p.48.
Illa vera ſapientia ſolummodò, quæ vtiliter aliis communicatur. n.31.p.266.
Sapientia omninò eſt inſomnis. n.58.p.314.
Neceſſaria eſt ſapientia, vt quis magnus exſurgat vbique terrarum. n.1.p.433.
Vera ſapientia donauit IESVS alumnos ſuos, quæ quidem ſplendor eſt lucis æternæ & omnipotentis gloriæ emanatio. n.7.p.434.
Vera ſapientia ſanctitati copulanda, ad proximorum profectum. n.25.p.446.

Scholaſtica.

Non dormitauit Scholaſtica, non dormiuit, ſemper Orationis exercitamento inuigilans, vt ſe ſe ſponſi cœleſtis prepararet aduentui. num.1. pag.17.
Quàm feliciter Scholaſtica obdormiuit, quæ columbino ſpiritu informabatur. n.7.p.18.
Vt ſponſus minimè moram ageret, ſed præſens proculbio adeſſet, curat Scholaſtica ſacrum cum Benedicto colloquium producere. n.13. pag.19.

Scientia.

Commendatur ſcientia quæ omnibus vtilis exiſtit. n.13.p.50.

Sermo.

Deus vberioris dilectionis oſtentatione cum eis moratur, qui ſermones pios contexunt. n.13. pag.19.
Vide, *Verbum.*

Societas.

Ex improborum ſocietate iuſti cruciatibus affiiciuntur horribilibus, vnde prudentiſſimè ab eis recedunt. n.9. p.205.

Solitudo.

Vitæ contemplatiuæ gloria recluſa ſub ſignaculo. n.1. p.55.
Eremo additi haud debent cum proximis conuerſari. n.1.p.55.
Solitudinis amor arguit animum omninò à ſecularibus abſtractum illectamentis. n.6. p.62.

Spes.

Incrementa auguſta virtuti ſpei adſcribuntur. n. 43.p.311.

Staniſlaus.

Staniſlaus.

Staniſlaus prima in vigilia ſurrexit præcinctus ad dira certamina, mundum reliquit, cum vix in mundo fuiſſet commoratus.n.1.p.414.

Prima in vigilia Staniſlaus ſe Dei armatura præcinctum oſtentat, puer quidem, ſed potens ad certamina. n.7.p.415.

Staniſlaus in prima vigilia, ſeu in ætate prima cunctos ſecundæ & tertiæ, ſiue virilitatis,& ſenectæ, fructus protulit. n.13 .p.417.

Staniſlaus puer virili animo præditus ſpecialiſſimè dilectus fuit à conditore. n.18.p.417.

Non venit Dominus in prima vigilia, quia, (ſic ludere verbis liceat) ipſa habitat cum Staniſlao puero, cuius reſpectu innumerabile vulgus puerorum ſibi elegit. n.24. p.418.

Non aſſolet Dux I E S V S in prima vigilia venire, quia pueri aſſolent diſtrahi puerilis ætatis luſibus, qui non decent milites vigilantes. Luſus Staniſlai viriles auſus. n.31. p.419.

In pueritia Staniſlaus perfectus à Domino inuenitur ſine ætatis ſuperfluitatibus, ſine paleis granum. Ideo in prima vigilia venit. num. 36. pag. 420.

Ideo in prima vigilia Dominus non aſſolet venire, quia pueri iugum expellunt obedientiæ Deus autem eligit famulos perfectæ obedientiæ ſtudentes. Talis Staniſlaus in pueritia.n.40. pag.421.

Mirum eſt Staniſlaum in prima vigilia, ſeu pueritia ſe morti immaturæ obnoxium vidiſſe, vnde ſeculum reliquerit periturum. n. 45. pag.422.

Sterilitas.

Chriſticolæ non implet appellationem qui laborat ſterilitate, nec ſaltem vno ſpirituali nato nobilitatur.n.56.p.336.

Subditus.

Obediunt cuncta ei qui prælatis,pro Deo, humilem exhibet obedientiam. n.16.p.63.

T

Tempus.

NVllum tempus ineptum peccatori: qui poteſt quidem paruo temporis interſtitio diuturni præteriti redimere defectus.n.84.p.318.

Tentatio.

Mortificatio ſeu vitæ aſperitas neceſſaria eſt ad tentamina viriliter ſuperanda.n.15.p.236.

Thereſia.

Thereſia decem, ſiue omnium virtutum fulgore coruſcat, omnimoda nitet puritate. num. 1. pag.227.

Thereſia Virgo fulgenti contemplationis lampade accenſa,è Carmeli vertice ad cœli cacumina tartarei hoſtis fugatura tenebras, euolauit. n. 6. pag.228.

Pulcherrimis mortificationis greſſibus Thereſia diſcalceata ad dilectiſſimum properauit ſponſum. n.11.p.229.

Thereſia obuiam procedit non ſolùm Sponſo, ſed Sponſæ, quia maſculæ fortitudinis, Ordinis reformatrix quaſi Sponſus oſtenditur.n.17. pag. 230.

Thereſia vt Virgo, Chriſti procedit ad nuptias: vt Mater, adſtat ſponſo: quia Mater & Virgo mira virginitate, ac fœcunditate floruit. n. 26. pag.232.

Thereſia lampadum, ſeu virtutum fulgore redditur ſponſo Deo agnata: vnde de I E S V S appellatur, quaſi ſimilis Deo ſponſo. num. 33. pag.233.

Non ſolùm fatuas Virgines, ſed & prudentes Thereſia vincit, quæ nunquam circa ſponſi dilectionem dormitauit. n.1. p.234.

Thereſia non vitis ſubdita eſt Virgo fatua, ſed prudentiſſima vitis præpoſita obiicitur.num.6. pag. 235.

Thereſia non fatua virgo ad obſiſtendum tentationibus inermis & fragilis, ſed Virgo prudens, ex aſperitate vitæ robuſtiſſima. num.15. pag. 236.

Fatuæ Virgines ſe vacuas oleo videntes, curant alias vacuas reddere: prudentes autem ſe plenas comperientes ſtudent ſocias plenitudine donari. Thereſia ſui ſpiritus ſimiles conatur reddere & fœminas, & viros. num. 20. pag. 237.

Stultæ Virgines è clauſtri oſtio egreſſæ, miſerè depereunt: Thereſia tantæ virtutis eſt, vt etiam extra clauſtra progrediens recluſas perfectionis ſpiritu ſuperet Moniales. num. 25. pag.238.

Thomas Angelicus.

Doctrina Thomæ ſanctitas eſt, ſanctitas eſt doctrina. n.1. p.125.

Thomas Angelicus ſal eſt auguſtiſſimæ ſapientiæ cuius dogmata non diſcipulos, ſed magiſtros informant.n.7.p.127.

Thomas eſt verè Angelicus,quia non ſolùm eius interni ſenſus, ſeu animi potentiæ;ſed externi Angelicam ſapiunt naturam. n. 11. p.127.

Thomas non iam ſolùm Angelicus,ſed quodammodo Deificus, vt diuidere poſſit lucem à tenebris, ſiue ab erroribus dogmatum veritatem. n.18. p.129.

Thomæ ſapientia ſanat; præſeruat vero Sal. n. 22. pag.129.

Thomas ex virginitate tot myſteria cœleſtia expreſſit, tot expoſuit arcana, vt cum Prophetis debeat collocari.n 1.p.130.

Thomas merito appellatur Angelicus, quia pro tuenda Virginitate decertauit. n.9. p.131.

Miram D. Thomæ humilitatem ſapientiſſimi illuſtro.n.15.p 132.

Thomas miro ſilentio animi ac corporis puritatem ornauit, cuſtodiuit. n.21.p.133.

Thomas ſapientiſſimus oratione præmiſſa contra luxuriem, contra hæreticos certamina inſtituebat & dictis,& ſcriptis:ideo eorum conſilia viriliter diſſipauit.n.27.p.134.

Tolerantia.

Homo illuſtris redditur,inſuperabilis efficitur ex laborum tolerantia.n.1.p.256.

Vide, *Patientia.*

Tribulatio.

Tribulationes faciunt homines præpropero curſu tendere ad perfectionem. n.12. p.38.

Vide, *Perſecutio.Patientia.*

V

Vanitas.

AGnata eſſe aſſolet vanitas iis, qui implentur ſapientia. At ſoliditas veræ ſcientiæ vanitati vacuum non relinquit.n.16.p.91.

Verbum.

Mortificationis ſtudioſi frænant labia, ne verba inaniter profetantur.n.17.p.253.

Quàm difficile ſit otioſo verbo non maculari: quamque id perfectiſſimi animi documentum. n.20 p.6.
Vide, *Sermo.*

Veritas.

Veritatis amatores quaſi humanam naturam exuunt induuntque quodammodo diuinam. n.7. p.15.

Victoria.

Euchariſtia à cunctis hoſtibus reportat victorias. n.14. p.197.
Per Mariæ obſequium exhibitum nobis victoriæ, imperium, diuitiæque cœleſtes præparantur. n. 12. p.202.

Vigilia.

Serò vigilat, qui diei ſui pace potitur, & non ſe in diem iudicij præparat. n.29. p.59.

Virginitas, Virgo.

Virginitatis, aut caſtimoniæ decus, poſt multas victorias comparatur. n.26. p.52.
Virgines ſunt affines proximæque Deitati. n.16. pag.217.
Virginitatis fœcunditas ſpiritualis commendatur. n.26. p.232.
Virginitatis velocitas, ad ſcandendum cœlum, vt ſocius fiat Angelorum puritatis eorum cultor. n.21. p.248.
Ad contemplationis eleuationem confert caſtitas. n.21. p.248.
Virginitatis immortalitas. n.58. p.p.352.

Virtus.

Non verè fulget vt Sol, qui vti Luna mutatur. Virtus perſiſtens commendabilis. Id permanens habemus, quod ex Chriſto Sole imitamur. n. 1. pag.42.
Haud poteſt ſapientia vtiliter fulgere, perſiſtenter ſtare, niſi probæ vitæ fundamina prius ſubmittantur. n.1. p.48.
Virtutis operibus Diui oſtentantur Doctores: Geſta enim diſertius, quàm ſermones adducunt proximos ad virtutem. n.1. p.89.
Honores valdè conferunt, ad firmandos homines in difficili virtutis ſtatu. n.19. p.222.
Perfecta Chriſti ſponſa omnium virtutum concordi varietate niteſcere debet. n.1. p.227.
Omnium virtutum colligatione animus redditur ſimilis conditori. n.33. p.233.
Commendatur perſeuerantia diuturna circa virtutum exercitamenta. n.10. p.246.
Virtutum exercitatio continuæ mortificationis ſolatium eſt. n.14. p.263.
Viri ferreæ conſtantiæ ad virtutis facinora laudibus efferendi exponuntur. n.26. p.265.
Ad æternam memoriam Diui virtutum erigunt trophæa in tumulis, non ſtemmata vanitatis. n.48. p.313.
Ad actiones difficiles homo infirmus alterius indiget adiutorio: Quid non Dei auxilio ad virtutum egeamus. n.73. p.316.
Iuſtorum ſerò ad virtutis viam accedentium, conatus ad operum intenſionem. n. 93. p.320.
Immoderatæ, ſeu affectatæ virtuti, quæ caſui eſt obnoxia, monita præſcribuntur. numer. 1. pag. 370.
Mirum in modum vel hîc ſuperat præmium virtutum obſequia. n.5. p.378.
Virtus in nobilibus ampliùs eluceſcit: & commendabilior obiicitur. n.45. p.384.

Vitium.

Aureis in poculis, dulcibus in cibis, domibus in proceribus vitiorum venena propinantur, condiuntur, ac conduntur. n.22. 206.
Potentiſſimi militis documentum vitia, in regione, id eſt, in delinquendi illectamento vincere. n.44. p.287.

Voluntas.

Ille proximus ſuæ voluntati Deum quaſi obſequentem ſortietur, qui totum ſe addicit diuinæ voluntati. n.7. p.21.

Voluptas

Vt prudens mundi voluptates aſpectet, vt cuncta aſpiciat temporaria. n.36. p.225.

Vxor.

Mariti dignè ſubmittuntur vxori, ſi virili prudentia ac fortitudine maſcula prædita eſſe videatur. n.6. p.235.

X

Xauier.

Xauier eſt fortiſſimus Gad, qui præliatur accinctus, feliciſſimus Eccleſiæ partus, illuſtriſſimorum excitator. n.1. p.327.
Xauierius benedictus in latitudine, ob innumera regna Gentilium, quæ Domini imperio ſubiugauit. n.4. p.328.
Meritò Xauier Princeps ſeu Apoſtolus Iaponiæ, quia primus ſe ſe tradidit pelago. n.5. p.328.
Xauier tam exiguo tempore innumerabiles perficit victorias, vt videretur ſecula diebus concluſiſſe ex intentione operandi. num.6. p.238.
Xauierij facinora IESV potiùs quàm ipſi Xauierio tribuenda. n.7. p.328.
Xauier quaſi leo luminibus requieuit apertis, quia vel dormiens luxuriei impugnationem ſuperauit. n.8. p.328.
Xauier Abrahamo perfectior dormiens è Chaldæa eduxit phantaſiam. n.9. p.328.
Xauier perfectiſſimos ſuperat, dum phantaſiam præcingit. n.10. p.328.
Inculpabilem phantaſiam ſolus dormiens Xauier præcinxit. n.10. p.329.
Xauier pluſquàm Angelus præcingens caput, dum Angelus ad mammillas præcinctus apparet. n.11. p.329.
Xauier requieuit vt leo dum luminibus apertis contemplationi ita addicitur, ac ſi proximorum acquiſitioni non ſtuderet. n.12. p.329.
Illud conclamantis Xauierij: *Satis eſt Domine, ſatis eſt*, Marthæ, ſeu proximorum miniſterij eſt querela. n.13. p.329.
Dum Xauier orat, dimicat, & vincit, ſeu Indos conuertit. n.14. p.329.
Xauier inſtar Iudæ, orans dimicat, & triumphum agit introductus ad populum proximorum. n. 16. p. 329.
Requieuit vt leo, quia Xauerij occumbentis mors potius vita eſt appellanda. n.16. p.330.
Corporis Xauierij incorruptibilitas. ibid.
Virgo Xauier verus Eleazar non moritur. n. 17. pag. 330.
Virginitatis cultor Xauier, in morem Eliæ poſt mortem operatur, ac ſi in Paradiſo ſuperſtes aſſeruaretur. n. 19. p.330.
Certamen caleis cum cadauere Xauierij, & diui victoria. n.20 p.330.
In ditione Xauierij Moyſes erat repoſitus ob ineffabilium miraculorum multiplicationem. n. 21. p. 330.
Innumerabiles filij Xauierij vitâ functi. n.22. ibid.

Xauier miracula excitauit quæ contradictionem inuoluere videbantur. n.24.p.331.
Xauier diuerſis in locis ſimul extitit.ibid.
Lampades aquâ immiſſâ velut oleo infuſo ſubitò ſuccenduntur apud Xauierij ſepulchrum.n.25. pag. 331.
Xauier vnica lingua locutus à cunctis diuerſis idiomatis intelligitur.n.26.p.331
Xauier vnica reſponſione pluribus ſatisfacit quęſtionibus. ibid.
Xauier continuæ mortificationis cingulo illigatur, vt tot poſſet velociſſimè perficere profectiones, tot tranare maria, ad tot peregrina Regna auolare. n.29.p.332.
Accinctus eſt Xauier, ſeu expeditus ad cuncta Euangelij miniſteria,& officia obeunda in cunctis tantam dexteritatem oſtentans, ac ſi vni ſolummodò eſſet addictus. n.37. p.333.
Xauierio tam dulcis labor circa proximorum acquiſitionem, vt à contemplationis dulciſſimo ſomno enixè poſtulet excitari, vt proximis ſaluandis curam poſſit expedire.n.43.p.334.
Xauier veſtibus vilibus indutus,imò nudus,à Regibus, ac Principibus ſeculi ampliùs honoratur. n.50.p.335.
Præcingitur Xauier, vt Eccleſiæ innumerabiles generet filios.n.56.p.336.
Xauier regio ex ſanguine (quod præcinctio innuebat) in manibus Planetas geſtat, vt omnibus vtiles inpendat affectus. n.65.p.337.
Licèt Xauierij illuſtriſſima facinora prætermittas, ſola actio illa relinquendi Romam, & Hiſpaniam, vt ad incognita pergeret, oſtendit mihi mirabilem Diui perfectionem.n.72.p.338.
Pondero egregium Xauierij animum iuxta Palatium Xauier tranſeuntis,nec volentis accedere, vt Matri viuenti vltimum vale diceret. n. 77. pag.339.
Mittitur Xauier determinatè ad innumeros labores ſubeundos, & tamen libentiſſimè ſe accingit itineri.n.83.p.340.
Xauier omnium egregiarum virtutum fulgore nitet,omnium diuorum colligans quodammodo perfectiones. n.1.p.342.
Accepit Xauier ſermonem ſapientiæ,ob orationis, ſeu precum donum, quo contra Eccleſiæ hoſtes dimicauit. n.3.p.342.
Sermo ille ſapientiæ ſeu Xauierij oratio proximorum deſpectiſſimorum conuerſioni impendebatur. n.8.p.343.
Pluribus noctibus orat Xauier, vt vnam ouiculam deſpectam ad IESVM referat.ibid.
Quanam conſideratione Xauier puero nautico humaniſſimè hæreſcit.n.9.p.343.
Xauier tam viuaci fide rutilauit,vt Martyrio illuſtriſſimo conſummaretur. n.12.p.344.
Martyr obiit Xauier vti Ioannes, quia non defecit Martyrio voluntas, ſed Martyrium voluntati. n.13.p.344.
Bibit Xauier Calicem Chriſti, dum moritur ſine dolore n.14. & 15. p. 344.
Martyrio Xauier non conſummatur demum, quia totus iam diu Martyr erat. n.16. p.345.
Totus vulneratus Xauier. n.21. p.345.
Data eſt Xauierio operatio virtutum, non ſolùm ex miraculorum virtute: ſed ex omnium cæleſtium donorum affluentia, & diuinis viſitationibus. n.22.p.346.
Quaſi ſoli Xauierio omnis virtus impertita eſt, quia vnus pro omnibus quodammodo. ibid.
Xauierium inuiſit Deus ſpiritualibus muneribus ſæpiſſimè. n.23.p.346.
Diuerſa genera linguarum Xauier calluit, non ſolùm, quia à cunctis nationibus loquutus intelligebatur: ſed quia,contra humanæ linguæ iura, dum Illuſtrationibus dulciſſimis demulcetur, inquit, *Satis eſt*: dum autem laboribus defatigatur, ait *Amplius domine*. n 26.p.346.
Quam diuerſum genus linguarum Xauierij, ac mundi, ſeu naturæ corruptæ. ibid.
Xauier perfectiſſimos ſuperat;ipſi enim ſanctiores appetunt in Deo delectari, hic autem videtur vel cœleſtia gaudia faſtidire, vt amplius laboribus vulnerari poſſit.'n.27. & 28.346.
Xauier dum videt totum Orientem, & Occidentem ſuper humeros ſuos, grauius pondus expetit:Dum experitur cæleſtiũ conſolationum affluentiam, terribilem locum exiſtimat. n. 30. p. 347.
Chriſtus, qui aſſolet eſſe hic pars in ſingulis diuis, non omnia in omnibus: in vno Xauierio omnia fuiſſe videtur. n.32.p.347.
Xauier Salomonis ſapientia donatus exponitur.n. 33. p.348.
Xauierij ſapientia præcipuè oſtendebatur, inferiorum ſequendo conſilia.ibid.
Xauier in quo imitatus increatam ſapientiam. n. 34. & 35. ibid.
Xauier Dauid bonitate decoratus exprimitur. n. 36. .ibid.
Clauis Dauid in manu Xauier ob velocitatem operandi. n.37. .ibid.
Collocauit Dauid in manu Xauierij Clauem, quam vſurpauerat Elias: vt miſericordias hic profunderet, quas ille ſtagnauerat. n.38. ibid.
Filius Eliæ Xauier, quas diuitias ille collegerat, benè prodigus diſperſit. n.39. p.349.
Xauier Iobi patientiam eſt æmulatus. num. 40. pag. 349.
Vicit Xauier Iobum patientia, quia & in corpore & in animo vulneratus fuit. n.48. ibid.
Xauier Petri fide nituit. n.41. ibid.
Xauier fidem mirificè dilatauit, vbi difficile fortiſſimi quique poſſunt credere, id eſt, inter iniquos idololatras.ibid.
Xauier diui Pauli zelo ſuccenſus eſt.n.44.p.350.
Xauierij zelus vt Phinees. ibid.
Xauier Matthatiam æmulatus eſt. n.45.p.350.
Xauier alter Aod Orientis Saluator diſperſit Tolanos,quod vidiſſet idola ſtatui iterum,vbi iam ſacra fuerant collocata. n.46. ibid.
Xauier Ioannis virginitatem æmulatus floruit. n.47. ibid.
Incorruptio corporis Xauierij effectus virginitatis.ibid.
Xauierij corpus viuax ex virginitate incorrupta, quæ vicit corporis IESV aromata. n.49.ibid.
Xauier Oriẽtis Sol manibus radios ardentiſſimos geſtat,quia non tam ore,quàm operibus prædicauit. n.50.p.351.
Xauierio caſtitas,aut virginitas quaſi agnata fuit. Quaſi Angelus enim extitit puritate. num.58. pag.352.
Xauier ſanctitatis collegium, quaſi manna fuit omnium perfectionum, & ſtatuum Eccleſiæ dulcedinem referens pluribus nominibus appellandus n.65.p.353.
Dum Xauier vnicæ linguæ idiomate vteretur, cunctis diuerſæ linguæ hominibus intelligebatur,quia Dei erat vox. n.72.p.354.

Currit

Cantit Xauier confeſtim aperturus, id eſt, ſollicitè Dei negotiis impendit obſequium: ac ſimul orationi, & meditationi ſe totum norit conſecrare. n.1.p.356.
Xauier ſimilis expectanti,(quod moleſtiſſimum,) à Domino enixè poſtulat, vt imminuantur conſolationis gaudia, & creſcat laborum anguſtia. n.7. p.357.
Nuptiale gaudium indicitur Xauierio conſtrictò boribus. Tunc enim exultat, cùm tribulatur, tunc autem verè patitur, cùm laborum aſpicit terminationem. n.13.p.358.
Obiit Xauier ante Sinarum conuerſionem, ſed poſt annum meſſis copioſa diuo ſeminatori aſſurgit. n.19. p.359.
Dum Xauier apud Indos præcinctus laborum cruciatibus oſtenditur, Chriſtus etiam præcinctus ex compaſſione in Hiſpania exponitur. n. 23. p.360.
Paterfamilias Deus ſe præcingit, quia non vni filio totam bonorum vbertatem tribuit: potius ex cunctis filiis detrahit cibos, animarum ſcilicet conuerſionem, vt fameſcenti nimium Xauierio reſeruet. n.27.p.361.
Xauierio prædicante, Deus eius ſermonem confirmat, miniſtrans tot miraculorum effectionem: vt videatur Deus quaſi debitor Xauierio reddi ex miraculo vno, ad aliud illuſtrius excitandum. n.31.p.362.
Xauier ſe Domino omnino conformauit in fortitudine ac efficacia ſermonis, & in manſuetudine, ac pietate erga peccatores. num. 35. pag.363.
Deus velut Xauierij voluntati ſeruit, eúmque quaſi Deum ad Gentiles immittit, vt quodammodò Deum habeant eorum voluntati ſeruientem. n.42.p.364.
Xauier non in ſecunda vigilia vt ſanctiores, nec in tertia vt ſancti; ſed in prima vti ſanctiſſimi inuentus à Chriſto, tanta oppletur beatitudine, vt ſufferre minimè poſſe videatur. n.48. pag. 365.
Xauier verus Pater oſtenditur, qui nihil operatur, quod ad filiorum ſalutem ſpiritualem non directum ſit. n.53.p.36.
Raptus Xauier ad ſuperos immaturè, ac repentè, ne ex impigro eius labore ſedes ſupernæ ex Sinis & Iaponienſibus occuparentur: nec daretur locus aliis, ex vniuerſis nationibus, prædeſtinatis. Addo præparatum iam eſſe ad deſponſationem, ex virtutibus, & fructibus. num. 58. pag.367.

Z

Zelus.

SPecialis gloria præparatur illi, qui filios ſpirituales curat acquirere. n.37.p.13.
Supra homines oſtentatur Propheta, qui à gloria, ſeu propria voluptate ſcit pro ſalute proximorum abſtinere. n.23. p.223.
Ex fructu copioſo colligitur Concionatoris zelus: aut concionis excogitata vis. n.23.p.26.
Probatur verus Concionatorum, aut Præſulum zelus, dum vel proprio incommodo inſtant correctioni peccatorum. n.22. p.217.

FINIS.

VA1 1521032